This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

3 2044 011 320 256

Digitized by Google

C 5554
*

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DOCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INFRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XXIX.

S. BASILIUS CÆSARIENSIS EPISCOPUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

Digitized by Google

Digitized by Google

SÆCULUM IV.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

S. P. N. BASILII,

CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

VEL QUÆ SUB EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,

AD MSS. CODICES GALLICANOS, VATICANOS, FLORENTINOS ET ANGLICOS, NECNON AD ANTIQUIORES EDITIONES CASTIGATA, MULTIS AUCTA : NOVA INTERPRETATIONE, CRITICIS PRÆFATIONIBUS, NOTIS, VARIIS LECTIONIBUS ILLUSTRATA, NOVA SANCTI DOCTORIS VITA ET COPIOSISSIMIS INDICIBUS LOCUPLETATA,

OPERA ET STUDIO

Monachorum ordinis sancti Benedicti e congregatione S. Mauri.

ACCURANTE ET RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIMUS.

VENEUNT QUATUOR VOLUMINA 48 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

Digitized by Google

C55014

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO XXIX CONTINENTUR.

S. BASILIUS CÆSARIENSIS EPISCOPUS.

Homiliæ in Hexaemeron.
— in Psalmos.
Contra Eunomium libri quinque.

HARVARD UNIVERSITY LIBRARY

Ex typis MIGNE, Petit-Montrouge.

Digitized by Google

VITA S. BASILII MAGNI

ARCHIEPISCOPI CÆSARIENSIS *.

Propositum mihi est in hac pertractatione quid gesserit et scripserit S. Basilius, observato quam accuratissime potero temporum ordine, exponere. Ordinis enim in rebus gestis enarrandis tanta virtus est, ut non solum facilius animo percipiantur, dum suum quæque locum decenter tenent, sed etiam pretii plurimum accedat aut decedat, prout apte secusve collocantur. Permulta sunt, quorum consilii ratio penitus latebit, si a suo divellantur tempore; alia laudem longe exiliorem, nonnulla etiam difficiliorem habebunt excusationem. Quin etiam recte facta vim et naturam amittunt, ac virtutes nonnunquam invertuntur, si quis eventus loco non suo narretur. Charitas Basilii, qui patrimonium et initio monastici instituti, et decem post annis, gravi urgente fame, distribuit, magnus esse nævus videtur in severo paupertatis legislatore, eumque arguere, quod non statim se omnibus rebus nudaverit. Sed si matrem Emmeliam grassante illa fame obiisse demonstretur, accepta illius morte hæreditas, ut mos erat temporum illorum, et statim in pauperes effusa, promptum Basilii ad omnia projicienda animum declarat.

Hoc unum de multis exemplum affero, ut neminem deterreat legendi et investigandi labor. Suscepta enim hujus vitæ scribendæ ratio, propterea quod in obscuris rebus explicandis sæpe versatur, non tanta voluptate in legendo retinet, quanta libera et sine salebris fluens narratio. Non tamen, ut equidem opinor, officient obscuræ difficilesque quæstiones, in quibus interdum morabimur, quominus germana Basilii effigies ante oculos depicta versetur. Unicuique in promptu erit eximia illa pietas, tot naturæ dona, tot doctrinæ ornamenta in latebris recondens : summa charitas ne in solitudine quidem discedens ab augendis Ecclesiæ utilitatibus, in sacerdotio autem inter perpetuos et graves morbos non uni Ecclesiæ, sed pluribus aliis regendis, imo pacificandis totius orbis Ecclesiis intenta : animus in amplissimo gradu et summa famæ celebritate demississimus, in defendendo episcopatus jure magnus et sublimis, in colendis amicitiis omni humanitate expolitus, facilis ad deponendam offensionem, semperque ad placandos homines non amicos paratissimus : in propriis contumeliis summa lenitas et mansuetudo, teterrimas calumnias et sparsos per totum orbem famosos libellos silentio per tres annos perferens : in defendendis autem Christi injuriis animi fortitudo et constantia, quam non exsilii, non mortis pericula, non ullius potestatis metus a veritate palam et aperte prædicanda deterruerunt.

CAPUT PRIMUM.

I. S. Basilius Cæsareæ nascitur. II. Idque circa annum 329. III. De illius avis. IV. De patre Basilio et matre Emmelia. V. Basilii sub avia Macrina ac deinde sub patre puerilis institutio. VI. Cæsaream Cappadocum mittitur ad studia litterarum, idque multis rationum momentis probatur.

I. Sanctum Basilium Cæsareæ in Cappadocia natum esse discimus maxime ex Gregorio Nazianzeno, qui eum nominatim (*a*) Cappadocem appellat, seque et Basilium dicit (*b*), cum ex eadem patria in diversas regiones discendi causa abiissent, rursus Athenis A velut ex composito coivisse. Ipse Basilius non obscure declarat natum se esse Cæsareæ in homilia *in Gordium martyrem*, n. 2. Patriam suam in epistolis 76 et 96 appellat Cappadociam. Sed tamen hujus nominis honorem ipsi etiam Ponto defert. Illius pater Basilius, etsi sæpe in Cappadociam veniebat, præcipuum tamen in Ponto domicilium collocaverat; siquidem Macrina moriens ait apud Gregorium Nyssenum (*c*) patris sui famam extra Pontum diffusam non fuisse, satisque illi fuisse in patria decus assequi. Basilii frater Gregorius patriam

(*a*) Naz. ep. 6. (*b*) Or. 20. (*c*) *Vit. S. Macr.*, 192.

* Auctore Domno Prudentio Marano, qui, Juliano Garnerio jam anno 1725, die 3 Junii, defuncto, editionis absolvendæ curam suscepit.

Digitized by Google

agnoscit Pontum, ibid. p. 182. Narrat Basilius in epist. 51 se cum multis in patria Deum timentibus insolabiliter doluisse, quod Dianius formulæ Constantinopoli allatæ subscripsisset : patriam appellans Ponti solitudinem in qua tunc delitescebat. Cumque aliquando sese ex hac solitudine ad Gregorium Nazianzenum contulisset et apud eum moraretur, sui illum fratres *amicitiam et patriam commemorantes* (*a*), veluti profugum quemdam revocare conati sunt. Præpositum quemdam pagorum in Ponto appellat patriæ præpositum, in epist. 87.

Hæc testimonia in speciem pugnantia si inter se conferantur, plus equidem Gregorio Nazianzeno tribuam, qui Basilium Cappadocem appellat, antequam ulla ei necessitudo cum Cappadocia intercederet, præter eam quam natura conflaverat. Nondum enim episcopus erat aut presbyter. Litteris quidem Cæsareæ operam dederat ; sed id tanti non erat, cur Cappadox diceretur : aliæ enim urbes pari jure Basilium sibi vindicassent. Aliud ergo causæ non videtur exstitisse cur Cappadox diceretur, nisi quod Cæsareæ in lucem editus fuerat. At facilius est explicare cur Pontum patriam appellet Basilius, quamvis natus in hac regione non fuisset. Hæc enim patria parentis et avorum : ibi pater domicilium habuerat : ibi nati fuerant Basilii fratres : ibi nutrici traditus alendus : ibi prima illius et pietatis et litterarum tirocinia : ibi dilecta solitudo, in quam se receperat. Tot ergo nominibus huic loco obstrictus, non immerito illum instar patriæ habebat. Sic Gregorius Nyssenus locum, in quo quadraginta martyres passi fuerant, patriam suam esse dicit, quia patrum suorum patria erat, tom. III, p. 500. Idem in oratione *in S. Theodorum*, p. 585, Amaseam illius patriam vocat, quia, *martyris*, inquit, *patria locus est passionis*. Quin etiam ipse Basilius Armeniam appellat patriam in epist. 223, n. 3, ubi ait se ex variis peregrinationibus redeuntem invenisse in patria nonnullos, qui vitam monasticam profitebantur : quibus verbis Eustathium Sebastenum designat. Mirum autem non est Basilium Cæsareæ natum esse, quamvis ipsius pater præcipue in Ponto domicilium habuerit. Amplæ enim possessiones, quas in Cappadocia habebat, sæpe illum Cæsaream traxerunt et diu in hac urbe detinuerunt, adeo ut illius et Emmeliæ præclare facta Gregorius inter Pontum et Cappadociam divisa fuisse testetur (*b*).

II. Natus est Basilius circa annum 329, idque satis quadrat cum illius litterarum studiis, quæ anno 355 exeunte absoluta fuerunt. Non enim patitur eximia illius ingenii acies, quæ mature disciplinis liberalibus cœpit excoli, ut eum, cum rediit Athenis, annos natum fuisse plusquam viginti septem existimemus. Sed alia subest longe gravior ratio. Junior aliquanto fuit Gregorio Nazianzeno (*c*), qui cum in lucem patre episcopo editus sit, citius nasci non potuit anno 328, quo ipsius pater ordinatus est, utpote mortuus anno 373 exeunte aut ineunte 374, emeritis in episcopatu quadraginta quinque annis. Jam vero Gregorium in episcopatu patris natum esse, etsi mirum id et prorsus insolitum videtur, nec cum legibus ecclesiasticis valde consonum, clare tamen perspicitur ex his Gregorii ad filium verbis (*d*) :

Οὔπω τοσοῦτον ἐκμεμέτρηκας βίον,
Ὅσος διῆλθε θυσιῶν ἐμοὶ χρόνος.
Nondum tot annos vita percurrit tua,
Quot mi in sacris sunt jam peracti victimis.

Frustra Gregorii ortus ad primos episcopatus menses referatur. Ne sic quidem difficultas minuetur, cum Cæsarium fratrem Gregorius habuerit natu minorem. Baronius exaggerationem in verbis Gregorii suspicatur ; sed sine ulla prorsus ratione. Papebrochius pro θυσιῶν legendum conjicit ἐτησίων aut ὅσ ῶν ἐμοὶ χρόνος. Sed satius est cum Tillemontio fateri legem ecclesiasticam de continentia episcoporum nondum in omnibus omnino Ecclesiis viguisse, quam apertissimum locum ejusmodi conjecturis attentare. Probabilior esset difficultatis solvendæ ratio, si Gregorius, qui anno 325 baptizatus est, et inter sacerdotium ac baptisma aliquod temporis spatium interposuit, in presbyteri gradu dici posset aliquandiu ministrasse, et ad hanc dignitatem anno 327 pervenisse. Sed hujus rei nullum exstat vestigium. Plura vide apud Tillemontium, not. 4, *in Greg. Naz.* Basilius ergo, qui aliquanto post Gregorium in lucem editus est, circa annum 329 natus videtur ; et cum senem se esse dicit (*e*) anno 374, id non tam illius annis tribuendum quam perpetuæ cuidam infirmitati, quæ ab ineunte ætate incepit, ac postea pœnitentiæ et sacerdotii laboribus et novis supervenientibus morbis sic accrevit, ut in ipso ætatis robore senex videretur (*f*), ac dentibus careret annos natus 46.

III. Paternum genus Basilius e Ponto, ut testatur Gregorius Nazianzenus (*g*), maternum ex Cappadocia ducebat. Quanquam Gregorius Nyssenus, cum quadraginta martyres in eo loco laudaret, ubi passi fuerant, id est Sebastiæ in Armenia, hanc majorum suorum patriam esse asseverat, sive quia inde in Pontum aut Cappadociam transierant, sive quia olim Sebastia Cappadociæ attributa erat.

Erat autem utrumque illud genus militaribus, palatinis et municipalibus dignitatibus insigne, ac divitiis et opibus, et excelsis thronis ac eloquentiæ fama clarum (*h*) ; sed pietate ac religionis studio, et rebus pro Christo fortiter gestis longe clarius. Nam maternus Basilii avus vita et bonis pro Christo spoliatus ab imperatore fuerat (*i*). Avi autem pater-

(*a*) Ep. 8, n. 1, p. 80.
(*b*) Or. 20.
(*c*) Naz. ep. 33.
(*d*) Naz. *De vita sua.*
(*e*) Ep. 162.
(*f*) Ep. 232.
(*g*) Or. 20.
(*h*) Ibid.
(*i*) Nyss. *Vit. S. Macr.* tom. II, p. 191.

Digitized by Google

ni erant nil quidem ad omnia pro Christo perferenda paratissimi; sed cum meminissent Gregorium Neocæsariensem in persecutione Decii (retinebat enim Macrina illius documenta (*a*), quæcunque ad ipsam memoriæ serie pervenerant) et fugisse et ad fugam alios adhortatum esse; receperunt se in quamdam Ponticorum montium silvam (*b*), paucis adhibitis fugæ consciis et victus ministris. In hoc exsilio septem annos et aliquanto amplius sub dio vixerunt, pluviis, algoribus et frigoribus expositi, ab omnibus vitæ commodis, ab amicis et omni hominum societate remoti. Sed Christus in eorum solatium concessa olim Israelitis miracula renovavit. Quodam enim die subiit eos lautioris mensæ desiderium; nam diuturnitas temporis fastidium attulerat necessariorum ciborum. At nequaquam mussitaverunt, ut Israelitæ; sed a Deo, summa illius potentiæ fiducia, suaviorem cibum postularunt, vel ex avibus in aere volitantibus, vel e feris, quæ in montibus errabant. Vix locuti erant, cum eorum pedibus accidit obsonium sponte oblatum, cervi miræ magnitudinis, repente e tumulis apparentes, ac innuentibus sese dedentes, ex quibus quantum voluntas ferebat detinuerunt, quod supererat in silvas ad aliud convivium dimiserunt. Ex his Gregorii Nazianzeni verbis perspicitur non unius diei cibum hoc miraculo provisum eis fuisse; sed ad septem exsilii annos minus commode miraculum extendit Papebrochius.

Hæc autem contigisse narrat Gregorius in atrocissima omnium maximeque horrenda Maximini persecutione, qui cum post plures alios, qui paulo ante fuerant, ingruisset, laudem eis humanitatis sua crudelitate conciliavit. Iis coloribus clare depingitur Maximinus secundus, minime vero, ut Papebrochius opinatus est, Maximinus primus, cujus persecutio nec omnium crudelissima exstitit, nec per septem annos; nec alias persecutiones proxime subsecuta est; præcesserat enim pax viginti quinque annorum. Sed cum Maximinus secundus non regnaverit in Ponto et Asia Minore, nisi anno 311, post mortem Galerii; Baronius (*c*) et Tillemontius existimant hoc miraculum regnante illo in Ægypto et Syria contigisse, ac proavos Basilii anno 304 secessisse, et usque ad annum 311 delituisse. Ex his autem latebris prodeuntes anno 311, post data a Galerio in gratiam Christianorum edicta, graviora deinceps videntur subiisse certamina. Ait enim Gregorius Nazianzenus eos ad dimicandum alacriores factos esse hoc miraculo, quod eis hunc in usum a Deo concessum fuerat. Hinc etiam (p. 319) eos recenset inter fortissimos athletas, qui cum pene usque ad mortem decertassent, victoriæ suæ superstites (*d*) fuerunt. Nyssenus vero conceptis verbis ait Macrinam in confitendo Christo tempore persecutionis decertasse, ejusque et mariti bona ob Christi confessionem fuisse publicata.

Hanc dimicationem existimat Tillemontius vel sub Maximino collocandam esse, qui persecutionem redintegravit anno 311, paucis post Galerii mortem mensibus, vel sub Licinio qui persecutus est Ecclesiam anno 320, ac maxime in Ponto crudelitatem suam exercuit. Quo nomine appellatus fuerit paternus ille avus Basilii, nescimus. Aviæ nomen Macrinæ fuit, quæ cum Basilium infantem informaverit et instituerit, videtur usque ad annum 340 vixisse.

IV. Horum filius Basilius, nostri Basilii pater, eximias virtutes cum magnis eruditionis et eloquentiæ ornamentis conjunxit. Inclaruit enim in foro (*e*), et eloquentiam summa celebritate in Ponto docuit. Sed morum sanctitate clarior exstitit, ita ut primas ei in hoc genere solus filius Basilius eripuisse videretur (*f*). Hujus fides miracula impetravit, ut modo videbimus. Is in matrimonium duxit parem generis et virtutum splendore feminam, Emmeliam, quæ id inter mulieres fuit, quod Basilius filius inter viros, teste Nazianzeno (*g*). Hæc libenter matrimonio virginitatem prætulisset. Sed et patre, quem imperator vita et bonis spoliaverat, et matre in ipso ætatis flore orbata, ut vitaret pericula ob summam venustatem imminentia (plurimi enim illius nuptias ambibant, nonnulli etiam raptum meditari videbantur), ad matrimonii portum confugit, ac viro morum gravitate spectato vitam suam custodiendam commisit. In hoc matrimonio, quod non minus virtutis quam corporum erat, enituit pauperum alendorum et hospitum excipiendorum studium, animæ purgatio per continentiam, bonorum portio Deo consecrata, quæ res paucis tunc exemplis cognita erat, quia sub imperatoribus ethnicis tuta non fuisset Ecclesiis prædiorum possessio. Hæc autem in Ecclesias et pauperes liberalitas nequaquam eorum divitias comminuit, sed potius fide adeo multiplicavit, ut amplissimas in tribus provinciis possessiones haberent. Quod eo mirabilius est, quod Emmeliæ patris, Basilii parentum bona publicata fuerant. Quin etiam eorum re familiari in novem partes pro filiorum numero divisa, singulæ partes paternas opes superarunt.

Sed præcipua Basilii et Emmeliæ gloria, proles exstitit. Decem liberos susceperunt (*h*), quorum tres episcopi summa sanctitatis et doctrinæ laude floruerunt. Unus aliquis ex his liberis videtur admodum infans mortuus: siquidem obeunte marito Emmelia quatuor filiorum et quinque filiarum mater erat (*i*), eorumque bona in novem partes divisa sunt. Omnium natu maxima fuit S. Macrina. Primus filiorum S. Basilius, secundus Naucratius de

(*a*) Basil. ep. 204, n. 6.
(*b*) Naz. or. 20.
(*c*) Ad an. 304.
(*d*) *Vit. Macr.* p. 178, 191.
(*e*) Nyss. *Vit. Macr.* p. 392.
(*f*) Naz. or. 20.
(*g*) Ibid.
(*h*) Nyss. *Vit. Macr.*, 186.
(*i*) Ibid. 181, 191.

Digitized by Google

quo infra nonnulla dicentur, tertius S. Gregorius Nyssenus. Omnium postremus fuit S. Petrus Sebastenus, qui statim atque in lucem editus est, patrem amisit. Quatuor filias honorifice collocaverat S. Emmelia, paulo antequam Basilius Athenis rediret. Harum ex aliqua progenitæ fuerunt illæ Basilii sororis filiæ, quas Gaudentius (*a*) Cæsariensi monasterio præfuisse testatur. Inter consanguineos Basilii eminet inprimis patruus ejus Gregorius in Cappadocia episcopus, qui cum ipsi ac fratribus parentis loco exstitisset, postea cum pluribus aliis Cappadociæ episcopis ejus ordinationi intercessit. Cognatos Basilius habuit Atarbium Neocæsariensem, Soranum Scythici limitis ducem, et Pœmenium, quem Satalensi Ecclesiæ episcopum dedit (*b*), Palladiam, quam tum ob egregios mores, tum ob consanguinitatem in matris loco reverebatur, ut ipse testatur in epist. 137.

V. His ortus parentibus Basilius, quem Gregorius frater cum Samuele in eo comparat (*c*), quod ut ille matris, ita iste patris precibus a Deo concessus fuerit. Eadem patris fide ex lethali morbo infans ereptus est; cum Christus patri in somnis visus dixisset, ut olim regulo Capharnaitæ, *Vade, filius tuus vivit*. Reguli fidem imitatus Basilius filium incolumem recepit. Non in Cappadocia nutritus Basilius (*d*), sed in quodam pago, quem parentes in Ponto possidebant. Regendæ infantiæ Basilii curam suscepit ornatissima femina, avia Macrina, ac teneræ menti sanæ doctrinæ semina mandavit, quæ nulla unquam temporum vicissitudine immutata, sed aucta semper et exculta præclarissimos fructus extulerunt. Permagni intererat sic institui Basilium, non solum ut veritatem mature combiberet, sed etiam ut calumniis inimicorum occurreret. Quidquid enim a sanctissima illa muliere acceperat, a Gregorio Neocæsariensi accepisse videbatur, quem illa sic colebat, ut omnia illius verba, quæcunque ad ipsam serie memoriæ pervenerant, accurate retineret (*e*). His se Basilius ab ea imbutum fuisse testatur in epist. 204, et hoc telo repellit inustas fidei suæ criminationes. Sic etiam in ep. 223 et in procemio *Moralium*. Hæresis Ariana, quæ tunc grassabatur, curam injiciebat catholicis parentibus, ut mature filiorum animos communirent.

Eo autem mirabilius Basilii in his percipiendis documentis acumen et in retinendis constantia, quod sub avia ultra teneram infantiam non fuit. Nam ubi primum litteris ediscendis idoneus fuit, ex aviæ manibus ad patris disciplinam transiit, qui rhetoricam magna celebritate in Ponto docebat (*f*), neque hoc munus in pago, ubi educatus Basilius, gerere potuit, sed in magna aliqua urbe, atque, ut verisimile est, Neocæsareæ. Basilium aliquandiu Neocæsareæ vixisse argumento est, quod se magistros mysteriorum et patres spirituales habuisse dicit (*g*), *Gregorium, summum illum virum et quotquot post eum sedi episcopali succedentes, alius post alium veluti stellæ quædam exorientes, iisdem vestigiis institerunt*. Inter hos Gregorii successores numerat haud dubie Musonium, præstantissimum virum, cui longe dissimilis Atarbius successerat. Porro cæteros quidem episcopos Neocæsarienses avia narrante cognovit Basilius; at Musonium per se ipse puer videtur audiisse. Is enim cum mortuus sit anno 368 aut 369, non admodum senex, docere non potuit Macrinam, quæ in alia diœcesi degebat non multo post annum 330, nempe in illo pago ubi Basilium educavit.

Translatus Neocæsaream Basilius invenit in Emmelia matre alteram Macrinam. Nam ab ea quoque catholicam doctrinam accepisse se gloriatur (*h*). Ipse etiam pater operam suam adjungebat uxori in instituendo ad pietatem filio (*i*); sed illius animum liberalibus disciplinis imbuere proprium suum munus esse ducebat, vir utraque laude in Ponto excellens, et pietate et eloquentia. Sub tanto magistro mirifice profecit Basilius; sed cum eum nullius rei expertem esse oporteret, ut ait Gregorius Nazianzenus, in alias provincias mittitur, ut velut apes ex variis floribus, sic ipse ex variis magistris utilissima quæque perciperet. Hinc eum Cæsarea, ac deinde Constantinopolis, et tandem Athenæ habuerunt.

VI. Sed utra Basilium habuerit Cæsarea, quæ sita est in Cappadocia, an quæ in Palæstina, magna sententiarum varietate ambigitur. Multis partibus videtur præferenda eorum opinio, qui Basilium Cæsareæ in Cappadocia litteris operam dedisse volunt. 1° Basilius optat in epist. 64 ut Hesychius, quicum se multis rebus ab initio conjunctum fuisse dicit, aliquando ad antiquos utriusque lares se conferat. Antiquum illud Basilii et Hesychii domicilium aliud esse non potest quam Cæsarea, unde scribebat Basilius, nec aliud tempus assignari potest, quo sese Cæsareæ noverint, nisi cum uterque litteris operam daret.

2° Narrat Gregorius Nazianzenus (*j*) se et Basilium, *veluti fluxum quemdam fluminis, ex eodem patriæ fonte in diversas regiones doctrinæ cupiditate dissectos, rursus, velut ex composito, Deo videlicet ita impellente, Athenis coivisse*. Uterque ergo in Cappadocia conjunctus fuerat, uterque inde in varias regiones profectus, non alter e Ponto, alter e Cappadocia. Atque id confirmatur tum Gregorii presbyteri testimonio, qui Gregorium Nazianzenum utramque Cæsaream studiorum causa petiisse testatur; tum ipsius etiam Gregorii Nazianzeni, qui Ba-

(*a*) Homil. 17.
(*b*) Ep. 155, 165, 102.
(*c*) Nyss. *De Basil.* p. 292.
(*d*) Ep. 37 et 210, n. 1.
(*e*) Ep. 204, n. 6.
(*f*) Naz. or. 20; Nyss. *Vit. Macr.*, 192.
(*g*) Ep. 204, n. 2.
(*h*) Ep. 223, n. 3.
(*i*) Naz. or. 20.
(*j*) Or. 20.

Digitized by Google

silium sibi plenius Athenis cognitum fuisse dicit, cum antea ignotus non fuisset. Sese autem alibi non videntur novisse, quam in Cappadocia.

3° Scribit Basilius in epist. 51 se a prima ætate nutritum fuisse in amore Dianii episcopi Cæsariensis, et considerasse quam esset ille vir aspectu venerabilis, et postquam adfuit ratio, illum etiam ex interioribus bonis cognovisse, illiusque delectatum consuetudine. Ἐκ πρώτης ἡλικίας συνετράφην τῷ περὶ αὐτὸν φίλτρῳ... ἐπεὶ δέ μοι λοιπὸν καὶ ὁ λόγος παρῆν, τότε δὴ καὶ ἀπὸ τῶν τῆς ψυχῆς ἀγαθῶν αὐτὸν ἐπεγίνωσκον καὶ ἔχαιρον αὐτοῦ τῇ συνουσίᾳ. Ex his colligo Basilium Cæsareæ adolescentem pluribus annis commoratum fuisse, ibique satis diu educatum, ut posset se in amando Dianio et considerandæ illius oris majestate nutritum dicere. Tillemontius, ut hunc locum explicet, Basilium conjicit admodum infantem Cæsaream a parentibus nonnunquam portatum fuisse. Sed hujus conjecturæ, quæ sua sponte parum congruit infantiæ, nullum profert argumentum doctissimus scriptor : atque etiamsi proferret, num se in amando et videndo Dianio nutritum posset dicere, quem nonnunquam infans vidisset ? Nec Tillemontio favent hæc verba, *a prima ætate :* optime enim referuntur ad adolescentiam. Nam et quæ sequuntur, *postquam adfuit ratio, delectabar illius consuetudine* non de adolescentia, sed de virili ætate accipi debent, neque enim adolescens Basilius in Dianii consuetudinem admissus, sed postquam rediit Athenis. Virilem ætatem similiter designat in epist. 223, ubi se aliam ex alia doctrinam ἐν τῇ τοῦ λόγου συμπληρώσει, *cum adolevit ratio*, non mutasse, sed accepta ab avia et matre principia retinuisse declarat.

4° Idem efficitur ex ipsis Gregorii verbis, quibus post Billium et Baronium Tillemontius Cæsaream in Palæstina indicari arbitratur. Sic igitur Gregorius in oratione quam de Basilii laudibus habuit Cæsareæ : Ἐπὶ τὴν Καισαρέων πόλιν ἐπείγεται, τῶν τῇδε μεθέξων παιδευτηρίων, ταύτην δὲ λέγω τὴν περιφανῆ τε καὶ ἡμετέραν (ἐπεὶ καὶ τῶν ἐμῶν λόγων αὕτη καθηγεμὼν καὶ διδάσκαλος), τὴν οὐχ ἧττον λόγων μητρόπολιν, ἢ τῶν πόλεων ὧν ὑπέρκειται, καὶ καθ' ὧν ἔχει τὴν δυναστείαν· ἣν εἴ τις τοῦ ἐν λόγοις κράτους ἀποστερήσειεν, ἀφῃρηκὼς ἔσται αὐτὸ τὸ κάλλιστόν τε καὶ ἰδικώτατον. Ἄλλαι μὲν γὰρ τῶν πόλεων ἄλλοις ἀγάλλονται καλλωπίσμασιν, ἢ παλαιοῖς, ἢ νέοις, ὅπως ἂν οἶμαι τῶν διηγημάτων ἔχωσιν ἢ τῶν ὁρωμένων· τῇδε λόγοι τὸ γνώρισμα, ὥσπερ ἐν τοῖς ὅπλοις ἢ τοῖς δράμασι τὰ ἐπίσημα. *Cæsaream, ut scholarum urbis illius particeps esset, contendit, hanc inquam illustrem civitatem, et nostram* (*nam meorum quoque studiorum dux et magistra exstitit*), *quæ non minus litterarum atque doctrinæ, quam urbium quibus præcellit et dominatur, metropolis : quam si quis doctrinæ palma spoliaverit, rem omnium pulcherrimam ipsique maxime propriam eripuerit. Nam cum aliæ civitates aliis ornamentis, vel antiquis, vel novis glorientur, prout, opinor, vel historiis, vel rebus quibusdam visendis ornatæ sunt : hanc contra, ut arma vel tragœdias notæ quædam atque insignia, sic litterarum gloria nobilitat illustremque reddit.*

Nihil est his in verbis quod non Cæsareæ Cappadocum optime congruat; nonnulla in alteram Cæsaream inepte prorsus ac inurbane dicta essent. Satis apte Gregorius urbem, in qua loquebatur et voce et manu designans dicebat, *Hanc, inquam, illustrem civitatem.* Non putat Tillemontius hanc Cæsaream a studiis litterarum, ut a præcipuo urbis ornamento, laudari debuisse. Sed ut omittam Eusebium, qui Cappadociæ præsules doctrina inter alios enituisse testatur (*a*), ipse Basilius Gregorii testimonio suum adjungit, et litteris, inter patriæ ornamenta, palmam dat. Sic enim de illo statu loquitur (*b*), in quem divisione Cappadociæ redigebatur : *Spectaculum fœdissimum facta est*, inquit, *quæ prius tum de litteratis viris, tum de aliis bonis, quibus opulentæ urbes abundant, gloriabatur.* Similiter in epist. 74, n. 3, litterarum studia, interea quæ civitati nomen et famam pepererant, præcipue commemorat. Qua autem erat urbanitate Gregorius, num potuit, Cæsareæ nomine pronuntiato, auditores admonere, non eam Cæsaream, in qua orationem habebat, sed illustrem illam in Palæstina civitatem a se designari ? Nunquam eum tam inurbane tamque pingui Minerva locutum credam. Quæ sequuntur de litterarum studiis, non minus inornata et illepida essent, si ad Cæsaream Palæstinæ referrentur; cum Cæsarienses, quos alloquebatur Gregorius, hanc laudem, ut jam dixi, aliis civitatibus non concederent.

Non omittendum quod addit Gregorius : *Jam quæ sequuntur, ii exponant qui et eum apud se erudierunt et fructum ex ipsius eruditione ceperunt, quantus videlicet magistris, quantus æqualibus esset*, etc. Non superest ambigendi locus utris Cæsariensibus hæc narranda Gregorius relinquat; iis qui longe remoti erant, neque ex Basilii eruditione majorem quam aliæ civitates utilitatem perceperant, an iis quos alloquebatur Gregorius, quique et Basilii studiorum poterant meminisse, et illius doctrina per tot annos imbuti fuerant. Cum igitur his verbis Cæsarea Cappadocum dignoscatur, immerito quærit Tillemontius, cur Gregorius, qui Cæsareæ perorabat, Basilium in hanc urbem conceptis verbis venisse non dicat; cur non eam designet, nisi ejusmodi notis, quæ saltem ei cum altera Cæsarea communes sint.

Sed idem doctissimus scriptor hoc potissimum argumento nititur, quod Gregorius, postquam Cæsaream suam esse dixit, statim addat ideo suam esse, quia ibi litteris operam dederat : *Hanc, inquam, illustrem civitatem, et nostram; nam meorum quo-*

(*a*) In *Vita Const.*, cap. 43.

(*b*) Ep. 76.

Digitized by Google

que studiorum dux et magistra exstitit. Negat Tillemontius hæc convenire in Cæsaream Cappadociæ, quam Gregorius suam aliis de causis vocare poterat, inprimis, quia eam provinciæ metropolim agnoscebat; quod cum omnibus notum esset, suam dicere debuit, nulla addita ratione, ut in aliis locis facit.

Quod instar incommodi objicit Tillemontius, id argumenti loco adhibere possumus, quamvis illum in interpretatione hujus loci sequamur. Nam cum Cæsaream Gregorius ob disciplinas, quas ibi perceperat, non solum ob metropolitica jura suam diceret; rationem addere debuit, cur eam singulari modo suam diceret. Alioqui nemo non existimasset eum ad metropolis jura respicere. Itaque etsi hunc locum intelligimus, ut intelligit Tillemontius; nihil vetat de Cæsarea Cappadocum intelligi. Verum Gregorii verba sic accipi possent in Billii interpretatione, ut illud *nostram* referatur ad *metropolim* hoc modo, *nostram non minus litterarum atque doctrinæ, quam urbium, quibus præcellit et dominatur, metropolim.* Sic interpretando restituitur patriæ suæ Basilius, nec illius in litteris institutionis partes ullas Cæsarea altera retinet. Fateor tamen mihi non arridere hanc interpretandi rationem, quæ non quadrat cum Græco contextu. Illud enim τὴν οὐχ ἧττον, non refertur ad vocem ἡμετέραν, quæ pluribus aliis interjectis præcedit. Præterea Cæsaream Gregorius doctrinæ metropolim vocat, non quia ibi litteris operam dederat, sed quia in hac urbe litteræ florebant.

CAPUT II.

I. *Sanctus Basilius e Cappadocia Constantinopolim mittitur.* II. *Inde Athenas venit.* III. *Conjungitur amicitia cum Gregorio Nazianzeno.* IV. *Eorum studia et magistri et condiscipuli.* V. *Scribit Basilius Apollinario. Quo anno Athenas reliquit.*

I. Nemini cedebat Basilius corporis pulchritudine et robore ac proceritate, antequam illum pœnitentiæ labores debilitassent; sed eum ab ejusmodi ornamentis laudare noluit Gregorius. Libentius enarrat (*a*) illius in virtute ac litteris progressus. Cum esset Cæsareæ, charus erat æqualibus et magistris, ac brevi tempore magno in pretio apud plebeios et primores civitatis : rhetor inter rhetores etiam ante rhetoricam exhedram, philosophus inter philosophos etiam ante philosophiæ decreta, et quod maximum est, Christianis sacerdos ante sacerdotium. Adeo omnes illum mirabantur. Præcipuum illius studium non erant litteræ, sed philosophia Christiana, ad quam litteras referebat.

Inde Constantinopolim mittitur, quæ civitas rhetoribus ac philosophis præstantissimis florebat, inquit Gregorius; cujus ex testimonio et ex superioribus verbis, *philosophus etiam ante philosophiæ decreta*, perspicimus Basilium in urbe Cæsariensi philosophiæ operam non dedisse, sed hanc disciplinam cum rhetorica Constantinopoli jungere cœpisse.

Si genuinæ sunt scriptæ Basilium inter et Libanium litteræ, dubium non est quin hunc sophistam Basilius Constantinopoli studiorum socium habuerit aut magistrum. Commemorat Libanius (*b*) amicitiam communesque scholas, sibique ait (*c*) Basilium adolescentem admirationi fuisse; tum quod temperantia cum senibus certaret, idque in urbe voluptatibus diffluente, tum quod magnam disciplinarum partem jam tum esset consecutus. Sed cum Libanius, qui anno 314 natus est, mature inter sophistas nomen habuerit, non videtur Basilii multo junioris fuisse condiscipulus. Quamobrem si tanta fuit inter utrumque necessitudo, quanta ex his epistolis perspicitur, necesse est ut eum Basilius audierit Constantinopoli. Sed cum hæ litteræ non levibus, ut infra videbitur, suspicionibus laborent, non libenter crediderim quidquid illarum nititur auctoritate, nisi aliis testimoniis confirmetur. Socrates quidem (*d*) et Sozomenus (*e*) narrant Basilium una cum Gregorio operam Antiochiæ Libanio dedisse. At eorum manifestus est error, cum neuter Antiochiam studiorum causa iverit, nec dubitant eruditi viri, quin hos scriptores nominis similitudine deceperit Basilius sancti Joannis Chrysostomi amicus, quem dum confundunt cum Cæsariensi, Gregorium ei adjunxerunt. Non video ergo quibus monumentis statui possit Basilium Constantinopoli operam dedisse Libanio. Ne ipsum quidem tempus aptissime quadraret, si Libanius, ut videtur Tillemontio, ab anno 346 usque ad 351 docuisset Nicomediæ. Nam intra hoc tempus videntur collocanda Basilii studia Constantinopolitana. Sed cum Libanius Constantinopoli pulsus fuerit a Limenio, qui præfectus urbi fuit a pridie Idus Julias 347 usque ad VI April. 349, fieri potuit ut, eo docente, Basilius Constantinopolim anno 346 aut 347 veniret, eumque, ut inter sophistas celeberrimum, audiret.

Cum brevi tempore Basilius in hac urbe maximas laudes in rhetoricæ ac philosophiæ disciplinis adeptus esset (*f*), tandem Athenas petiit, quæ domicilium et sedes litterarum habebantur. Illius adventum fama nuntiavit, summamque exspectationem omnibus movit, præcipue vero Gregorio Nazianzeno, qui paulo ante in hanc urbem sese contulerat, ac Basilium Cæsareæ cognoverat. Mos erat Athenis, ut adolescentes, dum scholæ suæ numerum augere et sui quisque sophistæ æra ampliare cupiunt, præoccuparent urbes, vias, montium cacumina, campos, solitudines, omnes denique Atticæ ac reliquæ Græciæ partes, atque ipsos etiam incolas, quorum maximam partem in sua studia scin-

(*a*) Or. 20.
(*b*) Epist. 345 et 358.
(*c*) Ep. 356.
(*d*) Lib. IV, c. 26.
(*e*) Lib. VI, c. 17.
(*f*) Naz. orat. 20.

Digitized by Google

debant. Ut quisque autem juvenum Athenas veniebat, statim eum vel vi vel sponte suum facere conabantur. Is primum apud eorum aliquem, qui priores eum ceperant, hospitio excipiebatur, sive amicus esset, sive propinquus, sive civis, sive ex eorum numero, qui mercedis loco sophistis hanc regendi eorum lucri curam persolvebant. Deinde conviciis a quolibet lacessebatur, et per forum ad balneum cum pompa deducebatur. Æquis enim spatiis inter se distincti, bini eum antecedebant. Postquam autem propius accesserant, tum vero quasi furore correpti saltabant, et maximo clamore sublato sistere jubebant, nec fas esse ingredi : simulque pulsatis januis juvenem terrebant, ac tandem aditu concesso in libertatem asserebant, ac deinceps sodalium numero ascribebatur. Gregorius, qui Basilium reverebatur, morum gravitatem et sermonum prudentiam videns, iis qui illum non noverant persuasit, ut idem de illo sentirent. Itaque solus fere ex omnibus advenis communem legem effugit.

III. Amicitiæ Gregorium inter et Basilium ignem inde emicuerunt, ac paulo post in magnam facem novo Gregorii beneficio creverunt. Nam cum Armenii quidam, olim Basilii sub ipsius patre condiscipuli, illius laudes invidis oculis aspicerent, eumque suis argumentationum tricis capere tentarent, Gregorius, qui gloriæ Athenarum cupidus erat, veritus ne quid civitas dedecoris acciperet, si novus accola antiquiores superaret, primo Armeniis opem ferebat; at ubi perfidum illorum consilium perspexit, totum se ad Basilium vertit, eoque adjuvante Armenii penitus fusi. Inde Armeniorum iræ et inimicitiæ in Gregorium, ut suum et urbis proditorem. Basilium autem Athenarum fastidium cepit, quia cum magna omnia sibi de hac urbe finxisset, minorem exspectatione reperiebat. Itaque parum sibi beatus videbatur quod venisset, et inanem felicitatem Athenas vocabat. Tum Gregorius illius mœrorem consiliis suis abstersit, eique persuasit nec hominum mores brevi tempore, nec doctrinam et eruditionem leviter degustando, sed diu multumque probando et periclitando dijudicari. Sic inter eos magis ac magis devinciebatur amicitia dandis et accipiendis benevolentiæ significationibus.

Postquam autem sibi invicem aperuere consilium amplectendæ philosophiæ, tum vero contubernales et convictores fuere, ac tanta fuit animorum et in litteris et in virtutibus excolendis consensio, ut una utrique anima inesse videretur, duo corpora ferens. Par erat studium adipiscendæ doctrinæ, sed aberat invidia. Certabant non uter primas haberet, sed uter alteri concederet. Uterque laudes alterius suas ducebat. Unum utrique opus et studium virtus erat : uterque alteri norma erat et regula vivendi, et quid rectum necne sit discernendi. Neque ex sodalibus in suam consuetudinem asciscebant, nisi qui castissimi et pacatissimi essent. Duæ illis notæ erant viæ, altera ad sacras ædes Christianorum, altera ad scholas ducens : festa, theatra, celebres conventus et convivia libenter aliis relinquebant. Nihil majori ducebant laudi, quam ut Christiani essent et nominarentur : et in ea urbe, quæ simulacris ac simulacrorum laudatoribus et patronis abundabat, non modo nulla prorsus aura superstitionis afflati sunt, sed etiam fraude oculis suis visa ac perspecta, illic dæmones maxime contempserunt, ubi maxime colebantur. Eximia Basilii et Gregorii conjunctio conflaverat circa eos veluti quoddam amicorum idem sentientium sodalitium, cujus dux et præceptor Basilius. Non dubium quin ejusdem agminis dux alter exstiterit Gregorius, quamvis de se ipse taceat. Inde evenit, ut egregium illud par amicorum non in Græcia solum, sed etiam extra Græciam celebraretur, et cum eorum magistri famam Athenarum adæquarent, ipsi quoque, ubicunque noti erant magistri, in hominum ore versarentur et Oresti ac Pyladi longe ab omnibus præferrentur.

IV. His præditus erat moribus Basilius, qui etiam sine doctrina laudem habuissent; sed ad hos mores et (p. 333) egregiam indolem tanta accessit doctrinæ copia, ut nemo cum eo comparandus esset, sive in rhetorica, sive in grammatica, quæ linguam ad Græcismum format, historias colligit, metris præest, et carminibus leges præscribit; sive in omnibus philosophiæ partibus. Ne geometriam quidem et astronomiam ac arithmeticam neglexerat, sed iis relictis quæ ad pietatem prodesse non poterant, tantum sibi ex his disciplinis sumpserat, quantum satis erat, ut ab his qui sese in hoc genere venditabant, exagitari non posset. Medicinam autem videtur apprime calluisse, propterea quod hanc illi artem perpetui morbi et necessariam fecerant, et ad facilius percipiendam profuerant.

Himerium et Prohæresium Athenis audierunt Basilius et Gregorius (*a*), sophistas longe celeberrimos. Ex Basilii litteris cognoscimus eum a teneris amicitia conjunctum fuisse cum Hesychio et Terentio (*b*), cum Sophronio officiorum magistro (*c*) et Eusebio quodam episcopo (*d*). Cæsareæ eamdem domum habuit ac ille Hesychius. Cum Eusebio omnia ei communia fuerunt. Sed qua in urbe simul vixerint, prorsus nescimus. Celso Libanii discipulo persuasit Basilius ut secum Athenas veniret (*e*), si tamen Libanii ad Basilium litteris adhibenda fides. Julianum Peræquatorem Gregorius Nazianzenus (*f*) socium habuit studiorum : quod forte ei cum Basi-

(*a*) Socrat. l. IV, c. 26 ; Sozom. l. VI, c. 17.
(*b*) Ep. 64.
(*c*) Ep. 272.
(*d*) Ep. 271.
(*e*) Ep. 336.
(*f*) Orat. 9.

Digitized by Google

lio commune fuit. At non dubium quin utrique Athenis cognitus fuerit Julianus imperator: perspicua res est ex Gregorii testimoniis (*a*), nec necesse est ut confirmetur Basilii ad Julianum aut Juliani ad Basilium epistolæ auctoritate. Charum sibi ab adolescentia fuisse Basilium declarat Julianus (*b*). Sed mirum cur Basilius sacras se cum Juliano litteras didicisse testetur (*c*). Utrum id Athenis factum dicemus? at tunc profanis studiis operam dabant. Utrum in Cappadocia? tempus quidem quadrat. Nam circa annum 345, quo tempore Basilius videtur fuisse Cæsareæ, Julianus in castellum prope Cæsaream deductus fuit, ubi cum Gallo fratre sex annos traduxit (*d*). Sed cum ibi inclusus ab omni æqualium consuetudine removeretur, copia non erat ut eum Basilius videret. Verum his Basilii ad Julianum et Juliani ad Basilium litteris non multum tribui debet.

V. Videtur Athenis scripta Basilii ad Apollinarium epistola, quæ etsi a laico ad laicum scribebatur, nec quidquam habebat nisi amicam salutationem, elapsis tamen annis viginti ab Eustathio adulterata, et ad invidiam Basilio creandam magno sonitu jactata est (*e*). Basilius in epistola 223, n. 4, quæ scripta est anno 375 exeunte, scripsisse se dicit Apollinario ante annos viginti et amplius. Ibidem iterum occurrente hujus rei mentione viginti tantum anni numerantur. In epistola autem 226, num. 4, ante annos viginti hoc a se factum confitetur. At in epistola 224, n. 2, legimus *ante annos viginti quinque*, πρὸ κε' ἐτῶν, sed legendum puto ut in aliis locis *ante annos viginti*. Proclive enim fuit librariis litteram ε, quæ sequentem vocem incipiebat, cum illo x conjungere, sicque numerum viginti quinque annorum effingere. Si ergo anno 375 exeunte jam exacti erant anni viginti, ex quo Basilius scripserat Apollinario, hanc epistolam scribere non potuit nisi Athenis, anno scilicet 354 exeunte, aut ineunte 355.

Quot annos Cæsareæ Basilius traduxerit, quot Constantinopoli, quo Athenas anno petierit, difficile est conjicere. Videtur Cæsaream missus, cum jam optimum magistrum amisisset patrem: neque enim eo vivo ac summa celebritate rhetoricam docente, ad alias scholas, saltem tam cito, missus fuisset. Id autem probabile est contigisse circa annum 342 aut 343. Nam Petrum, qui paulo ante mortem patris in lucem editus est, presbyterum ordinavit Basilius in primordiis episcopatus, ut infra videbimus. Cum autem leges ecclesiasticæ, quarum erat servantissimus Basilius, annos triginta ad presbyteri gradum requirerent, hanc ætatem habere debuit Petrus in primordiis episcopatus S. Basilii, id est circa annum 372 aut 373, ac proinde ortus Petri, mors patris, Basilii Cæsaream profectio ad annum 342 aut 343 referenda. Quot autem annos fuerit Cæsareæ, id, ut jam dixi, nullo exstat vestigio. Idem dici potest de studiis Constantinopolitanis. Quod autem spectat ad Athenas, eo Basilium venisse putat Tillemontius anno 351, quia Gregorius qui paulo ante Basilium in hanc urbem advenit, imberbem se venisse declarat (*f*) ac proinde annos natum circiter 22. Certior reditus ex hac urbe: non enim citius contigit anno 355 exeunte aut ineunte 356, siquidem ibi vidit Basilius Julianum, qui in hanc urbem venit jam media parte anni 355 elapsa. Neque etiam serius, quia spatium inter studia litterarum et sacerdotium nimis contrahi non patitur rerum Basilii gestarum multitudo.

CAPUT III.

I. *Sanctus Basilius in patriam redit et scenæ mundi aliquid tribuit.* II. *Probabile est eum post reditum baptizatum fuisse.* III. *Naucratius illius frater moritur.* IV. *Vitam monasticam Basilius amplectitur, et Orientis ac Ægypti monasteria invisit.* V. *Alexandriæ morbo detentus scribit Eustathio.* VI. *Secedit in Pontum frustra illum retrahente Gregorio.*

1. Basilius igitur et Gregorius (*g*), ubi doctrinæ mercibus navem suam onustam viderunt, redire in patriam statuerunt, ut inita sanctioris instituti consilia perficerent. Aderat discessus dies: sed quia longe molestissimum esse solebat Athenas et sodales relinquere; tum cum valedicerent, circumstat eos sodalium et æqualium, ac magistrorum etiam nonnullorum chorus, ac precibus et querelis, hortando, et vim faciendo illorum reditum intercludere conantur. Ac Basilius quidem hæc claustra perrupit, et abeundi veniam impetravit, quamvis non sine maxima dimicatione. At Gregorius victus est partim amicorum precibus et lacrymis, partim etiam illum prodente Basilio (sic enim ipse Basilium incusat) et operam retrahentibus navante. Invitus ergo Athenis remansit Gregorius, sed cum diu ab animæ suæ dimidio divelli non posset, ac parentum et patriæ desiderio ictus esset, non multo post Athenis clam se subduxit et in patriam remeavit.

Rediit summa celeritate Basilius (*h*): Constantinopolim, velut Ulysses Sirenum cantus, præteriit: admirationem illius commovit Asia, sed magnis itineribus Cæsaream contendentem morari non potuit. Per honorifice a Cæsariensibus exceptus, scenæ mundi aliquid tribuit invitus, sive quod rhetoricam docuerit Cæsareæ, quod munus illum magnifice exercuisse, Gregorium vero magnificentius contempsisse narrat Rufinus (*i*): sive quod, ut de se ipse testatur Gregorius, poscentibus civibus, ut comportatas ab exteris regionibus opes depromeret, ingenii sui specimina denegare non potuerit. Illum certe patria velut alterum conditorem et conserva

(*a*) Orat. 4.
(*b*) Ep. 40.
(*c*) Ep. 41.
(*d*) Julian, *ep. ad Athan.*
(*e*) Ep 224, n. 2, ep 226, n. 4.
(*f*) *Carm. de vita.*
(*g*) Orat. 20
(*h*) Epist. 1.
(*i*) Lib. XI, c. 9.

Digitized by Google

torem, teste Gregorio (*a*), complexa est. Non minus ei honoris habuit Neocæsarea (*b*), quæ legatos ad eum ex senatu misit, ut juventutis curam susciperet. Quin etiam, cum in hanc urbem venisset, omnes eum circumsteterunt, nihil non deferentes, nihil non pollicentes : sed eum retinere non potuerunt. Videntur hæc contigisse, vel cum Basilius Athenis redux, in Ponto visendæ matris causa moratus est (vix enim dubium quin hoc officium tunc matri præstiterit), vel cum docendi apud Cæsarienses munere solutus, spem injecit Neocæsariensibus sui alliciendi.

Sed mundi vinculis constringi se non passus est; ac cito ab honoribus fastidio et satietate abalienatus. Qua in re plurimum illum adjuvit Macrina soror, quæ cum illum vidisset nimis magnifice de eloquentia sentire, ac dignitates omnes floccifacere, et fastu quodam supra homines potestate claros efferri, celeriter ad asceticam vitam, quam ipsa profitebatur, attraxit. Hæc discimus ex Gregorio Nysseno, cujus verba etiam Græce referenda. Sic enim loquitur in *Vita S. Macrinæ* : Λαβοῦσα τοίνυν αὐτὸν ὑπερφυῶς ἐπηρμένον τῷ περὶ τοὺς λόγους φρονήματι, καὶ πάντα περιφρονοῦντα τὰ ἀξιώματα, καὶ ὑπὲρ τοὺς ἐν τῇ δυναστείᾳ λαμπροὺς ἐπηρμένον τῷ ὄγκῳ, τοσούτῳ τάχει κἀκεῖνον πρὸς τὸν τῆς φιλοσοφίας σκοπὸν ἐπεσπάσατο. Videtur huic testimonio aliqua inesse exaggeratio. Nam testatur Gregorius Nazianzenus (*c*) se et Basilium scenæ mundi aliquid tribuisse, non ostentationis studio (ab hoc enim vitio alienos esse fuisse), sed ut plurimorum desiderio perfunctorie satisfacerent. Lenienda ergo aliqua interpretatione verba Gregorii Nysseni; nec putandum tanto fastu elatum fuisse Basilium, sed forte, dum eloquentiæ suæ specimina civibus exhibet, plausibus interdum delectari visum esse; unde metus injectus sorori, ne his laqueis arctius irretitus, deinceps se expedire non posset. Præterea nec ipsa Macrina auctor fuit Basilio, ut asceticam vitam amplecteretur, sed tantum hortari potuit, ut consilium perficeret, quod dudum intendebat, atque, ut dicitur, currentem incitare.

II. Narrat Basilius (*d*) quomodo effuso in pauperes patrimonio totum se Deo consecraverit. Idem de se narrat Gregorius (*e*); sed neuter baptismi mentionem facit, quamvis constet Gregorium baptizatum fuisse, postquam rediit Athenis. De Basilio hoc tantum certo scimus, ejus baptismum dilatum fuisse, saltem usque ad illud tempus quo Cæsaream missus est. Utrum autem etiam usque ad reditum ex Græcia, id non ita exploratum est : sed tamen libenter crediderim eum circa annum 357 mysteriis initiatum fuisse. Nam Gregorius, qui catechumenus erat Athenis, sic suum cum Basilio omnium rerum consensum describit, ut nusquam illum a se discernat, sed ambo ad ecclesiam ivisse simul et redivisse, ambo sacris concionibus, non mysteriis interfuisse videantur. Sic enim loquitur (*f*) : Δύο μὲν ἐγνωρίζοντο ἡμῖν ὁδοί· ἡ μὲν πρώτη καὶ τιμιωτέρα, ἡ δὲ δευτέρα καὶ οὐ τοῦ ἴσου λόγου· ἥ τε πρὸς τοὺς ἱεροὺς ἡμῶν οἴκους, καὶ τοὺς ἐκεῖσε διδασκάλους φέρουσα, καὶ ἡ πρὸς τοὺς ἔξωθεν παιδευτάς. *Duæ nobis viæ notæ erant, altera prima et præstantior, altera secunda, et inferioris pretii : illa nempe quæ ad sacras nostras domos, eosque qui illic erant doctores ferebat : hæc autem, quæ ad externos præceptores.*

In eadem oratione de rebus post reditum a Basilio gestis loquens, sic eum ad sacrum presbyterorum ordinem pervenisse dicit, ut illum divina benignitas *non subito ad hunc gradum subveheret, nec simul eum et ablueret et sapientia instrueret* (οὐδὲ ὁμοῦ τε πλύνασα καὶ σοφίσασα), *quemadmodum plerosque eorum qui nunc antistitum munus appetunt : verum ordine et spiritualis progressionis lege, hoc eum honore afficeret.* Hoc verbo πλύνασα baptismus manifeste designatur. Quamobrem, cum Gregorius de iis loquatur quæ Basilius Athenis reversus gessit, eumque dicat non statim baptizatum et presbyterum factum fuisse, nec obscura nec difficilis conclusio est eum baptismo, postquam Athenis rediit, initiatum fuisse. Præterea sic observat Gregorius intervallum quod inter Basilii baptismum et sacerdotium exstitit, sic eos carpit qui a baptismo ad sacerdotium assiliunt, ut laudi apponat Basilio, quod non ejusmodi homines imitatus sit, cum potuisset imitari. At qui infans aut adolescens baptizatus est, an laudem meretur ob sacerdotium non statim appetitum ?

Basilium baptizavit Dianius Cæsariensis. Testatur enim (*g*) se a viro, qui diu in ministerio Dei vixit, baptizatum fuisse et Ecclesiæ ministerio admotum. Soli Dianio hæc signa congruunt. Nam cum is ab anno saltem 341, quo interfuit concilio Antiocheno usque ad annum 362 Ecclesiam Cæsariensem rexerit; nec ejus successor Eusebius Basilium baptizare potuit, nec eum decessor Hermogenes lectorem instituere, qui cum Athenis versaretur, laicus ad laicum scripsit Apollinarium. Inde autem confirmatur quod de Basilii baptismo diximus. Perspicitur enim ejus baptismum dilatum fuisse a parentibus. Alia autem differendi causa esse non potuit, nisi ut tam eximium donum adolescentiæ nau fragiis non exponerent. At eadem causa multo gravior exstitit, cum Constantinopolim et Athenas missus est : quibus in urbibus perpetua innocentiæ et fidei pericula imminebant.

Quod si Basilii baptismus usque ad reditum ex litterarum studiis dilatus fuit, vix dubium est quin tum demum baptizatus fuerit, cum sese a mundi

(*a*) Orat. 20.
(*b*) Ep. 210, n. 2.
(*c*) Or. 20 et *Vit.*
(*d*) Ep. 223, n. 2.
(*e*) *De Vit.*
(*f*) Or. 20.
(*g*) Lib. *De Spiritu sancto*, cap. 29.

Digitized by Google

scena abstraxit. Cum enim præparandus animus fuit ad tantum mysterium, tum vero ipse Basilius declarat in epist. 223, se intimos pietatis sensus concipere, et quidquid sordium ex profanis studiis et hominum improborum consuetudine conceperat, excutere cœpisse, cum sua omnia pauperibus distribuere, ac in solitudinem sese recipere statuit.

Lector ab eodem Dianio institutus est Basilius, non multo post baptismum (*a*). Utrum autem id evenerit statim post baptismum, an post reditum ex itineribus, quæ ab eo suscepta modo narrabimus, id equidem non mihi videor posse statuere.

III. Circa illud tempus amisit Basilius fratrem Naucratium (*b*), tristi quodam casu sublatum. Is post Basilium natu maximus, mira quadam indole, et corporis venustate ac viribus et celeritate, et eximia ad omnia habilitate cæteris præstabat. Sed cum annum assecutus esset vicesimum secundum, ac publica eloquentiæ suæ specimina dedisset cum summa audientium admiratione, subiit illum divinæ gratiæ dono fastidium mundi, ac omnibus rebus suis projectis, vel potius Deo dicatis, ad solitariam ac pauperem vitam magno animi ardore accurrit. Secutus est illum unus ex famulis, Chrysaphius nomine, qui eum diligebat, ac ejusdem vitæ studio tenebatur. Secessit propter Iridem fluvium in collem quemdam denso nemore consitum, et dorso præcelsi montis reconditum. Ibi ab urbium tumultu et militiæ ac fori occupationibus remotus quibusdam solitariis senibus se tradidit, quibus inopia et morbo laborantibus victum quæritabat manuum suarum industria. Cum enim quodlibet venationis genus non læve exerceret, pisces senibus captabat. In quo quidem et charitatis officio fungebatur, et juventutem his laboribus domabat : nec interim a colenda matre discedebat, ejusque mandatis exhauriendis, si quid illa præciperet. Jam quintum annum in hoc instituto traducebat, cum ingentem matri ac toti familiæ luctum attulit. Subito enim e vita rapitur, non morbo correptus, non ex insidiis interemptus, sed quodam die cum ad piscandum profectus esset, mortuus una cum Chrysaphio domum reportatur. Tam tristi nuntio ad S. Emmeliam, quæ trium dierum itinere distabat allato, mulier alias fortissima concidit exanimis. At tum maxime enituit virtus S. Macrinæ, quæ non solum invictam se a dolore præstitit, sed etiam matrem e profundo mœroris constantia sua revocavit. Si Naucratius anno 330, ut satis probabile est, in lucem est editus, ejus mors circa annum 357 collocanda; quippe cum anno ætatis vicesimo secundo secesserit, quinque annos traduxerit in solitudine.

IV. Eo affluentior et uberior fuit in Basilio gratia baptismi, quod simul se asceticæ vitæ consecravit, et omnibus statuit nudare bonis, ut Christum totus induceret. Promiserat ei Gregorius Athenis se cum eo in eamdem solitudinem recessurum ; sed cum amicitiæ legem debitæ parentibus pietati posthabere Gregorius cogeretur (*c*) ; destitutus hoc præsidio Basilius (*d*), monasteria Orientis et Ægypti invisere statuit, ut perfecta virtutum exempla ad imitandum haberet. Narrat ipse (*e*) se innumeris laboribus in Syriam pervenisse, ac inde in Ægyptum longo et difficili itinere profectum esse. Vidit sanctissimos viros Alexandriæ et in reliqua Ægypto (*f*), ac in Palæstina et Cœlesyria et Mesopotamia : miratus est eorum in laboribus perferendis animi fortitudinem et in orando constantiam : obstupuit, cum eos videret somnum superare, nec ulla naturali necessitate inflecti, sed in fame et siti, in frigore et nuditate indomitum animi robur servare, et tanquam aliena in carne vivere. Sed quantum illum juvabat hæc sanctitatis exemplaria respicere, tantum ei mœroris attulerunt dissensiones, quæ his temporibus, ut cum maxime, fervebant. Videbat episcopos ipsos inter se digladiari (*g*), et Ecclesiam Dei crudeliter dilacerare, ac ejus gregem obturbare. Sed cum ejus animo sana fides a teneris fuisset insculpta, nulla illum erroris aura perflavit, seque ipse testatur, in peregrinationibus, quas vir factus terra marique suscepit (*h*), si quos inveniret secundum traditam pietatis regulam ambulantes, eos et patrum loco habuisse, et duces animæ suæ secutum esse. Non vidit Alexandriæ magnum Athanasium. Significat enim in epist. 80 nunquam sibi hanc felicitatem obtigisse. Præterea Athanasium scimus Alexandria excessisse anno 356. Sed dum Syriam peragrat Basilius, videre potuit S. Eusebium Samosatensem, quocum et ante episcopatum suum et in episcopatu arctissima amicitia conjunctus fuit. Neminem sane video, quem libentius inter eos numerem, quos se Basilius patrum loco habuisse, et animæ suæ duces secutum esse dicit.

V. Basilium Alexandriæ morbus detinuit ac metum attulit ne in patriam hieme redire non posset. Dum autem in hac moratur urbe (*i*), allatæ sunt ei litteræ Eustathii, philosophi cujusdam ethnici, quem Athenis rediens visurum se in Cappadocia speraverat, sed quæsitum invenire non potuit. Postea morbi obstiterunt, quominus eum viseret. Neque etiam cum eo abeunte in Orientem proficisci potuit. Postquam in Syriam venit Basilius, audiit philosophum inde abiisse in Ægyptum. Illuc etiam se contulit, ac ne illic quidem optatum philosophi congressum assequi potuit. Is enim ad Persas et extremos barbaros abierat. Tandem ab eo litteras accepit Alexandriæ, ex quibus illum in patriam rediisse cognovit. Scripsit ad eum Basilius ex eadem

(*a*) Lib. *De Spiritu sancto*, cap. 29.
(*b*) Nyss. *Vit. Macr.*, p. 182.
(*c*) Naz. ep. 5.
(*d*) Naz. or. 20.
(*e*) Ep. 1.
(*f*) Ep. 223, n. 2.
(*g*) Proœm. *Moral.*, p. 213.
(*h*) Ep. 204, n. 6.
(*i*) Ep. 1.

Digitized by Google

urbe epistolam leporibus refertam, in qua se Athenas reliquisse, ut Eustathium videret, ac eodem consilio in Orientem peregrinatum esse fingit; et cum eum tot in locis quæsitum non reperisset, dubitasse an non fato aut fortuna omnia regantur. Hæc, inquam, ab eo peracute finguntur, nec proinde nimium stricte accipi debent. Nam quod se Athenis discessisse ait, ut philosophum videret, urbanissima est amici desiderii significatio, non quod aliud discedendi consilium non habuerit. Dubitatio autem illa, qua se agitatum fuisse dicit, non alio spectat nisi, ut ethnico philosopho veram de Providentia sententiam facilius insinuet. Hanc epistolam omnium primam collocavimus, utpote scriptam anno 357, inter Basilii peregrinationes.

Quod metuebat Basilius, dum esset Alexandriæ, ne se morbus in patriam hieme redire non sineret; id argumento est eum de celeri ac prompto reditu cogitasse cum hæc scriberet, ac proinde jam monasteria Palæstinæ, Cœlesyriæ et Mesopotamiæ visitasse. Sed cum sæpe ejusmodi morbis laboraverit, nec idcirco suos intermiserit labores, verisimile non est eum tandiu Alexandriæ detentum fuisse. Reversus autem in patriam, cum totus arderet ea imitandi studio (*a*), quæ in remotis regionibus viderat, nullam videtur moram interposuisse, sed statim perfecisse consilium, quod dudum extenderat, ut sua omnia pauperibus distribueret ac sese in solitudinem reciperet.

VI. Locum elegit secessui idoneum, montem quemdam ad ripas Iridis fluvii, qui ex Armenia ortus Pontum irrigat, et in Euxinum Pontum delabitur (*b*). Ad alteram fluvii ripam sita erat villa, in qua Basilius, apud aviam Macrinam educatus fuerat. Hæc in villa, quæ paterna hæreditas erat familiæ S. Basilii, et post mortem S. Emmeliæ (*c*) S. Gregorio Nysseno cessit, constructum erat monasterium a virgine Macrina, in quo fratrem suum Petrum a teneris ad omnem virtutem finxit, et sacrarum litterarum cognitione imbuit (*d*). Remotus non erat hic pagus ab urbe Neocæsarea, unde Basilii in hunc locum adventu anno 375 terror injectus Neocæsariensibus, quasi Basilius in eorum urbem ingredi pararet. Non tamen subjectus erat Neocæsareæ, sed Iboræ, exiguæ civitati non procul distanti (*e*), cujus episcopus Araxius S. Macrinæ justa persolvit una cum S. Gregorio Nysseno qui eum vocat locorum illorum episcopum (*f*). Hunc pagum *Annesos* vocatum fuisse perspicimus ex Basilii epist. 3, in qua loquitur de quodam agresti *ex iis*, inquit, *qui nobiscum Annesis commorantur*. Hæc autem de pago trans Iridem sito accipi debere inde perspicitur, quod Basilii solitudo ab omni prorsus hominum consuetudine remota esset.

(*a*) Ep. 223, n. 2.
(*b*) Greg. Nyss. *Vit. S. Macr.*, p. 182.
(*c*) *Or. in* XL *mart.*, p. 211.
(*d*) Nyss. *Vit. S. Macr.*, p. 185.
(*e*) Nyss. *Or. in* XL *mart.*, p. 212.
(*f*) *Vit. S. Macr.*, p. 200, 202.

Voluerat primo Basilius in Tiberinam sese recipere. Est autem Tiberina regio quædam Cappadociæ, in qua situs est Arianzus Gregorii natale solum. *Num igitur cogitas*, inquit in epist. 14, *quo ego periculi stultus venerim, cum sedem hujusmodi Tiberina orbis terrarum barathro commutare pertinaciter vellem?* Videtur spes cum Gregorio vivendi præcipuum fuisse commodum, quod sibi Basilius præferenda aliis locis Tiberina proponeret. Sed ipsius mater et soror, quarum intererat eum non tam longe secedere, huic consilio, ut verisimile est, obstiterunt, ac orando et instando perfecere, ut illum attraherent in locum solo flumine ab earum monasterio dissitum.

Postquam degendi cum Gregorio spes evanuit, dolorem suum Basilius non corde pressit, sed violatam ab amico promissorum fidem questus est. Non habemus epistolam in qua hæc scribebat; sed exstat Gregorii responsio (*g*), qui objectum crimen non inficiando repellit, sed pietatis parentibus debitæ commemoratione deprecatur : ac litis dirimendæ causa hoc temperamentum proponit, ut partim ad se Basilius, partim ipse ad Basilium ventitet.

Aliam amisimus Basilii epistolam, in qua jocabatur in Tiberinam. Vicissim cum Gregorius perurbanis in Cæsaream ubi natus erat, et in Pontum, quo secedebat, dicteriis remordet (*h*) · Ponti tenebras exagitat, ubi solem ad certum modum accipi dicit. Quod spectat ad Cæsaream, pro luto objicit cauponas, et quidquid urbes turpe et incommodum ferunt. Vocat Basilium luti expertem virum, et summis pedibus incedentem, pennatum ac pendulum, ut quamvis sit Cappadox, Cappadociam fugiat. Ex quibus verbis colligo Basilium nondum secessisse, cum hæc scriberet Gregorius, sed tamen jam statuisse Cappadociam fugere et in Pontum se recipere.

Basilius omnibus rebus ita sese nudaverat (*i*), ut nihil haberet præter corpus et necessaria corporis integumenta. Cilicio corpus tegebat (*j*), sed noctu tantum, ut oculos hominum vitaret. Nemo tanta inedia exstitit. *Erat illi*, inquit Nazianzenus, *tunica una, et pallium unum, et stratus humi lectulus et illuvies, et vigiliæ (illa ejus decora et ornamenta) et suavissima cœna et obsonium, panis et sal, novum, inquam, illud condimentum, et potio sobria et uberrima, quam nobis nihil laborantibus fontes profundunt. Ex quibus, imo cum quibus, morbi ac morborum curationes promanarunt : quod commune utriusque nostrum studium fuit.*

Testatur etiam Nyssenus Basilium (*k*) parcissimi cibi fuisse, et cum carne sua non aliter, quam cum servo fugitivo inexorabilem dominum egisse. Quanto sanctitatis in anima et corpore servandæ studio te-

(*g*) Naz. ep. 5.
(*h*) Ep. 6.
(*i*) Naz. or. 20.
(*j*) Ibid.
(*k*) *In Basil.* p. 490, 496.

Digitized by Google

neretur, perspici potest ex his Cassiani (*a*) verbis : *Fertur S. Basilii*, inquit, *Cæsariensis episcopi districta sententia. Et mulierem, inquit, ignoro, et virgo non sum. Intantum intellexit incorruptionem carnis non tam in mulieris esse abstinentia, quam in integritate cordis, quæ vere incorruptam perpetuo sanctimoniam corporis vel timore Dei vel amore castitatis custodiat.*

CAPUT IV.

I. *Qui Basilium negant professione monasticæ vitæ obstrictum fuisse, refelluntur ex ipsius testimoniis.* II. *Probatur Basilium nihil sibi ex bonis suis reliquum fecisse.* III. *Professio etiam nominatim et conceptis verbis non pronuntiata violari non poterat.* IV. *Gregorius mediam inter anachoretas et ascetas actuosos viam elegit. Migades apud Gregorium iidem ac ascetæ actioni dediti.* V. *Basilius in monasteriis suis medium inter anachoretas ac migades vivendi genus instituit*

1. Doctissimus scriptor Thomassinus novam quamdam de Basilio et Gregorio Nazianzeno opinionem invenit, quæ apud antiquos inaudita prorsus et immemorata, placuit tamen celeberrimo abbati Trappensi. Summos illos viros fatetur Thomassinus in solitudinem secessisse, sed illis monastici instituti veram professionem invidet. Negat (*b*) *vere monachum esse, nisi qui se ad totum vitæ tempus hac sancta professione obstringat, seque omnibus possessionibus spoliet ac nudet.* Difficile profecto non erit utrumque de Basilio nostro astruere, et quod eruditus Thomassinus statuit, ut eum monachum non fuisse probet, id convertere in argumentum veræ illius monasticæ professionis. Nam in his quæ ad sanctum Gregorium Nazianzenum spectant non immorabor, quamvis amplam segetem illius opera suppeditent : sed his erudito sodali illius operum editionem elaboranti servatis, nonnulla tantum attingam, quæ a Basilio nostro divelli non possunt.

Basilium ipsum de se loquentem audiamus, antequam aliorum referamus testimonia. Sic susceptum a se monasticæ vitæ propositum exponit in epist. 223, n. 2 : *Itaque cum legissem Evangelium*, inquit, *ibique perspexissem plurimum ad perfectionem valere, bona sua divendere, et cum egenis fratribus communicare, ac nulla prorsus hujus vitæ sollicitudine distringi, nec ulla affectione ad res terrenas animo converti; cupiebam invenire aliquem ex fratribus qui hanc vitæ viam elegisset, ut una cum ipso brevem hujus vitæ fluctum transirem. Ac multos quidem inveni Alexandriæ, multos etiam in reliqua Ægypto : et in Palæstina alios et Cœlesyria ac Mesopotamia... Hæc cum mirarer, ac beatam putarem virorum vitam, quod factis ostenderent se mortificationem Jesu in corpore circumferre, optabam et ipse, quantum possem attingere, imitator esse hominum illorum. Quamobrem cum vidissem nonnullos in patria imitari illorum instituta conantes, mihi visus sum adjumenti aliquid reperisse ad meam salutem, et indicium ducebam eorum quæ non videntur, ea quæ videntur.*

Non video quid significantius possit Thomassinus requirere. Vel enim nulli tunc monachi fuere, vel Basilius fuit. Statuit bona omnia vendere et pauperibus distribuere. Quærit aliquem ex fratribus, qui monasticum institutum profiteatur, ut cum eo brevem hujus vitæ fluctum transeat. Quis in hoc consilio vel facultatum retinendarum, vel monastici instituti ad tempus amplectendi voluntatem suspicetur ? Quamvis autem Basilius non dicat conceptis verbis imitatum se esse perfectum illud vivendi genus, quod in variis monasteriis perspexerat, sed tantum imitari statuisse ; nemo tamen dixerit eum ab incepto turpiter discessisse, et quæ statuta ac deliberata habuerat, minime perfecisse.

Nihil sane opus est exquisitis argumentis in re manifesta. Monumentum habemus monasticæ Basilii professionis certissimum, ipsas regulas ab eo institutas. Nihil severius aut strictius præcipi potest, quam quæ a Basilio de omnibus prorsus rebus relinquendis præcipiuntur. Ei qui semel inter fratres monasterii ascriptus est, nullum prorsus exeundi locum relinquit : sed sacrilegum esse declarat (*c*), qui ad aliud vitæ genus transit, ut qui donarium Deo consecratum abstulerit. Si quis autem dubitet an Basilius iisdem votis obstrictus fuerit, ac ii quos regendos susceperat ; legere potest proœmium in Regulas longiores quod sic incipit : *Quoniam Deo juvante, in nomine Domini nostri Jesu Christi simul convenimus nos, qui unum et idem pii instituti propositum tenemus*, etc. Οἱ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν σκοπὸν τοῦ βίου τοῦ κατ' εὐσέβειαν ἐνστησάμενοι. Dubia profecto non erat monachis Cæsariensibus Basilii professio, cui cum magnæ molestiæ accidissent ab Eusebio episcopo, factam *ei, qui principatum inter ipsos obtinebat*, injuriam graviter tulerunt (*d*). His adde veterum testimonia qui Basilium et Gregorium vitam monasticam amplexos esse referunt. Vide Rufinum lib. I, c. 9 ; Socratem lib. IV, c. 26 ; Sozomenum lib. VI, c. 17.

II. Paupertas, quam requirit Thomassinus ad monasticam professionem, maxime enituit in Basilio. Testatur Nyssenus eum ab initio statuisse nihil possidere, et petram immobilem fuisse hoc consilium. Idem discimus ex Nazianzeno (*e*) Basilium *omnibus facultatibus, quas unquam habuerat, æquo animo projectis, leviter facileque vitæ pelagus transmisisse.*

Existimat Tillemontius Basilium statim quidem sua omnia pauperibus consecrasse, non tamen statim distribuisse, sed cum sibi aliquid reservasset, variis temporibus charitati suæ satisfecisse. Nititur doctissimus scriptor testimonio Nysseni, qui fratrem suum testatur (*f*) *patrimonium pauperibus et ante sacerdotium distribuisse, et maxime famis tem-*

(*a*) *Institut.* lib. VI, c. 19.
(*b*) *Disciplin. eccles.* part. II, lib. I, c. 46.
(*c*) *Interrog.* 24.
(*d*) Naz. orat. 20.
(*e*) *In Basil.*
(*f*) *In Eunom.*, p. 307.

Digitized by Google

pore, cum adhuc esset in presbyterorum ordine, nec postea eorum, quæ residua fuerant, minus liberalem fuisse.

Conjecit Tillemontium in hanc opinionem alia minus recta opinio de morte S. Emmeliæ, quam episcopo Basilio putat obiisse. Sed id ante episcopatum Basilii contigisse, et famis tempore contigisse, quæ Basilii charitati materiam dedit, certissimis, ut mihi quidem videtur, argumentis probabitur. Quare cum Basilius maternam hæreditatem famis tempore perceperit; facile perspicitur, quomodo qui se jam antea omnibus rebus nudaverat, idem tunc charitatis specimen renovaverit. Non difficilius explicatur quod ait Nyssenus, Basilium *postea eorum quæ reliqua erant non minus liberalem fuisse*. Neque enim mirum, si amplam hæreditatem non statim totam percepit, sed nonnulla serius, ut in ejusmodi rebus fieri solet, in ejus manus perveneruut.

Illud ergo constare debet Basilium sedulo observasse quod aliis præscripsit in Regulis tum longioribus tum brevioribus; neque eum hac in re inferiorem fuisse Macrina sorore, quæ se ex bonis æqua parte inter ipsam ac fratres divisis nihil sibi reliquum fecisse testatur (*a*), sed omnia per manus sacerdotis secundum divinum præceptum distribuisse. Cum autem nihil omnino possideret Basilius, victum ei ex ipsa domo, in qua nutritus fuerat, mater benigne providit (*b*), saltem postquam ad presbyteri gradum evectus est. Nam maximam partem servitiorum illius domus presbytero cuidam, Dorotheo nomine, qui Basilii collactaneus erat, ejusque nutricis unicus filius, ea conditione tradidit, ut Basilio alimenta suppeditaret. Sic autem tradidit, ut nequaquam donum esset, sed usus per vitam. Quam alienus fuerit Basilius ab ea remissione, seu potius dissolutione, quæ illi affingitur, ex hoc Cassiani testimonio perspicitur (*c*): *Fertur sententia*, inquit, *sancti Basilii Cæsariensis episcopi, ad quemdam prolata Syncletium, tali quo diximus tepore torpentem: qui cum se renuntiasse diceret huic mundo, quædam sibi de propriis facultatibus reservavit, nolens exercitio manuum suarum sustentari, et humilitatem veram nuditate et operis contritione, monasteriique subjectione conquirere: Et senatorem, inquit, Syncleti, perdidisti, et monachum non fecisti.*

III. Illud autem Thomassinum in errorem videtur potissimum induxisse, quod Basilium, Gregorium, Joannem Chrysostomum et alios ejusmodi nulla professione nominatim obstrictos fuisse crediderit, sed voluntaria pietate perfecisse, quæ monachi imposita votorum necessitate faciebant. Non illusisset error doctissimo scriptori, si legisset attentius decimum nonum Basilii canonem (*d*). *Virorum autem professiones*, inquit, *non novimus, præterquam si qui se ipsi monachorum ordini ascripserint: qui quidem tacite vitam cœlibem videntur suscepisse. Verumtamen in illis quoque illud opinor præmitti oportere, ut ipsi interrogentur, accipiaturque eorum professio clara et perspicua: ut cum se ad libidinosam vitam converterint, eorum qui fornicantur punitioni subjiciantur.* Hinc in Regula fusiori, interrog. x, et epist. 23, quæ ante canones scriptæ sunt, non alia præscribitur professio his qui monasticam vitam amplectuntur, nisi ut fratrum ordini post legitimam approbationem ascribantur. Illujus autem tacitæ professionis non minus stricta erant vincula, quam illius claræ et perspicuæ. Nam Basilius, ut jam dixi, eum qui se dicavit Deo et deinde ad aliud vitæ genus transiit, factum esse sacrilegum, et consecratum Deo donarium abstulisse pronuntiat (*e*). Quare cum Basilius monachorum ordini per tot annos non solum ascriptus fuerit, sed etiam præfuerit; monastica illius professio negari non potest: valdeque absurdum est claræ et nominatim conceptæ professionis necessitatem ei imponere, quæ illis temporibus omissa, saltem in Cappadocia, nihil de votorum vi detrahebat.

IV. Existimat Thomassinus Gregorium nihil loci reliquisse dubitationi in carmine *De vita sua, ubi se diu fluctuatum testatur ecquod vitæ genus teneret, inter monachorum latibula et urbium tumultuationes, medium tandem secutum esse tramitem, ut aliis ita prodesset, ut ne ipse suæ officeret saluti.* Tum profert hos versus Gregorii :

Media inter illos, hosque procedo via,
Meditans ut isti, commodum illorum æmulans

Deinde addit : *Ergo cum vitæ ejus scriptor ait, maluisse eum monachum esse, quam sæcularis vitæ sequacem, pauperem quam opulentum, non de monastica proprie professione capiendus nobis est, sed de vita sæcularibus curis expedita, et de frequenti ab urbibus secessu.* Longe aberrat doctissimus scriptor ab hujus testimonii sententia, quod cum Basilii rebus lucem afferre possit, paulo accuratius investigandum nobis est.

Gregorii verba, quæ lucum fecerunt Thomassino, ex carmine primo desumpta sunt, ubi narrat Theologus sibi, post captum a carne recedendi consilium, difficilem incidisse deliberationem, ex duabus viis Deo gratis quænam esset præstantior, seque initis subductisque rationibus sic apud animum statuisse :

Μέσην τιν' ἦλθον ἀζύγων καὶ μιγάδων
Τῶν μὲν τὸ συννοῦν, τῶν δὲ τὸ χρηστὸν ᾠέρων.

Gradior solutos inter atque migaaes,
Meditari ut hi, prodesse ut illi cogitans.

(*a*) *Vit. Macr.* p. 192.
(*b*) Ep. 37 et 38.
(*c*) *Institut.* lib. VII, c. 19
(*d*) Ep. 199.
(*e*) *Interrog.* 14.

Digitized by Google

Cum ex his quæ præcedunt et sequuntur, tum ex pluribus aliis Gregorii locis demonstrandum nobis est ἀζύγους illos, id est solutos et jugi expertes, anachoretas fuisse sive homines contemplationi deditos, migades vero, ascetas in agendis rebus occupatos : nec Gregorium deliberasse utrum monasticam vitam, an sæculares tumultus amplecteretur, sed ex duobus ascetarum generibus, quorum alii contemplationi, alii actioni totos se dabant, utrum sequeretur.

Luce clarius est ἀζύγους et migades duo fuisse instituta hominum Deo consecratorum. Nam cum Gregorius deliberaret utrum eligeret, jam statuerat sese Deo consecrare, ut ex his verbis perspici potest :

Animum premebat nam gravis turbo meum
Dum quæro primas in bonis quidnam ferat.
A carne dudum longius recedere
Statutum habebam, tuncque firmabar magis.
At cogitanti de viis gratis Deo,
Præstantiorem non erat promptum mihi
Reperire.

Hærebat ergo Gregorius non inter monasticam et sæcularem vitam, sed inter anachoreticam sive contemplativam et actuosam. Quos enim ἀζύγους vocat, eorum instituti exempla ex Elia et filiis Jonadab et Joanne Baptista repetit. Retrahebat illum ab hac vita litterarum sacrarum amor, quibus excolendis non valde appositus eremus : illudque incommodi in ejusmodi hominibus reperiebat, quod multum sibimetipsis prodessent, at aliis nequaquam. Hæc profecto anachoretarum et contemplationi deditorum hominum propria sunt, quos merito vocat ἀζύγους, ut qui ab omni jugo liberi, nec ullis prorsus vinculis astricti essent. Quod spectat ad migades, sive eos qui cum aliis miscentur, non difficilis est interpretatio. Illos enim ibidem vocat πρακτικούς, id est actuosos, eosque plurimum aliis prodesse, at in magnis tumultibus versari dicit. Quare mediam inter utrosque viam secutus est, vel potius utrumque institutum simul conjunxit, ut et litterarum sacrarum studiis et fovendæ parentum senectutis officio satisfaceret.

Sæpe alias de iisdem migadibus agit Gregorius, ac ubique in eam quam diximus sententiam. Sic loquitur in oratione 1 : Κἂν ἔτι ἀκριβῶς ἐξετάσῃς, ὅσον τὸ μέσον τῶν ἐν συζυγίαις πρὸς τοὺς ἀγάμους ; Κἂν τούτοις πάλιν, τῶν τῆς ἐρημίας πρὸς τοὺς κοινωνικοὺς καὶ μιγάδας · τῶν ἐξητασμένων καὶ διαβεβηκότων ἐν θεωρίᾳ, πρὸς τοὺς ἁπλῶς κατευθύνοντας. *Quod si accuratius rem expendas, quantum intervallum inter conjugatos et cœlibes? Ex his rursus quantum inter eos qui in eremo versantur, et eos qui communes sunt ac migades : inter eos qui accurate degunt et in contemplatione profecerunt, et eos qui simpliciter rectam viam ineunt.* Migades ergo inter cœlibes et continentes recensentur, non secus ac ipsi anachoretæ ; sed primi simplicius vivunt, isti accuratius. Idem discrimen observatur in oratione 21 : Οἱ μοναδικοὶ καὶ μιγάδες, οἱ τῆς ἁπλότητος καὶ τῆς ἀκριβείας, ὅσοι τῆς θεωρίας καὶ ὅσοι τῆς πράξεως. *Solitarii et migades, qui simpliciter vivitis, et qui accurate ; qui contemplationi, et qui actioni vos datis.*

Hæc autem verba, οἱ μοναδικοι καὶ μιγάδες, sic reddit Billius, *monachi et in sodalitio viventes.* At profecto migadum nomine non intelligit Gregorius cœnobitas. Nam cœnobitæ mediam illam viam inter anachoretas et migades tenebant, quam ipse Gregorius sequendam sibi esse duxit. Unde in eadem oratione ait cœnobitas in Ægypto simul esse eremitas et migades. Duo enim distinguit monachorum genera in solitudine viventium : Οἱ μὲν τὸν πάντη μοναδικόν τε καὶ ἄμικτον διαθλοῦντες βίον, ἑαυτοῖς μόνοις προσλαλοῦντες καὶ τῷ Θεῷ, καὶ τοῦτο μόνον κόσμον εἰδότες, ὅσον ἐν τῇ ἐρημίᾳ γνωρίζουσιν. Οἱ δὲ νόμον ἀγάπης τῇ κοινωνίᾳ στέργοντες, ἐρημικοί τε ὁμοῦ καὶ μιγάδες. *Quorum alii vitam prorsus solitariam, et ab hominum societate remotam agunt, sui ipsorum tantum et Dei colloquio fruentes, atque hanc duntaxat terræ partem pro mundo habentes, quam in solitudine cognitam habent. Alii autem charitatis legem per communionem et societatem colentes, solitarii simul et migades sunt.* Illud etiam laudatur a Gregorio (*a*) in monachis Nazianzenis : Μέτρα τῆς εἰς τὸ κοινὸν ἐπιμιξίας καὶ ὑποχωρήσεως, τῆς μὲν τοὺς ἄλλους παιδαγωγούσης, τῆς δὲ τῷ Πνεύματι μυσταγωγούσης, καὶ τῆς μὲν ἐν τῷ κοινῷ τὸ ἀκοινον φυλαττούσης, τῆς δὲ ἐν τῷ ἀμίκτῳ τὸ φιλάδελφον καὶ φιλάνθρωπον. *Modus tum in commune prodeundi, tum secedendi, illud, ad alios instituendos, hoc, ut ipsi Spiritus mysteriis imbuantur, atque ita utrumque, et in communi solitudinem servent, et in solitudine fraternam benevolentiam et charitatem.* Quamvis ergo migades iidem interdum sint apud nonnullos scriptores ac cœnobitæ, at certe Gregorio non potest hæc interpretatio affingi, qui in cœnobiis migadum vitam cum anachoretarum instituto conjungi volebat. Quin etiam Maximum philosophum, qui profecto cœnobita non erat, sed potius erro quidam et fugitivus, inter migades numerat (*b*). Hunc enim laudat, quod τὸ κοινωνικὸν καὶ ἐπίμικτον, *institutum, quod societatem colit et permiscetur*, eremiticæ et solitariæ vitæ prætulerit.

V. Hæc pluribus referenda duximus, ut et de Gregorio et de Basilio sciremus, quodnam vitæ genus alter elegerit, alter in monasteriis suis constituerit. Nam medium illud inter anachoretas et migades institutum, quod Gregorius tanti faciebat, ipse etiam Basilius in monasteriis suis instituit. Non enim hanc Basilii laudem prætermisit Gregorius, ut ex his verbis perspicimus (*c*) : Τοῦ τοίνυν ἐρημικοῦ βίου καὶ τοῦ μιγάδος μαχομένων πρὸς ἀλλήλους ὡς τὰ πολλὰ καὶ διϊσταμένων, καὶ οὐδετέρου πάντως ἢ

(*a*) Or. 12.
(*b*) Or. 23.
(*c*) Orat. 20.

Digitized by Google

τὸ καλὸν, ἢ τὸ φαῦλον ἀνεπίμικτον ἔχοντος· ἀλλὰ τοῦ μὲν ἡσυχίου μᾶλλον, καὶ καθεστηκότος, καὶ θεῷ συνάγοντος· οὐκ ἀτύφου δὲ διὰ τὸ τῆς ἀρετῆς ἀβασάνιστον καὶ ἀσύγκριτον· τοῦ δὲ πρακτικωτέρου μὲν μᾶλλον καὶ χρησιμωτέρου, τὸ θορυβῶδες οὐ φεύγοντες, καὶ τούτους ἄριστα κατήλλαξεν ἀλλήλοις καὶ συνεκέρασεν· ἀσκητήρια καὶ μοναστήρια δειμάμενος μὲν, οὐ πόρρω δὲ τῶν κοινωνικῶν καὶ μιγάδων, οὐδὲ ὥσπερ τειχίῳ τινὶ μέσῳ ταῦτα διαλαβών, καὶ ἀπ' ἀλλήλων χωρίσας, ἀλλὰ πλησίον συνάψας καὶ διαζεύξας· ἵνα μήτε τὸ φιλόσοφον ἀκοινώνητον ᾖ, μήτε τὸ πρακτικὸν ἀφιλόσοφον. *Cum igitur solitaria vita, et ea quæ societate gaudet, ut plurimum inter se dissiderent, ac pugnarent : neutraque omnino, vel commoda, vel incommoda sua pura et immista haberet; verum illa magis quidem tranquilla et composita esset, ac Deo animos copularet : cæterum ob eam causam fastu non careret, quod virtus non exploraretur, nec in comparationem veniret; hæc autem magis quidem actuosa et utilis esset, verum a tumultibus minus libera : præclare eas inter se reconciliavit ac permiscuit, pietatis nimirum gymnasia et monasteria extruens, non tamen longe discrepantia ab iis quæ societatem colunt, et permiscentur; nec velut muro quopiam interjecto hæc instituta distinguens atque a se invicem separans, verum prope conjungens ac dirimens : ut nec contemplatio communicationis expers esset, nec actio contemplatione careret.* Existimat Tillemontius anachoretarum ædes prope cœnobia a Basilio fuisse exstructas. In quo quidem decepit eum Billii interpretatio, qui hic quoque cœnobitas migadum nomine intellexit. Sic enim reddidit : *Pietatis nimirum gymnasia et monasteria exstruens, non tamen longo intervallo ab iis qui in sodalitio vivunt.* Refellitur hæc interpretatio ex tota Basilii historia, quem cœnobitis præfuisse constat, non anachoretis prope cœnobitas constitutis. Deinde vero migadum nomine non cœnobitæ, sed ascetæ actioni dediti, ut in superioribus locis, designantur : nec anachoretas Basilius prope migades constituit : sed utrumque institutum nullo prorsus muro diremptum esse voluit, sicque utrumque, cœnobiis exstruendis, conjunxit, ut nec anachoretarum deesset solitudo, nec migadum officiosa charitas, primorum autem abesset fastus periculum, et posteriorum tumultus.

Idem ergo propositum fuit Gregorio et Basilio. Utrique solitudinem cum sacris litteris conjungere volenti nec anachoretarum arridebat vita nec migadum. Ac de Basilio quidem certa et explorata res est, eum vixisse in monasterio et discipulis suis eamdem vivendi formam præscripsisse, quam in monasteriis Ægypti viderat, ita ut nec necessariis ad sacras litteras præsidiis, ut anachoretæ, carerent, nec ut migades, nimium charitatis officiis mersarentur, sed meditarentur ut primi, prodessent ut secundi. Ipse monasterii situs afferebat omnia

(a) *Carm. de vita.*

A eremiticæ vitæ commoda : arcebat incommoda Basilii cura in eis erudiendis; cujus rei præclarum indicium est epistola octava, quam paulisper abesse coactus scripsit, ut eos ad evertendas Arianorum argutias communiret. Dubium non est quin socii et imitatores Basilii fuerint cum in fide defendenda, tum in aliis rebus, quas Ecclesiæ causa gessit in solitudine. Certe non alios designat, cum ait in epist. 51, n. 2, se cum multis in patria Deum timentibus insolabiliter doluisse, quod Dianius formulæ Constantinopoli allatæ subscripsisset. Atque hæc quidem de Basilio ejusque discipulis.

At forte de Gregorio dubitari possit, utrum se in monasterium receperit. Verum etiamsi asceticum institutum in paternis ædibus excoluisset, nihil id B de ejus votorum perpetuitate detraheret, nec idcirco videri deberet, aut continentiæ professione obstrictus non fuisse, aut non se omnibus rebus pro Christo nudasse. Quot enim tribus primis sæculis ejusmodi vitam ante exstructa monasteria egerunt, de quibus tamen dici non potest quod de Basilio, Gregorio, Joanne Chrysostomo et aliis pronuntiat Thomassinus, nulla eos voti necessitate astrictos fuisse? Quis dubitet quin S. Cyprianus perpetuo se obligaverit voto, cum bona sua pauperibus distribuit, ac continentiam adhuc catechumenus amplexus est? Miratur Pontius tantum in catechumeno fervorem. *Inter fidei suæ*, inquit, *prima rudimenta nihil aliud credidit Deo dignum, quam si continentiam tueretur... Quis unquam tanti miraculi meminit?* Inepta prorsus et absurda laudandi ratio, si C continentiam Cyprianus perpetuam non voverat, sed ad tempus colebat. Quare etiamsi Gregorium monasteria non habuissent, non idcirco magnum illud ornamentum monastico instituto eripi posset. Sed tamen probari potest eum non minimam vitæ partem in monasterio traduxisse. In monasterio Basilii commoratus est aliquandiu antequam presbyter crearetur, et qualem ibi vitam egerit, egregie describit in ep. 8 et 9. Unde non immerito Basilius in epist. 223, n. 5, testatur secum in monasterio Gregorium idem vitæ institutum secutum esse. Fugit Gregorius in eamdem solitudinem presbyter creatus. Haud scio an in solitudinem monasterii se recepe- D rit, cum rursus in montem fugit post ordinationem Sasimensem (*a*), aut cum anno 375 Seleuciam secessit, ut quod dudum decreverat amicos et negotia fugere, id tandem perficeret. Sed certe dubitari non potest quin, abjectis Constantinopolitanæ Ecclesiæ gubernaculis, ruri monachi vitam egerit, ut testatur Hieronymus, et cum monachis vixerit, ut discimus ex Facundo, lib. VII, c. 7.

CAPUT V.

I. *S. Basilius cum Eustathio Sebasteno amicitia conjungitur.* II. *Qualis vir exstitit Eustathius.* III. *Decepit etiam S. Eusebium Samosatensem Eustathius fidei studium et sanctitatem præ se ferens.* IV. *Damnatus videtur fuisse in concilio Gangrensi.*

Digitized by Google

V. *Nonnulla adversus hanc sententiam objecta solvuntur.* VI. *Non Aetii magister Eustathius, sed Aerii.*

1. Videtur Basilius tunc primum amicitiam iniisse cum Eustathio Sebasteno ejusque discipulis, cum rediit ex Oriente. Ipse enim ad hoc tempus initium refert hujus conjunctionis, ob quam gravissimæ ei molestiæ et a pluribus aliis et ab ipso demum Eustathio acciderunt. Narrat (*a*) se ex monasteriis Orientis et Ægypti redeuntem, cum hujus vitæ imitatores in patria reperisset, aliquid adjumenti ad salutem sibi visum esse reperire. Multi eum abducebant ab hac consuetudine, et a moribus ac fide Eustathii cavendum monebant. Sed Basilius de vita Eustathii judicium ferebat ex his quæ oculis suis videbat; humilitatis argumentum esse ducebat humilem vestem : suspicionem omnem arcebant ab ejus animo vestimentum crassum, zona, e rudi corio calceamenta, austerum vivendi genus. Itaque morosus erat laudis Eustathii defensor; ac ne illa quidem probabat, quæ de illius fide dicebantur, eum ab Ario edoctum esse, ac Arii dogmata clam spargere; sed cum hæc Basilius nunquam ipse per se audiisset, sycophantas esse putabat, qui hæc nuntiabant. Equidem non miror in candidum Basilii pectus aditum non habuisse, quæ de Eustathio dicebantur. Acceptæ enim ab Ario disciplinæ post tot annos vix jam ulli testes in Cappadocia supererant : occultum ejusdem hæresis studium non facile deprehendi poterat. Sed amorem in Eustathium longius promovebit Basilius, qui cum eum Constantinopoli labi et sub Valente relabi videbit, ficta ejus pœnitentia deceptus ab eo diligendo et defendendo non discedet, nec ei communionem renuntiabit, nisi cum illius nequitiam non solum oculis ac manibus comprehendet, sed etiam insanabilem esse animadvertet.

II. Nihil enim aliud fuit vita Eustathii, nisi perpetua hæresis et catholicæ doctrinæ vicissitudo, prout alterutrum ambitiosis ejus consiliis favebat. Egressus Alexandria, ubi inter intimos Arii discipulos fuerat, in clerum Antiochenum conatus est obrepere (*b*), oblata, ut verisimile est, sanæ fidei confessione, sed a S. Eustathio rejectus est ob impietatem. Verum ab Arianis postea receptus creditur, ac forte ab Eulalio, qui Paulino successit anno 331, in hunc clerum ascitus est. Pulsus hac urbe, ubi Aetium dicitur docuisse, rediit in patriam, ac Hermogeni impietatem illius condemnanti sanam fidei confessionem obtulit (*c*), et ab eo ordinatus est. Eo mortuo contulit se ad Eusebium Constantinopolitanum, a quo pulsus ob aliquas causas, quas Basilius referre noluit (depositum fuisse ait Sozomenus eo quod minus fidelis in commissis dispensationibus deprehensus fuisset) rediit in Cappadociam, ac iterum se eodem artificio purgavit. Addixit se Basilio Ancyrano, eique operam navavit in refellendo Aetio, quem falsis criminibus apud Gallum Cæsarem in invidiam adduxerunt, si fides adhibenda Philostorgio (*d*). Dederunt ei Ariani, teste S. Athanasio (*e*), episcopatum Sebastenum, ut eum consiliorum suorum adjutorem haberent. Sed paulo post cum plurimi episcopi ab Arianis impietatem aperte prædicantibus sese disjungerent, ac gratia et auctoritate plurimum valerent, junxit se cum eis Eustathius, eorumque partes sectatus est in concilio Ancyrano, ubi Consubstantiale anathematizatum est, et in Seleuciensi, ubi proposita est Antiochena fidei formula. Paulo post Arianis dominantibus succubuit Eustathius, ac hæreticæ formulæ subscripsit, nec tamen depositionem et exsilium effugit. Rediit sub Juliano, ac variis deinceps formulis subscripsit Zelis et Lampsaci, Arianis semper infensus, et cum iis qui Semiariani dicebantur, arcte conjunctus. Sed tamen persecutione post concilium Lampsacenum ingravescente, subscripsit hæreticæ formulæ : et cum ea res magnum ejus nomini dedecus inureret, Romam petiit, ubi Nicænam fidem professus est, ac ea conditione a Liberio papa receptus. Rediens libellum, qui eamdem fidem continebat, obtulit synodo Thyanensi. Crevit Arianorum potentia sub Valente, ac metum intulit Eustathio, ne sententia in eum olim lata renovaretur. Quare medium se esse Catholicos inter et hæreticos voluit, ut et famæ suæ consuleret, nec Arianos irritaret. Detraxit ei Basilius hunc medii hominis statum et in verba Nicæna jurare coegit anno 373. At ille ubi vidit ex ea re magnum aliquod incommodum oriri posse, omnem acerbitatem in Basilium effudit, ut placaret Arianos. Secutæ sunt variæ formulæ, quarum alteram, Gelasio quodam proponente, in Cilicia recepit eodem anno, alteram Cyzici duobus post annis. Interim tamen, nec Arianis catholici dogmatis defensor, nec Catholicis Arianus videri volebat, donec tandem anno 375 exeunte perfractis omnibus pudoris repagulis sese cum Arianis palam et aperte conjunxit.

III. Talis erat Eustathius, cui Basilius in maximis rebus confidebat (*f*), cujus discipulos vitæ suæ præsidium esse ducebat (*g*). Sed non soli Basilio Eustathius illusit. Præter duos Cæsarienses episcopos, quos supra diximus Eustathio ignovisse, amicissimi eidem erant præstantissimi viri, Silvanus Tarsensis, ac ipse etiam, quem Basilius Ecclesiæ decus et columen esse sciebat, S. Eusebius Samosatensis. Multa in litteris Basilii exstant amicitiæ Eusebii et Eustathii indicia (*h*). Is nascentem inter Basilium et Eustathium discordiam sedare conatus est. Vocatus anno 372 in Armeniam Basilius a S. Meletio et Theodoto, tum ut festum quemdam diem

(*a*) Ep. 223, n. 3.
(*b*) Athanas. *Ep. ad solit.*
(*c*) Ep. 224, n. 9.
(*d*) Lib. III, c. 16, 27.
(*e*) Ibid.
(*f*) Ep. 119.
(*g*) Ep. 131.
(*h*) Or. 12.

Digitized by Google

cum eis celebraret, tum ut de Eustathio ageretur, adesse noluit, propterea quod Eusebius, a quo plurimum præsidii ad Eustathii defensionem sperabat (*a*), eo venire non potuit. Habemus in epistola 105 Sophronium Eustathii discipulum Samosata proficiscentem, visendi, ut verisimile est, Eusebii causa. Hanc de Eustathio hominum præstantissimorum opinionem commovebat simulata non solum orthodoxæ fidei professio, sed etiam acerrima defensio. Nemini sane in hoc genere concedebat, ubi se catholicis addicebat partibus; ac mirabili animi ardore consequebatur, ut et præteritæ illius labes infirmitati tribuerentur humanæ, nec præsens ulla in suspicionem perfidia veniret.

Quod enim subscribendo Constantinopoli peccaverat, id celeberrimis contra Eudoxium, Euippium, Georgium, et Acacium litteris (*b*) expiare visus est, quas ad omnes Ecclesias misit. Negabat eos episcopos esse et Spiritus sancti participes. Unde etiam minime cessit latæ in se sententiæ, quamvis a quingentis episcopis damnatus esset. Rediens e Dardania, quam in regionem relegatus videtur fuisse, altaria Basilidis evertit et in propriis mensis sacrificavit (*c*). Segregavit etiam a sua communione Elpidium Satalensem episcopum, eo quod is cum Amaseæ episcopo communicaret. Quinetiam non multo antequam a Basilii communione discederet, ecclesias Amaseæ et Zelorum insectatus fuerat, ibique presbyteros et diaconos constituerat. Lapsus sub Valente (*d*), fraudem sibi factam in concione deploravit, atque hanc purgandi errati rationem invenit, ut Romam profectus inde Patrum fidem referret. Quo magis crederetur huic homini (*e*), adjuvabat austerum vivendi genus, et multa magnarum simulacra virtutum. Tantam charitatem præ se ferebat (*f*) ut pro quavis anima sollicitus videretur; (*g*) constantiam in vita servare, et mendacium vel in minimis rebus ut horribile quiddam aversari videbatur.

IV. Eustathius Sebastenus circa illud tempus, quo se Basilius ad ejus amicitiam applicuit, depositus est in concilio Melitinensi. Sed hæc ignominia nihil tunc nocuit Eustathio, qui episcopatum suum retinuit: imo decus ei apud bonos addidit, utpote ab improbis Arianis inusta. His enim adeo cordi fuit hæc synodus, ut quamvis Eustathius eorum formulæ anno 360 subscripsisset (*h*), eum tamen episcopatu penitus dejecerint, propterea quod antea in concilio Melitinensi depositus fuerat. Narrat Socrates eum ab Eulalio patre, episcopo Cæsariensi, damnatum: id confirmat Sozomenus, additque eum in synodo Neocæsariensi excommunicatum, et in Antiochena convictum perjurii. Sed hæc concilia nobis tenebræ sunt. Longe clarior et illustrior synodus Gangrensis in Paphlagonia, ad quam cum delatæ fuissent magnæ de Eustathii discipulis querelæ, viginti canones ad hæc resecanda vitia constituti, quos synodus Armeniæ episcopis inscribit. Eustathium Sebastenum hujus synodi sententia notatum fuisse referunt Socrates (*i*) et Sozomenus (*j*): sed eorum testimonia prorsus rejiciunt Baronius (*k*), Dupinus et Blondellus (*l*), quorum opinio valde probabilis videtur Tillemontio. Sed quominus eruditis illis viris penitus assentiar, detinent me nonnulla rationum momenta.

1° Summa est necessitudo temporum et locorum cum Eustathio Sebasteno. Is enim monastici instituti auctor exstitit apud Armenios, Ponti incolas et Paphlagonas, ut ex Sozomeno discimus (*m*). Sozomeni testimonium confirmat Basilius (*n*), qui se ad Eustathium, ut præcipuum his in locis monasticæ vitæ magistrum, contulit. Non pauci erant Eustathio discipuli, quorum charissimi quique semper cum Basilio fuerunt (*o*): nonnulli vero (*p*) pravis suis moribus monasticum institutum dedecorarunt. Plura monasteria, sive plures fraternitates, ut appellat Basilius, Eustathio subjectas fuisse vel saltem magnis cum eo necessitudinibus devinctas, observavimus ad epist. 223, n. 5. Stare ergo non potest Baronii sententia, qui ne id quidem concedit, Eustathium monasticam vitam professum esse. Præter Basilii auctoritatem habemus Epiphanii testimonium (*q*), qui Eustathium et Aerium simul asceticam vitam exercuisse dicit, ut adversus Baronium observat Tillemontius. Quod autem spectat ad synodi Gangrensis tempus, magna est ea de re sententiarum varietas, aliis circa annum 340 hoc concilium collocantibus, aliis post annum 360: sed nemo illud ab ætate Eustathii Sebasteni divellit. Cum ergo synodus Gangrensis Eustathium, vel saltem illius discipulos sententia sua notaverit; cumque iisdem in locis eodemque tempore Eustathius Sebastenus monastici instituti dux et auctor fuerit, cur alius quæratur Eustathius?

2° Non magna erat inter Eustathii discipulos sententiarum consensio: unde nonnullis quædam attribuit synodus, quæ in alios non confert. Ait enim *non communem esse omnium sententiam, sed unumquemque quod sibi placuerit id asciscere; unde et Ecclesiæ vituperia et sibiipsis damnum conciliant:* Οὔτε γὰρ κοινὴ γνώμη αὐτῶν ἁπάντων ἐγένετο, ἀλλ' ἕκαστος, ὅπερ ἂν ἐνεθυμήθη, τοῦτο προσέθηκεν ἐπὶ

(*a*) Ep. 98, n. 1.
(*b*) Ep. 244, n. 6; 251, n. 2.
(*c*) Ep. 256, n. 2; 251, n. 3.
(*d*) Ep. 244, n. 5.
(*e*) Ep. 223, n. 2.
(*f*) Ep. 79.
(*g*) Ep. 99, n. 3.
(*h*) Ep. 263, n. 3.
(*i*) Lib. II, c. 46.
(*j*) Lib. III, c. 14.
(*k*) Ad ann. 364.
(*l*) *De primatu*, p. 138.
(*m*) Lib. III, c. 14.
(*n*) Ep. 223, n. 3.
(*o*) Ibid. n. 5.
(*p*) Ep. 119.
(*q*) Hæres. LXXV.

Digitized by Google

διαβολὴ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ἑαυτοῦ βλάβη. Id autem præclare congruit cum Eustathii Sebasteni institutis, qui, ut infra videbimus, non cœnobia ubi omnes unius præpositi nutus intuentur, sed aliam speciem asceticæ vitæ, ubi major multo libertas, instituit.

3° In Eustathii discipulis hæc reprehendit synodus, quod nuptias vituperarent, viros ab uxoribus, uxores a viris abstraherent, unde adulteria a nonnullis commissa : quod Dei domos contemnerent et privatos conventus haberent, oblationes in ecclesiis fieri solitas sibi et suis, ut sanctioribus vindicarent : quod insolitum vestimenti genus gestarent, mulieres virili veste induerent, virgines tonderent, servos a dominis abducerent : quod die Dominico jejunarent, et jejunia in ecclesiis præscripta contemnerent : quod nonnulli eorum carnium usum, ut illegitimum, aversarentur, et in domibus conjugatorum ne preces quidem fieri debere contenderent : de sacrificiis autem ibi sæpe oblatis tangere nollent : presbyteros, qui uxores duxere, contemnerent, nec eorum sacrificii participes esse vellent : martyrum basilicas et quæ illic fiunt, condemnarent, denique divitibus non omnia sua projicientibus spem apud Deum præcluderent. Cur hæc ad Eustathii Sebasteni discipulos referamus, non leve argumentum suppeditat Aerius in hoc sodalitio longe celeberrimus, cui multa tribuuntur simillima iis quæ synodus Gangrensis reprehendit. Is enim, teste Epiphanio (*a*), magnam hominum utriusque sexus multitudinem abstraxit, quibuscum privatos conventus habebat. Paschæ celebritatem ridebat, jejunabat die Dominica, quibus autem diebus jejunia indicuntur ab Ecclesia, vescebatur. Illius sectatores vino et carnibus indulgebant diluculo, tum eum fideles jejunia paschalia celebrarent. Immoderatum paupertatis studium, quod reprehendit synodus, satis redolet ingenium Aerii, qui cum magistrum suum Eustathium videret ecclesiasticos reditus in manibus habentem, inde ansam capiebat de eo detrahendi, ac omnibus dictitandi non eum esse qui hactenus fuerat, sed ad rem attentum, et cumulandis opibus totum incumbere. Libertas vivendi ad arbitrium et sentiendi, quam in secta a synodo damnata animadvertimus, non aberat a grege Aerii. Testatur enim Epiphanius nonnullos austerum vivendi genus retinuisse, quamvis plerique vino et carnibus sese ingurgitarent. Matrimonium ab Eustathii discipulis vituperari testatur synodus Gangrensis : idem de Aerio non dicit sanctus Epiphanius : sed tamen ab illius secta hujus erroris suspicionem non abfuisse discimus ex his sancti Augustini verbis (*b*) : *Quidam perhibent istos, sicut Encratitas vel Apotactitas, non admittere ad communionem suam nisi continentes, et eos qui sæculo ita renuntiaverint, ut propria nulla possideant. Ab esca tamen carnium* A *non eos abstinere dicit Epiphanius : Philaster vero et hanc eis tribuit abstinentiam.*

Cum ergo nihil fere in Eustathii discipulis reprehendat synodus Gangrensis, quod non pariter in Aerio Eustathii Sebasteni discipulo reprehensum fuerit, difficile est existimare Eustathium, de quo synodus loquitur, non fuisse Aerii magistrum. Atque hinc etiam patet immerito Tillemontium existimare hanc sectam cito exstinctam fuisse, nec ullam de illa post synodum Gangrensem in historiæ monumentis mentionem occurrere. Etsi enim sub Eustathii nomine cognita non fuit Epiphanio, Augustino et Philastrio, certe ab ejus discipulo Aerio famam aliquam et nomen accepit.

B Eustathii Sebasteni discipulos his canonibus locum dedisse hinc etiam confirmare possumus, quod ipsa synodus nihil de Eustathio, ut mali auctore, asperius statuat. Sic enim incipit synodus : Ἐπειδὴ συνελθοῦσα ἡ ἁγιωτάτη σύνοδος τῶν ἐπισκόπων ἐν τῇ κατὰ Γάγγραν ἐκκλησίᾳ, διά τινας ἐκκλησιαστικὰς χρείας, ζητουμένων καὶ τῶν κατ' Εὐστάθιον, εὗρισκε πολλὰ ἀθέσμως γινόμενα ὑπὸ τούτων αὐτῶν τῶν περὶ Εὐστάθιον· ἀναγκαίως ὥρισεν, καὶ πᾶσι φανερὸν ποιῆσαι ἐσπούδασεν, εἰς ἀναίρεσιν τῶν ὑπ' αὐτοῦ κακῶς γινομένων. *Quonium conveniens sanctissima synodus episcoporum in ecclesia Gangrensi propter ecclesiasticas quasdam et necessarias causas, cum et de iis quæ ad Eustathium spectant, quæreretur, multa reperit nefarie ab ipsis* C *illis Eustathii discipulis fieri; necessario ea de re statuit, ac nota omnibus facere decrevit, quæ male ab eo fiunt.* Legendum esse ὑπ' αὐτῶν, et vertendum, *quæ male ab illis fiunt*, perspicitur ex his quæ sequuntur, καὶ γὰρ ἐκ τοῦ καταμέμψεσθαι αὐτοὺς τὸν γάμον· *nam ex eo quod nuptias vituperent*, etc. Nihil sane in hac synodi præfatione reperias, ex quo accusatum fuisse Eustathium pateat. Ubique in discipulos crimina rejiciuntur, nulla ipsi inusta ignominia, quamvis maxima inuri debuerit, si facinorum auctor existimatus fuisset. Atque id quidem mirifice convenit Eustathio Sebasteno, quem nonnulli, teste Sozomeno (*c*), sic defendebant, ut culpam omnem in ejus discipulos conferrent, nec ullam ipsius nomini hac in re maculam insidere pate- D rentur. Pondus addit huic sententiæ sanctus Epiphanius (*d*), qui Aerium testatur, postquam ab Eustathio sese disjunxit, ad absurda illa instituta deflexisse. His novitatibus alios errores adjecit. Nam et Arianus erat, et preces pro mortuis tollebat et presbyteros adæquabat episcopis. Sed fieri facillime potuit, ut hi errores aliquandiu occulte sparsi ad synodi aures non pervenirent. Quod si canones Gangrenses ad Aerium referimus, differenda erit hæc synodus, ut Socrati (*e*) et Sozomeno (*f*) visum est, usque ad episcopatum Eustathii. Aerium enim

(*a*) Hæres. LXXV.
(*b*) Tom. VIII, hæres. LIII.
(*c*) Lib. III, c. 14.
(*d*) Hæres. LXXV.
(*e*) Lib. II, c. 46.
(*f*) Lib. III, c. 14.

Digitized by Google

ab Eustathio disjunxit invidia (*a*), quam ut placaret Eustathius, presbyterum creavit Aerium, ptochotrophio præfecit, nec ullam humanitatis et amicitiæ significationem prætermisit. Sed insanabilis exstitit Aerius.

Si quis tamen cum Tillemontio contendat synodum Gangrensem ante annum 341 habitam fuisse, propterea quod illius canones in omnibus collectionibus ante Antiochenos canones anni 341 recensentur, equidem huic sententiæ non repugnabo, quippe cum his in rebus nihil admodum certi habeamus. Sed cum etiam ante illud tempus Eustathius Sebastenus monastici instituti auctor in Armenia et Paphlagonia et Ponto exstiterit, in hunc maxime videntur canones Gangrenses convenire.

V. Objicitur adversus hanc sententiam nec Basilium, qui varios vitæ Eustathii eventus recensuit, nec varia concilia quæ Eustathium deposuere, hujus probri meminisse. Sed etiamsi hanc maculam perpetua delevisset oblivio, mirum id videri non deberet, cum Eustathius vel extra culpam fuerit, ut supra diximus, vel saltem, ut existimat Sozomenus, synodo paruerit. Videtur tamen ei Basilius objecisse discipulum Aerium : nec synodus Constantinopolitana inter varias illius deponendi causas, latam de illo sententiam Gangrensi concilio prætermisit, si tamen fides adhibenda Sozomeno (*b*), qui totus errat, cum Eustathium a Gangrensibus episcopatu exutum dicit.

Objicit Tillemontius nullum a synodo titulum Eustathio tribui; ex quo laicum illum fuisse concludit et alium ab Eustathio Sebasteno, qui tunc utpote in clerum Antiochenum anno 331 receptus, in aliquo honoris gradu constitutus erat, ac forte etiam presbyter fuit, si concilium referatur ad annum 340.

Non difficilis est hujus rei explicatio : sive enim Eustathius hac in re extra culpam fuit ; satis erat aliunde suspectus, ut nullum ei honoris titulum episcopi tribuerent : sive eorum, quæ a discipulis fiebant, auctor aut conscius exstitit ; multo minus decebat, ut ei signum aliquod communionis impertiretur, antequam absurdis institutis destitisset. Illum enim aliquo honoris ecclesiastici titulo ornare, communionis signum fuisset. Sic Basilius (*c*) in litteris de Glycerio et ad Glycerium scriptis, diaconi titulum ei non tribuit, quamvis nondum eum deposuisset, sed tantum hujus pœnæ minas intentaret, nisi cito rediret cum virginibus, quas e parentum domibus abstractas in unum veluti gregem collegerat. Vide not. ad epist. 129, p. 221.

Eustathium Sebastenum Tillemontius Cæsareæ aut saltem in Cappadocia natum existimat, propter- A ea quod Basilius (*d*) eum, *postquam rediit in patriam, beatissimo Cæsareæ episcopo Hermogeni confessionem sanæ fidei obtulisse* dicit. Inde concludit doctissimus scriptor distinguendum illum esse ab alio Eustathio, quem Armenium fuisse non dubitat, siquidem synodus Gangrensis epistolam suam inscribit episcopis Armeniæ, quacum Eustathius Sebastenus nullam videtur ante episcopatum necessitudinem habuisse.

Etiamsi Eustathius Cæsariensis aut saltem Cappadox fuisset, nequaquam id prohibere debuit quominus synodus suam epistolam inscriberet episcopis Armeniæ, si ibi potissimum illius vigebat secta. At Eustathium Cæsariensem aut Cappadocem fuisse non certo concluditur ex verbis modo allatis. Ipse B Basilius nunc Cappadociam, ut supra vidimus, patriam agnoscit, nunc Pontum, interdum etiam Armeniam. Hellenium Gregorius Armenium esse conceptis verbis declarat (*e*) : eumdem tamen hortatur, ut patriam et communia studia veritus, Basilio annuat. Cur ergo Cappadocia Eustathii patria dici non potuit, si in vicina aliqua regione natus est? Eum in Armenia natum libenter colligerem ex his Gregorii Nazianzeni verbis : *Armenius*, inquit ille, Eustathium designans (*f*), *plane barbarus est*. Armenii nomine similiter designatur a Gregorio Nysseno lib. I in Eunomium, p. 289.

VI. Illud etiam de Eustathio breviter examinandum est, utrum discipulum habuerit Aetium. Cum Eustathius Basilio instar criminis epistolam ad Apol- C linarium scriptam objecisset; demonstrat Basilius (*g*) æquius multo esse ut, *si quis Aetium genuit hæreticum, in caput parentis resiliant filii criminationes*. Et in epist. 244, n. 3 : *Is qui me accusat de Apollinario, respondeat nobis de Ario proprio magistro suo et de Aetio proprio suo discipulo*. Sed his in locis substituendum videtur nomen Aerii. Nam alio in loco (*h*) eadem de re agens Basilius neutrum quidem nominat, sed quæ dicit soli Aerio conveniunt. *Nam nec ipse accuso*, inquit, *si quis ex sodalitio in hæresim abscissus est (omnino autem homines novistis, tametsi nominatim non appello), quia unusquisque suo ipsius peccato morietur*. Iis sane verbis aliquis indicatur ex pietatis disciplina in hæresim lapsus non D probante magistro. Id autem optime convenit Aerio, qui monasticam vitam cum Eustathio profitebatur, at nequaquam Aetio, qui summam semper impietatem præ se tulit, nec ullos nisi ad impietatem magistros habuit. Primus illius doctor exstitit, teste Philostorgio (*i*), Paulinus Antiochenus. At eodoctum fuisse ab Eustathio nec Gregorius Nyssenus, qui res Aetii accurate persequitur (*j*), nec ullus alius testatus est scriptor. Quamvis ergo apud Basilium

(*a*) Epiphan. hæres. LXXV.
(*b*) Lib. IV, c. 14.
(*c*) Ep. 169, 170, 171.
(*d*) Ep. 263.
(*e*) Carm. 48.
(*f*) Ep. 162.
(*g*) Ep. 223, n. 5.
(*h*) Ep. 131, n. 2.
(*i*) Lib. III, c. 15.
(*j*) I *in Eunom.*

Digitized by Google

Aetii nomen habeant omnes codices mss. et editi, substituendus ei videtur Aerius.

CAPUT VI.

I. *Sanctus Basilius cœnobiticæ vitæ auctor in Ponto et Cappadocia.* II. *Antea his in locis ascetæ bini aut terni degebant.* III. *Gregorio scribit, eumque ad se allicere conatur. Eorum vivendi ratio et occupatio.* IV. *Basilii labores monasterii finibus non continentur.* V. *De pluribus epistolis in secessu scriptis.*

1. Testimonium Gregorii Nazianzeni supra allatum, in quo Basilius dicitur cœnobiticam vitam instituisse, confirmari potest ex epist. Basilii 207, n. 2. Oderant eum Neocæsarienses, episcopo ipso eos in Basilium incendente: odii causæ inanes et absurdæ fingebantur, psallendi ritus in ecclesia Cæsariensi et Basilii cœnobia. Nunquam profecto Basilium eo nomine incusassent, si ante eum hoc institutum in Ponto exstitisset. Quin etiam Basilius, ut invidiam a se propulset novi hujus instituti, quod maximam laudem merebatur, nequaquam exempla ad suam defensionem repetit ex Ponti et Cappadociæ aut finitimarum gentium Ecclesiis, sed ait se audivisse talem esse in Ægypto virorum virtutem, fortasse etiam nonnullos in Palæstina evangelicam vitam excolere, et rursus aliquos in Mesopotamia beatos esse et perfectos viros. Non videntur ergo cœnobia in Ponto ante Basilium exstitisse.

Sed si Basilius ejus instituti auctor, mirum videri possit, cur Eustathius non solum apud Armenios et Paphlagonas, sed etiam in Ponto, ut in præcedenti capite vidimus, monasticam vitam dicatur instituisse. Commentum esse existimat Baronius quod de Eustathio apud Sozomenum legitur. Sed clarum et perspicuum est de Eustathio ejusque discipulis Basilium loqui, cum ait (*a*) se monasticæ vitæ studio flagrantem, ubi nonnullos vidit in patria qui hoc institutum profitebantur, magnum ex eorum amicitia et consuetudine præsidium ad salutem sperasse. Jam tum ergo discipulos habebat Eustathius. Quare litem sic dirimit Tillemontius ut Basilio cœnobiticæ vitæ institutum acceptum referat, Eustathii autem discipulos in urbibus et oppidis vel etiam in remotioribus locis solos vixisse existimet.

II. Libentius crediderim Eustathii discipulos in pagis et oppidis binos aut ternos vixisse, ita ut nec anachoretæ fuerint nec cœnobitæ. Testatur Sozomenus (*b*) in Galatia et Cappadocia et finitimis provinciis maxime rarum esse anachoretarum genus, quia per frigoris acerbitatem in desertis locis degere non licet. Id confirmat abbas Pyamon, qui apud Cassianum (*c*) narrat se in regionibus quas sub Valente peragravit, ut fratribus in Pontum et Armeniam relegatis diaconiam ferret, ne ipsum quidem anachoretarum nomen auditum comperisse. Existimat Tillemontius (*d*) nonnullos a sancto Gregorio Nazianzeno Cappadoces anachoretas laudari in carmine ad Hellenium (p. 106). Sed valde dubito an quæ hoc loco narrat Gregorius, Nazianzi aut Cappadociæ finibus coerceri debeant. Ibi enim monasticum institutum generatim laudat, antequam Nazianzenos monachos nominatim Hellenio commendet: et quod ait (p. 107) monachos imperito studio abreptos mortem sibi ipsis consciscere, alios propriis manibus aut fame, alios laqueo aut sese præcipites dando; videtur id de remotis regionibus potius quam de Cappadocibus, magisque fama et auditione, quam propriis oculis acceptum narrare. Probabile ergo non est anachoretas fuisse Eustathii discipulos. Hinc Basilius (p. 339) monasteria Eustathio subjecta vocat fraternitates in epistola 223. In his tamen fraternitatibus non videntur in morem cœnobitarum sub unius abbatis imperio communibus semper muniis intenti fuisse, sed bini aut trini liberius vixisse.

Basilio enim secessum meditanti nulla ob oculos versabantur his in locis cœnobia (*e*); sed cupiebat unum aliquem ex fratribus invenire, qui asceticam vitam profiteretur, ut una cum eo brevem hujus vitæ fluctum transiret. Speraverat se cum Gregorio victurum; idque inter se pacti fuerant: sed eorum consilium interpellavit imposita Gregorio necessitas fovendæ parentum senectutis. Basilii monasterium non statim, ut modo videbimus, cœnobii formam habuit. Monachi Nazianzeni cœnobitæ non erant (p. 107). Nam Gregorius in carmine ad Hellenium decem præstantissimos ascetas recenset, quibus singulatim immunitatem a tributis petit, quam satis fuisset toti cœnobio semel petere, si in iisdem omnes ædibus fuissent. Hinc etiam unus ex illis Eulalius amisso fratre Helladio (p. 108), quem ejusdem instituti socium habuerat, afflictæ et ægrotæ matri assidebat. Testatur abbas Pyamon apud Cassianum (*f*), tertium genus monachorum, qui Sarabaytæ dicebantur, et bini aut terni degebant, abundare ac prope solum esse in civitatibus quas diaconiam, ut jam diximus, in Pontum et Armeniam deferens peragravit. Canones Gangrenses, qui Armeniæ episcopis inscripti sunt, dubitare non sinunt quin ascetarum in hac regione magna fuerit sentiendi ac vivendi libertas. Vix ergo dubium quin institutæ his in locis cœnobiticæ vitæ gloria non Eustathio attribuenda sit, sed Basilio, cujus maximum exstitit hujus propagandi instituti studium. Illud longe (*g*) præferendum esse demonstrat vitæ solitariæ; duo (*h*) in eodem pago monasteria esse non probat, sed omnes ascetas sub uno et eodem præposito existimat conjungendos. Perspici etiam potest illius sententia ex epist. 295, in qua ascetas in eodem quidem monasterio, sed non more cœnobiorum viventes hortatur, ut ab hac vita testibus carente ad cœnobiticam transeant. Præter cœnobium, quod in Ponto con-

(*a*) Ep. 223, n. 3.
(*b*) Lib. VI, c. 34.
(*c*) Collat. 18, c. 7.
(*d*) Tom. IX, p. 55.
(*e*) Ep. 223.
(*f*) Collat. 18, c. 7.
(*g*) *Reg. fus.* 7.
(*h*) *Reg. fus.* 35.

Digitized by Google

struxit, aliud ab eo conditum in suburbio Cæsariensi discimus ex epist. 94 et 150. Probabile est cœnobiticum institutum etiam ante episcopatum ab eo in Ecclesiam Cæsariensem inductum. Non deerant quidem huic ecclesiæ monachi, eorumque studium exarsit in Basilii causa, ut infra videbimus, adversus Eusebium episcopum defendenda : sed nota illis non videntur fuisse cœnobitica instituta. Unde Basilius (*a*), cum quidam Cæsareæ monasticum institutum amplecti vellet, seque illi regendum et informandum traderet, mittere eum maluit in Ponti monasterium. Gregorius autem, cum monasticæ legis institutiones a Basilio presbytero et voce et scriptis traditas laudat, inductam ab eo cœnobiticam disciplinam videtur laudare.

III. Ubi primum secessus delicias degustavit Basilius, Gregorium loci descriptione conatus est allicere. Respondit Gregorius se loci forma et situ parum moveri, nisi etiam de vivendi ratione aliquid eliscat. Utramque epistolam amisimus. Sed aliam habemus, quam Basilius (*b*) statim post acceptas Gregorii litteras scripsit, ut ei satisfaceret, ac suam vivendi rationem exponeret. Diurnas ac nocturnas preces, lectionem Scripturarum, laborem manuum describit. Sed nihil in hac epistola reperitur, ex quo eum cœnobitarum more vixisse conjicias. Preces ante et post cibum præcipit : at nihil prorsus de lectione inter edendum adhibenda. Ait tantum animam ne tunc quidem a Dei cogitatione otiosam esse debere, sed ex ipsa alimentorum et corporis ea suscipientis natura materiam Dei laudandi esse ducendam. Forte ergo cum uno aut altero ex Eustathii discipulis degebat, ut alii harum regionum ascetæ.

Sed cito ad eum multi confluxerunt, seque illi in disciplinam tradiderunt. Ejusmodi enim discipulos habebat anno 360 a quibus ne ad brevissimum quidem tempus sine magna illorum molestia discedere poterat, ut perspicimus ex epistola 8. Jam illius monasterium suis numeris absolutum erat, cum Gregorius ad eum se contulit, quod quidem videtur fecisse anno 358 aut 359. Nam inter ea quæ se in hoc monasterio vidisse meminerat, laudat imprimis fratrum, quos Basilius ad pietatem instituebat, eximiam concordiam. Meminit psalmorum et hymnorum ex quibus miram suavitatem perceperat (*c*). Non sine lepore meminit in alia epistola (*d*) pauperis vitæ, quam ibi traduxerat, cum panis adeo durus apponeretur ut dentes frangeret; ac tanta esset omnium rerum inopia, ut nisi mater Basilii opportune succurrisset, fame moriendum fuisset. Commemorat etiam laborem manuum, Augiæ fimum e domo exportatum ut horti steriles implerentur, ac immane plaustrum sua et Basilii cervice manibusque tractum, ut locus præruptus æquaretur. Illis addit (*e*) lignorum comportationes et lapidicinas, arborum consitiones et irrigationes, imprimis vero platanum sua manu plantatum.

Quod supererat otii ab asceticæ vitæ muniis, impendebant in meditandis sacris litteris (*f*) : et cum in hoc studio plus antiquis scriptoribus, quam ingenio suo tribuerent, collegerunt ex Origene plurima observatione digna, quæ in unum corpus redacta Philocaliam appellaverunt. Hunc librum dono misit Gregorius Theodoro Thyanensi (*g*), ut opus sibi cum sancto Basilio commune.

IV. Basilii labores monasterii finibus non continebantur. Nam cum ejusmodi institutum amplexus esset, in quo et meditari posset, ut anachoretæ, et prodesse, ut hi quos diximus migades; non segnis fuit in promovendis Ecclesiæ utilitatibus. *Basilius Ponti urbes*, inquit Rufinus (*h*), *et rura circumiens, desides gentis illius animos et parum de spe futura sollicitos stimulare verbis et prædicatione succendere, callumque ab his longæ negligentiæ cœpit abolere : subegitque, abjectis inanium rerum et sæcularium curis, suimet notitiam recipere, in unum coire, monasteria construere, psalmis, et hymnis, et orationibus docuit vacare, pauperum curam gerere, eisque habitacula honesta, et quæ ad victum necessaria sunt, præbere, virgines instituere, pudicam castamque vitam omnibus pene desiderabilem facere. Ita brevi permutata est totius provinciæ facies, ut in arido et squalenti campo videretur seges fecunda, ac læta vinea surrexisse.* Testatur etiam Sozomenus (*i*) Basilium Ponti urbes circumeuntem, multa illic ædificasse monasteria; et populis prædicantem, ut eamdem cum ipso doctrinam fidei sequerentur persuasisse. Hæc confirmari possunt utriusque Gregorii testimonio. Testatur Nyssenus (*j*) solitudinem sub Basilio ad imitationem Joannis Baptistæ in urbem conversam esse ob multitudinem eorum qui ad Basilium confluebant. Gregorius Nazianzenus jam multa illum ad utilitatem Ecclesiæ navasse dicit (p. 335), cum ad presbyteri gradum evectus est. *Hunc multiplex Dei benignitas*, inquit, *cum multis antea rebus gestis clarum effecisset*, διὰ πολλῶν τῶν ἐν μέσῳ γνωρίσασα, *in sacrum presbyterorum ordinem ascribit.*

V. Inter epistolas, quas Basilius scripsit in solitudine, numeranda imprimis (*k*) epistola ad Candidianum. Rusticus quidam ex iis, qui cum Basilio Annesis morabantur, mortuo Basilii famulo, non se negotii quidquam cum hoc famulo habuisse dixit, non ad Basilium accessit, non conquestus est, non rogavit, ut a volente acciperet, non minatus est se vim facturum nisi acciperet, sed subito cum nonnullis sui similibus domum invasit, mulieresque

(*a*) Ep. 23.
(*b*) Ep. 2.
(*c*) Naz. ep. 9.
(*d*) Ep. 8.
(*e*) Ep. 9.
(*f*) Ibid.
(*g*) Naz. ep. 87.
(*h*) Lib. xi, c. 9.
(*i*) Lib. vi, c. 17.
(*j*) In Basil.
(*k*) Epist. 5.

Digitized by Google

quæ eam custodiebant, verberibus contudit, ac effractis foribus exportavit omnia, partim sibi ipse rapiens, partim ad diripiendum cuilibet proponens. Veritus itaque Basilius, ne domus sua omnibus injuriis pateret, si impunitum facinus relinqueretur, opem implorat Candidiani, cui res suas cordi esse jam sæpe perspexerat. Hac autem mulcta contentum se fore declarat, si agrestis a pagi præposito comprehensus, brevi tempore in carcere includatur. Hæc domus, ut supra diximus, non erat propria Basilii possessio, qui sese omnibus rebus nudaverat (*a*), sed ex ea, matris suæ provido consilio, alimenta percipiebat.

Hujus autem Candidiani amicitia cum Basilio, animi moderatio in magnis honoribus, amor litterarum ac mentis tranquillitas in ipso negotiorum æstu ac summa publicæ tranquillitatis cura mirifice probant eumdem prorsus esse Candidianum ad quem exstat Gregorii Nazianzeni epistola 194. In eo enim Gregorius eadem prædicat ornamenta virtutum, ac similia adhibet ex profanis litteris pigmenta, ut in ethnico laudando par erat. Is in Cappadocia natus erat, eamque sub Juliano rexit, sed tanta animi integritate, ut se fidelem quidem imperatori ministrum in iis quæ ad imperium spectabant, minime vero turpem assentatorem in vexandis Christianis præberet.

Sequitur alia ad Olympium epistola (*b*), civem Neocæsariensem, imprimis divitem, qui Basilio Eustathii et Neocæsariensium calumniis exagitato non defuit. Is cum Basilio misisset munera, cujus solitudinem jam antea visitaverat ; respondet ei Basilius, festive incusando, quod pauperiem e monasterio suo ejiciat. Cum autem infirma esset valetudine, jamque remedia nonnulla aggressus esset; optat Basilius ut faustum exitum habeant, eique auctor est ut sollicitudinum et molestiarum expertem corporis curationem adhibeat.

Cum Nectarius, vir inter Cilices opibus et dignitate conspicuus, unicum filium, qui spes erat amplissimæ domus, amisisset, Basilius rumori hanc molestiam nuntianti per tres aut quatuor dies credere nolebat. Sed acceptis ab episcopo illius loci litteris, quæ tristem illum casum confirmabant, Nectarium ejusque uxorem consolatur (*c*). In his litteris omnes eloquii sui opes profundit ; præcipue vero in epistola ad uxorem Nectarii nonnulla recens ab Athenarum palæstra ingenium redolent, velut cum ait : *O terra talem coacta suscipere casum ! Horruit forte ipse sol, si quis in eo sensus, triste illud spectaculum.* Hanc ergo epistolam vel ante secessum vel saltem ad secessus primordia cum Tillemontio collocamus. Certe illum episcopum tunc non fuisse patet ex his verbis, *accepi litteras episcopi.* Non enim de collegis suis sic loqui solet, postquam ad hanc dignitatem pervenit. Non improbabilis conjectura est hunc Nectarium eumdem esse Constantinopolitano. Ille enim ex ampla et nobili Ciliciæ domo ortus erat. Idem huic nostro congruit, siquidem illius filii mors, ut ait Basilius (*d*), plaga exstitit duarum provinciarum, Ciliciæ et Cappadociæ. Nec refert quod Constantinopolitanus usque ad episcopatum catechumenus fuerit, is autem, ad quem Basilius scribit (*e*), in Christum credere dicatur. Nam multi his temporibus, ut observat Tillemontius, etsi baptizati non erant, in Christum tamen credebant, et Christianam religionem profitebantur. Gregorius et Basilius cum essent Athenis, nihil majori laudi ducebant, quam ut Christiani essent et dicerentur (*f*), quamvis nondum essent sacris mysteriis initiati.

Mutuam sibi operam in meditandis Scripturis tradebant Gregorius et Basilius, non solum coram, sed etiam absentes. Cujus rei monumentum est epistola 7, quam idcirco ad hoc tempus referimus. Basilium consuluerat Gregorius de rebus ad theologiam, id est ad sanctam Trinitatem pertinentibus. Respondit Basilius per litteras quæ non exstant, sed minus satisfecit. Quod cum ei Gregorius libere significasset, ut inter amicos fieri par erat, fatetur Basilius se hoc incommodum providisse (omnem enim de Deo sermonem et cogitationi loquentis, et desiderio interrogantis imparem esse) ; sed tamen silere non potuisse, ne in proditionis crimen incurreret, si amico consulenti responsum denegaret. Cæterum Gregorium hortatur, ut, se omisso, totus ad veritatis defensionem, acceptis a Deo adjumentis contentus, incumbat.

CAPUT VII.

I. Basilius Constantinopolim venit cum Basilio Ancyrano, cui operam navat adversus hæreticos. II. Dolens quod Dianius subscripsisset, fugit Nazianzum. III. Scribit Moralia. Huic operi non convenit epistola de fide. Scripta Moralia sub Constantio. IV. De epistola ad Maximum qui idem videtur esse ac sancti Gregorii proditor. V. De pluribus epistolis in secessu scriptis, præsertim de decima quarta, et decima quinta.

I. Jam solitudinis deliciis perfruebatur ab annis duobus Basilius, cum iter Constantinopolim suscepit anno 359 exeunte, vocatus, ut verisimile est, a Basilio Ancyrano et Eustathio Sebasteno, qui cum a synodo Seleuciensi legati ad Constantium missi essent, magna Constantinopoli adversus Anomœos prælia sustinuerunt, sed tandem eorum machinationibus succubuere. Existimant eruditi viri Basilium noluisse se interponere in has contentiones, et disputationem, ut suo lectoris gradui minus convenientem, aut veritatis defensioni parum profuturam, declinasse. Sed ex testimoniis Philostorgii, Eunomii et Gregorii Nysseni, quibus hæc nititur

(*a*) Ep. 57.
(*b*) Epist. 4.
(*c*) Epist. 5 et 6.
(*d*) Ep. 6. n. 1.
(*e*) Ep. 5. n. 2.
(*f*) Naz. or. 20.

Digitized by Google

opinio, illud potius colligitur, Basilium in his disceptationibus sub episcopo Ancyrano secundas tulisse, ac proinde victoriæ, quam ille retulit, adjutorem fuisse.

Eunomii (p. 301) verba sic refert Gregorius Nyssenus : Ἐν τούτῳ φησὶ σύλλογον γεγενῆσθαι τῶν πανταχόθεν λογάδων, καὶ ἐνακμάζει τῷ λόγῳ νεανικῶς, ὑπ' ὀλίγων ἄγων δῆθεν τὴν τῶν πραγμάτων διασκευήν. Εἶτα δικασταῖς τισι λέγει, μηδὲ τούτων ὀνομαστὶ μεμνημένος, τὸν περὶ τῶν ἐσχάτων προκεῖσθαι δρόμον, ὑποφωνεῖν δὲ παρόντα τὸν ἡμέτερον καθηγητὴν καὶ πατέρα· τῆς δὲ κρίσεως πρὸς τοὺς ἐναντίους τὸ κράτος μετατιθείσης, φεύγειν αὐτὸν τοὺς τόπους, καταλιπόντα τὴν τάξιν, καί τινα καπνὸν τῆς παρρῆδος μεταδιώκειν. *Ibi ait cœlum exstitisse hominum undique selectorum : seque vehementer in dicendo venditat, oculis videlicet subjiciens rerum apparatum. Deinde judicibus quibusdam dicit, neque etiam illos nominatim appellans, capitale propositum fuisse discrimen ; ac præsentem secundas partes sustinuisse magistrum nostrum et patrem ; sed victoria a judicibus in adversarios translata, ipsum fugisse hæc loca ordine deserto, et fumum quemdam patriæ persecutum esse.*

In eo sane requirendus pudor Eunomii, quod suis victoriam adjudicet. Aetius enim, qui pro Anomœis contra Basilium utrumque pugnabat, exsilium ex hoc duello retulit, nedum victoriam ; eumque victum fuisse narrat Sozomenus (*a*). Non minus impudens Eunomius, cum Basilium vocat timidum et ignavum ac graviorum laborum fugientem (*b*) ; eique exprobrat secretam domunculam, et januam tuto clausam, et trepidationem ob metum introeuntium, et in voce, oculis ac vultu pavoris signa. Sunt hæc sophistæ nugantis convicia, non argumenta hominis serio disserentis. Sed tamen ex ejus testimonio perspicitur Basilium in hoc certamine *præsentem succlamasse*, id est, secundas partes tulisse sub Basilio Ancyrano, nec discessisse ex his locis, nisi *victoria a judicibus in adversarios translata*, ut fingit Eunomius.

Philostorgius (*c*), qui Eunomii mendacia compilat, sic de Basilio loquitur : Προεστήκεσαν δὲ τῶν μὲν καθ' οὐσίαν ὅμοιον πρεσβευόντων, Βασίλειός τε καὶ Εὐστάθιος· οἷς ἄλλοι τε καὶ Βασίλειος ἕτερος παρῆν συνασπίζων, διακόνων ἔτι τάξιν ἔχων· δυνάμει μὲν τοῦ λέγειν πολλῶν προφέρων· τῷ δὲ τῆς γνώμης ἀθαρσεῖ, πρὸς τοὺς κοινοὺς ὑποστελλόμενος ἀγῶνας. *Et eorum quidem, qui Filium similem secundum substantiam profitebantur, antesignani erant Basilius et Eustathius. Quibus tum alii aderant suppetias ferentes, tum Basilius alter, intra diaconi gradum adhuc consistens : dicendi quidem facultate multis superior, verum ob timiditatem et pusillum animum publicas disputationes declinans.* Manifeste premit Eunomii vestigia Philostorgius : Basilium fatetur eo consilio, ut adesset Ancyrano episcopo, venisse Constantinopolim, ac inter eos stetisse, qui suppetias illi ferebant : et dum fugam ei exprobrat, solo auctore nititur Eunomio.

Sed præcipue Gregorii Nysseni auctoritate nititur Tillemontius, quem concessisse putat adversariis Basilium celeberrimæ illius disputationis nullas partes sustinuisse. Sic loquitur Gregorius : Εἰ δὲ περὶ τῶν ἐν Κωνσταντίνου πόλει γεγονότων φησὶ (*d*)... δεξαίμεθα τὰς αἰτίας, ὅτι παρόντες τῷ καιρῷ τῶν ἀγώνων, τοῖς ἀγωνιζομένοις οὐ συνεπλάκημεν. Δειξάτω τοίνυν ὁ ἐκείνῳ τὴν δειλίαν ἐπονειδίζων, εἰ κατῆλθεν εἰς μέσους αὐτός. *Quod si* (Eunomius) *de rebus Constantinopoli gestis loquitur... accipiamus criminationem, nos scilicet, cum adessemus pugnæ tempore, cum adversariis non pugnasse. Demonstret igitur qui ei timiditatem exprobrat, an ipse in medium processerit*, etc. Hæc legentibus illud primo intuitu occurrit, Gregorium quidquid concedere videtur Eunomio, non sine aliqua ironia concedere, ut criminationem in ipsum convertat Eunomium. Si quid tamen serio concessum a Gregorio, nihil aliud concessum, quam quod objecerat Eunomius, Basilium, cum in prælio secundas tulisset, inclinata in adversarios victoria discessisse. Atque illud quidem fieri potuit, ut Basilius, ubi vidit Basilium Ancyranum, post tanta veritatis adversus Aetium defendendæ studia, Acacianorum artibus et Constantii minis cedere, non exspectato rei exitu abiret. Nec improbabile est Eunomium inde ansam arripuisse calumniandi : at neque ex illius, neque ex Gregorii verbis concludi potest, Basilium in certamen minime prodiisse.

Quin etiam ipse Basilius mutum se et otiosum inter hos motus non fuisse, sed pro viribus ad veritatis defensionem incubuisse indicat. Non enim ad aliud tempus videntur referri posse habiti ab illo de fide sermones Chalcedone et Heracleæ, quorum testem citat Eustathium in epist. 223, n. 5. *Quæ Chalcedone*, inquit, *a nobis de fide dicta sunt, quæ sæpenumero Heracleæ, quæ prius in Cæsareæ suburbio, an non ex nostra parte consona sunt omnia ?* Ex his certo colligimus Basilium in hac rerum perturbatione operam suam episcopis non denegasse ; ac jam tum de illius eloquentia et eruditione magna hominum exstitisse judicia.

II. Anno 360, formulam Ariminensem, quæ tantas strages in Ecclesia edidit, Constantinopoli Cæsaream attulit Georgius Dianius Cæsariensis, etsi Nicænos Patres magni faciebat ; cessit tamen tempori et formulæ subscripsit. Hoc illius casu doluit insolabiliter Basilius cum multis aliis in patria timentibus Deum, et a Dianii communione creditur recessisse. Non tamen videtur palam et aperte communionem ei renuntiasse ; sed tantum occasiones cum eo communicandi evitasse. Nam in epistola 51

(*a*) Lib. iv, c. 23.
(*b*) Nyss., i *Eunom.*
(*c*) Lib. iv, c. 12.
(*d*) i *Eunom.*

Digitized by Google

negat instar magni criminis anathematizatum a se fuisse Dianium : fatetur se doluisse quod is subscripsisset; sed tamen, ubi ab eo graviter ægrotante accersitus, ipsius sententiam cognovit, ad ejus communionem remota omni dubitatione accessisse. Qua ex narratione patet leniter declinatam potius fuisse communionem, quam aperte renuntiatam. Porro Basilio in alia tunc diœcesi degenti facilius fuit Dianii honori consulere.

Videtur hoc casu perculsus Basilius, doloris sui solatium in Gregorii colloquio quæsivisse, eumque invisisse. Dum autem longius abesse videtur ascetis suis, desiderium suum ei significant, et tanquam profugum amicitiæ et patriæ commemoratione conantur ad se revocare. Tum Basilius mirari se respondet (*a*), quod se tantopere diligant, tenuem hominem ac nihil forte habentem amabile. Fatetur se casu inopinato perculsum fugisse, ac præterea desiderio arsisse sacrorum dogmatum. Quare cum voti compos factus sit, electionis invento vase et puteo profundo, id est Gregorio, quem os Christi appellat, parum temporis sibi concedi petit, non quod urbium commoratione delectetur, sed quod versari cum sanctis longe utilissimum esse judicet. Deinde hortatur, ut caveant ab Arianis, multa disserit de sancta Trinitate, ac objecta ab Arianis testimonia explicat.

Nullum sane eventum video in vita sancti Basilii, ad quem hæc epistola aptius referri possit, quam ad lapsum Dianii. Quod enim ait se re inopinata perculsum fugisse, *velut qui ob repentinos strepitus illico expavescunt*, his verbis indicat gravissimæ alicujus molestiæ nuntium, de quo nec abiens quidquam dixerat, nec tunc scribendum esse ducebat. Cum his autem mirifice quadrat subscriptæ a Dianio formulæ tristis nuntius, quem cur ascetas suos celaret, multæ gravesque causæ poterant subesse. Congruit etiam cum hoc tempore disputandi ratio. Nam Basilius simile et dissimile rejicit in hac epistola. Idem tamen in epistola sequenti, quæ multo post scribi non potuit, non improbat simile, modo addatur *citra ullam differentiam*. Credo ergo Basilium, in summo illo dolore, quem ei factum Dianii attulerat, non libenter audiisse ejusmodi vocem, in qua toties luserant Ariani, ac nuper Dianio et innumeris aliis fucum fecerant.

Decepit eruditos viros epistolæ titulus, quæ Cæsariensibus inscribitur, eamque anno 363 Cæsariensi plebi scriptam existimant, cum Basilius presbyter paci Ecclesiæ commoda sua posthabens, suspicionibus Eusebii episcopi cessit, seque in solitudinem Ponti una cum Gregorio Nazianzeno recepit. Mirum sane non esset, si plebem Cæsariensem cito Basilii desiderium cepisset, eumque veluti profugum patriæ et amicitiæ commemoratione revocasset. Sed ipsam etiam Ponti solitudinem sæpe Basilius patriam suam appellat, ut supra vidimus.

Cæsarea autem excessit non rei inopinatæ nuntio perculsus, sed se invidiæ ac æmulationi subducens. Præterea non ex urbe in solitudinem, sed potius ex solitudine in urbem concesserat, tum cum hæc scriberet, ut in adnotatione ad hunc titulum observavimus.

Sed si illud manere debet, epistolam 8, non ad Cæsarienses, sed ad discipulos scriptam esse, fatendum est assignatam fugæ Basilii causam non carere difficultatibus. Nam Gregorius Theologi pater idem commisit ac Dianius, absente filio, cui certe non illusissent Ariani, atque, ut verisimile est, apud Basilium commorante. Non deerunt ergo, qui Basilium, subscriptionum illarum tempore, ad Gregorium fugisse negent, cum ipsum tunc apud se Gregorium haberet. Sed tamen, cum nihil aliud reperire possim, quod Basilium subito perculerit et ad Gregorium fugere coegerit, præter illud, quod dixi, factum Dianii, statuere malim Theologi patrem serius subscripsisse quam Dianium vel citius. Id enim alios citius, alios serius fecisse docet Gregorius (*b*). Quin etiam Gregorii subscriptionem longius differre cogit monachorum Nazianzensium agendi ratio, ut infra videbimus.

III. Anno 361 videtur Basilius *Moralia* scripsisse : quo quidem in opere (p. 229), quæcunque sparsim in Novo Testamento interdicta aut approbata inveniebat, ea studiose in regulas quasdam compendiarias collegit, apposito ad singulas regulas numero capitum Scripturæ, quæ regula qualibet comprehenduntur. Quibus autem causis ad hoc opus elucubrandum adductus fuerit, fuse in procemio edisserit (p. 214). Nam cum variis in peregrinationibus, quas vir factus obiit, in aliis quidem disciplinis et artibus, summam inter eos, a quibus illæ artes excoluntur, concordiam animadvertisset, in Ecclesia autem plurimos et inter se et cum Scripturis sanctis pugnare, et, quod maxime horrendum est, episcopos ipsos inter se digladiari, ac Christi mandatis adversari, et Ecclesiam dilacerare; tanti mali caput et fontem conatus est investigare. Ac primo quidem incertus hærebat, et animum nunc huc, nunc illuc dividebat; sed tandem hanc mali originem verissimam deprehendit, quod non quisque regis Christi nutus intueretur, sed opinionum suarum commentis plerique ejus mandata ac voluntatem posthaberent. Postquam autem, fixa ejus animo hac sententia, illud etiam consideravit, inobedientiæ crimen incurrere, si quis vel semel peccet, ac ipsa ignorantiæ peccata pœnam non effugere; imo eos etiam, qui nihil peccarunt, sed peccatorum satis vehementes animadversores non fuere, graviter puniri : tum vero operæ pretium esse duxit ad certas quasdam regulas revocare, ac veluti in totidem capita redigere, quæcunque in Scripturis vetantur aut præcipiuntur.

Sic suum ipse consilium Basilius exponit in proœ

(*a*) Ep. 8.

(*b*) Or. 21.

Digitized by Google

mio *Moralibus* præfixo, quod inscribitur in omnibus codicibus mss. et editis *De judicio Dei*. Sed alius huic proœmio titulus datur in libro II *De baptismo*, quæst. 5, ubi eadem quæstio ac in proœmio *Moralium* instituitur, *An cujuslibet mandati prætergressio ira et morte digna sit*. Tum responsio sic incipit: *Dictum est quidem fusius de hoc argumento in epistola De concordia*. Liquet indicari proœmium illud *Moralium* : quod quidem merito vocatur epistola, cum instar epistolæ nuncupatoriæ ascetas compellet, quorum rogatu Basilius *Moralia* composuerat. Nec minus commode dicitur epistola de concordia. Nihil enim aliud sibi proponit Basilius, nisi ut dissensionum causam aperiat; et quidquid de judicio Dei disserit, illud ad suum concordiæ stabiliendæ propositum refert.

Antequam *Moralia* inciperet Basilius, piam et sanam exponebat de Patre et Filio et Spiritu sancto fidem. Sed nescio quomodo quæ hic disserebat, de sua sede cesserunt, eorumque loco inducta quædam epistola de fide, quæ huc minime pertinet. Nam 1° *Moralia* primum opus videntur esse Basilii : hæc autem de fide epistola post editas adversus hæreticos elucubrationes scripta est (p. 224, 225 et 229), cumque presbyter esset Basilius aut episcopus, ut patet ex his verbis (p. 228), *sic sentimus, sic baptizamus*, etc. 2° Proœmium de judicio Dei sic finit Basilius ad expositionem fidei transiens : *Et quoniam memini Apostoli qui dicit : « In Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium : sed fides quæ per charitatem operatur* [1], » *consequens simul ac necessarium existimavi* (p. 223), *ut sanam fidem ac piam de Patre et Filio et Spiritu sancto sententiam prius exponerem, et ita demum moralia attexerem*. Protinus ergo de fide incipiebat disserere, nulla alia adhibita præfatione. At epistola de fide hanc exhibet præfationem : *Dei optimi gratia cum mihi innotuisset vestræ pietatis mandatum*, etc. Nemo non videt quam hæc inter se disconveniant. 3° Scripsit Basilius hanc epistolam, nonnullorum hominum rogatu, qui ab eo petierant τῆς εὐσεβοῦς πίστεως ἔγγραφον ὁμολογίαν, *piæ fidei petitam ex Scripturis confessionem*, ita ut consubstantiali careret. Annuit eorum precibus : sed ne quis merito reprehenderet omissionem consubstantialis, rationem reddit cur, cum antea in refellendis hæreticis voces adhibuerit, quæ scriptæ non sunt, nunc abstineat ejusmodi vocibus, *quæ ipsis litteris et syllabis in Scriptura divina non reperiuntur, tametsi insitam Scripturæ sententiam teneant* (p. 224). Privatim ergo nonnullis consulit Basilius, seque ad eorum infirmitatem accommodat, consubstantiali prætermittendo, quod illi forte nondum receperant : sed nequaquam eorum rogatu scripsit *Moralia* : nec tali operi hæc congruebat accommodatio. Ex his liquet in hoc testimonio (p. 228), *sic sentimus sicque baptizamus in Trinitate consubstantiali*, postremam vocem expungendam esse, ut quæ Basilii promisso et instituto repugnet, ac in pluribus mss. desit.

Jam Photii (*a*) tempore *Moralia* Basilii cum utrisque regulis in unum veluti corpus redacta erant, quod dicebatur Ascetica Basilii. Sed tamen diversum opus, *Regulæ* et *Moralia*, nec idem tempus, nec consilium idem. *Moralia* videntur scripta sub finem imperii Constantii, anno 361. Quod enim ait (p. 223) se sero hoc opus perficere, propterea quod alios veritatis defensores exspectaret, nec tantum sibi ipse confideret, ut hoc solus aggrederetur, id argumento est Basilium non statim atque ex peregrinationibus rediit, ad hanc elucubrationem prosiluisse. Sed tamen timiditas illa indicium est ingenii nondum in scribendo exercitati, nondum ullum opus aggressi. Quare Basilium scribendi initium fecisse crediderim ab hac elucubratione, quæ proinde ultra Constantii imperium rejici non debet. Præterea recens admodum erat Anomœorum hæresis, cum hæc scriberet Basilius. Ait enim (n. 1) nunc si unquam alias, exortis Anomœis, impleri in ipsis episcopis illud Pauli vaticinium : *Et ex vobis ipsis exsurgent viri loquentes perversa* [2], etc. Anomœi autem vocati sunt, qui Filium Patri dissimilem dixerunt anno 361, teste S. Athanasio (*b*) cum Socrate (*c*). Quare hoc ipso anno scripta Basilii *Moralia*, ante mortem Constantii. Sic enim Basilius in toto hoc loco pugnas et dissidia deplorat, ut facile pateat nondum subtractum fuisse Anomœis Constantii patrocinium, nondum Catholicis redditam libertatem, quam sub Juliano consecuti sunt.

Credo Basilium hoc opus jam absolvisse, cum scriberet epistolam nonam, sed adhuc dubitasse utrum in lucem ederet necne. Id colligo ex his verbis : *Præsertim cum alioqui nostra vulgare non omnino statuerimus*. Scripserat ergo aliquid Basilius, sed dubitabat an vulgaret. Id autem nulli alii operi melius convenit, quam *Moralibus*. Nam libros *in Eunomium* studio veritatis palam et aperte defendendæ compositos fuisse ex ipso exordio perspicitur.

IV. Amphilochius ille philosophus, ad quem scripta est nona Basilii epistola, petierat a Basilio scripta Dionysii Alexandrini, simulque quid de hoc scriptore sentiret sciscitatus fuerat. Scripta Dionysii non habebat in manibus Basilius et ideirco mittere non potuit : sed de ipso Dionysio judicat, ut in Notis observavimus, non accuratissime. Simile secundum essentiam probat, modo addatur, *citra ullam diffe-*

[1] Galat. v, 6. [2] Act. xx, 30.

(*a*) Cod. 191.
(*b*) *De synod.*
(*c*) Lib. II, c. 45.

Digitized by Google

rentiam; secus vero, si illud non addatur, ut factum in concilio Constantinopolitano.

Scripta hæc epistola post concilium Constantinopolitanum anni 360. Non tamen statim post illud scripta, sed forte interjecto duorum annorum spatio. Nam in epistola octava, quæ concilium proxime videtur secuta, recentibus Anomœorum fraudibus offensus, rejiciebat simile sine exceptione. Nunc autem simile secundum essentiam probat, modo addatur *citra ullam differentiam*. Rem ergo attentius consideraverat post scriptam epistolam octavam. Dubium autem non est quin nona ante sacerdotium scripta sit. Eum enim et corporis infirmitas et amor solitudinis eodem semper loco fixum, instar plantarum, tenebant. Quamvis autem presbyter factus in solitudinem redierit, hic tamen secessus brevissimus fuit. Scripta ergo hæc nona epistola circa annum 361, aut 362, cum jam *Moralia*, ut supra diximus, composuisset.

In vulgato litterarum ordine duæ eidem Maximo philosopho inscriptæ erant epistolæ, nempe 41 et 42. Neque id parum facessebat difficultatis. Multa enim dubitare cogebant, utrum idem sit in utraque epistola Maximus : et si idem, a Maximo in historia sancti Gregorii Nazianzeni decantato distinguendus videbatur, propterea quod Maximus in epist. al. 42 Basilii ex nobili domo sed gentili, prodi:or autem Gregorii ex obscura, sed tamen martyres numerante familia ortus dicebatur (*a*). Sed cum epistola alias 42 in antiquis codicibus inscribatur Maximo scholastico, nihil jam officit quominus Maximus, ad quem data est epistola nona Basilii, idem sit ac ille apud Gregorium Maximus. Multa sane concurrunt simillima. Idem nomen, idem philosophi titulus. Maximus, de quo Basilius, civem se orbis terrarum fecerat. Idem de suo Maximo testatur Gregorius (p. 411), *Nec enim cynicismus*, inquit, *exiguis finibus circumscribi sustinet*. Unde patet immerito cynicam illam disciplinam videri Tillemontio cum laudibus, quas Maximo tribuit Basilius (p. 412), pugnare. Ait etiam Gregorius Maximum, cum videret solitariam vitam nec propriis incommodis carere, nec in aliorum augendis incommodis versari, maluisse in rebus gerendis occupari, et ex duobus egregiis vitæ institutis illud elegisse, quod et sibi et aliis prodest. Ex quibus supra probavimus (*b*) Maximum ex numero ascetarum fuisse. Eadem prorsus apud Basilium. *Nam si vobis*, inquit, *actuosis competunt populi et urbes, quibus recte facta ostenditis*, etc. Exstat etiam sancti Athanasii epistola ad Maximum philosophum, quem sanctus Pater eximiis ornat laudibus : nec improbabile est eumdem esse, ac eum de quo Gregorius ac Basilius.

V. Sequuntur duæ litteræ, manifestis secessus notis signatæ, nempe decima et undecima. In prima hortatur viduam, cujus filium Dionysium, olim Diomedem nomine, habebat in monasterio suo, ut ipsa etiam in eamdem solitudinem se recipiat, scilicet in monasterium mulierum, quod ad alteram Iridis ripam situm erat. Mittit ad eam filium : velut columbæ cicur unguento oblita mittitur, ut alias odore attrahat. In undecima epistola ad idem institutum hortatur unum ex amicis, cujus filii monasterium Basilii inviserant, et cum eo diem festum transegerant.

Videntur etiam ad secessum et primordia Basilii referendæ epistolæ 12 et 13, ad Olympium : sunt enim in eodem urbanitatis genere ac quarta ad eumdem data ; nec quidquam habent de magnis rebus, quas infra Basilium cum hoc Neocæsariensi cive pertractantem videbimus.

Sed præcipue nobis reddenda ratio, cur epistolam decimam quartam, alias decimam nonam, quam Tillemontius et alii critici omnium primam in secessu scriptam existimant, serius collocemus. Vix dubium quin scripta sit Cæsareæ, cum Gregorius frater Basilio scripsisset velle se cum eo congredi, idemque esse consilii Gregorio Nazianzeno. Tum Basilius, cum partim negotiis revocaretur, partim Gregorio Nazianzeno, a quo toties deceptus fuerat, parum crederet ; scribit ei se exspectare non posse, ac solitudinis suæ elegantem picturam ante oculos illius ponit. Facit cum Tillemontio prima rerum species et epistolæ lectio non valde intenta. Videtur enim Basilius solitudinem suam describere, ut locum nunquam Gregorio visum. Deinde vero quod ait sibi migrandum esse in Pontum, ubi se tandem aliquando finem oberrandi facturum sperat ; nemo fere est, qui non hæc hominis solitudinem appetentis, sed nondum illam experti dicta esse putet. Hæ notiones animum subeunt, si summa vestigia sequamur. Sed si quis singularum rerum pondera examinet, is profecto hanc epistolam intelliget non statim post reditum ex Oriente et Ægypto scriptam esse, sed aliquot elapsis annis et postquam Gregorius in monasterio Ponti aliquandiu vixisset.

1° Illud certo constat, Basilium, ubi primum resedit in solitudine, ad Gregorium scripsisse et locorum situm ei descripsisse. Huic autem epistolæ nulla prorsus exstat Gregorii responsio. Quod enim respondit se locorum situ non multum moveri, nisi etiam de vivendi genere aliquid ediscat, id ex Basilii epistolæ secundæ initio discimus, at nulla prorsus in epistola Gregorii legitur. Amisimus ergo quod Gregorius Basilio solitudinem tum primum degustanti rescripserat. At idem de hac epistola 14, olim 19, dici non potest. Habemus enim huic epistolæ accuratissimam et elegantissimam Gregorii responsionem, nempe epistolam 7, quæ singulis epistolæ Basilii vestigiis insistit, et paribus verbis

(*a*) Naz. or. 23.

(*b*) Cap. 4, n. 4.

Digitized by Google

paria rependit. Distinguenda ergo hæc epistola 14 ab ea quam initio secessus scriptam una cum Gregorii responso amisimus.

Perspicitur ex Gregorii epistola 7, eum jam in solitudine Basilii commoratum fuisse, cum hæc inter utrumque scriberentur. Postquam enim festive jocatus est in Ponticas tenebras, in situm illius solitudinis, quam Basilius pene insulam esse dixerat, et in flavium quem cum Strymone comparaverat; tum vero ait: Ἃ μὲν οὖν ἡμεῖς σύνισμεν ταῖς τῶν μακάρων νήσοις ταύταις... ταῦτά ἐστι. *Quæ igitur scimus de illis fortunatorum insulis... hæc sunt.* Jam ergo Basilium inviserat Gregorius, nec quidquam dicebat, quod non oculorum testimonio cognitum haberet, ut declarat vox Græca σύνισμεν. Certe Gregorius Basilii solitudinem sic jocando describit, ut eum ibi jam moratum esse liqueat. Sed quod rem causamque maxime continet, postquam satis jocatus est, ait: *Tu autem, siquidem hos jocos æquo animo feras, recte feceris; sin secus, clara quoque adjungemus.* Cum Basilius Gregorii jocos, ut par erat, accepisset, tum eum Gregorius sic compellat in alia epistola (*a*): *Quoniam quæ jocantes ad te scripsimus, æquo animo fers, age, quæ sequuntur, adjiciamus, ab Homero initium ducentes,*

Nunc age progrediens internum concine, quæso,
Ornatum:

tugurium videlicet tecto et januis carens, focum ignis et fumi expertem, parietes igni exsiccatos, ne luti guttis impetamur, Tantalis similes eademque pœna mulctati, nimirum in aquis sitientes: jejunas etiam illas et miseras epulas, ad quas e Cappadocia vocati sumus non tanquam ad Lotophagorum inopiam, sed velut ad Alcinoi mensam nos novi et ærumnosi naufragi. Memini enim panes illos et jusculà (sic enim nominantur) semperque meminero, dentibus circa fragmenta collabescentibus, ac postea sese erigentibus, velutque ex cœno emergentibus. Quæ tu scilicet sublimius exaggerabis, propriis nempe calamitatibus orationis magnitudinem tibi suppeditantibus. Quibus nisi magna illa vereque pauperum studiosa mater tua nos quam celerrime liberasset, nobisque tempestate jactatis velut portus exstitisset, jampridem apud vivos esse desiissemus, fidei Ponticæ nomine non majorem laudem consequentes, quam miserationem moventes. Quonam porro modo steriles illos hortos, oleribusque carentes præteribo, Augiæque fimum e domo expurgatum quo eos opplevimus, cum montosum illud plaustrum, et ego vindemiator, et tu, facetus homo, hac cervice, manibusque his, quæ laborum vestigia etiamnum ferunt, traheremus (o terra et sol, o vir et virtus! paulum quiddam more tragico exclamabo), non ut Hellespontum jungeremus, sed ut præruptum et præcipitem locum exæquaremus. Harum rerum commemoratio si te offensura non est, utique nec nos: si autem offensionem ex ea concipies, quanto magis nos ex ipsis rebus? Ac majorem partem prætermittemus aliarum rerum, quæ multæ nobis contigerunt, pudore deterriti. Tertio eadem de re Gregorius scripsit (*b*), sed non eodem modo. Declarat enim se non salibus ut antea et jocis indulgere, sed serio loqui. Grata recordatione renovat in animo dies cum Basilio traductos, psalmodias et vigilias, fratrum, quos Basilius ad summum pietatis evehebat, concordiam et animorum conjunctionem, scriptas una cum Basilio monasticæ vitæ leges et regulas, sacræ Scripturæ studium, et manuum laborem. Sunt hæ Gregorii tres litteræ ita inter se nexæ, ut divelli non possint: et cum earum scribendarum origo ex Basilii epistola 14 orta sit, merito statuimus hanc epistolam non initio secessus scriptam fuisse, sed aliquot annis elapsis.

Decepit eruditos viros descriptio solitudinis Basilii, sed tamen ne illa quidem indiciis caret, ex quibus locum Gregorio notum fuisse judicemus. Sic enim omnia depingit Basilius, sic loci commoda exaggerat, et iis quæ incommoda et injucunda esse debebant, aliam veluti formam dicendi lepore affingit, ut nequaquam videatur amico ignoti loci cognitionem injicere, sed potius cum eo perurbane et eleganter colludere. Deinde vero dum ait se negotiis distractum exspectare non posse dum veniat Gregorius, quænam illum negotia in Pontum celeriter proficisci cogebant, nisi monasterii jam constructi cura? Sed cum primum secessit, non eum negotia in Pontum vocarunt, sed solus amor solitudinis. Demonstrant etiam assuetum huic loco animum hæc verba (p. 94): *Quod autem maximum de hoc loco dicere possumus, illud est, quod, cum ob situs opportunitatem ad omnes fructus proferendos idoneus sit, unum omnium mihi jucundissimum quietem ac tranquillitatem alit, non solum quatenus ab urbanis tumultibus liber est, sed etiam quia ne viatorem quidem ullum ad nos transmittit, si eos excipias, qui inter venandum nobiscum miscentur. Nam præter reliqua feras etiam enutrit, non ursos aut lupos vestros (absit!), sed cervorum atque silvestrium caprarum greges, leporesque, et si quid his simile. Num igitur cogitas, quo ego periculi stultus venerim, cum hujusmodi sedem Tiberina, orbis terrarum barathro, commutare pertinaciter vellem? quem ad locum nunc properanti veniam dabis. Nam profecto nec Alcmæon inventis Echinadibus amplius oberrare voluit.*

Unum nobis restat explicandum, cur Basilius in Pontum proficiscens, speret se tandem aliquando finem oberrandi facturum, quasi tunc primum se in solitudinem reciperet. Non valde difficilis et abstrusa res est. Quamvis enim Basilius solitudinem suam in deliciis haberet, eum tamen ab illa nonnunquam causæ graviores abstraxerunt; coactus est Constantinopolim proficisci anno 359. Venit Na-

(*a*) Naz. ep. 8.

(*b*) Naz. ep. 9.

Digitized by Google

zianzum anno 360. Dianio Cæsariensi periculose ægrotanti adfuit anno 362. Videtur ergo defunctus molestiis alicujus peregrinationis nova quadam cupiditate monasterium repetiisse; sibique nullam deinceps oberrandi causam superventuram sperasse.

Locum sibi vindicat epistola decima quinta inter eas quæ scriptæ in secessu fuerunt. Commendat Basilius Arcadio comiti rei privatæ *cives metropolis :* quo nomine Cæsaream absens et in Ponto degens appellare potuit; sic enim eam designat ipse Gregorius Theologi pater in epistola inter Basilianas 47. At in ipsa urbe nec apte illam nec commode metropolim vocasset.

Refert Tillemontius hanc epistolam ad divisionem Cappadociæ. Sed ad eam rationem, quam attulimus, illud etiam accedit, quod cum epistolæ, quæ de divisione Cappadociæ scriptæ sunt, flebili prorsus stylo mala patriæ deplorent, hæc decima quinta nihil aliud habet, nisi peracutam et perurbanam commendationem.

CAPUT VIII.

I. *De Juliani imperatoris ad sanctum Basilium epistola.* II. *Sanctus Gregorius Nazianzenus presbyter creatur.* III. *Basilius accersitur a Diamo Cæsariensi, et cum eo communicat. Utrum merito hunc hominem laudaverit Basilius.* IV. *Dianio Cæsariensi succedit Eusebius sub Juliano.* V. *Julianus Cæsaream tendit. Spuriæ epistolæ Basilii et Juliani.* VI. *Cæsarienses maxime odit, Basilio et Gregorio minitatur.* VII. *Videtur Basilius sub Juliano scripsisse adversus Eunomium. Sub eodem scriptæ duæ aliæ epistolæ.* VIII. *Ad idem tempus referendæ sancti Athanasii ad Basilium litteræ.* IX. *Probatur sub Juliano Gregorium Nazianzi episcopum subscripsisse formulæ non orthodoxæ.* X. *Statim post mortem Juliani Gregorius Basilium invisit.*

I. Julianus imperator, qui Basilium et Gregorium Athenis cognoverat, eo magis in utroque studium Christianæ religionis odio habuit, quo majora in eis ad illam defendendam ingenii et doctrinæ præsidia videbat. Sed tamen si genuinæ sunt hujus apostatæ ad Basilium litteræ, videtur initio Basilii blanditiis alliciendi spes inanes concepisse. Invitat eum ad se, ut ad imperatorem ita cum amicis viventem, ut nec ei adulari cogantur : nec ob imperii splendorem, aut rerum publicarum occupationem molesti occurrant. Concedit ei cursum publicum, si ad se properare velit. Hæc epistola inter Juliani litteras duodecima est. Scriptam conjicit Dupinus a Juliano nondum Christianam religionem aperte ejuranti. Negat hoc Tillemontius; quippe cum repugnet ut Basilium Julianus ad se in Gallias invitaverit, et de publico in Oriente cursu ad arbitrium suum nondum Augustus statuerit. Sed tamen non invitus concedit Julianum, cum hæc scriberet, nondum persecutionis signum extulisse. Abiere in has conjecturas eruditi illi viri, quia hanc epistolam ad Basilium scriptam putabant. Sed si eam scripsit Julianus, homini scripsit Constantii aulæ incommoda experto, non Basilio qui nunquam hujus imperatoris limen attigit. Id patet ex his verbis Juliani : *Vivimus enim inter nos non cum sola aulica simulatione, quam te credo hactenus expertum esse.* Altera tribuitur Juliano ad Basilium epistola, de qua quidem et de Basilii responsione infra agemus.

II. Gregorius Nazianzenus cum paternæ cedens auctoritati, sed tamen invitus ac non libens, presbyter creatus fuisset, hac tyrannide (sic enim ipse appellat) offensus in Pontum fugit (*a*), tum ut dolorem suum amici colloquiis leniret, tum ut deliberaret quid sibi agendum esset. Non tamen diu in hac solitudine resedit, sed partim obducto dolori callo, partim veritus ne patris iram in se concitaret (*b*), si precanti non cederet, rediit ad diem Paschæ, cum alio die festo non multo ante discessisset. Ait enim ipse de se (*c*) : Μυστήριον ἔχρισέ με, μυστηρίῳ μικρὸν ὑπεχώρησα, ὅσον ἐμαυτὸν ἐπισκέψασθαι, μυστηρίῳ καὶ συνεισέρχομαι. *Mysterium unxit me : mysterio paulisper cessi, ut meipsum inspicerem et explorarem : cum mysterio etiam simul introeo.* Existimat Nicetas ordinatum illum fuisse in die Natalis Christi, fugisse die festo Luminum, qui paulo post Natale Domini celebrabatur. Unde existimat Tillemontius Gregorium die 25 Decembris ordinatum fuisse anno 363, aut 362. Sed libentius inclinat in annum 362, quia Basilium, quem post Gregorium ordinatum fuisse constat, anno 362 ad hanc dignitatem censet evectum fuisse. De Basilio infra videbimus; sed interim doctissimi viri opinionem confirmare possumus testimonio Gregorii, qui sic loquitur in *Apologia*, quam reditu suo composuit (*d*) : Καὶ τὸν μὲν ἔξωθεν οὐ δέδοικα πόλεμον, οὐδὲ τὸν νῦν ἐπαναστάντα θῆρα ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ τοῦ πονηροῦ τὸ πλήρωμα, κἂν πῦρ ἀπειλῇ, κἂν ξίφη, κἂν θῆρας, κἂν χρημνοὺς, κἂν βάραθρα, κἂν πάντων γένηται τῶν πώποτε μανέντων ἀπανθρωπότατος, κἂν ταῖς οὔσαις τιμωρίαις προσεξεύρῃ χαλεπωτέρας. *Nec vero externum bellum metuo, nec feram illam, quæ nunc adversus ecclesias impetum fecit, etiamsi ignem minetur, etiamsi gladios, etiamsi feras, etiamsi præcipitia et voragines, etiamsi omnium, qui unquam furore præcipites acti sunt, crudelissimus fiat, etiamsi jam inventis suppliciis acerbiora alia comminiscatur.* Ex his non obscure colligimus Gregorium hæc scripsisse anno 362, ac proinde ordinatum fuisse die 25 Decembris proxime elapsi. Exhibet enim nobis animum non tam pugnam expertum, quam paratum ad pugnandum; ex quo illud sequitur, nondum Julianum in Cappadociam venisse. Præterea, si hæc scripsisset Gregorius post Pascha anni 363, quo tempore tam multa exstabant Juliani crudelitatis exempla, non jam suspicatus esset quid facturus esset apostata, sed ejus facta indicasset, eumque non exspectatione, ut in testimonio allato, sed re crudelissimum judicasset. Videtur ergo hæc scripsisse Grego-

(*a*) Carm. 1.
(*b*) Ibid.
(*c*) Or. 41.
(*d*) Naz. or. 1.

Digitized by Google

rias, antequam Julianus, qui Constantinopoli profectus est mense Maio anni 362; in regionibus, quas Antiochiam petens peragravit, horrenda crudelitatis monumenta reliquisset, quibus postea cumulum in Oriente imposuit.

III. Non multo post Gregorii reditum, Basilius Cæsaream venit, Dianii Cæsariensis accersitu. Is enim cum in gravem morbum incidisset, ex quo etiam e vita discessit, cum Basilio, quem a se subscribens formulæ Constantinopoli allatæ alienaverat, amicitiam et communionem redintegrare voluit, antequam moreretur. Itaque accersito Basilio dixit (*a*) : *Domino teste, se scripto Constantinopoli allato in simplicitate cordis assensisse, sed nihil ad fidei Nicænæ a sanctis Patribus expositæ eversionem sibi proposuisse, neque aliud in corde habere, quam quod ab initio traditum acceperat... imo etium precari se ut ne separetur a sorte trecentorum decem et octo episcoporum, qui piam illam doctrinam orbi annuntiarunt.* His auditis Basilius, scrupulo omni evulso, ad communionem Dianii accessit.

Magnis laudibus hunc episcopum effert Basilius; et cum eum anathematizasse diceretur, id a se instar magni criminis detestatus est. Declarat (*b*) se *ab ineunte ætate educatum fuisse in illius amore ; et intuendo considerasse quam esset ille vir aspectu venerabilis, quanta majestate præditus, quantum dignitatis sacerdotalis ore præferens.* Postquam autem virilem ætatem adeptus est, tum vero *illum ex animæ bonis novisse, illiusque delectatum consuetudine, simplicitatem et ingenuitatem ac liberalitatem morum perspexisse, et quæcunque alia propria erant viri ornamenta, animi mansuetudo, magnanimitas simul et bonitas, decori studium, animus iræ expers, hilaritas et affabilitas gravitate permista. Quare ipsum inter homines virtute spectatissimos* numerabat. Addit eum pro sua morum lenitate et mansuetudine omnibus paterno pectore satisfacere solere.

Difficile prima specie videtur has laudes conciliare cum maculis, quas nomini Dianii historiæ monumenta inurunt. Is enim in sede inter alias eminenti collocatus, ac magnorum fidei Nicænæ defensorum successor, conjunctus cum Arianis reperitur in concilio Antiocheno anni 341, in quo tam multa impie et nefarie gesta sunt : ejusque nomen a Julio papa primo loco recensetur inter episcopos Eusebianarum partium. In annotatione, quæ ad hunc Julii epistolæ locum apposita est apud sanctum Athanasium, observat eruditus editor Dianium sive Danium, quem Julius primo loco recenset, non esse episcopum Cæsariensem, sed eumdem qui *passim apud Athanasium* Δόγνιος, *quandoque apud Hilarium Diognius, communius apud utrumque* Θεόγνιος *et Theognis vocatur*, id est Theognidem Nicænum. Hujus conjecturæ hæc affertur ratio, quod Dianium Cæsariensem nusquam Athanasius inter Arianos vel Eusebianos numeret, Basilius vero maximis laudibus efferat. Sed minus commoda videtur hæc famæ Dianii defendendæ ratio. Etiamsi enim Theognis in Julii epistola, non Dianius legeretur (quod tamen fieri debere negat doctissimus editor litterarum Romanorum pontificum, quia Theognis Nicænus in eadem epistola proprio nomine appellatur) ; num idcirco Dianii nomen ex Sozomeni Historia (*c*) deleri posset, qui eum inter præcipuos concilii Antiocheni episcopos numerat ? Præterea aliud probrum non multo minus inhæret Dianio Cæsariensi ex Sardicensi concilio, in quo cum Arianis conjunctus fuit (*d*), seque cum eis dijunxit ab orthodoxis episcopis, neque exsors videtur fuisse eorum nefariæ in Julium papam, Athanasium, Osium, Maximinum Trevirensem audaciæ, quos anathematizare non dubitarunt. Frustra ergo expungatur Dianii nomen ex epistola Julii papæ, in qua tamen primus ob sedis dignitatem videtur recenseri, quod primas inter hæresis defensores teneret.

Sed cur hunc hominem, cujus famæ ejusmodi macula insidebat, tot laudibus extulit Basilius ? Illum sane Basilius, si recte attendimus, non sine exceptione laudat. Non enim ei studium sanæ doctrinæ, non constantiam in periculis pro fide obeundis attribuit : quæ tamen præcipue laudari his temporibus in episcopo tantæ sedis debuissent. Quinetiam, ut se ab ejus communione removeret, forte non solum novissimo illius facto, sed etiam superioribus gestis rebus adductus fuit. Non enim video, cur Gregorii Nazianzi episcopi, qui formulæ non orthodoxæ subscripsit, communioni semper affixus fuerit, Dianio autem, cui tot nominibus obstrictus erat, non eamdem exhibuerit animi moderationem; nisi quia perspicuum erat Gregorii mentem illæsam ac atramento, ut ait ejus filius (*e*), minime infectam fuisse, Dianius vero non ita sese hactenus paraverat, ut eum suspicio non attingeret.

Sed si Dianius Arianorum fermentum non effugit, non tamen eorum errorem animo suscepisse credendus est, et a Basilio laudari non debuisse. Constat enim Arianos, quandiu in solo Consubstantiali oppugnando hærere videbantur, ac hæresis venenum premebant, pluribus orthodoxis episcopis fucum fecisse, qui partim pacis decepti studio, partim spe aut metu conducti, eorum intererant conciliis et formulis subscribebant. At postquam Ariani ex dissimulationis latebris in apertam impietatem prodierunt, tum vero plurimi ab eorum communione discessere, eorumque impietati bellum indixere, quales in concilio Seleuciensi quinque supra centum numerati sunt. Videtur ex ejusmodi hominum numero fuisse Dianius. Lenis illius indoles, qualis a Basilio depingitur, ut omnino idonea non erat quæ Arianis fortiter resisteret, ita a perturbanda Ecclesiæ suæ pace aut doctrina immutanda erat alienis-

(*a*) Ep. 51, n. 2.
(*b*) Ibid. n. 1.
(*c*) L. III, c. 5.
(*d*) Hilar. fragm. 2.
(*e*) Or. 19.

Digitized by Google

sima. Nicænam fidem ab eo minime attentatam in Ecclesia Cæsariensi fuisse testantur quæ moriens Basilio juravit. Huc accedit ipsius Basilii testimonium (*a*), qui fidem Nicænam in Ecclesia Cæsariensi semper viguisse testatur: nec probabile est Dianium novam ausum esse formulam proponere. Erat enim plebs Cæsariensis, ut ait Gregorius Nazianzenus (*b*), ob fidei calorem ad seditionem proclivis ; nec si quid novi docuisset Dianius, illius memoria tanto in pretio fuisset, ut odium Basilio conflaturos se inimici sperarent, si Dianium ab eo anathematizatum dicerent.

Neque etiam illud dubium est quin se ab Arianis disjunxerit, ubi eorum aperte erupit impietas, et cum fortissimis fidei defensoribus conjunxerit; siquidem S. Meletii communicator exstitit, et præclari certaminis, quod magnus ille athleta sustinuit, admirator, ut colligi potest ex his Basilii verbis (*c*) : *Nos autem*, inquit, *quia qui prior veritatem libere defendit, et bonum illud certamen Constantio imperante certavit, Meletius est reverendissimus episcopus; et quia eum habuit Ecclesia mea communicatorem, magnopere eum diligens ob fortem illam ac invictam dimicationem, idcirco habemus illum hactenus, Deo largiente, communicatorem, et certe, si Deus voluerit, habebimus.*

Videtur ergo Dianius ex conciliis Arianorum reversus ad Ecclesiam suam, vel occultasse quæ foris egerat, vel morum lenitate, ac ejusdem semper fidei prædicatione invidiam et indignationem declinasse. Quare non debuit Basilius episcopo suo exprobrare, quæ se puero difficillimis temporibus gesta fuerant, nec ei debitas laudes denegare, quas ei magna virtutum ornamenta omnium judicio conciliabant ; cum præsertim Basilius cum pluribus aliis, qui non semper ab omni Arianorum fermento puri et intacti fuerant, ut Basilio Ancyrano et Eustathio Sebasteno, communione et amicitia conjunctus fuerit. Forte iisdem de causis Athanasius nunquam Dianium inter Eusebianos ac hæresis defensores numerat : quanquam cum eo minime communicabat Athanasius. Enumerans enim provincias quibuscum communicabat, de Cappadocia prorsus silet (*d*).

IV. Mortuo Dianio Cæsariensi, cum advenissent nonnulli provinciæ episcopi ut successorem ordinarent, scissi sunt Cæsarienses in contraria studia, aliis alium episcopum poscentibus (*e*). Vehemens erat seditio nec facile sedari poterat. Propensa enim erat civitas ad seditiones, in electionibus præsertim, ob fidei fervorem : ac præcellens cathedræ dignitas calorem animis addebat. Tandem universi summo consensu unum ex magistratibus, Eusebium nomine, virum fide et moribus præstantem, invitum et reluctantem corripiunt, ac opem ferentibus militaribus copiis, quæ tunc in urbe erant, in sacrarium adducunt, ac episcopis offerunt, a quibus partim precibus, partim vi et immoderato et tumultuario impetu contendunt, ut Eusebium baptizent et episcopum proclament. Coacti illi Eusebium baptizant, episcopum renuntiant, in throno collocant, sed manu potius quam animi sententia, ut postea declaratum est. Statim enim atque ab importuna multitudine liberi et soli fuere, consilium inter se inierunt, ut nihil eorum quæ gesta fuerant, ratum ac firmum ducerent; vim ei objicientes, qui non minus quam ipsi vim passus fuerat. Dissensit huic consilio Nazianzi episcopus, ac ordinationem Eusebii non minus fortiter defendit, quam si libere facta esset. Demonstravit collegis vim sibi cum Eusebio communem fuisse : itaque aut accusandum eum non esse, aut episcopos pari crimine implicandos vel etiam graviori. Longe enim satius fuisse extremum periculum adire, ordinationi resistendo, quam semel peractam antiquare velle, præsertim eo tempore, quo veteres inimicitiæ deponendæ erant; non novæ suscipiendæ.

Exspectabatur enim Julianus, qui tunc in Christianos fremebat : minitabatur ei qui ordinatus fuerat, ac in summum periculum devenerat civitas. Nam iracundiæ, quam Julianus in Cæsarienses ob incensum Fortunæ templum conceperat, novas faces admovit unius ex magistratibus ordinatio, qua rem publicam lædi querebatur. Ipse etiam præses quærebat quomodo et gratiam apud Julianum iniret, et Eusebium ulcisceretur, cui amicus alioqui non erat, sed ob diversa in rei publicæ administratione studia succensebat. Accersebat ergo per litteras episcopos, ut Eusebium accusarent, additis etiam minis tanquam jussu imperatoris. Hic quoque enituit episcopi Nazianzeni summa animi fortitudo. Sic enim respondit præsidi (*f*) : *Nos*, inquit, (*potentissime præses*) *rerum omnium, quæ geruntur, censorem unum ac regem habemus, qui nunc oppugnatur. Is et præsentem electionem expendet, quam nos rite ac legitime, atque, ut ipsi gratum est, fecimus. Vos autem alia quidem aliqua in re nobis, si animus ita tulerit, vim afferre perfacile potestis, id autem nemo unquam nobis adimet, quin ea, quæ facta sunt, ut recte ac juste facta defendamus. Nisi forte hanc quoque legem statuatis, quibus ne in nostrus quidem res prospicere fas est.* Epistolam admiratus est præses, etsi primo moleste tulit : atque hac Gregorii constantia Juliani impetus compressus, civitas metu liberata, episcopi dedecore et ignominia.

Cum hæc ordinatio peracta sit instante Juliani adventu, ut testatur Gregorius, videtur ad mensem Junium aut Julium collocanda. Profectus est enim Constantinopoli Julianus mense Maio, exeunte, et cum in regionibus interjectis aliquandiu commoratus fuerit (ubique enim impietatis suæ vestigia

(*a*) Ep. 140, n. 2.
(*b*) Or. 19.
(*c*) Ep. 258.
(*d*) *Hist. Arian.*
(*e*) Naz. or. 19.
(*f*) Ibid.

Digitized by Google

reliquit), vix potuit ante Julium aut Augustum Cæsaream advenire.

V. Dum autem urbi propinquat, si illius ad Basilium epistolæ habenda fides, præcipit Basilio, ut sibi Cæsaream advenienti et adhuc publicum iter tenenti, præsto sint mille auri libræ : secus minatur se Cæsaream eversurum, ac statuas et templa erecturum. Sed hoc ipso ex loco spuriam esse epistolam perspicitur. Non enim tunc Cæsareæ erat Basilius, sed latebat in Ponti solitudine, vixque peracta erat ipsius Eusebii ordinatio, cum Julianus venit. Idem erratum commissum est in *Vita S. Basilii*, quæ sopposita est Amphilochio. Ibi enim Basilius Juliano obviam processisse dicitur, et Libanius Juliani quæstor *genibus pontificis*, nempe Basilii, *advolutus*. Nec accuratior Nicephorus, qui Basilium, Juliano per Cappadociam transeunte, Ecclesias Cappadociæ rexisse dicit, τῶν ἐν Καππαδοκίᾳ ἐκκλησιῶν τηνικάδε τὴν ἐπιτροπὴν ἔχοντος. Frustra Pagius hæc revocat ad auctoritatem, quam sub Eusebio presbyter Basilius habebat, nam ne presbyter quidem tunc erat. In *Chronico* etiam *Alexandrino* Basilius Cæsareæ sub Juliano episcopus statuitur. Fucum ergo fecit epistolæ fabricatori hæc de Basilii episcopatu opinio.

In quodam scholio vetustissimi codicis Medicæi, utraque epistola, Juliani et Basilii, nihil prorsus habere dicitur, quod Julianum aut Basilium redoleat. Eas tamen non omnino rejicit Tillemontius, et quominus omnino rejiciat, detinetur potissimum testimonio Sozomeni, cui notas illas fuisse putat. At profecto epistolæ illæ non exstabant tempore Sozomeni. Is enim Juliani epistolam commemorat (*a*) ad episcopos qui tunc maxime insignes erant, τοῖς τότε διαπρέπουσιν ἐπισκόποις ἐπέστειλεν. Quæ autem hodie exstat, soli inscripta Basilio, nec alium quam Basilium compellat. Deinde vero Julianus res Christianorum in epistola, quam memorat Sozomenus, irridebat, et Apollinarii adversus ethnicos librum exagitabat. Nullum hujus rei vestigium in epistola quam nunc habemus. Ipsa etiam episcoporum responsio, quam Basilio Sozomenus a nonnullis tribui testatur, videtur opus aliquod insigne ad eruditionem fuisse. Ait enim idem scriptor, quicunque operis auctor sit, eum ob animi magnitudinem et eruditionem admiratione dignum esse. At neminem puto in epistola, quæ sub Basilii nomine ad Julianum scripta servatur, eruditionem miraturum. Leguntur quidem in nostris epistolis quæ Sozomenus ex Juliani et episcoporum litteris excerpit : nempe illud Juliani : Ἃ δὲ ἀνέγνων, ἔγνων καὶ κατέγνων. *Quæ autem legi, intellexi et condemnavi :* tum Basilii responsio : ἃ μέντοι ἀνέγνως οὐκ ἔγνως· εἰ γὰρ ἔγνως, οὐκ ἂν κατέγνως. *Quæ autem legisti, non intellexisti ; nam si intellexisses, non sane condemnasses.* Sed Juliani dictum deest in plerisque codicibus, Basilii vero in omnibus præter Harlæanum. Præterea cum tota epistola hæc tam parum cohærent, ut assuta esse merito pronuntiet Dupinus.

VI. Vix ullam civitatem pejus oderat Julianus quam Cæsaream, eo quod studiis Christianæ religionis ferveret, ac paucissimos haberet ethnicos. Præterea ex tribus templis, quæ in hac urbe fuerant, jam duo antea a Christianis eversa fuerant, nempe Jovis et Apollinis. Tertium, quod Fortunæ dicebatur, sub ipso Juliano eversum, furiis eum incendit. Quomodo pœnas a Cæsariensibus repetierit, legi potest apud Socratem lib. v, c. 4. Iracundia præcipue exarsit in S. Eupsychium, qui hujus facti dux et auctor fuisse dicitur. Huic adjungitur a Basilio (*b*) sanctus Damas et alii, qui egregii facinoris videntur conscii fuisse. Horum dies festus quotannis Cæsareæ die septima Septembris summa celebritate recolebatur, ut perspici potest ex pluribus Basilii epistolis (*c*), in quibus episcopos Ponti, Eusebium Samosatensem, Amphilochium, ad hunc diem, ut longe celeberrimum, invitat. Sed si passus est S. Eupsychius mense Septembri, ac proinde anno 362 (non enim alius annus regnantem habuit Julianum mense Septembri), vel (*d*) alia illius martyrii assignanda causa, siquidem jam eversum erat (*e*) templum, cum Julianus Cæsaream venit ; vel eum Julianus in carcere usque ad mensem Septembrem detineri voluit, ut pœnas ejus longius produceret. Error est in Menæis Græcorum. Nam die 9 Aprilis habemus festum S. Eupsychii sub Juliano passi : die autem 7 Septembris S. Eupsychii Cæsareæ in Cappadocia martyris, quem sub Adriano collocant. Fidem etiam coram Juliano liberrime confessus est ac varia pertulit supplicia, teste Palladio (*f*), presbyter Philoromus, Basilio charissimus, qui describendis libris et victum sibi et pauperibus subsidia parabat, nec quemquam sibi munerari patiebatur. Si nullæ exstant Juliani ad Basilium litteræ ; illud saltem constat, infensum ei fuisse Julianum (*g*). Nam Basilium et Gregorium consilii et incœpti sui adversarios et hostes dicere solebat, nec leviter eis minabatur : sed minæ decus addebant et ad pietatem acuebant. Cum autem eos et moribus et eloquentia et mutua inter se concordia claros jam inde a Græcia esse sciret, Cyclopis honorem illis deferebat, postremosque reservabat : vel dæmonibus eos ut magnum quiddam munus immolare volens, vel se abrepturum in barathrum suum stulte sperans.

VII. Scripti videntur sub Juliano libri adversus Eunomium, ac non multo post Juliani mortem in lucem editi. Non enim citius hoc opus aggredi potuit Basilius. Depositus est Eunomius anno circiter 361. Coram judicibus, qui eum damnavere, ne verbum quidem proloqui voluit, eo quod nefarii homines et

(*a*) Lib. v, c. 18.
(*b*) Ep. 252.
(*c*) Epist. 100, 176, 252.
(*d*) Tillemont., not. 19 in *Basil.*
(*e*) Naz. or. 19.
(*f*) *Hist. Laus.* c. 113.
(*g*) Naz. or. 4.

Digitized by Google

improbi, ut ipse aiebat (*a*), in judicum munus sese obtrusissent. Sed postea librum suum composuit, quem inscripsit *Apologiam*. Non tamen hanc elucubrationem statim exsudavit. Nam perabsurde illum facere ait Nyssenus (*b*) quod sibi videretur *Apologiam* in tempore instituisse, quamvis longe aberrasset a tempore, quod tunc maxime opportunum fuit, cum judices sederent. Ἑαυτὸν μὲν κατὰ καιρὸν ἀπολελογῆσθαι λέγει, τοσοῦτον τοῦ καιροῦ κατόπιν γενόμενον. Ex his patet aliquid spatii judicium inter et *Apologiam* effluxisse; nec proinde Basilium ante annum 362 aut 363, stylum ad eam refellendam exacuisse.

Neque etiam serius hoc opus collocari potest. Ait enim Basilius (*c*) se in hoc scribendi genere omnino inexercitatum esse, seque silentium, cujus ab initio studiosus fuit, servaturum fuisse, si nihil contra veritatem Evangelii tentatum fuisset. Præterea hoc opus misit Leontio sophistæ anno 364, ut videre est in epistola 20. Sed dubitandi locum non reliquit Nyssenus. Is enim testatur (*d*) Eunomium in elaboranda adversus Basilium responsione *non minimam vitæ suæ partem* insumpsisse; nec mirum esse, si tantum amatorum suorum approbationem commoverit; cum hoc opus *per tot annorum olympiades* concinnaverit. Quare cum hæc secunda Eunomii *Apologia* statim post mortem Basilii prodierit, qui prima die anni 379 obiit; saltem duodecim annorum spatium inter opus Basilii et responsionem Eunomii statuendum, ne tot olympiades, quas in hac elucubratione insumpsisse Eunomius dicitur, absurdam exaggerationem habere videantur. Videntur ergo libri in Eunomium prodiisse anno 363, aut 364.

Narrat Photius (*e*) Eunomium, etsi multas olympiades in hoc opere insumpsit, illud tamen vivente Basilio absolvisse, sed sedulo cavisse ne in illius manus perveniret, ac fidis tantum amicis legendum commisisse. Addit easdem cautiones mortuo Basilio adhibitas fuisse, quamvis nihil jam metuendum videretur: sed tamen consecutum non esse Eunomium, ut opus non incideret in manus Theodori, Gregorii Nysseni et Sophronii, qui illud egregie profligarunt. Ex his patet quam non pudenter mentiatur Philostorgius, cum Basilium ait (*f*) lecto hujus responsionis primo libro, perculsum dolore e vita migrasse. Secunda illa Eunomii *Apologia* in tres libros distributa erat, si Photio credimus. Quinque numerat Philostorgius. Prima vero unico libello continebatur. Videtur Basilius hoc opus monachorum suorum rogatu refellendum suscepisse. Ait enim (p. 207, 208) iis, quibus elucubrationem suam nuncupat, se eorum amore adduci, ut ipsorum mandatis morem gerat; seque eorum precibus sperat idoneam dicendi vim accepturum. Sed nescio unde hauserit Photius hanc quoque primam *Apologiam* Eunomium in tenebris arcano fovisse, ita ut eam vix nancisci potuerit. Nihil ejusmodi apud Basilium legitur: sed suas quidem Eunomium blasphemias sub specioso *Apologiæ* nomine occultasse dicit; ipsam autem *Apologiam* minime dicit occultasse.

Scripta est adversus Eunomium epistola 16, quæ tamen videtur longioris elucubrationis fragmentum potius esse, quam epistola.

Scripta sub Juliano epistola sequens ad Origenem, cujus filios Basilius libenter in sua solitudine viderat. Erat Origenes ille vir eruditus, et religionem sub impio imperatore scriptis defenderat, aut saltem liberrime confessus fuerat. Deo enim gratias agit Basilius, quod veritatem ex eorum qui summam potestatem habent proditione lædi non siverit, sed per Origenem defensionem veritatis impleverit. Non dubitat quin illi cito exarescant, Origenes vero efflorescentem ac semper novam mercedem a Domino consequatur ob ea quæ pro ipsius nomine locutus est. Existimat Tillemontius id de Ecclesia meritum esse Origenem, ut cum Julianus Christianos a liberalibus disciplinis arceret, ipse nonnulla in eorum usum, itidem ut Apollinarius, elaboraret.

Redolet idem tempus epistola 18 ad Macarium et Joannem, quos cum multa deterrerent ab ascetica vita amplectenda, hortatur Basilius ut nec eos conturbet mendax contumelia, nec minæ terreant eorum, qui summam potestatem habent, nec risus contristet aut contumelia familiarium, nec condemnatio ab hominibus curam et studium præ se ferentibus, a quibus fortissima ad decipiendum esca prætenditur, simulata adhortatio.

VIII. Videtur sub Juliano sanctus Basilius accepisse litteras a S. Athanasio; quas in manibus habere se et exposcentibus ostendere testatur in epistola 204, n. 6. In his litteris sanctus Athanasius a Basilio consultus clare pronuntiabat, *Si quis ex Arianorum hæresi transferri voluerit, fidem Nicænam confitens, eum admittendum esse, nec in eo recipiendo hæsitandum.* Hujus decreti socios citabat Athanasius et Macedoniæ et Achaiæ episcopos omnes.

Cur has litteras ad hoc tempus referam, potius quam ad annum 371, non infirma suppetunt rationum momenta. 1° Cum sanctum Athanasium consulit Basilius anno 371, jam moveri cœperat quæstio de Spiritu sancto, quæ Basilium aliquid fidei Nicænæ addere coegit. At litteræ de quibus nunc agimus, nihil prorsus addendum præscribebant: quod argumento est nihil ea de re sciscitatum esse Basilium, sed tantum de iis qui ab Arianorum hæresi redi-

(*a*) Nyss. 1 *Eunom.*
(*b*) Ibid.
(*c*) 1 *Eunom.* n. 1.
(*d*) Ibid. 86.
(*e*) Cod. 138.
(*f*) Lib. VIII, n. 12.

Digitized by Google

bant. 2° Citabat Athanasius hujus decreti socios Macedoniæ et Achaiæ episcopos omnes, qui idem procul dubio in conciliis suis statuerant. At nihil prorsus dicebat de aliarum gentium, nempe in Gallia et Hispania et ubique, episcopis, quibus idem placuisse testatur in epistola ad Ruffinianum. Num igitur S. Athanasium dicemus tot synodorum decreta imprudentem omisisse, aut Basilium, qui illius epistolam in manibus habebat, et exposcentibus solebat ostendere, quid in ea scriptum esset nescivisse? Id profecto verisimile non fit. Quare longe satius est epistolam S. Athanasii scriptam quidem post synodos in Ægypto et Macedonia et Achaia celebratas existimare, sed antequam concilia eadem de re in Hispania et Gallia et aliis locis haberentur, aut saltem habita nuntiarentur Athanasio. 3° Rationem reddit Basilius, cur Eustathium ad suam communionem admisisset. Non enim difficile est Eustathium his verbis depictum agnoscere: *Si quos aliquando*, inquit Basilius, *ab Ario magistro profectos in communionem admisimus, morbum intimo corde occultantes et pia verba loquentes, aut certe iis quæ a nobis dicebantur non repugnantes, ita suscepimus : cum non omne de talibus judicium nobis ipsis permitteremus, sed sententiam, quæ prius lata de illis fuerat a patribus nostris, sequeremur. Ego enim cum accepissem litteras beatissimi patris Athanasii..... ratus necesse esse tantum virum sequi ob eorum qui legem tulerant, auctoritatem, simulque cupiens pacificationis mercedem consequi, fidem illam confitentes ascribebam numero communicatorum.* Adduxerunt ergo Basilium Athanasii litteræ, ut cum Eustathio communicaret; et antequam has acciperet litteras, incertus erat utrum Eustathii communionem necne admitteret. Id autem minime congruit anno 371. Tunc enim nullas habebat, aut saltem nullas sibi habere videbatur ambigendi causas : et cum longe ante annum 371, firma cum Eustathio communione et amicitia conjunctus esset; nequaquam eum litteræ hoc anno acceptæ ad hanc communionem adducere potuerunt. Sed cum Eustathius, anno 360, subscripsisset formulæ Constantinopolitanæ, ac sub Juliano rediret ex Dardania (in hanc enim regionem relegatus fuerat), magna deliberatio incidit Basilio, quibusnam conditionibus cum eo communicaret. Nam cum se Basilius eadem de causa ab episcopi Cæsariensis communione removisset, temere cum Eustathio communicare non debuit. Quare digna res erat de qua ad Athanasium referret : nec aliud tempus magis idoneum his inter Athanasium et Basilium litteris assignari potest.

IX. Iter in Pontum videtur suscepisse Gregorius sub finem imperii Juliani; nempe cum ipsius pater eo, ut satis per se patet, absente subscripsit cuidam formulæ, quæ magnas in ecclesia Nazianzena turbas commovit, ac monachis locum dedit ab episcopi sui communione discedendi. Mirum sane ac vix credibile ejusmodi subscriptionis exemplum sub Juliano. Erat enim illud tempus, etsi omnibus Christianis molestum, orthodoxis tamen ad fidei catholicæ, quam hæreticis defensionem erroris commodius. Sed tamen cum sua sponte non repugnat, ut Gregorius pacificationis causa etiam sub Juliano formulæ alicui non sanæ subscripserit; tum vero eum tunc subscripsisse hæc maxime demonstrat ratio, quod monachi Nazianzeni statim atque subscripsit ab ejus communione discesserunt, nec tamen ante illud quod dixi tempus discesserunt.

Nondum profecto monachi discesserant a communione episcopi Nazianzeni, cum Gregorius e Ponto rediens anno 362 summam Ecclesiæ Nazianzenæ concordiam laudaret in secunda oratione (p. 48). Recens erat tumultus cum scriberet orationem tertiam, quæ prima est in Julianum. Ibi enim sic loquitur (p. 53) : Εἴθε μοι τοῦ χοροῦ μέρος ἦν κἀκεῖνο τὸ σύστημα, ὃ σὺν ἡμῖν τέως τῷ Θεῷ προσφδον οὐ κίβδηλον ᾠδήν, οὐδὲ ἀδόκιμον, ἀλλὰ καὶ τῆς δεξιᾶς ποτε στάσεως ἀξιούμενον, πιστεύω δὲ ὅτι καὶ μετ' ὀλίγον ἀξιωθησόμενον, οὐκ οἶδ' ὅτι παθὸν, ἐξαίφνης μεθαρμόζεταί τε καὶ μετατάττεται· καὶ οὐδὲ ὑπὸ τῆς εὐφροσύνης, ὃ καὶ θαυμάζω μᾶλλον, εἰς ταὐτὸν ἔρχεται. *Atque utinam ille quoque cœtus ad chorum nostrum se adjungeret, qui, cum prius cantionem haudquaquam adulterinam atque ignobilem nobiscum Deo accineret, ac dextro quondam ordine dignus haberetur, atque etiam, ut confido, brevi habebitur, haud scio qua re commotus, repente cantum in diversum mutat, alioque gradu atque ordine sese collocat; ac ne ob communem quidem lætitiam (quod etiam magis miror) adduci potest ut nobiscum conjungatur.* His certe vocibus, *cum hactenus Deo cantionem accineret nobiscum, subito ad aliam communionem prorumpit*, recens esse indicat monachorum factum. His adde spem illorum reditus, summam lenitatem, qua eos ut membra sua complectitur; et quod ait in orat. 12, p. 196, et or. 19, p. 297, monachos omnium postremos discessisse. Ex his autem simul probatur non multo ante subscripsisse Gregorium. Nam, si subscripsisset sub Constantio anno 360 vel 361, quomodo monachi indignationem suam usque ad annum 363 corde pressissent? aut si tandiu presserunt, cur discessionem subito et præcipiti consilio attribuit Gregorius? Eosdem vocat calidiorem Ecclesiæ partem in oratione 19, pag. 297. Generatim de omnibus monachis ait in orat. 21, p. 388, eos in aliis rebus pacatos et moderatos esse, hac in re lenes et faciles non esse, cum per silentium et quietem Dei causa proditur, sed bellaces et in confligendo acres et feroces. Cum his non quadrat dissimulatio plurium annorum, quam monachis Nazianzenis attribuit Tillemontius, cum Gregorium sub Constantio existimat subscripsisse.

Præterea causam subscribendi non repetit Gregorius ex jussis aula profectis aut ex rerum perturbatione, quæ tunc summa fuit, sed ex desiderio pacis et communionis cum nonnullis ineundæ.

Digitized by Google

Patet id ex his verbis orat. 19 (p. 297): Παρὰ τοῦ θερμοτέρου μέρους τῆς Ἐκκλησίας κατεστασιάσθημεν, γράμματι κλαπέντες καὶ ῥήμασι τεχνικοῖς εἰς πονηρὰν κοινωνίαν. *A ferventiore Ecclesiæ parte ob eam causam seditio in nos excitata est, quod scripto quodam et artificiosis verbis circumscripti, in pravam societatem pertracti fuissemus.* Hinc etiam Gregorius ait in oratione 12 (p. 196) Ecclesiam Nazianzenam ante illud dissidium, arcam Noe vocari solitam esse, ut quæ universi orbis diluvium sola effugisset. Sed, si episcopus Gregorius sub Constantio Arianorum artibus succubuerat, non video cur Ecclesiam Nazianzenam mala communia minime attigisse dicantur.

X. Juliani mors divinitus Basilio revelata fuisse dicitur; sed cum tanta circumstantiarum varietate, ut referre non libeat, quæ ea de re leguntur in *Chronico Alexandrino*, apud sanctum Damascenum in libro *De imaginibus*, qui *Vitam Basilii* ab Helladio scriptam citat, et in *Basilii Vita* Amphilochio supposita.

Ex his verbis secundæ orationis Gregorii *in Julianum*, *Hæc tibi Basilius et Gregorius*, colligunt eruditi viri Gregorium a Basilio adjutum fuisse in his orationibus componendis. Probabilis sane hæc conjectura; et cum Gregorius sese paternæ domus sollicitudini interdum eripere soleret, videtur in Pontum venisse post mortem Juliani, et Basilii consilio ad hanc elucubrationem usus fuisse.

CAPUT IX.

I. *Presbyter creatur Basilius.* II. *Ordinatus anno* 364. III. *De prima illius oratione et tribus epistolis.* IV. *Pacis causa secedit in Pontum.* V. *Redit Cæsaream, ut hanc ecclesiam Valente adveniente defendat.* VI. *Secessio ponenda exeunte anno* 364, *aut ineunte* 365. *Reditus anno* 365.

I. Deplorat Gregorius (*a*), ut magnum ætatis suæ vitium, quod sæpe in electionibus nulla haberetur doctrinæ et sanctitatis ratio, ac homines neutro instructi præsidio ad sacerdotium subito eveherentur, et primo loco constituti, meliores se ac sanctiores despicerent, quasi cum dignitate sapientiam et eruditionem accepissent. Non sic Basilius, sed præscripto canonibus ordine ad sacerdotium pervenit; et cum sacros libros populo legisset, in presbyterorum ac deinde in episcoporum cathedra sedit, non honorem quærens, sed ab honore quæsitus; nec ab hominibus, sed a Deo gratiam accipiens. Basilium Philostorgius (*b*) jam anno 359 diaconum fuisse putat: Socrates (*c*), qui cum Basilio S. Chrysostomi amico nostrum confundit, ad hanc eum dignitatem a S. Meletio evectum narrat. Sed Tillemontius ne diaconum quidem fuisse Basilium probat ex testimonio Nazianzeni, qui in tam accurata ordinum, quos exercuit Basilius, enumeratione, non omisisset diaconatum, si in hoc quoque gradu ministrasset.

Quam non modo citra ambitionem, sed etiam non libenter ordinatus fuerit, ex epistola 11 Gregorii perspicimus. *Tu quoque captus es*, inquit Basilio, *quemadmodum et nos circumscripti: quando quidem ad presbyterium pertracti sumus. Atque id quidem a nobis non expetebatur. Nam uterque alteri, si alii cuipiam, locupletes esse testes possumus, quam nobis cordi esset pedestris philosophia humique depressa.* Ex primis ejusdem epistolæ verbis, *Epistolæ tuæ proœmium laudo. Quid autem tuorum non laudandum?* liquet Basilium priorem scripsisse, ac Gregorio onus sibi impositum significasse, vel potius ingemuisse. Illum enim consolatur Gregorius; et quoniam id factum est, quod fortasse non fieri præstitisset, ferendum esse statuit, *præsertim ob tempus multas*, inquit, *in nos excitans hæreticorum linguas;* μάλιστα διὰ τὸν καιρὸν πολλὰς ἡμῖν αἱρετικῶν ἐπεισάγοντα γλώσσας.

II. Satis inter eruditos convenit Basilium anno 362 presbyterum fuisse ordinatum. Baronius et Hermantius ex epistola modo laudata colligunt ordinatum illum fuisse eodem fere tempore ac Gregorium; conjicit Tillemontius Basilium, cum Cæsaream venisset ægrotante Dianio, ibi usque ad electionem Eusebii moratum esse, et ab Eusebio, forte hortatu Gregorii patris, retentum et ordinatum.

Timiditatem injicit hominum doctissimorum auctoritas, quominus ab eis dissentiam: sed tamen cogor dissentire. Atque illud quidem certo statuere videntur, serius Basilium ordinatum fuisse quam Gregorium. Non minus perspicuum et exploratum est eum non a Dianio, ut quidam voluerunt, sed ab Eusebio ordinatum fuisse. Nam Dianius paucis mensibus post Gregorii ordinationem mortuus est, nec cum eo Basilius ab anno 360, nisi in extremo morbo communicavit. Sed quod ordinationem ad annum 362 referunt, id vellem vincibili aliqua ratione firmassent. Nam Basilium Cæsaream usque ad electionem Eusebii moratum esse, conjectura est nulla prorsus fulta ratione, vel potius Basilii solitudinis amori, et curæ monasterii regendi repugnans, cum præsertim fateatur Tillemontius tempus in hac electione dissensionibus extractum fuisse.

Sed, quod me maxime deterret ab hac amplectenda opinione, pluribus rationum momentis adducor, ut Basilium anno 364 sub Valente credam ordinatum fuisse. 1° Ipsa Gregorii verba Basilium monentis, ut sibi caveat *præsertim ob tempus, multas in nos*, inquit (*d*), *hæreticorum excitans linguas;* hæc, inquam, verba Valentis imperio mirifice congruunt, Juliani vero nequaquam. Nam sub Juliano nulla ab hæreticis pericula maxima ab imperatore apostata exstiterunt. Sub Valente autem hæresis statim verticem sustulit, et ignis, qui sæviente Juliani persecutione suppositus cineri videbatur, denuo exarsit. Nota profecto res est et ab ipso Tille-

(*a*) Orat. 20.
(*b*) Lib. IV, c. 12.
(*c*) Lib. IV, c. 26.
(*d*) Naz. ep. 11.

Digitized by Google

monitio notata, hæreticos ipsos sub Juliano a domesticis dissensionibus quodammodo ad communis causæ defensionem avocatos fuisse. Non erat ergo hoc tempus ad eorum excitandas linguas idoneum. 2° Basilius, in epist. 210 (p. 313), ait se in Ponti solitudine *plures annos continuos* commoratum esse. At in ea quam refellimus opinione plures quidem traduxit annos in Ponto, sed interruptos ac minime continuos. Illuc enim se contulit anno 358, presbyter anno 362 creatus rediit in Pontum anno 363, ibique, ut existimat Tillemontius, usque ad annum 366 resedit.

3° Duas habemus Basilii ad Leontium epistolas, quæ, ut modo videbimus, notis anni 364 exeuntis signatæ sunt. Eædem initio sacerdotii scriptæ videntur. Ait enim : *Nobis enim crebræ illæ occupationes, quibus nunc distinemur, excusationem forte afferant, si litteris desimus.* 4° Libros in Eunomium scriptos esse ostendimus anno 363. Longe autem probabilius tunc Basilium adhuc in solitudine resedisse, quam insolitis sacerdotii occupationibus difficillimi operis laborem addidisse.

Non videtur ante mensem Septembrem hæc peracta ordinatio. Neque enim ante hoc tempus verticem sustulit hæresis. Quandiu in Oriente fuit Valentinianus, nihil metuendum fuit ab hæreticorum potentia. Valens die 28 Martii Augustus renuntiatus, elapso circiter mense fratrem Sirmium usque comitatus est (*a*); et cum in nonnullis civitatibus interjectis satis diu morati fuerint, vix potuit Valens ante mensem Septembrem Constantinopolim redire. Redeunti occurrerunt Heracleæ legati Lampsaceni ; sed, cum jam illum in suas partes traxisset Eudoxius, præcepit legatis ut Eudoxio sese adjungerent : renuentes iracunde dimisit ac Ecclesiam persequi cœpit. Hæc prima fuit hæreticorum sub Valente nefaria molitio, cujus fama jam in Cappadociam perlata fuerat, cum Basilium recens ordinatum monuit Gregorius, quantum ab hæreticis periculum immineret. Basilii ordinationem longius a mense Septembri removere non sinunt, quæ ab eo deinceps, usque ad Valentis adventum gesta narrabimus.

III. Evectus ad sacerdotium Basilius locum, non institutum mutavit. Quemadmodum enim ex solitudine urbem effecerat studio juvandi proximi, ita in urbe tanquam in solitudine versari sciebat, teste Nysseno (*b*), nec hominum frequentia nec negotiorum multitudine a pio et cauto vivendi genere avocatus. Magnum sane præsidium exstitit Ecclesiæ Cæsariensi in ejusmodi presbytero, qui præter eloquentiam, qua sophistas omnes illius ætatis longe superabat, per octo annos sese exercuerat in sacris Scripturis legendis, in meditanda ac propugnanda Ecclesiæ doctrina, ac in omnibus monastici instituti virtutibus excolendis. Prima illius oratio videtur ea exstitisse, quam habuit in sex primos versus Proverbiorum. In primordio enim declarat se obedire *benigno patri, qui more peritorum venatorum in locis difficilem aditum habentibus, quasi catuli alicujus cursum experiri volens*, Proverbiorum principium proposuerat exponendum. Inter Basilii homilias hæc sola occurrit, quæ coram episcopo habita videatur ; sola enim præsentem episcopum honorifice salutat.

Cæterum non in solo verbi ministerio Eusebium juvabat Basilius, sed plures Ecclesiæ administrandæ partes ei commissæ videntur. Nam crebræ illi occupationes parum otii relinquebant, ut ipse testatur in epist. 20. Hujus autem et vicesimæ primæ scribendæ ea fuit occasio : Cum Leontius sophista Basilium accusasset quod raro ad se scriberet, crimen in Leontium retorquet Basilius, eumque eo magis culpandum demonstrat, quod et plurimas scribendi occasiones habeat, et, ut sophista, loquacissimus sit : cur autem ipse rarius scripserit, excusat crebras occupationes quibus distinetur, et contractam ex vulgaris sermonis usu æruginem quamdam, quæ sophistas alloqui prohibeat. Respondit Leontius et Julianum quemdam incusavit, quod suas Basilio litteras non reddidisset. Tum Basilius peracute Julianum comparat cum iis a quibus tunc antiqua debita reposcebantur : et quærit ex Leontio num ei placeat celeberrimum illud tetraplum, quod tunc pluris faciebant pecuniæ publicæ collectores, quam Pythagoræi Tetractyn. His leporibus notabat Basilius crudelitatem Petronii, soceri Valentis, qui, ut ait Ammianus (*c*), *ad nudandos sine discretione cunctos immaniter flagrans, nocentes pariter et insontes post exquisita tormenta quadrupli nexibus vinciebat, debita jam inde a temporibus principis Aureliani perscrutans, et impendio mœrens, si quemquam absolvisset indemnem.* Hæc autem Petronii crudelitas, eodem teste Aminiano, cum omnium animos in Valentem exulcerasset, spem injecit Procopio potiundi imperii, quod tandem occupavit anno 365. Utramque ergo epistolam non immerito referimus ad annum 364 exeuntem, aut 365 ineuntem. Serius enim collocari non debent, quia Basilius circa hoc tempus Cæsarea discessit.

Cum scriberet Basilio Gregorius more suo epistolam verbis brevem, sententiis copiosam, tabellarius, absente Basilio, epistolam commisit uni ex Basilii amicis : ex quo conjicio eum Cæsareæ potius quam in Ponto domicilium habuisse. Nam in monasterio tradita fuisset epistola ei, ad quem cura ejusmodi rerum pertinebat : nec quærendi in hunc usum fuissent Basilii familiares. Respondet Basilius per Petrum, quem ipsius fratrem fuisse nolim asseverare, quippe cum eum de more Basilius fratrem suum non appellet.

IV. Eo charior Eusebio debuisset esse Basilius,

(*a*) Am. l. xxvi, c. 4.
(*b*) *De Basil.*, tom. III, p. 488.
(*c*) Lib. xxvi, c. 6.

Digitized by Google

quo magis eum in ferendo episcopatus onere juvabat. Sed quamvis Gregorius dissensionis causam consulto taceat, videtur Basilii fama et summus ingenii et doctrinæ splendor oculos Eusebii læsisse. Erat enim Eusebius cætera quidem fortis et pietate conspicuus, ut persecutio declaravit; sed tamen recens in cathedra collocatus (*a*), nondum omnes sæculi affectus deposuerat, ac humani aliquid passus est, et Basilium ab Ecclesiæ administratione non sine ignominia removit. Ducem suum sic injuria affectum et rejectum monachi Cæsarienses ferre non potuerunt (*b*); sed statim audaci facinore ab episcopi communione recedere statuunt, secumque partem plebis et honoratorum non exiguam abstrahunt. Erat perfacile schisma conflare, tribus de causis: nemo venerabilior eo cui facta injuria, ac idoneus erat qui, si voluisset, robur et fiduciam adderet factioni; Eusebius civitati suspectus propter ordinationem; aderant ex Occidente episcopi, qui omnes orthodoxos in suas partes pertrahebant. At Basilius non is erat, qui aut iis quos adversarios, aut iis quos nimium sui studiosos habebat, obluctari vellet, aut Ecclesiam sua causa dilacerari pateretur, cum præsertim aliunde oppugnatam et in periculum conjectam videret ob hæreticorum, qui tunc vigebant, dominatum. Quare consiliario utens et hortatore Gregorio fugit cum illo in Pontum, et monasteria, quæ illic erant, gubernat. Episcopos illos occidentales existimant eruditi viri Eusebium esse Vercellensem cum aliis nonnullis, qui nobis cogniti non sunt. Revera narrant Socrates (*c*) et Rufinus (*d*) S. Eusebium, Antiochia digressum, Orientis Ecclesias peragrasse. Inde concludit Tillemontius dissidium illud ad annum 363 referendum. Sed, si tunc adfuit S. Eusebius Vercellensis, necesse est longiores ei in Oriente moras attribuere, cum Basilii ordinatio ad annum 363 referri non possit.

V. Si secessio Basilii digna fuit admiratione, multo dignior reditus exstitit. Nam cum (*e*) imperator Valens, auri amantissimus, ut ait Gregorius, et Christi inimicissimus, Cæsareæ immineret anno 365, agmen impium agens, episcopos Arianos, crudeles Ecclesiarum tetrarchas, Cæsariensis Ecclesia in maximum periculum venerat. Nam strenuis illa quidem viris abundabat, sed propugnatore destituta erat ac defensore sermonis et spiritus præsidiis instructo: nec Ariani, qui jam alias Ecclesias vicerant, alias oppugnabant, alias victuros se sperabant, ulla re alia magis erigebantur ad spem evertendæ Cæsareæ, quam Basilii secessu et ducis imperitia.

Sed eorum fregit consilia Gregorius Nazianzenus, qui cum Basilium Cæsarea, pacis ecclesiasticæ causa, abduxisset, idem illius reditum ad Ecclesiæ defensionem pari prudentia confecit. Vocatus perhonorifice ab Eusebio Cæsariensi ad aliquem spiritalem conventum, id est ad aliquem diem festum, gratum animum, ut par erat, significavit (*f*); sed non omisit occasionem libere conquerendi, quod injuriam Basilio fecisset Eusebius et adhuc faceret. Dum enim sibi honorem habet, contempto Basilio, idem eum facere, ac si quis unius viri caput altera manu demulceat, altera malam feriat; aut etiam convulsis domus fundamentis parietes pingat, atque externas partes exornet. Pollicetur summam fore in eum Basilii observantiam, si æquus in Basilium esse velit; se quoque statim secuturum, quemadmodum umbræ corpora sequuntur.

Quamvis admonitionem eximiis laudibus temperet, eumque sacerdotem appellet omnium, quos noverit, et vita et sermone præstantissimum, illius tamen libertatem sibi injuriosam videri significavit Eusebius. Tum Gregorius (*g*) declarat se non contumeliose, sed accommodate ad leges spiritus scripsisse: æquum enim esse, ut sibi Eusebius, quamvis gradu superior sit, justam libertatem concedat. Cæterum, si se instar famuli esse velit, quique ne obtueri quidem debeat, passurum se hanc injuriam, sed id pietate Eusebii prorsus indignum esse. Significat in alia epistola (*h*) nullam se offensionem animo suscepisse; sed, etiamsi suscepisset, libenter hoc tempore depositurum, cum videat feras in Ecclesiam irruentes, et generose resistentem Eusebium. Itaque venturum se promittit, si ita videatur Eusebio, ut cum illius precibus suas conjungat, et simul pugnet, eumque, ut præstantissimum athletam pueri hortatores, succlamando incitet.

Non ingrata fuit Eusebio opera Gregorii (*i*), statimque ad eum se contulit Gregorius, eumque tempore, ut ferrum igne, mollitum esse animadvertit, et ad reddendam Basilio benevolentiam omnino propendere. Quinetiam significavit se ad Basilium placandi et advocandi causa scripturum, idque multi, qui Eusebii consiliis intimi erant, confirmarunt. Statim ergo Gregorius Basilium totius rei certiorem facit, eumque hortatur, ut episcopum occupet aut adveniendo aut scribendo, vel potius scribendo ac deinde veniendo. Non enim honori futurum Basilio, si prior episcopus cessisse videretur. Præterea tempus postulare, ut quos hactenus sudores ac labores sustinuit, nequaquam illos temporis puncto effundat, sed potius auxilio accurrat Ecclesiæ hæreticorum concursu vexatæ, quorum alii jam aderant et turbas ciebant, alii mox erant affuturi. Promittit se comitem itineris libenter futurum, si hoc operæ pretium existimet Basilius.

Non multis opus habuit sermonibus generosa Ba-

(*a*) Naz., p. 340.
(*b*) Ibid. p. 336.
(*c*) Lib. III, c. 9.
(*d*) Lib. I, c. 30.
(*e*) Naz. or. 20.
(*f*) Naz. ep. 20.
(*g*) Ep. 169.
(*h*) Ep. 170.
(*i*) Ep. 19.

Digitized by Google

sibi animæ (*a*), sed statim ac Gregorium vidit legati munus obeuntem, cum eo accurrit Cæsaream, ac nullis prorsus simultatis reliquiis in animo residentibus totum se ad defensionem Ecclesiæ matris impendit. *Omnia quippe simul præstat*, inquit Gregorius, *inimicitias deponit, consultat, aciem instruit, scandala et offendicula, quæ in medio erant, submovet, cunctaque ea, quorum fiducia illi nos bello lacessendos putaverant. Alios assumit, alios retinet, alios propulsat. Aliis murus firmus et vallum efficitur; aliis securis petram scindens, aut ignis in spinis, ut divina Scriptura loquitur, sarmentitios homines et in divinitatem contumeliosos, facile absumens.* Declarat Gregorius, si quid Barnabas Paulo decertanti navavit (sic enim et se et Basilium designat), id Paulo tribuendum esse, qui eum certaminis socium adhibuit. Rediere ergo re infecta hæretici, tunc primum pudore suffusi et victi, nec aliud quidquam ex tantis conatibus perceperunt, nisi ut invictum in defendenda Trinitatis fide Cappadocum animum perspicerent.

VI. Secessionem ac reditum Basilii aliter ac Tillemontius et alii critici distribuimus. Nam secessisse illum anno 363, rediisse anno 366 existimat Tillemontius. Reditum ad annum 367 cum Baronio rejiciunt continuatores Bollandi, Pagius ad annum 370. Pluribus rationum momentis adducor, ut eum anno 364 exeunte, aut ineunte 365, existimem secessisse, anno autem 365 rediisse. De secessu jam magna ex parte perfecta res ex his quæ diximus de illius ordinatione. Nam si presbyter creatus est anno 364, si anno eodem exeunte, aut sequenti ineunte adhuc Cæsareæ sacerdotio perfungebatur, ut vidimus ex epistolis 20 et 21, non potuit ante hoc tempus imminentes turbas prudenti secessu declinare. Atque id quidem mirifice quadrat cum ipse Basilii testimonio, qui secundam illam secessionem ne numerat quidem (*b*), sed se *plures annos continuos* in Ponti solitudine traduxisse testatur. Adeo brevis fuit secunda illa secessio. Sed nihil significantius Gregorii testimonio qui conceptis verbis testatur magnam hæreticorum potestatem fuisse, cum Basilius discessit : quod quidem de Juliani imperio dici non potest, multo minus de Joviani. Sic autem loquitur Gregorius (p. 337) : Οὐδὲ πρὸς αὐτοῦ τὸ μάχεσθαι ἢ διασπᾶν τὸ σῶμα τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ἄλλως πολεμουμένης, καὶ σφαλερῶς διακειμένης, ὑπὸ τῆς τότε τῶν αἱρετικῶν δυναστείας. *Nec illius erat dimicare, aut Ecclesiæ corpus lacerare, quæ etiam alioqui ab hæreticis, qui tum potentiam atque imperium obtinebant, oppugnabatur, ac periculose affecta erat.*

VII. Quod spectat ad reditum, immerito in annum 366 aut 367 differtur. Multo absurdius rejiceretur ad annum 370; necessario collocandus ad annum 365. Nam 1° tam longam absentiam non patitur rerum a Basilio presbytero gestarum series, quam infra texemus. Ipse Gregorius nihil in primordiis sacerdotii narrat præter simultatem cum Eusebio. Initium magnarum rerum a reditu sumit, quod argumento est nec diu abfuisse Basilium, nec multo post ordinationem secessisse. 2° Certissimum argumentum suppeditat Valentis in urbem Cæsaream adventus anno 365. Erat in hac urbe IV Non. Jul. eodem anno, ut perspicitur ex lege quinta de susceptoribus data Cæsareæ, Cod. Theod. tom. IV, p. 539. In eadem urbe nuntium accepit defectionis Procopii. *Valentem a Cæsarea Cappadocum*, inquit Ammianus (*c*), *ut vaporatis æstibus Ciliciæ jam lenitis ad Antiochiæ percurreret sedes, Sophronius avertit Galatiam*, defectionis Procopii nuntium afferens. Quis ergo dubitet ad hunc annum referre reditum Basilii, qui necessario conjunctus est cum adventu Valentis?

Fatetur Tillemontius Valentem venisse Cæsaream anno 365; neque enim id negari possit. Sed venire iterum potuisse contendit anno 366. Potuit sane venire, sed eum venisse nullo prorsus argumento suspicari possumus. Imo non venisse, saltem cum triumphante illo episcoporum hæreticorum comitatu, perspectum et exploratum habemus. Nam victo prope Nacoliam in Phrygia et occiso Procopio die 27 Maii, anno 366, postea negotiis, quæ victoriam in bello civili subsequi solent, occupatus fuit, ac non parum temporis in consciis perquirendis insumpsit. Postquam autem his curis expeditus convertit se ad evertendas Ecclesias, tum vero multæ civitates peragrandæ fuerunt, multi episcopi Arianis subjiciendi, antequam Cæsaream veniret. Sic enim in hanc urbem advenit, ut jamdudum nullum aliud bellum habuisse videatur, præter illud quod Ecclesiis inferebat. *Atque hoc quidem ille animo*, inquit Gregorius (*d*), *et cum hac impietate adversum nos expeditionem suscipit. Impetum quoque una cum eo facit exercitus ipso dignus, improbi ecclesiarum gubernatores, sævi illius imperii tetrarchæ. Qui cum ex ecclesiis alias jam tenerent, alias oppugnarent, alias ob imperatoris opem ac manum, quæ partim adhibebatur, partim denuntiabatur, in potestatem venturas sperarent, huc quoque, ut nostram in ditionem suam redigerent, venerunt.* Nemo est sane, qui his legendis non animadvertat, Valentem jamdudum ab aliis curis liberum et solutum, otio suo ad persequendam Ecclesiam abusum fuisse; ac proinde non satis superfuisse temporis ut Cæsaream veniret anno 366.

His adde Valentem Procopio in Phrygia superato, internarumque dissensionum materia consopita, ut ait Ammianus, otiosum non fuisse. Misit enim Victorem magistrum equitum ad Gothos, ut ex eis sciscitaretur, quamobrem Procopio auxilium dedissent. Reverso Victore *Valens parvi ducens excusa-*

(*a*) Naz., or. 20.
(*b*) Ep. 210.
(*c*) Lib. XXVI, c. 7.
(*d*) Or. 20.

Digitized by Google

tionem vanissimam, inquit Ammianus, lib. XXVII, c. 5, *in eos signa commovit, motus adventantis jam præscios, et pubescente vere quæsito in unum exercitu, prope Daphnem nomine munimentum est castra metatus.* Quare Valentis ille Cæsaream adventus, qui tantum habuit apparatum, ad annum 365 referendus. Tunc enim in Syriam tendens lentius progrediebatur, ut Ciliciæ calores evitaret, teste Ammiano.

3° Etiamsi daretur Tillemontio Valentem anno 366 iterum venisse Cæsaream, non idcireo causam obtineret. Modo enim constet, ut profecto constat, Valentem in hanc urbem anno 365 venisse, referendus erit ad eumdem annum reditus Basilii, quem imminens a persecutore periculum in solitudine residere non sivisset. Non enim lenis quidem initio et moderatus fuit Valens, ut existimat Tillemontius, sed eadem prorsus illius imperii ac persecutionis primordia fuerunt. Certa et explorata res est ex testimoniis Gregorii Nazianzeni (*a*). Pertimescendæ erant hæreticorum linguæ, cum Basilius presbyter ordinatus est. Cum pacis causa rediit in solitudinem (*b*), *oppugnabatur Ecclesia et periculose affecta erat ob hæreticorum dominatum.* Basilius et alii episcopi, qui in Occidentem anno 376 scripserunt, jam tredecim annos persecutionis numerabant, ut patet ex his verbis epistolæ 242, n. 2, Τρισκαιδέκατον γάρ ἔτος ἐστὶν, ἀφ' οὗ ὁ αἱρετικὸς ἡμῖν πόλεμος ἐπανέστη. *Decimus enim tertius annus est, ex quo hæreticum nobis bellum exortum est.*

Tillemontio, qui persecutionem differt usque ad annum 366, fucum fecit auctoritas Theodoreti. Is enim narrat Valentem initio catholice sentientem, uxoris Dominicæ et Eudoxii artibus tum demum corrumpi cœpisse, cum se baptismi præsidio ad bellum Gothicum munire voluit. Tunc enim ab Eudoxio, a quo initiabatur, obstrictum jurejurando fuisse, nunquam se ab Ariana hæresi recessurum, et contrariæ fidei cultores omnibus locis expulsurum. Longe potior hac in re Gregorius Theodoreto; nec dubito quin Tillemontius, si ad primi testimonia animum advertisset, parum tribuisset Theodoreto, cujus ex narratione ne illud quidem efficitur, quod contendit Tillemontius, persecutionem ad annum 366 referendam esse, sed potius ad annum 367.

CAPUT X.

I. *Basilii arctissima conjunctio cum Eusebio episcopo Cæsariensi.* II. *Videtur in monasterio vixisse, et unam præcipue Ecclesiam regendam accepisse.* III. *Basilii auctoritas sub Eusebio in ecclesiasticis negotiis ad Cæsaream, ut metropolim, spectantibus.* IV. *Quænam exstiterint ecclesiastica illa negotia.* V. *Quæ Basilii partes in iis quæ post synodum Lampsacenam gesta sunt.* VI. *Probatur hanc synodum anno 364 habitam fuisse.*

1. Reportata ex hæresi victoria Basilium cum Eusebio tam arcte conjunxit, ut nec episcopo molestum esset ab eo, quem dignitate superabat, scientia et eloquentia et consilio et virtute superari, nec Basilius ideo episcopum minus coleret et observaret, quod eo tot esset partibus superior et præstantior. Præclarissimum illum concentum sic describit Gregorius Nazianzenus (*c*): Τῷ δέ τι δεύτερον ἔργον καὶ σπούδασμα γίνεται θεραπεύειν τὸν πρόεδρον, λύειν τὴν ὑποψίαν, πείθειν πάντας ἀνθρώπους, ὡς ἃ μὲν λελύπητο, πεῖρά τις ἦν τοῦ πονηροῦ καὶ πάλη ταῖς εἰς τὸ καλὸν ὁμονοίαις βασκαίνοντος· αὐτὸς δὲ ᾔδει νόμους εὐπειθείας καὶ πνευματικῆς τάξεως. Διὰ τοῦτο παρῆν, ἐσόφιζεν, ὑπήκουεν, ἐνουθέτει. Πάντα ἦν αὐτῷ, σύμβουλος ἀγαθὸς, παραστάτης δεξιὸς, τῶν θείων ἐξηγητὴς, τῶν πρακτέων καθηγητὴς, γήρως βακτηρία, πίστεως ἔρεισμα, τῶν ἔνδον ὁ πιστότατος, τῶν ἐκτὸς ὁ πρακτικώτατος· ἐνὶ λόγῳ τοσοῦτος εἰς εὔνοιαν, ὅσος εἰς ἔχθραν τὸ πρὶν ἐνομίζετο. Ἐντεῦθεν αὐτῷ περιῆν καὶ τὸ κράτος τῆς Ἐκκλησίας, εἰ καὶ τῆς καθέδρας εἶχε τὰ δεύτερα. Τὴν γὰρ εὔνοιαν εἰσφέρων, τὴν ἐξουσίαν ἀντελάμβανε· καὶ ἦν θαυμαστή τις ἡ συμφωνία καὶ ἡ πλοκὴ τοῦ δύνασθαι, ὁ μὲν τὸν λαὸν ἦγεν, ὁ δὲ τὸν ἄγοντα. Καὶ οἷον λεοντοκόμος τις ἦν, τέχνῃ τιθασσεύων τὸν δυναστεύοντα. Καὶ γὰρ ἐδεῖτο, νεωστὶ μὲν ἐπὶ τὴν καθέδραν τεθεὶς, ἔτι δὲ τῆς κοσμικῆς ὕλης τι πνέων, οὔπω δὲ κατηρτισμένος ἐν τοῖς τοῦ πνεύματος, πολλοῦ δὲ τοῦ κλύδωνος περιζέοντος καὶ τῶν ἐπικειμένων τῆς Ἐκκλησίας ἐχθρῶν, τοῦ χειραγωγοῦντος, καὶ ὑπερείδοντος. Διὰ τοῦτο καὶ τὴν συμμαχίαν ἠγάπα, καὶ κρατοῦντος ἐκείνου, κρατεῖν αὐτὸς ὑπελάμβανε. *Proximum autem Basilio negotium ac studium hoc fuit, antistitem colere atque observare, suspicionem exstinguere, mortalibus omnibus persuadere molestiam eam, quam acceperat, tentationem quamdam et luctam pravi illius fuisse, honestæ ac laudabili concordiæ invidentis: cæterum non ignarum se esse, quid obedientiæ ordinisque ritualis leges postularent. Ac proinde adesse, docere, dicto audientem se præbere, monere, quidvis denique illi esse, monitor probus, opitulator commodus, divinorum oraculorum enarrator, rerum agendarum præmonstrator, senectutis subsidium, fidei adminiculum, domesticorum fidelissimus, externorum ad res regendas aptissimus: ut uno verbo dicam, tantus ad benevolentiam, quantus prius ad inimicitiam esse putabatur. Ex quo hoc consequebatur, ut etiamsi cathedra inferior esset, Ecclesiæ tamen imperium obtineret. Etenim pro benevolentia, quam afferebat, auctoritatem recipiebat: ac mirus quidem erat concentus nexusque potestatis. Ille plebem ducebat, hic ductorem: ac velut quidam leonum curator erat, eum, qui principatum tenebat, arte demulcens. Quippe, ut nuper in cathedra collocatus, ac mundanæ materiæ aliquid adhuc spirans, nondumque in his quæ spiritus erant, instructus, ac præterea ingenti tempestate undique æstuante, atque imminentibus Ecclesiæ hostibus, opus habebat homine, a quo velut porrecta manu duceretur et ful-*

(*a*) Naz. ep. 11.
(*b*) Idem, or. 20.
(*c*) Or. 20.

Digitized by Google

circetur. Ac propterea ipsius opem atque auxilium amplectebatur, eoque dominante seipsum dominari judicabat.

II. His verbis διὰ τοῦτο παρῆν, *ideirco aderat*, indicari videtur officiosa quædam sedulitas Basilii, domum episcopi sui assidue ventitantis, non tamen in hac domo simul cum episcopo degentis. Revera Basilius videtur in monasterio presbyter vixisse. Id perspicitur ex Regulis monasticis (p. 243), quarum auctor cum sacerdotio monasticum institutum conjungebat. (*a*) Cum quidam in eo loco, ubi degebat Basilius, monasticam vitam amplecti vellet, maluit eum Basilius mittere in monasterium, quod in Ponto instituerat. Forte in eo loco ubi degebat Basilius, non vigebat cœnobitica disciplina, sed bini aut terni vivebant ascetæ. Atque hanc conjicio exstitisse causam, cur hunc hominem mallet in Ponticum monasterium mittere. Postea insigne cœnobium Cæsareæ exstruxit Basilius anno 372. Sed vix dubium, quin ante episcopatum cœnobiticam vitam in hanc urbem introduxerit. Nam in epistola 81 insignis ex urbis presbyterio sacerdos in ascetica et continenti vita hactenus vixisse, et ex labore manuum sibi cum fratribus simul degentibus victum dicitur comparare. Videtur huic monasterio præfuisse Basilius. Hinc illius studium excipiendorum hospitum laudat Gregorius; quo quidem officio in privatis ædibus et summa rerum omnium inopia, ad quam se libens redegerat, vix perfungi potuisset.

Ex Cæsariensibus ecclesiis unam præcipue Basilio ad regendum commissam fuisse perspicimus ex homilia in psalmum CXIV (p. 199). Nam, cum in quodam martyrum templo populus a media nocte usque ad meridiem Basilium exspectans perdurasset, ubi advenit Basilius, hac usus est excusatione, cur sero venisset, quod aliam ecclesiam honore parem administrans, diei tempus in liturgia ibi celebranda insumpsisset. Illius verba perspicuitatis causa referam. *Quod si et mihi ipsi*, inquit, *reddenda ratio cur moratus sim, et perdiu a vobis abfuerim, id causæ afferam, quod cum aliam huic honore parem ecclesiam Dei administrem, non parvo a vobis disjunctam intervallo, hoc diei tempus insumpserim. Quoniam igitur dedit nobis Dominus et liturgiam illis adimplere, nec vestræ deesse charitati; gratias mecum agite largitori benefico, qui hanc quam videtis corporis nostri debilitatem invisibili sua potentia deduxit.* Episcopus in aliqua diœcesis suæ ecclesia concionem habens, nequaquam profecto dixerit, aliam a se honore parem administrari ecclesiam. Hæc soli congruunt presbytero. Cum ergo affixus esset uni ecclesiæ administrandæ Basilius, minime mirum, si in ejus homiliis, præter eam, quæ omnium prima in principium Proverbiorum pronuntiata est, nihil prorsus occurrit, ex quo episcopum adfuisse cognoscas. Hinc plebem sibi commissam sic alloquitur in homilia de fame et siccitate, num. 1, pag. 62 : *Filii mei, quos per Evangelium genui.* Hinc etiam illa clausula homil. 2 *in Hexaem : Ut eluceatis in splendore sanctorum veluti sol, ad meam ipsius exsultationem in die Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.* Videntur enim Basilii homiliæ, perpaucis exceptis, ante episcopatum pronuntiatæ. Sed de his alius erit dicendi locus.

III. Commissa Basilio auctoritas non unius ecclesiæ nec unius civitatis finibus continebatur; sed cum Cæsariensis Ecclesia exarchicum jus in plures provincias haberet, ut infra videbimus, minime dubium est quin Basilius, qui *etsi cathedra inferior, Ecclesiæ imperium obtinebat*, plurimas partes sustinuerit earum rerum, quæ tunc in illis regionibus ad fidei defensionem et ecclesiarum pacificationem gestæ fuerunt. Id autem colligimus non solum ex Gregorii testimonio, qui tantam Basilio auctoritatem ab Eusebio concessam fuisse narrat, sed etiam ex pluribus Basilii epistolis, quas presbyter scripsit. Discimus ex epist. 28, n. 3, Musonium episcopum Neocæsariensem cum Basilio ad pacem Ecclesiarum concurrere propter quasdam anticipatas opiniones noluisse, sed tamen Basilium idem semper cum ipso sentiendi, illiusque ad oppugnandos hæreticos advocandi nullum tempus intermisisse. Videtur Athanasius Ancyranus cum Basilio conjunctior fuisse in hoc consilio pacificandarum Ecclesiarum. Nam cum is eodem tempore ac Musonius mortem obiisset, sic desiderium suum significat Basilius (*b*) : *Cuinam deinceps ecclesiarum curam deferemus ? Quem adjungemus molestiarum socium ? Quem lætitiæ participem ?* Deplorat in epistola 30 ad Eusebium Samosatensem tristem Ecclesiarum statum. Luget in ep. 34 ad eumdem, delapsam in hæreticorum manus Tarsensem Ecclesiam, dum episcopi morantur ac deliberant, seque mutuo respiciunt.

IV. Quænam autem illa exstiterint ecclesiastica negotia, in quibus gerendis studii ac sollicitudinis Basilii bona pars accessit, paucis exponendum. Jam diximus plurimos in Oriente orthodoxos episcopos, ubi viderunt Arianos in apertam impietatem erumpere, ab eorum communione, quam hactenus ob hæresis perfidæ dissimulationem non fugerant, penitus recessisse. Ili apud S. Epiphanium vocantur Semiariani, apud Socratem et Sozomenum Macedoniani, iniquis prorsus nominibus. Bellum Arianis acerrimum indixerunt anno 358, ac tum gratia et auctoritate apud Constantium floruerunt. Sed Ariani anno 360 retracto ad se imperatoris animo pœnas ab eis repetierunt defensæ veritatis, ac plurimos deposuere. Rediere plerique sub Juliano, et magnum fidei studium declararunt. Cum ejusmodi

(*a*) Ep. 23.

(*b*) Ep. 29.

Digitized by Google

episcopis conjuncti erant præstantissimi viri Meletius, Eusebius Samosatensis, Basilius et plurimi alii doctrina et sanctitate celeberrimi.

Quamvis autem magno Ecclesiæ commodo evenerit, ut ab Arianis orthodoxi secederent, non idcirco tamen pax restituta, sed dissensionibus et partium studiis referta omnia fuerunt, ita ut alius alios communicatores haberet, aut a sua communione removeret. Communicabat Basilius cum Athanasio; sed nequaquam Athanasius cum Meletio et Eusebio Samosatensi, intimis Basilii amicis. Flagrabat Eustathius justissimis Arianismi suspicionibus; Basilius, qui illius animum ex suo spectabat, multa illius causa bella sustinuit. Multi alii fidem defendebant non insincero, ut Eustathius, animo : sed tamen pluribus suspecti erant. Hinc illæ opiniones anticipatæ, quibus se Musonius Neocæsariensis detineri fatebatur, quominus Basilium in pacificandis Ecclesiis juvaret. Permagni ergo intererat et ad fidem et ad unitatem Ecclesiæ, ut orthodoxi omnes remotis suspicionibus ac una prorsus stabilita communione vires suas in oppugnandis hæreticis conjungerent. In hoc perficiendo opere Basilius nec presbyter, nec episcopus elaborare destitit. Sed eum ad optatos exitus eximium hoc consilium perducere mors prohibuit. At operi coronidem imposuit synodus œcumenica secunda, in qua Basilii amici plurimum potuerunt. Ibi enim constituta sunt quædam veluti centra communionis, ac spectatissimi quique in singulis provinciis electi sunt episcopi, quibuscum quicunque communicarent, eos pro catholicis haberi synodus voluit; secus, si illorum carerent communione. Synodi decretum auctoritate sua confirmavit Theodosius, ut patet ex celeberrima illius lege, lib. XVI Cod. Theod., tit. 1. Magnus sane dolor exstitit Basilio, quod laborum suorum fructum non viderit : sed illius nomini rebusque gestis magnum mihi videtur decus addidisse synodus Constantinopolitana, dum ejus vestigia premit, et inchoatam ab eo telam pertexit.

V. Initium magnarum rerum exstitit synodus Lampsacena, cujus convocandæ licentiam (*a*) concessit Valentinianus, dum adhuc in Occidente morabatur. In hoc concilio per duos menses deliberatum est, ac decretum ut irrita essent, quæ Constantinopoli Eudoxii et Acacii machinationibus gesta fuerant, atque ut Constantinopolitana fidei formula rejiceretur, Filius Patri similis secundum substantiam prædicaretur, eaque in omnibus Ecclesiis fides vigeret, quæ Seleuciæ quidem confirmata, Antiochiæ vero in dedicatione majoris ecclesiæ exposita fuerat. Non adfuit Lampsaci Basilius (*b*), sed eum Eustathius cum pluribus aliis episcopis Lampsacum proficiscens, in locum Eusinoe dictum advocavit, ibique Basilius cum episcopis de fide multa disseruit. Minime mirum est tantum honoris episcopos habuisse homini non alia quam lectoris dignitate ornato. Nam sæpe alias Basilius, ut Constantinopoli anno 359, utilem episcopis operam navaverat, ac nuperrime causam Ecclesiæ adversus Eunomium præstantissimis scriptis defenderat.

Concilium Lampsacenum subsecuta est persecutio, in qua quidem jam vidimus quid de Ecclesia Basilius meruerit anno 365, cum Valentis, qui pluribus jam vastatis ecclesiis Cæsariensem spe et aviditate devorabat, irritos infectosque conatus reddidit. Præter hanc victoriam, quæ fractos animos excitare debuit, exortum civile bellum episcopis copiam dedit de rebus ecclesiasticis inter se deliberandi. Non enim perducta ad exitum fuerant decreta Lampsacenæ synodi; eadem semper erat rerum perturbatio; episcopi qui ab Arianis recesserant, bellum inexpiabile habebant cum Anomœis, nec tamen Occidentis et Ægypti communionem habebant, aut saltem non per se ipsi, sed per medios quosdam communicatores habebant : præterea multorum lapsus in persecutione novum vulnus fecerat. Itaque varia concilia Smyrnæ, et in Pamphylia, Isauria ac Lycia celebrata sunt (*c*), quorum nomine tres legati in Occidentem cum litteris missi, Eustathius Sebastenus, Silvanus Tarsensis et Theophilus Castabalitanus. His datum in mandatis, ut fidei Nicænæ subscriberent, et litteras communionis a Liberio impetrarent. Præter communia negotia curandæ erant Eustathio res propriæ. Depositus enim anno 360 ab Anomœis, ac postea in Valentis persecutione lapsus, magnis præsidiis egebat, ut a Catholicis reciperetur, nec opprimeretur ab hæreticis. Non enim ad aliud tempus referri debet quod ait Basilius (*d*), Eustathium, cum tomo ab Eudoxii factione composito consensisset, in concione fraudem sibi factam deplorasse.

Aliquid Basilius consilio suo ad hanc legationem videtur contulisse. Erant enim tres legati ex intimis illius amicis : quod quidem de Eustathio certum sua sponte et exploratum est; de Theophilo autem consuli potest epistola 245 ad eum scripta. Atque haud scio an Silvanum omnium plurimum fecerit, quem et mortuum beatum appellat, et vivum sic coluit, ut illius visendi desiderio solitudinem suam aliquando reliquerit (*e*), comitem se Eustathio adjungens. Deinde vero plurimum intererat Basilii, ut lapsus Eustathii repararetur; vixque dubium quin suadente aut saltem probante Basilio (*f*), hanc Eustathius errati purgandi viam invenerit, ut Romam profectus, inde fidem patrum acciperet, ita ut quod Ecclesiis detrimenti intulerat malo approbando, id meliore introducendo emendaret. Denique Basilius anno 371 sic agit cum sancto Athanasio de legatis Romam mittendis, ut non tunc primum hanc cogitationem suscepisse videatur, sed jamdudum illius utilitatem perspexisse. *Dudum*

(*a*) Sozom., lib. VI, c. 7.
(*b*) Ep. 223.
(*c*) Socrat., lib. IV, c. 12.
(*d*) Ep. 244, n. 5.
(*e*) Ep. 223, n. 5.
(*f*) Ep. 244, n. 5.

Digitized by Google

novi et ipse, inquit (*a*), *pro mediocri mea rerum notitia, unam esse Ecclesiis nostris auxilii viam, si nobiscum conspirent Occidentales episcopi.*

Videntur tres legati sub extrema autumni tempora anno 365 profecti esse. Nam cum Liberius obierit anno 366, cumque legati non solum ab eo, sed etiam ab episcopis Italiæ, Africæ, Galliæ et Siciliæ litteras attulerint initio veris anni 367, non satis habuissent spatii ad tot ac tantas res conficiendas, si serius profecti fuissent. Probabile enim est illos has regiones, ut existimat Tillemontius, aut simul peragrasse, aut saltem laborem inter se partitos esse.

Dixi legatos rediisse verno tempore anni 367, quia redeuntes Liberii litteras concilio Tyanensi obtulerunt, cui aliud tempus assignari non potest. In hac enim synodo statutum (*b*), ut episcopi *ante exitum veris*, id est ante æstatis calores Tarsum Ciliciæ convenirent. Hoc autem anno 367 contigisse patet, quia probabile non est legatos post obitum Liberii, qui mense Septembri anno 366 mortuus est, tam diu moratos esse, ut non redirent nisi anno 368.

Præfuit huic concilio Eusebius Cæsariensis, nec dubium est quin eum secutus sit Basilius, aut saltem, ut in aliis rebus, ita in hoc cogendo concilio suis eum consiliis juverit. Synodo interfuerunt Athanasius Ancyræ, Pelagius Laodiceæ, Zeno Tyri, Paulus Emesæ, Otreius Melitinæ, Gregorius Nazianzi et alii complures, qui sub Joviano consubstantiale retinendum in concilio Antiocheno decreverant. Cum lectæ fuissent Liberii et aliorum episcoporum litteræ, summo omnes gaudio exsultarunt, ac lætitiæ suæ Ecclesias Orientis certiores fecere, indicto in urbem Tarsensem ante exitum veris concilio, ut pax omnium consensu firmaretur. Sed hanc synodum haberi vetuit Valens, ac præterea cum jamjam congreganda esset, triginta quatuor Asiæ episcopi in Caria congregati consubstantiale rejecerunt, ac formulam, quæ Antiochiæ et Seleuciæ promulgata fuerat, ratam esse voluerunt. Hos episcopos ab amplectendo consubstantiali non scrupulus quidam deterruit, sed sententiæ pravitas, quæ tanta fuit in his regionibus, ut miretur Basilius (*c*) anno 375 exeunte, *si qui omnino in Asiano tractu extra labem hæreticorum sint.* Quantus Basilii dolor exstiterit optimis consiliis exitu carentibus, facilis conjectura est. Quid deinceps usque ad episcopatum ad pacificationem Ecclesiarum navaverit, plane nescimus. At eum de suis laboribus nihil remisisse perspicimus ex his quæ supra ab illo dicta retulimus, cum Athanasii Ancyrani morte magnum præsidium amisisset.

Quod ait Basilius (*d*) Eustathium Roma attulisse litteras, quæ eum in episcopatum restituebant, id de litteris Liberii dictum videtur, in quibus Liberius Eustathio et duobus aliis legatis honorem habet, ut collegis suis ac legitimis episcopis ; nec necesse est cum Baronio alias litteras comminisci. Sic enim Basilius litteris Damasi episcopatum Antiochenæ Ecclesiæ Paulino attribui dicit (*e*), quia ad Paulinum Damasus, ut ad legitimum episcopum scribebat. Unde etiam eædem litteræ vocantur *cujusdam principatus tessera* (*f*). Quinetiam cum sancto Athanasio agens de restituendis S. Meletio ovibus, quas Paulinus abstraxerat, idem ait (*g*) placuisse Occidentalibus, *ut litteræ per beatum Silvanum allatæ testantur.* Meletii autem Liberius non aliter videtur episcopatum confirmasse, quam illum inter alios episcopos salutando. Sed si hæc admittitur conjectura pro Eustathio, qui inter episcopos primus a Liberio nominatur, legendum erit *Meletio*, nec Cyrillus, qui secundo loco salutatur, alius erit quam Hierosolymitanus, qui cum S. Meletio conjunctissimus fuit. Illud tamen occurrit incommodi, quod episcopi, quos alloquitur Liberius, subscripserant formulæ Constantinopolitanæ. *Perjuriis*, inquit (n. 3), *in fraudem inducti, subscripsistis.* Unde etiam reditum illis ad saniorem mentem gratulatur. Porro nec S. Meletius videtur unquam hanc culpam commeruisse nec S. Cyrillus. Sed hæc difficultas facile solvitur. Non enim putandum est inter episcopos 59 quos recenset Liberius, nullum fuisse ab hoc nævo integrum. Plerique hoc commiserant ; quod satis fuit ut eos Liberius sic alloqueretur. Alioqui ne unus quidem in toto Oriente excipi posset, cum Liberii epistola universis Orientis episcopis orthodoxis inscripta sit.

Litteris Liberii adjuncta erat fides cui subscripsit Eustathius. Id ipse Liberius (n. 1) et pluribus locis Basilius (*h*) testantur. Quod autem Basilius, seu potius Orientales sic de Eustathio loquuntur : *Quænam autem ei proposita fuerint a beatissimo episcopo Liberio, et quibusnam assensus sit ignoramus, nisi quod epistolam attulit quæ eum restituebat, eaque ostensa concilio Tyanensi in suum locum restitutus est ;* inde colligi non debet Basilium ignorasse id quod pluribus locis (*i*) exprobrat Eustathio, eum Romæ fidei Nicænæ subscripsisse : nam hoc ipso in loco ait eum depopulari fidem ob quam susceptus est. Sed cum multa alia inter Liberium et legatos intercessissent (eos enim non facile admisit Liberius, teste Socrate [*j*]), non parvi intererat *Ecclesiis significari quibusnam conditionibus susceptus esset Eustathius.* Conjicit eruditus editor litterarum Pontificum Romanorum, Basilium, cum epistolam

(*a*) Ep. 66.
(*b*) Sozom., lib. VI, c. 12.
(*c*) Ep. 218.
(*d*) Ep. 263. n. 3.
(*e*) Ep. 214, n. 2.
(*f*) Ep. 216
(*g*) Ep. 67.
(*h*) Ep. 244, n. 5, 263, n. 3.
(*i*) Ibid.
(*j*) Lib. IV, c. 12.

Digitized by Google

363 scriberet, gesta synodi Tyanensis ex incerto tantum rumore cognita habuisse, quæ postea accuratius cognovit, epistolam 244 scribens. Inutilis prorsus hæc conjectura, cum epistola 263 posterior sit, ut omittam verisimillimum esse, Basilium cum episcopo suo ad synodum Tyanensem venisse.

VI. Magnam sane Basilio laudem detrahit opinio Tillemontii, qui dum eum in solitudinis latebras abdit ab anno 363 usque ad 366, nullam ei partem his in rebus relinquit. Sed quia doctissimus scriptor, cur Basilii reditum longius differat, hoc potissimum nititur argumento, quod synodus Lampsacena anno 365 habita fuerit (*a*), persecutio autem ad annum sequentem pertineat, examinandum nobis est quonam anno hæc synodus collocanda sit.

Lampsacenam synodum (*b*) ab anno 364 divelli non sinunt circumstantiæ. Licentia cogendi concilii non a Valente petitur, sed a Valentiniano, qui relicta Constantinopoli, Romam contendens, iter per Thraciam faciebat. Responsio imperatoris minime redolet ingenium Valentis. Sic enim respondit: *Mihi quidem in laicorum ordine constituto fas non est hujusmodi negotia curiosius scrutari; sacerdotes vero quibus id curæ est, seorsim ubicunque voluerint conveniant.* Legati a concilio missi Valentem adeunt Heracleæ, e Thracia tum revertentem. Fratrem enim Sirmium usque comitatus fuerat. Hæc profecto cum anno 364 omnino cohærent. Plus tribuendum his circumstantiis quæ narrantur a Sozomeno, quam notis consularibus, quas Socrates non ex Actis concilii Lampsaceni eruit, sed, ut sæpe alias, ex propriis conjecturis. Hoc ipso enim in loco bellum adversus Procopium anno sequenti, Gratiano et Dagalaipho consulibus, id est anno 366, geri cœpisse narrat. In quo quidem nobiscum facit, ac Tillemontii sententiam evertit, dum bellum civile anno post synodum Lampsacenam exortum esse narrat. Dum autem idem bellum Gratiano et Dagalaipho consulibus, id est anno 366 geri cœpisse dicit, tota errat via, nec jam ei, dum synodum Lampsacenam duobus Augustis primum consulibus habitam refert, tanta attribuenda est auctoritas, quantam attribuit Tillemontius.

Aliud nobis argumentum suppeditat persecutio, quæ cum anno 365 grassata sit, ut supra demonstratum, et concilium Lampsacenum subsecuta sit, ut omnes fatentur, certissimo argumento est hanc synodum anno 364 habitam fuisse.

Ipsa denique series et junctura earum rerum, quæ a synodo Lampsacena usque ad Tyanensem intercesserunt, mirifice quadrat in ea quam sequimur sententia; at in opinione Tillemontii penitus disconvenit. Legatorum in Occidentem mittendorum necessitatem attulit persecutionis violentia: antequam legati mitterentur, pluribus locis habita sunt concilia (*c*), ut Smyrnæ in Asia, atque etiam in Pisidia, Isauria, Pamphylia et Lycia. His autem rebus percommodum tempus fuit, bellum Procopii, quod ab æstate anni 365 usque ad mensem Maium anni 366, Valentem detinuit. At qui synodum Lampsacenam ad annum 365 referunt, varia illa concilia et legationem anno sequenti 366 collocare coguntur: quo tempore Valentem bello civili defunctum latere difficillimum erat. Quinetiam ita sese in arctum conjiciunt, ut pedem referre non possint. Nam cum Procopius victus non fuerit nisi mense Maio anni 366 cumque Liberius papa mense Septembri ejusdem anni obierit, quomodo intra illud tempus, quod a mense Maio ad Septembrem effluxit, tot ac tantæ res concludi possint, negotiorum, quæ superesse solent post bellum civile, administratio, deinde persecutio in variis provinciis, quas peragravit Valens, episcoporum variæ inter se deliberationes ac varia concilia, legatorum denique delectus, eorumque in urbem Romam adventus, ubi cum Liberio de rebus Orientis egerunt, eique dederunt litteras et ab eo acceperunt.

CAPUT XI.

I. *Quomodo presbyteri munere in ipsa urbe perfunctus Basilius.* II. *De illius epistolis* 22 *et* 23. III. *Charitas Basilii fame grassante.* IV. *Duo ea de re testimonia Gregorii Nysseni explicantur.* V. *Fames toto anno* 368 *perduravit.*

I. Sed nunc redeundum nobis est Cæsaream, et quid ibi presbyter gesserit Basilius, narrante Gregorio, audiendum. Sic igitur pergit Theologus (*d*): Τῆς καὶ περὶ τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ ἀνδρὸς κηδεμονίας καὶ προστασίας, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα γνωρίσματα, παῤῥησία πρὸς ἄρχοντας τούς τε ἄλλους καὶ τοὺς δυνατωτάτους τῆς πόλεως· διαφορῶν λύσεις οὐκ ἀπιστούμεναι, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἐκείνου φωνῆς τυπούμεναι, νόμῳ τῷ τρόπῳ χρώμεναι, προστασίαι τῶν δεομένων, αἱ μὲν πλείους πνευματικαί, οὐκ ὀλίγαι δὲ καὶ σωματικαί· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο πολλάκις εἰς ψυχὴν φέρει δι' εὐνοίας δουλούμενον· πτωχοτροφίαι, ξενοδοχίαι, παρθενοκομίαι, νομοθεσίαι μοναστῶν ἔγγραφοί τε καὶ ἄγραφοι· εὐχῶν διατάξεις, εὐκοσμίαι τοῦ βήματος, τὰ ἄλλα οἷς ἂν ὁ ἀληθῶς ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ καὶ μετὰ Θεοῦ τεταγμένος, λαὸν ὠφελήσειεν. *Jam vero ipsius erga Ecclesiam curæ ac præsidii quanquam multa quoque alia indicia sunt, libertas ad præsides, cum alios, tum potentissimos quosque civitatis, controversiarum diremptiones nequaquam suspectæ, sed ab ejus voce formatæ ac constitutæ, modoque tanquam lege utentes, egentium patrocinia, plura quidem spiritualia, sed tamen corporea non pauca (nam id quoque sæpenumero ad animam tendit, per benevolentiam subigens, ac velut in servitutem trahens), pauperum alendorum, hospitum excipiendorum, virginum curandarum studium, monasticarum legum institutiones partim*

(*a*) Tom. VI, not. 81, 82, *in Arianos.*
(*b*) Sozom. lib. VI, c. 7.
(*c*) Socrat. lib. III, c. 12.
(*d*) Or. 20, 340.

Digitized by Google

scripto, partim voce traditæ, precum descriptiones, sacrarii concinnitates, ea denique omnia, quibus quispiam vere Dei homo ac Deo adjunctus, plebi prodesse queat.

Deo indicantur hoc loco Basilii insignia opera, *Regulæ monasticæ* ac *Liturgia*. *Regulæ prolixiores* ante ordinationem scriptæ videntur : nihil enim habent ex quo Basilium tunc presbyterum fuisse judices; ait (p. 327) tantum sibi necesse esse justificationes Dei annuntiare : quod quidem ascetæ discipulos instituenti convenit. Non ergo aliud opus indicat Gregorius (*a*), cum scriptas a se et a Basilio monastici instituti leges commemorat. At in proœmio *Regularum breviorum* manifeste indicatur sacerdotium, cum ait : *Necesse est nos quidem quibus creditum est munus docendi, paratos esse omni tempore et promptos ad instruendas perficiendasque animas, et modo publice coram tota Ecclesia contestari, modo privatim permittere unicuique eorum, qui ad nos accesserint, ut suo arbitratu nos interrogare possint*, etc. De *Liturgia* alibi agemus.

II. Nondum Regulas scripserat Basilius, sed scribendi jam consilium ceperat, cum epistolam vicesimam secundam exaravit, quæ est *De perfectione vitæ monasticæ*. In ipso enim exordio testatur, cum multa sint, quæ a Scriptura præcipiuntur, se de his interim, de quibus commota quæstio fuerat, brevem admonitionem subjecturum, non appositis Scripturæ testimoniis, sed lectori ad agnoscendum relictis. Nemo est sane qui, si ejusmodi exordium legat attentius, non facile perspiciat Basilium, cum magnum aliquod de institutis monasticis opus meditaretur, in quo apponenda erant Scripturæ testimonia, hæc interim breviter præcepta tradidisse. Unde hanc epistolam non multo post Basilii reditum collocandam existimo.

Circa idem tempus et ante scriptas regulas, vel certe, cum Cæsareæ presbyteri munere fungeretur Basilius, collocanda epistola vicesima tertia, quæ minus accurate inscribitur, *Commendatitia ad monachum*, cum potius toti monasterio debuisset inscribi. Accessit quidam ad Basilium sæculi vanitatem contemnens, ac viam ad Domini mansionem deducentem ingredi cupiens. Atque is quidem in ipso loco, ubi tunc erat Basilius, monasticam vitam amplecti volebat; sed eum Basilius differebat, in Ponticum monasterium deducere malens, eique illic magistrum aliquem pietatis, quem ipse elegisset, præficere. At Basilius negotiis detentus cum in Pontum proficisci non posset, misit hominem cum litteris, ac monachis præcepit, ut eum rite et legitime probarent, et quod ipse cum eis facere voluerat, id sine se perficerent.

Ex his epistolæ verbis, *Elementis imbuatur secundum ea quæ a Patribus sanctis statuta et scriptis mandata sunt*, colligit Tillemontius nondum tunc suas ipsum Basilium regulas scripsisse. Doctissimi viri conjecturam non invitus sequar. Sed mihi probari non potest, quod idem existimat, Basilium, cum monasterio Pontico abesset ad tempus, hæc scripsisse; eumque quem in hac epistola commendat, petiisse ab eo, ut sine mora monasticum habitum sibi concederet in eo loco, ubi tunc peregrinabatur Basilius. Monasticum enim habitum designari Tillemontius putat his verbis : *Ego enim illum hic amoris erga Deum coronam accipere studentem distuli.*

Verum amoris erga Deum corona, non est monasticus habitus, sed merces a Deo sancte viventibus promissa. Nemo induebatur monastica veste, aut in interiores monasterii ædes admittebatur ante professionem, ut patet ex Interrog. x longiorum *Reg.* Ipsa etiam professio in eo sita erat, ut novitius probatis legitimo tempore periclitatisque moribus, fratrum numero ascriberetur. Quomodo ergo a Basilio transeunte id petitum fuisset, quod in ipso monasterio tantam cautionem et deliberationem postulabat? Is ergo, quem commendat Basilius, volebat sese in monasterio Cæsariensi per totam vitam Deo consecrare, ibique amoris erga Deum coronam accipere. Neque illud etiam difficile perspicitur, Basilium, etsi curam monasterii, quod in Ponto fundaverat, non omnino abjecisset; tunc tamen non abfuisse ad tempus, sed prorsus astrictum fuisse presbyterio Ecclesiæ Cæsariensis. Statuerat enim in illud monasterium proficisci, non ut ipse novitium illum regeret, sed ut ei ductorem et magistrum pietatis præficeret. Quinetiam cum se occupationibus suis eripere non potuisset, neque eripere posse speraret per totum illud tempus, quod in probando novitio insumendum erat, præcipit ut se non exspectato orobetur et fratrum ordini ascribatur.

III. Inter eximia Basilii presbyteri præclare facta, palmam dat Gregorius Nazianzenus charitati, quam in fame (*b*) omnium post hominum memoriam atrocissima designavit. Calamitatis causam frustra repetit Baronius (*c*) ex grandine inusitatæ magnitudinis, quam instar lapidum Socrates (*d*) cecidisse narrat Constantinopoli anno 367, sexto Nonas Julii. Idem multis locis accidisse testatur Sozomenus (*e*) : sed famem inde consecutam neuter indicavit. Longe probabiliorem causam nobis aperit Basilius, qui in Homilia in famem et siccitatem sic loquitur n. 2, p. 63 : *Hiems solitum humorem siccitati admistum non habuit, sed humorem omnem glacie astrinxit exsiccavitque, et omnino nivium imbriumque expers permansit. Ver rursus alteram quidem proprietatem suarum partem ostendit, calorem dico, humoris autem particeps non fuit. Æstus vero et*

(*a*) Naz. ep. 9.
(*b*) Or. 20.
(*c*) Ad an. 367.
(*d*) Lib. IV, c. 11.
(*e*) Lib. VI, c. 10.

Digitized by Google

frigus insolito modo terminos creationis transgressa, et incommode ad perniciem nostram conspirantia, a victu et a vita mortales abigunt. Supra sic describit ipsam siccitatem et famem ex ea consecutam : *Cœlum*, inquit, *videmus, fratres, durum, nudum, sine nubibus, tristem hanc serenitatem creans, suaque puritate affligens nos : quam tamen antea valde cupiebamus, cum diu nubibus obductum induceret nobis tenebras, et sole privaret. Terra autem perquam arida, injucunda est aspectu, segete sterilis et infecunda, scissa hiatibus et disrupta, et in imis sui partibus fulgentes solis radios excipiens. Fontes et copiosi et perennes defecerunt nos, ingentium fluminum absumpta sunt fluenta, pueri minimi ea pedibus permeant, atque onustæ mulieres trajiciunt. Defuit etiam plerisque nostrum potus, ac in penuria rerum ad vitam necessariarum versamur. Israelitæ novi novum Moysem et virgam mirabilium effectricem conquirunt, ut petræ rursus percussæ necessitati ac penuriæ sitientis populi medeantur, et insolentes quædam nubes, roris in morem, insuetum alimentum manna hominibus demittant. Vereamur ne finamus posteris novum famis et mulctæ exemplum. Vidi agros et lacrymis multis sterilitatem eorum deflevi, sumque lamentatus, quod nullus in nos imber effusus est. Semina quædam germine necdum emisso aruere, talia permanentia inter glebas, qualia aratrum obtexerat : alia paululum prominentia, post germinationem miserabiliter æstu et ardore arefacta sunt, sic ut possit nunc aliquis convenienter hanc Evangelii vocem invertere, ac dicere : « Operarii quidem multi, sed messis ne pauca quidem. » Agricolæ autem in agris desidentes, et manibus genua complexi (qui sane lugentium habitus est), inanes suos labores deplorant, respicientes ad infantes pueros, ac lamentantes, et oculis in uxores intentis flentes, contingentes siccas frugum herbas et contrectantes, edentes magnos ejulatus perinde atque patres filiis suis in ætatis flore orbati.*

Malum ingravescebat ipso Cappadociæ situ, quæ cum remota sit a mari, nec ea quibus abundat exportare, nec quæ desunt facile invehere potest ; sed nihil in his malis crudelius, quam divitum avaritia, qui veluti ungues quidam in patriæ ulcere esse solent, ac temporum difficultates observare, ut ex publicis ærumnis opes suas augeant. At Basilius, cum oratione sua et cohortatione eorum aperuisset horrea, sic pauperibus, teste Gregorio (*a*), subvenit : *Cum eos, quos fames vulneraverat, in unum coegisset, nonnullos etiam spiritum ægre trahentes, viros, feminas, pueros, senes, miserabilem omnem ætatem, omnia ciborum genera, quibus fames depelli solet, corrogans, atque ollas leguminum, salsique nostratis obsonii et ad levandam pauperum famem accommodati plenas proponens, ac deinde Christi, qui linteo præcinctus discipulorum pedes abluere minime grave ducebat, ministerium imitans, simulque puerorum, sive conservorum suorum, ad eam rem opera utens, pauperum corpora et animas curabat, honorem nempe cum necessario alimento connectens, atque ipsorum calamitatem utrinque leniens.* His addebat majus beneficium, et ipsos etiam animos cœlestis doctrinæ pabulo nutriebat.

IV. Hæc confirmantur a Gregorio Nysseno, qui in libro I *in Eunomium* (*b*) testatur Basilium patrimonium et ante sacerdotium liberaliter in pauperes effudisse : et præcipue in annonæ caritate, cum præesset Ecclesiæ, adhuc in presbyterorum ordine ministrans : nec postea eorum, quæ reliqua erant, parcum fuisse : Τὴν πατρῴαν οὐσίαν καὶ πρὸ τῆς ἱερωσύνης, ἀφειδῶς ἀναλώσας τοῖς πένησι, καὶ μάλιστα ἐν τῷ τῆς σιτοδείας καιρῷ καθ' ὃν ἐπεστάτει τῆς Ἐκκλησίας, ἔτι ἐν τῷ κλήρῳ τῶν πρεσβυτέρων ἱερατεύων καὶ μετὰ ταῦτα, μηδὲ τῶν ὑπολειφθέντων φεισάμενος. Idem in orat. *in Basil.* (*c*) sic loquitur : Λιμοῦ γάρ ποτε χαλεποῦ καταπονοῦντος αὐτήν τε τὴν πόλιν ἐν ᾗ διαιτώμενος ἐτύγχανε, καὶ πᾶσαν τὴν ὑποτελοῦσαν τῇ πόλει χώραν, τὰς ἑαυτοῦ κτήσεις ἀποδόμενος, καὶ εἰς τροφὰς διαμείψας τὰ χρήματα, ὅτε σπάνιον ἦν καὶ τοὺς σφόδρα παρεσκευασμένους τράπεζαν ἑαυτοῖς παραστήσασθαι, διήρκεσεν ἐκεῖνος ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ τοῦ λιμοῦ τρέφων τούς τε πανταχόθεν συρρέοντας, καὶ τὴν νεολέαν παντὸς τοῦ δήμου τῆς πόλεως, ὡς καὶ τοῖς τῶν Ἰουδαίων παισὶν ἐκ τοῦ ἴσου προτιθέναι τῆς φιλανθρωπίας ταύτης τὴν μετουσίαν. *Cum fames aliquando gravis affligeret cum ipsam civitatem in qua degebat, tum subjectos civitati agros omnes, proprias possessiones vendens, et alimentis pecuniam commutans, tum cum rarum esset, ut quibus res bene lauta erat, mensam sibi apponerent, non desiit ille toto famis tempore alere et eos qui undique confluebant, et totius populi civitatis juventutem, ità ut et Judæorum filios æqua parte hujus humanitatis impertiret.*

In utroque Nysseni interpretando testimonio non accuratissime versatur Tillemontius. Putat enim Basilium, cum initio secessus nonnulla sibi ex paternis prædiis reservasset, ea in pauperes liberaliter effudisse in summa annonæ caritate. At id non dicit Nyssenus, Basilium reservatas sibi ab initio secessus possessiones vendidisse. Supra observavimus nihil eum sibi reliquum prorsus fecisse, sed matris morte, quæ in ipsa annonæ caritate contigit, nonnulla ad eum bona rediisse, quæ tunc percommode in usus pauperum cesserunt. Cum autem usu eveniat, ut magna hæreditas non statim tota percipiatur, inde factum est, ut post ipsam famem nonnulla Basilio superessent, in quibus erogandis, teste Nysseno, charitatem suam declararet.

Aliud est in quo Tillemontio assentiri non possum. Duas fames distinguit, quamvis una prorsus ab

(*a*) Naz. or. 20.
(*b*) Tom. II, p. 307.
(*c*) Tom. III, p. 491.

Digitized by Google

utroque Gregorio describatur. Incidit ei hæc opinio ex his verbis Nysseni, *Cum fames aliquando gravis exigeret cum ipsam civitatem in qua degebat, tum subjectos civitati agros omnes*, etc. Inde colligit Nysscnum, quem Cæsareæ locutum putat, non hanc civitatem his verbis, sed aliam prorsus designasse; ac proinde duplicem distinguendam esse famem, quarum altera Cæsareæ ex Nazianzeno, altera in alia civitate, forte Iborensi in Ponto, præclare factis Basilii materiam dedit.

Sed longe satius est concludere ex his verbis Nysseni, *civitatem in qua degebat*, hanc orationem Cæsareæ habitam non fuisse, quam rem manifestam et exploratam in dubium revocare. Una enim omnino fames ab utroque Gregorio memoratur. Uterque illam, ut longe atrocissimam describit. Nititur Tillemontius his verbis (pag. 493) : *Servat populum Moyses a tyranno liberatum. Paria de nostro legislatore testatur hic populus, quem per sacerdotium duxit ad Dei promissionem.* Sed quocunque in loco fuerit Nyssenus, potuit, populo monstrando, plebem a Basilio gubernatam designare. Quemadmodum ibidem dum ait Basilium *urbanos tumultus et materiales hos tumultus* fugisse, necesse non est ut Cæsareæ fuerit. Porro in hac oratione nihil aliud occurrit, ex quo illam Cæsareæ habitam suspiceris, quamvis multa ejusmodi occurrere debuissent, si Cæsarienses allocutus fuisset Nyssenus. Quinetiam cum ait se patriam Basilii commemorare nolle, non videtur in hac ipsa patria loqui. Vide infra cap. 23, n. 6.

Summam animadvertimus necessitudinem inter orationem Basilii de fame et siccitate et ea quæ ab utroque Gregorio narrantur. Sed tamen in hac homilia videtur sibi Tillemontius notas episcopatus perspicere, quia Basilius sic auditores compellat (*a*) : *Filii mei, quos per Evangelium genui, quos velut fasciis per manuum benedictionem involvi.* Et infra (*b*) : *Pauci mecum precantur.* Sed quid impedit quominus hæc presbyter dixerit Basilius, qui inter Cæsarienses ecclesias unam præcipue gubernandam acceperat? Ita congruit hæc homilia cum famis tempore a Gregoriis narratæ, ut Tillemontius nullum ei tempus invenire possit, ne annum quidem 374, quo aliam famem contigisse existimat; frustra enim referretur ad illud siccitatis tempus, quo Basilius, teste Nysseno (*c*), imbrem precibus impetravit. Tunc enim nulla spe frugum apparente, preces Basilii obtinuerunt, ut malum ultra minas non progrederetur. At in homilia de fame et siccitate calamitas eadem describitur, ac apud utrumque Gregorium.

V. Toto anno calamitatem perdurasse, id est, ab æstate usque ad anni sequentis æstatem, perspicimus ex tribus Basilii epistolis, quarum in prima (*d*), quæ veniente hieme scripta est, de fame sic loquitur Basilius, ut de calamitate jamdudum incœpta ac fortasse brevi desitura : in altera (*e*) sub finem hiemis scripta nuntiat se occupationibus, quas exhibebat fames, adhuc detineri : in tertia (*f*), quæ depulsis omnibus hiemis incommodis data est, nondum famem desiisse declarat. Necesse est ergo unum saltem annum in his ærumnis consumptum esse. Dixi unum saltem; nam cum hiemis acerbitas et veris siccitas hoc malum attulerint, non improbabile est, statim atque spes futuræ messis ablata, famem exortam esse.

Narrat hanc famem Gregorius Nazianzenus post Basilii cum Eusebio reconciliationem et ante episcopatum. Sed quo potissimum anno acciderit, haud ita facile est dijudicare. Nullo argumento nititur Baronius, cur eam ad annum 367 referat, nisi inusitata illa et lapidibus simili grandine, quæ Constantinopoli et aliis in locis eodem anno cecidit mense Julio ineunte. At fames, quæ Cappadociam afflixit, ex frigore et siccitate repetenda est, ut ex testimoniis supra allatis perspici potest. Multo aptius calamitas refertur ad annum 368. Non enim convenit annus 366, quia Athanasius Ancyranus, qui vigente dudum fame mortuus est, concilio Tyanensi interfuit anno 367. Quinetiam hoc concilium, cui præfuit Eusebius Cæsariensis, inter famis molestias anno 367 vix cogi potuisset. Præterea Emmelia grassante fame ac paulo ante episcopatum Basilii, teste Nysseno (*g*), mortua est. Quare fames ab ordinatione S. Basilii non multum removenda. Neque etiam serius anno 368 fames contigit. Nam Basilius gravissimis curis tandem expeditus S. Eusebium Samosatensem invisit. At id ei integrum non fuisset, si fames anno 369 exorta esset. Non enim desiisset, nisi sub æstatem anni 370 paulo ante ordinationem Basilii. Quo tempore eum Samosata petiisse nemo prorsus suspicabitur.

CAPUT XII.

I. *Basilius Cæsario gratulatur inter Nicææ ruinas servato. Eusebio scribit epistolam* 27. II. *Episcopi sui morte afflictos Neocæsarienses consolatur.* III. *Item Ancyranos ob Athanasii mortem. Ibidem de epistolis* 24 *et* 25. IV. *Probatur utriusque episcopi et Emmeliæ matris Basilii mortem ad annum* 368 *exeuntem, aut* 369 *ineuntem pertinere.* V. *Gregorio molestis negotiis implicato opem fert Basilius.* VI. *Samosata petit Basilius anno* 369. *Post reditum scribit Eusebio de morte Silvani Tarsensis.* VII. *Ante episcopatum epistolæ* 35-37 *collocandæ.* VIII. *De aliis primæ classis epistolis.*

I. Cum Nicæam (*h*) terræ motus longe post hominum memoriam maximus evertisset die undecima Octobris anno 368, Cæsarius, Gregorii frater, qui in Bithynia præpositus erat thesaurorum, solus ex insignibus viris, aut certe cum admodum paucis incolumis evasit, idque modo quodam incredibili,

(*a*) N. 1, p. 62.
(*b*) N. 3, p. 64.
(*c*) *Or. in Basil.*
(*d*) Ep. 27.
(*e*) Ep. 30.
(*f*) Ep. 34.
(*g*) *Vit. Macr.* p. 187.
(*h*) Naz. orat. 10.

Digitized by Google

utpote ipsis ruinis protectus. Basilius, qui Cæsarium amabat, eumque æquo animo consilia sua accipere sciebat, non prætermisit in tam mirabili eventu occasionem gratulandi et adhortandi, ut quæ ipsum procul dubio subierant cogitationes periculi tempore, eas semper retineret. Scripta ergo hæc epistola 26, anno 368, paulo post eversam Nicæam.

Ægrotavit Basilius hoc anno non semel (*a*); quod minime mirum, accedente ad illius comitem infirmitatem sollicitudine et cura, quam in pauperibus sublevandis impendebat. Statuerat invisere S. Eusebium Samosatensem; sed his duabus rebus detentus est, morbis, et occupationibus, quas ei fames afferebat. Postquam cœpit emergere ex morbo et vires recolligere, supervenit aliud impedimentum, hiems, solito illa quidem mitior, sed tamen Basilio ita vehemens, ut non modo iter suscipere, sed ne ex cubiculo quidem prospicere posset. Sed tamen tanto ictus erat Eusebii desiderio, ut ei non dubitet polliceri, si et tempestas sinat et vitæ dies supersint, et iter non obstruat fames, se cito Samosata venturum, ut magnis Eusebii sapientiæ thesauris exsatiari possit.

II. Intra illud spatium, quod ab hac epistola usque ad tricesimam initio veris eidem Eusebio scriptam effluxit, obiere duo episcopi cum Basilio amicitia conjuncti, Musonius Neocæsariensis et Athanasius Ancyranus, ac ipsa etiam Basilii mater Emmelia.

(*b*) Erat Musonius vir omni virtutum laude cumulatus: primus ei locus in conventibus episcoporum non ætatis jure, sed virtutis merito deferri solebat. Novitatem in primis oderat, ac Ecclesiam suam ad antiquæ Ecclesiæ imaginem regebat, nihil de suo proferens. Unde factum, ut Neocæsarienses inter gravissimas illorum temporum procellas soli vel certe cum admodum paucis quiescerent, nec ullis hæreticorum ventis perflarentur. Musonius cum Basilio ad pacificationem Ecclesiarum concurrere noluerat, propter anticipatas quasdam, ut ipse fatebatur, opiniones. Forte ei Eustathius Sebastenus et alii ejusmodi homines displicebant, quos Basilius secum conjunctos habebat, et cum cæteris episcopis conjungere conabatur. Sed tamen summa erat inter utrumque de fide consensio, illiusque auxilium Basilius implorabat, quoties cum hæreticis certandum esset. Non pervenit ad extremam senectutem Musonius, sed tamen diu Ecclesiam Neocæsariensem rexit. Cum autem sciret Basilius quantum doloris illius morte traxissent Neocæsarienses, libenter eos invisisset, tum ut Musonio simul cum eis justa persolveret, tum ut mœrorem partiretur: sed cum eum multa detinuissent, per litteras eos consolari instituit. Ac viri quidem obitum majus damnum fatetur inferre civitati, quam calamitates, quas antea fuerat experta (anno enim 344 terræ motu eversa est), sed tamen monet ut dolori modum imponant, ac canes vel potius graves lupos abigant, digno pastore eligendo, qui a magno Gregorio, et aliis illius usque ad Musonium successoribus non degeneret. Obtestatur eos ut electionem episcopi suum quisque proprium esse negotium ducat. Denuntiat se, prout pastorem eligent, vel arctius conjunctum cum illis vel penitus disjunctum iri. Videtur Basilius timuisse, id quod evenit, ne quis et sibi et veritati non amicus in hanc sedem eveheretur. Musonium non appellat Basilius mortuum episcopum; sed hoc ei nomen fuisse scimus ex epist. 210, n. 39, in qua Basilius gravissimos errores exprobrat episcopo Neocæsariensi, sed sanam doctrinam in hac Ecclesia usque ad beatum Musonium fatetur viguisse.

III. Circa idem tempus mortuus est Athanasius Ancyræ episcopus, qui ab Acacio (*c*) in hanc sedem, pulso Basilio, evectus est anno 360. Duplex inerat huic ordinationi macula, et quod auctore insigni Ariano facta esset, et quod Basilius Ancyranus per vim et impressionem ab hæreticis depositus esset. Quare non mirum est magnas in ordinatione Athanasii discordias exstitisse. Sed tamen magnus fuit veritatis defensor Athanasius. Testatur Gregorius Nyssenus (*d*) nihil ei veritate antiquius fuisse. Interfuit (*e*) synodo Antiochenæ anno 363 ubi fides Nicæna suscepta, et Tyanensi anno 367, ubi pariter consubstantiale decretum est. Laudat Basilius (*f*) *magna illius et celebria pro recta fide certamina.* Eum existimabat, veluti firmamentum rectæ fidei (*g*), veræ ac veteris dilectionis semen, in solatium Ecclesiis servari. Os ejus (*h*) justa dicendi libertate et gratiæ verbis ad fratrum ædificationem scatebat. Ecclesiam suam sic rexit, ut omnes in unam consensionem et accuratam communionem vinculo pacis conjungeret.

Probabile est hujus Athanasii patrem fuisse Athanasium, ad quem scripta est Basilii epistola 24. In omnibus codicibus pater Athanasii episcopi dicitur, nec alium habemus cui id conveniat, præter Ancyranum. Erat ille vir magnæ eruditionis, gentium et urbium gubernacula tenuerat, et magnam progenitorum virtutem æmulabatur. Cum autem audiisset Basilius hunc Athanasium in liberos eum non esse quem deceret, cum præsertim paternis votis dignissimi essent, libere eum admonuit. Molestum id accidit Athanasio, qui sese apud Basilium purgavit, et iniquos rumores a Timotheo chorepiscopo ad Basilium perlatos conquestus est. Respondet ei Basilius, eumque probatum et purgatum sibi esse declarat, sed tamen hortatur, ut nullam calumniis ansam præbeat. Fatetur se aliquid audiisse, at nequaquam a Timotheo chorepiscopo. Hujus epistolæ tempus certo statuere non possum: sed collocanda fuit ante

(*a*) Ep. 30.
(*b*) Ep. 28.
(*c*) Sozom. lib. IV, c. 25.
(*d*) Ep. 29.
(*e*) Sozom. lib. VI, c. 12.
(*f*) Ep. 25, n. 2.
(*g*) Ibid. n. 1.
(*h*) Ep. 29.

Digitized by Google

epistolam 29, in qua mors Athanasii episcopi lugetur. Nondum presbyterum fuisse Basilium conjici posset ex his verbis : *Nec moleste feras, si quid a nobis docentium more dicetur.* Sed levis hæc conjectura.

Basilio nostro molestissima esse debuit Basilii Ancyrani ab Anomœis ejecti depositio, nec proinde placere Athanasii ordinatio. Sed tamen arctissima videtur ei intercessisse cum hoc Athanasio amicitia, quo amisso neminem sibi existimabat (*a*) superesse, cui Ecclesiarum curam deferret, neminem quem et molestiarum et lætitiæ socium haberet. Incidit eorum amicitiæ difficultas quædam, quæ longius processisset, si non summa fuisset in Basilio lenitas. Plurimi Ancyra Cæsaream venientes (*b*) uno ore Basilio nuntiarunt Athanasium ei succensere ac minas etiam aliquas intentare. Nemo erat ex Cæsariensibus Ancyram proficiscentibus, cujus aures hoc Athanasii sermone non circumsonuissent, scilicet a Basilio *noxas quasdam scribi et componi*. His enim verbis usum esse asserebant Athanasium, qui totidem verbis illius dicta referebant. Basilio, qui jamdudum humanarum rerum imbecillitatem perspexerat, nihil inexspectatum erat; sed tamen vehementer miratus est, ac instar monstri esse duxit, quod tanta sibi injuria ab homine et veritatis et charitatis servantissimo fieret. Causam reperire non poterat, cur sui odium cepisset Athanasium : suspicabatur aliquem ex hæreticis scripta sua sub Basilii nomine venditasse. Itaque peramice cum eo expostulat, quod non scripserit, aut saltem non se accersiverit, aut per fidum aliquem amicum dolorem significaverit. Rogat ut, si se ab hac sollicitudine liberare velit, quibus de causis ad hanc offensionem adductus sit, aperte declaret.

Scripta est hæc epistola 25 non multis ante mortem Athanasii annis. Jam enim Basilius veritate et scriptis et factis defendenda magnum sibi nomen pepererat; ac temporum molestiis ita animum assuefecerat, ut nullius jam hominis erga se immutatio inexspectata ipsi videretur. Sic autem Athanasii mortem deflet in epist. 29, sic desiderat summum illum virum, quem columnam et firmamentum Ecclesiæ vocat; tantamque illius morte jacturam fecisse se significat, ut facile pateat nascentem inter eos dissensionem cito sedatam fuisse. Hortatur Ancyranos, ut diligenter caveant ne rursus lites et discordiæ in novi episcopi electione nascantur. De Musonii et Athanasii successoribus sic loquitur Basilius, ut nihil boni ab eis exspectasse videatur. *Neocæsarea*, inquit (*c*), *et Ancyra visæ sunt habere successores eorum qui obierunt, et huc usque conquiescunt.*

Circa idem tempus ac Musonius et Athanasius, obiit S. Emmelia mater Basilii, de cujus morte cer-

(*a*) Ep. 22.
(*b*) Ep. 25, n. 2.
(*c*) Ep. 30.
(*d*) Ep. 31.

A tiorem facit Eusebium in eadem epistola. Scripta est hæc epistola nondum elapsa hieme, ut ex his verbis perspici potest : *Si omnes ordine scriberem causas, quibus in hunc usque diem detentus sum... morbos quidem alios aliis succedentes, hiemis molestiam, negotiorum continuitatem omitto dicere*, etc. Quare errore non carent ecclesiasticæ tabulæ, in quibus mors S. Emmeliæ ponitur die tricesimo Maii. Enumerat enim Basilius hiemem inter impedimenta, quibus hactenus detentus fuerat. Eo probabilius est hanc epistolam non scriptam esse mense Junio, quod aliam Basilius postea ad eumdem Eusebium epistolam scripserit (*d*), antequam fames desiisset. Sola enim fame detinebatur, quominus comitaretur Hypatium, consanguineum suum, morbo quodam languentemi, in quo curando consuetum successum non habuerunt viri donis curationum instructi. Quare Basilius ad alios confugiendum ratus, Eusebium rogat, ut religiosissimos fratrum (monasterii alicujus ascetas videtur designare) ad se accersat, qui sub ipsius oculis Hypatio medeantur; vel saltem ad eos Hypatium mittat litteris suis munitum.

B

C

IV. Nunc exponendum nobis est, quibus adducti rationibus ad annum 368 et 369 hos eventus referamus, quibus Tillemontius et plerique alii annum 373 assignant, Pagius vero, qui aliorum errorem alio graviore emendat, annum 370. 1° Nullum prorsus occurrit in toto episcopatu Basilii tempus, in quo ejusmodi eventus conjungi possint, ut in his quas recensuimus epistolis conjunguntur : nempe mors Musonii et Athanasii Ancyrani ac sanctæ Emmeliæ, diuturna fames Basilium ex continuis occupationibus respirare non sinens, consilium eundi Samosata per integrum annum, id est, per duas æstates ac unam hiemem hac fame interpellatum. Nil verbis opus est, ut hæc anno 370 non evenisse probem, quo Basilium recens ordinatum non fames occupabat, sed negotia ab episcopis ipsius electioni intercedentibus exhibita detinebant, nec Samosata cogitabat (*e*), sed Eusebium invitabat, ut sequenti vere Ecclesiam Cæsariensem reviseret. Ipse Pagius non elegisset hunc annum, nisi ordinationem rejecisset in annum 371. Nullum famis vestigium anno 371 (*f*). Basilium ab autumno usque ad primos menses anni sequentis, adventus Arianorum, exspectatio Valentis ac deinde ipsa persecutio sic detinuerunt, ut iter Samosatense in mentem venire non potuerit. Anno 372, statim post Pascha iter (*g*) aliquod suscepit, mense Maio aliud (*h*) meditatus est, quod ad exitum non perduxit. Sed postea Armeniam peragravit, ac tandem suavissimum mel Ecclesiæ Samosatensis degustavit. Nihil ergo ex his quæ quærimus, suppeditat annus 372. Superest annus 373, qui maxime arridet Tillemontio. Nam anno 374 et sequentibus exsulabat Eusebius. Reperimus quidem

D

(*e*) Ep. 48.
(*f*) Ep. 68, 71.
(*g*) Ep. 95.
(*h*) Ep. 98.

Digitized by Google

hoc anno Basilium invisendi Eusebii promissis obstrictum. At cur promissa non perfecerit, gravissimum morbum excusat in pluribus epistolis (*a*), nusquam famem. In epistola 145, appropinquante hieme scripta, cum spem omnem abjecisset visitandi Eusebii, morbis debilitatus, ipsum ad se invitat. Morbum et hiemem causatur in epistola ad Evagrium, cur in Armeniam proficisci non possit. Uno verbo nullum prorsus hoc anno indicium famis aut incipientis aut desinentis. Nemo famem anno 373 desiisse dixerit. Hac enim sedata Eusebium invisit Basilius, quod quidem anno 373 perficere non potuit. Eadem causa famis initium ad annum 373 referre non sinit : siquidem illa anno sequenti solutus Basilius Samosata petiit. At anno 374 exsulabat Eusebius. Immerito ergo Tillemontius mortem Musonii, Athanasii et S. Emmeliæ anno 373 exeunti affigere conatur.

2° Habemus certissimum Gregorii Nysseni testimonium, qui postquam mortem et sepulturam matris narravit, statim sic pergit (*b*) : Ἐν τούτῳ ὁ πολὺς ἐν ἁγίοις Βασίλειος τῆς μεγάλης Καισαρέων Ἐκκλησίας ἀνεδείχθη προστάτης · ὃς ἐπὶ τὸν κλῆρον τῆς ἐν τῷ πρεσβυτερείῳ ἱερωσύνης, τὸν ἀδελφὸν ἄγει · ταῖς μυστικαῖς ἑαυτοῦ ἱερουργίαις ἀφιερώσας · καὶ ἐν τούτῳ πάλιν αὐτοῖς ἐπὶ τὸ σεμνότερόν τε καὶ ἁγιώτερον προῆει ὁ βίος, τῇ ἱερωσύνῃ τῆς φιλοσοφίας ἐπαυξηθείσης. *Tum insignis inter sanctos Basilius magnæ Cæsariensium Ecclesiæ declaratus antistes, qui in clerum sacerdotii presbyterorum fratrem evehit, suis eum mysticis sacramentis consecrans ; tumque illis ad majorem gravitatem et sanctitatem vita progreditur, augente philosophiam sacerdotio.* Nimium clara et perspicua Gregorii verba, quam ut eludi possint ; multo minus dici possit errare in tam insignibus rebus domesticis enarrandis.

3° Ut hos eventus anno 368 exeunte aut ineunte 369 assignemus, rerum deinceps narrandarum series omnino postulat. Modo probabimus epistolam 34 ad Eusebium, cui summa est cum superioribus necessitudo, ante episcopatum scriptam esse. De Athanasio Ancyrano et Musonio nihil deinceps occurret. Neuter subscribet litteris in Occidentem (*c*) missis anno 372. Quinetiam ab Atarbio (*d*) successore Musonii gravissimas molestias Basilio exhibitas videbimus non multo post Pascha anni 373. Eodem anni 375 tempore sic compellat Neocæsarienses (*e*) : *Multo tempore inter nos siluimus, fratres.* Queritur ibidem quod eorum iracundia totam hominis ætatem perduret. Num sic locutus esset, si anno 373 exeunte aut ineunte 374, nondum ullæ exstitissent odii significationes, eosque tunc episcopi morte afflictos litteris amicissimis consolatus fuisset? His adde in opinione Tillemontii explicari vix posse, quomodo Basilius, qui se initio monasticæ professionis, ut supra vidimus, omnibus rebus nudaverat, quique hoc institutum amplectentibus nullius omnino retinendæ rei licentiam concedit, suo tamen patrimonio pauperes presbyter juverit. At id nullo negotio solvimus. Nondum desierat fames, cum matris morte ad eum bona redierunt, quæ statim urgente fame in pauperes effudit.

Necesse fuit in his probandis immorari, quia maximi sunt momenti ad ordinem rerum Basilii gestarum. Sed objicit Tillemontius (*f*) Basilium in epistola 30, sic de negotiorum suorum perpetuitate, et de insidiis sibi structis loqui, et cum Eusebio episcopo et Athanasio Ancyrano sic agere, ut dubium esse non possit, quin tunc episcopus fuerit. Videtur etiam sibi certissimas notas episcopatus perspicere, cum ait Basilius (*g*) secum Musonium ad Ecclesiarum pacificationem non concurrisse, sed tamen eum semper a se ad oppugnandos hæreticos advocatum fuisse : vel cum dicit mortuo Athanasio : *Cuinam deinceps Ecclesiarum curam deferemus?*

Sed 1° facilem et expeditam responsionem suppeditant, cum ipsa Cæsariensis Ecclesia, quæ jus exarchicum habebat, tum Basilii in hac Ecclesia auctoritas, quem Gregorius Nazianzenus (*h*) testatur, etsi cathedra inferiorem, Ecclesiæ imperium obtinuisse. His adde maxima ingenii, doctrinæ, et virtutis ornamenta, quibus episcopi tantum tribuebant, ut eum adhuc lectorem Constantinopolim ad veritatis defensionem accersiverint, et cum eo de maximis rebus Lampsacum profecturi deliberarent. Quid mirum si presbyter factus, cum plurimas partes regendæ Ecclesiæ Cæsariensis sustineret, non minimas etiam in iis, quæ ad exarchicum jus pertinebant, sustinuerit ?

2° Illud asseverare possumus, nihil his litteris inesse, quod episcopalem auctoritatem necessario designet. Nonne enim presbyter et perpetuis negotiis detineri potuit, et insidiis inimicorum appeti ? Quanquam negotia illa non aliunde, quam ex fame tunc grassante oriebantur, id quod minus animadvertit Tillemontius : insidiæ non magis Basilium, quam ipsam Cæsariensem Ecclesiam videntur petiisse. Secernit se ab episcopis Basilius, cum ait in epist. ad Eusebium (*i*), *dum vos cunctamini*, etc. In epistola ad Athanasium (*j*) nihil sane animadverto, quod Basilium honore parem Athanasio fuisse indicet. Imo queritur quod se Athanasius non accersiverit, ut doloris causas indicaret : quod profecto episcopus Cæsariensis non dixisset Ancyrano, cum præsertim Ecclesia Cæsariensis jura exarchica in Ga-

(*a*) Ep. 136, 138, 141.
(*b*) *Vit. Macr.* p. 187.
(*c*) Ep. 92.
(*d*) Ep. 126.
(*e*) Ep. 204, n. 1.
(*f*) Not. 65 *in Basil.*
(*g*) Ep. 28, n. 2.
(*h*) Or. 20.
(*i*) Ep. 20.
(*j*) Ep. 25.

Digitized by Google

latiam extenderet. Ridet quidem Athanasii minas Basilius. Sed num necesse fuit eum episcopum esse, ut se minas ridere diceret, nec adeo puerum esse, ut hæc terricula formidet? Neque etiam episcopalem auctoritatem sibi arrogabat (*a*), cum nomine episcopi sui, *qui ipso dominante dominari sibi videbatur*, vicinos episcopos ad defensionem veritatis advocaret, iisque curam Ecclesiarum deferret.

V. Cæsarius Gregorii Nazianzeni frater, anno 368 e Nicææ ruinis mirabiliter servatus, Dei beneficio ad animæ salutem uti, et a reipublicæ administratione recedere statuerat (*b*). Sed præclaro consilio mors obstitit paulo post superveniens. Mortui pretiosissima quæque et servi et alii homines servis non meliores diripuere, ac paucissima parentibus reservarunt, quæ statim pauperibus distributa sunt. Cum enim moriens dixisset Cæsarius : *Mea omnia volo esse pauperum*, frater illius Gregorius, ad quem tota domus sollicitudo redibat, pium mandatum summa religione perfecit. Sed simul prodiere commentitii quidam creditores, qui pecuniam a se Cæsarium accepisse dicerent. His statim numerabatur quidquid petebant, quandiu fuit unde absolverentur; unde nonnullos pœnitebat, quod plus non petiissent. Sed cum quotidie ejusmodi sycophantæ, sive improbitate, sive temporum miseria cogente, peterent, necesse fuit negare. Repulsam passi lites intulerunt, ac Gregorium in maximas ærumnas conjecerunt.

Basilius, qui res adversas Gregorii suas proprias esse ducebat, commendat illius causam Sophronio urbis Constantinopolitanæ præfecto. Demonstrat et se et Gregorium in ejusmodi negotiis hospites esse et peregrinos; quamobrem Sophronii prudentiæ statuendum relinquit, quod optimum factu sit, ut his molestiis liberentur. Cæterum rogat ut ea de re agat cum comite thesaurorum, ac Gregorii verbis declarat eum paratum esse quidquid de bonis Cæsarii reliquum est, ærario cedere, modo patronus ærarii respondeat iis qui adoriuntur, et probationes requirat.

In eamdem scripta sententiam epistola sequens, quam minus commode Tillemontius et alii referunt ad negotia Gregorio Nysseno exhibita anno 375. Agit enim de iisdem prorsus rebus ac præcedens.

In utraque epistola Gregorius vocatur episcopus, neque hac in re discrepant manuscripti codices ab editis. Sed has voces margini appositas fuisse, ut Theologi pater designaretur, ac inde in contextum irrepsisse, multis rationum momentis probatur. Non enim de Gregorio episcopo agitur in his epistolis, sed de ejus filio, qui nondum episcopus erat. 1° Is quem commendat Basilius, pauper erat, jamdudum vitam quietam agere statuerat, vetere cum Sophronio et Aburgio amicitia conjunctus erat. Hæc autem minime congruunt Gregorio patri opes non mediocres habenti (*c*), et episcopalibus curis jamdudum districto et ab ætate Sophronii et Aburgii remotissimo. At quadrant optime Theologo, qui omnibus rebus sese nudaverat et monasticam vitam profitebatur, et Sophronii ac Aburgii æqualis erat. 2° Theologus cum totius paternæ domus curam, tum in primis hujus molestissimi negotii pondus sustinuit, ut perspici potest ex ejus carmine de rebus suis. Hinc statim atque audiit fratris bona diripi, patrocinium Sophronii imploravit, eique scripsit epistolam 18.

Vix autem dubium esse possit quin hæ epistolæ ante episcopatum Basilii scriptæ sint. Scriptæ enim sunt non multo post mortem Cæsarii, qui anno 368 exeunte aut 369 ineunte obiit; siquidem spatium non habuit ea perficiendi, quæ tempore periculi statuerat. Nec sane verisimile est commentitios creditores, qui his litteris materiam dederunt, diu otiosos sedisse, ac non statim occasionem arripuisse. In carmine Gregorii de rebus suis, quod ante annum 372 collocari debet, quia nulla ibi mentio ærumnarum Sasimensium, non tamen multo ante, quia canos et rugas commemorat; in hoc, inquam, carmine molestias, quæ fratris mortem secutæ sunt, interdum ut præteritas deflet, interdum ut præsentes. Sed hoc forte tribuendum carminis licentiæ; atque etiamsi nondum anno 371 defunctus his ærumnis fuisset Gregorius; non idcirco epistolæ Basilii ad hoc tempus differendæ essent· sed negotium diu protractum videri deberet.

VI. Solutus tandem gravissimis curis Basilius ad complexum Eusebii Samosatensis properavit. Jam sese hoc promisso obstrinxerat præterito anno ; ac moras quidem fames et morbi et hiems attulerunt, sed nequaquam consilium infregerunt, ut perspici potest ex superioribus epistolis. Quare non dubium est quin quod tam asseveranter promiserat, tamque sitienter concupiverat, id anno 369 exsecutus sit. Præterea ex epist. 34, quæ ante episcopatum scripta est, Basilium in Eusebii congressum venisse cognoscimus. Precatur enim Deum, ut sibi *dignetur iterum perutilem Eusebii congressum concedere*. Hinc etiam in ep. 157, quæ scripta est anno 373 exeunte, sic Eusebium alloquitur : *Quam moleste tulisse me putas, quod tuo congressu præterita æstate caruerim? Atqui ne aliis quidem annis congressus talis exstitit, mihi ut satietatem afferret.* Eusebium ergo Basilius non semel invisit; sed cum semel tantum in episcopatu hoc iter susceperit, nempe anno 372, aliud primo itineri tempus assignandum est ante episcopatum.

Postquam rediit Basilius in Cappadociam, nova calamitas Ecclesiis supervenit, ex qua majorem in modum ingemuit. Ariani enim Ecclesiam Tarsensem occupaverunt (*d*), uno ex suis in hanc sedem imposito post mortem Silvani, qui ante iter Basilii Samo-

(*a*) Naz. ep. 25.
(*b*) Naz. or. 10.
(*c*) Naz. ep. 17.
(*d*) Ep. 54.

Digitized by Google

satense, vel non multo post videtur obiisse. Suum ergo dolorem Basilius Eusebio significat, quod civitas tanta tamque opportune sita, ut Isauros, Cilices, Cappadoces et Syros per seipsam conjungeret, unius aut duorum hominum temeritate in perniciem nullo negotio conjecta esset, dum episcopi catholici cunctantur ac deliberant, et sese invicem respiciunt. Fatetur tamen nullam ejus rei culpam Eusebium sustinere, nec quidquam ab eo prætermissum, quod ad Ecclesiæ utilitatem pertineret.

Non tamen evenit quod metuebat Basilius (*a*), ne periret Ecclesia Tarsensis. Videtur enim maxima pars presbyterorum curam Ecclesiæ suscepisse, et pro fide catholica strenue dimicasse. Cum eis Basilius eadem amicitia et communione conjunctus fuit, quam cum Silvano habuerat, ut testantur litteræ 113 et 114. At cum episcopo Ariano nec Basilius nec presbyteri Tarsenses communicabant, ut observabimus, cum de iisdem epistolis agemus.

Scripta autem hæc ad Eusebium epistola anno 369 exeunte aut ineunte 370, siquidem post iter Samosatense scripta est, quod anno 369 circa autumnum suscepit Basilius. Presbyterum illam Basilium scripsisse monent codices mss. quibuscum optime consentit illud, *dum vos cunctamini, deliberatisque et vos mutuo respicitis*. His enim verbis secernit se Basilius ab episcopis. Quæ de Silvani morte diximus, confirmat epistola 67 ad Athanasium, scripta anno 371. Hunc enim beatum appellat Basilius, qui hunc titulum non solet nisi mortuis deferre.

VII. Ante episcopatum collocandas duxi tres sequentes epistolas, quæ inscriptione carent. Prima potenti cuidam amico, forte censitori, scripta est, cui jam multos commendaverat Basilius, sed nunc de meliore nota commendat ei Leontii domum, rogatque ut Leontio eamdem humanitatem exhibeat, quam sibi exhiberet, si qua possideret prædia, nec Dei beneficio in summa paupertate versaretur.

In duabus sequentibus epistolis rogat Basilius ut domui, in qua nutritus fuerat, antiquus census servetur, nec ei nova peræquatione oneris quidquam addatur. Atque id rogat non solum Dorothei presbyteri, collactanei sui, sed etiam sua ipsius causa. Nam, cum nihil proprium haberet, sed charorum et propinquorum rebus sustentaretur, alimenta ei ex hac domo præbebantur, opera illius presbyteri, cui mater Basilii maximam partem servitiorum ad eamdem domum pertinentium, quandiu presbyter ille viveret, utendam tradiderat, ea conditione ut Basilio alimenta ministraret.

Vel presbyteri vel episcopi dignitatem designat A Basilius (*b*), cum se parentis loco constitutum dicit propter dignitatem illam in qua a Domino collocatus erat. Sed cur episcopum illum fuisse non putem, cum tres illas scriberet epistolas, detinet me summa illa paupertas, in qua versari se dicit, nec prædia ulla possidentem, nec quidquam proprium habentem. Etsi enim in ipso etiam episcopatu pauperrimus fuit omnium hujus mundi bonorum, tunc tamen magis animo et liberalitate in pauperes pauper fuit, quam quod nulla prædia, nullos reditus haberet. Videntur enim ecclesiæ Cæsariensis satis amplæ, ut illis temporibus, opes fuisse : cujus rei testes sunt Taurici reditus (*c*), qui dum ex loco tam remoto Cæsaream ferrentur, spectantis Anthimi Tyanensis oculos lædebant. Basilii erat ager ille (*d*), in B quem plurimos episcopos anno 373 convocavit, ut firma esset omnium de fide Eustathii consensio. Si quis consideret amplissimum ædificium (*e*) quod Basilius anno 372 aggressus est, si sumptus quos faciebat in invitandis et excipiendis episcopis (mittebat [*f*] enim qui jam invitatos iterum admonerent et perhonorifice deducerent), illum profecto fatebitur eo paupertatis redactum non fuisse, ut nihil possideret, sed charorum et propinquorum facultatibus sustentaretur. Quare tres illas epistolas, quæ tantam Basilii paupertatem testantur, ante episcopatum necesse fuit collocare. Ipse Basilius discrimen aliquod agnoscit inter eam paupertatem, quam episcopus animo retinebat, et eam, quam ante illud tempus professus fuerat. Ait enim non illepide in epist. C 186 ad Antipatrum præsidem, qui crambe aceto condita sanatus fuerat, sibi crambem antea invisam fuisse, tum ob proverbium, tum quia comitem paupertatem in memoriam revocabat; nunc vero mirum in modum placere, postquam præsidi valetudinem restituit.

VIII. Epistolam 38 initio episcopatus S. Gregorii Nysseni, id est anno 372, scriptam conjicit Tillemontius. Sed, quia Basilius in hac epistola cum Gregorio nequaquam disserit, ut par erat cum collega disserere, sed eum potius ut tyronem theologiæ elementis imbuit (ait enim se hunc ei commentarium confecisse, ne hypostasim, ut multi alii, cum essentia confunderet); credere malim Gregorium hanc a D fratre pertractationem accepisse, cum relicta rhetoricæ cathedra totum se sacris et ecclesiasticis scriptoribus evolvendis dedit. Illud etiam probare possit hanc elucubrationem Basilii episcopatu antiquiorem esse, quod nihil habet de celeberrima illa quæstione, quæ initio episcopatus Basilii de Spiritu sancto exorta est.

De epistolis Juliani ad Basilium et Basilii ad Julianum jam locuti sumus. Quod spectat ad quinque alias epistolas quæ sequuntur, sunt illæ quidem di-

(*a*) Ep. 114.
(*b*) Ep. 37.
(*c*) Naz. or. 20.
(*d*) Ep. 244, n. 2.
(*e*) Ep. 94.
(*f*) Ep. 244, n. 2

Digitized by Google

gnæ Basilio ac præclarissima instituti ascetici præcepta continent. Ipsum etiam tempus optime congruit, si conjecturæ Tillemontii recipiantur. Ex his enim verbis epistolæ 46 (p. 136) : *At spiritus aerii, qui nunc in filiis contumaciæ operatur, exigua aura modo suscepta, abnegasti hæc omnia*, conjicit impium Juliani regnum designari. Illud autem epistolæ 45 : *Nosce quomodo jam Judæorum et gentilium filii ad Dei cultum compelluntur*, referri posse idem scriptor existimat ad imperium Joviani; quippe cum mors Juliani et exorta inter conatus instaurationis templi miracula conversiones ejusmodi commovere potuerint. Jamdudum apud Græcos nonnulli has epistolas Basilio abjudicarunt. Prima, quæ est ad Chilonem, S. Nilo a nonnullis tribuebatur, ut legimus in uno ex codicibus regiis. Si una S. Nilo tribuitur, cæteræ etiam tribuendæ; sunt enim omnes ejusdem inter se styli. Jam nonnulli in his litteris stylum Basilii desiderarunt; sed ad hanc dubitandi rationem illud etiam accedit, quod legitur in epist. 45, κατέδραμες ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, ἔνθα σοι καὶ αὐτὸς συνδιατρίβων ἐμακάριζον τῶν ἀθλητικῶν πόνων. *Petisti Jerosolyma, ubi et ipse tecum commoratus, ob athleticos te labores beatum prædicabam.* His verbis diuturna Hierosolymis commoratio indicatur, quæ in Basilium non convenit. Rem facile explicat et conciliat Combefisius, qui Basilium Hierosolymis baptizatum putat, ut in fabulosa illius vita legitur, quæ Amphilochii nomini supposita fuit.

Harum quinque epistolarum prima ad anachoretam quemdam in Palæstina, Chilonem nomine, scripta est, qui se ita in solitudinem abdiderat, ut ne sacris quidem conventibus interesset. Hoc præcipue illum edocet auctor epistolæ, quomodo fastidium solitudinis vitandum, et, si quæ subeant cogitationes sub specie obeundi sacras synaxes, quomodo repellendæ sint. Sequitur brevissima ad juniores admonitio. Epist. 44 scripta est ad monachum quemdam, qui ex summo pietatis fervore in magna crimina lapsus fuerat, et pecuniarum raptor evaserat. Sequens ad alium monachum, qui amplis opibus relictis hoc institutum amplexus fuerat, sed postea adulterium commiserat et nonnullos horrendum quidpiam jurare coegerat. Similis est argumenti epistola 46, et ad pœnitentiam hortatur virginem lapsam, quæ cum virginitatem violasset, voto se obstrictam negabat, quamvis virginitatem coram Deo et angelis et hominibus professa esset.

CAPUT XIII.

I. *Mortuo Eusebio minus caute Basilius successoris electioni providet.* II. *Ipse Basilius scriptaque Gregorii et Eusebii Samosateni opera eligitur.* III. *Intercedunt plures episcopi et ante ordinationem discedunt.* IV. *Quo anno hæc peracta ordinatio.*

I. Eusebius Cæsariensis episcopus animam in Basilii manibus anno 370 (*a*) leniter exhalavit, et ad Dominum, pro quo fortiter et strenue in persecutionibus decertaverat, annis episcopatus fere octo exactis, profectus est. Nemo sane tanta sede dignior erat Basilio, neminem latebant eximia doctrinæ et sanctitatis ornamenta; spectata omnibus erant summa de Ecclesia Cæsariensi merita, cujus administrandæ jam plurimas partes ab episcopo commissas sustinuerat. Sed tamen quominus hoc lumen excelso loco collocaretur, plurima obstiterunt, quæ Gregorius Nazianzi episcopus summa prudentia et animi fortitudine removit. Ipse Basilius ne suspicans quidem oculos in se conjectum iri, amicum suum Gregorium accersivit, verbis quidem, ut ei pene moriens extremum vale diceret (videtur enim tunc consueto illius et comiti morbo aliquid novi doloris accessisse), re autem vera ut Gregorii consilio et opera in episcopi electione uteretur. Perculsus hoc nuntio Gregorius lacrymas fudit, seque ad iter accingebat, cum episcopos ad urbem sensit concurrere. Tum vero Basilii consilium intellexit, ac proficisci abnegans, cum Basilio pluribus nominibus jurgavit : (*b*) primum quidem, quod non vidisset se hominum sermones ac ambitus suspicionem, amico ad ejusmodi tempus accersito, non evitaturum; deinde quod cum se ipse in electionis tumultum interponere non auderet, per Gregorium, quocum erat tam arcta amicitia conjunctus, ea decenter agi posse crederet, quæ ipse per se egisset indecore : denique quod pios homines plus posse in ejusmodi electionibus existimasset, quam potentes et apud vulgus gratiosos. Iis de causis Gregorius cum ipse proficisci noluit, tum Basilio auctor est, ut prudenti secessu tumultus et pravas suspiciones fugiat. Verisimile est Basilium amici consilio paruisse, ac latebras quæsiisse dum electio perageretur. Sed immerito Baronius (*c*) post Eliam Cretensem ad Basilium refert Gregorii Nazianzeni verba (*d*) de pastorum præstantissimo ovilis curam adhuc detrectante, ac paulo post suscepturo. Loquitur enim hic de Nazianzenis monachis, inter quos unum præcipue laudat.

Videtur Basilius paulo antequam Eusebii oculi clauderentur, ad Gregorium scripsisse, vel certe antequam mortis nuntius Nazianzum deferretur. Nam Gregorius, cum se ad iter accingeret Basilii invisendi causa, sensit episcopos ad urbem concurrere, seque intellexit a Basilio non tam ad morbi solatium, quam ad operam in episcopi electione tradendam allici. Cognovit ergo ex hoc episcoporum concursu mortuum esse Eusebium : nec dubium est quin, si certior de hac morte factus antea fuisset, statim et Basilii consilium et consequentia ex hoc consilio incommoda vidisset.

Non deerunt fortasse qui mirentur vel libenter non credant episcopos Cappadociæ statim post Eusebii mortem, antequam litteris cleri advocarentur,

(*a*) Naz. pag. 310 et 342.
(*b*) Naz. ep. 21.
(*c*) An. 369.
(*d*) Or. 12.

Digitized by Google

Cæsaream advolasse. Sed tamen nihil videntur hac in re præter morem Cappadociæ fecisse. Idem fecerunt anno 373, cum falsus de Basilii morte rumor allatus esset, ut perspicimus ex epistola 141, n. 2. Nemo sane dixerit tunc eos litteris cleri vocatos fuisse.

Cur idem mortuo Eusebio credam evenisse, præter testimonium Gregorii Nazianzeni, quo jam usus sum, aliud rationis momentum suppeditant litteræ Gregorii episcopi ad eosdem episcopos. Hi enim Gregorium Cæsaream advocarunt (*a*), sed tam perfunctorie, ut nec adesse illum oportere significarent, nec qua de re, aut quo tempore. Permolestum id fuit optimo seni : at profecto molestum esse non debuisset, si jam illum, itidem ut alios episcopos, de more clerus invitasset. Tunc enim necesse non fuisset, ut cleri litteris additæ episcoporum litteræ singula accurate persequerentur.

II. Cum prævideret venerandus senex, id quod usu evenit, varia hominum studia in eligendo episcopo futura, declarat (*b*) episcopis neminem se habere, quem Basilio præferre possit, viro et vitæ sanctitate et doctrinæ præstantia longe super alios omnes eminenti : nec illius corporis debilitatem obstare debere; cum episcopus quæratur, non athleta, ac præterea Dei virtus in ejusmodi infirmitate eluceat. Promittit se adfuturum, si hoc suffragium recipiant, ac operam eis daturum vel spiritu vel corpore : sin autem certis conditionibus via capessenda sit, ac factiones contra æquitatem conflentur, gavisurum se quod fuerit contemptus.

Honorifice invitatus ab Ecclesia Cæsariensi Gregorius (*c*) demonstrat Cæsariensibus, quanti sit momenti electio episcopi, cum in omnibus Ecclesiis, tum maxime in Cæsariensi aliarum Ecclesiarum matre. Summum significat veniendi ad eos desiderium, si per morbum et senium liceat; sed interim declarat ex viris principatu dignis, quos in Ecclesia Cæsariensi plures esse non inficiatur, nominem Basilio præferri debere; eumque coram Deo teste asseverat et vitæ et doctrinæ sanctitate vel solum, vel omnium maxime aptum esse, qui Ecclesiam his molestissimis temporibus gubernet. Atque hæc scribit clero et monachis, et honoratis ac curiæ et universæ plebi. Si sibi assentiantur, atque hæc vicerit sententia, pollicetur se adfuturum spiritu, jamque in antecessum manus imponere : sin aliud quidpiam illis placeat, ac sodalitia et cognationes vigeant, aut promiscua turba parum loci legibus ecclesiasticis relinquat, participem se eorum consilii non futurum.

Non putavit Gregorius observandum esse hoc loco, quod Basilius utilius ac satius esse docet in epist. 290, ut dicto testimonio studia vitentur, nec quisquam contendat, ut sua vincat sententia, sed Deum precetur, eique quinam magis idonei sint, judicandum relinquat. Non modo sibi videtur Gregorius hac lege non obstringi, sed etiam Ecclesiæ Cæsariensi ac episcopis minari non dubitat, se non adfuturum, nec participem eorum consilii futurum, si sua non vincat sententia, si quem alium Basilio præferant. Huic autem agendi rationi non modo venia debetur, sed etiam laus maxima, eique palmam dat Gregorius filius (*d*) inter cætera patris præclare facta. Nam cum omnium de Basilii virtutibus judicia consentirent, ac luce clarius esset neminem alium sine summo legum ecclesiasticarum contemptu eligi posse; Gregorius eo tam acriter defendendo nec jura nec libertatem suffragiorum attentabat, sed potius a factionibus et præposteris studiis ad ecclesiasticæ utilitatis cogitationem omnium animos revocabat.

Has patris litteras indicat Gregorius (*e*), cum ait : *Litteras scribebat, monebat, populum conciliabat, sacerdotes, cum alios, tum eos qui altaris sunt, obtestabatur, decernebat, ordinabat etiam absens, canitiei suæ hoc dabat, ut apud alienos, tanquam apud suos auctoritate uteretur.* Quibus ex verbis colligi possit non duas tantum a sancto sene, sed plures alias Ecclesiæ Cæsariensi scriptas fuisse. Videbatur hanc ab eo sollicitudinem poscere hujus Ecclesiæ status. Erat enim magna animorum dissensio. Basilium omnibus præferebant selectissima et purissima pars populi, universus clerus et asceteæ : sed invidebant et oppugnabant magistratus, ac infimæ plebis perditissimi quique cum magistratibus conjuncti, et, quod inimicis religionis jocandi materiam dabat, ipsi etiam episcopi.

Erat sane metuendum, ne Ariani, qui anno 365 Ecclesiæ Cæsarieusi insidias struxerant, dissensionibus laborantem occuparent et everterent. Quare Gregorius cum nondum adesse posset, ac præsidio non mediocri tempus egere intelligeret (*f*), magnum ex Oriente lumen accersit, S. Eusebium Samosatenum, missis per Eustathium diaconum litteris, in quibus demonstrat quanto versetur in periculo Cæsariensis Ecclesia, rogatque ut illius veniat auxilio, ac exantlatis pro Ecclesia laboribus hunc etiam adjiciat. Cæterum habere se præ oculis virum, ipsi Eusebio non ignotum, *quem si obtinere possumus*, inquit, *scio acquisituros nos magnam apud Deum fiduciam, atque in populum, qui nos advocavit, beneficium maximum collaturos.* Hortatur ut ruptis omnibus moris incommoda hiemis antevertat. Hanc epistolam, quæ inter Basilianas reperitur, nemo jam fere est, qui Gregorio restituendam non fateatur.

Accurrit sanctus martyr in Cappadociam; idque certo scimus ex epistola 48 Basilii, et ex testimonio Gregorii (*g*), qui Spiritum sanctum ab exteris

(*a*) Naz. ep. 23.
(*b*) Ibid.
(*c*) Ep. 22.
(*d*) Or. 19.
(*e*) Ibid.
(*f*) Basil. ep. 47.
(*g*) Or. 20.

Digitized by Google

regionibus viros pietate claros et zelo flagrantes ad ungendum Basilium excitasse testatur. Non dubium est quin tanti fidei defensoris præsentia lucem reddiderit Ecclesiæ Cæsariensi, et multos ex curia, ac forte etiam ex ipsis episcopis ad saniorem sententiam adduxerit. Nam testatur Gregorius (*a*) Spiritum sanctum abunde vicisse. Sed tamen illius monitis et hortatibus plures episcopi non videntur cessisse. Nam cum eorum numero, qui episcopum proclamaturi erant, unus deesset ad canonicam electionem, Nazianzi episcopus (*b*) non solum senectute, sed etiam morbo fractus, animamque agens, iter aggredi non dubitavit, ut calculo suo electionem juvaret. Colligit Tillemontius ex his verbis Gregorii necessaria fuisse ad canonicam electionem majoris partis episcoporum suffragia. Quod quidem eo diligentius servandum erat in electione Basilii, quod non solum plures episcopi intercedebant, sed etiam adjunctos secum habebant magistratus et perditissimos quosque cives.

Proficiscente patre scripsit Gregorius (*c*) ad S. Eusebium, cujus zelum et sudores laudat et gratam Deo libertatem; eique acceptum refert quod patris senectus renovata fuerit : unde etiam rem ex sententia successuram sperat : veniam petit, quod non accurrat ad ejus complexum linguis improborum cedens; sed paulo post venturum se promittit, quod tamen perfecisse non videtur. Vicit abunde Spiritus sanctus per Eusebium et Gregorium, qui cum vehiculo, tanquam mortuus feretro, impositus fuisset, ex labore vires traxit; et cum rem egregie administrasset, ac dimicasset, Basiliumque in throno collocasset, firmus ac valens domum rediit, oculos erectos habens a manuum impositione et unctione, atque etiam ab illius qui ungebatur capite roboratus.

III. Invidorum Basilii mirum in modum furor exarsit, ubi conatus suos in ventum effusos viderunt : plagarum, quas sibi hac electione videbantur accepisse, ignominiam ferre non potuerunt. Itaque non solum conviciis Gregorium episcopum et maledictis vexaverunt, sed etiam ordinationi interesse, et cum Basilio communicare noluerunt. De factis patri conviciis non silet Gregorius (*d*), alterum autem facinus prætermittit. Sed illud non obscure perspicimus ex ep. 48 ad Eusebium Samosatenum ubi Basilius sic loquitur : *Nostri autem spe et exspectatione non exstitere meliores. Nam, cum statim post egressum tuum advenissent, multa quidem tristia dixere, multa etiam fecere, ac tandem discesserunt, firmato nobis schismate.* Ex postremis testimonii verbis colligimus episcopos, dum Cæsaream post egressum Eusebii veniunt, minime communicasse cum Basilio; nec tum primum schisma conflasse, sed jam antea conflatum confirmasse. Non ergo interfuerant ordinationi, nec Basilio manus imposuerant, nec cum eo communicaverant. Pondus addit huic sententiæ eorum Cæsarea ante Eusebium discessio. Cur enim Eusebius, cui longum iter peragendum erat, serius tamen quam isti discessit, nisi quia sese proruperunt, statim ac victos se esse viderunt? Illud etiam argumento est, insigne aliquid hos episcopos fecisse, quod hujus dissensionis totæ civitates et populi participes fuerunt, ejusque fama ad remotas provincias pervenit, ut postea videbimus. Non opus est verbis refellere Baronii (*e*) sententiam, qui Basilii adversarios fuisse existimat, non eos quos diximus episcopos, sed præsidem Cappadociæ, *et alios huic proximos Cæsareæ agentes, et civitatem susdeque miscentes, ut in gratiam Ariani imperatoris alius crearetur episcopus.*

IV. Quo Basilius anno ordinatus fuerit, non una est criticorum sententia : Baronius et Bollandus anno 369 ordinatum fuisse contendunt; anno 370, Petavius et Tillemontius. Nihil moror Pagium qui ordinationem differt usque ad annum 371; hæc enim opinio stare non potest. Ex duabus autem aliis sententiis longe potior videtur ea quam defendit Tillemontius.

1° Pendet ordinationis annus ex mortis annô. Constat enim Basilium præfuisse (*f*) octo annos Ecclesiæ Cæsariensi et (*g*) nonum incepisse. Non minus certum et exploratum est quod testatur Gregorius Nyssenus (*h*), novem aut decem post Basilii mortem mensibus, concilium Antiochiæ habitum fuisse, sedata persecutione. Quare cum Basilius obierit Calendis Januarii, id quod a nemine negatur, ac proinde hoc concilium, quod novem aut decem mensibus post ejus mortem habitum est, non potuerit nisi Septembri aut Octobri mense celebrari; ut de concilio, ita de Basilii ordinatione et morte statuemus. Si concilium referamus ad annum 378, paulo post mortem Valentis qui die 9 Augusti periit; mors Basilii ad anni 378 initium, ordinatio ad annum 369 referenda. Si concilium differatur ad annum 379, ordinatio et mors Basilii pariter uno anno serius collocandæ. Quod spectat ad concilium, egregie probat Tillemontius episcopos 146 (totidem enim huic concilio interfuisse patet ex collectione Holstenii) non potuisse intra duos menses ex variis exsiliis Antiochiam convenire, cum præsertim summa esset rerum in Oriente, tristissima clade accepta, perturbatio. Præterea in eadem collectione (*i*) habemus nonnullas subscriptiones episcoporum, inter quas legitur nomen Eulogii Edesseni. At is adhuc presbyter Antinoum relegatus sub Valente, rediit Edessam pace reddita, teste

(*a*) Naz. or. 20.
(*b*) Naz. or. 19, 20.
(*c*) Naz. ep. 29.
(*d*) Or. 19.
(*e*) Ad an. 370.
(*f*) Naz. carm. 65.
(*g*) Nyss. *Vit. Macr.*
(*h*) Ibid.
(*i*) Tom. I, pag. 176.

Digitized by Google

Theodoreto (*a*), et Barse mortuo Ecclesiam Edessenam suscepit, ac ordinatus a S. Eusebio Samosatensi fuisse ferebatur. His adde reditum confessorum a plerisque historicis Gratiano acceptum referri. Revocatos a Valente dicunt Rufinus et Hieronymus. Sed, si id concessit Valens, perpaucis ante mortem mensibus concessit, nec proinde satis spatii fuit, ut concilium ex tot locis uno aut altero post ipsius mortem mense cogeretur.

2° Multæ res gestæ Basilii, quarum seriem deinceps texemus, inprimis persecutio, quam anno 371 et 372 sustinuit, necessitatem afferunt ordinationis in annum 370 conferendæ. Nondum enim duos episcopatus annos emeruerat Basilius, cum Valens Cæsaream venit. Nam insumpta episcopatus initia in recolligendis episcoporum Cappadociæ animis : quod ubi ex sententia confecit, statim aggressus est ad pacificationem Ecclesiarum, et tum cum mitteret Dorotheum in Occidentem, persecutionis terror denuntiatus.

Nec leve argumentum Tillemontio suppeditat ordinatio Demophili Constantinopolitani, quam Basilius in epistola (*b*) paucis mensibus post suam ipsius ordinationem scripta nuntiat Eusebio, si minus ut recentissimam, saltem, ut nondum cognitam in Cappadocia, cum Eusebius in Syriam rediit. Quare utriusque ordinationis, Basilii et Demophili, idem fere tempus videtur fuisse. Porro Demophili ordinationem pertinere ad annum 370, inde patet, quod Eudoxius ejus decessor (*c*), qui hanc sedem invaserat anno 360, undecim annis impietatem suam exercuit, ac Valentiniano tertium et Valente tertium consulibus obiit.

His rationum momentis nonnulla alia addit Tillemontius. Narrat Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* Basilium obiisse sub Gratiano : quod quidem intelligi non potest, nisi de interjecto inter Valentis mortem et Theodosii electionem tempore.

Objici posset quod ait in eodem libro Hieronymus sanctum Ephrem sub Valente mortuum esse. Nam, cum exstet sancti Ephrem oratio de laudibus Basilii, ipsius etiam Basilii mors sub eodem imperatore ac proinde ad initium anni 378 esset referenda. Sed in hac oratione tanta est S. Ephrem de Valente loquendi libertas, ut eum huic superfuisse imperatori merito existimet Tillemontius. Testatur Theodoretus (*d*) Arinthæum interfuisse his quæ Trajanus liberrime dixit Valenti, cum is Constantinopoli versaretur anno 378. Tunc ergo nondum obierat Basilius (*e*), qui mortui Arinthæi uxorem litteris suis consolatus est.

In Gregorium Nyssenum præcipue exarsit persecutio, qui e manibus militum elapsus, latebras persequi coactus est. Idem tamen exsequiis Basilii interfuit; nam Gregorius Nazianzenus (*f*) morbum suum excusat, cur una cum eo justa persolvere Basilio non possit. Sedata ergo erat persecutio, alioqui non ausus esset Gregorius Nyssenus magnæ civitati vultum suum ostendere; ac proinde Valenti superfuit Basilius.

Sumit etiam Tillemontius argumenti loco, quod ait Gregorius (*g*) se Constantinopolim profectum esse, *non præter fortis illius veritatis propugnatoris, quique nihil unquam aliud nisi piam et salutarem orbi universo doctrinam spiravit, voluntatem animique sententiam.* Quamvis huc accedat Theophanis auctoritas, vereor tamen ut satis firmum sit argumentum, quod ex Gregorii verbis deducit Tillemontius. Non enim se Basilii consilio hac in re usum esse dicit Gregorius, sed conjecturam facit ex summo illius catholicæ doctrinæ amore, cur ei non displicuerint suscepti ad liberandam Constantinopolim labores.

Opinatus est Baronius Basilium die 14 Junii ordinatum fuisse, et cum inter illius ordinationem et Eusebii decessoris mortem aliquid effluxerit temporis, mortem Eusebii rejicit in annum præcedentem. Sed, si obiisset Eusebius anno præcedenti, vix serius Septembri obiisset; siquidem Gregorius Nazianzenus Eusebium Samosatensem invitans ad electionem, hortatur ut hiemis incommoda antevertat. At nimium esset intervallum a mense Septembri usque ad diem 14 Junii. Eadem ratione probatur ordinationem die 14 Junii factam non fuisse. Quomodo enim uno saltem mense ante hoc tempus hiemis incommoda metuisset Gregorius ? Quamvis autem in Martyrologiis Usuardi et Adonis dies festus Basilii ad Junii decimum quartum diem ponatur; non tamen eum duo illi scriptores hac die ordinatum dicunt, longeque probabilius est hunc diem festum, qui Calendis Januarii celebrari non poterat, idcirco in Junium mensem rejectum fuisse. Quare multo commodius Eusebium circa mensem Junium obiisse existimat Tillemontius, Basilium autem mense Septembri ordinatum fuisse. Atque haud scio an etiam aptius differatur usque ad mensem Octobrem ordinatio, ad quam invitans Eusebium Gregorius metuebat, ne illi incommoda hiemis subeunda essent, nisi mature proficisceretur. Aliud causæ esse non puto cur Gregorius Nazianzenus octo tantum annos Basilii episcopatus numeret, nisi quia, cum sero ordinatus fuerit anno 370, paucorum mensium habita ratio non fuit. Hinc etiam Basilius, quamvis multæ gravesque subessent causæ Eusebio post ordinationem scribendi, sero tamen id fecit, eo quod Cappadoces ad ejusmodi itinera hieme subeunda tardiores essent. Objici posset Eudoxium circa mensem Maium obiisse anno 370, nec tamen de illius successore quidquam alla-

(*a*) *Hist.* lib. IV, c. 18.
(*b*) Ep. 68.
(*c*) Socrat. lib. IV, c. 14 ; Sozom. lib. VI, c. 13.
(*d*) Lib. IV, c. 30.
(*e*) Ep. 269.
(*f*) Naz. ep. 37.
(*g*) Or. 20.

Digitized by Google

tum esse in Cappadociam ante reditum Eusebii, quem Basilius (*a*) certiorem hujus rei facit. Sed, ut observat Tillemontius, quamvis Eudoxius mense Maio videatur obiisse, fieri potuit ut Ecclesia Constantinopolitana non statim Demophilo traderetur, mora aliqua ambitiosis illius consiliis obstante.

CAPUT XIV.

I. *Cæsariensium magna fidei studia.* II. *Jus exarchicum Cæsariensis Ecclesiæ probatur.* III. *Post divisionem Cappadociæ idem jus retinuerunt episcopi Cæsarienses.* IV. *Objecta solvuntur et decretum secundæ synodi generalis explicatur.*

I. Paucis describendus est Cæsariensis Ecclesiæ status, ut perspiciatur quam molestum Basilio fuerit, qui secretæ vitæ semitam in deliciis habebat, in tanta luce collocari (*b*). Clarior erat Cæsarea catholicæ fidei studio, quam erectis olim ob fusos hostes tropæis, aut opportuno tum ad hiemem tum ad æstatem situ, aut quod virorum ferax esset, et alendis pecoribus idonea, ac omnes sub sole urbes equorum gregibus superaret. Nulla alia civitas sub Juliano religionem acrius defendit. Ait Gregorius Theologi pater (*c*) hanc Ecclesiam omnium pene Ecclesiarum matrem et antiquitus fuisse, ac nunc etiam esse et censeri, ac in eam alias Ecclesias, veluti circulum centro circumscriptum, oculos conjicere, non solum propter fidei integritatem jam olim omnium fama prædicatam, sed etiam ob concordiam manifesto Dei beneficio concessam. Hujus fidei et concordiæ præclarissimum specimen vidimus, cum Valens, ejusque comitatus, nefarii hæretici, inanem in oppugnanda Cæsarea conatuum suorum exitum plorarunt. Fidei fervor, teste Gregorio Nazianzeno (*d*), sæpe populum Cæsariensem in electionibus episcoporum ad contentiones et dimicationes arripiebat. Nunquam apud eos intermissa fidei Nicænæ prædicatio, ut discimus ex ipso Basilio (*e*). Non solum Cæsarea, sed tota etiam Cappadocia incendium illud, quod totum Orientem vastaverat, saltem usque ad annum 375 effugit, ut perspicimus ex pluribus Basilii epistolis (*f*). Quin etiam (*g*) Cappadociæ episcopi erant veluti scopuli quidam in mari prominentes, ac furorem hæreticorum fluctuum excipientes, qui dum frangerentur circa Cappadociam, ea quæ retro sunt non alluebant. Si qui interdum episcopi prave sentirent, populorum metu errorem premere cogebantur. Testatur enim Gregorius Nazianzenus (*h*) nonnullos episcopos cum Basilio in fidei negotio minime consensisse, nisi quantum eos populi consentire cogebant. Sed, si Arianis aditus in Cappadociam non patuit, antiquæ hæreses nondum in hac regione erant exstinctæ (*i*). Nam ex Encratitarum secta duos episcopos Basilius in Ecclesiam redeuntes suscepit (*j*). Supererant etiam in Cappadocia ethnici non pauci. Nam per omnes fere agros sparsi erant Magusæi, gens superstitiosa olim ad hanc regionem incolendam Babylone adducta.

S. Gregorius Nyssenus (*k*) ab itinere Hierosolymitano Cappadoces hac maxime ratione dehortatur, quod, si Dei præsentiam ex iis quæ conspiciuntur conjicere liceat, multo magis in Cappadocia Deus, quam aliis in locis videatur habitare. Ibi enim plurima esse altaria, per quæ nomen Dei celebratur, ac pene plura quam in toto orbe terrarum. Inest sane his verbis magna exaggeratio; sed tamen perspici ex illis potest quæ ad Dei cultum pertinent, plurimum in Cappadocia splendoris habuisse. Necessaria sane erat religio Christiana ad emendandos Cappadocum mores, qui inter pessimos homines numerari solebant. Inde fiebat ut qui aut Christiani non erant, aut in Christiana religione veterem hominem servabant (*l*), omnibus vitiorum maculis notarentur, ex quo interdum natæ S. Basilio ingemiscendi causæ.

II. Nulla deerant Cæsareæ magnarum urbium ornamenta (*m*); sed magnum inprimis decus Ecclesiæ Cæsariensi afferebat latissime pertinens jurisdictio. Quot enim provinciæ ducibus et vicariis Ponticæ parebant, totidem Cæsariensis episcopi curis commissæ fuerunt. Certe Armenia, quæ una erat ex illis provinciis, Basilio, veluti cuidam exarcho parebat. Nam anno 372 mandatum accepit Basilius (*n*) ab imperatore, ut episcopos huic provinciæ daret. Adjunctus est ei socius Theodotus provinciæ metropolitanus. Is Basilio ob illius cum Eustathio conjunctionem succensebat, nec ei operam suam tradere voluit. Non idcirco animum despondit Basilius, sed quidquid in ipso situm fuit, diligenter exsecutus est : pacem composuit inter episcopos Armeniæ, eorum in nonnullis rebus negligentiam reprehendit, et de iis sanandis, quæ indifferenter in Armenia peccabantur, regulas præscripsit. Cognovit etiam de illatis Cyrillo episcopo criminibus, ac Satalensi Ecclesiæ episcopum dedit. Immerito sane ejusmodi munus Basilio commissum diceretur, non ut dignitatis illius et jurisdictionis ratio haberetur, sed propter sanctitatis et doctrinæ famam. Neque enim ejusmodi nominibus devinciri solebat gratia Valentis; ac præterea detraxisset ea res de jure Theodoti, qui præclaram habuisset causam missi faciendi Basilii, nec tamen aliam protulit præter illius cum Eustathio conjunctionem. Neque etiam crediderim Basilium, qua erat in observandis canonibus religione, libenter ejusmodi munia obiturum fuisse in aliena provincia, repugnante ac operam suam denegante provinciæ metropolitano.

(*a*) Ep. 48.
(*b*) Basil. hom. *in Gord.* tom. II, p. 112, n. 2.
(*c*) Naz. ep. 22.
(*d*) Or. 19
(*e*) Ep. 140, n. ..
(*f*) Ep. 65 et 222.
(*g*) Ep. 203, n. 1.
(*h*) Or. 20.
(*i*) Ep. 188, *can.* 1.
(*j*) Ep. 258, n. 4.
(*k*) Tom. III.
(*l*) Ep. 119.
(*m*) Ep. 76.
(*n*) Ep. 99.

Digitized by Google

Anno 373, Faustus quidam ex Armenia venit ad Basilium cum litteris viri potentis, quæ ut iste ordinaretur episcopus petebant. Rejecit eum Basilius quia litteris et testimoniis episcoporum Armeniæ munitus non erat. Sed iste confugit ad Anthimum Tyanensem, secundæ Cappadociæ metropolitanum, qui, libenter occasionem arripiens vindicandæ sibi jurisdictionis, Faustum ordinavit. Permoleste id tulit Basilius (*a*), ac pluribus in epistolis contemptum se a Fausto, et factam sibi injuriam ab Anthimo queritur. Injustæ prorsus et absurdæ querelæ, si nulla erat in Armeniam episcopi Cæsariensis jurisdictio. Quinetiam huic rei, quæ totam Armeniam perturbaverat, remedium aliquod Basilius pro summa sua charitate afferre voluit, et ad Pœmenium scripsit, ut certiorem se faceret utrum res sanari necne posset : quod quidem illius auctoritatem et jura confirmat.

Anno 375, mortuo Theodoto, cum periculum esset, ne Ariani hanc Ecclesiam occuparent, Pœmenius Satalensis episcopus, celeriter anteveniendum ratus, inito cum collegis consilio, Euphronium Coloniensem in hanc sedem transtulit. Accessit ad hoc consilium auctoritas Basilii, ut ex pluribus litteris (*b*) ea de re scriptis perspicitur : suas ad illum querelas detulerunt Colonienses, quos humanissimis litteris consolatus est, spemque attulit se ad eos venturum, ac daturum operam ut illis satisfieret.

Basilii in ipsum Pontum exarchica auctoritas præclarissimo argumento firmaretur, si verum esset quod ait Gothofredus (*c*), Ponti episcopos ab eo convocatos (*d*) de more ad synodum fuisse. Sed eos ad synodum minime vocat : hortatur tantum, ut intermissam obeundæ celebritatis S. Eupsychii consuetudinem tandem aliquando resumant. Quanquam hæc ipsa consuetudo videtur observationem et reverentiam in Ecclesiam Cæsariensem, ut in communem matrem, habuisse. Sed certius nobis rationis momentum suppeditat Atarbius, Neocæsareæ, ut multis conjicimus indiciis, episcopus. Is cum Basilium media in Ecclesia acerrimis maledictis lacerasset, ac præterea Sabelliani erroris accusaretur ; scribit ad eum Basilius (*e*), ut Cæsaream veniat, et de illatis criminibus respondeat.

Ipsa etiam Galatia auctoritatem Ecclesiæ Cæsariensis reverita. Marcelli discipuli cum petiissent a Basilio, ut in Ecclesiam reciperentur, nec statim impetrassent quod volebant, quia res magni momenti erat, ac magnæ deliberationis ; confugerunt ad confessores Ægyptios in Palæstina exsules, et ab eis in communionem recepti sunt. Petrus Alexandrinus, qui Romæ versabatur, factam Basilio doluit injuriam, seque mirari Basilio significavit, quod non ad se querelas ea de re detulisset. Respondet Basilius se acceptam injuriam silentio pertulisse, propterea quod ejusmodi molestiis assueto nihil novi aut inexspectati accidere videatur ; cæterum spem sibi affulgere, Marcellianos a se in Ecclesiam æquis conditionibus adductum iri. Hæc discimus ex epist. 266. His addere possumus quod Sozomenus (*f*) narrat, Gerontium Nicomediensem episcopum ab Helladio Cæsariensi ordinatum fuisse. Adde etiam testimonium Gregorii Nazianzeni (*g*), qui quinquaginta sub Basilio chorepiscopos numerat, id est, episcopos, ut probavimus in Notis ad epistolam 53. Conceptis verbis Sozomenus (*h*) Ponticæ diœcesi attribuit quidquid a Bithynis ad Armenios pertinet.

III. Quinetiam postquam Cappadocia in duas provincias divisa fuit, episcopus Cæsariensis amisit quidem metropolitana jura in secundam Cappadociam, sed exarchica retinuit. Nam Ecclesia Nazianzena, quæ metropoli Tyanensi attributa fuit, non ideirco desiit exarchicam auctoritatem in episcopis Cæsariensibus revereri. Id colligimus ex epist. 54 Gregorii Nazianzeni, qui cum sustinendis episcopalibus muniis imparem se videret ob summam corporis debilitatem, Helladium Cæsariensem orat, ut senium suum, dando Ecclesiæ Nazianzenæ episcopo, consoletur. Baronio dubium minime videtur, quin hæc epistola ad Helladium Cæsariensem scripta sit : sed inde concludit nondum episcopum Tyanensem metropolitano jure in secunda Cappadocia potitum esse, cum hæc scriberet Gregorius. Merito displicet hæc opinio Tillemontio ; ac alium Cæsariensi Helladium intelligit, unum aliquem videlicet ex episcopis secundæ Cappadociæ. Sed uterque minus animadvertit, exarchicum jus episcopo Cæsariensi ablatum non fuisse in secunda Cappadocia ; nec necesse est aut alium Cæsariensi Helladium cum Tillemontio suspicari, aut Nazianzum nondum Tyanis attributum cum Baronio conjicere. Facile enim intelligitur curam Ecclesiæ jamdudum episcopo viduæ et ab hæreticis turbatæ, qualis tunc erat Ecclesia Nazianzena, præcipue quidem et proxime ad metropolitanum spectasse, sed tamen aliquam hujus sollicitudinis partem ad exarchum rediisse. Certe dubium esse non potest, quin se Helladius Cæsariensis in hoc negotium interposuerit. Eum enim nominatim incusat Gregorius in epist. 225, quod obstet ordinationi episcopi in Ecclesia Nazianzena ; idque non spiritali consilio, sed contentionis studio, nec ad canonum defensionem, sed ad iram explendam. Neque etiam Basilius Helladii decessor curam abjecit Ecclesiæ Nazianzenæ. Cum venisset Nazianzum, ut mortuo Theologi patri justa persolveret, rogat eum Gregorius (*i*), ut gregem

(*a*) Epist. 120, 121, 122.
(*b*) Ep. 227, 228, 229, 230.
(*c*) Cod. Theod. tom. VI, p. 12.
(*d*) Ep. 252.
(*e*) Ep. 126.
(*f*) Lib. VIII, c. 6.
(*g*) Carm. 1.
(*h*) Lib. VII, c. 9.
(*i*) Or. 19.

Digitized by Google

Nazianzenum consoletur, curam ei suam ac ductum promittendo : Ἡμᾶς μὲν οὕτω παραμυθήσῃ· τὴν ποίμνην δὲ πῶς; πρῶτον μέν, τὴν σὴν ὑποσχόμενος ἐπιστασίαν καὶ ἡγεμονίαν, οὗ πᾶσι καλὸν ὑπὸ τὰς πτέρυγας ἀναπαύεσθαι, καὶ οὗ διψῶμεν τῆς φωνῆς μᾶλλον, ἢ πηγῆς τῆς καθαρωτάτης, οἱ δίψει κάμνοντες. *Ac nos quidem ad hunc modum consolaberis : quonam autem pacto gregem ? Primum si curam tuam et ductum tuum (hoc est ejus viri, sub cujus pennis requiescere omnibus pulchrum ac præclarum est, et cujus vocem magis sitimus, quam purissimos fontes, ii, qui siti laborant) non defuturum pollicearis.* Redeunti e Ponto anno 375, cum nuntiata esset repentina Gregorii discessio, videtur id moleste tulisse, seque, ob hunc inopinatum eventum (*a*), necesse habiturum putabat Nazianzum proficisci. Porro non alia esse potuit hujus itineris suscipiendi causa, nisi ut Ecclesiæ Nazianzenæ provideret.

IV. Frustra objicitur Cæsariensem episcopum sedi Constantinopolitanæ subjectum fuisse a concilio Chalcedonensi. Quinetiam ante hoc concilium episcopi Constantinopolitani jurisdictionem suam in Asiæ et Ponticæ diœceses extenderunt : cujus quidem rei multa exstant exempla in Asiæ diœcesi ; illud autem in Pontica insigne, quod (*b*), mortuo Firmo Cæsariensi episcopo, Cæsarienses a S. Proclo Constantinopolitano episcopum petierunt, isque Thalassium elegit et ordinavit. Frustra, inquam, hæc objiciantur. Nam ex his quidem recte colligitur episcopos Cæsarienses et Ephesinos non tantæ auctoritatis fuisse, quantæ Antiochenos et Alexandrinos, ut eorum jura immensam episcoporum Constantinopolitanorum potestatem effugerent. At hæc jura nunquam eos habuisse, immerito prorsus colligatur.

Sed qui exarchicum jus Cæsariensi episcopo denegant, decreto synodi œcumenicæ secundæ nituntur, quæ canone 2 Ponticam diœcesim non uni exarcho attribuit, ut Ægyptum episcopo Alexandriæ, sed sancit *ut Asianæ diœceseos episcopi Asianam tantum gubernent, nec non et Ponticæ diœceseos ea tantum quæ ad Ponticam diœcesim pertinent : et Thraciæ ea tantum quæ Thraciæ sunt, administrent.* Favet huic sententiæ Socrates, qui Helladio, Gregorio Nysseno et Otreio non extraordinarium aliquod munus a synodo commissum fuisse, sed jurisdictionem in Pontica diœcesi gubernanda traditam existimat. Ait enim (*c*) hanc synodum *patriarchas constituisse provinciarum facta divisione, ita ut nullus episcopus ultra proprium diœcesim alienas Ecclesias invaderet. Id enim antea propter persecutionem promiscue factum fuerat. Ac Nectarium quidem regiam urbem et Thraciæ provincias sortitum esse : Helladium vero, qui Cæsareæ Cappadociæ post Basilium erat episcopus, Ponticæ diœcesis patriarchatum obtinuisse, et una cum illo Basilii fratrem Gregorium episcopum Nyssæ, et Otreium episcopum Melitinæ in Armenia,* etc.

Sed hæc tanti esse non debent, ut de rationum momentis, quas ad jurisdictionem Ecclesiæ Cæsariensis attulimus, quidquam detrahant. 1° Minime mirum, si synodus Constantinopolitana sancit ut Ægyptum episcopus Alexandrinus regat, de episcopis autem Ephesinis et Cæsariensibus idem nominatim non statuit. Ratio discriminis in promptu. Multo major erat auctoritas episcopi Alexandrini in Ægypto, quam episcoporum Ephesinorum et Cæsariensium in diœcesibus Asiæ et Ponticæ, in quibus metropolitanorum auctoritas jurisdictionem exarchi arctius coercebat : quod in Ægypto factum fuisse non videtur. Ibi enim vix ulli videntur exstitisse metropolitani. 2° Propositum non erat synodo in hoc secundo canone de variis in unaquaque diœcesi dignitatum gradibus statuere : sed prohibere ne in alienas diœceses quisquam sese obtruderet. Cui quidem canoni non videntur occasionem dedisse ordinationes persecutionis tempore a S. Eusebio et aliis ejusmodi præstantissimis viris factæ ; sed potius illegitima Maximi per episcopos a Petro Alexandrino missos ordinatio.

Quod spectat ad Socratem ; totus errat hoc loco, et cum secundo canone confundit aliud ejusdem synodi decretum, quæ, ut tandem aliquando hæretici secernerentur a catholicis, centra quædam communionis Instituit in singulis diœcesibus, et spectatissimos episcopos elegit, quibuscum qui communicarent, eos pro catholicis haberi voluit, secus vero, si eorum carerent communione. Ad decretum synodi accessit lex Theodosii, quæ exstat lib. XVI Cod. Theod., tit. 1. Sed neque hac lege, neque synodi decreto videtur ulla episcopis attributa jurisdictio. Nam Gregorius Nyssenus, qui parem sibi ac Helladio Cæsariensi honoris prærogativam a synodo delatam testatur, in quo positus fuerit ille honor statim exponit, dum ait (*d*) : μᾶλλον δὲ ἡ φροντὶς τῆς τῶν κοινῶν διορθώσεως ἐν τῷ τὸ ἴσον ἔχειν. *Vel potius commissa nobis cura communium rerum emendandarum, ita ut inferiores Helladio non essemus.* Nihil ergo mutavit synodus in jurisdictione ordinaria : sed auctoritatem extraordinariam ad communia Ecclesiæ negotia nonnullis episcopis attribuit.

CAPUT XV.

I. *Basilii cura et sollicitudo in Ecclesia regenda.* II. *Ei recens ordinato Gregorius adesse non potest.* III. *Scribit Basilius ad sanctum Eusebium.* IV. *Ejusdem litteræ ad eos qui gratulandi causa scripserant.* V. *Calumniæ ei ut nimium severo structæ refelluntur in epistolis* 51, 52. VI. *Leges ab eo latæ in epist.* 53, 54, 55.

I. Evectus ad tantam sedem Basilius, antequam se in pacificationem Ecclesiarum interponeret, do-

(*a*) Ep. 217.
(*b*) Socrat. lib. VII, c. 48.
(*c*) Lib. V, c. 8.
(*d*) Ep. ad Flav.

Digitized by Google

mesticis se finibus contraxit, ac primas episcopatus sui curas in componendis Ecclesiæ suæ moribus ac recolligenda episcoporum Cappadociæ gratia insumpsit. Testatur Gregorius (*a*) episcopatum in Basilio non habuisse incrementa virtutum, sed operationem latius patentem; quippe cum uberiorem materiam potestas suppeditaret. Quare ex iis quæ ab eo presbytero gesta narravimus, spectari potest quid episcopus gesserit. Enumerat Gregorius (*b*) *precum descriptiones* inter præclara Basilii presbyteri instituta, quibus verbis videntur designari preces in sacrificio fieri solitæ. Sed præterea ritum psallendi in Ecclesiam Cæsariensem induxit, quem sic ipse describit (*c*) : *De nocte siquidem*, inquit, *consurgit apud nos populus ad domum precationis, et in labore, in afflictatione ac jugibus lacrymis confitentes Deo, tandem a precatione surgentes, ad psalmodiam transeunt. Et nunc quidem in duas partes divisi, alternis succinentes psallunt, ac simul et meditationem Scripturarum inde corroborant, et animum attentum et cor evagationis expers sibi ipsi comparant. Postea rursus uni committentes, ut prior canat, reliqui succinunt. Et sic posteaquam in psalmodiæ varietate noctem traduxere intermistis precibus, die jam illucescente, omnes simul velut ex uno ore et uno corde psalmum confessionis Domino concinunt, propria sibi unusquisque verba pœnitentiæ facientes.* Utrum hæc presbyter instituerit an episcopus, non facile statuerim : sed certe ab eo instituta esse probant exhibitæ ei a Neocæsariensibus molestiæ propter illam, ut ipsi existimabant, novitatem, quam Basilius omnium Ecclesiarum institutis consonam esse demonstrat. Illud etiam sedulo providit Basilius (*d*), ut Deus *non humanis verbis, sed oraculis Spiritus sancti* in Ecclesia Cæsariensi placaretur.

(*e*) Primordia illius episcopatus optimis ad disciplinam legibus insignia fuerunt. Quanta illius sollicitudo fuerit in eligendis altarium ministris, cum ex litteris ad provinciæ suæ episcopos, ad chorepiscopos et ad Nectarium perspici potest, tum ex episcopis quos e clero suo aliis Ecclesiis concessit. Nulla illum his in rebus humana cogitatio movebat. Vir cætera in fratres et amicos lenissimus, inexorabilis erat, si quid eis oneris ad Ecclesiæ utilitatem imponendum esset. Hinc uterque Gregorius episcopi ab eo inviti et reluctantes ordinati. Qua erat humilitate sanctus Petrus Basilii frater, is qui postea episcopus fuit Sebastenus, non dubium est quin eadem illi vis facta fuerit, cum eum presbyterum Basilius ordinavit : quod quidem in primordiis episcopatus factum fuisse conjicitur ex his Nysseni verbis (*f*) : *Tum insignis inter sanctos Basilius magnæ Cæsariensium Ecclesiæ declaratus est antistes, qui in clerum sacerdotii presbyterorum fratrem evehit, suis eum mysticis sacramentis consecrans.* Parvi refert, quod Basilius in epistolis 79 et 216 quarum prima ad Eustathium anno 371 exeunte, altera ad S. Meletium anno 375 scripta est, Petrum fratrem non appellat presbyterum. Inde colligi non potest nondum tunc Petrum in presbyteri gradu ministrasse. Etsi enim accuratus erat Basilius in *ejusmodi* titulis pro cujusque dignitate deferendis, id tamen legis instar servandum esse non ducebat *in* litteris, quas privatim ad intimos amicos scribebat. Hinc Gregorio Nysseno non alium quam fratris admodum reverendi titulum tribuit in epistola 60 ad communem patruum. Anthimum Tyanensem reverendissimum fratrem appellat in epist. 58 ad fratrem Gregorium, non addito episcopi titulo; nec aliter de Gregorio Nazianzeno loquitur in epist. 98 ad S. Eusebium. Sed, cum Petrum Basilius (*g*) magnis de rebus suo et aliorum Cappadociæ episcoporum nomine ad episcopos Ponti mitteret, tunc eum (*h*), ut decebat, compresbyterum appellat. Non ascitus est in Ecclesiam Cæsariensem Petrus, sed monasterio præfuit, quod Basilius ad Iridem fluvium fundaverat.

Narratur (*i*) etiam Evagrius Ponticus a S. Basilio lector ordinatus fuisse. Sed quam libenter Basilius magna virtutum lumina altarium ministerio admoveret, demonstrat inprimis ordinatio in monasterio peracta, quæ apud sanctum Dorotheum (*j*) sic refertur : Ἔλεγέ τις τῶν γερόντων, ὅτι ὁ ἅγιος Βασίλειος ἐν κοινοβίῳ παραβαλὼν, μετὰ τὴν πρέπουσαν διδασκαλίαν λέγει τῷ ἡγουμένῳ· Ἔχεις ἀδελφὸν ὧδε ἔχοντα ὑπακοήν; Ὁ δὲ λέγει αὐτῷ· Πάντες δοῦλοί σου εἰσὶ, καὶ σπουδάζουσι σωθῆναι, δέσποτα. Πάλιν λέγει αὐτῷ· Ἔχεις ἐν ἀληθείᾳ τινὰ ἔχοντα ὑπακοήν; Ὁ δὲ ἤνεγκεν αὐτῷ ἕνα ἀδελφόν· καὶ ἐχρήσατο αὐτὸν εἰς τὸ ἄριστον ὑπηρέτην ὁ ἅγιος Βασίλειος. Μετὰ δὲ τὸ γεύσασθαι, ἔδωκεν αὐτῷ νίψασθαι· καὶ λέγει αὐτῷ ὁ ἅγιος Βασίλειος· Δεῦρο, κἀγὼ δώσω σοι νίψασθαι. Ὁ δὲ κατεδέξατο αὐτοῦ ἐπιχέοντος τὸ ὕδωρ. Καὶ λέγει αὐτῷ ὅτι, Ὅταν εἰσέρχωμαι εἰς τὸ ἱερατεῖον, δεῦρο ἵνα ποιήσω σε διάκονον. Καὶ τούτου γενομένου, ἐποίησεν αὐτὸν πρεσβύτερον· καὶ ἔλαβεν αὐτὸν μεθ' ἑαυτοῦ εἰς τὸ ἐπισκοπεῖον, διὰ τὴν ὑπακοὴν αὐτοῦ. *Commemoravit senum nonnullus, quod sanctus Basilius cum ad cœnobium venisset, post convenientem doctrinam, dixerit præposito : Habesne hic fratrem qui obedientiæ virtute ornatus sit? Respondit hegumenus : Domine, omnes servi tui sunt, et ad salutem consequendam aspirant. Iterum dixit ei : In veritate, estne tibi aliquis obedientia præditus? At ille adduxit ei unum ex fratribus; ususque est eo sanctus Basilius ministro*

(*a*) Orat. 20.
(*b*) Ibid.
(*c*) Ep. 207, n. 3.
(*d*) Ibid., n. 4.
(*e*) Epist. 160, n. 1.
(*f*) *Vit. Macr.*
(*g*) Ep. 203, n. 4.
(*h*) Nyss. *Vit. Macr.*
(*i*) *Hist. Laus.* c. 86.
(*j*) Doroth. c. 1, Cotel. *Monum. Eccles. Græc.* tom. I, p. 402.

Digitized by Google

inter prandendum. Postquam autem comedisset, dedit ei frater aquam ad lavandum. Tum dixit sanctus Basilius: Veni, ego quoque dabo tibi aquam abluendis manibus. Is vero passus est sibi ab ipso infundi aquam. Ait illi: Cum ingressus fuero in sacrarium, accede, ut te faciam diaconum. Quo peracto, in presbyterum etiam ordinavit; assumpsitque secum in episcopio, propter singularem ipsius obedientiam.

Non modici, ut illis temporibus, erant Cæsariensis Ecclesiæ reditus. Sed Basilius inter has opes pauperrimus, sua omnia pauperum esse ducebat. Sic illius paupertatem et austerum vivendi genus prædicat Gregorius (*a*), nempe tunicam unam, pallium unum, vigilias, obsonium, panem et salem, ut hæc in episcopatu non intermissa, vel saltem non multum demitigata fuisse videantur. Certe Basilius coram præfecto dicebat nihil prorsus sibi esse, præter laceros et detritos pannos, et paucos libros (*b*). Sic virenti perfacile erat in pauperes prolixum esse ac liberalem. Quo in genere sic magnificentia et sumptu prodiit Basilius, ut ptochotrophium ab eo ædificatum *novam civitatem* appellet Gregorius (p. 360), qui Basilium non in sola civitate charitatem suam nobilitasse testatur, sed etiam rure et in agris humanitatem ac munificentiam in pauperes iis omnibus, qui populo præerant, ut commune certamen proposuisse. Revera singuli chorepiscopi videntur unum aliquod ptochotrophium sibi commissum habuisse. Omnes enim chorepiscopos Basilius (*c*) ad festum S. Eupsychii convocavit anno 373, ut eorum ptochotrophia numerario commendaret. Summa illa charitas, quæ Basilium pauperibus totum addicebat, aditum omnibus ad illius patrocinium et commendationem dabat, ut ex plurimis epistolis perspicitur.

Quamvis pleræque orationes Basilii, quæ ad nos pervenerunt, ante episcopatum pronuntiatæ videantur, non tamen credibile est Basilium de prædicandi verbi studio quidquam in episcopatu remisisse, cum præsertim graviorem hujus rei necessitatem imponerent et dignitatis accessio et hæreticorum improbitas et persecutionis violentia. Non sola Cæsarea eloquio Basilii perfruebatur (*d*) : assiduus erat in pagis visitandis, nec eum morbus, nisi prorsus lecto affixisset, ab hoc officio deterrebat. Nimium multa colligenda essent, si episcopatus Basilii accuratam imaginem depingere aggrederer. Sed quid de Ecclesia Cæsariensi, quid de aliis Ecclesiis ei ut metropolitano, vel ut exarcho subjectis, quid denique de universa Ecclesia meritus sit, satis exstabit ex iis quæ deinceps narrabimus.

II. Magnum Basilius adjutorem habuisset, et ad secundas in omni ministerio ferendas aptissimum, si Gregorium suum ad se potuisset allicere (*e*). Nemo sane dubitabat, quin statim Gregorius ad amicum lætus accurreret, et cum eo honorem ac potestatem partiretur. Sed Gregorius protinus quidem ad Basilium scripsit, ut suum ex ejus ordinatione gaudium significaret : at desiderium illius videndi cohibuit, tum ut amici famæ consuleret, nec quisquam obtrectator eum studiosos sui colligere dictitaret (erant enim multorum animi adhuc exulcerati), tum etiam ne se ipse in invidiam et arrogantiæ suspiciones conjiceret (*f*). His rationibus persuadere Basilio conatur ne se statim accersat : neque enim se prorsus venturum, nisi cum Deus jusserit, et eorum, qui Basilio insidiabantur et invidebant, umbræ præterierint

Nondum victus his rationibus Basilius, contemni se a Gregorio questus est. Querelis peracute respondit (*g*) Gregorius. Fatetur sibi vitio dari posse, quod Basilium non satis pro meritis admiretur, quippe cum Basilii eloquentia ad eum digne laudandum opus sit; at insaniam potius quam illius contemptum objici debere. Cæterum, si idcirco incusetur, quod philosophari velit, petit ut sibi hanc unam rem Basilii eloquentiæ præferre liceat (*h*). Cessit tandem Basilius et amici prudentiam judicio suo comprobavit.

Gregorii absentiam lenierunt simulatis amoris significationibus Eustathii discipuli, quos Basilius ad episcopatum evectus, per causam auxilii et amicæ communionis perfidos speculatores ab Eustathio accepit, ut discimus ex epist. 223, n. 3 et 5. Horum duo nominantur in epistola 109, Basilius et Sophronius. Primi opinata sanctitas ita Basilium ceperat, ut eum vitæ suæ præsidium esse duceret; alterum in epistola 105 filium suum appellat. Uterque in dissimulando ita peritus artifex, ut cum eos domi suæ haberet Basilius, nefaria eorum consilia ne subodoratus quidem sit, antequam ad gravissimam ipsius contumeliam erumperent (*i*).

III. Vix Basilium Cæsarea episcopum adepta fuerat, cum S. Meletii tertium exsilium Antiochia ploravit, ut docet Tillemontius (*j*). Litteras ea de re lector attulit Basilio, quas ille non multo post misit ad Eusebium Samosatensem, quamvis eum de iis, quæ Antiochiæ contigerant, certiorem factum esse non dubitaret. Scribere Eusebio cupiebat statim post ejus reditum, sed moram attulit bajuli penuria, eo quod Cappadoces ita hiemem exhorrescerent, ut ne prospicere quidem ex ædibus auderent. Jam duos menses nivibus cooperti latitabant, cum tandem nactus est Basilius, qui Samosata proficisci auderet (*k*). Mittit, ut jam dixi, Eusebio allatas Antiochia litteras; nuntiat Demophilum jamdudum occu-

(*a*) Or. 20.
(*b*) Ibid., p. 349.
(*c*) Ep. 142.
(*d*) Ep. 206.
(*e*) Or. 20.
(*f*) Epist. 24.
(*g*) Epist. 10.
(*h*) Naz. or. 20
(*i*) Ep. 109.
(*j*) Tom. VII, pag. 360.
(*k*) Ep. 48

Digitized by Google

pare sedem Constantinopolitanam, ac simulacro quodam pietatis et rectæ fidei perfecisse, ut et dissidentes civitatis partes in unum coalescerent, et ex vicinis episcopis nonnulli eamdem conjunctionem amplecterentur. Narrat de schismate episcoporum Cappadociæ, ut supra vidimus; invitat Eusebium, ut vere Cæsariensem Ecclesiam invisat; ait se melius solito non valere.

Scripta est hæc epistola anno 370 exeunte, vel ineunte 371. Credere malim anno 370 scriptam fuisse. Quod enim duos jam menses nivibus cooperti Cappadoces dicuntur, id de mensibus non plenis et exactis accipi potest. Præterea hiems cito admodum in Cappadocia incipiebat. Non dubium autem quin clericorum aliquis hanc epistolam detulerit. Sic enim solitum scribere Basilium, saltem cum aliquem data opera mittebat, ex ep. 198 perspicimus. Quamvis autem unus tantum initio epistolæ designetur bajulus, socium tamen ei additum fuisse patet ex his verbis, *ut ipsi illi narrabunt*. Sæpe in ejusmodi litteris, etsi duo mittebantur, unus nominabatur, ut observavi ad epist. 243.

IV. Ex iis qui Basilio in primordiis episcopatus gratulandi et adhortandi causa scripserunt, duorum ad nos episcoporum nomina pervenere, Arcadii et Innocentii. Primus spem a se de Basilio conceptam significaverat (*a*), et reliquias martyrum ad ecclesiam recens a se constructam petierat. Perhonorifice respondet Basilius (*b*), seque illius studii adjutorem futurum promittit, si reliquias martyrum investigare possit. Innocentius, quem perabsurde librarii Romæ episcopum fecerunt, magnæ urbis et Cæsarea non parum distantis episcopus erat et Spiritus sancti glorificator, id est, divinitatis ejus defensor. Basilius (*c*) gratias ei agit, quod se adhortari, ac litteris recreare dignatus esset, *et velut puerorum infantiam ulnis suæ magnitudinis amplecti.*

Pergamius quidam Basilio ad episcopatum evecto gratulatus fuerat, sed cum responsum non accepisset, iterum scripsit, non sine gravibus querelis quod nova dignitas Basilio oblivionem et contemptum amicorum afflaret. Scribit itaque illi Basilius epistolam 56, in qua se natura proclivem esse ad obliviscendum fatetur, sed nunc negotiis districtum facilius oblivisci. Id causæ esse cur acceptæ a Pergamio epistolæ non meminerit. Cæterum hortatur Pergamium ut paucis verbis magna crimina inferre desinat : quippe cum amicorum oblivio et contemptus ex potestate ortus nihil mali non complectatur. Promittit se non prius Pergamii, quam sui ipsius obliturum.

V. Quæ supra diximus Basiliam inter et Dianium intercessisse, ea hoc tempore inimici illius ex silentio et oblivione exsuscitarunt, ac malo animo ampliaverunt (*d*). Dixerunt enim anathematizatum fuisse ab eo Dianium : qua calumnia nihil aptius erat ad invidiam Basilio, ut homini immoderato, creandam. De his rumoribus, quos malevoli homines spargebant, certiorem Basilium fecit Bosporius coloniæ in Cappadocia episcopus.

Perculsus hoc nuntio Basilius totam noctem traduxit insomnem quemadmodum ipse narrat in epistola 51, in qua exponit quid de Dianio a teneris senserit, ac ingenue fatetur se cum multis aliis in patria Deum timentibus insolabiliter doluisse, quod Dianius formulæ Constantinopoli a Georgio allatæ subscripsisset, sed tamen ad ejus communionem accessisse, postquam Dianius in morbum, ex quo mortuus est, lapsus, Basilio accersito juravit nihil sibi contra Nicænam fidem propositum fuisse, seque nihil aliud sentire, quam quod ab initio acceperat, ac precari, ut a trecentorum decem et octo Patrum sorte non separetur.

Iniqui de Basilio rumores ad canonicas quasdam, sive sacras virgines perlati fuerant. Ipse etiam Basilius falsis rumoribus deceptus, minus æquam de canonicis opinionem acceperat. Dedocuit virgines Bosporius, et ad æquiorem de Basilio sententiam adduxit, ac rursus Basilium de rebus canonicarum accuratius erudivit. Utrumque Basilio pergratum accidit, ac duplicem suam lætitiam canonicis significat in epistola 52, et nonnulla de dogmate disserit, ut modo videbimus.

Nec rebus nec tempore has epistolas (*e*) disjungendas duximus. In utraque is qui Basilium monet quid de illo dicatur, Bosporius est. Basilius in utraque structas sibi calumnias ejusmodi esse declarat, ut earum auctores credere non videantur se vel otiosi verbi rationem in die judicii reddituros. In utraque refellitur calidioris ac immoderati animi criminatio. Nam in epistola ad Bosporium legimus accusatum fuisse Basilium, quod Dianium anathematizasset, synodi Nicænæ defensionem ultra modum et legem perducens. In epistola ad canonicas non refellit nominatim hoc Dianii anathematizati commentum ; sed eamdem hominis immoderati opinionem a se removet, dum earum rogatu exponit quid de consubstantiali sentiat, ac eos, qui nondum hanc vocem receperant, benigne excusat, quia a Patribus Antiochenis, ut ipse opinabatur, rejecta fuerat. Illud etiam optabant canonicæ, ut suam Basilius sententiam aperiret de iis qui Spiritum Filio præponunt, aut Patre antiquiorem putant. Morem eis libenter gessit. Sed cur hoc ab eo postulatum est, nisi quia ipse in hujus erroris suspicionem vocabatur, ejusque animi moderatio in defendenda sancti Spiritus divinitate ab inimicis requirebatur? Hunc enim errorem acrioribus adversariis pneumatomachi ac nominatim ipsi Basilio affinxerunt, ut perspicimus ex epistola 251. Videtur ergo hæc epistola cum præcedenti et rebus et tempore conjungenda. Neque obscura est ratio, cur nihil Basilius

(*a*) Ep. 49.
(*b*) Ep. 50.
(*c*) Ep. 81.
(*d*) Epist. 51, 52.
(*e*) Ibid.

Digitized by Google

de sua fide exponat Bosporio, nihil de Dianio dicat canonicis (*a*). Nota enim erat fides Basilii Bosporio (*b*). Canonicas de iis quæ spectant ad Dianium erudierat Bosporius, re paulo ante ex ipso Basilio cognita.

Quod autem spectat ad sparsos de canonicis rumores, equidem ea de re non facile statuerim. Forte eorum mores in suspicionem vocati; sed videtur ipsa potius fides malo rumore flagrasse. Insumpta enim a Basilio opera, ut pravas consubstantialis interpretationes refellat et a seipso pravi erroris suspiciones removeat, argumento est canonicarum auribus aliquid ab Arianis inculcatum fuisse, easque non satis sibi cavisse ab ejusmodi hominibus, ac forte idcirco male audivisse.

De tempore utriusque epistolæ, non valde difficilis conjectura. Jam tum episcopus erat Basilius, siquidem et se et Bosporium Nicænorum Patrum hæredes esse dicit (*c*) : et Bosporium duobus locis fratrem appellat. Videtur autem recens fuisse ab ordinatione (*d*). Nam multo graviores calumniæ et querelæ exstiterunt anno 373, et Bosporius simultates habuit cum Basilio anno 372 ineunte, nec unanimis ei factus est nisi anno 373. Calumniæ ipsæ, quæ Basilio immoderatum animum affingebant, initiis episcopatus optime congruunt. Tunc enim plures episcopi, quos Basilii sanctitas, itidem ut magistratus et perditissimos cives, terruerat, susceptam cum eo simultatem vel potius schisma nondum deposuerant. Præterea patet adhuc exstitisse, qui quamvis catholice sentirent, non tamen consubstantiale reciperent : quos quidem postea anno 372 exeunte nullos fere videbimus exstare.

V. Testatur Basilius (*e*) se ab initio episcopatus prohibuisse, ne quis uxoris mortuæ sororem in matrimonium duceret. Hoc autem vitium non ideo prohibuit, quod late in Cappadocia pateret. Nam ipse fatetur (*f*) in hanc regionem non penetrasse : sed videtur id fecisse, dum Ecclesiam sibi commissam optimis legibus communire et ornare aggrediatur. Antea enim matrimonium ejusmodi in Ecclesia Cæsariensi non ex lege prohibitum erat (n. 2), sed ex more a majoribus tradito. Quod si tanta fuit Basilii ab initio episcopatus diligentia in iis prohibendis, quæ committi non solebant; quanto major exstitisse putanda est in iis resecandis, quæ contra sanctissimas Ecclesiæ leges fiebant? Quale fuit nonnullorum Cappadociæ episcoporum facinus, qui pretio ordinare ferebantur; atque hoc nefas pietatis nomine inumbrabant, nec peccare sibi videbantur, quia non ante, sed post ordinationem pecuniam accipiebant. Scribit eis Basilius (*g*) ac demonstrat quantum sit hoc nefas, ac declarat, si quis post hanc acceptam epistolam tale aliquid admiserit, eum ab altaribus secessurum, et quæsiturum ubi donum Dei emens, denuo divendat. Multi ex his episcopis nondum iniquam de Basilio sententiam deposuerant : sed eos Basilius, teste Gregorio (*h*), sic lenitate flectere conabatur, ut constantia et animi fortitudo non deessent. Atque id animadvertere est in hac epistola, quæ lenissimam ac charitatis plenam adhibet præfationem, nec tamen a severitate discedit, quam tantum nefas postulabat.

Hi episcopi, de quibus modo egimus, vocantur in antiquissimis codicibus mss. chorepiscopi. Sic etiam vocantur apud Gregorium Nazianzenum in carmine de vita sua (p. 8). Sed hoc nomen usus addixit presbyteris, qui certum quemdam pagorum numerum sub episcopi auctoritate gubernabant. Olim (*i*) mos erat, ut ministri, id est, subdiaçoni, in pagis non sine diligenti examine reciperentur; sedulo inquirebant in eorum mores presbyteri et diaconi et ad chorepiscopum referebant, qui testium veracium accepto suffragio, et episcopo admonito, ministrum clero asciscebat. Sed de hoc more deflexerant chorepiscopi in Ecclesia Cæsariensi, cum Basilius ad hanc sedem evectus est. Primum qui dem sibi totam auctoritatem attribuerant, episcopo neglecto : deinde etiam hujus rei curam ipsi abjecerant, et in presbyteros ac diaconos transtulerant. Inde evenerat, ut multi essent in singulis pagis ministri, sed nullus altarium ministerio dignus reperiretur, ac summam esse penuriam ipsi chorepiscopi faterentur, ubi diaconi aut presbyteri erant eligendi.

Basilius itaque cum videret rem in malum insanabile progredi, illo præsertim tempore, quo multi militiæ metu ministerium appetebant, renovat Patrum canones, ac chorepiscopis præcipit, ut catalogum ministrorum cujusque pagi ad se mittant, et a quo quisque introductus sit, et quæ sit illius vivendi ratio : eumdemque catalogum apud se retineant, et si qui post primam indictionem a presbyteris suscepti fuerint, inter laicos rejiciantur; ac rursus examinentur, et si digni fuerint, admittantur. Hanc regulam deinceps accurate servari jubet, ut chorepiscopi diligenter examinent quinam digni sint, et ad se referant : alioqui laicum futurum, si quis se non admonito in ministerium obrepserit.

Referenda hæc epistola ad primas episcopatus curas, quas Basilius in sancienda disciplina insumpsit : idque satis confirmant quæ de repetendo a prima indictione, id est, ab anno 358, ministrorum examine præcipit Basilius. Hoc enim spatium, cum sua sponte valde longum sit, non debet ampliari, hac epistola ab episcopatus initiis removenda.

Prohibuit etiam Basilius (*j*) initio episcopatus mu-

(*a*) Ep. 52, n. 1.
(*b*) Ibid.
(*c*) Ep. 51, n. 1.
(*d*) Vide infra, c. 28, n. 5.
(*e*) Ep. 160, n. 1.
(*f*) Ibid., n. 5.
(*g*) Ep. 53.
(*h*) Or. 20.
(*i*) Ep. 54.
(*j*) Ep. 55.

Digitized by Google

lieres extraneas, id est, virgines illas, quas presbyteri et alii continentiæ lege obstricti homines, eo libentius domi suæ habebant, quod virginitatis professio locum suspicioni præcludere videretur. Basilii decreto presbyter quidam septuagenarius, Paregorius nomine, minime paruit, sed longam epistolam scripsit Basilio, et chorepiscopum suum incusans, quod sibi hac in re veteris inimicitiæ significationes dedisset, et ipsum Basilium, quod calumniis aures facile præberet. Declarat Basilius se nec primum nec solum hanc legem de mulieribus extraneis sanxisse; eas enim a synodo Nicæna prohibitas fuisse. Quare, etsi ætas Paregorii suspicionem flagitii removet, quia tamen ejusmodi mulier sine aliorum offensione haberi non potest, jubet ut eam dimittat et in monasterio collocet. Quod si non pareat, longas ei epistolas nihil profuturas, sed eum in otio moriturum: et si depositus sacerdotium sibi arroget, cum ipsum excommunicatum iri, tum eos omnes qui illum receperint.

CAPUT XVI.

I. S. Basilius scribit S. Meletio. II. Episcopos Cappadociæ placat, adjuvante Theologi Gregorii patre. III. Nysseni artificia ad pacem conciliandam. IV. Basilius prior scribit patruo Gregorio eumque placat. Tandem Gregorius Naz. Basilium invisit. V. De epistolis 61-65.

I. Quamvis Ecclesia Cæsariensis episcopo suo affixa (*a*) præclare staret, nec iniquis episcoporum de illo judiciis moveretur; erat tamen hæc dissensio cum sua sponte Basilio molestissima (*b*), tum quia illius participes erant totæ civitates et populi. Nondum Basilii dolorem pax absterserat, cum scripsit ad sanctum Meletium epistolam 57. Id enim colligi potest ex his verbis, *Omnia enim hic doloris plena sunt.* Significat Basilius quantum inter has molestias Meletii litteris delectetur: prætermissam ab eo scribendi occasionem dolet: maximum bonum sibi eventurum putat, si coram congredi et illius vocem audire aliquando contingat. Quinetiam ad Meletium se contulisset, nisi eum retinuissent amantissimi fratres, quorum propositum ne litteris evulgaret, Theophrasto fratri perferendum commisit. Theophrastus ille idem videtur (*c*) esse ac Theophrastus diaconus, qui anno 372 paulo post Pascha mortuus est. Liquet Basilium, etsi litterarum commercio conjunctus esset cum Meletio, nondum tamen illius vultum vidisse, cum hanc epistolam scriberet. Id boni consecutus est circa medium annum 372, ac proinde hæc epistola ante hoc tempus collocanda. His verbis, quæ attulimus, adducti sumus ut eam hoc anno 371 collocaremus, antequam Basilius voluntatem episcoporum recollegisset. Arcana autem mandata, quæ Theophrasto data sunt, videntur spectare præclarum Ecclesiæ pacificandæ consilium, quod Basilius etsi tum demum aggressus est post- A quam Cappadociam pacificavit, antea tamen intendere et meditari potuit.

II. Consecutus est tandem Basilius, ut episcopi, qui de illo tam inique sentiebant, errorem suum agnoscerent (*d*). Adhibuit ad eos flectendos constantiam et animi fortitudinem summa lenitate temperatam: nec artificio et assentatione eos sibi devinciens, nec potestate terrens, sed indulgentia, quam in potestate adhibebat, eos alliciens. Consulebat enim in longitudinem, ac firmam et stabilem concordiam quærebat. Sed præcipue illius virtutis admiratione victi sunt, atque unam hanc demum sibi salutem esse intellexerunt: *Si cum ipso, et sub ipso sese collocarent, unum autem et certissimum periculum, si in ipsius offensionem incurrerent: ab eoque* B *disjungi, nihil aliud esse judicabant, quam a Deo abalienari. Sic ultro cesserunt, ac manus dederunt, et quasi ad tonitrui sonum sese submiserunt, alius alium ad ipsi satisfaciendum antevertentes, conceptamque prius adversus ipsum odii vim in non minorem benevolentiæ vim, ac virtutis incrementum (quam quidem unam firmissimam ipsi satisfaciendi rationem inveniebant) commutantes: præterquam si quis ob deploratam improbitatem neglectus ac projectus est, ut ipse in seipso contereretur atque consumeretur, non secus ac rubigo simul cum ferro consumi solet.*

Non mediocre ad eam rem præsidium habuit Basilius in Gregorii episcopi Nazianzeni sapientia, in quem, ut auctorem ordinationis Basilii, præcipue episcoporum iracundia eruperat (*e*). Sed optimus senex die et patientia sic eos vicit, ut indignatione in admirationem conversa, ad ipsius pedes ultro acciderent, pudore ob ea quæ gesserant suffusi, abjectisque odiis, eo patriarcha et legislatore et judice uterentur. Vix dubium est quin eodem tempore cum Basilio et Gregorio episcopi in gratiam redierint. Neutrum enim placassent, si in alterutrum iniqui esse perstitissent.

III. Neque etiam Gregorii Nysseni in hoc insigni eventu defuit opera, quanquam is immoderatus abundavit, nimioque studio reprehensionem non effugit. Ad hanc enim pacificationem omnino referendæ Basilii epistolæ 58, 59 et 60. Ex his litteris discimus Gregorium in Cappadocia episcopum, Ba- D silii patruum, cum episcopis Cappadociæ adversus Basilium consilia conjunxisse. Et res et tempus sic congruunt, ut hæc dissensio ab ea, quam de Basilii ordinatione ortam diximus, secerni non possit. Fuit enim vehemens hæc cum patruo discordia, illiusque participes fuere totæ civitates et populi (*f*). Non solus Basilio patruus succensebat, sed adjunctos habebat plures episcopos. Nullæ interim Basilium inter et patruum aliosque episcopos litteræ, nullus congressus: sed suspiciones et calumniæ in Basilium. His notis facile dignoscitur Basilii concerta-

(*a*) Ep. 48.
(*b*) Ep. 59, n. 3.
(*c*) Ep. 95.
(*d*) Naz. or. 20.
(*e*) Naz. or. 19.
(*f*) Ep. 59, n. 3.

Digitized by Google

tio cum episcopis, qui ab ejus ordinatione et communione refugerunt. At referri non possunt ad lites de jurisdictione susceptas cum episcopis secundæ Cappadociæ. Anthimus enim, qui posterioris hujus dissensionis auctor fuit, in priore amicus erat Basilio, eique operam navabat, ut patet ex ep. 58. Tempus etiam optime quadrat. Nam simultatem cum episcopis Cappadociæ compositam fuisse testatur Gregorius Nazianzenus (*a*), antequam Basilius de pacificandis Ecclesiis ageret cum Athanasio; quod consilium suscepit anno 371. Idem prorsus tempus assignandum iis quæ Basilium inter ac Gregorium patruum aliosque episcopos, interprete et sequestro Nysseno, gesta sunt. Gregorius enim Nyssenus, qui episcopus factus est anno 371, nondum hanc dignitatem adeptus erat, et cum eo, ut negotiis curisque vacuo, expostulat Basilius quod ad se difficilem et molestam vitam ingressum auxilio non veniat. Quibus etiam verbis initium episcopatus satis indicat. Nyssenum quidem vocat αἰδεσιμώτατον, *reverendissimum*. Sed hunc honorem presbyteris, ut observat Tillemontius, interdum defert, imo ipsis nonnunquam laicis, ut initio epistolæ 71. Immerito ergo hæc Tillemontius refert ad annum 371 et 372.

Rem autem sic transactam fuisse discimus ex epistola 58 Basilii et duabus sequentibus. Nyssenus epistolam unam attulit Basilio, ut a communi patruo Gregorio scriptam. Gratissimum id Basilio, epistolam ostendit pluribus amicis, ac Deo gratias egit. At cito deprehensum est commentum, seque hanc epistolam scripsisse Gregorius episcopus negavit. Terram sibi dehiscere optabat Basilius: adeo illi hoc fraudis et mendacii probrum displicebat. Alia rursus allata epistola, ut ab episcopo patruo, per Asterium Nysseni famulum. Ne hanc quidem vere miserat episcopus, idque Basilio Anthimus Tyanensis episcopus renuntiavit. Tertiam attulit Nysseni famulus Adamantius. Tum vero Basilius inter duas cogitationes hæsit; videbatur ei fidem et honorem mereri epistola per Gregorium fratrem missa; sed bis jam deceptus non poterat non diffidere. Scribit ergo ad fratrem, ejusque simplicitatem cum sua sponte Christianis non congruere, tum etiam tempori minime convenire declarat. Libere monet eum talibus negotiis manum admovere non debuisse, aut saltem ad se venire debuisse, sibique opem ferre novam vitam ingresso, quæ et corpus conterit et animam conficit. Tandem idem ei responsum dat, quod jam præsenti dederat, libenter se cum patruo et episcopis congressurum, si tempus et locum definiant, seque ut par est advocent: sed adesse se non posse, nisi modo congruenti advocetur.

IV. Tertiam illam epistolam merito suspectam Basilio fuisse, nec veriorem quam duas superiores, A perspicimus ex his Basilii ad patruum verbis in epistola sequenti: *Continere me amplius cum non possem, prior rupi vocem.* Nam cum eum intimis sensibus angeret hæc dissensio, nihil jam cunctandum esse ratus (*b*), scribit ad patruum, eique in memoriam revocat paternum illum animum, quem sibi per totam vitam exhibuerat. Obtestatur, ut cum pax et mansuetudo propriæ sint illius animi dotes, modum imponat tristibus rebus, ducem se aliis præbens ad optima, minime vero alium ad illicita sequens. Nam nec alios episcopos decere hanc dissensionem, sed ipsum maxime dedecere; cum præsertim malum non uno aliquo circumscribatur, sed totas civitates et populos lædat. Rogat itaque, ut sive Cæsaream veniendo, sive scribendo, sive ad B se accersendo, sive quocunque alio modo, remedium aliquod afferat.

Non caruit optato exitu tam insignis omnibus charitatis numeris epistola. Venerunt a patruo litteræ, per Gregorium fratrem allatæ, quæ et animum ad componendam dissensionem paratissimum significabant, atque etiam Basilium hortabantur, ut fratri, cui subiratus esse videbatur ob commentitias epistolas, iram redonaret. Unde Basilius (*c*) protinus ad patruum rescribens, declarat se fratris conspectu et antea delectatum fuisse, et proxime illius adventu ex corporis infirmitate et animi doloribus recreatum, nec quidquam a se magis alienum esse, quam inimicitias gerere cum propinquis. Cum C autem de dissensionis causa obscure locutus esset patruus, respondet Basilius se præ inscitia minus intelligere quid sibi velint quæ acta sunt: cæterum fratrem a se coactum non fuisse quidquam viva voce dicere, propterea quod nec antea ipsius sermo veritatis testimonio confirmatus fuerat. Nescio cur Tillemontius bis Gregorium a patruo, post acceptam Basilii epistolam, missum fuisse existimet. His enim verbis, *Et antea libenter videbam fratrem meum... et nunc eodem affectu suscepi advenientem*, hoc tantum indicat Basilius se fratris conspectu cum semper delectatum fuisse, tum etiam proxime, cum a patruo epistolam afferret.

Nihil patruus statuerat de congressus tempore et loco. Quapropter iterum rogat Basilius, ut hæc arD bitrio suo definiat; sibi enim statutum esse servire illi in charitate, sive Cæsaream venire velit; sive privatim, sive cum aliis congredi. Quid deinde gestum sit, nescimus: sed minime dubium, quin Basilius optatum cum episcopis congressum, quem sanandis vulneribus (*d*) necessarium judicabat, tandem consecutus sit, et ante medium annum 371, quo tempore ad pacificationem Ecclesiarum aggressus est, finem tristissimi dissidii viderit, cujus participes erant totæ civitates et populi, non quod alterutri parti studerent (neque enim id dicit Basilius), sed quia episcopi inter se sine populorum

(*a*) Or. 20.
(*b*) Ep. 59.
(*c*) Ep. 60.
(*d*) Ep. 59, n. 2.

Digitized by Google

offensione lissidere non possunt (*a*). Resederunt tamen in nonnullis animis reliquiæ doloris et invidiæ, quæ anno 372 emicuerunt.

Promiserat Basilio (*b*) Gregorius venturum se Cæsaream, postquam umbræ eorum, qui Basilio insidiabantur, præteriissent, et leprosi Davidem Hierosolymis desiissent excludere. Vix dubium quin promissa circa hoc tempus perfecerit. Quamvis enim Basilius in epistola 71, mense Septembri hujus anni scripta expostulet cum Gregorio, quod ad se non veniat; non tamen queritur, quod nondum se inviserit, sed quod magnam anni partem secum non traducat (*c*). Ubi secum habuit Gregorium Basilius, obtulit ei cathedræ honorem et primum inter presbyteros locum, sed recusanti et invidiam ac arrogantiæ suspicionem fugienti non modo molestus non fuit, sed etiam eum laudavit, quamvis provideret non defuturos qui se vituperarent et in contempti amici crimen vocarent. Gregorium non diu fuisse Cæsareæ probant Basilii querelæ, quas modo commemoravimus.

V. Scripta videtur epistola 61, antequam Basilius cum Athanasio maximis de rebus ageret. Ducem Libyæ, in Cappadocia natum, crudeliter et flagitiose viventem Athanasius excommunicaverat, idque omnibus Ecclesiis denuntiaverat. Respondet Basilius se illius litteras legisse Ecclesiæ suæ, ut hunc ducem omnes abominandum existiment, nec ignem et aquam cum eo aut tectum commune habeant. Addit se has litteras amicis ducis et propinquis et hospitibus ostendere non desiturum.

Cum Parnassenus episcopus obiisset, viduam Ecclesiam ex more consolatur Basilius (*d*), atque hortatur, ut dolori non succumbant, sed pastorem suum beatum existiment, atque ad necessariam Ecclesiæ curam assurgant. Scripta videtur hæc epistola antequam, Valentis adventu, Arianorum vires crevissent. Valde enim metuendum fuisset, ne Ariani in electione episcopi Parnasseni turbas facerent, nec omisisset Basilius periculi magnitudinem Parnassenis ante oculos ponere. Hinc etiam copia fuit optimi viri eligendi, quem Ariani expulerunt anno 375. Hypsin eum vocat Basilius (*e*).

Hoc anno 371, præsidem habebat Cappadocia Therasium, ut colligimus ex epistolis 77 et 78. Hujus assessor erat Elpidius, cum Basilio amicitia conjunctissimus. Cum eo libenter colloquebatur Basilius (*f*), quoties præses Cæsaream veniebat: cumque ex ejus sermone multa cognovisset de duobus eximiis viris, principali Neocæsareæ et Hesychio, quorum primum fama tantum noverat, cum altero autem communia olim litterarum studia, communemque amicum Terentium habuerat, utrique scribendum esse duxit, ut cum altero amicitiam iniret, cum altero renovaret. Sunt hæ epistolæ 63 et 64, quas idcirco ad hunc annum referimus, quia pertinent ad illud tempus, quo Basilius sæpe Elpidium, veniente Cæsaream præside, videbat.

Atarbius (*g*) Neocæsareæ, ut infra videbimus, episcopus, Basilii consanguineus ac ætate junior, longo silentio animum Basilio non amicum significabat. Sed Basilius, qui in amicitia vinci idem esse ducebat ac vincere, prior scribere ad eum non dubitat, eumque hortatur, ut, projecta iracundia, quam silentio significaverat, charitatem et pacem corde concipiat, et cum fratribus idem sentientibus studia et curas pro Ecclesiis conjungat. Nisi enim sanæ doctrinæ defensores tantum ad ejus defensionem laborent, quantum ad eam oppugnandam adversarii, nihil prohibiturum, quominus veritas ab inimicis eversa pereat, ac condemnationis participes futuros qui ad Ecclesiarum conjunctionem conspirare noluerint. Rogat autem, ut hanc opinionem ex animo projiciat, se aliorum communione non indigere. Id enim et charitati contrarium esse, et hominis non cogitantis, *belli malum, quod in orbem circumagitur*, in Cappadociam ac Pontum etiam perventurum.

Scripta ergo hæc epistola, antequam bellum, quod circuibat, Cappadociam attigisset; cum Valens jam multas vicisset Ecclesias, et Cappadociam oppugnaturus videretur, sed nondum oppugnasset. Præterea cum Atarbium salutet Basilius, ut fratrem unanimem et de fide recte sentientem; collocanda hæc epistola ante annum 373, quo Atarbii acerbitas in Basilium erupit, ejusque fides malis rumoribus flagravit.

CAPUT XVII.

I. S. Basilius Ecclesiam pacare aggreditur. II. Confugit ad S. Athanasium, misso Dorotheo diacono, ut auxilium ab Occidente impetretur. III. S. Athanasius mittit Petrum presbyterum in Cappadociam. IV. Basilii litteræ ad Meletium et ad Damasum papam. Iterum mittitur Alexandriam Dorotheus ut inde Romam proficiscatur.

I. (*h*) Domesticis rebus ex sententia compositis majora consilia Basilius aggreditur. Vir cætera moderatus sublime quiddam et immensum animo concipit, nec charitati, qua flagrabat, alios quam orbis terrarum terminos præscribit. Intimis illum sensibus angebant Ecclesiæ Orientalis calamitates. Grassabatur hæresis, sæviebat imperator, gravissimæ erant inter ipsos orthodoxos dissensiones, ac velut in nocturna pugna vix hostes ab amicis dignosci poterant. Basilius hæc mala non precibus solum studet avertere, teste Gregorio Nazianzeno (p. 346), sed et *piam doctrinam litteris consignat, adversariisque colluctationibus et prœliis ingentem hæretico-*

(*a*) Naz. or. 20.
(*b*) Naz. ep. 14.
(*c*) Naz. or. 20.
(*d*) Ep. 62.
(*e*) Ep. 237, n. 2.
(*f*) Ep. 77.
(*g*) Ep. 65.
(*h*) Naz. or. 20.

Digitized by Google

rem audaciam frangit ac propulsat, eos quidem, qui manus conferre ausi fuerant, armis linguæ cominus contundens : eos autem, qui procul ab eo dissiti erant, sagittis ex atramento confectis feriens, nihilo inferiore iis litteris, quæ olim in tabulis insculptæ sunt : nec uni tantum et exiguæ Judæorum nationi de cibis et potionibus, et caducis sacrificiis, carnisque purgationibus, sed omnibus hominibus, atque omnibus orbis partibus, de veritatis doctrina, ex qua salus comparatur, leges statuente. Deinde, quoniam eque imperfecta res est, actio sermone destituta, et sermo ab actione remotus, idcirco actionis subsidium sermoni adjungebat, alios videlicet adiens, ad alios legationem mittens, alios accersens, admonens, arguens, increpans, minis insectans, probris incessens, pro gentibus, pro urbibus, pro singulis etiam hominibus certamen suscipiens, omne salutis genus excogitans, undecunque medicinam morbo adhibens : Beseleel ille, ille, inquam, arcæ divinæ fabricator, materiam omnem et artem ad opificium accommodans, atque omnia contexens, ad eximiam quamdam unius operis pulchritudinem et concinnitatem.

Multiplex ille Ecclesiæ juvandæ modus, quem Gregorius describit, non ad solum episcopatus tempus referri debet. Hæc enim omnia Basilius presbyter navaverat : ejusque prudentia enituerat in pacificandæ Ecclesiæ consilio, ut supra vidimus. Sed ad episcopatum evectus, et in sede supra alias eminente collocatus, novos conatus adhibendos esse intelligit, ut Catholicos inter se conjungat, et ab Arianis omnino disjungat. Jam ea res tentata fuerat paucis ante annis, sed nullum habuerat exitum, interpellato a Valente concilio, quod Tarsi futurum sperabatur. Alia itaque aggreditur via, et ad Occidentales confugere statuit. Unam enim hanc auxilii viam (*a*) pandi Orientalibus Ecclesiis existimabat; nec dubium erat quin, si Occidentales idem studium ad Orientis defensionem adhiberent, quod in Occidente adversus unum aut alterum hæreticum adhibuerant, imperator multitudinis auctoritatem revereretur, ac populi ipsos libenter sequerentur.

Illud autem nemini dubium esse debet, quin Basilius (*b*) idem prosequatur, quod presbyter inceperat; ac de iisdem episcopis, iisdemque de rebus agat. Verebatur ne suspecti essent Athanasio episcopi illi *ob memoriam præteritorum*, quia videlicet eorum non pauci conjuncti olim cum Arianis fuerant. Iidem ergo sunt, ac qui anno 364, concilio Lampsaceno interfuerant. Quod in hoc concilio et pluribus aliis tentatum fuerat, ut qui idem sentiebant, una conjungerentur communione, id Basilius in epistolis hoc et sequenti anno scriptis perficere conatur : eique propositum est (*c*) ut, *qui circa veram fidem claudicant, manifesti omnibus fiant, agnoscantur autem qui recte sentiunt, nec jam velut in nocturna pugna nullum sit amicorum et inimicorum discrimen.* Legati a synodo Lampsacena in Occidentem missi redierant cum litteris Occidentalium : sed ea re nec mitigata persecutio, nec domesticæ dissensiones sedatæ. Quare satius esse videbatur Basilio, ut ex ipso Occidente mitterentur, qui Orientem inviserent. Fore enim ut, dum se omnes boni cum illis conjungunt, tanta auctoritas ipsum etiam forte imperatorem moveret : et dum Nicænam fidem instaurant legati, dum æquas ad pacem conditiones proponunt, facile et erroris defensores et perturbatores pacis dignoscerentur.

II. Sed cum nemo esset toti Occidenti venerabilior, quam S. Athanasius, nemo communibus malis plus doleret, nemo et in cernendis rebus acutior et in perficiendis efficacior, scribit ad eum Basilius (*d*), ac rogat ut pacificandi Orientis consilium suscipiat, et ex Ecclesia sua selectos viros mittat ad Occidentales episcopos, eisque exponat calamitates Orientis, ac suggerat modum opis ferendæ, simulque Domino pacificas preces offerat. Fatetur reliquas res Orientis fortasse ab eo sine Occidentalium adminiculo componi non posse : sed pacificationem Ecclesiæ Antiochenæ ex ipso pendere contendit, ac in ipsius potestate situm esse, ut in alios temperamento utatur, alios compescat, præfecturas particulares abroget, ac antiquum Ecclesiæ robur restituat. Rogat ergo eum, ut Antiochiæ malis moveatur, et instar periti medici ab hujus Ecclesiæ cura, cui nihil præferendum in orbe terrarum, initium ducat.

Hæc epistola Dorotheo Ecclesiæ Antiochenæ diacono commissa est perferenda : sed cum ei videretur Basilius non satis aperte declarasse, res Antiochenas sic componi debere, ut Meletio adjungantur, quæ divulsa sunt; aliam ejus rogatu epistolam addidit Basilius (*e*), in qua conceptis verbis demonstrat et sibi et toti Orienti in votis esse, ut Meletius Antiochenæ Ecclesiæ gubernacula teneat, vir et fide inculpatus, et tum vitæ sanctitate longe aliis præferendus, tum quod universo Ecclesiæ corpori præsit, alii vero partibus tantum. Quamobrem æquum esse, ut ei alii adjungantur, velut magnis fluminibus minora : idque ita visum esse Occidentalibus, ut litteræ per beatum Silvanum allatæ testantur.

III. Non poterat Athanasius summam illam charitatem, quæ semper omnibus patebat, episcopo Cæsariensi in re tanti momenti claudere. Nullam moram huic eximio operi interponendam duxit, et acceptis Basilii litteris statim ei rescripsit, ac Dorotheo comitem adjunxit Petrum, non illum quidem qui ei successit (hunc enim nondum viderat Basilius (*f*) anno 373), sed alium Ecclesiæ Alexandrinæ presbyterum. Is a Basilio maxima cum lætitia exceptus est, ejusque approbationem et laudem meruit, dum Athanasii mandata strenue persequitur,

(*a*) Ep. 66.
(*b*) Ep. 82.
(*c*) Ep. 69, n. 3.
(*d*) Epist. 66.
(*e*) Epist. 67.
(*f*) Ep. 133.

Digitized by Google

concilians contraria, ac divulsa conjungens (*a*). Dubium quidem non est quin Basilio, antequam scriberet Alexandriam, multi ex collegis fidem dedissent se libenter Athanasio et Occidentalibus ad defensionem fidei ducibus usuros : at multi alii supererant, in quibus flectendis elaborandum fuit. Sperabat quidem Basilius (pag. 163), fore ut omnes Athanasio, quæ ad pacem Ecclesiarum constituendam pertinent, tandem committerent. Sed videntur nonnulli, dum Arianis occulte favent, ac tot episcoporum adversus hæresim conjunctioni aperte obstare non audent, astute moras innectere voluisse. Tales exstitere (pag. 162), qui requirebant ut Occidentales nominatim Marcellum damnarent, ac querebantur quod hactenus in solum Arium invecti fuissent, Marcello nulla prorsus sententia damnato, quem etiam in communionem receperant. Satis indicat Basilius hoc consilium a se ortum non esse (Eustathium potius ejusque similes crediderim auctores fuisse), sed tamen illud sibi fatetur probari: ac petendum putat ab Occidentalibus ut Marcelli mentionem faciant, ut nulla prorsus occasione his qui occasionem quærunt relicta facile pateat quinam sani sint, quive claudicent in fide.

Dum Petrus Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter in Cappadocia moratur, ac Basilio operam navat (*b*), multa inita sunt consilia, ac placuisse nonnullis videtur, ut imperator adiretur et opera summorum virorum, qui plurimum apud eum poterant, et catholicæ fidei erant studiosi, quales fuere Arinthæus, Victor et Terentius, patrocinium aliquod afflictis Ecclesiis conciliaretur. Fortasse hoc consilium inde ortum, quod in Athanasii sapientia plerique satis præsidii esse ducerent ad res Orientis componendas : ad impetrandam autem persecutionis remissionem plus posse viderentur magni illi viri quos diximus, quam legati ex Occidente. Sed cum animadvertisset Basilius viros illos nec posse nec velle de exsulibus loqui, atque etiam quod res pejus non irent, pro lucro ducere : hæc vicit sententia ut Dorotheus Romam mitteretur, ac inde aliquos excitaret, qui Orientem inviserent, mari utentes, ne quis eos interpellaret.

IV. Postquam id statutum habuit Basilius, Dorotheum diaconum, quem hactenus retinuerat, misit ad Meletium, ut ei narraret singula, et commentarium ostenderet, quo Romam eundi necessitas probabatur. Rogat Meletium Basilius (*c*), ut si res ei arridet, eam ad opus curet perduci, ac litteras exaret ac commentarium dictet, quibus de rebus et ad quos Dorotheum loqui oporteat ; atque ut auctoritatem habeant litteræ, suos etiam unanimes adjungat, etiamsi absint.

Non videntur ad exitum perducta esse quæ Basilius a Meletio petebat : nec communes Orientalium litteras Romam pertulit Dorotheus. Nam, ut infra videbimus, responsum soli attulit Basilio, qui suo nomine Damaso scripserat. Non enim dubium esse potest, quin epistola 70, etsi inscriptione careat, ad Damasum scripta sit. Huic Basilius Orientis mala ante oculos ponit, ac rogat ut legatos mittat in Orientem, majorum suorum exemplo, in primis Dionysii, qui olim in Cappadociam miserat, qui captivos redimerent. Nunc autem graviores multo causas subesse ; non enim ædium demolitionem lugeri, sed excidium Ecclesiarum ; nec servitutem corporum, sed animarum captivitatem.

Cum hac epistola Dorotheum Basilius comite, ut verisimile est, Petro Alexandrino ad Athanasium remittit, adjunctis aliis (*d*) ad Athanasium litteris, ex quibus perspici potest, quanto arderet studio Basilius rei perficiendæ. Mira enim diligentia sigillatim omnia persequitur. Gratias agit ob missum ad se Petrum presbyterum, a quo perutilem sibi navatam esse operam testatur. Athanasium rogat, ut Dorotheum precibus suis ac consiliis muniat ac litterarum viatico ; et nonnullis e suo clero adjunctis quamprimum dimittat. His quæ ab Occidentalibus petenda existimabat, illud etiam adjungit, ut Marcellum nominatim damnent, ne qua occasio relinquatur occasionem quærentibus. Monet etiam, ut cum legati advenerint (Alexandria enim transituros non dubitabat) modum eis præscribat Athanasius tanti muneris digne obeundi. Ait se scripsisse ad episcopum Romæ, sed nonnulla narrat se scripsisse, quæ cum in epistola ad Damasum non legantur, aut arcanis mandatis aut peculiari commentario videntur fuisse commissa. Non enim rogat Damasum in ea quam habemus epistola, ut legati utantur mari et secum afferant quæ contra synodum Ariminensem acta fuerant.

Ab initio episcopatus sancti Basilii usque ad secundam hanc Dorothei profectionem satis multa intercesserunt, ut eum mense Septembri, non citius, Alexandriam existimemus rediisse. Ordinatus Basilius mense Septembri vel potius Octobri anni 370, non parum insumpsit temporis in constituendis ecclesiasticis legibus et pacificanda Cappadocia ; nec probabile est missum ab eo fuisse Dorotheum ante Pascha hujus anni 371. Postquam Alexandriam venit Dorotheus et ea exposuit, quorum causa venerat ; sanctus Athanasius, etsi plurimum Basilio tribuebat, noluit tamen rem statim aggredi, et e clero suo, ut rogaverat Basilius, Romam mittere : sed quo loco in Cappadocia et finitimis regionibus essent res ecclesiasticæ per Petrum presbyterum cognoscere voluit. Is in Cappadocia diu moratus est, *concilians contraria ac divulsa conjungens*. Unde fatetur Basilius in epist. 69 (n. 1), diu retentum a se esse Dorotheum. Tandem illum misit ad S. Meletium, apud quem aliquandiu videtur commoratus. Tempus enim extrahere debuerunt et earum rerum,

(*a*) Ep. 69, n. 1.
(*b*) Ep. 68.
(*c*) Ibid.
(*d*) Ep. 69.

Digitized by Google

quæ a sancto Basilio proponebantur, deliberatio, et insumenda opera ut communibus litteris unanimes quique subscriberent. Quin etiam antequam Dorotheus ad S. Meletium mitteretur; jam Ariani episcopi partim venerant, partim exspectabantur, quos quidem mense Septembri ineunte advenisse modo videbimus. Quapropter cum Dorotheus aliquandiu apud S. Meletium moratus sit, non potuit Alexandriam mitti, nisi eodem mense Septembri multum provecto: hinc S. Athanasium rogat Basilius (*a*), ut Dorotheum statim ad primam navigationem dimittat.

CAPUT XVIII.

I. *Quo tempore Pneumatomachi palam prodire cœperunt.* II. *Concio S. Basilii die festo S. Eupsychii.* III. *Vituperatur quod Spiritum sanctum non appellaverit Deum. Defenditur a Gregorio Nazianzeno.* IV. *Litteræ ea de re Gregorium inter et Basilium.* V. *Laudat S. Athanasius œconomiam S. Basilii.*

I. Jamdudum Spiritus sancti divinitatem nonnulli oppugnare cœperant: sed videntur satis diu latebris se involvisse, ac non multo ante episcopatum sancti Basilii prodiisse. Cum Arianis sanctam Trinitatem penitus tollentibus non plurima erat de sancto Spiritu controversia; Filii potissimum divinitas defendebatur, qua semel stabilita divinitatem sancti Spiritus simul stabiliri non negabant Ariani. Sed ex iis qui ab Arianis discessere, non pauci alteram impietatis partem retinuerunt, et cum divinitatem Filii contra Arianos tuerentur, de Spiritus divinitate cum Catholicis pugnarunt. Serapion episcopus Thmuitanus (*b*) anno 360 aut 361, S. Athanasium certiorem fecit nonnullos, cum ab Arianis ob eorum in Filium impietatem discessissent, male de Spiritu sentire, eumque non modo creaturam esse, sed etiam unum ex ministris spiritibus dicere, ac gradu tantum ab angelis differre. Permolestum id accidit Athanasio ac nascentem hæresim quatuor præclarissimis ad Serapionem epistolis profligavit (*c*). Testantur etiam Socrates (*d*) et Sozomenus Macedonium, cum anno 360 depositus fuisset in concilio Constantinopolitano, novam hanc hæresim, quæ ab ipso nomen accepit, struere cœpisse. Sed tamen necesse est novam hanc sectam aliquandiu in tenebris crevisse, nec tam cito verticem sustulisse. Nam tribus annis post depositum Macedonium, Basilius Eunomium, qui Spiritum sanctum creaturam appellaverat, ut novæ et hactenus inauditæ impietatis auctorem insectatur. *Primus ergo*, inquit (*e*), *illorum qui veritatem adorti sunt, ex quo pietatis prædicatio divulgata est, hanc de Spiritu vocem emittere ausus est. Etenim qui Spiritum sanctum creaturam appellarit, audivimus neminem ad hodiernum usque diem, neque in iis quos reliquere libris hanc appellationem invenimus.* Quin etiam annis 366 et 367, nullas suspiciones hujus hæresis deprehendimus. Nam tres episcopi ex Semiarianorum numero Romam missi, plene et cumulate fidem suam purgarunt recepta fide Nicæna, nec quidquam amplius ab eis postulatum in concilio Tyanensi. Tunc forte prodire cœpit hæresis, cum pacem pene ad exitum perductam anno 367 triginta quatuor episcopi, ut supra vidimus, perturbarunt. Confirmat hanc conjecturam epistola 25 S. Basilii, quæ cum serius anno 368 scribi non potuerit (hoc enim exeunte anno, aut ineunte 369 mortuus Athanasius Ancyranus ad quem scripta est), manifestam habet distinctionem Pneumatomachorum ab Anomœis. Sic enim loquitur Basilius (*f*): Οὐ γὰρ δὴ τοῖς γεγραμμένοις ὑφ' ἡμῶν πρὸς τοὺς ἀνόμοιον κατ' οὐσίαν τολμήσαντας εἰπεῖν τὸν Υἱὸν καὶ Θεὸν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ἢ πρὸς τοὺς κτίσμα καὶ ποίημα εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημήσαντας, ταύτην ἂν ἐπενεγκεῖν τὴν λοιδορίαν ἠνέσχου, ὁ τοὺς μεγάλους ἄθλους ἐκείνους καὶ περιβοήτους ὑπὲρ τῆς ὀρθοδοξίας διενεγκών. *Non enim iis quæ a nobis scripta sunt adversus eos, qui Filium et Deum Deo et Patri secundum essentiam dissimilem dicere ausi sunt, aut adversus eos qui Spiritum sanctum creaturam et opificium esse blasphemo ore docuerunt, contumeliam hanc facere voluisses, qui magna illa ac celebria certamina pro recta fide pertulisti.* Probabile ergo est hanc hæresim non multo ante episcopatum S. Basilii prodiisse.

Testatur Epiphanius (*g*) ex his Pneumatomachis alios de Filio recte sensisse, alios ne in hoc quidem ab Ariana impietate discessisse. In hoc postremo genere recensendus Eustathius Sebastenus. Hunc episcopi Orientales testantur in epist. 263 n. 3, cum iis conjunctum esse, qui consubstantiale anathematizant, ac ducem se præbere hæresis Pneumatomachorum. Quamvis autem Eustathius et alii, ut probabile est, Pneumatomachi gratiam Arianorum ambirent et Catholicos vexarent; non tamen a catholicis Ecclesiis omnino abscissi erant, sed diu ovis pellem retinuerunt, ut patet ex his verbis ejusdem epistolæ 263, num. 2: *Audax quidem illa*, inquiunt episcopi, *ac impudens Arianorum hæresis palam abscissa a corpore Ecclesiæ, manet in suo ipsius errore, nobisque non multum nocet, quia omnibus aperta ipsorum impietas. Qui autem pellem ovinam induti sunt, ac speciem blandam præ se ferunt ac lenem, intus vero dilaniant crudeliter Christi gregem, et propterea quod ex nobis exorti sunt, facile perniciem inferunt simplicioribus, hi sunt, qui molestiam exhibent, ac ægre vitari possunt. Hos rogamus ut vestra diligentia omnibus Orientis Ecclesiis denuntiet, ut aut rectam viam ingressi, sincere versentur nobiscum; aut si in sua permaneant perversitate, damnum intra se solos contineant, nec pos-*

(*a*) Ep. 69.
(*b*) Athan. Ep. 1, ad Serap.
(*c*) Lib. II, cap. 45.
(*d*) Lib. IV, cap. 27
(*e*) Lib. II, *Eunom.*, p. 270.
(*f*) Ep. 25, n. 2.
(*g*) Hæres. 74, n. 1.

Digitized by Google

sint ex incauta communione morbum suum cum proximis communicare.

II. Cum invictam animi fortitudinem summa lenitas in Basilio temperaret, in utroque mirabilis erat, et in adeundis pro veritate gravissimis periculis, et in persequendis omnibus pacis conciliandæ modis. Itaque cum Ariani ad oppugnandam Spiritus sancti divinitatem omnes vires suas convertissent; palam et aperte hoc dogma defendebat, et Scripturæ testimoniis ac necessariis rationibus sic constringebat adversarios, ut prorsus effugere non possent (*a*). Sed cum sciret Arianis statutum esse eum expellere, si Spiritum verbo Deum appellaret, ac Cæsariensem Ecclesiam occupare, et inde velut ex arce quadam omnia populari; abstinuit hac voce ad tempus, necesse non putans eam semper in ore habere, modo in tuto esset sententia voci subjecta. Hoc prudenti consilio effugit hæreticorum insidias: at calidiorum Catholicorum querelas et vituperia non effugit. [Atque id maxime declaravit dies festus S. Eupsychii, qui in diem septimum Septembris incidebat. Intererant Basilii concioni, Euippii et aliorum Arianorum, qui jam advenerant, emissarii ut patet ex verbis Gregorii (*b*), qui paucis post diem festum diebus aiebat, ingens circa Basilium exstitisse bellum, cum cuperent hæretici nudam vocem ex eo arripere, ut ipse ex Ecclesia pelleretur, qui solus pene igniculus veritatis restabat et vitalis facultas, vicinis omnibus captis ac subjugatis. Aderant etiam fervidiores illi Catholici. Usus est Basilius eo quod diximus temperamento.

III. (*c*) Paucis post festum diebus convivium erat Nazianzi, in quo Gregorius et multi insignes viri accumbebant, Basilio et Gregorio amici, in his monachus quidam, qui die festo sancti Eupsychii Basilium audierat. Nondum ventum erat ad pocula, jamque sermo inciderat de Basilio et Gregorio, quod quidem satis solemne erat in conviviis: cumque Basilium omnes plena manu laudarent, eique Gregorium adjungerent, tum monachus magno clamore mendaces et adulatores appellat convivas, ac Basilio et Gregorio, ut in cæteris rebus laudentur concedit; quod autem maximum est non concedit, ut orthodoxiæ nomine laudentur, cum fidem alter prodat disserendo, alter connivendo. Tum Gregorius: *Unde hoc, o vane homo, et arrogantia Dathan et Abiron? unde nobis dogmatum promulgator venis? Siccine tantarum rerum judicem teipsum efficis?* Ibi monachus advenire se dixit ex conventu S. Eupsychii, ac audivisse cum Basilius de Patre quidem et Filio mirifice dissereret, at Spiritum sanctum detorqueret. In quo Basilium comparabat cum fluviis petras prætereuntibus et arenam excavantibus. Quin etiam quærebat ex Gregorio, cur ipse quidem palam et aperte Spiritum appellaret Deum, Basilius vero politice magis quam pie veritatem prædicaret?

(*a*) Naz. ep. 26.
(*b*) Ibid.
(*c*) Ibid.

Proferebat illud Gregorii dictum ex quadam oratione, *Quousque lucernam sub modio abscondemus.*

Respondit Gregorius magnum esse inter se et Basilium discrimen, quod dicta sua, ut hominis obscuri, non magni sint momenti: Basilii autem amplissimo in loco sedentis nullum possit obscurum esse dictum; et cum hæretici sitienter appetant ex ejus ore nudam vocem arripere, ut eo ejecto Ecclesiam occupent, et inde, ut ex quodam propugnaculo, cæteras populentur; multo satius fuisse unam vocem, sententia in tuto posita, prætermittere, quam Ecclesiam tanto periculo objicere. Non placuit hæc oratio audientibus, eamque ut longe petitam et cavillantem rejecerunt, ipsumque Gregorium clamoribus insectati sunt, ut ignaviæ magis quam sanæ doctrinæ consulentem. Longe enim satius esse Catholicos veritate prædicanda tueri, quam eos hoc temperamento debilitare, nec interim alienos assumere.

IV. Quid deinde dixerit et audierit Gregorius, et quomodo præter modum ac præter solitum indignatus sit, ut longius ac dictu non necessarium, silet. Hoc tantum addit missos a se homines factos esse. Sed a Basilio petit, ut doceat se quousque in disputatione de Spiritus sancti divinitate progredi, quasque voces usurpare, et quousque œconomia uti conveniat. Atque id quidem petit, non sua causa, quem omnium miserrimum fore et stolidissimum fatetur, si dubitet quid Basilius sentiat; sed ut respondeat contradicentibus.

Quamvis Gregorius hujus molestiæ nuntium non sine magna cautione, magnisque amoris significationibus perscribat; res tamen accidit Basilio permolesta. Mirari se ait (*d*), non quod monachus hæc dixisset, sed quod germanissimos fratres suos et amicos habuisset auditores, vel potius discipulos. His respondere prorsus inutile arbitratur, et cum ipso Gregorio expostulat quod ad se non veniat; aditum enim non habituras calumnias, si magnam anni partem simul traducerent. Rogat, ut saltem se in proposito certamine adjuvet, et ei, qui tunc bellum inferebat, secum occurrat. Sperat se ejectum iri aut aliquid gravius passurum, sicque calumnias operum testimonio refutaturum. Quantum Gregorio tribueret, perspicitur ex perhonorifica invitandi ratione. *Si enim tantum appareas*, inquit (n. 2), *supprimes ipsius impetum, eosque qui ad patriæ res evertendas conspirant, dissipabis, ubi ipsis notum feceris te, Dei gratia, nostri cœtus ducem esse*, etc.

Rogaverat Gregorius ut simul convenirent; quanquam id quidem in epistola, quam modo retulimus, non rogat; sed forte id bajulo epistolæ in mandatis dederat. Libenter annuit Basilius, si de Ecclesiis deliberandum sit; secus vero, si calumniæ diluendæ. Dolorem Basilii sensit Gregorius (*e*), eumque non sine amica reprehensione admonuit satius

(*d*) Epist. 71.
(*e*) Naz. ep. 27.

Digitized by Google

fuisse incommodis mederi, quam consilium danti succensere. Cæterum venturum se promittit et Basilio duce libenter dimicaturum. Quos Basilius germanissimos fratres et amicos vocat, hi videntur monachi Nazianzeni fuisse; idque patet ex his verbis: *Ego igitur, si necdum istius fratribus meæ de Deo sententiæ experimentum dedi, ne nunc quidem habeo quod respondeam.*

Gregorii verba in convivio citata reperiuntur in oratione octava, quam pronuntiavit anno 372 cum objectis Sasimis Nazianzenam Ecclesiam sub patre regendam suscepit. Sed tamen ex aliqua alia oratione desumpta esse, merito statuit Tillemontius. Non enim mirum aut incommodum videri debet, si eamdem sententiam non semel usurpaverit Gregorius, cum præsertim totam hanc historiam, quam modo narravimus, huic anno 371 necessariæ rationes addicant. Nullum enim aliud tempus occurrit, in quo instantem hostem exspectaverit Basilius, et exsilium aut aliquid gravius ex prælio speraverit. Appropinquantem Valentis adventum designat Gregorius (*a*), cum ait in convivio, *ingens circa Basilium esse bellum, vicinis omnibus captis et subjugatis.* Præterea, si jam Basilius cum Valente ejusque ministris pugnasset, num ignaviæ crimen futuri prælii promissione repelleret? Quibus enim illius fidem præterita certamina non approbassent, multo minus nondum commissa approbarent. Aliam addit rationem Tillemontius: scilicet Basilium post Sasimenses molestias dicere non potuisse, *se nullius sibi in Gregorium neque parvi neque majoris delicti esse conscium.* Sed non video cur Basilius etiam post turbas Sasimenses hanc amicitiæ nunquam violatæ laudem sibi vindicare non potuerit, cum præsertim ipse Gregorius pluribus locis (*b*) dicat amicitiam hac in re Basilium Spiritui posthabuisse.

V. Monachorum de Basilio querelæ ad sancti Athanasii aures pervenerunt, eique occasionem dederunt Basilii defendendi. Nam cum ei Dianius quidam dixisset monachos Cæsarienses succensere et obluctari Basilio, scripsit eis Athanasius, ut patri obedirent tanquam filii, nec ei obluctarentur docenti. Si enim suspectus esset Basilius in iis quæ ad veritatem spectant, laudabilem fore eorum contentionem. Sed si confidunt (eamdem sibi fiduciam esse ait) eum esse decus et ornamentum Ecclesiæ ac magis pro veritate certare, et eos qui doctrina indigent edocere; nequaquam cum tali viro pugnandum esse, sed potius bonam illius conscientiam approbandam. Non exstat hæc Athanasii epistola ad monachos Cæsarienses, sed hæc eruimus ex aliis ad Palladium presbyterum litteris, quem Athanasius, acceptis ab illo eadem de re litteris, rogat, ut ipse etiam scribat ad monachos Cæsarienses, ac sibi in eis flectendis operam navet. Ex quo patet Palladium minime ex numero obtrectatorum Basilii fuisse. Idem dicendum de Dianio, cujus ex sermone cognoverat Athanasius frustra monachos Cæsarienses turbari. Notanda ejusdem epistolæ hæc verba: Αὐτὸς μὲν γὰρ, ὡς τεθάρρηκα, τοῖς ἀσθενοῦσιν ἀσθενὴς γίνεται, ἵνα τοὺς ἀσθενεῖς κερδήσῃ· οἱ δὲ ἀγαπητοὶ ἡμῶν ἀποβλέποντες εἰς τὸν σκοπὸν τῆς ἀληθείας αὐτοῦ, καὶ τὴν οἰκονομίαν, δοξαζέτωσαν τὸν Κύριον τὸν δεδωκότα τῇ Καππαδοκίᾳ τοιοῦτον ἐπίσκοπον, οἷον καὶ ἑκάστη χώρα ἔχειν εὔχεται. *Ipse enim* (Basilius), *ut confido, cum infirmis infirmatur, ut infirmos lucrifaciat. Dilecti autem nostri respicientes ad propositum veritatis illius et œconomiam, glorificent Dominum, qui talem dedit Cappadociæ episcopum, qualem unaquæque regio cupit habere.* In eamdem sententiam S. Athanasius loquitur in epistola ad Joannem et Antiochum: Ἤνυ δὲ τεθαύμακα τὴν θρασύτητα τῶν τολμώντων λαλεῖν κατὰ τοῦ ἀγαπητοῦ ἡμῶν, τοῦ ἀληθῶς Θεοῦ δούλου, Βασιλείου τοῦ ἐπισκόπου· ἐκ γὰρ τῆς τοιαύτης φλυαρίας ἐλέγχεσθαι δυνήσονται, ὡς οὐδὲ τῶν Πατέρων ἀγαπῶντες τὴν ὁμολογίαν. *Omnino miror temeritatem eorum, qui dilecto nostro, vero Dei famulo, Basilio episcopo obtrectare audent: ex talibus enim nugis argui poterunt, quod ne Patrum quidem diligant confessionem.*

Palladium existimat Tillemontius eum esse qui scripsit Vitam sancti Joannis Chrysostomi. Is cum Innocentio Italo solitariam vitam agebat. Ad utrumque exstat Basilii epistola 259. Antiochum autem verisimile est sancti Eusebii Samosatensis fratris filium esse, de quo alius occurret dicendi locus.

Quos Athanasius vocat Cæsarienses monachos, valde dubito utrum ex Cæsariensi monasterio fuerint, an ex aliis Cappadociæ monasteriis. Nam Cæsarienses ascetæ videntur Basilio semper amicissimi fuisse; et cum factam ei ab Eusebio episcopo injuriam ultra legem et modum defenderint, eorumque studium enituerit in promovenda illius electione; verisimile non est tam cito eos ab illo abalienatos fuisse, et ignaviæ crimen intulisse, tum cum se ad gravissimum certamen fortiter pararet.

Præter hos reprehensores, alii etiam inter Catholicos exstitere, qui et Basilium et Gregorium non timiditatis, sed impietatis accusarent, ac ne pie quidem loqui existimarent; non quod divinitatem sancti Spiritus ab eis negari, sed potius quod eos in hoc dogmate prædicando longius ferri crederent. Unde Gregorius (*c*) rogat Basilium ut se doceat, *quousque in prædicanda Spiritus sancti divinitate progredi, quasque voces usurpare, et quousque œconomia uti conveniat*, nimirum ut et iis satisfieret, qui nimium jejune divinitatem sancti Spiritus prædicari, et iis qui plus æquo illum extolli querebantur. Nonnulli his temporibus ferebantur Spiritum sanctum Patri et Filio præpo-

(*a*) Naz. ep. 26.
(*b*) Or. 5, et or. 20.
(*c*) Naz. ep. 26.

Digitized by Google

nere, ut patet ex Basilii epistola 52, neque hanc criminationem ipse Basilius effugit. Neminem sane hoc insaniisse errore crediderim; sed hos rumores spargebant Pneumatomachi, sicque fucum infirmioribus animis faciebant. Quare adhibendæ cautiones erant, non solum ne qua daretur ansa Pneumatomachis, sed etiam ut infirmis consuleretur. S. Athanasius, qui res in Cappadocia gestas ex auditu noverat, videtur existimasse Basilium infirmorum causa studium defendendæ Spiritus sancti divinitatis temperasse. Ait enim de Basilio : *Cum infirmis infirmatur, ut infirmos lucrifaciat.*

CAPUT XIX.

I. *Circa hoc tempus Nyssæ ordinatur episcopus Gregorius Basilii frater.* II. *Basilius Eusiochio ejusque servis patrocinium impendit.* III. *Dolor ejus et scriptæ ab eo epistolæ ob divisionem Cappadociæ anno 371 exeunte.* IV. *Therasius hoc anno regebat Cappadociam.* V. *Elpidius ejus assessor.* VI. *Therasio dignitas abrogatur, vel eam sponte abjicit.*

I. Referenda ad hoc tempus videtur ordinatio Gregorii Nysseni, in qua non solum summus (*a*) exstitit consensus episcoporum Cappadociæ, sed etiam summa constantia in imponenda Gregorio hujus oneris suscipiendi necessitate. Sed quamvis nihil omissum esset neque parvum, neque magnum, quod quidem ad canones attineret; non tamen hæreticorum criminationes effugit Gregorius. Negotia ei exhibuerunt (*b*) anno 374, tanquam præter canones ordinatio, atque hanc illius ejiciendi ansam arripuerunt (*c*) anno 375. Unde Basilius (*d*) ut fratrem defendat, sic loquitur omnium Cappadociæ episcoporum nomine : *Venimus omnes amplitudini tuæ supplices... sin autem est aliquid aliud canonicum, quod examine indigeat, idque magnanimitas tua audire ac judicare vult, nos omnes adesse necesse est, quia si quid deficit eorum quæ ad canones spectant; culpam sustinent qui ordinavere, non is qui ministerium suscipere necessitate omni coactus.*

Nondum episcopus erat Gregorius, cum sese interposuit, ut pacem inter fratrem et patruum aliosque Cappadociæ episcopos conciliaret (*e*). Tunc enim Basilius cum eo, ut cum homine negotiis vacuo et soluto, expostulabat, quod non ad se novam vitam ingressum opis ferendæ causa veniret. Deinde vero inter episcoporum Cappadociæ dissensiones minime collocanda ordinatio, quæ summo est peracta consensu. Ad hanc autem dignitatem jam pervenerat Gregorius, cum cognominem suum, Sasimensem episcopum recens ordinatum, invisit ante Pascha anni 372 (*f*). Quare intra illud tempus, quod a pacificatione Cappadociæ usque ad Sasimensem ordinationem effluxit, Nyssena ordinatio collocanda. Sed cum dominatus Arianorum per totam hiemem, præsentia imperatoris, ac deinde consecutæ ex divisione Cappadociæ dissensiones non videantur Basilio copiam reliquisse Nyssam conveniendi cum episcopis; ordinationis tempus intra angustiores adhuc fines contrahitur, nec serius videtur contigisse autumno anni 371.

II. Videntur scriptæ ante Cappadociæ divisionem epistolæ 72 et 73, ad Hesychium et Callisthenem. Læsus ab Eustochii servis Callisthenes, vir potens, atque, ut verisimile est, in magna aliqua dignitate constitutus, pœnas a famulis et heris repetere voluit. Misit militem, quo in domo Eustochii nullum contumeliæ genus omittebat. Servos in eum locum adduci volebat, ubi injuriam fecerant, ut ibi pœnas persolverent. Servi ad Basilium confugiunt qui statim scribit Callistheni. Is perhonorifice respondet, ac totius rei arbitrium Basilio committit, sic tamen ut pœnam non remitteret, sed eam Basilii auctoritate comprobari vellet. Gratias ei agit Basilius (*g*), ac servos eo adductum iri promittit, ubi injuriam fecerant, si id Callisthenis animo fixum et immotum sedeat. Sed cum ea res magnis incommodis obnoxia sit, rogat ut Sasima sistantur, eoque veniens Callisthenes potentiam suam simul et lenitatem ostendat, incolumes dimittendo. Quamquam ne id quidem concedit Callistheni, nisi quod metuat, ne quid iracundiæ in ejus corde minus coctum resideat. Multo enim præclarius facturum, si vindictam sibi permittat. Etiamsi enim jurasset se servos ad pœnam traditurum secundum leges; perjurii reum non futurum, si ex legibus ecclesiasticis, quæ non minoris sunt pretii quam civiles, puniantur et emendentur. Videtur hæc epistola per eumdem diaconum missa, per quem et epistola ad Hesychium missa est. Hunc rogat Basilius, ut sibi in placando Callisthene, vel per se vel per amicos operam navet. Sibi enim molestissimum futurum, si iis qui ad se confugerunt prodesse non possit. Hæc autem ante divisionem Cappadociæ evenisse conjicio, propterea quod petit Basilius, ut servi, quos in fidem suam receperat, Sasima usque sistantur. Id enim argumento est nondum hoc oppidum in aliena jura cessisse : nec profecto charitatis Basilii et animi fortitudinis fuisset, ejusmodi homines deserere, atque in gratiæ et beneficii loco petere, ut extra ditionem et patrocinium suum abducantur.

III. Cum peregre esset Basilius mense Octobri exeunte aut ineunte Novembri, ac ecclesias suas visitaret, vel Nyssæ episcopum ordinaret, scripsere (*h*) ad eum Cæsarienses, et ad opem sibi celeriter ferendam patria revocavit. Rediit statim, non spe auxilii ferendi, sed ne desertos se ab eo cives quererentur. Luctus eorum et doloris causa, divisio Cappadociæ, ex qua duas provincias effecit Valens, velut si quis equum aut bovem suum duas in partes dividens, duos pro uno sibi habere videatur. Cum edictum esset ut maxima pars curiæ Podandeia

(*a*) Ep. 225.
(*b*) Ep. 190.
(*c*) Ep. 239.
(*d*) Ep. 225.
(*e*) Ep. 58.
(*f*) Naz. or. 5.
(*g*) Epist. 73.
(*h*) Ep. 74.

Digitized by Google

transferretur, quem locum comparat Basilius cum Cnde Laconico, aut barathris illis quæ Charonia dicebantur, tum vero pars senatus non ignobilior fugam cepit cum uxoribus et focis, perpetuum exsilium huic loco præferens (*a*) : alii abducti eo fuere ut captivi, miserandum omnibus spectaculum : tertia pars in urbe relicta est, miserabiliter gemens collegarum discessu, ac sustinendo negotiorum oneri prorsus impar. Civilis cœtus ob ea quæ magistratibus acciderant, animo concidens, relictis urbanis ædibus, per agros et rura vagabatur. Itaque Cæsarea in tristem solitudinem redacta erat, nullæ jam nocturnæ lucernæ, nulla eruditorum hominum in foro colloquia, occlusa gymnasia, nulla necessariarum rerum provisio ac dispositio, sed una vox audiebatur, exactorum et eorum a quibus exigebatur, quique flagellis cædebantur.

Quantum Basilio inusserit doloris, patriæ calamitas, perspici potest ex tribus litteris (*b*) ea de re scriptis. Antequam rediret Cæsaream, scripsit Martiniano. Hac enim excusatione utitur, cur non illum adeat, quod patriæ voce accersatur. Quod quidem argumento est Martinianum non longe habitasse ab eo loco, ubi tunc versabatur Basilius. Erat ille vir omni eruditionis laude cumulatus, et cum plurimum posset apud imperatorem, flebili malorum descriptione conatur ei persuadere Basilius, ut vel imperatorem adeat, quod quidem commodissimum foret, ac Martiniani præclaro vitæ instituto maxime decorum, vel saltem, si id ei grave sit tum propter anni tempestatem, tum propter ætatem, patriæ suæ litterarum præsidium impertiat, ac voce sua et justa illa dicendi libertate, quam sua illi vita dabat, omnibus declaret, quot et quanta mala ex hoc dividendæ Cappadociæ consilio oriantur.

Probe videbat Basilius his patriæ calamitatibus necessitatem sibi imponi in aulam proficiscendi, ac potentibus amicis singula narrandi. Sed cum illum corporis infirma valetudo, ac Ecclesiarum cura detineret, scribit ad duos in aula potentes viros, Aburgium et Sophronium Magistrum officiorum; eosque obtestatur, ut communi patriæ (uterque enim Cappadox erat) tristissimo exitio collapsæ opem ferant.

Non tantum gratia et auctoritate valuit Basilius, ut calamitatem hanc a patria averteret : sed tamen aliquam mali levationem videtur consecutus. Nam unus ex potentibus amicis ad quos scripsit (*c*), forte Aburgius, præfecto humanitatis ostendendæ occasionem subministravit. Forte hæc humanitas in eo posita fuit, quod secunda metropolis non Podandi, ut primo sancitum fuerat, sed meliori in loco, Tyanis constituta.

Hæc autem anno 371 gesta esse, antequam Valens Cæsaream veniret, satis ex dictis perspicitur. Tot enim litteræ in aulam missæ, nondum venisse Valentem probant. Jam hiems inceperat aut saltem imminebat, cum tristis nuntius Basilio allatus. Quod enim metuit Basilius (*d*) ne Martinianum deterreat tempestas anni aut ætas, quominus in aulam proficiscatur; id de æstate homini ætate provecto dictum non videtur. Sed tamen non multum processerat hiems, siquidem Basilius tunc peregre erat. Eadem in Ecclesias Cappadociæ inducta immutatio anno 372 ineunte, ut infra videbimus. At civilis divisio ecclesiasticam antecessit, teste Gregorio Nazianzeno (*e*).

IV. Hoc anno 371, rectorem Cappadociæ fuisse Therasium cognoscimus ex epistola 77, in qua ejus assessorem rogat Basilius, ut non discedat ab admirando Therasio, sibique decorum esse existimet cum eo *tantas curas partiri*. Quibus verbis indicatur gravissimas quasdam ac minime quotidianas difficultates præsidi incidisse. Præterea cum Cappadociæ divisione optime congruunt et tempus hibernum, quo hæc scripta est epistola, et quæ leguntur in fine. Nam cum multa Basilius haberet dicenda et de multis, ea in congressum distulit, non tutum esse existimans epistolis res ejusmodi committere.

Quæ in hac epistola de communibus Cappadociæ molestiis indicantur, ea minus commode Tillemontius de propriis Therasii negotiis interpretatur, quem et præfectura dejectum, cum hæc scriberetur epistola, et in judicium vocatum fuisse putat. Unde etiam illius patrocinium a Basilio in epistola 96 suscipi existimat. Sed Eliam, non Therasium in illa epistola 96 commendari infra videbimus. Nunc autem satis est observare nequaquam præsidi abrogatam fuisse præfecturam, cum Basilius hanc epistolam 77 scriberet. Hortatur enim assessorem, ut cum Therasio tantas curas partiatur, ac libenter ejusmodi occasionem suscipiat, ex qua et amicos videre et ab eis videri liceat. Initio dixerat se ex magni Therasii præfectura illud commodi percepisse, ut sæpe hunc assessorem videret : *Verum hoc ipsum amisimus*, inquit, *præside privati*. Aberat ergo ad tempus præses, nec dubium erat Basilio, quin rediturus esset Cæsaream; unde assessorem hortatur, ut ab eo non discedat, ac libenter in eo perstet munere, ex quo videndorum amicorum occasio nascatur.

V. Hunc autem assessorem Elpidium fuisse, non obscuris mihi videor conjicere rationibus. Nam (*f*) Elpidius in Cappadocia magnum aliquod munus abjicere et Cappadocia abscedere volebat, quo tempore infaustæ res erant Cappadocum, ac paulo post humanitatem aliquam in Cappadoces a præfecto exhibitam, id est, ut conjicimus, postquam præfectus secundam metropolim, quæ Podandi locata fuerat,

(*a*) Ep. 75.
(*b*) Epist. 74, 75, 76.
(*c*) Ep. 78.
(*d*) Ep. 74, n. 3.
(*e*) Naz. or. 20.
(*f*) Ep. 78.

Digitized by Google

Thyanis constituit. Hæc autem mirifice conveniunt in illum assessorem, quem e Cappadocia abscedere molestissimo tempore meditantem Basilius ab hoc consilio in epist. 77 dehortatur. In utraque epistola præstantissimi viri res agitur et Basilio amici et ad sublevandam Cappadociam maxime idonei. Tempus idem utriusque epistolæ, magna quadam calamitate recens in Cappadociam invecta. Idem in utraque epistola assessoris munus. Rogat amicum Basilius in septuagesima septima ut non discedat ab admirando Therasio, sed cum eo tantas curas partiatur. In septuagesima autem octava id agit, ut Elpidius, *ex quo tota pene publicorum negotiorum cura dependet*, patriæ præficiatur et in Cappadocia jubeatur remanere.

Quod autem rogat Basilius, ut Elpidius Cappadociæ præficiatur, non inde sequitur eum præsidem et rectorem potius quam assessorem præsidis fuisse. Nam assessorum magna erat auctoritas. Hinc Gregorius Nazianzenus assessorem vocat ἀρχῆς κοινωνόν in epistola 48, συνάρχοντα in epist. 126 eumque cum præside conjungit ut Jolaum cum Hercule, Proretam cum gubernatore, epist. 127. Quin etiam assessorem Elpidium fuisse, non præsidem confirmat Basilius, dum ait totam pene rerum publicarum curam ex eo pendere. Id enim de assessore satis apte dicitur, cum pro sua experientia ac diligentia plurimas administrationis partes sustinet: at de præside; ad quem summa redit totius regendæ provinciæ, id sane minus commode diceretur.

VI. Utrum Basilius ab Elpidio impetraverit, ut in Cappadocia remaneret, aut a præfecto, ut Elpidium juberet remanere, statuere non possumus. Illud certum et perspicuum est, Therasium Cappadociæ administrationem aut sponte abjecisse, aut hanc ei dignitatem abrogatam fuisse anno 371 exeunte aut ineunte 372. Nam epistola 94, anno 372 non multo post Valentis e Cappadocia discessum scripta est ad Eliam Cappadociæ rectorem, qui ad regendos Cappadoces, licet invitus, adductus fuerat, ut opera collapsa instauraret, loca non habitata incolis compleret, uno verbo solitudines in urbes transformaret. Non jam ergo Cappadociam regebat Therasius, sed commissa fuerat Eliæ, qui eam tristissimum in statum redactam acceperat. Unde illum comparat Basilius cum Nauclero, qui navem nuper compactam in magna gubernat tempestate. Non dubium est, quin suum Therasio tempus in Cappadocia administranda emeritum non fuerit, cum hanc provinciam reliquit. Sperabat enim Basilius Elpidium ab eo non discessurum, et ei in sanandis provinciæ vulneribus operam daturum. Sed tamen videtur annum jam rexisse Cappadociam, cum decreta est divisio: nam sæpe Basilius (*a*) assessorem viderat Cæsareæ, quem tamen non videbat, nisi præses Cæsaream veniret.

(*a*) Ep. 77.
(*b*) Nyss. I *Eunom.*
(*c*) Theodoret. lib. IV, c. 19.

CAPUT XX.

I. *Initium persecutionis ab adventu Arianorum. Euippio communionem denegat Basilius.* II. *Basilii certamen cum præfecto ac deinde cum præposito cognorum.* III. *Non interfuit his prœliis* **Valens.** IV. *Scriptæ in hac persecutione epistolæ* 79 *et* 80. V. *Valens semel et iterum venit in ecclesiam, ut Basilio factam injuriam sarciat.* VI. *Basilio postea pœnam exsilii infligit ab Arianis impulsus, sed gravi morbo filii cogitur sententiam mutare.* VII. *Rursus statuit ejicere Basilium, sed calamus tertio conteritur.* VIII. *Insignis Gregorii locus explicatur, ac Valentem iterum venisse in ecclesiam probatur ante mortem filii.* IX. *Miraculum calamorum Cæsareæ factum.* X. *Hæc persecutio ad annum* 372 *referenda.*

I. Hactenus in S. Basilii episcopatu nullum tempus vidimus, quod a magnis rebus gerendis intermissionem habuerit. Sed nunc splendidius quiddam et illustrius enarrandum occurrit, propterea quod majore sonitu prædicari solent, quæ pro Christi fide in gravissimis periculis fortiter et constanter fiunt, quam quæ aut ad disciplinam prudenter decernuntur, aut ad leniendos inimicos et pacificandas Ecclesias sapienter et moderate suscipiuntur. In his Basilii certaminibus describendis præcipue videntur antiqui scriptores elaborasse; sed cum in nonnullis circumstantiis minus inter se consentiant, danda est opera, ut rerum ordinem, quam fieri poterit accuratissime, sequamur.

(*b*) Imperator Valens, cum prosperis adversus barbaros successibus elatus in Orientem lento itinere tenderet, satis diu interjectis Constantinopolim inter et Cappadociam locis commoratus est. Ac in Bithynia quidem horrendæ ejus jussu actæ sunt tragœdiæ, atque hanc provinciam improviso impetu aggressus penitus vastavit; in Galatia autem nullam prorsus moram invenit, ac levem et mobilem gentem sine pulvere devicit. His victoriis inflatus spem frangendi Basilii et capiendæ Cappadociæ concepit (*c*). Hunc enim primum aggredi non ausus est, ne illius exemplum aliis animos adderet (*d*). Sed cum finitimos omnes impietatis viribus domuisset, ac ditioni suæ subjecisset quidquid obvium habuerat, turpe et indignum ducebat ab uno homine et una civitate vinci. Itaque cum meminisset se anno 365, re infecta ab hac urbe discessisse, cum majore impietate ac ferventiore acie rediens, acceptas clades reparare voluit (*e*). Præcedebat eum Modestus prætorii præfectus, vir et Catholicis infensus et Arianis deditus, ab iisque baptizatus: qui hanc curam et sollicitudinem inter præcipuas administrationis suæ partes numerabat, ut nullus fidei defensor domi maneret, sed pulsis omnibus orthodoxis intruderentur doctrinæ imperatoris astipulatores, impiorum syngraphorum exactores, vel deteriorum etiam scriptorum auctores. Sed ante ipsum præfectum venerunt in Cappadociam Ariani episcopi, quorum dux videtur fuisse Euippius.

(*d*) Naz. or. 20.
(*e*) Nyss. 312; Naz. 348.

Digitized by Google

Numeratur a Basilio (*a*) Euippius inter signiferos improbæ factionis, quæ Eustathium et plurimos alios deposuit anno 360 in concilio Constantinopolitano. In ejus potissimum nomen eruperunt Eustathii querelæ, vel potius horrendæ criminationes litteris ad universas Ecclesias missis consignatæ. Videtur in Galatia episcopus fuisse. Nam cum Arianos e (*b*) Galatia accersivisset Eustathius; exagitat eum Basilius quod qui olim Euippium episcopum esse negaverat, nunc eorum, qui ab illo ordinati sunt, communionem ambiat. Initium autem præclare factorum, quæ Basilius in hac persecutione edidit, ab hujus hominis adventu ducendum est. Nam nec canitiem Euippii, nec eruditionem reveritus est Basilius, nec ipsa etiam amicitiæ jura, quæ secum habebat: sed suam ei communionem constanter negavit, ut ipse narrat in epist. 128. Non multo post hos motus ad tribunal Christi raptus est Euippius. Jam enim obierat, cum scriberet Basilius anno 373 epistolam mox citatam. Quemadmodum enim in epistolis anni 376 non exprobrat Eustathio communionem cum Euippio, sed cum hominibus ab Euippio ordinatis, quod argumento est, illum obiisse; ita in epistola 128 quæ scripta est anno 373, declarat se rem absurdam facturum, si post negatam Euippio communionem, cum hominibus idem Euippio sentientibus, id est cum Arianis per Eustathium, qui medius esse Catholicos inter et Arianos volebat, conjungi videretur.

Quamvis Basilii pugnæ cum magnis potestatibus non videantur ante mensem Novembrem evenisse, (peregre enim erat Basilius instante hieme) Euippii tamen adventus ad initia Septembris referendus. Discimus enim ex Gregorio Nazianzeno hæreticos die festo S. Eupsychii, qui septimus erat Septembris, in insidiis collocatos fuisse (*c*), *magnumque circa Basilium exstitisse bellum, cupientibus nimirum hæreticis eudem et apertam vocem ex ipsiusmet Basilii ore arripere, ut ipse ex Ecclesia expelleretur, qui solus pene veritatis igniculus restabat, vicinis omnibus captis ac subjugatis.* Hæc dicebat Gregorius antequam Basilium præfectus oppugnatum venisset; idque perspicimus ex epistola 71 Basilii, in qua Basilius litteris Gregorii modo citatis respondens, invitat eum, ut sibi adsit ad propositum certamen, seque ignaviæ notam a nonnullis hominibus inustam propulsaturum sperat, cum pugnandi tempus aderit.

Hæreticum agmen Cæsaream ante præfectum venisse probat etiam Basilii epistola 69 ad S. Meletium, in qua sic loquitur: *Hic autem*, inquit, *res incertæ adhuc et dubiæ, cum Euippius advenerit quidem, sed nondum quidquam declaraverit. Minantur quidem et concursum quemdam eorum, qui eadem ac illi sentiunt, ex Armenia Tetrapoli et ex Cilicia.* Nondum ergo præfectus et aliæ potestates advenerant: imo ne exspectabantur quidem, saltem tam cito; sola hæreticorum exspectatio animos movebat. Cur tanto ante hæretici exploratores venirent, non obscura est ratio. Cum summa esset festi S. Eupsychii celebritas, ac magna hominum frequentia e vicinis regionibus confluere Cæsaream ad hunc diem soleret; præclarissima erat occasio observandi Basilii; quam quidem non hoc tantum anno arripuerunt hæretici, sed etiam anno 374: atque haud scio an etiam 373, ut infra dicemus in capite tricesimo. Quod si hæretici anno 374, quo Valens in Oriente versabatur, Cæsaream ad diem festum S. Eupsychii venerunt, ut Basilium observarent, multo id minus omittere hoc anno 371 debuerunt, cum Basilii accusandi et ejiciendi copiam daret imperatoris in finitima aliqua regione commorantis vicinitas.

II. Denegata Euippio ejusque similibus communio stomachum hæresis patronis facere debuit. Sed tamen spatium interim habuit Basilius itineris alicujus conficiendi, ex quo eum afflicti cives, ut supra diximus, instante hieme per litteras revocarunt (*d*). Non multo post erupit in Basilium persecutio. Non uno autem impugnarunt modo, neque una aggressione. Adhibiti insultus, pollicitationes et minæ. Missi ex judicum ordine, ex militari, ex gynæcæe etiam eunuchi, qui eum flectere conarentur. Missus etiam ille Nabuzardan, coquorum præpositus, artis suæ gladios minitans. Sed duo præcipue certamina memorantur, quorum alterum a Gregorio Nazianzeno refertur, utrumque a Nysseno. Sic igitur ex Nysseno gesta res est

(*e*) Auctores nonnulli erant Basilio, ut tempori potius cederet, quam cum adversariis tam cruentis conflictaretur. Sed ejusmodi consiliorum inanis opera. Vocatus a præfecto Basilius, veluti medicus quidam et consiliarius venit. Partim blandientem, partim minantem monet, ut ob præterita pœnitentiam agat, ac deinceps sanguinem servorum Dei sitire desinat. Nihil enim illum posse in eos qui solum Dei regnum appetunt. Non lædi bonorum publicatione eum, cui fides sola possessio est; non exsilio terreri, qui universam terram eadem animi sententia calcat, ac eam partim alienam existimat, ob brevem commorationem, partim propriam, quia omnia Deo pariter serviunt. Plagas autem et labores ac mortem pro veritate perpeti, ne mulieribus quidem terribile videri, sed omnibus Christianis hoc summum felicitatis esse, si quid pro hac spe gravissimum perferant. Basilii constantia fit quædam, velut in scena, personarum immutatio, ac mitescens præfectus ad blandiendum et assentandum convertitur. Basilium rogat, ut ne modica illi et contemnenda res videatur, magnum regem plebi suæ permistum habere, ejusque magistrum fieri; et cum hoc consequi possit sola consubstantialis voce ex symbolo detracta, quod unum postulat imperator, minime contra ejus

(*a*) Ep. 251, n. 2 et 3.
(*b*) Ep. 244, n. 4; ep. 251, n. 2, 3.
(*c*) Ep. 26. Vide orat. 20.
(*d*) Naz. ibid.
(*e*) 1 *Eunom.*

Digitized by Google

voluntatem veniat. Ad hæc Basilius, magnum sibi et peroptandum videri, ut imperator Ecclesiæ sit particeps : magnum enim quiddam esse animam salvare, non modo imperatoris, sed etiam cujuslibet hominis. Sed tantum abesse, ut fidei formulæ quidquam addere velit aut detrahere, ut ne ipsum quidem ordinem eorum quæ scripta sunt, immutari patiatur. Narrat deinde Nyssenus aliud Basilii certamen cum coquorum præposito Demosthene, qui, accepta a Valente hac provincia, Basilium vehementius aggressus est, præsente rursus præfecto, sed nihilo magis promovit. Aderat huic certamini impius quidam ex Illyrico, quem Valentem Mursiæ esse suspicatur Tillemontius. Non sine lepore ait Nazianzenus (*a*) hunc Demosthenem, cum artis suæ gladios minaretur, a Basilio ad ignem ipsi convenientem transmissum fuisse.

Nunc nobis audiendus Gregorius Nazianzenus, qui omnibus rebus gestis interfuit (*b*). Narrat ipse adfuisse se et audiisse, cum Basilius cum Valente iterum in ecclesiam veniente collocutus est. Quod si idem de cæteris rebus non dicit, non idcirco credendus est abfuisse. Nam cum Basilii sermones cum Valente non referat, sed mirabiles ac quodammodo divinos fuisse asseveret, merito adfuisse se monet, ut testimonio robur addat. At eadem cautio necessaria non fuit in referendis Basilii cum præfecto sermonibus. Quare cum Gregorius promisisset se venturum, non video cur statim non venerit. Moras illi morbum matris attulisse putat Tillemontius, et ad id tempus refert quartam illius epistolam, in qua hunc matris morbum excusat, cur a Basilio vocatus non occurrat. Sed valde dubito an huic Basilii vel potius Ecclesiæ tempori morbum matris prætulisset. Præterea nihil habet hæc epistola de gravissimis veniendi causis, nihil de promissis Gregorii : sed magnum significat videndi Basilii desiderium, cui satisfacturum se dicit, si Basilii precibus mater sanetur. Quare hæc epistola ad aliud tempus pertinet, et quæ Gregorius refert, ea auribus suis hausisse censendus est. Idcirco prolixum ex ejus oratione vicesima locum hic apponemus : *Eccui tandem*, inquit, *incognitus ille est, qui tum apud nos præfecti munere fungebatur, cum suapte audacia adversus nos præsertim inflammatus (nam ab illis quoque initiatus, vel potius confectus fuerat), tum etiam amplius, quam necesse esset, imperatori subserviens, atque ex eo quod illi omnibus in rebus obsequeretur, diuturnius imperium sibi conservans? Ad hunc adversus Ecclesiam frementem leonisque speciem præ se ferentem, ac leonis more rugientem, atque ejusmodi, ut a multis ne adiri quidem posset, vir fortis adducitur, imo vero ingreditur, perinde ac si non ad judicium, sed ad festum vocaretur. Quonam autem modo, vel præfecti audaciam, vel Basilii virtutem et sapientiam, qua ei restitit, satis digna oratione complectar? Quæ tua est, inquit, ratio, heus tu, nomine illum compellans (nondum enim eum episcopum vocare dignabatur) ut tanto imperatori obsistere audeas, solusque omnium contumaciter te geras? Quorsum, respondit Basilius, hæc oratio spectat, et quænam hæc contumacia et arrogantia? nondum enim id satis intelligo. Quoniam, inquit ille, imperatoris religionem minime colis, omnibus aliis jam inclinatis ac superatis. Non enim, inquit Basilius, hæc vult imperator meus : nec rem ullam creatam adorare sustineo, cum et ipse a Deo creatus sim, et deus esse jubear. Nos vero, inquit ille, quid tandem tibi videmur? Nihil sane, inquit Basilius, dum hæc jubetis. Age vero, inquit ille, non magnum et honorificum existimas ad nostras partes adjungi, sociosque nos habere? Ad hæc Basilius : Vos quidem præfecti estis, et quidem illustres, non inficias eo, minime tamen Deo præstantiores. Socios autem vos habere mihi quidem amplum et honorificum fuerit (quidni enim, cum ipsi quoque Dei creaturæ sitis?), sed ut alios quosdam ex his, qui nobis subjecti sunt. Non enim personarum dignitate, sed fide christianismus insignitur. Hac oratione commotus præfectus, ac majori ira succensus, de subsellio surrexit, atque asperioribus verbis cum eo agere perrexit. Quid? Potestatem hanc non pertimescis? Cur vero pertimescerem, inquit Basilius? Quid fiet? quid patiar? Quid patieris? intulit ille, unum e tam multis, quæ meæ sunt potestatis. Quænam hæc? subjunxit Basilius, fac enim intelligamus. Bonorum, inquit ille, proscriptionem, exsilium, cruciatus, mortem. Tum Basilius : Si quid aliud habes, id nobis minitare. Horum enim, quæ adhuc commemorasti, nihil nos attingit. Quonam modo? inquit ille, Quoniam, inquit Basilius, bonorum proscriptioni obnoxius non est, qui nihil habet : nisi forte laceris et detritis hisce pannis indiges ac paucis libellis, in quibus omnes mihi facultates et copiæ sunt. Exsilium autem haud cognosco, qui nullo modo circumscriptus sum, ac neque terram hanc, quam nunc incolo, meam habeo, et eam omnem, in quam projectus fuero, pro mea duco : imo, ut rectius loquar, universam terram Dei esse scio, cujus advena ego sum et peregrinus. Jam tormenta quid accipere queant, cum corpus desit, nisi forte primam plagam dixeris : hujus enim potius penes te arbitrium et potestas est. Mors porro beneficii mihi loco erit : citius enim me ad Deum transmittet, cui vivo, et munere meo fungor, maximaque ex parte mortem obii, et ad quem jampridem propero. Quo sermone obstupefactus præfectus : Nemo, inquit, me (nomenque suum adjunxit) ad hunc usque diem ita est allocutus, nec pari verborum libertate. Neque enim, ait Basilius, fortasse in episcopum incidisti. Alioqui hoc prorsus modo disseruisset, pro hujusmodi rebus in certamen veniens. Nam cæteris quidem in rebus, o præfecte, mansueti et placidi sumus, atque omnium abjectissimi, quemadmodum hoc nobis lege præscriptum est, ac non dicam adversus*

(*a*) Or. 20.

(*b*) Ibid.

Digitized by Google

tantum imperatorem, sed ne adversus plebeium quidem quemquam et infimi ordinis hominem supercilium attollimus. Verum ubi Deus nobis periclitatur, ac proponitur, tum demum alia omnia pro nihilo putantes, ipsum solum intuemur. Ignis autem, et gladius, et bestiæ, et ungulæ carnem lacerantes, voluptati nobis ac deliciis potius sunt, quam terrori. Proinde contumeliis nos affice, comminare, fac quidquid collibuerit, potestate tua fruere : audiat hæc etiam imperator, nequaquam profecto nos vinces, nec efficies, ut impiæ doctrinæ assentiamur : ne si his quidem atrociora miniteris. Hæc postquam præfectus dixit, atque audiit, ipsiusque contentionem animi eum esse cognovit, ut nulla vis eum perterrefacere ac superare posset, ipsum quidem foras misit, atque ablegavit, non jam cum iisdem minis, sed cum quadam reverentia et submissione. Ipse autem, quam celerrime potuit, imperatorem adiens : Imperator, inquit, ab hujus Ecclesiæ antistite victi sumus. Minis superior est, sermonibus firmior, verborum blanditiis fortior. Ignaviorum alius quispiam tentandus est : nunc autem, aut vis aperte inferenda, aut non exspectandum, ut minis cedat.

III. Minus accurate versatur Tillemontius in harum rerum serie disponenda. Nam præfectum existimat, post primum certamen, ad Valentem accurrisse, eique in urbem, ut ait Theodoretus lib. IV, c. 19, introeunti acceptam cladem narrasse. Tum Valentem iratum, quod non primo impetu fractus esset Basilius, certamen ingredi voluisse, et coquorum præposito Demostheni hoc munus commisisse, et Basilium audiente se oppugnaret.

Sed inter primam illam pugnam et imperatoris adventum multa intercesserunt, imprimis secundum illud cum coquorum præposito certamen, cui non interfuit imperator. Decepere Tillemontium hæc verba Nysseni (p. 314), ἀλλ' ἐκδέχεται πάλιν ὁ βασιλεὺς τὴν πεῖραν αὐτός. *Sed iterum experitur ipse imperator.* At quomodo expertus sit, indicant quæ sequuntur : *Quemadmodum igitur opera coqui Nabuzardan, inquit, Assyrius olim templum Israelitarum everti : ita et iste Demostheni cuidam coquorum præposito, ut aliis audaciori, hac mandata provincia putabat se perfecturum quidquid aggressus erat.* Ipse etiam Nazianzenus (p. 348) præfectum coquorum numerat inter eos, qui ad Basilium missi sunt a Valente ; quod argumento est non interfuisse his pugnis imperatorem ; sed vices suas commisisse Demostheni : idque confirmat Nysseni narratio. Nam cum Demosthenes omnia misceret, ac impius quidam ex Illyrico, qui tabellas manibus ferebat, proceres omnes ad hoc spectaculum convocasset ; eumque rursus iram suam Modestus vehementius, quam antea, accendisset, seque omnes ad Valentis iracundiam fingerent, et cum eo indignante indignarentur, summa erat futurorum exspectatio. Rursus enim ille præfectus, rursus terrores et minæ prioribus graviores, ac ira vehementior : judicialis apparatus, præcones, apparitores, lictores, cancelli et vela. Rursus Dei athleta hoc secundo prælio, etiam prioris gloriam superavit. Nulla hic sane imperatoris præsentiæ insignia, sed quidquid terribilius fuit, id ad judicem refert Gregorius Nyssenus.

2° Testatur Gregorius Nazianzenus (p. 351) Valentem jamdudum Basilii audiendi cupidum fuisse, cum in ecclesiam iterum venit, et cum eo intra velum collocutus est. Nondum ergo Basilium audierat disserentem, ac proinde non adfuerat cum Modestum ac Demosthenem Basilius tanta animi fortitudine superavit. Hinc Gregorius postquam Basilii cum præfecto dialogos retulit, transit ad ea *quæ ad ipsum imperatorem prolocutus est.*

3° Narrat idem Gregorius (p. 350) Modestum, quam celerrime potuit, ad imperatorem venisse, eique quam invictus esset ac insuperabilis Basilius declarasse ; quare aut vim ei inferendam, aut non exspectandum ut minis cedat : tum vero imperatorem tantæ virtutis admiratione sese collegisse, ac vetuisse ne vis Basilio inferretur, et cum illius communionem non auderet amplecti (pudori enim illi erat immutatio) maxime decoram ei satisfaciendi viam quæsisse et idcirco in ecclesiam venisse. Ex quibus perspicitur nec Modestum statim post primum certamen ad imperatorem venisse (illum enim furiis incendit hæc primæ cladis ignominia), nec Valentem alteri interfuisse pugnæ ; siquidem quid in ea gestum esset, ex præfecto cognovit.

Neque etiam accuratissimus fuit Tillemontius in Basilii pugnis numerandis. Quæ enim coram præposito coquorum gesta narrat Nyssenus, hæc Tillemontius in duo diversa prælia dividit, quamvis unum prorsus exstiterit, quod quidem, etsi præcipuæ oppugnandi partes Demostheni commissæ fuerunt, omnium tamen magnatum frequentia, quos impius quidam ex Illyrico profectus convocaverat, ac ipsius præfecti præsentia celebratum fuit. Quamvis autem duas tantum insignes pugnas referat Nyssenus, verisimile est tamen plures alias sustinuisse Basilium : idque ipse non obscure indicat in epistola ad Eustathium, cui narrat sibi jam pugnas aliquas, easque satis vehementes fuisse cum magnis potestatibus, præfecto et cubiculi præposito. Nazianzenus et ex judicum ordine, et ex militari et ex Gynæcæo immissos esse ait qui Basilium oppugnarent, ac idem munus ipsi etiam coquorum præposito commissum fuisse.

Videtur aliqua inesse inter utrumque Gregorium discrepantia. Nam cum uterque eadem Basilii coram præfecto dicta referat ; Nyssenus hac Basilii constantia iram Valentis accensam fuisse dicit, eumque vices Basilii iterum oppugnandi commisisse Demostheni : contra Nazianzenus iracundiam admirationi locum cessisse, ac vetuisse imperatorem, ne quis Basilio vim inferret. Ergo alteruter Basilii dicta non satis accurato ordine retulit. Nam de historiæ summa, pugnis non semel commissis, ac optatissimo constantiæ Basilii exitu mirifice inter utrumque convenit.

IV. Dum Basilius hæc sustinet prælia ; Eustathius

Digitized by Google

Sebastenus mittit ei cum litteris Eleusinium, unum ut verisimile est, ex discipulis suis, qui certanti adesset ac suppetias ferret Basilio. Respondet ei Basilius sibi (*a*), antequam illius litteras acciperet, persuasum fuisse de illius erga omnes, maxime vero erga se charitate; illius autem acceptis litteris et conspecto Eleusinio, gratias se Deo egisse, quod sibi talem adjutorem et commilitonem concessisset. Narrat se in pugnis vehementibus, quas jam habuerat cum magnis potestatibus, præfecto et cubiculi præposito, omnem assultum inconcusso animo sustinuisse, Deo imbecillitatem corroborante. Scripta videtur hæc epistola ante imperatoris adventum ac forte etiam ante illud vehemens cum coquorum præposito certamen, de quo nihil Basilius.

Scripta etiam *in hac horrenda tempestate* epistola 80 ad sanctum Athanasium, cui Basilius dolorem suum significat quod oblatam ad se scribendi aliquam occasionem prætermisisset. Præclarissime secum agi existimasset Basilius, si ad historiam vitæ suæ congressum cum S. Athanasio adjecisset.

V. His quæ de Basilio narrata fuerant a præfecto, perculsus est Valens, ac instar ferri iminutatus, quod igne quidem emollitur, sed tamen ferri naturam retinet. Itaque minis in admirationem conversis, factum suum improbat, vim Basilio vetat inferri; et cum ipsius communionem amplecti pudor prohiberet, aliquam tamen ei satisfaciendi rationem quærebat, quæ sibi indecora non esset. Hanc autem maxime decoram judicavit. Sacro die Epiphaniæ in templum ingressus cum satellitum manu, numerum laicorum auxit, seque hoc modo defunctorie cum Basilio conjunxit. Videtur Valens Cæsaream non multo ante diem festum advenisse. Nam si spatium Ariani habuissent illius iterum incendendi, facile illi novas iracundiæ faces admovissent. Id enim non semel perfecerunt, ita ut Valentis animus perpetuam habuerit iracundiæ in Basilium et reverentiæ vicissitudinem.

Illud autem minime prætereundum, quod eo die evenisse narrat Gregorius Nazianzenus. *Postquam enim*, inquit, *intus fuit, atque ipsius aures psalmorum cantu, non secus ac tonitruo quodam personuerunt, plebisque pelagus vidit, omnemque ordinem et concinnitatem, quæ tam in sacrario, quam prope sacrarium erat, angelicam potius quam humanam, atque ipsum quidem ante populum recto corpore stantem, qualem Scriptura Samuelem describit, nec corpore, nec oculis, nec animo, perinde ac si nihil novi contigisset, ullam in partem se moventem, sed Deo, ut ita dicam, et altari affixum; eos autem, a quibus cingebatur, cum timore quodam ac reverentia stantes: hæc, inquam, simul atque perspexit (nec enim simile quidquam unquam viderat) humanum quiddam passus est, atque oculorum vertigine ac tenebris totus impletur. Atque id plerisque adhuc obscurum et incognitum erat. Verum cum dona, quæ ipsemet effecerat, divinæ mensæ offerenda essent, nec quisquam ut mos ferebat, simul ea caperet (quod non satis liqueret, an ea Basilius acceptarus esset) tum vero manifeste se affectus prodidit. Ita enim titubare cœpit, ut nisi quispiam ex sacrarii ministris vacillantem supposita manu retinuisset, misere utique et luctuose prolapsurus fuerit.*

Verisimile non est Valentem Basilii manu communionem sacram accepisse, cum Gregorius dicat eum cum Basilio perfunctorie conjunctionem iniisse. Videtur autem Basilius in illius donis accipiendis plus consuluisse Ecclesiæ paci, quam legum ecclesiasticarum severitati (*b*). Constantii dona alto vultu rejecit Liberius, sed in dissimilii occasione. Pares quidem erant Constantius et Valens hæresi et catholicæ fidei odio, et alter quidem catechumenus, alter ab hæreticis baptizatus: sed Constantius per eunuchum Eusebium dona mittebat corrumpendi causa; at Valens ipse suppliciter offerebat, ut suæ in Basilium observantiæ aliquam significationem daret. Quænam autem illa exstiterint dona, quorum opifex Valens, non facile est statuere. Dona altari offerri consueta intelligit Theodoretus (*c*): vasa aurea Nicetas ipsius Valentis manu fabricata.

Nulla eo die Basilium inter et Valentem fuere colloquia (*d*). Sed cum rursus in ecclesiam venisset, satisfecit diuturnæ colloquendi cum Basilio cupiditati, ac intra velum ab eo susceptus est. Tum vero Basilius sic locutus est, ut Gregorius qui aderat, Dei voces fuisse testetur. De hoc Basilii cum Valente congressu sic loquitur Theodoretus (*e*): *Cum Basilius intra sacra vela, ubi ipse sedebat, accedere Valentem jussisset, multa ad illum verba fecit de recta fidei doctrina; eumque Valens libenter auscultavit. Aderat tum quidam nomine Demosthenes, Castrensis sacri palatii, qui cum magistrum orbis terrarum objurgaret, barbarismum admisit. Tum subridens divinus Basilius: Vidimus, inquit, etiam Demosthenem litterarum expertem. Et cum ille vehementius indignatus minaretur, subjecit magnus Basilius: Tuum munus est, jusculorum condimenta curare. Divina enim dogmata exaudire non potes, cum aures habeas obstructas. Et Basilius quidem ista dixit Demostheni. Valens vero tantopere eum miratus est, ut pulcherrima quæ illic habebat prædia pauperibus donaverit, quorum ille curam gerebat, qui toto corpore mutilati multo majore curatione indigebant.* Asseverat Basilius in epist. 94, suum ædificandi ptochotrophii consilium Valenti perspectum ac probatum fuisse; ejusque auctoritate utitur, ut invidiam repellat, quam ipsi nonnulli homines apud præsidem ob susceptum tantæ molis ædificium creare tentabant. At de Valentis liberalitate quam refert

(*a*) Epist. 79, 80.
(*b*) Athan. *ad Solit.*
(*c*) Lib. IV, c. 19: Naz. tom. II, not. p. 781.
(*d*) Naz. or. 20.
(*e*) Lib. IV, c. 19.

Digitized by Google

Theodoretus, nihil prorsus legitur in illa Basilii epistola.

VI. Hæc Basilii virtutis admiratio injecta Valentis animo, initium fuit illius in Cappadoces humanitatis : hæc prima exstitit tempestatis sedatio. Sed cito instabilem illius animum Ariani artibus suis immutarunt. Non unum autem artificium ab eis adhibitum. Interdum enim catholicam fidem præ se ferebant, ac Basilii doctrinæ assentiri se profitebantur, ut testatur S. Ephræm (*a*). Non idcirco Basilios eorum formulis aut communioni cedebat. Sed inde, ut verisimile est, ansam arripiebant illius accusandi apud Valentem, ut hominis ab omni accommodatione et pacificatione alieni. His artibus vincunt improbi ; exsilium decernitur, parantur omnia, nox aderat, in promptu currus, in plausu hostes, B in luctu pii ; Gregorius et alii amici latus alacris viatoris cingebant : Basilius exsilio mulctatus, hoc tantum negotii suscipit : uni ex famulis imperat, ut se acceptis pugillaribus sequatur. Sed Deus rescindit exsilii decretum : filius Valentis in febrim incidit, et cum illius morbo nullam prorsus medicinam pater inveniret, ad Basilium confugit, non quidem per se, ob contumeliam modo ei factam, sed per eos quos sancto episcopo amicissimos esse noverat, id est per Terentium et Victorem aut Arinthæum. Nam magistris rei militaris hoc munus commissum fuisse refert Theodoretus(*b*). Accurrit Basilius, ejusque ingressu levior fit morbus, nec dubitabant qui aderant, quin filium imperator incolumem re- C cepisset, si non dulci aquæ salsam miscuisset, Basilium vocans et hæreticis credens. Atque hæc quidem Gregorius Nazianzenus, cujus narrationem accurate sequitur Sozomenus (*c*); et quod Gregorius ait Valentem aquæ dulci salsam miscuisse, id Sozomenus interpretatur de hæreticis una cum Basilio advocatis, ut pro Valentis filio precarentur. Ex Theodoreto (*d*) Dominica Augusta magnis doloribus, vel, ut ait Socrates (*e*), horrendis visis vexata, Valenti auctor fuit, ut Basilium accerseret.

Res a S. Ephræm (*f*) sic narratur : *Dum gravi morbo detineretur filius tyranni, rogabant virum hunc, ut pro eo precaretur ; illo vero proponente conditionem : Si eum mihi tradideris, ut adducam ad immaculatam fidem, liberemque ab omni impietate* D *Arianæ doctrinæ : et ipso assentiente ; statim Basilius pro imperatore terreno erga cœlestem intercessor exstitit ; obtulit viri promissum, eique sanitatem filii retulit. Ut autem serpentes viderunt puerum servatum, rursus levis imperatoris mentem depravarunt, ejusque filium acceptum baptizarunt aqua, non tamen Spiritu ; docebant abnegare Filium Dei ; interius irretientes, et exterius induentes ; foris Christum induit, intus dilacerat. Quare non multo post, mi-* A *seri spiritum abstulit, prædicans ingratam eorum mentem.*

Neque omittendus nobis Rufinus (*g*), qui rem sic edisserit : *Cum Basilius a Valente*, inquit, *in exsilium pro fide cogeretur, exhibitus ad tribunal præfecti, terroribusque (ut illis moris est potestati) et minis maximis agi cœpit, et nisi præceptis principis obediret, interitum sibi jamjamque speraret impendere. Tum ille intrepidus, et absque ulla animi perturbatione hæc sibi minitanti præfecto respondisse fertur : Atque utinam aliquid mihi esset digni muneris, quod offerrem huic, qui maturius Basilium de nodo follis ejus absolveret ! Cumque daretur ei nox, quæ erat media ad spatium deliberandi, respondisse denuo perhibetur : Ego crastino ipse ero qui nunc : tu te utinam non mutares ! Et illa quidem nocte uxor imperatoris velut tortoribus tradita cruciatur ; filius vero qui eis erat unicus, exstinctus paternæ impietatis creditur exsolvisse supplicia. Ita ante lucem missi, qui rogarent Basilium, ut precibus suis intercederet pro eis, ne etiam ipsi, et quidem multo justius similiter interirent.*

VII. Victi at non defatigati Ariani non multo post ad pugnam redierunt, et infirmam Valentis mentem novis artibus aggressi sunt. Hanc autem imprimis aleam adhibuerunt, quæ perraro fallebat, ut Basilio stante nihil se promovere posse, eo relegato cæteros facile cessuros dicerent (*h*). *Gravis enim ille nobis est*, aiebant, *vel solum conspectus. Etenim valde contrarius nobis est in sermonibus : propterea fieri nequit, imperator, ut fides nostra progressum capiat si iste adsit.* Iterum ergo decernitur exsilium, sed Deus novo miraculo suum Ecclesiæ Cæsariensi pastorem servavit, quod a S. Ephræm (*i*) sic narratur : *Horum sermonibus*, inquit, *inductus imperator, suscepit in exsilium eum mittere : statim vero calamus, qui non sustineret iniquo subservire consilio, ultro confractus est, insipientem erudiens, quam enorme facinus patrare vellet in servum Christi, unius in Patre et Filio et Spiritu sancto divinitatis præconem, quique ita non sentientes aut loquentes, tanquam canes rabidos sapienter redarguebat. Cum autem non sentiret is, inanimo calamo insensibilior, filius revera erroris, secundum quoque sumpsit ad subscribendum, et ad finem imponendum malæ voluntati ; verum hunc similiter confringi vidit, nec pati velle communionem mali, quod ipse facere nitebatur. Quid conaris, o imperator, in peregrinam eum ejicere regionem, qui inhabitatorem habet universa complentem ? Cur capere tentas nulli expugnabilem ? Quare civitate pellis civem cœli ? Nam si tertium quoque calamum sumpseris, cernes contritum, nolentem, nec tibi cooperantem. Quod utique etiam contigit. Tunc aperte victoria a cunctis prædicata fuit, tum illustre tropæum invi-*

(*a*) Cotel. tom. III *Monument.*
(*b*) Lib. IV, c. 19.
(*c*) Lib. VI, c. 16.
(*d*) Lib. IV, c. 19.
(*e*) Ibid. c. 26.
(*f*) Cotel. t. III *Monum. Eccles.*, p. 63.
(*g*) Lib. XI, c. 9.
(*h*) Cotel. tom. III, *Monum. Eccl.*, p. 64.
(*i*) Ibid. p. 65.

Digitized by Google

cti hominis, calami tres exstiterunt, Trinitatem consubstantialem prædicanti patrocinantes. Manus ad proferendam sententiam festinabat, et calami eam injustam demonstrarunt. Manus pravum calculum dare properabat; calami vero inane studium retinebant. Imbres miraculorum pluisse ait (p. 64) idem scriptor, seque hoc unum de omnibus narrare. Idem miraculum narrat Theodoretus (*a*), additque Valentem, cum secundo et tertio calamus fuisset contritus, dextra subito concuti ac tremere cœpisse.

VIII. Locus quidam Gregorii Nazianzeni minus recte intellectus in maximas Tillemontium angustias conjecit. Postquam retulit Gregorius, Valentem Basilii admiratione perculsum vetuisse, ne vis ei inferretur, et dum dona offert, mirum in modum tremuisse ac titubasse, cumque rursus in ecclesiam venisset, intra velum divinas Basilii voces audiisse; postquam, inquam, hæc narravit, statim addit : Αὐτὴ γίνεται τῆς τοῦ βασιλέως περὶ ἡμᾶς φιλανθρωπίας ἀρχὴ, καὶ κατάστασις πρώτη, τοῦτο τὸ λῆμμα, τῆς τότε διοχλούσης ἐπηρείας τὸ πλεῖστον ὥσπερ τι ῥεῦμα διέλυσεν. *Hoc exstitit imperatoriæ erga nos humanitatis et clementiæ principium : hæc prima sedatio : hæc occasio maximam impressionis illius partem, qua tum vexabamur, non secus ac fluctus quosdam, fregit ac dissolvit.* Hæc refert Tillemontius ad secundum Valentis in ecclesiam ingressum, ac inde certo colligi existimat, Basilium ac omnes etiam Cappadociæ ecclesias reliquo Valentis imperii tempore, vel saltem satis diu post Basilii cum Valente colloquium, pacem retinuisse. Sed animadvertit Tillemontius longam illam pacem, quam secundum Valentis in ecclesiam ingressum consecutam esse putat, conciliari non posse cum persecutione, quam statim narrat Gregorius postquam de secundo Valentis in ecclesiam ingressu locutus est. Hæc enim persecutio, in qua decretum Basilio exsilium morbus Galatæ avertit, diu differri non potest; siquidem ex Themistii oratione anno 373, pronuntiata in annum decimum Valentis, jam mortuum esse Galatam perspicitur. Solvi posset difficultas, si qua ratione niteretur quod narrat Socrates, totam rem Antiochiæ gestam esse, eoque accersitum Basilium. Valesius, qui hanc opinionem merito rejicit, Valentem existimat cum aliquot annos Antiochiæ traduxisset ac deinde rediisset Cæsaream, in hoc secundo adventu persecutionem redintegrasse. Sed huic sententiæ obstat mors Galatæ, quæ tam sero differri non potest. Satius ergo videtur Tillemontio a Gregorii auctoritate discedere, et Theodoreti inhærere testimonio, qui decretum Basilio exsilium et morbum Galatæ sic narrat, ut ante secundum Valentis in ecclesiam ingressum evenisse videantur.

Postquam pedem ex hoc incommodo referre conatus est Tillemontius; aliud ei occurrit, diuturnæ paci, quæ secundum Valentis in Ecclesiam ingressum secuta est, pariter repugnans, miraculum trium calamorum in scribendo exsilii decreto fractorum. Sed conjicit vel Antiochiæ rem gestam esse, ubi non semel inita de pellendo Basilio consilia; vel hanc novam persecutionem ante secundum Valentis in ecclesiam ingressum contigisse, vel in alio Cæsaream Valentis adventu, qui in hanc urbem redire potuit, etsi non legitur rediisse.

At inutilis prorsus videtur tot conjecturarum opera in re sua sponte soluta et explicata. Nam hæc Gregorii verba : *Hoc fuit imperatoris erga nos humanitatis initium, hæc prima rerum sedatio*, etc., non referuntur ad illud Valentis intra velum cum Basilio colloquium, sed ad illam Basilii virtutis admirationem, qua perculsus Valens vetuit ei vim inferri. Id patet 1° ex tota narrationis serie. Ait enim Gregorius Valentem, his quæ Basilius gesserat auditis, in tantam illius virtutis admirationem venisse, ut ei vim inferri vetuerit, eique satisfaciendi causa in ecclesiam venerit, ubi ad solum Basilii aspectum contremuit et titubavit, ac postea rediens longum illius videndi et audiendi desiderium explevit. Quod ergo statim addit hanc primam fuisse tempestatis sedationem, id manifeste refertur ad summam Basilii in certamine constantiam, cujus admirator exstitit Valens, et idcirco in ecclesiam venire statuit et cum Basilio colloqui.

2° Idem probant hæ voces, *Hæc prima sedatio*, quæ in interpretatione Billii omissæ fucum fecerunt. Certa enim et explorata res est tunc primum sedatam fuisse tempestatem, cum Valens Basilio vetuit molestiam exhiberi : quod quidem vetuit antequam in ecclesiam veniret. 3° Huc accedit testimonium Gregorii Nysseni, qui Basilii in sustinendis præfecti assultibus constantiæ acceptam refert tranquillitatem, quam Cappadocia ex omnibus provinciis Valenti subjectis sola experta est. Sic loquitur Nyssenus (*b*) : Καὶ πάλιν ὁ ἀθλητὴς τοῦ Θεοῦ τοῖς δευτέροις τῶν ἀγώνων, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς προλαβοῦσι δόξαν ὑπερβαλλόμενος. Εἰ δὲ ζητεῖς τούτων τὰς ἀποδείξεις, εἰς αὐτὰ βλέψον τὰ πράγματα. Ποῖον οὐκ ἐπενείματο τόπον τῶν Ἐκκλησιῶν ἡ τηνικαῦτα καταστροφή; ποῖον ἔμεινεν ἔθνος τῆς τῶν αἱρετικῶν ἐπιστασίας ἀπείρατον; τίς τῶν κατὰ τὰς Ἐκκλησίας εὐδοκιμούντων οὐκ ἀπεσείσθη τῶν πόνων; ποῖος διέφυγε λαὸς τὴν τοιαύτην ἐπήρειαν; οὐ Συρία πᾶσα, καὶ τῶν ποταμῶν ἡ μέση, μέχρι τῶν πρὸς τοὺς βαρβάρους ὅρων· οὐ Φοινίκη, καὶ Παλαιστίνη, καὶ Ἀραβία, καὶ Αἴγυπτος, καὶ τὰ ἔθνη τῆς Λιβύης, ἕως τοῦ τέρματος τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης, οὐ τὰ ἐπὶ τάδε πάντα, Ποντικοὶ, καὶ Κίλικες, Λύκιοι, Αὐδοὶ, Πισίδαι, Πάμφυλοι, Κᾶρες, Ἑλλησπόντιοι, νησιῶται, μέχρι τῆς Προποντίδος αὐτῆς; οὐ τὰ ἐπὶ Θρᾴκης πάντα, ἕως ἦν ἡ Θρᾴκη, καὶ τὰ περὶ αὐτὴν ἔθνη, ἕως πρὸς τὸν Ἴστρον αὐτόν; τί τῶν πάντων ἐπὶ σχήματος ἔμεινε, πλὴν εἰ μή τι προκατείχετο τῷ τοιούτῳ κακῷ; ἀλλὰ μόνος ἐκ πάντων ὁ Καππαδόκειος λαὸς, τῆς κοινῆς τῶν Ἐκκλησιῶν συμφορᾶς οὐκ

(*a*) L. IV, c. 19.

(*b*) I *Eunom.*

Digitized by Google

ἐπῆρθετο· ὃν ὁ μέγας πρόμαχος ἡμῶν ἐπὶ τῶν περιφανῶν διεσώσατο. *Iterum generosus noster athleta in certamine conspicitur, gloriam prioris pugnæ longe exsuperans. Quod si hujusce rei petis testes, res ipsas intuere. Quem enim locum intactum reliquit temporis illius calamitas? Quænam gens hæreticæ vastationis et grassationis expers mansit? Quis eorum qui in Ecclesia florebant, non dejectus est a cœptis et laboribus suis? Quis populus insultationem illam effugit? Non Syria universa, non Mesopotamia usque ad fines barbarorum, non Phœnicia, non Palæstina, non Arabia, non Ægyptus, non incolæ Libyæ usque ad terminos nostri orbis; non alii, qui in eo degunt, Pontici, Cilices, Lycii, Lydi, Pisidii, Pamphylii, Cares, Hellespontii, insulani usque ad ipsam Propontidem, non gentes Thraciæ, qua patet Thracia, et finitimi quique usque ad ipsum Danubium? Quæ ex his omnibus provinciis calamitatis hujus expers fuit, nisi forte illa quæ antea hoc malo tenebatur? solus ex omnibus populus Cappadox communem cladem et ærumnam non sensit, quem magnus noster propugnator ex omnibus tentationibus eripuit.*

4° Ex iisdem verbis, *Hæc prima sedatio*, luce clarius est tempestatem non semel excitatam et sedatam fuisse : idque confirmat Gregorius, qui Galatæ morbi et mortis narrationem sic incipit : "Ετερον δὲ τῶν εἰρημένων οὐκ ἔλαττον, ἐνίκων οἱ πονηροί, etc. *Sequitur aliud iis quæ dicta sunt non infimus : vincebant improbi*, etc. Quare neque hoc, neque calamorum fractorum miraculum, ante Valentis in ecclesiam adventum collocari debent, aut Antiochiam transferri. Mors Galatæ posterior est secundo in ecclesiam adventu, qui Valentis longum audiendi Basilii desiderium implevit. Nondum ergo illum filii causa accersitum audierat. Multo absurdius id Antiochiæ fingeretur contigisse. Nunquam enim eo accersitus Basilius, nec mors Galatæ longius, ut jam dixi, differri potest. Præterea Gregorius sic hujus miraculi narrationem concludit, ut illud cum cæteris rebus antea narratis necesse sit Cæsareæ contigisse. Ait enim : Τὰ μὲν πρὸς ἐκείνους αὐτῷ τοιαῦτα καὶ εἰς τοῦθ' ἥκοντα τέλους. *Quæ cum illis egit*, nempe cum Valente et præfecto, *talia exstitere, et eum finem habuere.*

IX. Sed quæ ad Galatam spectant, ea libenter fatetur Tillemontius non alibi quam Cæsareæ contigisse. At non ita aversus est ab eorum opinione, qui tres calamos aut Antiochiæ, aut in alio Valentis Cæsaream adventu fractos fuisse existimant. Ne hoc quidem miraculum Cæsareæ auferendum. Præterquam quod Valens ante annum 378 fingi non potest Cæsaream rediisse, sanctus Ephræm testatur Arianos impetrasse exsilium Basilii, cum demonstrarent Valenti fidem suam eo præsente progredi non posse : quod quidem eos improbabile prorsus est alibi quam Cæsareæ dixisse; nunquam enim Antiochiam accersitus Basilius.

Cæsareæ etiam collocat Gregorius Nazianzenus, quæ præfecto Modesto contigerunt. Is enim, cum Basilii constantiam et animi fortitudinem expertus esset, illius apud Deum patrocinium sensit. *Ægrotabat*, inquit Nazianzenus (p. 352), *illacrymabat, distorquebatur, Basilium accersebat, obsecrabat : Satisfactionem habes, clamabat, da salutem.* Atque hanc quidem precibus Basilii consecutus est, idque ipse fatebatur, et multis, qui rem ignorabant, persuadebat. Unde etiam Basilii virtutes mirari et prædicare non destitit, ac occasiones bene de illo merendi quærere, quamvis in fidem, qua illi Basilius sanitatem impetraverat, æquior, quandiu vixit Valens, et lenior fuisse non videatur.

X. Jam diximus Valentem non multo ante Epiphaniæ diem venisse Cæsaream, ita ut spatium non habuerint Ariani illius animo novas faces admovendi. Quæ autem gessit Basilius cum magnis potestatibus ac deinde cum ipso Valente, ea immerito nonnulli ad annum 370 et 371 referunt : nec commodior Socratis et Theodoreti sententia, qui cum Syriam et vicinas regiones ante a Valente devictas narrent, quam oppugnaretur Basilius, sequeretur ex eorum narratione Valentem e Syria Cæsaream venisse, idque non citius anno 372 exeunte. At persecutio ad annum 371 exeuntem et 372 ineuntem, id est, ad secundum Basilii episcopatus annum necessario referenda. Nullum enim persecutionis vestigium anno 370 exeunte et ineunte 371, id est, primo Basilii episcopatus anno. Recens tunc erat ab ordinatione Basilius, nondum egerat cum Athanasio de pacificandis Ecclesiis : hoc enim consilium non suscepit, nisi compositis rebus domesticis. At ex epistola (*a*) ad Athanasium in ipso persecutionis æstu scripta, jam multa inter utrumque acta et deliberata fuisse perspicitur. Hinc Basilius in una et eadem epistola (*b*) certiorem facit Meletium et de suscepto Romam mittendi Dorothei consilio, et de persecutionis minis, cum jam advenisset Eulpius et alii exspectarentur Ariani.

Neque etiam anno 372 exeunte et ineunte 373 collocari possit persecutio. Nam initio anni 373 consilia inita sunt de pellendo Basilio, sed Antiochiæ, non Cæsareæ, ut perspicitur ex epistola 120 quæ initio anni 373 scripta est. Præterea refrixit aliquantum amicitia Basilium inter et Eustathium anno 372 exeunte aut ineunte 373, cum perfidia duorum Eustathii discipulorum, quos domi suæ habebat Basilius, in oculis totius civitatis erupisset. At cum Basilius persecutionis procellam sustineret, confidebat Eustathio, ut cum maxime, et missum ab eo Eleusinium, cum summa grati animi significatione, ut optimum adjutorem et commilitonem, excepit. Pariter repugnant anno 373 quæ deinceps narrabimus; in primis magnum illud ædificium,

(*a*) Ep. 80.

(*b*) Ep. 68.

Digitized by Google

quod cum Basilius paulo post discessum Valentis inceperit, jam tamen excipiendis hospitibus aptum erat anno 373.

Venit itaque Cæsaream Valens anno 371 exeunte, idque omnino nexum et conjunctum est cum rerum illius gestarum historia. Nam cum Antiochiam peteret lento itinere, erat Ancyræ Julio mense anni 371, ut certo perspicitur ex lege 76 de decurionibus data in hac urbe III Id. Jul., Gratiano A. II et Probo css., cod. Theod. lib. XII, tit. 1, p. 426. Cum ergo illius emissarii et præcursores episcopi Cæsaream venerint mense Septembri ejusdem anni, cumque Valentem Cæsareæ festum Epiphaniæ celebrasse constet; nullus profecto dubitandi locus quin id anno 372 ineunte contigerit. Huc accedit auctoritas Gregorii Nysseni (*a*), qui testatur Valentem rebus contra barbaros feliciter gestis elatum, cum e Propontide progressus Bithyniam ex improviso vastasset, ac Galatiam nullo negotio cepisset, sic tandem in Cappadociam, quæ proxima erat, pervenisse. Cæsaream ergo Valens eodem anno venit, quo Galatiam peragravit; ac valde Socrates et Theodoretus hallucinantur qui jam Syriam et vicinas regiones Arianorum ditioni subjectas fuisse putant, cum Cæsarea oppugnata. Consentit cum Nysseno Nazianzenus (*b*), qui Valentem narrat, cum vicinos omnes impietatis robore ac potentia domuisset, ac ditioni suæ quidquid obvium habuerat, subjecisset, sic tandem peragratis omnibus regionibus Cæsaream aggressum esse. Liquet Nazianzenum loqui de regionibus Cappadociam inter et Constantinopolim interjectis, quas lente peragrabat Valens anno 371; non solum ut ubique catholicam fidem opprimeret, sed etiam ut vere ineunte anni 372 e Cappadocia egredi, et intolerabiles Ciliciæ calores vitare posset.

CAPUT XXI.

I. *De epistola* 81. II. *Scribit Athanasio Basilius antequam Roma redeat Dorotheus : rogat eum ut prior scribat episcopis.* III. *Elias hoc anno* 372 *præses Cappadociæ.* IV. *De epistolis Basilii* 83-88.

I. Scriptam conjicio ante Quadragesimam hujus anni 372 epistolam 81 ad Innocentium episcopum, ad quem etiam exstat epistola Basilii 50. Is præerat magnæ urbi, non parum Cæsarea distanti, ac in perfungendo egregie episcopatus munere laudem et famam adeptus erat. Magnus enim erat Spiritus sancti glorificator, ejusque divinitatis defensor (*c*). Sed cum admodum ætate provectus esset, ac gregi suo post mortem suam metueret, rogavit Basilium, ut curam Ecclesiæ suæ post mortem suam susciperet, ac nunc ad se mitteret e clero suo præstantem aliquem virum, quem successorem suum vivus designaret. Quo magis Basilium exacueret ad rem tanti momenti, minabatur se ei litem coram Domino illaturum, si occasionem de aliis bene merendi negligeret.

Delatum munus Ecclesiæ Innocentii post ipsius mortem curandæ Basilius a se deprecatur, ut majus viribus suis, quodque ex tanto intervallo facile administrari non possit. Alteri autem petitioni libenter annuit, ac Innocentium laudat, quod, ut Moyses, successorem suum videre velit. Itaque memor illius minarum, simulque considerans civitatem amplam esse et celebrem, opus Innocentii apud multos clarum, tempora difficilia, magno indigentia gubernatore ob continuas procellas, probe intellexit non juniorem aliquem mittendum esse, qui ad negotia tantum exteriora idoneus sit. Sed circumspiciens in Cæsareæ presbyterio, elegit pretiosissimum vas, alumnum beati Hermogenis et ab eo ordinatum, presbyterum ecclesiæ a multis jam annis, gravibus ac constantibus moribus præditum, reverendum adeuntibus, adversantes in mansuetudine corripientem, peritum canonum, hominem accuratæ fidei, in continenti et ascetico instituto hactenus degentem, etsi illius carnem consumpserat vitæ austeritas; pauperem ac nullos in hoc mundo reditus possidentem, adeo ut ne panis quidem ipsi copia suppeteret, sed labore manuum cum fratribus victum sibi compararet. Hunc statim mittere potuisset Basilius : sed quia Innocentius alium petierat, probum illum quidem, sed altero longe inferiorem ; rogat Innocentium Basilius, ut, si ejusmodi virum desideret, mittat aliquem ex fratribus, qui eum circa jejunia assumat : si neminem habet, quem mittat, saltem ad se scribat.

Videtur Quadragesimam designare Basilius, cum Innocentium rogat, ut aliquem mittat, qui venerabilem illum presbyterum circa jejunia assumat. Cur autem hæc anno 372 putem contigisse, hoc potissimum adducor argumento, quod cum Basilius multos hoc anno episcopos creaverit (multiplicatos enim fuisse episcopatus testatur Nazianzenus [*d*]), non videtur summum illum virum, quo præstantiorem neminem habere poterat, prætermissurus fuisse, cum (*e*) præsertim Pœmenium, quem dedit Satalensibus, libenter Cæsareæ retinuisset, nec matri et Ecclesiæ lugenti abstulisset, si quem ei invenisset parem ad munus episcopatus sustinendum. Videtur hæc Basilii liberalitas in concedendis ex sua Ecclesia episcopis, ita clerum Cæsariensem exhausisse, ut neminem (*f*) haberet anno 375, quem Amphilochio donaret, propterea quod is quem promiserat, accedente ad veterem morbum nova oculorum ægritudine, impar huic oneri factus esset.

II. Quamvis Basilius, quandiu Cæsareæ fuit Valens, vix ullum diem ab Arianorum insidiis tutum habuerit, nihil tamen de suo pacificandarum Ecclesiarum studio remittebat. Tum cum Athanasio (*g*) scriberet anno præcedenti, spem ei afferebat

(*a*) *In Eunom.*
(*b*) Naz. or. 20.
(*c*) Ep. 50.
(*d*) Or. 20.
(*e*) Ep. 102.
(*f*) Ep. 217.
(*g*) Epist. 69.

Digitized by Google

fore, ut omnes illius judicio pacificationem Ecclesiarum committerent. Id tandem consecutus est Basilius, forte ipsa persecutione animos a contentionibus ad communis fidei defensionem revocante (*a*). Scribit ergo Athanasio quidquid in Cappadocia et finitimis locis sanum est, vere nunc ad eorum qui idem sentiunt, communionem atque unitatem propendere : eumque idcirco rogat, *ut nobis*, inquit, *omnibus scribas epistolam unam, quæ quid agendum sit admoneat*. Volebant enim episcopi, quos Basilius cum Athanasio conjungere studebat, ut Athanasius prior scriberet. Sed quia suspecti Athanasio esse poterant, ob ea quæ olim gesserant antequam ab Arianis discederent; obtestatur eum Basilius, ut sibi has ad episcopos litteras mittat : non prius se eas daturum, quam responsum ab eis acceperit : *sin minus*, inquit, *peccator ero in te omnibus diebus vitæ meæ*.

Erat sane periniqua conditio, ab Athanasio postulare ut qui ab eis læsus fuerat, prior ipse scriberet. Non ex Basilio, non ex Meletio ortam crediderim ejusmodi conditionem, quæ paci obstare poterat ac revera obstitit, sed ab hominibus non tam pacem appetentibus quam metuentibus, quibus tamen Basilius et Meletius, ut inter homines earumdem partium studio conjunctos fieri solet, non cedere non potuerunt.

Scripta hæc epistola antequam Dorotheus Roma rediisset, ac forte etiam antequam Valens Cæsarea discessisset, aut saltem post vexatam ab eo Cæsaream. Id enim indicare possit cauta et obscura de persecutione loquendi ratio. Comparat enim Basilius Ecclesiæ mala cum naufragio partim ob causam externam mare exagitantem exorto, partim ob navigantium sibi invicem obstantium perturbationem. Tum addit se in hac similitudine sermonem concludere, cum nec Athanasii prudentia amplius quidquam requirat, nec rerum status det dicendi libertatem. Nondum certe redierat Roma Dorotheus; sed brevi eum rediturum sperabat Basilius, qui Athanasium rogat, ut litteras sibi ad episcopos mittat vel per aliquem e clero Alexandrino, vel per Dorotheum diaconum. Hanc tamen Tillemontius epistolam anno 371 scriptam putat, antequam Dorotheus ex primo itinere Alexandriam suscepto in Cappadociam rediisset. Sed ad ea quæ præsentiam Valentis aut saltem graviorem persecutionem indicare possint, illud etiam accedit, quod Basilius in hac epistola, ut jam observavimus, consecutum se esse nuntiet id quod in epistola anno præterito scripta futurum sperabat, ut omnes Athanasii judicio pacificandæ Ecclesiæ modum committerent. Præterea huic Basilii epistolæ responsum afferet Roma rediens Dorotheus, ut modo videbimus.

III. Plurimi interest, quis Cappadociam hoc anno rexerit, inquirere. Eliam hoc munus sustinuisse perspicimus ex epist. 94, quæ scripta est hoc anno 372, ante mensem Junium. In hac epistola Basilius Eliam regendam Cappadociam invitum suscepisse dicit, ut opera collapsa instauraret, loca non habitata incolis repleret, ac uno verbo solitudines in urbes transformaret. Præterquam quod hæc epistola 94 ad præsidem Eliam manifestas habet hujus anni 372 notas, ut infra videbimus, ipsa certe Cappadociæ pictura, quam in Basilii verbis perspicimus, mirifice congruit cum superioribus litteris (*b*), in quibus Cæsareæ in solitudinem mutatæ ærumnas deplorat. Quare primus exstitit Elias, qui provinciam in hunc statum redactam acciperet.

Minus accurate ac minus æque de illo viro senserunt eruditorum nonnulli, in his Tillemontius, qui eum anno 371 Cappadociæ præfuisse et cum inimicis Basilii conjunctum fuisse existimarunt. Quo anno rexerit Cappadociam, jam probavimus. Christianum illum et amicum vocat Basilius, nedum inter inimicos numeret. Magnum ei pietatis testimonium tribuit, cum veretur ne altercationibus episcoporum vulneretur illius anima, *quæ pura sua in Deum pietate perfectam religiosi cultus mercedem percipere debet*. Sed quod omnem ambigendi locum præcludit, idem est ille præses, quem Basilius hoc anno 372 dignitate dejectum mense Maio aut Junio, et in periculo non levi constitutum Sophronio commendat. Quod enim de Eliæ pietate et amicitia secum intercedente dixerat in epistola 94, idem de illo præside dignitate spoliato testatur in epist. 96, cum eum elaborasse testatur, ut *res Christianorum ad antiquum decus revocaret*, id est, ut hæresim everteret et pacem inter Catholicos stabiliret. Illis enim rebus antiquum Ecclesiæ decus metiri solet Basilius, ut perspicitur ex epist. 92. Præterea præses ille, cui abrogata dignitas mense Maio aut Junio hujus anni 372, Cappadociam brevissimo rexit tempore, nec eam alius ante illum rexerat, ex quo tot malis et ærumnis afflicta erat. Unde Basilius : *Patria nostra per somnium ditata est, viro quidem commissa, qualem non alium dicunt qui res nostras antiquissimas sciunt, in rectoris sedem conscendisse, sed cito eo privata improbitate nonnullorum, qui ex illius libero et nescio assentationis animo ansam belli ei inferendi arripuerunt et calumnias ei instruxerunt*. Et postea : *Quæ ne multis quidem annis ab alio fiant, hæc brevi tempore ab eo perfecta*. Is ergo alius esse non potest, quam Elias, qui Cappadociam molestissimo divisionis tempore regendam suscepit; idque confirmant, quæ de duobus aliis præsidibus dicemus, Maximo et Antipatro, quorum alter hoc anno circa Junium mensem, alter anno 373 circa Augustum mensem gubernacula Cappadociæ cepit. Pluribus aliis laudibus virum exornat Basilius; solus esse videbatur, qui provinciæ vulnera sanare posset,

(*a*) Ep. 82

(*b*) Ep. 74, 75.

Digitized by Google

sincerus æqui custos, affabilis injuriam patientibus, terribilis delinquentibus, æquabilis et idem pauperibus et divitibus. Quod autem a muneribus omnium maxime abhorrebat, id ut levius cæteris illius virtutibus prætermittendum videbatur. Cum eximiam Eliæ effigiem his coloribus depictam habeamus, facilius nonnulla ad eum pertinentia deinceps dignoscemus.

IV. Tot ac tanta virtutum ornamenta animos addiderunt Basilio, ut, cum ab ipso præside, tum ab iis, qui sub ipso aliquam administrationis partem gerebant, multa peteret, ac libere admoneret, si quid fieri videret non decore. Hinc censitorem (*a*) hortatur, quem fama magis quam consuetudine noverat, ut, cum ejusmodi munus susceperit, in quo Cappadociam omnino solo æquatam instaurare possit, miserorum ærumnas allevet; eique commendat suam quamdam possessionem, quæ circa Chamanenem sita tributis premebatur : suam peracute vocans, quæ erat unius ex amicis. Scripta hæc epistola non multo post divisionem Cappadociæ, quam Basilius, ut recenti adhuc vulnere, *omnino solo æquatam* existimat.

Scriptam credimus ad Eliam epistolam sequentem. Is provinciam ita afflictam et deformatam acceperat, ut, quamvis omnes suas cogitationes ad eam sublevandam incitaret, nonnulla tamen faceret invitus, aut fieri sineret, ipsius humanitati parum congruentia. Senem quemdam cum diploma regium publicis muneribus exemerat, tum ipsa ante regem senectus immunitatem dederat. Beneficium regium confirmaverat præses, sed eum rursus alia via in negotia protraxerat, illius nepote, qui nondum annos quatuor natus erat, curiæ addicto. Nam cum puerulus inter curiales recenseri non posset, nec tributa colligere, aut militibus annonam suppeditare; necesse erat miseri senis canitiem dedecorari, et quod solamen orbitatis esse debuerat, id ei in occasionem innumerabilium malorum converti. Itaque Basilius, qui commune perfugium erat miserorum, et parvulo et seni misericordiam præsidis implorat.

Hæc autem contigisse, cum Cæsariensis ordo ablatis plerisque magistratibus pene concidisset, vel ipsum clamat præsidis factum, quem talibus præditum moribus, quales prædicat Basilius, sola necessitas cogere potuit, ut cum sene et illius nepote durius ageret. Deinde vero præses, cui senex et puer commendantur, amicus erat Basilii, ut ex initio et fine epistolæ patet, ac summa in jure describendo et calamitosis juvandis constantia. Mirifice hæc quadrant cum libero Eliæ et nescio assentationis animo. Quibus laudibus si addas Basilii votum, quod præsidi ab omnibus illius administrationem expertis deberi dicit, *ut omni hominum generi custodiatur, præfecturas ex præfecturis gerens, et alios atque alios sua administratione adjuvans;* facile summum illum virum, Eliam, agnoscas, qui supra Basilii penicillo depictus est.

Tanta erat his temporibus calamitas Cappadociæ, ut una vox ubique audiretur, exactorum, et eorum a quibus exigebatur, quique flagellis cædebantur, ut testatur Basilius in epist. 74, n. 3. Videtur molestum illud tempus pravam hanc consuetudinem induxisse vel saltem auxisse, ut rustici ob vectigalia in jusjurandum adigerentur. Non desinebat Basilius in omni conventu et in privatis colloquiis hoc vitium insectari; sed tandem ea de re scribendum esse duxit ad censitorem (ad hunc enim scripta videtur hæc epistola 85 inscriptione carens), cui demonstrat hoc jusjurandum nec vectigalibus prodesse et certissimam perniciem animabus inferre.

Erat Dorotheus presbyter, ut supra vidimus, Basilii collactaneus : cui cum frumentum, quod ad necessarium vitæ usum habebat, quidam in Berisis diripuissent, rogat Basilius (*b*) præpositum pagi, ut illud restituere cogantur, nec eis liceat culpam in alios rejicere.

Manifesta est epistolæ octogesimæ sextæ necessitudo cum octogesima septima, quæ et in codicibus Harlæano et Vaticano et pluribus aliis alteram sequitur cum hac inscriptione, ὑπὲρ τῶν αὐτῶν, *de iisdem rebus;* et revera de eodem agit presbytero, qui quod unicum habebat vitæ sustentandæ præsidium, eo spoliatus est. Quare cum Basilius dicat in epistola octogesima septima se scripsisse ad præpositum patriæ, inde colligimus ad hunc præpositum scriptam esse epistolam octogesimam sextam, et Dorotheum loci illius, quem Basilius patriam appellat, presbyterum fuisse.

Utramque autem epistolam ad hunc annum referimus, quia octogesima septima ad præsidem Eliam videtur scripta. Laudat Basilius in Elia, ut supra vidimus, summam in jure describendo æquabilitatem, magnumque fidei catholicæ et pacis ecclesiasticæ studium. Quare cum eum, ad quem scribit epistolam 87, non modo non permittere debere dicit, sed etiam totis viribus impedire quominus hæc committantur, maxime quidem in omnes homines; sin minus saltem contra presbyteros, *eos præsertim*, inquit, *qui nobis unanimes sunt et eamdem pietatis viam ineunt;* hæc, inquam, cum dicit, non alium videtur alloqui quam Eliam. Neque enim alium habemus Cappadociæ præsidem, apud quem hæc reprehendendi et commendandi ratio adhiberi potuerit. Perspicitur etiam ex iisdem verbis alia laus Eliæ, summa cum Basilio amicitia.

In sequenti epistola 88 facile agnoscitur idem Elias, qui pro summa sua humanitate hactenus Cappadocum misertus erat, et cum illis indulgenter egerat, *nusquam a leni illo morum suorum statu discedens ob metum eorum, quæ a sublimioribus potestatibus imminebant.* Tempus etiam ootime con-

(*a*) Ep. 83.

(*b*) Ep. 86.

Digitized by Google

gruit. Nam plerique magistratuum erant in agris. Huc enim secesserant, ut vidimus in superioribus epistolis (*a*), animum in tot ærumnis despondentes. Cum autem appropinquaret tempus, quod ad solvendum aurum comparatitium præstituebatur, et ad præscriptam summam aliquid deesset, Basilius universam civitatem hortatus est, ut suam quisque symbolam daret. Sed perincommode ceciderat, ut plerique magistratuum urbe abessent. Quare Eliam rogat, ut vel summam auri, qualis hactenus colligi potuerat, in thesauros mittat; reliquum postea solutum iri pollicetur: vel, si totum necesse est mitti, ita ut nihil prorsus reliquum sit, spatium eorum, qui urbe aberant, admonendorum concedat. Scripta ergo hæc epistola hoc anno 372 circa Martium. Nam tempus auri comparatitii colligendi a Kalendis Septembris ad Kal. April. extendebatur, ut in Nota ad hanc epistolam observavimus.

CAPUT XXII.

I. S. Athanasius respondet Basilio per Dorotheum Roma revertentem. Negat se priorem posse S. Meletio scribere. II. Probatur Athanasium illum, qui se a Meletio sine communione dimissum queritur, Alexandrinum esse. III. Dorotheus reddit Basilio litteras Occidentalium. IV. Basilius respondet per Sabinum diaconum. V. Epistola communis Orientalium missa per eumdem Sabinum. VI. Consulitur Basilius de domesticis communionibus.

I. Supra vidimus episcopos, quos Basilius cum Athanasio conjungere volebat, petiisse ut Athanasius prior ad se scriberet, et quid agendum sit ad pacificandas Ecclesias exponeret. Basilius (*b*) eorum postulata Athanasio significavit, ac eum rogavit, ut sibi has litteras mitteret, sive per aliquem e clero Alexandrino, sive per Dorotheum, quem redeuntem Alexandria transiturum sciebat. Satis opportune rediit Dorotheus, ut ei Athanasius his postulatis responsa committeret. Nam Basilius, eo adveniente Cæsaream, scripsit S. Meletio, eumque de sancto Athanasio sic alloquitur (*c*): *Jam quod ad reverendissimum episcopum Athanasium attinet, probe scientem eximiam tuam prudentiam monebo, fieri non posse ut meis litteris aliquid promoveatur, aut quidquam eorum quæ oportet perficiatur, nisi et a vobis qui tunc ipsius communionem procrastinastis, hanc ipsam aliquo pacto accipiat. Aiunt enim ipsum omnino propendere, ut nobiscum conjungatur, et quidquid poterit collaturum, sed dolere quod et tunc dimissus sit sine communione, et etiamnum promissa maneant irrita.*

II. Non putat Tillemontius hæc de magno Athanasio intelligi posse; neque enim probabile esse sanctum Meletium ei unquam denegasse communionem suam, idque postquam illam promisisset. Quare satius esse putat alium Athanasium intelligere, non illum quidem Ancyranum (is enim concilio Meletii interfuerat anno 363), sed forte unum ex Macedonianis, qui eo nomine vocatur in epistola Liberii. Sed tamen ita mihi quadrare omnia videntur, ita apta esse et innexa, ut ad alium quam magnum Athanasium referri non possint.

1° Inter episcopos, quos Basilius cum magno Athanasio conjungere conatus est, præcipua illius cura fuit sanctus Meletius. Hinc etiam atque etiam petit in epistolis 66, 67 et 69, ut initium pacificandæ Ecclesiæ ab Antiochena Ecclesia ducatur. Has procul dubio litteras indicat, cum ait Meletio se nihil litteris suis promovere. At ut Meletium cum Macedoniano aliquo conjungeret, non videtur id eum valde sollicitasse, nec ulla prorsus exstat ea de re epistola, nullum illius laboris monumentum.

2° Athanasius ille, de quo loquitur Basilius, propensus erat ut conjungeretur cum Meletio; sed nihil ab eo impetrari poterat, nisi Meletius aliqua communionis signa prior impertiret. At quis hæc postulare potuit, nisi magnus Athanasius, cui paulo ante Basilius (*d*) significaverat, episcopos petere ut Athanasius ad eos prior scriberet? Necessario ergo conjuncta magni Athanasii responsio cum postulatis episcoporum.

3° Querelæ Athanasii, quod a Meletio dimissus sit sine communione, manifestam habent necessitudinem cum iis quæ Meletium inter et magnum Athanasium sub Joviano intercesserunt. Rem illustrant hæc verba Basilii in epistola 258 ad Epiphanium, ubi sic loquitur, n. 3: Ἐπεὶ καὶ ὁ μακαριώτατος πάπας Ἀθανάσιος, ἐπιστὰς ἀπὸ Ἀλεξανδρείας, πάνυ ἐβούλετο αὐτῷ τὴν πρὸς αὐτὸν κοινωνίαν καταπραχθῆναι. Ἀλλὰ κακίᾳ συμβούλων εἰς ἕτερον καιρὸν ὑπερετέθη αὐτῶν ἡ συνάφεια· ὡς οὐκ ὤφειλεν. *Nam et beatissimus papa Athanasius, cum Alexandria venisset, omnino optabat, ut sibi cum ipso communio conciliaretur; sed malitia consiliariorum in aliud tempus dilata eorum conjunctio, quod utinam non evenisset!* Cum his verbis, *In aliud tempus dilata eorum conjunctio*, nempe S. Athanasii et S. Meletii, manifestam habet necessitudinem illud epistolæ 89 ad Meletium, *Qui tunc ipsius*, nempe Athanasii, *communionem procrastinastis.*

Dilata ergo fuerat Meletium inter et Athanasium communio; nec alio nunc spectant Athanasii querelæ, qui quamvis Basilii precibus plurimum tribueret, roganti tamen, ut prior litteras communionis scriberet, minime annuit, committere nolens ut iterum despiceretur. Etsi enim Basilius in epistola ad Epiphanium culpam non rejicit nominatim in amicos Meletii, potius quam Athanasii, sed rem in ambiguo relinquit; tamen ex hac epistola 89 perspicimus, non per Athanasium, sed per Meletium stetisse, quominus communio inter utrumque firmaretur, ac proinde consiliarios, qui rem interpella-

(*a*) Ep. 74, 75, 76.
(*b*) Ep. 82.
(*c*) Ep. 89, n. 2.
(*d*) Ep. 82.

Digitized by Google

runt, non S. Athanasii, sed sancti Meletii amicos fuisse. In quo sane mirari subit, cur cum S. Meletii nihil magis interesset ad juris sui et causæ defensionem, quam communicatorem habere S. Athanasium, rebus suis tam male consuluerit. Sed idem illi evenit ac Basilio, ut in amicis et communicatoribus suis nonnullos haberet longe sui dissimiles, qui differendæ cum Athanasio communionis causas innecterent.

Non favent Tillemontio hæc Basilii verba : *Aiunt enim ipsum omnino propendere ut nobiscum conjungatur.* Quamvis enim Basilius communione et amicitia conjunctissimus cum sancto Athanasio esset, quia tamen illius communionem suis etiam amicis conciliare avebat, idcirco tanquam unus ex illis loquitur. Hinc in epistola 82, Athanasium rogat, *ut nobis omnibus*, inquit, *scribas epistolam unam, quæ quid agendum sit admoneat.* Licet etiam animadvertere quam cautus esset Basilius in his rebus administrandis, qui, quamvis responsa Athanasii per Dorotheum accepisset, arcani tamen tegendi causa, utitur his verbis, *Aiunt enim ipsum*, etc.

III. Misit etiam S. Athanasius S. Basilio (*a*) litteras, quas ab Occidente acceperat, ut eas Basilio perferendas curaret. Has Roma attulit Dorotheus diaconus, vel Sabinus diaconus, qui ei comes (*b*) videtur adjunctus fuisse ab Occidentalibus, et Basilio epistolam Valeriani Aquileiæ episcopi reddidit. Basilius, facultate oblata Sabini diaconi, scripsit (*c*) ad Illyrios, et ad Italiæ et Galliæ episcopos, et quosdam alios, qui privatim litteras ad eum dederant. Ex iis Basilii epistolis duæ exstant, una generatim Occidentalibus inscripta, altera Valeriano Aquileiæ episcopo, qui ob vicinitatem Illyrici episcopus in titulo dicitur. Illyrii autem et Italiæ ac Galliæ episcopi non generatim Orientalibus, sed soli Basilio scripsere : nec video quid Tillemontio persuaserit communem Occidentalium ad Orientales epistolam non defuisse. Neque enim suo nomine Basilius rescriberet Italiæ et Galliæ episcopis, si eorum litteræ communes ipsi cum aliis fuissent. Præterea Orientales in ep. 92 nullam ab Occidentalibus acceptam epistolam memorant. Solus Basilius (*d*) gratias agit ob acceptum ex eorum litteris solatium. Neque id mirum videri debet, nam solus Basilius Damaso scripserat : et Athanasium rogaverat, ut aliquem e suis clericis comitem Dorotheo daret, suasque adjungeret litteras. Quare cum Athanasius Basilii epistolam Romam misisset, vicissim Damasus huic epistolæ responsa ad Athanasium misit, ut ea Basilio reddenda curaret. Eo magis hac in re Basilius opus habuit S. Athanasio, quod ipse res tantas solus aggredi non audebat, idque per canones non licere ait in ep. 141. Voluit quidem solus scribere anno 375 (*e*), sed nihil fere de rebus ecclesiasticis. Illæ autem Damasi ad Basilium litteræ non solius Damasi fuere, sed totius concilii Romani episcoporum 93 ex Italia et Gallia, quod de rebus Illyrici habebatur, cum Dorotheus advenit, aut saltem paulo antequam adveniret. Synodicam concilii epistolam pertulit Sabinus diaconus, primum quidem ad Illyrios, quos ea potissimum spectabat, deinde in Ægyptum et Orientem cum litteris ad Athanasium et Basilium. Vix dubium est quin eum Dorotheus perpetuum viæ comitem habuerit ; ambo enim simul advenerunt.

IV. Basilius sancto Meletio nuntiat (*f*) quid privatim suo nomine scripsisset ; sed quia consentaneum erat, ut aliquem mitterent Orientales, qui communes litteras deferret, rogat Meletium, ut has litteras exaret. Scripta quidem communis epistola, sed eam solus rediens Sabinus pertulit, nec quisquam missus Orientalium nomine. Hujus epistolæ conjicit Tillemontius auctorem esse sanctum Meletium, cui Basilius hoc munus detulerat. Sed tamen omnino Basilii stylum redolet.

Videntur autem tituli in his epistolis librariorum incuria confusi et perturbati fuisse. Nam cum Basilius dicat in epistola 89 se scripsisse ad Italos et Gallos ; cumque Meletium roget, ut communem ad Occidentales epistolam dictet, nescio quo pacto contigit, ut privata epistola Occidentalibus, communis Italiæ et Galliæ episcopis inscriberetur : quod contra oportebat.

In hac epistola quam Basilius (*g*) Italis et Gallis suo scripsit nomine, lætitiam suam significat ex eorum litteris acceptam, ex quibus summam eorum concordiam et unitatem perspexerat. Sed ut proprium suum esse ducit felicem illorum Ecclesiæ statum, ita eos rogat, ut vicissim Orientis malis commoveantur. Egregie describit has ærumnas, quæ jam per totum orbem personuerant. Nuntiat Patres et traditiones contemni, novatorum commenta dominari, abactis pastoribus lupos introduci : domus orationis desertas esse ; solitudines lamentantibus refertas esse. Rogat ergo Italiæ et Galliæ episcopos, ut tandem Orientis auxilio veniant. Assentiri se declarat iis omnibus, quæ canonice acta fuerant in synodo Romana.

Scripta est in eamdem sententiam epistola sequens (*h*) ad Valerianum, cujus charitatem eo magis miratur Basilius, quod is prior scripserat, nullis compellatus litteris. Necesse esse ait, si modo non jam conclusum est mundi tempus, sed adhuc vitæ humanæ dies supersunt, ut Occidentales fidem Orientis renovent, et bonorum, quæ ab Oriente acceperunt, remunerationem illi in tempore persolvant.

V. Epistolæ (*i*) Gallis et Italis scriptæ subscribunt

(*a*) Ep. 90.
(*b*) Ep. 91.
(*c*) Ep. 90.
(*d*) Ep. 90, n. 1.
(*e*) Ep. 239, n. 2.
(*f*) Ep. 89.
(*g*) Ep. 90.
(*h*) Ep. 91.
(*i*) Ep. 92.

Digitized by Google

episcopi 32, inter quos insignes sunt sanctus Meletius, S. Eusebius Samosatensis, sanctus Basilius, Gregorius Theologi pater, Pelagius Laodicææ, Anthimus Tyanorum, Theodotus Nicopolitanus, Vitus Carrhorum in Mesopotamia, Abraham Urimorum in Syria, qui concilio Antiocheno interfuit anno 363; alter Abraham Batnorum, ad quem exstat Basilii epistola, Zeno Tyri, Eustathius, ut verisimile est, Sebastenus. Pro Narses, legit Valesius Barses Edessæ. Sed cum is inter postremos subscribat, conjicit Tillemontius eum potius, qui Bassus dicitur, esse Barsam Edessæ. Pro Iatrio libenter legerem Otreium Melitinensem. Favent huic sententiæ nonnulli codices, in quibus legitur Atreius. Iosacem, sive Isaacem Tillemontius eumdem esse existimat, ac Isacocem Armeniæ majoris (*a*). Equidem pro eo quod est in editis Ἰωσάχης libentius legerem Ἰσαάχης. Sic enim in epist. 138, cum quatuor mss. haberent Ἰωσάχης, sequi malui alios melioris notæ in quibus legitur Ἰσαάχης. Hic autem nihil in contextu mutavimus ob summam codicum veterum discrepantiam, sed tamen Isaacem interpretatus sum. Gregorius autem alter non alius videtur esse quam Nyssenus, quem probavimus jam tum fuisse episcopum. Cæteri nobis prorsus ignoti.

Nihil significantius hac epistola, nihil ad permovendos animos aptius. Fatentur justo Dei judicio evenisse, ut, cum Occidentales tristem Orientis statum didicerint, nondum tamen opem tulerint. Sed nunc demississimis precibus rogant, ut tandem aliquando succurrant, ubi omnia a Sabino didicerint. Non enim unam periclitari Ecclesiam, sed ferme a finibus Illyrici usque ad Thebaidem hæresim grassari. Hinc confusæ Ecclesiæ leges, episcopatus impietati in præmium propositus. Summa peccandi libertas, episcopis omnia ad gratiam et voluptatem eorum facientibus, a quibus episcopatum accepere. Nonnulli ansam sanæ doctrinæ arripiunt, ut adversarios ulciscantur. Alii discordiam alunt, ut crimina sua occultent. Populi pro mœnibus effusi sub dio preces fundunt, ac precationis domos, ut impietatis scholas fugiunt. Rogantur ergo Occidentales, ut cito plures in Orientem fratres mittant, ut non solum gravitate sua, sed etiam numero pondus et auctoritatem habeant ad hæresim evertendam, et concordiam inter eos qui idem sentiunt restituendam.

Cum Dorotheus, qui aliquantum in Illyrico et Alexandriæ moratus est, ante Pascha Cæsaream advenerit; id argumento est concilium Romanum non serius initiis anni 372 habitum fuisse (*b*). Rogat enim Meletium Basilius, ut statim post Pascha Dorotheum, ad propositas res peragendas dimittat. Ex quo frustra conjicias voluisse Basilium, ut is Romam rediret. Rationem enim addit, cur eum post Pascha dimitti velit, quia responsa Samosatis exspectabat.

VI. Consuluit Basilium matrona quædam, an utile sit quotidie communicare, et in domesticis communionibus an liceat laicis, absente presbytero aut diacono, communionem propria manu accipere. Laudat Basilius communionem quotidianam, quam tamen fatetur apud Cæsarienses usitatam non esse. Illos enim quater singulis hebdomadibus communicare, Dominica die, quarta die, in Paraseeve et Sabbato, et aliis diebus, si sancti alicujus occurrat memoria. Alteri quæstioni respondet nihil prorsus incommodi esse, si quis persecutionis tempore, absente presbytero et diacono, Eucharistiam propria manu accipiat. Id enim et monachos in solitudinibus, et unumquemque de plebe Alexandriæ et in Ægypto facere solere, ut Eucharistiam domum auferant, et per se ipsi communicent. Porro cum sacrificium sacerdos absolvit, si quis ab eo Eucharistiam ad plures dies accipiat, is a sacerdote censetur accipere, quoties propria manu communicat.

Hanc epistolam circa annum 372 scriptam conjicimus, quia persecutio præsentia Valentis ingravescens in Oriente et finitimis locis, videtur ejusmodi quæstioni locum dedisse. Quamvis enim in pluribus locis Catholici, ut supra vidimus, odio hæresis extra urbem sub dio precarentur, neque his conventibus presbyteri et diaconi deessent, ut patet ex lib. IV Theodoreti, ubi Modestus Edessenæ plebi pro mœnibus effusæ parcere coactus, solos duces, id est presbyteros et diaconos, aggreditur; non tamen probabile est sacrificium sub dio oblatum fuisse, sed tantum in privatis ædibus. Unde Basilius in epist. 243, n. 3: *Vacant altaria cultu spirituali. Non jam conventus Christianorum... neque beata illa animarum exsultatio, quæ ex synaxibus et communicatione donorum spiritualium, animabus credentium in Dominum innascitur.* Quare cum sacrificium non tam frequenter celebrari posset, quam pietas fidelium optabat, necesse erat ut sacrum alimentum sibi in multos dies providerent.

Basilii non esse hanc epistolam suspicatur doctissimus Arnaldus (*c*): sed nullam opinionis suæ rationem affert. Conjicit Tillemontius longioris epistolæ fragmentum esse, et Cæsariam Patriciam, cui inscripta est, uxorem esse Petronii patricii, qui Valentis socer fuit, ac solus his temporibus patricii dignitatem habuit. Sed ut omittam Cæsario patricio epistolam inscribi in codice Colbertino, ac simpliciter Cæsario in uno ex Regiis codicibus; certe hoc Patriciæ nomen non necessario dignitatem designat.

CAPUT XXIII.

Anthimus Tyanensis metropolitana jura in secundum Cappadociam sibi arrogat. II. Gregorius Nazianzenus Basilio operam suam porrigit. III. Hæc dissensio orta post discessum Valentis. IV. Pugnæ prope Sasima interest Gregorius ac redeuns ordi-

(*a*) Socrat. lib. III, c. 15.
(*b*) Ep. 89, n. 2.
(*c*) *Freq. com.* lib. I, c. 8.

Digitized by Google

natur Sasimorum episcopus. V. Reprehensus ob hanc ordinationem Basilius. VI. Peracta est Nazianzi, et ipso die Gregorius orationem septimam pronuntiat. VII. Paulo post invisitur a Nysseno et orationem sextam habet. VIII. Fugit Gregorius abjectis Sasimis, et dolorem suum Basilio significat pluribus litteris.

I. Divisio Cappadociæ, ex qua tot mala in hanc provinciam fluxisse vidimus, ad ipsius etiam rei ecclesiasticæ perturbationem redundavit. (*a*) Anthimus Tyanensis episcopus contendebat hanc civitatem, quæ secundæ Cappadociæ metropolis facta fuerat, eodem jure in ecclesiasticis rebus esse debere. Contra Basilius veteri consuetudini ac divisioni a patribus factæ inhærendum. Basilii causa multis nominibus potior videri poterat. Nam, ut ait in re simili Innocentius I, in epistola ad Alexandrum Antiochenum, *non decet ad mobilitatem necessitatum mundanarum Dei Ecclesiam commutari; honoresque aut divisiones perpeti, quas pro suis causis faciendas duxerit imperator.* Sed, quod Anthimi res plurimum promovit, episcopis Cappadociæ non displicuit occasio rejiciendi Basilii, cui tribus de causis amici non erant. Nam nec in fide cum eo consentiebant, nisi quantum id ipsis, cogente multitudine, faciendum erat; nec conceptum dolorem ex illius ordinatione deposuerant : et gloria tam longe ab eo superari molestissimum illis erat, licet fateri turpissimum. Hæc discimus ex Gregorio, cujus testimonium confirmat Basilius in epistola 98, in qua (n. 2) sic loquitur de episcopis secundæ Cappadociæ : *Postquam alterius*, inquit, *provinciæ nomen habuerunt, subito existimarunt se ex alia ac nos natione et gente esse, tantumque nos ignorarunt, quantum qui nullum prorsus periculum fecere, nec unquam in colloquium venerunt.* De ipsis etiam episcopis primæ Cappadociæ querentem videbimus Basilium in epistolis anni sequentis ad S. Eusebium Samosatensem.

Anthimus hoc præsidio munitus cœpit conventus a Basilio avertere, reditus Ecclesiæ Cæsariensis diripere, Ecclesiarum presbyteros partim sermonum blanditiis allicere, partim expellere et alios substituere. Si quid autem de Basilii reditibus prædaretur, speciosam latrocinio et avaritiæ causam prætexebat, filios spirituales et animas, et fidei doctrinam, itemque illud, tributum non esse hæreticis pendendum.

II. Erat ejusmodi bellum et episcopis prorsus inhonestum, et populis perniciosum. Cum audisset Gregorius Basilio molestias exhiberi, debitum huic tempori officium non prætermisit (*b*). Suam ei obtulit operam, seque Cæsaream venturum promisit, si ita Basilio videretur, tum ut cum consilio juvaret, tum ut contumelias cum eo partiretur. Quanquam declarat se non metuere, ne quid Basilius indignum philosophia committat. Causam discordiæ repetit ex invidia, episcoporum videlicet, quibus hoc vitium attribuit in orat. 20. Sed tamen plures ex iis, qui Basilii latus cingebant, extra culpam non esse pronuntiat, ut qui commoda sua per Basilium quærant, et dissensionis fomitem accendant. Censet Tillemontius Eustathii discipulos ab eo designari : neque hæc improbabilis conjectura. Videtur enim Eustathio amicus non fuisse Anthimus, qui cum hæreticis pendendum non esse tributum diceret, tam inhoneste conviciandi ansam aliunde arripere non potuit, quam ex Basilii cum Eustathio conjunctione. Postquam Basilium inter et Eustathium rupta communio, Basilius Anthimum vocat unanimem suum in epist. 210, n. 5. Non improbabile ergo est Eustathii discipulos, cum intelligerent quid de ipsis sentiret Anthimus, pro sua parte fomitem dissensionis incendisse.

Necessario referenda est ad eam, quam dicimus, discordiam hæc Nazianzeni epistola. Ut enim invidiam episcoporum et factas Basilio injurias prætermittam, ipsa illa spes, quam sibi Gregorius inesse testatur, nihil facturum Basilium, quod philosophia indignum sit, optime congruit ejusmodi dissensioni, in qua non fides aut doctrina, sed reditus et sedis amplitudo agebantur : deinde vero exhibitæ illæ molestiæ *ob recentem rerum novationem, et orta ea sophistica quadam et usitata eorum, qui rerum potiuntur, curiositate negotia*, non possunt ad Cappadociæ divisionem non referri.

III. Divisionem civilem Cappadociæ non statim secuta est ecclesiasticæ provinciæ divisio. Nam prima sub initium hiemis instituta, altera vero post discessum Valentis, id est, circa mensem Martium hujus anni 372. Res probari potest non obscuris indiciis.

1° Summa erat episcoporum concordia sæviente persecutione, ut testatur Basilius (*c*) in epistola, quam tunc ad S. Athanasium scribebat. Nec sane aptum erat litibus persequendis hoc tempus, quod animos ad communis causæ defensionem revocare debuit. Præterea non statim Tyanis secunda metropolis constituta, sed pars curiæ Podandum primo translata fuerat : unde non mirum est, si serius nata Anthimo jurisdictionis sibi arrogandæ occasio.

2° Sic discessit Cæsarea Valens ut Basilio mirum in modum faveret. Quare si eo præsente controversia erupisset, satis duræ Anthimi partes fuissent, qui tamen ab ipsis initiis velut in victoria exsultabat. At Valentem ea de re non modo nihil statuisse, sed ne audivisse quidem inde colligi potest, quod post ejus discessum Anthimus et ei faventes episcopi (*d*), ut in re prorsus integra et intacta præsidem adierunt, eumque in suas partes trahere conati sunt. Ipse etiam Basilius (*e*) cum præside post imperatoris discessum agere ea de re voluerat. Sed se ipse repressit, tum ne homini tot negotiis occu-

(*a*) Naz. or. 20.
(*b*) Naz. ep. 25.
(*c*) Epist. 82.
(*d*) Ep. 94.
(*e*) Ibid.

Digitized by Google

pete novum onus adderet, tum ne puram illius animam episcoporum altercationes læderent. Non multo tamen post discessum Valentis exarsit dissensio; siquidem Gregorius Sasimorum episcopus, ut modo videbimus, ante Pascha hujus anni 372 ordinatus est, quod in diem octavum Aprilis incidit.

IV. Auxilium enim a Gregorio peramanter oblatum, procul dubio Basilius libenter sibi ascivit, et amicum, ut veniret quam celerrime, rogavit. Ambo simul profecti sunt ad montem Taurum, ubi locus quidam erat sive ecclesia sub sancti Orestis nomine, unde annuos reditus capiebat episcopus Cæsariensis. Dum redeunt, Anthimus præter ætatem suam et episcopalem gravitatem cum prædatoria manu angustias occupat (*a*), et transeuntis Basilii mulis, qui rebus ex sancto Oreste perceptis onusti videntur fuisse, iter intercludit; nam lactentes et aves et alia ejusmodi inde percipiebat Basilius. Commissa hæc pugna prope Sasima. Nam Gregorius (*b*) non sine stomacho jocatur in Basilium; quod se Sasimorum episcopum constituisset, ut cum Anthimo bellum gereret, si quando is Basilii mulos arriperet, angustias tenens et velut Amalec Israelem coercens. Idem dicit in carmine de vita sua, nempe datum se fuisse Sasimis, quia bellicæ fortitudinis significationes dederat ad Basilii causæ defensionem. Unde etiam colligo eum interfuisse illi prope Sasimos pugnæ: non enim aliud tempus video, in quo bellicosum se Basilii amicum præstare potuerit. Locum integrum referam.

Τούτοις μ' ὁ πεντήκοντα χωρεπισκόποις
Στενούμενος δέδωκε· τῆς εὐψυχίας.
Καὶ ταῦτ' ἴν' ἁρπάζοντος ἄλλου πρὸς βίαν,
Περιχρατήσῃ τὴν καθέδραν καινίσας,
Ἡμεῖς γὰρ αὐτῷ τῶν Ἀρητῶν φίλων
Τὰ πρῶτα· (καὶ γὰρ ἦμεν ἄλκιμοί ποτε)
Καὶ δεινὸν οὐδὲν τραῦμα' ηὐλογημένα.

His, quinquies me chorepiscopis decem
Donavit arctus, mira amoris pignora!
Atque id quidem, ut rapiente non probe altero
Victor maneret, eriqens sedem hanc nove.
Nam bellicosus illi amicus exstiti
Primo (*acer etenim et strenuus quondam fui*)
Benedicta non est conquerendum ad vulnera.

Dum Cæsaream redit Basilius, videtur venisse Nazianzum, ibique Sasimorum episcopum ordinasse Gregorium. Non enim id Cæsareæ factum, ut existimavit Tillemontius (*c*). Basilius cum nec Anthimi malefacta imitari vellet, nec rem negligere, optatissimum remedium excogitat, et episcopatus multiplicare statuit, ut ipsum dissidium ad Ecclesiæ utilitatem convertatur. Hoc consilium diu multumque doluit Gregorio, qui cum episcopale onus formidaret, ac prorsus fugeret, adeo ei institit Basilius, adjuvante Gregorii patre, ut tandem cedere cogeretur, et si minus animum, saltem caput ordinationi submitteret. Itaque Sasimorum episcopus ordinatus est. Locum egregie describit Gregorius in carmine de Vita sua, ubi hæc leguntur:

Σταθμός τις ἐστὶν ἐν μέσῃ λεωφορῳ
Τῆς Καππαδοκῶν, ὃς σχίζετ' εἰς τρισσὴν ὁδόν.
Ἄνυδρος, ἄχλους, οὐδ' ὅλως ἐλεύθερος,
Δεινῶς ἀπευκτὸν καὶ στενὸν κωμύδριον.
Κόνις τὰ πάντα, καὶ ψόφοι, σὺν ἅρμασι.
Θρῆνοι, στεναγμοὶ, πράκτορες, στρέβλαι, πέδαι·
Λαὸς δ' ὅσοι ξένοι τε καὶ πλανώμενοι.
Αὕτη Σασίμων τῶν ἐμῶν ἐκκλησία.

In regiæ medio viæ est vicus situs,
Qui scindit in tres se vias, lymphis carens,
Exsors viroris, libero indignus viro,
Arctumque prorsus oppidum, triste et nimis.
Ilic cuncta strepitus, pulvis hic cum curribus,
Lamenta, fletus, carnifex, et compedes,
Tormenta: cives hospites hic, et vagi.
Erat hæc meorum Sasimorum ecclesia.

V. Hac ordinatione vulnus impositum cordi Gregorii, quod nulla die obduci potuit. Pluribus locis exprobrat Basilio elationem animi quamdam magnitudine sedis afflatam. Queritur elapso decennio quod cum olim se Basilius Gregorio non præferret, et si prætulisset, dissentientes habuisset æquos rerum æstimatores; postea in amplissimo collocatus loco, amicum non pluris quam simium fecerit. Eo liberius in has querelas erumpebat, quod eorum, quæ Basilii causa fecerat, testes erant Pontus et Cæsarea, ac ipsi Basilio suum approbaverat vivendi in solitudine consilium, postquam parentes e vita migrassent. Itaque amicitiæ colendæ laudem, qua illum fatebatur excellere, hac in re ei denegabat.

Multorum sane in vituperia incidit Basilius, fidissimo amico ac optime de se merito in episcopales curas præter ipsius voluntatem conjecto, et quod minus habebat excusationis, viro tot ac tanta habenti Ecclesiæ juvandæ instrumenta in obscurissimum angulum et omnibus vitæ commodis destitutum relegato (*d*). Qui levissime reprehendebant, neglectum ac contemptum fuisse Gregorium dicebant, et a Basilio, postquam ipsius opera usus fuerat, veluti vas quoddam ignobile, projectum (*e*). Ne ipsi quidem Eusebio Samosatensi probata hæc ordinatio.

Reprehensam in Basilio elationem animi libenter arripiunt nonnulli, ut ejusmodi hominum sanctitatem non tantam fuisse probent, quanta vulgo existimatur. Sed ipse Gregorius (*f*) tum cum de Basilio queritur, in quo posita fuerit hæc animi elatio, sic explicat: *Nisi quis tamen*, inquit, *hoc a me pro illius purgatione accipiat, quod sublimiora, quam pro hominis conditione sentiens, atque hinc, prius etiam quam vita excederet, digressus, omnia ad spiritum referebat: atque amicitiæ officia, quæ alioqui sancte colebat, hic solum aspernabatur, ubi Deum antepoui oportebat atque antiquiores habere res in spe positas, quam fragiles et caducas.* Hæc Gregorius de Basilio in cœlum evecto. Nec aliter

(*a*) Naz. ep. 31, or. 20.
(*b*) Ibid.
(*c*) Naz. or. 20.
(*d*) Naz. ep. 31.
(*e*) Ep. 98, n. 2.
(*f*) Or. 20.

Digitized by Google

eum interris versantem allocutus est, ut patet ex his verbis (*a*) : Οὐκ ἤνεγκας τὸ πνεῦμα τῆς φιλίας πτιῆσαι δεύτερον· ἐπεὶ τῶν μὲν ἄλλων ἴσως ἡμεῖς, ἡμῶν δὲ τὸ πνεῦμά σοι πολλῷ τιμιώτερον. *Spiritum amicitiæ posthabere minime sustinuisti, quandoquidem ut nos pluris fortasse, quam alios omnes ducis : ita rursum Spiritum nobis longe anteponis.*

VI. Hanc ordinationem non Cæsareæ, sed Nazianzi peractam esse testatur ipse Gregorius (*b*), qui Basilium venisse Nazianzum dicit.

Ἀλλ' ἦκεν ἡμῖν τῶν φίλων ὁ φίλτατος Βασιλίος, etc.

Sed venit ad nos omnium charissimus Basilius, etc.

Tum narrat quomodo patre Basilium adjuvante deceptus fuerit. Præterea, quo die ordinatus est, orationem habuit coram patre et Basilio, et aliis episcopis qui eum ordinaverant. At Gregorium senem hujus ordinationis causa Cæsaream venisse, res est cum sua sponte improbabilis, tum silentio minime prætermittenda a Gregorio, qui simile patris iter, Basilii causa susceptum, ut summæ animi fortitudinis in effeto corpore specimen, admiratur. Septima est hæc oratio inter orationes Gregorii. Miscet laudibus Basilii vituperia, et obsequio querelas, quod coactus magis, quam persuadendo victus fuisset. Postquam autem exposuit cur episcopatum fugerit, ac nonnullo temporis spatio opus habuerit, ut se ipse colligeret, ac tandem melioribus cogitationibus subeuntibus (p. 144), Spiritui sese daret ad ministerium; tum vero ad episcopos a quibus ordinatus fuerat, ac nominatim ad patrem ac Basilium orationem convertit, et ab eis petit, ut sibi optimam Ecclesiæ regendæ rationem tradant.

Adfuisse aliquos e Sasimensi populo legatos existimat Tillemontius, idque colligit ex eo quod ait Gregorius (p. 143) se Spiritui cessisse εἰς καταρτισμὸν τοῦ λαοῦ τούτου, *ad perfectionem hujus populi*: et sub finem orationis : *Et me, et una mecum sacrum hunc gregem pascite*, ποιμαίνοιτε καὶ συμποιμαίνοιτε. Sed supra (*c*) observavimus Gregorium Nyssenum, etsi Cæsareæ non loquebatur, dixisse tamen de Basilio : *Testatur hic populus quem per sacerdotium duxit ad Dei promissionem*, quemadmodum etiam ibidem ait Basilium, *urbanos tumultus et materiales hos tumultus* fugisse. Non alius videtur esse sensus Nazianzeni verborum. Dicere potuit, Nazianzenos manu monstrando, se ad perfectionem hujus populi constitutum esse episcopum, quamvis Sasimorum esset, non Nazianzi episcopus. Eo magis probandæ ejusmodi rationes loquendi, quod in Ecclesia una est cathedra et unus grex.

VII. Illud etiam non belle opinatus est Baronius Gregorium Nyssenum postridie ordinationis Nazianzeni Cæsaream venisse, ut cognominem suum consolaretur. Et quia Nazianzenus in oratione (*d*), quam habuit coram Nysseno, ab amico eum venire dicit, qui nec virtute inferior erat, nec minus diligebat; hunc amicum Tillemontius interpretatur S. Meletium aut S. Eusebium Samosatenum. At profecto amicus ille non alius est, quam ipse Basilius. Postquam enim Nazianzenus in orationis exordio amicum sibi ab amico venire dixit, tum petit oratorum more ab audientibus, an rem clarius depingi velint, statimque Moysen et Aaronem in medium adducit, iisque peracute inter se comparatis, iterum postulat ab auditoribus, an non perspicue cognominem suum, id est Gregorium, et unanimem, id est Basilium, pictrix oratio effinxerit. *Horum alter*, inquit, *nos unxit ac latentes in medium produxit... non ut dignum erat eo spiritu qui in ipso est; alter venit ut nos consoletur ac componat, Spirituique mansuefaciat.*

Venit ergo Nazianzum Nyssenus ; et cum a Basilio missus fuerit, advenire non potuit postridie ordinationis, ut perabsurde legitur in titulo orationis sextæ Nazianzeni. Sed tamen perpaucis post ordinationem diebus advenit. Nam hæc oratio, quam coram eo Nazianzenus festo quodam martyrum die habuit, in eamdem prorsus sententiam pronuntiata est, ac septima coram Basilio. Vituperat enim Basilium quod sibi vim intulerit, sed tamen suum obsequium significat. Dolet quod Gregorius serius venerit, veluti post cladem auxilium, post tempestatem gubernator, post cicatricem medicina (p. 138, 141). Sed tamen se nunc cedere et fiduciam concipere declarat ; quod argumento est hæc dixisse Gregorium, antequam fugeret. Nulla mentio Gregorii patris in hac oratione : forte quia templum martyrum, qui eo die colebantur, nimium urbe distabat, quam ut senex eo pergeret.

VIII. Vix Nyssenus Nazianzo discesserat, cum Gregorius deceptum se esse sensit. Recursarunt illius animo priora fastidia : vidit hanc (*e*) Sasimorum sedem sine sanguine obtineri non posse : non habiturum se ubi senium ponat, sed subinde tecto expulsum iri : non adfuturum panem quem cum hospite partiatur ; nullum omnino fore laborum fructum, nec tamen ulla abfutura urbium incommoda. His cogitationum aculeis pungentibus iterum fugit, ac solitudinis deliciis perfruitur.

Permolesta fuit Basilio Gregorii fuga, qua quidem consilia sua perverti videns, cum eo expostulavit non sine animi offensi et subirati significationibus. At Gregorius (*f*) in respondendo non minus vehemens, negat sibi litem inferendam esse quod fraudem tandem aliquando senserit, periniquum enim esse, ut idem injuria afficiatur et accusetur. Declarat se arma ferre non posse, et pro lactentibus et avibus Basilii tanquam pro animabus et canoni-

(*a*) Or. 5.
(*b*) Carm. de Vit.
(*c*) Cap. 11, n. 4.
(*d*) Naz. or. 6.
(*e*) Carm. 1 de Vit.
(*f*) Epist. 31.

Digitized by Google

las digladiari, rogat ut ipse cum Anthimo bellum gerat, ac sibi omnium rerum loco quietem concedat. Sed illius dolor tunc maxime erumpit, cum Basilium hortatur, *ut omnia ad suam ipsius gloriam, quemadmodum fluvii torrentes, trahat, nec amicitiam nec consuetudinem et familiaritatem virtute ac pietate potiorem habens, nec quæ ex his rebus hominum opinio de se futura sit, curans, sed uni duntaxat spiritui se addicens.*

Credere non possum Basilium ea ingessisse maledicta, quibus appetitum se Gregorius dicit : *Desinesne*, inquit, *nos tandem maledictis incessere, ut insulsos et rusticos et sine amore, et ne vita quidem dignos?* Ὡς ἀπαιδεύτους, καὶ σκαιοὺς, καὶ ἀφίλους, καὶ οὐδὲ ζῆν ἀξίους. His, inquam, e trivio conviciis Basilium usum esse prorsus improbabile est, sed ex ejus dictis consequi Gregorio videbantur præ nimio dolore.

Scripta hæc tricesima prima Gregorii epistola non solum post ordinationem, sed etiam post fugam. Siquidem Gregorius damnum acceptum et fraudem sibi factam sensisse se dicit, et a Basilio omnium rerum loco quietem postulat. Ipsa etiam maledicta, quibus se Gregorius a Basilio petitum dicit, jam fugisse Gregorium probant, et Basilio stomachum fecisse, dum palam et aperte Sasimensem episcopatum projicit.

Scripta etiam in secessu sequens epistola 32, in qua Gregorius indignatur accusari se inertiæ, quia Sasima non accepit. Otio se et quiete unice gloriari profitetur, nec dubitat quin et Ecclesiæ in tranquillo essent, et fides in tuto, si omnes sibi hoc exemplum ad imitandum proponerent.

Immerito Tillemontius scriptam inter hæc jurgia putat epistolam secundam Gregorii, quæ est ad Nicobulum. Cum mitteret Nicobulo litteras Basilii simul cum suis, his quæ Basilii erant priore loco positis, suas subjunxit, sese quidem cum Basilio ubique conjungi volens, sed cum sibi anteponens. Minus intellexit Tillemontius hæc verba : *Cum Basilium magnum mihi semper prætulerim, tametsi illi contrarium videatur; nunc quoque præfero*, etc., id est, inquit Billius, *tametsi ille me sibi anteferat. Non enim hæc verba ita accipienda sunt, quasi Basilium existimet Gregorius plus sibi tribuere quam ipsi.*

CAPUT XXIV.

I. S. Basilius exstruit ptochotrophium, et eo nomine accusatur ab episcopis apud Eliam. II. Redit Gregorius paulo post Pascha et coram Basilio quintam orationem pronuntiat. III. Episcopum Doaris ordinat, qui primus oppidi episcopus fuit. IV. De epistola Basilii 95. Elias accusatus Sophronio commendatur a Basilio. V. Petens Sasima Gregorius repellitur ab Anthimo. Ejus tamen rogatu agit cum Basilio de congressu. Annuit Basilius ac scribit senatui Tyanensi. VI. Proficiscitur Sebastiam. Ibi Eusebio respondet per epistolam 98. Probatur de Gregorio Nazianzeno hic agi, ac eum ante Pascha ordinatum fuisse. Synodus in qua lites componuntur inter Basilium et Anthimum. VII. Rursus in Armeniam Basilius, ut episcopos constituat : at Theodotus eum juvare non vult, nec cum eo communicare. Cognoscit Basilius de criminibus Cyrillo episcopo illatis. VIII. Rediens scribit Terentio et Eusebio, et epist. 101. Pœmenium Satalensibus episcopum concedit.

I. Inter negotia ab Anthimo et aliis secundæ Cappadociæ episcopis exhibita, magnum ædificium Basilius ad utilitatem Ecclesiæ Cæsariensis exstruebat (*a*). In primis precationis domus magnifice exstruebatur; circa illam ædes erant, alia quidem liberali specie, episcopo privatim addicta, aliæ vero inferiores Dei famulis ex ordine distributæ, quarum usus et provinciæ rectoribus, eorumque comitatui communis erat, ita ut rectores insignibus illis ædibus, quæ episcopo addictæ erant, eorum autem comites inferioribus exciperentur. Erant etiam hospitia peregrinis, sive transeuntibus, sive medela aliqua indigentibus, quibus Basilius necessarium providebat solatium, ægrorum curatores, medicos, jumenta, deductores. Adjunctæ etiam erant artes, tum quæ ad vitam necessariæ, tum quæ ad liberalem victum cultumque inventæ. Erant etiam aliæ ædes ad facienda opera idoneæ.

Basilii consilium, etsi Ecclesiæ ac reipublicæ perutile, incurrit tamen in reprehensionem nonnullorum hominum, qui inde ansam arripuerunt illius apud præsidem accusandi; sive quod ejusmodi inceptum hominis parum quieti, nimiumque audacis esse dicerent, sive quod crimini verterent Basilio, quod multitudinem his artibus sibi charitate devinciret. Voluerat Basilius cum præside, tum cum ille esset Cæsareæ, et de exterioribus suis negotiis et de rebus ecclesiasticis colloqui, ut criminationibus in antecessum occurreret. Sed repressit se; tum ne præsidem a publicarum rerum cura averteret, tum ne puram illius animam altercationes episcoporum læderent. Ubi autem audivit adversarios suos multa illius auribus insusurrasse, tum vero, infirmitate corporis, quominus præsidem adiret, prohibente, causam per litteras defendit ac demonstrat consilium suum non modo publicis rebus non nocere, sed etiam plurimum prodesse, ac ipsi imperatori probatum fuisse. Quæ autem Eliæ, ut amico et Christiano, de ecclesiasticis rebus respondere par erat, ea Basilius in aliud tempus differt, ac præsidem rogat, ut sibi alteram aurem exemplo Alexandri, usque ad congressum integram servet.

Hæc epistola (*b*), quam eruditi viri ad annum 371 retulerunt, inter has Basilii cum Anthimo et aliis episcopis dissensiones collocanda. Hæc enim gesta sunt postquam Valens Cæsarea discessit, ut patet ex his verbis : *Unde mihi videtur et magnus imperator, ubi nostram hanc sollicitudinem perspexit, veniam dedisse, ut Ecclesias per nos ipsi administraremus.* Frustra ergo hæc epistola in annum 371 retrahatur. Non tamen multo post Valentis discessum

(*a*) Ep. 94.

(*b*) Ep. 94.

Digitized by Google

scripta. Vix enim ædificare cœperat Basilius, materia hactenus comportata : opus autem non potuit serius incipere (*a*), siquidem jam aptum erat et paratum hospitibus suscipiendis, jam monasterii forma suis absoluta numeris ante finem anni 373. Quare mutuæ illæ altercationes episcoporum, quibus Basilius animam Eliæ lædi nolebat, nihil aliud sunt quam dissensiones cum Anthimo et aliis; non enim aliud prorsus suspicari licet, nec immerito tempus ejusmodi dissensionum ex hac epistola constituimus.

Hoc ptochotrophium in suburbio conditum a fratre laudat Nyssenus. Novam civitatem (*b*) extra Cæsaream appellat Nazianzenus (*c*). Erat autem hospitibus et peregrinis destinatum, tum iis qui cito transeunt, tum iis qui medela aliqua indigent. His verbis indicantur leprosi, qui cum civitatibus pellerentur, non immerito inter hospites et peregrinos habebantur. His præcipue provisum fuisse hoc hospitium testantur Nazianzenus (*d*) et Theodoretus (*e*) : non tamen videntur exclusi fuisse alii ex civitate aut ex aliis locis advenientes ægroti. Sed præcipue in leprosos enituit charitas Basilii, quos vir nobilis et nobilibus ortus osculari non dubitabat, non ad inanem gloriam (nemo enim ab hoc vitio remotior, inquit Nazianzenus, sed ut alios (*f*) exemplo suo ad corporum curationem libenter accedere doceret. Nec vero sola civitas illius charitatem sensit, sed in pagos etiam sollicitudines suas extendebat, ac omnibus populi præpositis humanitatem in pauperes, ut commune certamen proponebat. Unde (*g*) singuli chorepiscopi videntur in pagis sibi commissis commune aliquod habuisse ptochotrophium.

(*h*) Sæpissime in ptochotrophium veniebat Basilius, non solum, ut pauperum curam gereret, sed etiam ut monasterium inviseret, quod ibi construebatur erat. Monachi enim erant servi illi Dei, quibus assignatæ erant ædes inferiores. Ex hoc loco (*i*) perscribit Amphilochio Heraclidas audita ex Basilio monasticæ vitæ præcepta. Præfuit et monasterio et ptochotrophio vir eximiæ virtutis, Sacerdos nomine; sed ei utrumque ministerium, quod Basilius, ut verisimile est, commiserat (*j*), Helladius Basilii successor indignis modis abrogavit. Celeberrimus fuit hic locus ac Basiliadem vocari solitum esse discimus ex quodam scholio in antiquis codicibus post regulam brev. 286, reperto. Laudat Sozomenus (*k*) eximium quemdam chorepiscopum, Prapidium nomine, quem Basiliadi præfuisse testatur.

II. Non diu perstitit in fuga Gregorius, qui se hac ina in re minus fortem ac generosum fatetur esse, n ira patris perferenda. Orationem quintam exor-

A ditur ab hac sui in patrem et Basilium obsequii significatione. Οὐδὲν ἰσχυρότερον, inquit, γήρως, καὶ οὐδὲν φιλίας αἰδεσιμώτερον. Ὑπὸ τούτων ἦχθη ὑμῖν ἐγὼ δέσμιος ἐν Χριστῷ, δεθεὶς οὐκ ἀλύσεσι σιδηραῖς, ἀλλὰ τοῖς ἀλύτοις δεσμοῖς τοῦ πνεύματος. *Nihil senectute fortius, nihil amicitia venerabilius. Ab his ego ad vos ductus sum, vinctus in Christo, non catenis ferreis, sed tenacissimis spiritus vinculis constrictus.* Ilis sane verbis indicat Gregorius se aliquo ex loco Nazianzum venire; ac proinde hæc oratio non statim post ordinationem et ante orationem septimam, ut visum est Tillemontio, sed post reditum ex fuga pronuntiata est. Sic etiam quod addit se antea aliis omnia reliquisse, ut secum philosopharetur, et Eliæ Carmelum ac Joannis desertum

B cogitasse, id profecto dicere non potuit ipso ordinationis Sasimensis die, quam non præcessit solitudo, sed potius sacerdotii labor in patre adjuvando.

Tillemontii opinionem clarius refellunt quæ sequuntur. Ait se antea fortem quemdam et insuperabilem sibi visum esse; ac ne amantissimis quidem his fratribus sermones dedisse, ut secum ipse tranquille philosopharetur, secumque ipse et cum spiritu colloquium haberet. An potest manifestius indicari solitudo in quam se receperat? Sed quod ambigendi locum omnem præcludit, recantat quæcunque post ordinationem dolore suadente in Basilium asperius dixerat. *Jam enim iram abjicio (Audiant mansueti et lætentur* [*Psal.* XXXIII, 3]), *manumque hanc, quæ mihi vim attulit, placido vultu conspicio,*

C *ac spiritui arrideo, mihique commotum pectus sedatur, reditque ratio; atque amicitia, instar flammæ consopita et exstincta, rursus ex parvo igniculo reviviscit, et excitatur. Renuerat consolari anima mea, et anxietate afficiebatur in me spiritus meus. Dixi : Nunquam in posterum amicitiæ fidem habebo.* Ante ordinationem amicitia Basilium inter et Gregorium turbata non fuerat ; iras inter eos sola movit ordinatio, et quod Gregorius fatetur se dixisse, nulli se deinceps amico fidem habiturum, id conceptis verbis dicit in clausula epistolæ 31, quam post abjectum gubernandæ Sasimorum Ecclesiæ consilium scripsit. Quin etiam cum obsequium suum in orationibus 7 et 6, non sine querelis et aculeis in Basi-

D lium testetur, in hac quinta oratione adeo lenis et placatus est, ut nulla tunc ejus animo videatur resedisse offensio; et cum Basilii consilium in oratione sexta, dignum non fuisse dicat eo spiritu, qui erat in Basilio; nunc idem consilium ad astra tollit : *Spiritum amicitiæ*, inquit (*l*), *posthabere minime sustinuisti (quandoquidem ut nos pluris fortasse, quam alios omnes ducis : ita rursum Spiritum nobis longe anteponis). Non passus es talentum in terra defossum atque obrutum latere. Non passus es lucer-*

(*a*) Ep. 150.
(*b*) In Basil.
(*c*) Or. 20.
(*d*) Ibid.
(*e*) Lib. IV, c. 19.
(*f*) Ibid.
(*g*) Ep. 142 et 143.
(*h*) Ep. 150.
(*i*) Ibid.
(*j*) Naz. ep. 216.
(*k*) Lib. VI, c. 34.
(*l*) Or. 5.

Digitized by Google

nam modio diutius obduci ; hoc enim lumen meum meumque negotiationem esse existimas.

Illud autem non valde abstrusum est, quod ait se se his quidem amantissimis fratribus antea sermonem impertire voluisse. Nam cum fugisset in solitudinem, atque ibi festum paschale traduxisset, earuit interim optatissima illius voce Ecclesia Nazianzena, ut evidenter probant quæ sequuntur : *Utpote qui omnia reliquissem, ut ab omni negotio feriatus tranquille philosopharer, mecumque ipse et cum spiritu colloquium haberem.* Non video cur id Tillemontius Cæsareæ dictum potius existimet, quam Nazianzi. Dixi Gregorium paschale festum in solitudine egisse, quia hujus quintæ orationis, quam statim post reditum pronuntiatam fuisse patet, auditor fuit Basilius, quem improbabile est Cæsarea B diebus Paschæ abfuisse. At cum scripsit epistolam 95 (scripsit autem die duodecima Maii), redibat ex quodam itinere, quod proinde non multo post Pascha susceperat : vixque dubium est, quin tunc Nazianzum venerit.

III. Non (*a*) solis Sasimis episcopatum erexit Basilius, sed pluribus aliis locis idem beneficium accessit. Narrat Gregorius Nazianzenus hoc dissidium ad Ecclesiæ utilitatem conversum a Basilio fuisse, *patria nimirum pluribus episcopis communita : ex quo tres præclarissimæ res consecutæ. Nam et animarum cura major suscepta est, et quælibet civitas proventus suos habuit : et bellum hac ratione compressum et exstinctum est. Hujus consilii*, inquit, *vereor ne velut appendix quædam fuerim.* Quibus ex verbis C patet, pluribus in locis olim Cæsareæ subjectis Basilium novos episcopatus constituisse, et cum hoc consilio materia dissensionis amputata esset, Anthimum libentius ad pacis conditiones accessisse. Quod autem proprio marte fecit Basilius in iis locis, quæ Anthimus in ditionem suam vindicare non potuerat, idem videtur in aliis oppidis controversis, ipso consentiente Anthimo, factum fuisse, postquam ad pacis conditiones perventum est. Nam Basilius, postquam congressus est cum episcopis secundæ Cappadociæ, rogavit sanctum Eusebium ut in Cappadociam veniret, sibique opem ferret (*b*) *ad constitutionem episcoporum.* Supererant ergo alii episcopi ordinandi præter eos quos Basilius in ipso D dissensionis æstu ordinaverat, ac proinde hæc pacis conditio inter alias proposita fuit, ut novi episcopatus in controversis locis erigerentur.

Tricesimæ sancti Gregorii Nazianzeni orationi locum dedit erectus ejusmodi episcopatus in quodam oppido, de quo cum magna exstitisset dimicatio, repulsis Anthimi amicis, Gregorius ibi cum aliis episcopis, absente quidem, sed procul dubio assentiente Basilio, episcopum ordinavit. Oppidum illud Doara vocatur apud Eliam commentatorem sancti Gregorii, episcopus vero Eulalius. Hanc A orationem Tillemontius (*c*) refert ad annum 373 ac hæreticorum aliquem antea Doarorum episcopum fuisse putat ; quo expulso Eulalium a Gregorio ordinatum fuisse, non exspectato ob moræ periculum Basilii consensu. Sed facile est probare tunc primum Doaris constitutum episcopum fuisse, idque fervente Basilium inter et Anthimum dissidio.

Digna sunt quæ notentur hæc verba Gregorii (*d*) : Δέξασθε λόγον νεόκτιστον ἐπὶ νεοκτίστῳ ποιμένι. *Novam propter novum pastorem orationem accipite.* Vocat orationem νεόκτιστον ob materiæ prorsus insolitæ novitatem, νεόκτιστον pastorem, quia hunc primum Doara episcopum acceperant. Inferius hanc interpretationem confirmat, cum ait : Προσθήκην ἱερέων ἐπραγματευσάμεθα, οὐχ ὑφαίρεσιν· αἱρετικῶν ἀνατροπὴν, οὐκ ὀρθοδόξων ἐλάττωσιν. *Sacerdotes augere studuimus, non subtrahere ; hæreticos evertere, non orthodoxos imminuere.* Non aliud tempus occurrit in Historia sancti Basilii, quo multiplicati sacerdotes fuerint in Cappadocia, præter illud cum Anthimo dissidium.

Vehementem hanc discordiam manifeste indicant quæ a Gregorio in presbyterum quemdam, calidum Anthimi partium defensorem, dicuntur. Sic enim eum compellat : Τί φῄς, ὦ παῖ Δαθὰν καὶ Ἀβειρών, καὶ στρατηγὲ ἀσωφρόνιστε ; ὁ κατὰ Μωϋσέως τολμήσας, καὶ χεῖρας ἐπαφεὶς ἡμῖν, ὥσπερ ἐκεῖνοι τὰς γλώσσας μεγάλῳ θεράποντι ; οὐκ ἔφριξας ; οὐκ ἐνετράπης ; οὐκ ἔῤῥευσάν σοι ταῦτα διανοουμένῳ κατὰ γῆς αἱ σάρκες ; εἶτα τὰς χεῖρας ταύτας ἀνατείνεις τῷ Θεῷ ; εἶτα δῶρα προσάξεις ; εἶτα ὑπερεύξῃ λαοῦ ; φοβοῦμαι μή ποτε τοσοῦτον ἡ ῥομφαία τοῦ Θεοῦ κατιωθῇ καὶ ἠρεμήσειεν. Οὔτε τῷ ποιμένι τῷ σῷ μέγα τι ἐχαρίσω, καὶ σαυτὸν τὰ μέγιστα ἐζημίωσας, ἀλλοτριώσας σεαυτὸν τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος. *Quid ais, fili Datham et Abiron, et dux militaris contumax, qui adversus Mosem insurgere ausus es ? qui manus in nos, quemadmodum illi linguas in magnum illum Dei servum, immisisti ? Non cohorruisti ? non pudore suffusus es ? non hæc animo agitanti carnes in terram collapsæ sunt ? Et postea manus has sursum ad Deum tendes ? postea dona offeres ? postea orationes pro populo fundes ? Vereor equidem ne Dei gladius tandiu rubiginem contrahat, et conquiescat. Nec a pastore tuo ingentem aliquam gratiam iniisti, et teipsum maximo detrimento multasti, teipsum videlicet a Dei gratia avertens.* Hunc presbyterum non immerito ducem militarem appellat Gregorius, quia pro Anthimo vehementer contra Basilium pugnaverat ac manus in ipsum injecerat Gregorium. Pastor ille, a quo presbyter gratiam inire voluerat, alius esse non videtur, quam Anthimus ; idque argumento est, pugnatorem illum Doarorum episcopum non fuisse, sed potius Tyanensem aliquem presbyterum, cujus pastorem esse Anthimum Gregorius agnoscebat.

(*a*) Or. 20.
(*b*) Ep. 100.
(*c*) Tom. IX, p. 394.
(*d*) Naz. or. 20.

Digitized by Google

Convertit deinde orationem Gregorius ad ipsum Eulalium quem pastorum optimum et præstantissimum vocat, ac vita et moribus dignum episcopatu esse testatur. Hortatur (p. 496) ut in rebus spiritualibus tantam sibi approbationem conciliet, quantam in mundi negotiis conciliaverat.

Videtur Doarensium amor in Basilium Anthimi impetum repulisse. Hinc Gregorius, quasi metueret ne molestum illis esset Basilium deinceps episcopum non habere, sic eos affatur (p. 495) : *Non venimus ut gladium mittamus, sed ut pacem. Non venimus in magni illius pastoris contemptum et ignominiam, qui splendidæ civitati præsidet. Honorabilem scimus, caput agnoscimus, sanctum vocamus, tametsi injuria affecti.* Patet ex postremis verbis jam ordinatum fuisse Sasimensem episcopum Gregorium : ac conceptum ex ea re dolorem ejus animo insidere. Sed tamen illius ardor in defendenda Basilii causa dubitare non sinit, quin tunc episcopatum vel nondum abjecisset, vel potius ex fuga reversus obsequii sui significationes patri ac Basilio dedisset. Post Gregorium alii episcopi verba facturi erant, novi episcopi adhortandi causa, ut patet ex his Gregorii ad eum verbis : *Perfectiorem armaturam a majoribus ducibus accipies*, etc.

IV. Proficiscens Basilius (*a*) post Pascha, ut jam diximus, litteras ad Eusebium Theophrasto diacono dederat, ut eas perferri curaret. Sed interim diaconus morbo correptus moritur, litteris non missis. Id eo molestius Basilio redeunti fuit, quod de rebus magni momenti scriptæ erant, ac celerem responsionem poscentibus. Nam cum S. Meletius et Theodotus Nicopolitanus Basilium ad diem festum, in quodam loco, quem Phargamum dicebant, medio mense Junio celebrari solitum invitassent, tum amicitiæ causa, tum ut de rebus Eustathii cum eo agerent; Basilius Eusebium rogabat, ut secum hunc diem obiret. Itaque cum reditu suo cognovisset litteras suas non fuisse perlatas, statim eas misit ad Eustathium Sebastenum cum epistola 95, ut quam celerrime utraque epistola ad Eusebium ferretur : supererant enim tantum dies triginta tres. Declarat Eusebio in hac epist. 95 venturum se ad diem festum, si ipse etiam Eusebius veniat; secus vero, malle se contractum anno præterito invisendi Eusebii debitum solvere, et congressum cum episcopis in aliud tempus differre. Erat in iisdem litteris Theophrasto commissis de Sasimensi ordinatione. Nam cum de ea nihil prorsus occurrat in epistola 95, quæ serius scripta est, sed simul missa; Eusebius in sua ad Basilium responsione ea de re loquebatur, et cum sibi hanc ordinationem minus probari significasset, Basilio causam attulit illius defendendæ in epistola 98.

(*a*) Ep. 95.
(*b*) Ep. 96.
(*c*) Ibid.

Circa hoc tempus maximum luctum attulit universis Cappadocibus Eliæ præsidis discessio,- e abrogata dignitas et inflictæ calumniæ, cum ejus libero et nescio assentationis animo ansa arripuissent, qui se justitiæ moleste ferebant pos haberi. Basilius (*b*) universæ patriæ nomine S phronium rogat, ut Eliam commendet imperatori ac illatas ei criminationes diluat. Jam successer Eliæ Maximus, cum Basilius medio mense Juni elapso scriberet epistolam 98 ad S. Eusebium. Und non immerito patriam per somnium ditatam ess dicit (*c*), cui summus ille vir tam cito ereptus est Non mirum sane est, si his temporibus invidia tela non effugit provinciæ præses, qui terribilis era delinquentibus, idemque in pauperes ac divites; a misericordia in Cappadoces commotus (*d*), attentio erat ad eorum sublevandam inopiam, quam ad ea vitanda quæ ipsi tam leniter agenti a sublimibus potestatibus imminebant.

V. Stetit promissis Gregorius, et Sasima venit, ut hujus Ecclesiæ gubernacula capesseret. Sed ejus consilium diligentia sua præripuit Anthimus, ac paludes Sasimorum occupavit. Quin etiam prohibenti et comminanti Gregorio epistolam (*e*) scripsit conviciis et probris refertam, veluti triumphum in victum canens. Postea Nazianzum venit, sive ut videret Gregorii patrem (id enim præ se ferebat), sive ut ea conaretur quæ conatus est. Plura enim et de pluribus rebus testamenta injecit, de parœciis, de Sasimensibus paludibus et Gregorii ordinatione, largiens, petens, minas adhibens, ex jure disceptans, vituperans, laudans; circulos sibi ipse jurisdictionis circumscribens, ut Gregorium probaret ad se et ad novam metropolim, utpote majorem, respicere debere. Sed ubi nulla in re cedere Gregorium animadvertit, rebus infectis iratus abscessit, Basilismum ei, veluti Philippismum quemdam exprobrans. Non longum tempus, et litteræ Gregorio venerunt ab eodem Anthimo, qui eum vocabat ad synodum. Cum permolestum id esset Gregorio, ac injuriam fieri clamaret, Anthimus rogavit ut saltem illius opera Basilius ad deliberandum ea de re cum Anthimo adduceretur. Promisit id Gregorius, ut multo commodius quam quod primo propositum fuerat, et Basilio scripsit, totam rem illius judicio relinquens, utrum vellet Anthimum et alios episcopos convocare, et ubi vellet et quando.

Quamvis Basilii causam non læve Gregorius defendisset, illius tamen litteris offensus est Basilius, et cum eo jurgavit, quod Anthimo faveret. Unde Gregorius in epistola 33 Basilium ut calidiorem et pullorum more ferocientem amice castigat; breviter exponit quid ejus causa gesserit, æquumque non esse demonstrat, ut cum Basilii causa in offensionem Anthimo venerit, Basilio displiceat, ut in Anthimum propensior. Denique Basilium rogat ut

(*d*) Ep. 88.
(*e*) Naz. ep. 33.

Digitized by Google

sibi, saltem ut natu major, injuriam non faciat : quod si sese ostentet atque efferat, ac tanquam metropolitanus e superiore loco parvæ civitatis vel potius nullius episcopum alloquatur, sibi quoque supercilium esse quod opponat.

Cæterum libenter accepit Basilius conditionem, quæ ab Anthimo ferebatur, ut de restituenda pace communis iniretur deliberatio. Hujus rei testem habemus epistolam ad senatum Tyanensem, in qua declarat se omnia quidem Anthimi consilia, omnesque molitiones pervidisse; sed tamen nihil sibi esse pace antiquius. Persuasum enim sibi esse, nihil se posse solum perficere, magisque indigere se uniuscujusque fratrum auxilio, quam alteram manum alterius ope. Itaque certum sibi esse pacis causa nec laborem ullum prætermittere, non humile dictu quidquam aut factu, non itineris longitudinem vereri, non quidquam aliud molestum refugere, ut mercedem pacificationis consequatur.

VI. Basilii cum Cappadociæ secundæ episcopis congressui moras attulit iter in Armeniam. Vocatus fuerat Basilius a S. Meletio et Theodoto ad diem festum medio mense Junio celebrandum, ut de Eustathio et Basilii cum eo communione, quæ multos lædebat, aliquid statui posset. Sentiebat magno sibi hac in re præsidio futurum Eusebium Samosatensem. Is enim cum (amicus erat Eustathio, vir, itidem ut Basilius, probitatis minime suspiciosæ; tum vero nemo magis idoneus, qui pro summa sua auctoritate et maximis de S. Meletio ac universa Ecclesia meritis iniquas suspiciones compesceret. Scripserat ad eum Basilius triginta tribus ante festum diebus; sed cum summæ essent temporis angustiæ, antequam responsa Samosatis acciperet, iter se commisit, ut ad diem posset indictum locum assequi. Transeundum autem Sebastia fuit, ibique commorandum, ut de Eustathii fide certa indicia Nicopolim perferrentur. Ac primus quidem dies in disputando insumptus nullam certam habuit conclusionem. At postridie, quamvis Basilio accessisset vehemens adversarius, Pœmenius Sebastiæ presbyter; sic tamen Basilius et objecta dissolvit, et catholicam doctrinam ante oculos exposuit, ut nulla prorsus in re dissentirent. Itaque surrexerunt circa horam nonam ad precandum, et gratias egerunt Deo, quod idem sentire, idemque loqui dedisset.

Probe sciebat Basilius privatum hoc colloquium, non satis insigne monumentum fidei Eustathii futurum, nisi scripto aliquid consignaretur. Sed ut faceret accuratius ac diligentius, fidei formulam ab ipso Theodoto accipere volebat, ut una et eadem opera duo consequeretur, nempe et Eustathio rectam fidem persuaderet, et illius adversariis post acceptas ipsorum conditiones, nullum contradicendi locum relinqueret.

Colloquiorum cum Eustathio optatus exitus Basilium incitabat, ut recta Nicopolim pergeret. Sed duæ illum causæ Cæsaream vestigia referre coegerunt. Nam Theodotus, ubi eum cum Eustathio esse cognovit, antequam disceret qua de causa id fecisset, et quid ex congressu consecutus esset, non jam illum ad conventum vocandum esse judicavit, nec quemquam misit qui iterum admoneret aut deduceret. Res eo molestior fuit Basilio, quod illum antea perfunctorie per Hellenium invitaverat. Alia suberat causa longe gravior. Accepit enim Sebastiæ litteras, quibus venturum se Eusebius negabat, statimque refrixit cupiditas eundi Nicopolim, et perfunctoria invitandi ratio animum subiit. Nam cum Eusebio ne gravissima quidem discrimina reformidabat, sine eo vel levissimis impar sibi videbatur. Quare satius esse duxit omisso die festo Nicopolim alio tempore proficisci, et cum Meletio de rebus ecclesiasticis colloqui, vel etiam cum eo Eusebium invisere. Qua de re utrique scripsit, utriusque responsa exspectans. Sed litteris ad sanctum Meletium idem prorsus evenit ac pluribus aliis, ut ad nos non pervenirent. Dixi Basilium, cum Sebastiæ esset, litteras Eusebii accepisse. Res per se patet. Ait enim se lectis his litteris repudiasse consilium eundi Nicopolim, propterea quod venturus non erat Eusebius. At hoc consilium non repudiavit, nisi cum Sebastiæ esset; idque conceptis verbis declarat in epistola sequenti, se e medio itinere tristem reversum esse. Forte etiam, antequam ex hac urbe discederet, Eusebio rescripsit hanc epistolam 98 in qua congressurum se dicit cum episcopis secundæ Cappadociæ, et cum Eustathio congressum esse, cui testimonium rectæ fidei tribuit. Loquitur etiam de nonnullis episcoporum litteris ad Eusebium non perlatis, et de Palmatio, qui Maximo præsidi ad persecutiones ministrabat, id est ad exactiones tributorum. Has episcoporum litteras Basilius, culpa eorum, qui ipsius litteras non curaverant perferendas, ad Eusebium non pervenisse dicit. Videtur autem vel litteras Occidentalium designare, qui ipsi scripserant, vel sancti Meletii et Theodoti, qui eum ad diem festum medio mense Junio celebrandum invitaverant. Quis ille fuerit Palmatius, qui se Maximi ministrum præbebat, plane nescio : quod autem ait Basilius eum Maximo ministrasse πρὸς τοὺς διωγμούς, *ad persecutiones*, id de persecutione Ecclesiæ dictum non puto, sed de exactionibus tributorum. Hunc enim Maximum Basilius in epist. 147, virum longe optimum appellat, quod de persecutore Ecclesiæ non videtur dicturus fuisse. Probabilius multo est hunc præsidem, cum sciret Eliam, cui succedebat, in maximas molestias ob suam in Cappadoces lenitatem incidisse, strictum et severum, saltem initio, fuisse in exigendis tributis.

Sed in his litteris ea præcipue observanda, quæ de Gregorio dicuntur : *Cæterum fratrem Gregorium*, inquit, *vellem et ego Ecclesiam gubernare ingenio suo parem. Ea autem erat Ecclesia omnis quæ sub sole est, in unum collecta. Cum autem fieri id non*

Digitized by Google

queat, episcopus sit, non ex loco ornamentum accipiens, sed loco ex sese addens. Nam viri vere magni est non magnis tantum parem esse, sed etiam, quæ parva sunt facultate magna facere. De Gregorio Nysseno Tillemontius hic agi existimat, deceptus his vocibus ἐμὸν τόν, *fratrem meum*, quas ope codicum novem eliminavimus. Ad codicum mss. auctoritatem accedit hæc ratio (*a*), quod Nyssenus, etsi invitus ad tam sublime ministerium evectus est, non tamen videtur, suscepta semel ordinatione, recalcitrasse, ut Gregorius : imo Nazianzum missus est, ut Gregorii dolorem ex ordinatione conceptum abstergeret. Præterea Nyssenus de more ordinatus est, postulante plebe et clero, consentientibus provinciæ episcopis, ut patet ex epist. 225. At Nazianzeno solus Basilius, adjuvante ipsius patre, hoc onus imposuit : unde in multas reprehensiones incurrit, quod tantum virum Sasima relegasset.

Hoc autem semel constituto, ruit penitus opinio Tillemontii, qui Nazianzenum mense Julio ordinatum fuisse contendit. Retrahenda hæc ordinatio ante festum Paschæ; siquidem S. Eusebius litteris paulo post Pascha scriptis respondens, hanc sibi ordinationem minus probari significat. Præterea aliæ suppetunt rationes. Nam 1° bis Nazianzum venit Basilius hujus ordinationis causa, semel quidem cum Gregorium ordinavit, iterum vero, cum redeuntem e fuga invisit. At primum iter ante Pascha collocandum. Nam (*b*) post Pascha circuitum quemdam rebus necessariis urgentibus confecit : inde reversus circa diem duodecimum Maii, Sebastiam se contulit mense Junio : iterum in Armeniam mense Julio longum et molestum iter suscepit. Bis ergo post Pascha Nazianzum venire non potuit; mense autem Julio ne semel quidem id ei integrum fuit. 2° Basilius in epistola 98, quæ scripta est circa medium mensem Junium, nuntiat Eusebio se brevi congressurum cum episcopis secundæ Cappadociæ. At hic congressus non solum post ordinationem Gregorii constitutus est, sed etiam post ejus fugam et reditum et inutiles conatus capessendi episcopatus et colloquia cum Anthimo. Convenere tandem episcopi, ut modo videbimus, ante illud iter, quod mense Julio Basilius in Armeniam suscepit. Nulla ergo ratione nititur opinio Tillemontii.

In hac episcoporum Cappadociæ synodo pax inter Basilium et Anthimum ea conditione sancita est, ut episcopatus multiplicarentur; quod quidem in Ecclesiæ commodum cessisse testatur Gregorius (*c*). Mense Junio exeunte, vel ineunte Julio hæc synodus collocanda, non solum quia Basilius in epistola medio mense Junio scripta brevi futuram nuntiabat, sed etiam quia statim ac rediit ex itinere, quod iterum in Armeniam habuit mense Julio, Eusebium invitat in Cappadociam, ut sibi in constituendis episcopis operam navet : quam quidem pactionem fuisse diximus. Habita ergo fuit synodus antequam proficisceretur.

VII. Præclarissime actum cum Basilio, quod Anthimi benevolentiam recollegisset. Sed cito novæ supervenerunt molestiæ. Accepit mandatum imperatoris cum litteris comitis Terentii, ut Armenias episcopos daret. Non id sane molestum fuit homini nihil optatius habenti, quam ut Ecclesiæ causa laboraret. Imo tota res perhonorifica Basilio; non satis mirari possum, cur quo tempore hæretici tot Ecclesias pastoribus pulsis lupos intrudebant vacuas Armeniæ Ecclesias non occuparint. Forte comes Terentius cognitionem illis hujus consilii præripuit, et a Valente decretum illud impetravit antequam summa Basilii virtutum admiratio, quam Cæsarea discedens significaverat, ex ejus animo elaberetur. Libenter itaque viæ sese commisit Basilius (*d*), sed cum ei Theodotus sollicitudinis socius adjunctus esset, metuebat Basilius, id quod accidit, ne singulare hominis ingenium et suspiciones jam mense Junio significatæ plurimum nocerent. Sed tamen, ut Theodoto satisfaceret, ac eorum quæ egerat, coram locuplete teste rationem redderet, venit Getasa in agrum S. Meletii, ubi Theodotus interfuit, simulque Diodorus presbyter.

Ibi accusatus a Theodoto ob conjunctionem cum Eustathio, dixit se ex congressu consecutum esse, ut Eustathium in omnibus sibi assentientem haberet. Tum Theodotus, Eustathium negasse, statim ac discessit ab eo Basilius, suisque ipsum discipulis affirmare, se nulla prorsus in re cum Basilio de fide consensisse. Ad hæc Basilius, non eum esse Eustathium, qui nunc huc, nunc illuc feratur, cum sibi mirifice in tota vita constet; aut in rebus tanti momenti et omnium fama celebratis mentiatur, cum mendacium etiam in minimis ut horribile quiddam aversetur. Sed tamen proponendum ei esse libellum fidei, cui nihil desit ad rectæ fidei specimen; si subscribendo assentiatur, mansurum se in ejus communione; sin autem recuset, ab ejus conjunctione discessurum. Probata hæc conditio Meletio et Diodoro, nec ipse Theodotus dissensit, sed peramice Basilium hortatus est, ut Nicopolim descenderet, tum Ecclesiæ invisendæ causa, tum ut eum Theodotus Satala usque deduceret, ac operam in omnibus navaret. Iis ita actis Nicopolim rediit Theodotus, Basilio Getasis relicto. At ubi Nicopolim advenit Basilius, sic eum aversatus est Theodotus, ut neque ad matutinas, neque ad vespertinas preces assumere voluerit.

Permolestum id Basilio accidit, non tamen sua ipsius causa (fatetur enim se dignum fuisse qui sic tractaretur), sed quia mandata imperatoris perficere. et episcopos Armeniæ dare non poterat, sic

(*a*) Ep. 225.
(*b*) Ep. 95.
(*c*) Or. 20.
(*d*) Ep. 99.

Digitized by Google

affecto erga se curarum socio, cujus opera sperabat se idoneos viros inventurum, eo quod in ejus parœcia non deessent et religiosi et prudentes, et linguæ periti, et qui reliquos gentis usus proprios scirent. Sed tamen quod in ipso situm erat, id minime negligendum ratus, Satala pervenit infirmo admodum corpore; pacem composuit inter episcopos Armeniæ, eosque a summa indifferentia ac negligentia ad sincerum pro Ecclesiis Dei studium revocare conatus est, ac de nonnullis quæ indifferenter in Armenia peccari solebant, regulas præscripsit. Accepit a Satalorum Ecclesia suffragia, quibus rogabatur, ut episcopum illis daret. Curæ etiam illud ei fuit, ut de aspersis Cyrillo episcopo criminibus inquireret : quæ cum ab inimicis conficta esse cognovisset, idque ipsi coram Basilio manifeste confessi essent; populum Satalensem Cyrillo mediocriter placavit, ita ut non jam ab illius communione refugerent. Ex his colligi non debet Cyrillum eorum episcopum fuisse. Jamdudum enim episcopo carebant, ut modo videbimus.

VIII. Redux Cæsaream Basilius, vel etiam, ut conjet Tillemontius, antequam Satalis discederet, rem omnem ab origine Terentio perscripsit, et quid ad exhaurienda imperatoris mandata præstitisset, quid plura præstare prohibuisset, accuratissime exposuit. Scriptam esse Satalis hanc epistolam 99 (n. 4) colligi posset ex his verbis : *Et nunc cum Satala venissem cum tali corpore*, etc.

Litteræ S. Eusebii, quæ suaves semper et C optatæ Basilio veniebant, cum ei in regione Armeniæ vicina, post tot molestias redeunti redditæ fuissent, tantum lætitiæ attulerunt, quantum navigantibus, gravi orta tempestate, fax eminus lucens. Reditu suo, quamvis sibi videretur a suo corpore deseri, et in magnas difficultates incidisset, tandiu neglectis Ecclesiæ rebus, sperabat tamen se ope precum Eusebii Samosata iturum. Sed interim eum rogat, ut Cæsaream veniat ad diem festum sancti Eupsychii, die septimo Septembris. His enim se negotiis implicari, quæ auxilio indigeant Eusebii, tam ad constitutionem episcoporum, qua de re inter episcopos Cappadociæ mense Junio convenerat, tum ad deliberationem et considerationem eorum *quæ in nos*, inquit, *meditatur Gregorii Nysseni simplicitas, qui synodos cogit Ancyræ, nec ullum nobis insidiandi modum prætermittit.* Lucem huic loco afferre conatus sum in nota. Pertulit hanc epistolam idem diaconus, qui litteras Eusebii attulerat; et cum Basilium redeuntem in regione Armeniæ vicina attigisset, videtur cum eo Cæsaream venisse. Narranda ei relinquit Basilius, quæ sibi in Armenia evenerant.

Non dubium est quin Basilius ex hoc itinere redierit mense Julio; nam satis supererat temporis, ut Eusebius illius litteras accipere posset, ac Cæsaream venire ad diem septimum Septembris.

(a) Ep. 102.

A Porro ad eam rem necessarii erant saltem triginta tres dies, ut vidimus ex epist. 93.

Circa idem tempus scripta epistola 101. Cum enim de morte insignis personæ didicisset, statim ad eum, ad quem præcipuus dolor redibat, consolandi causa scripsit, infirmam valetudinem excusans, cur adesse non posset, et negotia ob iter majorem in modum aucta.

Satalenses, ut supra vidimus, suffragia, sive decretum publicum obtulerant Basilio, eumque rogabant, ut sibi episcopum daret. Eo dignior erat Basilii sollicitudine hæc Ecclesia, quod jamdudum episcopo destituta propemodum in ruinis jacebat. In petendo autem episcopo adeo institerunt et con-
B tenderunt, ut Basilius coram Domino promiserit, nihil se, quod quidem penes se foret, prætermissurum. Colligi posset nominatim ab iis petitum Pœmenium presbyterum. Nam Basilius (*a*) declarat se consanguinitatem et consuetudinem sibi cum hoc viro intercedentem, populi gemitus, universæ Pœmenii cognationis ac matris ipsius lacrymas eorum postulatis posthabuisse. Hortatur ut Deo gratias agant, quod votum suum adimpleverit. Sed tamen hæc dicere potuit Basilius, etiamsi generatim virum petiissent ad reparandas Ecclesiæ suæ ruinas idoneum. Præmisit Niciam, qui ad Satalenses hujus lætitiæ nuntium perferret. Scripta hæc epistola magistratibus : sequens, quæ brevior est, sed tamen in eamdem scripta sententiam, universam
C plebem compellat, concessum illis nuntians pastorem hoc dignum nomine. In quo forte alludit ad nomen Pœmenii.

CAPUT XXV.

I. S. Basilius conqueritur apud præfectum, quod clerici Cæsarienses censui addicti fuerint. II. Invisit S. Eusebium. Rediens scribit ad filias Terentii et ad quemdam militem. III. Tres litteræ de negotio Julittæ. Inde nata occasio scribendi ad Modestum. IV. Andronicum ducem placare conatur Domitiano. V. Pacem conciliat in presbyterio Tarsensi. VI. Simpliciæ temeritatem comprimit. VII. De epist. 115-117. VIII. Proditur a discipulis Eustathii.

I. Modestus præfectus, qui Basilium pro se utiliter precantem senserat, pro aliis precanti plurimum semper honoris habuit. Suam apud illum gratiam
D Basilius sæpe interposuit; sed prima omnium videtur Ecclesia Cæsariensis precatorem habuisse Basilium. Cum censitores censui addixissent clericos Cæsarienses, ac eos tantum excepissent, quibus ætas immunitatem dabat, propterea quod mandata immunitatis concedendæ a præfecto accepisse se negarent; confugit ad præfectum Basilius, eique demonstrat et ipsius famæ et imperatoris familiæ perutile futurum, ut aliqua immunitas concedatur episcopi arbitrio dispensanda. Multa sunt in hac epistola difficilia, quæ in notis conatus sum explanare.

Scripta autem videtur circa hunc annum. Adhuc

Digitized by Google

enim recentia erant Cappadociæ vulnera, cui *in genua inclinatæ* opem præfecti Basilius implorat. Præterea jam de rebus communibus scripserat præfecto, antequam ei privatos commendare incœpisset, idque colligitur ex his verbis epistolæ 107, quæ vix serius hoc anno exeunte scribi potuit : *Ego enim*, inquit, *decere non putavi tantum mihi licentiæ sumere cum tanto judice; eo quod nondum ei de ulla re privata scripserim, verearque ne quo pacto rem improbet : quippe cum summi viri in ejusmodi rebus, ut nosti, facile irascantur.* Jam ergo aliquid scripserat de rebus communibus. Ipsa timiditas, quam præ se fert initio epistolæ, argumento est nondum invitatum fuisse a præfecto, ut sæpe scriberet. Immerito ergo hæc epistola a Tillemontio refertur ad annum 376, sub vicario Demosthene. Non solum tempus, sed etiam personæ ac res discrepant. Hic enim agitur de censitoribus, illic de vicario. Hic censui, illic curiæ addicuntur clerici.

II. Non semel hoc anno S. Eusebium Basilius invitavit, ut Cæsariensem Ecclesiam inviseret. Sed hoc beneficium impetrare non potuit : quod quidem mirum non videtur. Cum enim multæ aliæ causæ sanctum senem detinere potuerunt, tum in primis vicinitas Valentis, quæ perpetuas excubias ad gregis custodiam postulabat. Quare Basilio eundum fuit Samosata, ut Eusebium videret. Id autem consecutus est hoc anno 372. Nam in duabus epistolis (*a*) anno sequenti scriptis testatur se anno præterito mel dulcissimum Ecclesiæ Samosatensis degustasse. Quod autem addit extremo tantum digito degustasse, argumento est non diu eum apud Eusebium fuisse. Redeunti promisit Eusebius se anno sequenti in Cappadociam venturum : atque hoc promissum Cæsaream referens Basilius, magnam Eusebii adventus exspectationem movit.

Speraverat Basilius (*b*) visurum se Samosatis diaconissas Terentii comitis filias, quas, ut bonæ radicis bona germina, nec circumstantium hæreticorum turba decipere, nec ventis secundis utens novitas movere potuerat. Non mediocrem jacturam esse duxit, quod eas non invenisset Samosatis. Sed ut litteris compensaret, quod colloquio perficere non potuerat, oblata facultate Sophronii, quem filium appellat, laudat eas ob summum catholicæ fidei studium et ad perseverantiam hortatur.

S. Eusebium presbyter Basilius invisit, ut supra vidimus. Sed ad iter hujus anni 372 referendam epistolam ad diaconissas probat circumstans illa hominum veritatem corrumpentium turba, præsente scilicet in Syria Valente. Cæterum non multo post reditum hæc scripsit : Sophronius enim ille, quem filium appellat, idem videtur esse, qui anno 372 exeunte, omni scelere Basilium laceravit.

Basilii peregrinationes, iis exceptis quæ illum Samosata deduxere, nihil fere habuerunt, nisi difficillima negotia aut gravissimas molestias. Quare cum Basilius in epistola 106 iter quoddam commemoret, in quo se multa a Deo beneficia accepisse testatur, iter Samosatense indicari conjicio. Viderat in hac peregrinatione militem quemdam, cujus perfecta erat sub militari veste charitas, acceptis ab eo litteris respondet Basilius, eumque ad perseverandum hortatur.

III. Circa hoc tempus scriptæ videntur tres sequentes epistolæ, quibus materiam dederunt molesta Julittæ viduæ, Basilii propinquæ, exhibita negotia. Eam enim tutor illius hæredum urgebat ob ingentem pecuniæ summam, quam cum persolvere cito non posset, egit Basilius cum creditore, ut tempus viduæ concederet. Promisit ille coram Basilio et alio viro dignitate insigni; seque tempus quidem brevius scribere dicebat, sed amplius concessurum. Postea immemor promissi viduam rursus vexare cœpit. Significat illa dolorem suum Basilio, qui ei rescribit consolandi causa; seque et creditori scripsisse testatur ut pudorem ei inculeret, et Helladio præfecti domestico, ut hoc ei negotium commendaret. Nam ad præfectum ipsum scribere non audebat.

Tutori hæredum Julittæ Basilius mirari se declarat, cur quod verbis conceptis coram se et alio viro promiserat, id nunc exsequi nolit. Fatetur se illius liberalitatis famam cum hoc implacabili in viduam animo conciliare non posse. Revocat ei in memoriam aliud promissum. Nam pollicitus erat, si aurum de quo convenerat, acciperet, chartas omnes, tum eas quæ coram judicibus, tum eas quæ privatim confectæ, viduæ traditurum. Monet ergo illum Basilius, ut opem et misericordiam Dei sibi ipse duriori agendi ratione non intercludat.

Negat Tillemontius ad hoc negotium pertinere epistolam sequentem. Sed tamen mirifice et personæ et res consentiunt. Commendat enim Basilius viduam a tutoribus hæredum illius vexatam. Commendat eam non præfecto, sed Helladio comiti, ut dixerat in epistola 107. Non tamen idem rogat quod in epistolis præcedentibus, ut tempus concedatur ad solvendum, sed ut remittantur usuræ, forte jam persoluta, quia coram Basilio sic pacta fuerat, ut usuræ redonarentur, si sortem solveret. Hoc ipsum est quod creditor promiserat, ut in memoriam redigit Basilius in præcedenti epistola, *si aurum de quo convenerat acciperet, chartas omnes, tum eas quæ coram judicibus, tum quæ privatim confectæ, huic viduæ traditurum.* His sane verbis promissum usuræ remittendæ continetur. De eodem ergo negotio his in epistolis agitur. Sed cum importunus creditor duo promisisset, concessurum se tempus et usuras remissurum; vel Basilius bis scripsit Helladio, primum quidem ut tempus daretur, deinde ut usuræ remitterentur : vel idcirco de usuris tantum

(*a*) Epist. 145 et 157.

(*b*) Epist. 105.

Digitized by Google

loquitur, quia, antequam mitteret epistolam ad Helladium, audierat creditorem a vidua absolutum esse, nec tamen in eo stare quod secundo loco promiserat.

Has autem epistolas circa annum 372 exeuntem scriptas conjicimus, quia scriptæ sunt antequam Basilius timiditatem illam deposuisset, quæ illum a scribendis præfecto litteris deterrebat. Porro non videtur illa timiditas diu ejus animo insedisse, ex quo gratiam iniit a præfecto (iniit autem anno 372 ineunte), neque spatium anno longius interponendum inter initium scribendi et devinctum benevolentia animum præfecti. Tot enim homines Modesto commendavit, tot ad eum litteras dedit, ut id non videatur extremis vitæ annis incœpisse. Res patet ex epistolis 279, 280. Videtur his litteris initium dedisse Helladius comes, quem verisimile est, cognita Basilii in Julittæ negotio timiditate, pro summa sua apud præfectum gratia et auctoritate rem indicasse; unde ortum, ut Basilium præfectus confidere juberet ac ad se scribere.

Post tam honorificum mandatum scripta epistola 110, in qua, cur hactenus scribere ausus non fuerit, quamvis plurimum cuperet, tantæ potestatis reverentiam excusat. Commendat Tauri incolas, eisque nimia ferri tributa pendentibus humanitatem præfecti implorat. In sequenti epistola pro amico in aulam accersito, et idcirco sibi metuente Modestum rogat, ut, si vir ille nihil peccavit, veritatis beneficio vincat; si quid peccavit, sua causa id ei remittatur. Cum hæc scriberet Basilius, nondum Cappadocia ex malis provinciæ divisione inflictis emergebat, idque Basilius indicat non obscure.

IV. Domitianus quidam, qui in tribus optimæ notæ codicibus presbyter dicitur, Basilii necessarius erat ab antiquo ex parentibus, ita ut nihil a fratre differret. Is cum graviter peccasset in virum præpotentem, Andronicum ducem, imminentis supplicii metu pene mortuus epistolas a pluribus obtinuit ipsius causa supplicantibus, sed Basilii commendationem longe omnibus præferendam esse duxit. Libenter sane Basilius, nisi et corporis infirmitas et hiemis molestiæ obstitissent, Andronicum adiisset, tum ut precatoris munere per se ipse fungeretur, tum ut veteris promissi debitum persolveret. Promiserat enim venturum se Sebastiam; idque jam perfecerat, sed minime invenit Andronicum. Scribit itaque ad eum præclarissimam epistolam, ac exquisitis rationibus persuadere conatur, ut metum, quo fractus et prostratus jacebat Domitianus, satis supplicii esse existimet, ac insigne humanitatis specimen edat, omnibus Cappadocibus, qui eventus exspectatione suspensi erant, admirationi futurum. Hanc epistolam (*a*) cum Tillemontio referendam duxi ad hiemem hujus anni 372. Venit enim Sebastiam hoc anno Basilius, eique deinceps aditum in hanc urbem intercludet Eustathii perfidia, quæ anno 373 erupit.

V. Tarsensis Ecclesia (*b*), mortuo Silvano, in manus hæreticorum delapsa, luctum et gemitus Basilii presbyteri commoverat. Sed non defuere egregii presbyteri, qui fidem sub hæretico episcopo defenderent, et ab ejus communione plebem removentes, Ecclesiam per se ipsi regerent. Nomen hæretici episcopi non proditum memoriæ. At nec Basilium cum eo communicasse, nec magnam partem cleri Tarsensis, perspicimus ex litteris 113 et 114. Nata enim inter eos controversia, cum unum ex collegis, Cyriacum nomine, suspectum haberent, ut minus recte de Spiritu sancto sentientem, ad Basilii consilium et auctoritatem confugerunt, missis ad eum e suo numero nonnullis. Unum quidem designat Basilius initio epistolæ 113. Sed plures missos patet ex his verbis epistolæ sequentis, *Postquam igitur cum fratribus congressus sum.* Basilius, tota re ex illis cognita, privatim nonnulla disseruit, quæ referenda presbyteris Tarsensibus mandabat, sed in epistola, quam ad eos scripsit, hanc sedandæ controversiæ viam init. Queritur quod Ecclesiæ mala, sua sponte gravissima, multum augeantur, dum nulla erga infirmos adhibetur commiseratio, nulla sanorum fratrum defensio. Quare necesse esse statuit, ut quibus in rebus animæ non lædantur, in his nos ad infirmiores accommodemus : ac proinde nihil amplius exposcendum a fratribus præscribit, nisi ut fidem Nicænam recipiant, ac Spiritum sanctum creaturam dici non oportere, et eos, qui dicunt, ad communionem admittendos non esse fateantur.

Scribit (*c*) etiam ad Cyriacum, eique narrat se in fratribus e clero Tarsensi missis magnum animadvertisse fidei studium, magnumque in Cyriacum amorem; seque pro eo spopondisse, sanam esse illius fidem et animum, ad omnia pro fide perpetienda promptum et paratum. Rursus pro fratribus spondet, si modo Nicænam fidem recipiat, nullam in ea vocem rejiciens, atque huic fidei addat Spiritum sanctum creaturam dici non debere, nec cum iis, qui dicunt, communicandum, fore ut ei omne obsequium fratres exhibeant. Ex quibus verbis illud obiter colligere possumus, Cyriacum auctoritate inter alios præcelluisse.

Non pertinent duæ illæ epistolæ ad initia episcopatus; tunc enim non tantopere fervebat de Spiritu sancto controversia, nec deerant inter orthodoxos, qui consubstantiale nondum recepissent ut ex epist. 52 observavimus. At, dum scriberentur duæ illæ epistolæ, vix supererant quibus molestum esset consubstantiale. Non metuebat Basilius, ne moram huic rei afferret Cyriacus; sed pro eo libenter spondebat. Præcipua enim erat de Spiritu controversia etiam inter Catholicos, aliis Deum appellan-

(*a*) Ep. 112.
(*b*) Sup. ep. 34.
(*c*) Ep. 114.

Digitized by Google

dum esse contendentibus, aliis divinitatem quidem tribuentibus, sed tamen hac voce uti recusantibus.

Videntur tamen ante annum 373 scriptæ. Nam Basilii querelæ, quod nulla sit erga debiles commiseratio, nulla sanorum fratrum defensio, haud scio an eos tangant, quibus Basilii in Eustathium ejusque discipulos lenitas non placebat. Præterea non præscribit, id quod deinceps ab eo perspectis Eustathii dolis præscriptum videbimus, ut Spiritus sanctus cum Patre et Filio glorificetur.

VI. Quædam Cappadociæ Ecclesia (*a*) cum dudum episcopo careret, communi consensu elegit servum Simpliciæ, divitis matronæ et in pauperes munificæ, sed hæresis suspicionibus flagrantis. Itaque ad Basilium et Gregorium loci incolæ hunc servum adduxerunt non sine lacrymis, ut illum sibi episcopum darent. Annuerunt episcopi fervidis precibus, ac servum reluctantem et invitum ordinarunt, non exspectato dominæ consensu, qui tamen eo magis requirendus videbatur, quod heræ bona famulus administrabat. Sed hac in re Basilius et Gregorius, cum Simpliciæ liberalitatem sibi nosse viderentur, simplicius egerunt. Ubi id rescivit iracunda mulier, furiis in Basilium incensa, conviciis eum aggredi cœpit, docere audens ut officii minus peritum. Quinetiam in eum quosdam homines concitavit, quos Basilius lacertos et rubetas appellat, id est, ut conjici potest ex his quæ sequuntur, servos et eunuchos. Hanc Basilius non deprecando, non blande appellando demulcendam esse duxit : sed vehementi utens reprehensione, demonstrat, etiamsi pecuniam arena copiosius profundat, hæc opera apud Deum impura esse. Illius contumelias silentio premit, sed hortatur ut semetipsam de judicio divino commoveat, seque docere desinat, ut qui plura, quam illa, sciat, nec internis spinis tam suffocetur, nec bonis paucis decuplam malitiam admisceat. Postremo gloriatur, quod sibi reddenda sit ratio in Dei judicio, in quo non servi et eunuchi testes erunt, sed justi et perfecti viri.

Sic compressa ad tempus mulieris insolentia : quandiu enim vixit Basilius, mutire non ausa est. At eo mortuo ad ingenium rediit, et ad Gregorium ea de re scripsit, perhonorifice quidem de Basilio loquens, sed tamen vehementer contendens, ut servi ordinatio antiquaretur. Minabatur sæcularia judicia ; et qui consenserant ordinationi, negabant se consensisse, ut mulieri assentarentur. Respondet ei Gregorius (*b*) multo lenius quam scripserat Basilius. Rogat ut quæ Deum opibus suis colebat, Ecclesiam sacerdote, pretiosissimo donario, non spoliet ; multo plus laudis nunc habituram, si rebus ea inconsulta gestis consentiat, quam si antea rogata consensisset. Hortatur ut suspiciones fugiat, et quod dicebatur odio fidei catholicæ hæc facere, hunc rumorem propulset. Quod si petit ut rationes reddat famulus, assentitur Gregorius ut æqua postulanti. Sin autem ut deponatur, tanquam indignu sacerdotio, consentit etiam ut, ipsa præsente atqu etiam, si libuerit, judicante, res episcoporum jud cio exploretur.

Simpliciæ servi ordinationem cum Tillemonti circa hoc tempus, id est, circa annum 372 aut 37 peractam putamus. Non enim citius collocari pe test, quia Gregorium hac in ordinatione Basiliu collegam habuit. Neque etiam multo serius; cu Gregorius secesserit Seleuciam anno 375 : und non videtur ante Basilii mortem egressus esse.

VII. Charus erat Basilio nobilis quidam adole scens, cujus majores gubernacula civitatis, ut veri simile est, Cæsariensis tenuerant; avus autem pa ternus arma secutus fuerat. Is eo majori cur erat Basilio, quod cum se voto virginitatis obstrin xisset, ut eo nomine gratior erat et charior, it naufragii metum ob ætatis florem afferebat. Itaque cum audisset Basilius eum, relicto beatorum progenitorum ordine, ad avum paternum transfugere, e Brettanium pro Firmino fieri velle, majorem in modum sollicitus fuit. Auxerunt sollicitudinem brevissimæ Firmini litteræ, quæ silentio suo pudorem novi consilii indicabant. Scribit itaque ad eum, ut nihil pudore dignum suscipiat, sed si quid illius mentem subiit, mature emendet, ac longo vale militiæ et armis dicto in patriam redeat, satis ad vitæ securitatem et ad omnem splendorem existimans, urbi, itidem ut majores, præesse : *id quod tibi*, inquit, *citra laborem obventurum confidimus, respicientes tum ad idoneas naturæ dotes, tum ad competitorum paucitatem.* Postrema verba tempus indicant epistolæ; cum enim plerique magistratus, aut alio inviti essent translati, aut sponte Cæsarea abscessissent, id quod anno 372 factum, non erat cur competitores metueret Firminus. Quare non multo post Cappadociæ divisionem scripta videtur hæc epistola.

Sequens epistola non est Basilii, sed Firmini, qui peccatum ingenue fatetur, et Basilio gratias agit, quod se, ut par erat, admonuisset. Celerem dimissionem sperabat, nec quidquam ad eam impetrandam omittebat. Sed tamen declarat se non idcirco discessurum a proposito, etiamsi nihil impetret ab imperatore. Persuasum enim sibi esse in ejusmodi rebus potiorem regiis mandatis esse voluntatem, *quam si immutatam et immotam*, inquit, *a proposito vitæ perfectæ exhibuero, inexpugnabilis nobis et inviolabilis Dei auxilio erit virginitatis custodia.* Commendaverat ei aliquem Basilius, quem et libenter a se exceptum et amicorum numero ascriptum fuisse testatur.

Cum Basilium inviserit Jovinus episcopus Perrhæ, anno 375, paulo post Pascha, epistola, qua eum Basilius urget ut ad se veniat, anno 372 exeunte, aut ineunte 373, videtur collocanda.

(*a*) Naz. ep. 38.

(*b*) Ibid.

Digitized by Google

VIII. Basilio ad episcopatum Cæsariensem evecto dedit Eustathius Sebastenus (*a*) duos ex suis asce-tis, sub specie auxilii et amicæ communionis, re-vera ut illius actiones observarent. Horum nomina, Basilius et Sophronius. Hi manebant in domo Ba-silii et candidam illam animam simulatis charitatis sermonibus ludebant. Primum Basilius ob decoram pietatis pellem vitæ suæ præsidium esse ducebat ; alterum filium appellat in epistola 105. Sed ut ficta omnia serius ocius nudari solent, tandem e domo Basilii prorupere, seque hactenus immensam quam-dam doli et acerbitatis voraginem occultasse, hac illiberali fuga ostenderunt. Non audet exponere Ba-silius quas ab eximio Basilio contumelias accepe-rit : sibi autem afficta a Sophronio crimina eo spe-ctare dicit, ut Eustathius a se abalienetur. Testis fuit hujus perfidiæ tota civitas, magnusque risus exstitit eorum, qui piam vitam oderant, nec jam quidquam magis suspectum erat, quam vitæ asce-ticæ professio.

Basilio (*b*) tantum dolorem inussit eorum, quibus maxime fidebat, deprehensa improbitas, ut pene omnes homines ei in suspicionem venirent. Nihil tamen de Eustathio tunc suspicatus videtur, quam-vis ipse fons esset et caput totius mali ; sed veritus ne illius a se animum alienarent discipuli, et ad defensionem eorum, quæ improbe fecerant, calum-nias adornarent ; misit Sebastiam fratrem suum Petrum, ut singula narraret Eustathio, eique scri-psit insignem omnibus charitatis notis epistolam, rogans ut pro sua prudentia cogitet quo-modo curanda sint quæ discipuli peccaverant, ac charitate sua astringat potius quæ disjun-cta sunt, quam cum illis ad dissidium incum-bat.

Existimat Tillemontius duos illos ascetas, saltem eum qui Basilius vocabatur, turpe aliquid et igno-miniosum commisisse, antequam Basilii domo au-fugerent. At nequaquam id colligitur ex sancti Ba-silii querelis, qui duo tantum eis exprobrat, fugam illiberalem, ex qua patebat eos hactenus *vultu hi-lari ac simulatis dilectionis sermonibus immensam quamdam doli et acerbitatis voraginem animo occul-tasse*, et contumelias sibi factas a Basilio, crimina a Sophronio afficta. Occulta ergo erat illorum ante illiberalem fugam improbitas.

Non dissiluit hoc eventu Basilium inter et Eusta-thium amicitia, sed tamen aliquantum refrixit ; id-que colligere est ex epistola 223, ubi Basilius, post-quam acceptum ex speculatorum perfidia dolorem enarravit, hæc addit : *Sed tamen videbatur interim aliqua nobis inesse species consuetudinis cum illis, atque etiam disputationes habitæ inter nos de dogma-tibus semel et iterum, ac visi sumus inter nos non pugnare, sed consentire.* His sane ex verbis patet Basilium post acceptas a discipulis Eustathii tam insignes injurias, non tam calidum illius defensorem fuisse. Quare immerito Tillemontius hæc evenisse putat initio anni 372, ante strenuam illam Eusta-thii causæ defensionem, quam Basilius coram S. Me-letio et Diodoro presbytero adversus Theodotum suscepit ; cum diceret (*c*) *persuasum sibi esse con-jecturam facienti ex reliqua viri constantia, ipsum haud ita leviter in contraria circumferri, neque nunc quidem confiteri, nunc verò negare quæ dixerit ; ho-minem mendacium in rebus minimis, ut horribile quiddam, aversantem ; nedum in rebus tanti mo-menti ac ita omnium fama celebratis veritati unquam adversari velit.*

CAPUT XXVI.

I. Sanctissimus presbyter Cæsarea transit. Per eum agit Basilius de legatione Romam mittenda. II. Faustus ordinatur ab Anthimo contra canones. III. Basilio exsilium imminet. Ejus litteræ ad Ur-bicium et Theodorum. IV. Iter Basilii in Arme-niam. V. Atarbius calumniis appetit Basilium. Ipse hæresis Sabellianæ accusatur. VI. Hunc Neo-cæsariensem episcopum fuisse ostenditur

I. Anno 373, cum vehemens ac longa hiems ad-huc sæviret, Sanctissimus Ecclesiæ Antiochenæ presbyter contulit se ad S. Meletium in Armenia exsulantem. Cæsarea (*d*) transiens cum Basilio de rebus Orientis ac de pacificandis Ecclesiis commu-nicavit. Allatæ etiam Basilio fuerunt ante illius ad-ventum, vel forte etiam per ipsum Sanctissimum litteræ S. Eusebii Samosatensis, qui hortabatur, ut iterum in Occidentem de certis quibusdam eccle-siasticis rebus scriberetur, ac Basilium rogabat, ut epistolam ipse scriberet, omnesque communicatores subscriberent. Sed Basilius, cum minus reperiret, quomodo his de rebus dissereret, commentarium, quod Samosatis missum fuerat, misit ad S. Mele-tium, oblata facultate Sanctissimi, eumque rogat, ut ipse his de rebus scribat, assensum pollicetur ac suam etiam operam, ut scriptum ad commu-nicatores celeriter perferatur, ita ut is qui in Occi-dentem iturus est, cum omnium subscriptionibus proficisci possit.

Presbyter ille Sanctissimus idem studium anno 375 et 376, in colligendis episcoporum subscripti-onibus adhibuit, sed feliciore successu. Bis enim missus est in Occidentem cum Orientalium litteris, nempe annis 376 et 377. Hunc Tillemontius (*e*) ob Lati-num nomen Occidentis potius, quam Orientis pre-sbyterum fuisse suspicatur : ejusque adventum litterarum, quas anno 372 Sabinus ex Oriente re-tulerat, fructum videri posse. De illius autem col-ligendarum subscriptionum studio dubitat, utrum id sua sponte fecerit, an acceptis a Romano epi-scopo mandatis. Sed improbabiles prorsus doctis-simi viri conjecturæ. Non enim Roma venerat San-ctissimus, sed Antiochia, eique narrandum relin-quit Basilius quid Antiochiæ gereretur. Ejus vi-e

(*a*) Ep. 223.
(*b*) Ibid.
(*c*) Ep. 99, n. 3.
(*d*) Ep. 120.
(*e*) Tom. IX, p. 219.

Digitized by Google

finis erat Armeniæ locus, ubi exsulabat Meletius, ut patet ex his verbis epistolæ ad Theodotum (*a*) : *Desideratissimus frater noster Sanctissimus compresbyter ad vos usque iter suscepit.* Hinc diu apud Meletium mansit. Erat ergo Ecclesiæ Antiochenæ presbyter, aut certe Ecclesiæ Orientalis, quæ his illum in Occidentem misit. Neque huic sententiæ obstat nomen Latinum Sanctissimi. Nam interdum ejusmodi nomina ferebant Orientales, velut ille Sacerdos Ecclesiæ Cæsariensis presbyter, de quo Gregorius Nazianzenus in pluribus epistolis, et Innocentius episcopus ad quem duæ Basilii epistolæ.

II. Eadem de re aliam Basilii epistolam ad Theodotum Nicopolitanum (*b*) pertulit Sanctissimus : sed in ambabus ad S. Meletium et Theodotum epistolis aliud agitur negotium non parvi momenti. Pacem anno 372 composuerat Basilius inter Satalensem populum et episcopum Cyrillum. Sed postea recruduit vulnus, et Faustus quidam, qui erat cum papa, id est, in domo illius viri vel amicitiæ causa vel ad ministerium aliquod non ignobile versabatur, attulit ad Basilium litteras ab hoc papa, quibus rogabatur Basilius, ut Faustum ordinaret episcopum. Negavit Basilius se quidquam ejusmodi facturum sine testimonio Theodoti et aliorum Armeniæ episcoporum. Tum Faustus ad Anthimum Thyanensem se contulit, qui, quamvis pacem cum Basilio dudum fecisset, tamen oblatam potestatis suæ exercendæ et molestiæ Basilio exhibendæ occasionem non dimisit, ac Faustum ordinavit episcopum in locum Cyrilli, non exspectato episcoporum Armeniæ suffragio, et Basilii in canonibus observandis irrisa diligentia. Rediens Faustus iterum Cæsarea transiit, sed eum Basilius ad communionem non admisit, eique denuntiavit se cum eo, nisi litteras Armeniæ episcoporum afferat, nunquam communicaturum, ac suos unanimes in eamdem sententiam adducturum. Ne id quidem Fausto ejusque sociis honoris habuit Basilius, ut eis aliquam ad Armeniæ episcopos epistolam committeret : sed postquam abiere, Meletium et Theodotum totius rei certiores fecit per Sanctissimum. Primum rogat, ut det operam ne mendacia ab ejusmodi hominibus spargantur, et quomodo res acta sit ipse aliis nuntiet. Videtur cum his duabus epistolis Sanctissimus tertiam (*c*), quæ est ad Pœmenium Satalensem, pertulisse. Rogat illum Basilius, ut ad se scribat utrum res sanari necne possit : ac si vitam Fausti laudabilem reperiat, tribuat ei testimonium et alios ad idem faciendum hortetur. Quod si malum insanabile judicet, id quoque ad se scribat ; nullam enim se Fausti deinceps rationem habiturum.

III. Tum cum hæc scriberet Basilius, sperabat inita de se Antiochiæ consilia brevi ad exitum perductum iri. Rem paucis indicat in epistola ad Meletium (*d*) : necesse non existimans pluribus edisserere, quod Sanctissimus Antiochia recens profectus narrare poterat, ac forte ipsa etiam fama nuntiaverat. Ad hanc exsilii exspectationem pertinet epistola ad Urbicium monachum (*e*), quem ad se venturum Basilius speraverat, sed peccatis sui assignat, quod hoc malorum suorum partim præsentium, partim impendentium solamen non habuerit. Hac præcipua utitur tot ærumnarum levatione, ut tempori cedat, seque persecutoribus subducat sed tamen urget Urbicium ut tandem ad se venia vel consolaturus, vel consilium daturus, vel proficiscentem deducturus. His postremis verbis indicat imminens exsilium, ac summam ab amicis solitudinem. Revera ab ejus domo non ita pridem aufugerant Eustathii discipuli, quos pietatis specie deceptus vitæ suæ solatium ac præsidium esse ducebat. Unde ad hoc tempus referendam censuimus epistolam ad Theodorum, quem rogat Basilius (*f*) ut ad se veniat, seque vitam ingratam trahere significat, eo quod ab amicis disjunctus sit. Videtur ille Theodorus fuisse monachus, et in eodem monasterio cum iis vixisse, quos Basilius illius fratres appellat, quorumque in conspectu imaginem ipsius Theodori sibi visus est intueri.

IV. Magnos tumultus in Armenia excitavit Fausti ordinatio, sed tamen videtur Pœmenius Basilio scripsisse laudabilem illius esse vitam, nec vitium ordinationis insanabile. Forte etiam, ut eum rogaverat Basilius, alios Armeniæ episcopos ad idem testimonium Fausto tribuendum adduxit. Unde Basilius iter in Armeniam suscepit, ut (*g*) malo aliquid remedii afferret. Plurimum (*h*) molestiæ sustinuit Nicopoli, sed ei in his rerum difficultatibus versanti peropportune supervenit Jovinus Perrhæ episcopus, S. Eusebii Samosatensis discipulus, qui Basilium acriter quidem defendit, sed præcipue ad canonum defensionem incubuit. Basilius non id quidem omnino consecutus est quod sibi proposuerat ; nam reversus Cæsaream, his quæ contigerant afflictam esse Ecclesiam Cæsariensem et consolatione egere testatur in epist. 126, sed tamen videtur aliquid promovisse. Nam et plurimum utilitatis se percepisse dicit ex Jovini adventu ; et acceptas injurias narrare noluit Eusebio in epist. 127, ne videretur homines sibi amicos animis immutatis factos, culpæ commemoratione quodammodo notare. Sine ratione Tillemontius Atarbium his verbis vel Theodotum designari putat. De Atarbio mox videbimus quam non amicus Basilio factus tam cito fuerit. A Theodoto autem nihil molesti videtur accidere potuisse Basilio, cum uterque eam-

(*a*) Ep. 129, n. 2.
(*b*) Ep. 121 et 99, n. 4.
(*c*) Ep. 122.
(*d*) Ep. 120.
(*e*) Ep. 123.
(*f*) Ep. 124.
(*g*) Ep. 126.
(*h*) Ep. 128.

Digitized by Google

dem causam defenderet, ac utriusque jura pariter fuissent ordinatione Fausti violata. Præterea peramice inter se Basilius et Theodotus de proponenda Eustathio fidei formula deliberarunt. Solus ergo Anthimus culpam sustinebat : ex eo malum omne ortum, ut perspici potest ex superioribus epistolis, in quibus ejus agendi ratio non leviter perstringitur. Sed cum Basilius esset ad deponendas injurias promptissimus, cito ei placatus est, nec eum in hac ad Eusebium epistola commemoratione culpæ notare voluit, quia jam sarta erat inter eos gratia, vel saltem, si nonnullorum codicum scripturam sequimur, jam sarciri cœpta; sive Nicopolim venerit cum Basilio Anthimus, sive Cæsaream reversum inviserit, aut aliquos ex suis miserit. Certe cum vocat unanimem suum Basilius in epistola 210, anno 375 scripta. Hæc autem sive reconciliatio, sive reconciliationis initia ante reditum Jovini contigerunt. Verisimile est enim Jovinum, quem tanto studio invitaverat Basilius, non statim ab eo dimissum, sed Cæsaream deductum, ut Ecclesiam Cæsariensem inviseret. Is abiens detulit epistolam 127, quæ est ad S. Eusebium.

V. Circa idem tempus scripta epistola 126 ad Atarbium episcopum, quocum se Basilius Nicopoli congressurum, et de rebus magni momenti acturum sperabat. Audierat enim Atarbium ea in media ecclesia ausum esse quæ hactenus inaudita erant, id est, ut ex his quæ sequuntur intelligitur, Basilium gravissimis contumeliis et conviciis exagitasse. Atque hæc quidem etsi gravia et molesta erant, tolerabilia tamen videbantur, utpote in hominem gesta, eumque a vindicta alienum, nec quidquam magis metuentem, quam ne culpa sua aliquid noxii populo Dei eveniat. At doloris stimulos acriores admovit, quod ad eum quidam honorandi ac fide dignissimi fratres detulerant, Atarbium novitates in fidem inducere, et sanæ fidei contraria, ac Sabellianæ hæresis affinia docere. His de rebus cum Atarbio colloqui volebat, sed suo Nicopolim adventu didicit eum summa celeritate excessisse. Permolestum id Basilio accidit, ac ubi Cæsaream rediit, scripsit Atarbio epistolam 126, eumque monet, ut modico itinere confecto ad se veniat, ac plene de his rebus satisfaciens, et se et Ecclesias tum iis quæ acta fuerant, tum iis quæ ab Atarbio dicta ferebantur, afflictas consoletur.

VI. Atarbium in Armenia episcopum fuisse existimat Tillemontius; quæ quidem opinio prima specie admodum probabilis. Is enim Nicopolim ad synodum sive ad conventum venit, eique Basilius venturum se in sermonem Nicopoli sperabat. Sed tamen legitur in duobus antiquissimis codicibus Mediceo et Coisliniano, Ἀθαρβίῳ Νεοκαισαρείας, *Atarbio Neocæsareæ*. Multa sane concurrunt hanc scripturam confirmantia. 1° Neocæsariensis episcopus erat Basilii consanguineus, ut videre est in epistola 210, n. 4. At querela et expostulatio Basilii in epist. 61, quod ad se majorem natu Atarbius non prior scripsisset, argumentum est intercedentis inter eos alicujus necessitudinis, ita ut jus suum Basilius non ex sedis dignitate, sed, ut inter propinquos fieri solet, ex ætate repeteret. 2° Multa dicit Basilius et in hac epistola 126, et in sexagesima prima, quæ Neocæsareæ melius conveniant, quam obscuræ alicui in Armenia ac forte etiam remotæ civitati. Vicinitatem indicat, dum Atarbium monet, ut parvo itinere confecto ad se veniat. Sic eum hortatur in epistola 61 ad pacem Ecclesiarum studio et opera sua stabiliendam, ut magnæ alicui civitati videatur præfuisse. Conatur etiam ex ejus animo eamdem opinionem evellere, quam Ponticis episcopis illusisse perspicimus ex epistola 203, n. 1, ut se regionis situ ab hæreticis procellis tutos, aliorum communione crederent non indigere. 3° Ut Atarbium in hac epistola, ita in tribus aliis, nempe 204, 207, 210, Neocæsariensem episcopum Sabellianæ hæresis nomine Basilius accusat. 4° Tota Atarbii agendi ratio Neocæsariensem episcopum omnino redolet. Basilius episcopo Neocæsariensi in epistolis 204 et 207; idem ac Atarbio in hac 126 exprobrat, quod suum fugiat congressum. Atarbius media in ecclesia Basilium gravissimis contumeliis vexabat. Eum Neocæsariensis episcopus (*a*) in concionibus omni maledictorum genere lacerabat, et somnia quædam sibi divinitus oblata fingebat, ut Basilium in suspicionem pravæ doctrinæ vocaret. His addere possumus quæ a Basilio Neocæsariensibus eorumque duci exprobrantur (*b*), diuturnum silentium et producta per totam hominis vitam odia. Hæc optime congruunt Atarbio, qui litteris perhonorificis a Basilio provocatus (*c*) non modo non respondit, sed etiam omnem in Basilium acerbitatem effudit. His rationum momentis, vetustissimorum codicum auctoritate conjunctis adducor, ut Atarbium episcopum Neocæsariensem fuisse existimem.

CAPUT XXVII.

I. Formulæ a S. Basilio propositæ subscribit Eustathius, sed paulo post omnia perturbat. II. S. Eusebius nascentem discordiam sedare conatur. III. Eustathius a Basilii communione discedit, eumque famoso libello lacerat. IV. Tres ea de re Basilii litteræ. Quo anni tempore hæc acta et scripta sunt. V. Basilius nondum liber ab exsilii minis. Ejus sententia de legatis Romam mittendis. Scribit Abramio per Sanctissimum epistolam 132.

I. Nicopolitanum iter initium dedit aliis rebus, quæ in Vita S. Basilii exstant et eminent maxime. Post discipulorum Eustathii facinus, quod supra narravimus, refrixit aliquantum Basilium inter et Eustathium amicitia, sed tamen speciem quamdam inter se consuetudinis retinebant, ac semel et iterum ita de dogmatibus collocuti sunt, ut inter se consentire viderentur. Duo autem illi de dogma-

(*a*) Ep. 207, n. 1.
(*b*) Ep. 204, n. 1
(*c*) Ep. 61.

Digitized by Google

tibus congressus si post proditionem habiti fuere, necesse est ut dicamus Basilium euntem Nicopolim ac redeuntem cum Eustathio collocutum esse.

Illud autem certo constat Basilium hoc anno perfecisse, quod proxime elapso morositas Theodoti interpellaverat, ut cum Theodoto de proponenda Eustathio fidei formula deliberaret (*a*). Sperabat enim se duo una et eadem opera lucraturum, si Eustathius comprobatæ ipsi Theodoto formulæ subscriberet; se ab inimicorum calumniis, ipsum Eustathium a Theodoti querelis et suspicionibus liberum et solutum fore. Ipse enim Basilius multum ponit discriminis inter Theodotum (*b*), qui solo fidei studio movebatur, et inimicos ac obtrectatores suos, quorum perpetuis calumniis materiam dabat conjunctio cum Eustathio. Purgaverat se semel et iterum Basilius : sed, cum nihil promovisset, postulanti Theodoto, ut fidei formula Eustathio proponeretur, libenter annuit. Scripta ergo fides Nicopoli conjuncte cum Theodoto, ac forte etiam cum aliis episcopis. Hanc enim synodicam appellat Leontius. Perferendæ ministerium suscepit Basilius (*c*) : subscripsit Eustathius cum Frontone et Severo chorepiscopo et aliis nonnullis clericis. Hæc formula inter Basilii epistolas numerata est, estque centesima vicesima quinta. Præter Nicænam fidem ea continet quæ ad perspiciendam Eustathii de Spiritu sancto fidem necessaria videbantur.

Postquam subscripsit Eustathius, indictus est alius locus, aliudque tempus iterum conveniendi, ut coeuntibus parœciæ episcopis insignior esset animorum conciliatio, ac deinceps suspicionibus locus præcluderetur (*d*). Adfuturum se promisit Eustathius et discipulos adducturum. Ait Basilius (*e*) suum fuisse locum illum qui designatus est, id est, agrum episcopo Cæsariensi subjectum. Videtur vocatus fuisse Colonia. Huc enim refero quod legitur in epistola 128 : *Et nisi pacis studio non abnegaverim venire Coloniam, non mihi pacificetur vita.* Repellit his verbis Basilius criminationes Eustathii ejusque amicorum, qui ipsum malo animo hanc pacificationem suscepisse dictitabant. Quamobrem Colonia, quo se pacis causa venisse asseverat, ipse ille locus intelligi debet, ubi conventus episcoporum indictus.

Quamvis Basilius (*f*), cum formulam Eustathio subscribendam proposuit, fidem illius suspectam non haberet, sed hoc unice spectaret, ut amicorum suspicionibus et inimicorum occurreret calumniis; ea res tamen Eustathii furorem accendit, isque hanc primam internæ labis significationem dedit, ut ad diem et locum adesse nollet. Adfuit autem Basilius (*g*) diligenter, et cum ejus amici partim adessent, partim accurrerent, scripsit ad Eustathium ejusque amicos, et misit qui episcopos advenisse nuntiarent. At ex parte Eustathii nemo aderat, nemo illius adventum prænuntiabat, et qui a Basilio missi fuerant ad Eustathium, plurimam illic tristitiam et indignationem, quasi nova fides a Basilio proposita fuisset, se animadvertisse narrarunt, atque ex Eustathii discipulis audiisse, cum dicerent nunquam se passuros, ut ad designatum locum Eustathius se conferret. Venit tamen aliquis perfunctoriam Eustathii epistolam ferens, nec de iis quæ ab initio constituta fuerant, quidquam habentem. Misit etiam Theophilus Castabalorum episcopus aliquem ex suis qui Basilium conviciis perfunderet : neque enim scribere dignatus est; non tam metuens ne ex litteris argui posset, quam ne in necessitatem veniret Basilii appellandi episcopi. Sic re infecta Basilius et episcopi, quos convocaverat, mœsti discesserunt.

Liquet ex his quæ narravimus Theophilum Sebastiæ fuisse, cum a Basilio venere, qui de episcoporum adventu nuntiarent (*h*). Cum hoc Cilice episcopo Eustathius in Basilium frequentissimis in concionibus invehebatur, quasi Basilius populi animis aliena ab ipsius Eustathii doctrina inseruisset dogmata. Huic criminationi locum videtur dedisse non tam subscripta ab Eustathio, Basilii petitu, fides Nicæna, quam a Basilio, dum Sebastia transiret, palam et aperte, non ex re et sententia Eustathii, populo prædicata. Non enim dubitandum est quin Eustathius hunc honorem Basilio habuerit, quem episcopis in aliena ecclesia deferri mos erat, ut eis populus erudiendus traderetur.

H. S. Eusebius Samosatensis, cum moleste ferret hoc amicorum dissidium (*i*), medium se inter utrumque interposuit, ac pacem conatus est sarcire. Egit cum Eustathio, ut is fidem suam purgaret, et ab eo accepta de fide responsa misit ad Basilium (*j*), quem etiam ad pacem hortabatur, et humilitatis significationes ab eo reposcebat.

Respondet Basilius se pro pace vitam profundere paratum esse, sed veram pacem, quæ a Domino relicta est, exquirere ; ab Eustathio autem nihil afferri quod ejusmodi pacem conciliare possit ; ab eo enim quæsitum esse ab initio, utrum a communione arceat eos qui fidem Nicænam non recipiunt, et cum iis qui Spiritum sanctum creaturam dicere audent, partem habere nolit : cui quæstioni cum respondere ad verbum debuisset, in illas verborum ambages deflexisse, quas miserat Eusebius. Itaque rogat Eusebium Basilius, ne se ejusmodi cavillationibus decipi cum aliis patiatur. Adeo autem exploratum erat Basilio de Eustathii astutia, ut in se omnem dissidii culpam conferri patiatur, si Eustathius adduci

(*a*) Ep. 244, n. 2.
(*b*) Ibid.
(*c*) Lib. I *in Nestor. et Eutych.*
(*d*) Ep. 130.
(*e*) Ep. 244, n. 2.
(*f*) Ep. 223, n. 7.
(*g*) Ep. 244, n. 2.
(*h*) Ep. 130.
(*i*) Ep. 128.
(*j*) Ibid., n. 2.

Digitized by Google

possit, ut communionem cum fidei hostibus clare et perspicue confiteatur aut ejuret. Quandiu autem in hoc medii hominis statu perstabit, nunquam se cum eo communicaturum declarat. Non tamen ab iis qui fidem non recipiebant, omnino discedendum putat; sed quomodo curandi sint et reducendi exponit. Eximia virtus S. Eusebii et studium fidei, quod in eo summum exstitit, dubitare non sinunt, quin Basilium hac in causa longe Eustathio prætulerit. Hinc eum Basilius hoc ipso anno, ut hominem de Eustathio, ut par est, sentientem consulit, quid clericis Eustathii opem suam, detecto episcopi sui ulcere, implorantibus respondendum esset.

III. Non hic steterunt Eustathii in Basilium injuriæ. Graviora postulabat inimicum tempus Basilii virtuti (*a*). Quærebant illius animam Ariani, eorumque molitiones brevi optatum exitum habituræ videbantur. Quare in rem non erat Eustathio, conjunctum cum Basilio videri : contra maxima apud Arianos commendatio, capitaliter ab eo dissidere. Paulo post ea quæ narravimus (*b*), abiit Eustathius in Ciliciam ac Gelasio cuidam eam fidem exposuit (*c*), quam solius Arii erat scribere, et si quis Ario similis (*d*). Inde reditus et statim litteræ communionem Basilio renuntiantes : has litteras attulit Eustathius chorepiscopus (*e*), quas cum tradidisset cohorti vicarii, ac dies tres in urbe commoratus esset, ad sua reversurus, multo jam vespere dicitur ad Basilii ædes venisse. At eum dormire cum audiisset, abiit nec postridie ad eum accessit, sed ad hunc modum suo erga illum expleto perfunctorie officio rediit. Causa ruptæ communionis hæc prætexebatur, quod Basilius ad Apollinarium scripsisset, et presbyterum Diodorum haberet communicatorem. His litteris perculsus Basilius nihil respondere potuit, erat enim constrictum illius cor, lingua dissoluta, manus torpebat. Quinetiam fatetur se pene in hunc animi non generosi morbum incidisse, ut odium hominum conciperet, ac suspectos omnium mores haberet, nec charitatem inter homines, nisi solo nomine, crederet superesse. Nam cum consideraret Eustathium, qui ab infantia ad summam senectutem visus fuerat præclare se gerere, tam levibus de causis in summam discordiam erupisse, non videbat quomodo aliis hominibus confideret, qui nec tanta a se acceperant amoris pignora, nec tanta virtutum specimina ediderant. Itaque litteris Eustathii nihil respondit, non contemptu, sed consilii inopia, et quod nihil dolore dignum eloqui posset. Sic affectum Basilium multo graviora exceperunt. Eustathius palam et aperte virus animi sui in litteris specie quidem ad quemdam Dazinam, quem Basilius religiosissimum fratrem appellat, sed re-

vera ad omnes homines scriptis (*f*). Nam intra paucos dies per omnem Pontum et Galatiam dispersæ fuerunt ; quinetiam ferebatur ejusmodi litterarum bajuli, Bithynia peragrata, usque ad ipsum Hellespontum penetrasse. Jam septem dies (*g*) in aliorum manibus erat epistola, cum ad Basilium pervenit. In hoc repudii (*h*), ut appellabat Genethlius presbyter, libello, magnæ humilitatis laudem sibi sumebat Eustathius : Basilio autem fastum et arrogantiam, fraudem et versutiam, corruptionem Ecclesiarum et animarum perniciem exprobrabat. Querebatur quod chorepiscopos suos recipere noluisset, et quod ex insidiis et malo animo celeberrimam illam fidei confessionem elicuisset. Post has criminationes et alias nonnullas subjiciebantur verba hæretica Apollinarii, tacito tamen auctoris nomine, ut Basilius ipse auctor esse existimaretur.

Putat Tillemontius in iisdem litteris dicteria fuisse in fidem Nicænam, ac Basilium homoousiastam per ridiculum fuisse appellatum. At non puto Eustathium tam cito ex dissimulationis involucris prodiisse (*i*). Non enim fatebatur se pœnitere quod libello, quem ei Basilius proposuerat, subscripsisset. Quare cum ait Basilius de Eustathio (*j*) : *Hi nunc et de Nicæna detrahunt fide, nosque vocant homoousiastas*, id referendum videtur ad postremam Eustathii formulam, quam Cyzici recepit anno 375. Unde Basilius (*k*) : *Patet autem*, inquit, *etiam ex iis quæ nunc circumferuntur, condemnatam ab illis esse fidem Nicænam. Viderunt enim Cyzicum et cum alia fide reversi sunt.* Et sub finem ejusdem epistolæ : *Promoti ad episcopatum, ut media incidam, quot fidei formulas ediderunt? Aliam Ancyræ, aliam Seleuciæ, aliam Constantinopoli, eamque celeberrimam, Lampsaci aliam, posthac eam quæ Nice in Thracia edita est, nunc rursus aliam Cyzici, cujus quidem reliqua ignoro, sed hoc tantum audio, eos silentio consubstantiali indicto, simile secundum essentiam nunc inferre, atque una cum Eunomio blasphemias in Spiritum sanctum conscribere.* Hæc ergo Cyzicena formula, quæ de fide Nicæna aperte detrahebat, inter formulas, quibus subscripsit Eustathius, postrema est.

Præter litteras ad Dazinam, quas suo nomine vulgavit Eustathius, sparsit etiam in vulgus Epistolam Basilii ad Apollinarium. Sed eam proferebat, non ut a Basilio scripta fuerat, sed adulteratam, forte ab ipso Eustathio, ut conjici posset ex his Basilii verbis (*l*) : *Quod si proferunt epistolam, cæterum ante annos viginti quinque ad ipsum* (Apollinarium) *scriptam, et ne hanc quidem ut a me scripta est, sed adulteratam; a quibus autem, Deus scit*, etc. Corruptam in eo fuisse putat Tillemontius, quod, cum Basilius nihil scripsisset præter amicam salu-

(*a*) Ep. 120.
(*b*) Ep. 244, n. 2.
(*c*) Ep. 130.
(*d*) Ep. 244, n. 3.
(*e*) Ep. 226, n. 2.
(*f*) Ep. 244, n. 5.
(*g*) Ep. 223, n. 7.
(*h*) Ep. 224, n. 1.
(*i*) Ep. 226, n. 3.
(*j*) Ibid.
(*k*) Ep. 244, n. 5.
(*l*) Ep. 224, n. 2.

Digitized by Google

tationem : in ea epistola, quam Eustathius proferebat, librum *De Spiritu sancto* peteret ab Apollinario. Huc spectat quod ait in epistola ad Patrophilum (*a*) : *Non tamen de Spiritu sancto aut librum me ab eo petere memini aut missum accipere.*

IV. Postquam rumor ad sanctum Meletium detulit Eustathii in S. Basilium calumnias, mirari se significavit, quod novum Apollinario crimen inferretur, ac multo magis, ut verisimile est, quod tam indignis modis Basilium Eustathius laceraret. Mittit ei Basilius (*b*) Apollinarii verba famoso libello ab Eustathio subjuncta : ex quo conjectura est nondum hæc oculis suis vidisse Meletium. Negat Basilius adduci se posse, ut hæc Eustathii manu fabricata existimet : seque coactum fatetur fuisse, tum criminationis diluendæ, tum fidei suæ declarandæ causa, Apollinarium, ut hominem Sabellianæ hæresis affinem, notare.

Ex quo Basilius Nicopoli discesserat, ut fidei formulam ferret Eustathio, nihil prorsus Theodoto, quocum ea de re deliberaverat, neque parvum neque magnum de Eustathii rebus scripserat. Reprehensus ob eam rem a Theodoto negat (*c*) hanc silentii sui esse causam, quod quæ sibi ab Eustathio acciderant, negligenda duceret, sed quod omnium fama celebrata essent. Id enim ipse curaverat Eustathius. Illius injurias breviter enarrat Basilius, ac novum facinus adjungit, quod tamen, ut rumore acceptum, asseverare non audet. Ferebatur enim Eustathius reordinare. Quod quidem minus verum fuisse, ac merito assensum cohibuisse Basilium ex aliis ejus litteris perspici potest, in quibus nulla prorsus hujus sceleris mentio. Forte accusandi Eustathii inde nata occasio quod vehemens et immoderatus interdum in hoc genere fuisset. Nam in litteris (*d*) quas scripsit adversus episcopos a quibus depositus fuerat, negabat eos esse episcopos; altaria Basilidis everterat, et in propriis sacrificaverat mensis; ac in ecclesiis Amaseæ et Zelorum (*e*) presbyteros et diaconos per se ipse constituerat.

In manus Olympii, qui insignis erat inter Neocæsarienses civis et Basilio amicus, pervenerunt litteræ Eustathii ad Dazinam; easque statim Basilio perferendas curavit (*f*), suspicans id quod usu evenit, Eustathium non tam cito illas Basilio missurum. Id colligere possumus ex his quæ leguntur sub finem epistolæ ad Olympium : *Hæc quidem*, inquit (*g*), *ad missum tomum respondi, ut et ipse veritatem intelligas, et iis qui veritatem in injustitia detinere nolunt, manifestam facias.* Exponit ei Basilius quid de acceptis ab Eustathio injuriis sentiat, seque nec tres deos admittere nec cum Apollinario communicare declarat.

Quatuor litteræ, quas recensuimus, nempe 128, 129, 130, 131, referuntur a Tillemontio ad autumnum hujus anni. At profecto prima, quæ est a sanctum Eusebium, non solum ante violentas a Danizam litteras collocanda, sed etiam ante eas quas Eustathius e Cicilia rediens scripsit, ut communionem Basilio renuntiaret. Nam 1° erat quidem Basilius, cum ad Eusebium scripsit, fixus et immotus in consilio Eustathii a sua communione removendi; at consilii hujus æquitatem sic defendit, u nec renuntiatam sibi ab Eustathio communionem nec famosos libellos, sed tantum astutias illius e cavillationes causetur. 2° Eusebius, quem *supra* observavimus non minus amicum Eustathio, quam ipsum Basilium, fuisse, sic discordiam inter utrumque sedare instituebat, ut ipsum Basilium quodammodo reprehendere, et illius hac in re humilitatem requirere videretur. Id patet ex his verbis Basilii : *Tunc a me humilitatis significationem reposce.* Non ergo viderat Eusebius epistolas illas Eustathii, quarum una communionem renuntiabat ob salutatum olim per litteras Apollinarium; altera horrendis criminationibus referta erat : utraque, si minus spem omnem auferebat pacis sarciendæ, at certe accusandi Basilii et humilitatis ab eo reposcendæ locum nullum relinquebat. 3° Eustathius, cum scripsit Eusebio, Basilii communionem ad se retrahere volebat ambiguis responsis, nedum illi communionem ipse prior renuntiasset, aut in oculis totius pene Orientis notam impietatis inussisset.

Existimat Tillemontius Basilium, postquam Eustathium vidit ad extremas iracundiæ significationes efferri, nonnullas ei pacis conditiones tulisse, easque declinasse ac subterfugisse Eustathium. Sed ex quo Eustathius indictum congressus locum adire noluit, nullus jam Basilii cum eo congressus exstitit, nullæ prorsus ad eum litteræ. Sed cum Eusebium rogat (*h*), *ut eorum quæ ab initio proposita fuere meminerit*, ea intelligit quæ Nicopoli rediens Eustathio proposuerat, *nempe utrum eos, qui non recipiunt Nicænam fidem, arceamus a communione, et utrum cum iis, qui creaturam dicere Spiritum sanctum audent, partem habere nolimus.* Hæc enim totidem verbis habemus in formula fidei, cui a Basilio propositæ subscripsit Eustathius.

Quod spectat ad tres alias epistolas, scriptæ sunt post epistolam ad Dazinam, de qua mentionem faciunt : sed non multo post scriptæ videntur. Respondet enim Basilius Meletio et Theodoto, qui suum ex Eustathii facinore stuporem significaverant, statim atque ad eorum aures pervenit. Præterea patet ex epistola ad Meletium nondum tunc abjectum fuisse consilium scribendi in Occidentem, quod in litteris hac æstate scriptis penitus evanuisse videbimus. In epistola autem ad Olympium improbitas Eustathii pene adhuc utrisque Basilii auri-

(*a*) Ep. 244, n. 3.
(*b*) Ep. 129.
(*c*) Ep. 130.
(*d*) Ep. 244, n. 6; 251, n. 2, 3.
(*e*) Ep. 226, n. 6.
(*f*) Ep. 223, n. 7.
(*g*) Ep. 131, n. 2.
(*h*) Ep. 128.

Digitized by Google

bus tinnitum inferebat. Ipse Olympius, cum scriberet Basilio, dubitabat an epistola ad Dazinam in ejus manus pervenisset. Unde adductus est ut illam Basilio mitteret.

Videtur ergo totam hanc tragœdiam egisse Eustathius a diebus Paschæ usque ad mensem Junium. Nihil enim habent litteræ, quas recensuimus, de gravissimo morbo, quo Basilius hac æstate laboravit : et cum eum morbus detinuerit per duos menses (nondum enim sanatus erat die quinquagesimo), ac tandem aliquantum recreatus, festum S. Eupsychii die septimo Septembris celebraverit, serius mense Julio ineunte in morbum incidere non potuit, ac proinde litteræ quæ hunc morbum antecedunt ad Junium referendæ, et totius historiæ initium, id est, Basilii iter in Armeniam statim post Pascha collocandum.

Ad idem tempus, quo spem pacis nullam reliquerat Eustathius, refert Tillemontius hanc brevissimam Gregorii Nazianzeni epistolam ad Amphilochium (*a*) : Οὐ βάρβαρον τὸ ἐπίταγμα τῆς ἀμιμήτου σου καλοκἀγαθίας, ἀλλ' Ἑλληνικὸν, μᾶλλον δὲ Χριστιανικόν. Ὁ δὲ Ἀρμένιος, ἐφ' ᾧ πάνυ φιλοτιμῇ, βάρβαρος ἀντικρὺς, καὶ πόῤῥωθεν τῆς ἡμετέρας φιλοτιμίας. *Non barbaricum est inimitabilis tuæ probitatis edictum, sed Græcum, imo Christianum. At Armenius, de quo gloriaris, barbarus plane est, ac longe a nostra laude et gloriatione remotus.*

V. Ad has Eustathii calumnias illud accedebat, ut nullum prorsus diem ab exsilii minis solutum Basilius haberet. Impetraverant ab imperatore Ariani, ut is eorum voluntati traderetur. Sed, antequam scriberet ad Meletium Basilius (*b*), nuntiaverat quidam ex aula veniens, hoc decretum mutatum fuisse, ac jussisse imperatorem, ut aliqua dilatio fieret. Itaque quid futurum esset, omnino incertum erat.

Mirabatur in eadem epistola Basilius, quod tandiu Sanctissimus apud S. Meletium moraretur. Sed cum spes mittendæ in Occidentem legationis cito evanuerit, ut modo videbimus, vix dubium est, quin nulla eum jam his in locis detinente causa, initio æstatis redierit. Attulerat enim Meletio commentarium S. Eusebii de hac mittenda legatione et litteras S. Basilii, qui S. Meletium rogabat (*c*), ut epistolam ad Occidentales exararet. Valde enim probabat Basilius legatos in Occidentem mitti, sed neque in commentario quod miserat S. Eusebius, neque ipse sua sponte quidquam reperiebat, quod rem causamque contineret (*d*) : propterea quod necessaria jam præoccupata erant, superflua autem scribere prorsus inutile, et de iisdem rebus molestiam exhibere ridiculum videbatur. Hæc tantum videbatur illi intacta esse materia, si monerentur Occidentales non sine judicio ac delectu communionem iis, qui ex Oriente veniunt aut scribunt, concedendam esse, sed semel una parte electa reliquos ex testimonio eorum, quibus concessa fuerit communio, admittendos : si enim nullus in his rebus habeatur delectus, usu eventurum ut hæresis magis accendatur, dum ii, qui inter se maxime dissentiunt, communionem Occidentalium pari jure retinent, et acceptas ab ipsis litteras sibi mutuo objiciunt.

Redeunti Sanctissimo Basilius epistolam 132 dedit ad Abramium Batnorum in Mesopotamia episcopum, cujus nomen legitur inter episcopos Orientales in epist. 92. Venerandus ille episcopus Basilium ab initio dilexerat, id est, ex quo sese inter se noverant, ideoque Basilius sæpe ad eum scribere optasset; sed cum eo Batnis ejecto, varii rumores ferrentur, aliis eum Samosatis, aliis rure esse, aliis circa Batnas ipsas versari narrantibus; hæc varietas nuntiorum Basilium ab autumno suspensum et sollicitum tenuerat. At ubi eum didicit Antiochiæ in ædibus Saturnini comitis commorari, tum vero libenter facultate Sanctissimi usus est ut eum salutaret.

Hanc autem epistolam hoc anno collocare malui quam anno 376, quo plures ejusmodi litteras Basilii pertulit Sanctissimus. Istæ enim de lætis rebus ex Occidente allatis scriptæ sunt. In hac autem nihil prorsus ejusmodi. Præterea cum Sanctissimus non redierit anno 376, nisi autumno jam affecto, non tunc dixisset Basilius se sollicitum ab autumno fuisse; jam enim totus annus effluxisset.

CAPUT XXVIII.

I. S. Basilius scribit Petro Alexandrino, Pœonio, et Diodoro. II. Incidit in gravissimum morbum et scribit S. Eusebio. Rumor de illius morte. Ad aquas calidas proficiscitur, unde scribit Antipatro. III. Invisitur ab Evagrio et S. Hieronymo. Implorant ejus præsidium Sebasteni orthodoxi. Vocatur ad electionem episcopi Iconiensis. IV. Die morbi quinquagesimo scribit S. Eusebio, ac non multo post Alexandrinis et Antiochenis. V. Duæ S. Eusebii litteræ, quibus respondet Basilius. Quo sensu Bosporium sibi adjunctum nuper fuisse dicit. VI. Nulla hoc anno Romam missa legatio.

I. Cum migrasset in cœlum S. Athanasius die secunda Maii hujus anni 373, eique Petrus magno Ecclesiæ Alexandrinæ plausu successisset; Basilius acceptis illius de more litteris respondit per epistolam 133, in qua declarat quanti faciat amicitiam Petri, quam non corporei oculi, sed donum Spiritus sancti conciliaverat. Minime dubitat quin Petrus, ut tanti viri alumnus, ac longa illius consuetudine usus, eodem spiritu incedat, ac eadem dogmata sequatur. Obtestatur ut Athanasii in se amorem cum cæteris rebus excipiat, ac sæpe ad se scribat, et fraternitatis ubique diffusæ curam eodem studio, ac beatissimus ille vir, suscipiat. Cum hæc scriberet Basilius, nondum allatus erat in

(*a*) Ep. 162.
(*b*) Ep. 129, n. 2.
(*c*) Ep. 120.
(*d*) Ep. 129.

Digitized by Google

Cappadociam persecutionis statim post Petri ordinationem excitatæ nuntius.

Videtur statutum habuisse Basilius (*a*) statim post Pascha Eusebium Samosatensem invisere. Sed ei tot impedimenta supervenerunt, ut desiderium suum explere non potuerit. Eustathius diaconus in gravem morbum delapsus, detinuit eum per totos duos menses, dum diem ex die illius valetudinem exspectat. Deinde omnes qui cum Basilio erant, id est, clerici in ejus domo degentes, ægrotarunt ; ac postremo ipse Basilius longa et periculosa ægritudine correptus.

Ad illud tempus, quo ægrotabant Basilii clerici, videntur referri posse epistolæ 134 et 135, altera ad Pœonium presbyterum, altera ad Diodorum Antiochiæ presbyterum. Pœonius tum primum ad Basilium scripserat, ejusque accepta epistola Basilius silentium præteriti temporis moleste tulit, eumque ut pergat scribere hortatur. Negat sibi ullum adesse calligraphum aut tachygraphum : quos enim exercuerat, horum alii ad pristinum vitæ institutum redierant, alii diuturnis morbis afflicti labores ferre non poterant.

Diodorus presbyter cum duos libros in dialogorum morem contra hæreticos scripsisset, ac Basilio legendos et examinandos misisset ; suam ei sententiam Basilius (*b*) sine fuco exponit : ac in secundo quidem multa laudat, in primis simplex nec elaboratum dicendi genus, Christiano maxime congruens ; in altero autem qui longior erat, illud reprehendit, quod, cum personas indefinitas Diodorus induceret loquentes, adversariorum vituperia, nostrorumque laudes intexeret. Proponit ei exempla cum Aristotelis et Theophrasti, qui in dialogis scribendis statim res ipsas aggrediuntur, nec Platonicos lepores imitari audent, tum etiam ipsius Platonis, qui ubi personas indefinitas inducit, id quod fecit in legibus, non jam eas comico more describit, nec quidquam admiscet sermoni quod personarum proprium sit. Fatetur itaque Basilius, ubi persona in deteriorem partem omnibus cognita subjicitur, nonnulla ex illius indole orationi posse intexi, si tamen Christianum deceat personas omissis rebus vituperare. At ubi personæ indefinitæ disserunt, ejusmodi ad personas excursibus orationis seriem frustra interrumpi. Hæc Basilius ingenue, ut æquum judicem decebat ; nec ut scripta corrigeret Diodorus, sed ut esset deinceps in scribendo cautior ; illum enim sperat plura scripturum. Primum ei librum remittit, alterum servat, describere volens, nec copiam habens tachygraphi. Causam non affert, cur careat tachygrapho : sed videtur eadem, ac in superiore epistola, exstitisse. Deinde vero quod addit, *Ad tantam enim penuriam invidendæ Cappadocum res devenere*, cum optime convenit in hunc annum 373, quo recentes adhuc erant calamitates ex divisione Cappadociæ ortæ ; tum vero non obscure indicat, cur librarii, ut est in superiore epistola, ad pristinas artes rediissent. Id enim ut facerent, videtur eos coegisse difficultas comparandi victus ex ejusmodi arte, cui in summa egestate, ac litteratorum hominum luctu, quorum plerique urbem reliquerant, non plurimum loci esse poterat. Præterea cum dicat Basilius, sibi nec per valetudinem, nec per negotia scribere licere, id argumento est eum ad opus de Spiritu sancto, quod anno 374 elaborare incœpit, nondum tunc animum adjunxisse.

M. Basilius post clericos suos tam gravi morbo correptus est, ut cum illius magnitudinem non posset exprimere, ex ipso consuetæ valetudinis statu dijudicandam relinqueret. Ait enim se (*c*), dum valere videretur, infirmiorem iis fuisse, quorum salus desperatur : unde non illepide colligit habitus mutationem, non morbum, sed præclarissimam valetudinem esse debuisse. Discimus ex epist. 141 nihil ei magis obstitisse, quominus vires repararet, quam inustum ex molestis Ecclesiæ temporibus dolorem. Forte idem dolor totius morbi causa exstitit. Nam præter horrenda Eustathii facinora, non parum angebatur quod ab ipsis episcopis, quibuscum communione conjunctus erat, nihil auxilii ad res ecclesiasticas acciperet. In epistola 136 (n. 2), quam lecto affixus scripsit ad Eusebium, ingemiscit, quod episcopi, dum suæ quisque securitati consulunt, parum curent quæ ad proximum spectant, nec rebus communibus male cadentibus privatas simul perire intelligant. Fatetur non indicente Eusebio hæc fieri : eum enim omnia velut ex specula quadam prospicientem, alios et litteris et sermonibus adhortatum esse, nihilque intentatum reliquisse ; atque illius monitorum memoriam, ut quæque res accidit, oculis obversari, sed non idcirco res communes adjuvari. Sic desertus ab episcopis Basilius, statuerat extra ecclesiastica esse tela, id est, ut ait supra in epist. ad Urbicium, inimicorum furori se subducere, cum se imparatum et inermem videret : ac ipsum illum Eusebii conspectum et colloquium, a quo eum suorum morbi ac deinde suus abstraxerant, non ad communem, sed ad propriam suam utilitatem quærebat. Scripta est hæc epistola antequam Basilius aquis calidis uteretur, quo remedio usum se esse dicit in sequentibus epistolis.

Ante illud iter, quod Basilio ad aquas imperarunt medici, videtur contigisse quod ipse narrat in epistola 141. Audito ejus mortis nuntio, venerunt episcopi Cæsaream ; sed vivus ab eis deprehensus, etiam atque etiam eos adhortatus est ad Ecclesiæ defensionem, ac Dei judicium eis ante

(*a*) Ep. 136.
(*b*) Ep. 135.
(*c*) Ep. 136, n. 1.

Digitized by Google

oculos posuit, id quod jam antea per litteras præstiterat.

Tum cum aquis calidis curaretur Basilius, successit Antipater Maximo præsidi, cui abrogata dignitas fuerat non sine gravissimis injuriis. Scribit Antipatro Basilius (*a*) morbum suum in hoc maxime molestum sibi esse, quod tanto viro gubernacula patriæ capessente abesse cogatur. Commendat etiam præsidi negotium Palladiæ, quam matris loco reverebatur non solum ob generis propinquitatem, sed etiam ob morum probitatem. Circa domum hujus matronæ exortus fuerat quidam tumultus ; forte opera unius ex ejus famulis, qui idcirco detinebatur a cohorte. Rogat Basilius ut judicium differatur usque ad suum adventum.

Jam totum mensem ad aquas residebat, cum scripsit Antipatro. Videtur protinus rediisse, saltem se ita facturum indicat in hac epistola. Cæterum aquæ non multum illi profuerunt : seque ipse dignum fatetur risu, quod proverbium illud non intellexerit, mortuos calidis non juvari. Postquam rediit Cæsaream, adhuc eum febris conficiebat (*b*), ac ne quinquagesimo quidem morbi die sedata fuit, sed nutriente materia destituta, et in arida illius carne, velut in ellychnio quodam exusto circumvoluta, marcorem pariebat. Huc accedebat jecur, antiqua illius plaga ; et a cibis et a somno excludens, ac tantum sinens vivere, quantum opus erat ad sentiendos dolores. Nec aquæ, nec alia medicorum remedia tantum malum superare potuerunt.

III. Post reditum ex aquis et ante quinquagesimum morbi diem, Evagrius presbyter, Pompeiani Antiochensis filius, qui in Occidentem cum sancto Eusebio Vercellensi profectus fuerat, ibique pertilem Ecclesiæ operam navaverat, tandem in Orientem rediens Cæsarea transiit, ac Basilium invisit (*c*). Scripta Romam a Basilio missa retulit, ut viris illic accuratioribus non placentia ac retrorsum rejecta : petiitque ut epistola Romam scriberetur, ad verbum ea ipsa continens, quæ a Romanis scripta erant ; ac legati auctoritate præditi mitterentur, ut Romanis Orientem invisendi speciosa occasio daretur. Non potuerunt hæc Basilio molestissima non esse, non tam propter illius scripta minus honorifice excepta, quam propter consilia Ecclesiæ pacificandæ nullum exitum habentia. Scripta autem illa, quæ Romanis non placuere, videntur aliquod esse commentarium, Sabino commissum, in quo forte Basilius eadem libertate, ac in litteris ad Athanasium, Meletii jura tuebatur. Nam non tam res ipsæ videntur displicuisse, quam quidam scribendi modus non satis accommodatus ad deliniendum : unde ab ipsis Romanis exarata epistola, qualem ad se ab Orientalibus scribi oportere judicabant. Evagrium hortatus est Basilius (*d*), ut Antiochiæ cum Dorotheo sancti Meletii presbytero communicaret : promisit Evagrius, at promissis non stetit.

Probabile est sanctum Hieronymum Evagrii socium itineris fuisse, et cum eo Cæsaream venisse. Certe Hieronymus circa hoc tempus in Orientem venit. Nam in primis litteris quas suo adventu scripsit, loquitur de confessoribus Ægyptiis (*e*), quos Valens hoc anno in Palæstinam relegavit : seque Antiochiæ una cum Evagrio versari indicat (*f*), illius verbis Florentium salutans. Enumerat (*g*) etiam Cappadociam inter provincias, per quas transiit ; et cum se fervido Ciliciæ æstu fractum fuisse testetur, id etiam optime quadrat cum Evagrio, qui Basilium ante mensem Septembrem invisit. Quod si Hieronymus interfuit Evagrii cum Basilio colloquiis, eo magis miror quod iis quæ ex Basilio audierat aut traditis oblivioni aut contemptis, nullam partem æqui bonique de sancto Meletio senserit.

Circa idem tempus duo magni momenti negotia Basilio supervenerunt (*h*). Qui Sebastiæ catholice sentiebant, occulto pravæ opinionis Eustathii ulcere detecto, aliquam a Basilio ecclesiasticam sollicitudinem poposcerunt, id est, ad ejus communionem et patrocinium confugerunt. Illius etiam opem imploravit Iconiensis in Pisidia Ecclesia, quæ mortuo episcopo Faustino Basilium invitavit, ut se inviseret ac episcopum daret. Hæc autem collocamus post reditum ex aquis et ante diem morbi quinquagesimum, quia evenerunt intra illud spatium, quod ab epistola 136 initio morbi scripta, ad epistolam 138 ad eumdem Eusebium die quinquagesimo scriptam, effluxit. Nihil enim habet his de rebus epistola 136, quas tamen non videtur omissurus Basilius, si jam tum illum invisisset Evagrius, aut ejus præsidium clerici Sebasteni et Iconiensis Ecclesia implorassent.

IV. Quinquagesimo die morbi advenit Cæsaream Elpidius diaconus cum litteris Eusebii summum Basilii videndi desiderium significantibus. Respondit Basilius (*i*) eodem die, ut patet ex his verbis : *Quinquagesimum hunc diem agebam in infirmitate, cum advenit nobis dilectus ac optimus frater noster condiaconus Elpidius.* Declarat se, lectis Eusebii litteris, incitatum fuisse, ut recta ad Syros convolaret, sed non modo id sibi deesse, ut volare possit, sed etiam ut se in lecto converteret. Cæterum morbo suo, quem, ut supra vidimus, describit, diu vexatum, nunquam tantum doluisse, quantum nunc, ab eo impeditum, quominus in Eusebii complexum et colloquium veniat. Noverat enim

(*a*) Ep. 137.
(*b*) Ep. 138, n. 1.
(*c*) Ep. 138, n. 2.
(*d*) Ep. 156, n. 3.
(*e*) Hieron., ep. 1 novæ edit.
(*f*) Idem ep. 2.
(*g*) Idem ep. 1.
(*h*) Ep. 138, n. 2.
(*i*) Ibid.

Digitized by Google

quali careret voluptate, etsi extremis tantum digitis anno præterito dulcissimum mel Ecclesiæ Samosatensis degustaverat. Eo autem videndi Eusebii cupidior erat, quod veram charitatem in Cappadocia non reperiret, aut si quem omnino amantem reperire posset, neminem certe cum Eusebii prudentia et experientia comparandum. Sibi enim illius consilium ad multa opus esse intelligebat : et cum nonnulla essent, quæ scribere non licebat, de iis quæ licebat, interim consulit, quid de rebus ab Evagrio propositis sentiendum, quid respondendum Sebastenis, et peregrinas ordinationes an detrectare non oporteat. Rogat Eusebium ut, si quem cito in Cappadociam venientem nanciscatur, de his omnibus respondeat ; sin minus, precetur, ut sibi in mentem veniat, quod Deo acceptum fuerit. Petit etiam ut sui mentionem in ecclesia fieri jubeat, ac ipse pro se, adjuncto populo, precetur.

Majorem in modum perculsus est Basilius (*a*), cum audiit horrendam persecutionem, quam Alexandriæ Ariani et in reliqua Ægypto exercebant. Libenter Ecclesiam Alexandrinam invisisset ; sed cum diuturno morbo confectus ne lecto quidem posset surgere, oblata facultate Eugenii monachi, scripsit Alexandrinis hortandi ac consolandi causa. Epistolæ tempus indicant cum morbus, quo laborabat Basilius, tum ipsa persecutio, quam Alexandriæ paulo post Athanasii mortem die 2 Maii anno 373 in cœlum sublati scimus exarsisse.

Scripta in eamdem sententiam Ecclesiæ Antiochenæ epistola sequens (*b*), quæ huic tempori maxime videtur convenire tum propter Basilii corpus longa ægritudine debilitatum, tum propter persecutionem, quæ tunc videtur fuisse admodum violenta. Quod quidem tribuendum præsentiæ imperatoris, qui eo venit anno 372. Quare hanc epistolam immerito nonnulli rejecerunt ad primordia episcopatus Basilii. Neque enim formulam Nicænam, quam ab initio receptam in Ecclesia sua dicit, ea mente apponit Basilius, ut fidem suam more episcoporum recens ordinatorum declaret, sed ut hoc præsidio Antiochenos communiat adversus hæresim, quæ audacissime in illa urbe verticem tollebat.

V. Morbi reliquias adhuc ferebat Basilius, cum duabus respondit (*c*) Eusebii epistolis, quarum una significabat, quantam sui exspectationem Basilius populo Samosatensi commovisset, quantum doloris attulisset illius absentia ; altera vero, antiquior quidem, ut ex scriptura conjiciebatur, sed serius reddita, hortabatur ad Ecclesiæ defensionem, et etiam atque etiam monebat ne res ecclesiasticæ adversariis traderentur. Conatus fuerat Basilius his de rebus Eusebio satisfacere in superioribus epistolis, sed eas Eusebius non acceperat, cum hæc scripsit. Quapropter veritus Basilius, ne litteræ suæ excidissent, breviter repetit quæ jam scripserat. Ac morbum quidem suum excusat, cur non venerit ; cur autem res Ecclesiæ adversariis traditæ sint, suam culpam esse negat, qui solus tanti momenti negotia aggredi non possit, cum id canones non sinant ; sed causam rejicit in episcopos secum communione conjunctos. Videbantur plures ejusmodi episcopi cum Basilio conjuncti, eorumque numero Bosporius nuper ascriptus fuerat : sed nihil operæ navabant ad res maxime necessarias ; atque hæc animi ægritudo maxime obstabat, quominus vires repararet. Narrat Basilius quomodo eos Cæsaream audito mortis suæ nuntio venientes hortatus fuerit : queritur quod, cum se præsentem revereantur, et officium facturos promittant, ubi discessere, ad ingenium redeant.

Mirum sane est cur Basilius suorum numero nuper adjunctum dicat Bosporium, quicum conjunctissimus fuerat initio episcopatus, ut perspici potest ex epistolis 51 et 52. Videtur illorum amicitia refrixisse, cum Colonia, cujus episcopus erat Bosporius, novæ metropoli Tyanis attributa cum pluribus aliis. Nam *episcopi secundæ Cappadociæ*, aiebat Basilius (*d*) anno proxime elapso, *postquam alterius provinciæ nomen habuerunt, subito existimarunt se ex alia ac nos natione et gente esse, tantumque nos ignorarunt, quantum qui nullum prorsus periculum fecere, nec unquam in colloquium venerunt.* Non tamen crediderim Bosporium a Basilii communione unquam recessisse. Quod quidem ut intelligatur, duplex distinguendum communionis genus. Aliud enim litteris canonice scribendis, aut precibus et mysteriis simul celebrandis peragebatur ; aliud interius erat quodammodo et strictius, ac in consiliorum ad Ecclesiæ pacificationem conjunctione positum erat. Primum genus designat Basilius (*e*), cum ait rogandos esse Occidentales, *ut cum judicio communiones peragant, et eas quæ cum accedentibus ad ipsos, et eas quæ scripto secundum Ecclesiæ normam fiunt :* vel cum plurimas provincias enumerat (*f*) quarum ad episcopos litteras mittebat et accipiebat. Alterum communicatorum genus habemus in pluribus epistolis, quæ de legatis Romam mittendis agunt. Hortatur Basilius (*g*) S. Meletium ut communibus litteris adjungat nomina eorum qui idem sentiunt, etiam absentium. Ipse promittit in alia epistola (*h*) daturum se operam, ut commune scriptum ad communicatores perferatur. Nemo sane dixerit ejusmodi litteris omnes subscripsisse, quicunque cum Basilio communicabant. Tota res transigebatur inter eos quos non solum eadem communio, sed etiam eorumdem consiliorum ac sententiarum consensio devinciebat.

(*a*) Ep. 139.
(*b*) Ep. 140.
(*c*) Epist. 141.
(*d*) Ep. 98, *n.* 2.
(*e*) Ep. 129, n. 3.
(*f*) Ep. 204, n. 3.
(*g*) Ep. 68.
(*h*) Ep. 120.

Digitized by Google

De eodem communicatorum genere loquebatur (*a*), cum Fausto præter canones ordinato declararet, se alienum ab eo semper futurum, nisi litteras afferat Armeniæ episcoporum, ac unanimes suos, ut idem de illo sentiant, adducturum. Ex his intelligitur quomodo Bosporius, quamvis non videatur a Basilii communione discessisse, sese tamen illi adjunxisse dicatur. Abstraxerant eum ab intima cum Basilio conjunctione dissensiones ob Cappadociæ divisionem exortæ; sed non idcirco desierat cum Basilio communicare vel per se, vel per metropolitanum suum Anthimum, quicum Basilius cito in gratiam rediit.

VI. In his quæ hoc anno gesta narravimus, nullum prorsus exstat vestigium missæ in Occidentem legationis. Asseverat tamen Tillemontius Dorotheum presbyterum missum fuisse cum litteris 242 et 243, alias 182 et 70. Sed his litteris suum locum assignare conabimur. Nunc probandum neminem missum fuisse hoc anno 373. Patet id 1° ex ipsa serie rerum gestarum (*b*). Consilium mittendi in Occidentem ortum est ab Eusebio Samosatensi, qui cum aliarum Ecclesiarum tantam curam gereret, quantam suæ propriæ, commentarium de rebus apud Occidentales tractandis misit ad Basilium initio hujus anni per Sanctissimum, eumque rogavit ut epistolam exararet, cui omnes communicatores subscriberent. Basilius (*c*) cum minus reperiret, quid scribendum esset, Meletio detulit scribendæ epistolæ munus, ac totam rem illius arbitrio commisit. Post teterrima Eustathii in Basilium facinora (*d*), adhuc morabatur apud Meletium Sanctissimus, ac consilium mittendæ legationis nihil omnino processerat, nec valde arridebat Basilio. Venit Cæsaream (*e*) mense Augusto Evagrius: petit ut legati auctoritate præditi mittantur. Consulit Eusebium Basilius quid facto opus sit. Iterum per litteras urgenti Evagrio sub initium hiemis, respondet Basilius (*f*) sibi integrum non esse legatos mittere. Nondum ergo initio hiemis quidquam actum erat, vel potius novam difficultatem attulerant data ab Occidentalibus Evagrio mandata, eorumque de Basilii scriptis minus æqua sententia.

2° Idem probant frequentes S. Basilii et S. Eusebii gemitus et querelæ, quod quæ de pace Ecclesiarum concilianda deliberaverant, ea infecta prorsus et irrita viderent. Non enim alio spectat Basilii dolor in epistola 136, quod res ecclesiasticæ adversariis tradantur, dum suis quisque rebus episcopi consulentes parvi pendunt quæ ad proximum attinent. Eosdem gemitus redintegrat in epist. 138, ubi germanam ac sinceram charitatem in episcopis secum communione conjunctis desiderat. Hæc Eusebio non minus doluerunt: quod cum Basilio significasset, Basilius ei respondit (*g*) non sua, sed episcoporum nullam sibi operam navantium culpa id evenisse. His profecto querelis locus non fuisset, si missa communi consensu legatio spem auxilii attulisset. Hæc confirmat epistola 156, in qua Basilius respondet Evagrio, neminem prorsus se habere idoneum ad legationis munus obeundum; nec obscure indicat, quam difficile sit et Occidentales ad auxilium ferendum et episcopos Orientales ad subscribendum adducere, cum ait: *Quod si quis ex fratribus qui apud vos sunt, Ecclesiarum causa laborem suscipere volet, is scit procul dubio et ad quos profecturus sit et ad quem finem, et quorum sit litteris communiendus et qualibus.* His rationum momentis alia addi possent: sed quia cum rebus anno 375 et 376 gestis conjuncta sunt, videntur in illud tempus differenda.

CAPUT XXIX.

I. S. Basilii morbus ad æstatem referendus. II. Diem festum S. Eupsychii celebrat, et paulo post tres litteras scribit in gratiam ptochotrophiorum. III. Eusebium invitat Cæsaream, ejusque fratris filio scribit. IV. Invisitur a S. Ephræm. V. Maximum tribus litteris commendat. VI. De epistolis 150-153. VII. Respondet Basilius Ascholio Thessalonicensi, et Sorano duci, a quo petit reliquias martyrum. VIII. Item Evagrio. Illius animam quærunt Ariani. Scribit S. Eusebio et Antiocho. IX Libenter de dogmate respondet Eupaterio. Epistola ad Diodorum de nuptiis cum sorore uxoris mortuæ.

I. Quamvis longa exstiterit ægritudo Basilii, ac reliquiæ diu insederint, et sæpe augentibus molestis Ecclesiæ temporibus morbus (*h*) recruduerit, videtur tamen satis virium habuisse, ut diem festum S. Eupsychii obiret, cujus memoria die 7 Septembris recolebatur. Tillemontius, qui in hunc annum multa contulit, quæ alio rejicere coacti sumus, deceptus nonnullis verbis epistolæ 27 Basilium autumno existimat in morbum incidisse. Sed, cum Eusebium æstate invisere statuisset (*i*), nec ejus consilio aliud quidquam præter morbum obstiterit; morbus ad æstatem necessario debet referri. Præterea jamdudum ægrotabat Basilius, cum ad eum venit Hieronymus (venisse enim illum cum Evagrio probabilissimum judicat Tillemontius), qui tamen se e Cappadocia egressum gravissimos in Cilicia æstus persensisse testatur. Denique in epistola 145, quam post morbum scriptam esse probabimus, rogat Eusebium Basilius, ut Ecclesiam Cæsariensem invisat. Satis ergo supererat temporis ut longum iter Eusebius ante hiemis incommoda conficere posset.

II. Eo probabilius est non defuisse Basilium diei festo S. Eupsychii, quod cum anno 375 ex gravi morbo pariter convalesceret, nequaquam prætermisit occasionem honoris sanctis martyribus exhibendi, sed curru post Pascha vectus est in locum, ubi ex-

(*a*) Ep. 122.
(*b*) Ep. 120.
(*c*) Ep. 129.
(*d*) Ibid.
(*e*) Ep. 138, n. 2.
(*f*) Ep. 156.
(*g*) Ep. 141.
(*h*) Ep. 141.
(*i*) Ep. 157.

Digitized by Google

tra urbem colebantur. Commodior fuit S. Eupsychii solemnitas, quæ in ipsa urbe Cæsariensi celebrabatur.

Convocavit ad hunc diem festum omnes chorepiscopos suos, ut eos numerariorum alteri, quem venturum sperabat, coram commendaret. Sed neuter adfuit numerarius. Tractator præsidum diligentior fuit, ac Basilio roganti, ut pauperum domos, quæ in pagis sitæ erant, tributis eximeret, prolixe omnia promisit. Paulo post hunc diem festum scriptæ tres epistolæ, nempe ad utrumque numerarium, et ad tractatorem præsidum, ad quos unum aliquem ex chorepiscopis mittit. Rogat numerarium, quem exspectaverat, ut chorepiscopo fidem habeat, ut homini dignissimo cui credatur, ac pauperum domum ad pagos ipsi commissos pertinentem invisere et tributis dignetur eximere. Scribit alteri numerario se libenter venturum ad eum fuisse, nisi infirma valetudo et negotia detinerent. Huic pariter commendat chorepiscopum, hortaturque ut eo consiliario, ut homine ad consilium dandum idoneo, utatur. Cum autem numerarius ille ptochotrophium quoddam Amaseæ opibus suis sustentaret, spem affert Basilio tanta pietas, eum pauperum domui chorepiscopo commissæ immunitatem a tributis concessurum. Utrique numerario dicit jam sibi ab eorum collega, nempe tractatore, humanitatem in pauperes promissam fuisse. In tertia epistola ipsum tractatorem rogat, ut promissa perficiat.

Tres illæ epistolæ ita et tempore et rebus inter se congruunt, ut prorsus divelli non possint. Hujus autem anni 375 non hoc solum referunt signum, residuam Basilii ex gravi morbo debilitatem; sed illud etiam accedit, quod tres officiales, ad quos scriptæ sunt, novi in provincia videntur fuisse. Nondum enim ullum ex chorepiscopis noverant, atque, ut fieri solet in exordiis administrationis, chorepiscopi, quem ad eos mittit Basilius, consilio plurimum juvari poterant. Unde colligo eos simul cum Antipatro præside, quem modo gubernacula capessentem vidimus, in Cappadociam venisse.

III. (*a*) Rediens e Syria Basilius anno præterito lætissimam Ecclesiæ suæ spem videndi S. Eusebii Samosatensis retulerat. Is enim venturum se promiserat Cæsaream. Non tamen videtur se hoc anno venturum promisisse. Nam hactenus Basilius Samosatis exspectatus fuerat, non Eusebius Cæsareæ. Multa obstabant quominus tunc Eusebius promissa perficeret, defessum corpus tot exantlatis pro Ecclesia laboribus, negotiorum moles in tam accurata Ecclesiæ gubernandæ ratione, imminens e propinquo Valens, sub quo necesse erat, velut aves sub aquila formidantes, non longe e suo quemque tecto discedere. Sed tamen Basilius cum desiderio suo majorem in modum elatus, tum etiam Deo confidens, Eusebium rogare non dubitat, ut pium visitandæ Cæsariensis Ecclesiæ officium in aliud tempus non differat: etiamsi enim illam aliquando possit invisere, at non secum illam invisurum, quem morbus urgebat ab ærumnosa vita discedere.

Quamvis Basilius graviter ægrotasse videatur, cum hæc scriberet, non tamen scripsit in gravissimo hujus æstatis morbo, sed cum morbus recrudesceret, id quod sibi continenter accidere testatur in epist. 141. Non enim exponit quo morbo laboret, sed id, ut notum ex superioribus litteris prætermittit. Hinc etiam nulla utitur excusatione, cur Eusebium non invisat: id enim fecerat in tribus epistolis: sed cum nulla spes superesset eundi Samosata, Eusebium invitat Cæsaream. Præterea in epistola 157, quæ sub initium hiemis hoc anno scripta est, peramice queritur Basilius, quod Eusebius sibi ne scribat quidem; ac idcirco ejus absentiam nulli alii causæ attribuit, nisi quod piger sit ad peregrinationes charitatis causa suscipiendas. At ejusmodi querelis locus non exstitit, dum gravi illo morbo ægrotaret Basilius. Tunc enim plures ab Eusebio litteras accepit, nec eum invitabat Cæsaream. Inde ergo ortæ Basilii querelæ quod nullas ab eo litteras acciperet, quamvis eum Cæsaream invitasset per epistolam 145, quæ proinde post gravem æstatis morbum scripta est.

Huic epistolæ aliam Basilius adjunxit ad Antiochum, qui non scripserat quidem, sed manu sua salutem apposuerat in patrui ad Basilium litteris. Unde gratias illi agit Basilius, eumque hortatur ut strenue incumbat ad animæ salutem, et Eusebium comitetur, si is non gravetur Cæsaream venire.

IV. Sanctum Ephræm existimat Tillemontius circa hoc tempus venisse Cæsaream Basilii invisendi causa. Induxit eum in hanc opinionem non recta hujus loci interpretatio ex epist. 157, οὐδὲ ἡ τῶν ἄλλων τοιαύτη, unde concludit nonnullos S. Eusebii discipulos, in his S. Ephræm, Cæsaream venisse. Verum, etsi aliam in sententiam hæc verba accipienda, non tamen discedemus ab ordine Tillemontii, quia illud saltem verisimile est, S. Ephræm Cæsaream venisse postquam Valens hac urbe discessit. Ita enim accurate de Basilii rebus in persecutione gestis loquitur, ut eas per se ipse videatur didicisse.

(*b*) Narrat Gregorius Nyssenus S. Ephræm a divino Spiritu ductum esse Cæsaream, cumque ibi vidisset Basilium, multis laudibus venerationem suam cœpisse testari. Videbat enim dextro Basilii humero insidentem columbam, quæ verba illi subministrabat. Eadem columba Basilium docuit adesse Ephræm Syrum. Cum hac narratione minus congruit quod apud Bollandum (*c*) legitur, sanctum illum diaconum Basilio cognitum antea fuisse. Tota res a S. Ephræm (*d*) sic enarratur, nulla prorsus columbæ facta mentione. *Ubi ergo Dominus, inquit, erga me misericordia commotus fuit, occasione orta miserans in quadam civitate, illic audivi vocem di-*

(*a*) Ep. 145.
(*b*) *Vit. S. Ephræm*, tom. III, pag. 605.
(*c*) 1 Febr., n. 6.
(*d*) *Monum. Eccles. Græc.*, tom. III, p. 58.

Digitized by Google

centem mihi, Surge, Ephræm, et comede sensa. Et respondens dixi in multa anxietate : Unde ego, Domine, comedam ? Dixitque ad me : Ecce in domo mea regium vas suppeditabit tibi cibum. Vehementer autem admiratus super dictis, surgens perveni ad templum Altissimi, et cum sensim ad aulæ vestibulum ascendissem, ac præ desiderio per locum portæ adhærentem prospexissem, vidi in sanctis sanctorum vas electionis coram ovili præclare extensum, verbis Deum decentibus varie ornatum, omniumque oculos in illum defixos. Vidi templum per eum spiritu nutritum, nec non erga viduas et orphanos potissimum misericordiam. Aspexi illic apud eum, lacrymas, fluenta fluvios imitantia, et vellus vitæ cunctis instar auri radians ; ipsumque pastorem pennis spiritus pro nobis preces erchentem, ac deducentem verba. Vidi ab ipso Ecclesiam decoratam, et eam quæ dilecta est exornatam. Conspexi per eum Pauli doctrinam, Evangeliorum legem, mysteriorum timorem. Illic intuitus sum utilem salutaremque sermonem, ad ipsum usque cœlum fideliter assurgentem, uno verbo, totum illum cœtum splendoribus gratiæ collustratum. His porro cunctis religiose adeo per vas regni electum vigentibus, laudibus celebravi sapientem bonumque Dominum, qui sic ipsum glorificantes glorificat. Post auditorium vero, ex Spiritu sancto notitia viro data est de me ; et accessens vilitatem meam, per interpretem interrogavit me dicens : Tune es Ephræm, qui præclare cervicem inclinasti, et sustulisti jugum salutaris verbi ? Et respondens dixi : Ego sum Ephræm, qui cœlesti cursu meipsum frustratus fui. Cumque me apprehendisset divinus ille vir, sanctum osculum suum in me confirmavit, apponensque mensam, ex esculentis sapientis sanctæque et fidelis animæ ipsius, non quidem corruptibilibus conditam ferculis, sed incorruptis refertam sententiis. Quibus enim, dicebat, bonis operibus possumus Dominum præclare nobis placatum reddere, quo pacto peccatorum coerceamus insultus, et quomodo affectuum occludamus ingressus ? qua ratione apostolicam comparemus virtutem, et quonam pacto incorruptum exoremus judicem ? Tum lamentatus clamavi, et dixi : Tu, pater, custodi mollem ac desidem ; tu in rectam semitam dirige me ; tu lapideum meum cor compunge. Ad te enim projecit me spirituum Deus, ut animam meam cures. Tu animæ meæ navem seda, ad aquam requietis. Atque hic mihi præclari magistri studium contemplare, unde virtutem meam comprehendit, formam continuit, ut ita dicam, virgam corporis, evellensque irrationabilium affectuum mores, detraxit squamas, labem oculorum, et subtrahens viriditatem immaturitatemque sermonis, me zelo cepit, ac demersit in documentorum suorum immersoria. Tunc concepit venter meus prudentiam, ut pareret quadraginta martyrum laudes. Omnem enim tolerantiæ ipsorum modum meis adjunxit auribus egregius vir ; quemadmodum scilicet elegerint mori pro Christo, quantaque pericula contempserint, ut ipsum lucrifacerent ; tum quot numero fuerint facti illi ; reliquaque ad pietatem eorum pertinentia edixit. Tangit obiter Sozomenus hunc Basilii et S. diaconi congressum, idque ante episcopatum Basilii contigisse videtur existimasse (*a*). Ait enim Basilio, qui postea Cæsareæ Cappadocum metropolis episcopus fuit, admirationi fuisse eruditionem S. Ephræm. Videtur ad S. Ephræm referri quod Basilius in libro *De Spiritu sancto* (*b*) accepisse se testatur a quodam Mesopotamio, viro et linguæ perito et sententia incorrupto.

V. Maximo Cappadociæ præsidi, cui successit hoc anno Antipater, non solum abrogata dignitas, sed etiam gravissimæ calamitates supervenerunt. Accusatus enim (*c*), ut verisimile est, repetundarum, omnibus bonis tum paternis, tum labore suo partis nudatus est, ac innumeris afflictus corporis incommodis, dum susdeque errat ; imo ne ipsum quidem civis statum ab injuriis integrum retinuit. Tot malorum origo Vicarii iracundia, hominis nequam et crudelis, cui Maximus in offensam venerat. Cum in his rerum angustiis judicium poposcisset ab imperatore, commendat eum Basilius Aburgio et Trajano, ut suum ei contra structas calumnias patrocinium impendant. Est etiam alia epistola quæ inscribitur eidem Trajano, sed perperam. Is enim ad quem scripta est, viderat oculis suis calamitates Maximi ; sed, cum postea majorem in modum auctæ essent, cumque Vicarius cum cohorte advenisset, ut mala expleret, rogat hunc virum Basilius, ut magna sua manu miserum hominem defendat. Hæc autem Trajano non conveniunt, cui Basilius Maximi ærumnas exposuit in superiore epistola, cum ipsum Maximum id facere puderet.

Trium illarum epistolarum tempus in promptu est, cum novus præses hoc anno Cæsaream, absente Basilio, venerit. Præterea Basilii stupor in hac Maximi calamitate, quem talia passum esse dicit, qualia nondum ullum hominem, argumento est hæc contigisse ante horribilem illam tragœdiam anni 374, in qua plurimi nobiles viri longe graviora quam Maximus passi sunt.

VI. Serius collocare non possumus epistolam 150. Amphilochius in loco Cappadociæ Ozizalis dicto patris senectutem fovebat, et quamvis Basilio charus in primis esset (*d*), eum tamen fugiebat, vel potius ordinationem. Cum autem pepigisset cum Heraclida, qui pariter in foro versatus fuerat, ut ambo in desertum aliquem locum secederent ; misit Heraclidam Cæsaream, ut de hoc consilio ad Basilium referret. Heraclidas, ubi prope Cæsaream venit, in ipsa urbe noluit commorari, sed ad proximum pauperum hospitum confugit : et cum eo venisset ex more Basilius, retulit ad eum de iis quæ mandaverat Amphilochius.

(*a*) Lib. III, c. 16.
(*b*) Cap. 29, pag. 65.
(*c*) Ep. 148.
(*d*) Ep. 161, n. 1.

Digitized by Google

Retinuit hunc juvenem Basilius in suo, ut verisimile est, monasterio. Postea Amphilochius ad eum scripsit, ut pacta in memoriam revocaret, seque litem illi impacturum minatus est. Inde Basilio nata occasio scribendæ ad Amphilochium egregiæ epistolæ sub Heraclidæ nomine. Describit juvenis primos suos sub Basilii disciplina progressus : contendit se promissa vivendi cum Amphilochio adimpleturum, etiamsi corpore absit; quia una est prorsus via quæ ad Dominum ducit. Nonnulla refert ex ore Basilii accepta præcepta : sed Amphilochium hortatur, ut illius audiendi brevem a patre licentiam impetret. Scripta est hæc epistola ante episcopatum Amphilochii, hoc est, ante annum 373 exeuntem, sed tamen non multo ante. Jam enim erat hospitibus excipiendis idoneum, immensum illud ædificium, quod Basilius construere cœperat anno 372 ineunte.

Supra vidimus in epistola 138 clericos Sebastenos, qui idem ac Basilius sentiebant, detecto Eustathii pravæ opinionis ulcere, ad Basilii communionem et auctoritatem confugisse. Tam insigne factum cum fama late spargeret, Eustathius medicus, Basilii in primis amicus, dolorem suum in hac rerum perturbatione ei significavit, adhibitis ex arte medica nonnullis admonitionibus. Respondet Basilius inutilem esse ejusmodi admonitionum operam, cum nec ipse nec amici ferrum adhibuerint, sed ipse Eustathius in ferrum ruerit. Quare quod illius clerici necessitate adducti fecerant, sibi id quidem voluptati non esse, quemadmodum nec medici libenter urunt, nec mercatores libenter merces ejiciunt, sed tamen a se minime improbari, quia veritatis amor, qua nihil antiquius habent, sic agendi necessitatem eis imposuerat. Huc redit tota obscuræ et difficilis epistolæ sententia, ut ex nota eidem apposita perspici potest.

Circa nunc annum visæ sunt collocandæ duæ ad Victorem epistolæ (*a*). Basilius amicitia conjunctus erat cum potentissimis viris, in his cum Victore : cui querenti quod ad se non scriberet, metuisse se respondet, ne tanto viro molestiam exhiberet; sed nunc confidenter scribere et deinceps scripturum. Cæterum gratias agit quod suas pro Ecclesia preces anteverterit, feceritque omnia quæcunque ipse Basilius petiisset. Scripta ergo hæc epistola post illud tempus, quo Basilius requirebat in præstantissimis illis viris studium Ecclesiæ juvandæ. Nec male huic anno convenit, quo Arianorum (*b*) conatus in evertenda in exsilio Basilii Ecclesia Cæsariensi in ventum effusi sunt. Verisimile et Victoris operam in re tanti momenti non defuisse, ejusque consilio potius quam sua sponte Valentem ad rescindendum quod de Basilio decreverat, adductum fuisse. In altera epistola gratias agit Victori, qui prior scripserat perhonorifice, seque calumniis, quibus attenA tata fuerat Basilii fama, minime moveri significaverat. Referenda hæc videntur ad Eustathii in Basilium calumnias.

VII. Inter molestias quæ Basilio acciderunt, dum se ab episcopis desertum queritur, peropportune videntur allatæ esse Ascholii Thessalonicensis litteræ, ex quibus charitatem non in omnibus refrixisse cognovit. In his enim litteris licebat Ascholii animum intueri : et quamvis breves essent numero syllabarum, copiose ostendebant quid sentiret Ascholius et quantum beati Athanasii studiosus esset : id quod Basilius evidentissimum sanæ doctrinæ argumentum esse ducebat. Ascholii litteras attulit Euphemius, vel saltem perferendas curavit. Nam ei pro accepta ex litteris lætitia gratias agit Basi- B lius (*c*), precaturque ut eum cito cum ornatissima ipsius conjuge recipiat : quod argumento est eum vel bis iter in Scythiam aut Macedoniam suscepisse, ac tum Ascholii epistolæ, tum Basilii responsionis bajulum fuisse : vel saltem, dum his in locis moratur, operam dedisse ut Ascholii epistola ad Basilium perveniret.

Satis apte conveniunt huic anno gemitus Basilii, quod charitas majorem in modum inter episcopos refrixisset; sed hoc in primis ducor argumento, quod Athanasius beatissimus vocetur. Non me latet id interdum apud antiquos scriptores deferri viventibus; velut cum Dionysius Corinthi episcopus (*d*) in epistola ad Romanos Soterem eorum episcopum vocat beatum. At Basilius hac voce mortuos desi- C gnare solet, vivos autem nusquam designat. Hinc in epistolis 204 et 258 beatissimum pariter vocat Athanasium. Huc accedit quod episcopum illum non appellat, quod quidem non omittit, cum loquitur de viventibus. Quare cum sanctus Athanasius cœlum petierit hoc anno 373, mense Maio, vix citius mense Octobri ejusdem anni hanc Basilii epistolam collocare possimus. Tempore enim opus fuit, ut et mortis Athanasii nuntius in Macedoniam, et Ascholii litteræ in Cappadociam ferrentur, et Basilio prompta esset ac parata scribendi occasio. Illud verisimillimum videtur Ascholium, cum de sancti Athanasii morte didicisset, antequam scriberet in Cappadociam, ut in recenti eventu, desiderium significasse D tanti viri, ac summa illius de omnibus Ecclesiis merita prædicasse.

Epistolæ ad Ascholium adjuncta fuit epistola sequens (*e*), quam quidem etsi inscriptione careat, Junio Sorano scriptam esse inter eruditos convenit. Is enim ad quem data est, in Scythia cum dignitate militari versabatur : domum habebat Cæsareæ et sororem ac cognatos, quibuscum Basilius non solum amicitia, sed etiam, ut verisimile est, sanguine conjunctissimus fuit. Petit ab eodem Basilius reliquias martyrum. Mirifice hæc quadrant *Junio Sorano* duci limitis Scythici, qui *gratificari volens pa-*

(*a*) Ep. 152 et 153.
(*b*) Epist. 68.
(*c*) Epist. 120 et 129.
(*d*) Epist. 154.
(*e*) Euseb. *Hist.* lib. IV, c. 23.

Digitized by Google

mæ suæ, ut legimus in epistola Ecclesiæ Gothicæ, corpus S. Sabæ martyris misit in Cappadociam. Is Ascholii litteris suas adjunxerat, et querebatur quod ad se Basilius non scriberet, seque oblivioni traderet, atque etiam quod ab eo aut ab ejus chorepiscopo minus æqua in aliquem ex amicis suis lata esset sententia. Nuntiabat persecutionem in Gothia martyres facere, seque persecutionem patientibus opem pro viribus ferre. His omnibus respondet Basilius in epistola 155, de qua alius redibit agendi locus.

VIII. Incipiente vel appropinquante hieme accepit Basilius litteras ab Evagrio presbytero, qui eum rogabat, ut pacificandæ Ecclesiæ Antiochenæ consilium susciperet, ac legatos in Occidentem mitteret. Quod spectat ad Ecclesiam Antiochenam, summum præ se fert amorem pacis Basilius (*a*), seque nulla prorsus in quemquam criminatione præoccupatum profitetur. Sed tamen declarat, etiamsi gratiæ rivi in se affluerent, ne tum quidem adductum iri, ut hoc negotium solus suscipiat, cum præsertim episcopum habeat hæc Ecclesia Meletium, qui nec ad se venire potest, nec ipse ad eum, tum propter hiemis molestias, tum propter Armeniæ montes brevi impervios futuros etiam recte valentibus, nedum sibi longa ægritudine confecto. Sed tamen scripturum se ad eum profitetur, quamvis non multum speret ex hoc inanimo sermone. Dolorem suum obiter significat, quod a Dorotheo diacono didicisset, Evagrium illius conventus participem esse noluisse; contra quam sibi Cæsareæ promiserat.

De mittendis in Occidentem legatis idem sentit, quod jam in pluribus epistolis hoc anno declaravit. Negat se quemquam habere quem mittat; non enim ei operam navabant episcopi : mittendos autem episcopos censebat Evagrius, idque Occidentalium verbis nuntiaverat. Præterea subobscure indicat Basilius parum sibi satisfacere Occidentales, nec se quid eis scribendum sit, aut quid ex ejusmodi litteris sperandum videre. Cæterum in hoc rerum statu precatur, ut inter septem mille viros numeretur, qui genu ante Baal non incurvavere : et cum animam suam ab hæreticis quæri sciret, de studio Ecclesiis debito nihil se remissurum promittit.

Jam luserant operam Ariani initio hujus anni, dum insidias Basilio struunt. Sed nequaquam defessi idem rursus aggressi sunt, ejusque animam quærebant tum cum Evagrio scriberet. Mala eorum consilia indicat in epistola sequenti (*b*), in qua Eusebium rogat, ut pro se Deum precetur, ut quemadmodum a præteritis tentationibus, ita etiam ab imminentibus liberetur. In eadem epistola dolorem suum significat, quod Eusebium præterita æstate non viderit : queriturque quod Eusebius ad se ne scribat quidem; unde ejus absentia non alii causæ tribuenda, nisi quod piger sit ad peregrinationes charitatis causa suscipiendas.

(*a*) Epist. 156.
(*b*) Epist. 157.

Perperam hæc epistola in omnibus codicibus mss. et editis inscribitur Antiocho. Nam ipsi Antiocho scripta sequens epistola (*c*) in eamdem sententiam. Dolorem enim suum pariter significat, quod illius videndi desiderium, quo dudum flagrabat, ad exitum non perduxerit. Hæc ergo scribebat eodem tempore ac epistolam præcedentem; ac proinde utramque uni et eidem non scripsit. Præterea pigritiæ criminatio optime quidem in Eusebium convenit, quem Basilius (*d*) etiam atque etiam rogaverat ut Cæsaream veniret, at nequaquam in Antiochum, quem penes situm non erat Cæsaream proficisci, nisi patruus eum mitteret aut secum duceret. Denique soli quadrat Eusebio, quod ait Basilius, ne præteritis quidem annis talem fuisse congressum, ut satietatem afferret. Nam Basilius Eusebium invisit anno 369 et 372. Utrum autem anno 369 Antiochum Samosatis viderit, id plane incertum. Restituenda ergo hæc epistola Eusebio, et sequens Antiocho servanda, in qua Basilius ei commendat fratrem camelis præpositum.

IX. Consultus Basilius ab Eupaterio ejusque filia de rebus dogmaticis, magnæ voluptati litteras eorum sibi fuisse significat; libenter enim se his de rebus interrogari. Respondet se Nicænam fidem omnibus aliis postea excogitatis præferre. Sed propter hæresim, quæ nuper prodierat, fidei Nicænæ addendam esse censet glorificationem Spiritus sancti cum Patre et Filio. Scripta ergo hæc epistola postquam Basilius formulæ Nicænæ glorificationem Spiritus sancti cum Patre et Filio addendam censuit. Id autem tum demum videtur censuisse, cum Eustathium, veluti quemdam Proteum, constringere voluit. Quare post illud quidem tempus scripta hæc epistola, sed tamen antequam Eustathii et aliorum inimicorum novæ molitiones Basilium in triste quoddam silentium et suspiciosas cautiones conjecissent; ita ut non libenter de rebus dogmaticis responderet, ut videbimus anno sequenti.

Basilius initio episcopatus multa ad disciplinam emendandam decreverat, in his ut ne cui liceret uxoris mortuæ sororem in matrimonium ducere. Sed aliquot annis elapsis prodiere sub nomine Diodori presbyteri litteræ ad defensionem ejusmodi matrimoniorum compositæ, quas quidam ostendit, sed rursus abstulit, et contra Basilium veluti quoddam tropæum circumtulit, *licentiam dictitans se habere scripto mandatam*. Quibus ex verbis colligitur eum commisisse quod prohibuerat Basilius. Si has litteras habuisset Basilius, libenter Diodoro misisset; sed cum minime dubitaret, quin ejus nomini per fraudem affictæ fuissent, prior ipse illas refellit, ut duplici manu oppugnentur; idem enim facturum Diodorum sperabat. Decretum suum defendit ex consuetudine Ecclesiæ Cæsariensis : explicat cur Moyses ea de re siluerit, vel potius non siluisse contendit : naturalem cognationem his nuptiis confundi

(*c*) Epist. 158.
(*d*) Epist. 145.

Digitized by Google

demonstrat. Clausula epistolæ probat hoc facinus in Cappadocia commissum non fuisse : *Precor autem*, inquit, *ut vel nostra admonitio vitium superet, vel non serpat in nostram regionem hoc piaculum, sed in quibus admissum est locis, in his permaneat.* Laudatur hæc epistola in canone 23, ep. 199, ac proinde scripta est ante annum 375. Aliquot annos efluxisse ab initio episcopatus indicat Basilius, cum ait (*a*) se *ab initio* has nuptias prohibuisse. Quare probabile est eum scripsisse Diodoro anno 373 aut 374.

CAPUT XXX.

I. *Basilius anno 374 ineunte interest funeri Gregorii patris. Scribit Amphilochio recens ordinato.* II. *Æger scribit ad S. Eusebium, et per Amphilochium ad Jovinum comitem. Ob missum corpus S. Sabæ gratias agit Ascholio et Sorano.* III. *Exsilium S. Eusebii, ad quem epistolæ* 166, 167, *quæ non sunt Basilii.* IV. *De Glycerio diacono qui cum virginum grege aufugerat.* V. *De epistolis* 172-175. VI. *Furor in Basilium hæreticorum die festo S. Eupsychii. Inde nata occasio scribendi libri de Spiritu sancto.* VII. *Epistolæ ad conjurationem anni* 374 *spectantes.* VIII. *Nonnullæ aliæ ad Samosatenses, ad episcopos Eusebio amicos et ad Antipatrum.*

I. Ineunte anno 374 Nazianzum se contulit Basilius, ut Gregorio patri mortuo justa persolveret, ejusque familiam in hoc luctu solaretur. Patrem oratione funebri laudavit Gregorius audiente Basilio, cujus a laudibus initium dicendi facit, eumque hortatur (*b*) ut suum quoque eloquium depromat in laudando patre, cui multis nominibus obstrictus erat, utpote illius opera in sedem Cæsariensem evectus et ab eo ordinatus. Probat Tillemontius (*c*) id contigisse initio veris ex epistola 27, in qua Basilius pedem se domo non extulisse hac hieme testatur. Aliud argumentum petit ex ordinatione Amphilochii, quæ in idem tempus incidit, ac Gregorii exsequiæ, quibus interfuit Basilius. Amphilochium autem initio veris ordinatum fuisse suspicatur, hac nixus conjectura, quod non proxime successerit Faustino præterita æstate mortuo, sed inter utrumque hæreticus quidam interjectus fuerit. Conjecturam eruit ex his verbis Basilii ad Amphilochium (*d*) recens ordinatum : *Inimici pereunt, ut rex Israel fiat.* Plus tribuendum putat his conjecturis, quam Menæis Græcæ Ecclesiæ, quæ natalitia Gregorii celebrat Kalendis Januarii.

Equidem doctissimi viri argumentis uti non possum. Nam epistola 27, ex qua colligit Basilium hac hieme pedem domo non extulisse, ante episcopatum scripta, ut supra demonstratum. Interjectus autem Faustinum inter et Amphilochium hæreticus evanescit in hac nova editione. Legimus enim cum codicibus mss. : *Asinæ pereunt, ut rex Israel fiat.* Amphilochii ordinatio ad initium veris anni 374 differri non potest. Tam longum enim intervallum inter mortem Faustini, et ordinationem Amphilochii, sine gravi causa poni non debet. Deinde vero Basilius invisit statim post Pascha Amphilochius ; quod quidem non videtur fecisse statim post ordinationem quam difficiles et necessariæ occupationes subsequi debuerunt. Probabilius ergo est duos illos eventus qui eodem tempore contigerunt, ordinationem Amphilochii et mortem Gregorii, vel anno 373 exeunte contigisse, non multo post Basilii ad Evagrium epistolam, in qua longa se ægritudine confici ait Basilius, itidem ut in epistola ad Amphilochium recens ordinatum ; vel initio anni 374, si quis Menæis Græcorum inhærere malit.

Basilium (*e*) rogaverat mortuo Faustino Ecclesia Iconiensis, ut sibi episcopum daret. Verisimile non est Basilium hoc officium exhibuisse Iconiensibus ; quippe cum Amphilochio recens ordinato gratulandi vel potius consolandi et adhortandi causa scripserit. Statim enim atque ordinatus fuit Amphilochius, onus sibi impositum in litteris ad Basilium missis, ut majus viribus suis, luxit : suumque dolorem testabatur quod, cum hactenus Basilium fugisset, ne ab eo ordinaretur, in Pisidiam veniens ibi episcopatum accipere coactus esset. At Basilius ejusmodi ordinationem miraculo carere negat ; ideoque Amphilochium jubet non impositum onus lamentari, sed divino auxilio confidentem viriliter agere, et navem pravæ doctrinæ fluctibus immersabilem custodire. Rogat ut si se longa ægritudine ad exitum properantem invisere velit, nec tempus nec signum exspectet. Monet ut diligenter caveat ne se pravis moribus abripi sinat ; sed missum se esse meminerit, non ut alios sequatur, sed ut ipse præeat his qui salvantur.

II. Hoc anno post diem Paschæ Basilius (*f*) in gravem morbum incidit, febribus, ventris resolutionibus et viscerum commotionibus agitatus. In hoc statu erat, cum per Barachum scripsit Eusebio, cui morbum excusat, quod non ad eum proficiscatur. Cæterum se vires ad hoc iter recuperaturum sperat, si pro se Eusebius precetur. Tantum enim illius precibus confidebat, ut se etiam juvenem ex sene, non modo vegetum ex infirmo et prorsus attenuato, fieri posse crederet.

Testis fuit hujus morbi Amphilochius (*g*), qui Basilium, ut rogatus fuerat, invisit, ac diu commoratus est Cæsareæ, non solum ægrotantem Basilium officiosa sedulitate fovens, sed etiam populo divini verbi pabula ministrans. Unde Basilius in epistola (*h*) hoc anno ante mensem Septembrem scripta sic eum alloquitur : *Nam persuasum sit tibi*, inquit, *populum nostrum, cum multos expertus sit, nullius præsentiam ita desiderare, ut tuam : tantum ei amoris aculeum brevi illo congressu immisisti.* Videtur Amphilochius Basilio attulisse Jovini

(*a*) N. 1.
(*b*) Naz. or. 19.
(*c*) Not. 20 *in Naz.*
(*d*) Epist. 161.
(*e*) Epist. 138.
(*f*) Ep. 162.
(*g*) Ep. 163.
(*h*) Ep. 176.

Digitized by Google

comitis litteras, et eidem Basilii responsum retulisse.

Junium Soranum limitis Scythici ducem rogaverat Basilius, ut supra vidimus, ut martyrum reliquiis patriam ditaret; quandoquidem illic persecutio, ipso asseverante Sorano, martyres faciebat. Non segnis Soranus in mandatis Basilii exhauriendis corpus S. Sabæ, qui anno 372 die 12 Aprilis passus fuerat, in Cappadociam per viros fide dignos misit, cum consensu presbyterii illius Ecclesiæ, quæ has reliquias possidebat. Optatissimo dono adjunctæ erant litteræ Ecclesiæ Gothicæ, tum etiam aliæ duæ, Ascholii et Sorani. Etiamsi enim Ascholius epistolam Ecclesiæ Gothicæ, ut existimat Tillemontius, scripsisse dicatur; certe aliam suo nomine adjecit (*a*). Nam Ascholius in suis ad Basilium litteris laudabat sanctum Eutychen et Cappadociam, ex qua semina pietatis apud Gothos pervenerant. At nihil ejusmodi legitur in litteris Ecclesiæ Gothicæ. Quinetiam non immerito dubitetur, an litterarum Ecclesiæ Gothicæ auctor sit sanctus Ascholius. Nam cum hæ litteræ accuratam habeant martyrii sancti Sabæ descriptionem; si eas scripsisset sanctus Ascholius, non video cur iterum in aliis ad sanctum Basilium litteris iterum idem martyrium descripsisset: quod tamen Basilius ab eo testatur descriptum fuisse in illa epistola, quæ sanctum Eutychen et Cappadociam laudabat.

Cum sancti Ascholii litteræ Spiritus sancti gratia scaterent, visus est sibi Basilius, dum eas legeret, priscis temporibus versari, cum Ecclesiæ omnes, velut multa membra in uno corpore, mirifice consentirent; cum manifesti essent, et qui persequebantur, et qui persecutionem patiebantur. Rediit animus Basilii ad priscam illam beatitudinem, ubi litteræ ex remota regione venerunt, dilectionis pulchritudine efflorescentes; ac martyr advenit a barbaris ultra Istrum habitantibus, per se ipse prædicans fidei illic vigentis integritatem.

Epistola sequens (*b*), quæ eidem Ascholio in omnibus codicibus mss. et editis inscribitur, in magnas difficultates Tillemontium conjicit. Nam cum is, cui scripta est, Cappadox fuerit, Ascholium in Cappadocia natum esse existimat; et cum gratiæ agantur, itidem ut in præcedenti, ob missum martyris corpus, inde colligit vir eruditus duo martyrum corpora variis temporibus a S. Ascholio in Cappadociam missa esse. Sed certissimis argumentis probari potest hanc epistolam non Ascholio scriptam fuisse, sed Junio Sorano, ad quem epistolam 155 scripserat Basilius.

Nam 1° Basilius in epist. 155 Soranum numerat inter eos, qui *ob Domini nomen libere loquuntur et spiritales fructus edunt*. Sic etiam in hac epist. 165, *Fructibus spiritualibus nationem exteram replevisti... Et cum pro fide certamina sustineres, Deum glorificabat patria nostra, bonam patrum hæreditatem in te audiens custodiri.* 2° Certissime Cappadox erat Junius Soranus. At idem de S. Ascholio dici non potest, quem nunquam viderat Basilius, ut patet ex initio epistolæ 154. In secunda epistola ad eum scripta, quæ est 164, gratias ei agit Basilius quod Cappadociam laudaverit. Etiamsi Cappadoci conveniat laudare Cappadociam, saltem causa non erat cur ei gratiæ agerentur. Præterea quæ de S. Ascholio narrat Ambrosius, eum in Achaia aut vicinis regionibus natum esse probant. *Ille se monasteriis puer dedit*, inquit S. Ambrosius (*c*), *et intra Achaiam angusto clausus tugurio gratia tamen multarum terrarum peragravit divortia.* 5° Non ipse Ascholius corpus sancti Sabæ misit in Cappadociam, sed id Sorani curis tribuitur in epistola Ecclesiæ Gothicæ. Melius ergo ei congruit epistola 165, utpote ad eum scripta, qui patriam hoc dono ornaverat. 4° Tunc primum per litteras Ascholium noverat Basilius, cum scripsit epistolam 54. At is, ad quem scripta est epistola 165, dudum cum Basilio amicitia et necessitudine conjunctus erat, ut patet ex his verbis: *Votum nobis antiquum adimplevit Deus sanctus, cum nobis dignatus est concedere, ut veræ pietatis tuæ litteras acciperemus. Hoc enim maximum est et maxime exoptandum, videre te et videri a te, ac Spiritus donis, quæ in te sunt, per nosmetipsos perfrui. Sed quia id et loci distantia aufert, et negotia quibus privatim uterque nostrum detinemur: in secundis votis fuerit, ut anima frequentibus tuæ in Christo charitatis litteris alatur.* His profecto verbis significatur antiqua necessitudo cum homine diversum a Basilio vivendi genus profitente, et idcirco in exteris regionibus commorante.

Hoc semel posito epistolam 165 ad Junium Sorani scriptam esse, non jam duo martyrum corpora variis temporibus missa in Cappadociam dici possunt. Nam corpus S. Sabæ missum a Junio Sorano testatur epistola Ecclesiæ Gothicæ; ejusdem martyrium describebat sanctus Ascholius, siquidem eum per ignem et aquam consummatum fuisse dicebat, ut in ipsa Ecclesiæ Gothicæ epistola legimus.

Hanc autem lætitiam sancto Basilio existimamus evenisse hoc anno 374, quia cum Basilius martyrum reliquias non petierit a Junio Sorano, nisi anno 373 multum provecto, aliquod intervallum poni debet inter illius litteras et reliquiarum adventum. Testatur quidem Ecclesia Gothica sanctum Sabam pridie Idus Aprilis passum esse anno 372, sed ejus corpus statim a Junio Sorano missum esse non dicit.

III. Jam ab anno præterito Samosata cogitabat Basilius, sed huic consilio obstitit exsilium sancti

(*a*) Ep. 164.
(*b*) Ep. 165.
(*c*) Ep. 15, n. 12.

Digitized by Google

Eusebii Samosatensis, qui tandem hoc anno consecutus est, quod jamdudum sub impio imperatore invictæ illius constantiæ et summis de Ecclesia meritis debitum videbatur. Id autem contigisse hoc anno, et quidem circa æstatem, cum ex epistola 162 post Pascha scripta perspicitur, in qua Basilius spem invisendi Eusebii adhuc retinebat; tum etiam ex epist. 198, anno 375, post Pascha similiter scripta, in qua Basilius plus quatuor litteras ad Eusebium exsulantem misisse se testatur, quamvis se fateatur non sæpe scripsisse.

Dum in Thraciam S. martyr recta tendit (illuc enim relegatus est a Valente), per Cappadociam transiit, ejusque complexu potitus videtur Basilius. Nam in epistola 168 ad Antiochum et alios sancti confessoris comites scripta, quod de eorum cordibus persuasum habebat Basilius, id se facto paulisper eorum periculo perspexisse declarat.

Gregorio Nazianzeno eadem felicitas non obtigit. Ita enim ægrotabat, ut ex ædibus prospicere non posset; nec tamen morbus, etsi gravissimus, tam molestus illi erat, quam quod Eusebio carendum esset. Postquam Eusebius ad locum exsilii pervenit, scripsit ad eum Gregorius (*a*) ac rogavit, ut quod ex ejus congressu ad animæ salutem consequi non potuerat, id sibi precibus apud Deum conciliaret: neque enim viri tot persecutionibus pro Evangelio probati minus prodesse apud Deum preces, quam alicujus ex sanctis martyribus patrocinium.

Rescripsit Eusebius Gregorio, eumque de rebus suis certiorem fecit. Quare cum Eupraxius paulo post per Cappadociam transiens ad Eusebium sese conferret, tum ut illius videndi desiderium satiaret, tum ut debita huic tempori officia exhiberet; Gregorius hanc scribendi et gratiarum agendarum occasionem non prætermisit. Hæc enim epistola, quæ est inter Basilianas 166, apud Gregorium vero tricesima, videtur adjudicanda Gregorio. Gregorii stylum magis redolent hæc orationis ornamenta: *Ac patrium quidem solum habent alii, nos vero supernam civitatem: alii nostrum fortasse thronum, nos Christum. O præclara, negotiatio! qualia contempsimus, qualia lucrati sumus!* Huc accedit quod hæc epistola in omnibus nostris codicibus mss. desideratur excepto Coisliniano.

Tribuitur etiam Gregorio sequens ad Eusebium epistola (*b*), quæ pariter in solo legitur Coisliniano codice. Existimat tamen Tillemontius Basilio melius convenire excusationem, qua utitur auctor epistolæ, cur ad Eusebium non proficiscatur, ut ab eo patientiæ in ærumnis exemplum capiat. Ait enim se molestiis et negotiis detineri. Sed suæ Gregorio molestiæ cur defuerint non video. Certe negotia deesse non poterant Ecclesiam Nazianzenam post mortem patris gubernanti. Utrique optime congruit vehemens Eusebii amor et admiratio, cujus litteræ non solum sua sponte utiles esse dicuntur, sed etiam accipienti apud alios homines perhonorificæ; quippe cum in aliquo apud tantum virum numero esse perhonorificum sit. Hæc epistola reperitur etiam apud Gregorium, estque inter illius epistolas ducentesima quarta.

IV. Circa hoc tempus videtur collocanda Glycerii historia. Is monasticam vitam (*c*) profitebatur, et Venensis Ecclesiæ diaconus a S. Basilio ordinatus, ut presbytero ministraret, et opus Ecclesiæ curaret (non læve enim manibus operabatur), non modo opus, quod ei commissum erat, penitus neglexit, sed etiam coactis privata auctoritate miseris virginibus, partim sua sponte ad eum accurrentibus, partim invitis et repugnantibus, cœpit imperium gregis sibi arrogare, ac patriarchæ nomen et habitum sibi sumere, inde velut ex quadam arte victum sibi comparans: parumque abfuit, quin totam Ecclesiam sedibus suis commoveret. Nam nec presbyterum suum, nec chorepiscopum, nec Basilium reverebatur, perpetuisque urbem tumultibus ac universum clerum permiscebat. Tandem a Basilio et chorepiscopo leviter verbis objurgatus, ne contemptor evaderet (nam juvenes etiam ad eamdem contumaciam exercebat), facinus admodum audax et inhumanum excogitat: virgines, quotquot potuit, per sacrilegium prædatus, nocte observata, fugam capessit. Rei molestiam et facinoris nequitiam tempus augebat. Tunc enim (*d*) *ibi habebatur conventus, atque ingens undecunque, ut par est, confluebat multitudo. Ille autem vicissim chorum suum introduxit, juvenes sequentem, ac tripudiantem, ac plurimum quidem tristitiæ piis afferentem, plurimum autem risus lascivis et lingua procacibus. Neque his contentus fuit, etsi tam atrocibus et horrendis; sed etiam parentes virginum, orbitatem non ferentes, atque dispersam turbam reducere cupientes, et ad filiarum suarum pedes cum gemitibus, ut consentaneum est, accidentes, admirandus juvenis cum prædatoria sua manu contumeliis atque ignominia affecit.*

Cum Glycerius Nazianzum venisset cum hoc virginum grege, collegit hanc captivitatem Gregorius, ac commune dedecus contegere conatus est. Id ubi rescivit Basilius, scribit Gregorio, rem gestam narrat ordine, ac rogat ne hæc tolerabilia existimet, sed in primis jubeat Glycerium cum virginibus redire: eum enim misericordiam aliquam, si cum Gregorii litteris redeat, sperare posse. Quod si is redire nolit, saltem virgines ad Ecclesiam matrem remittantur. Quod si hoc fieri nequit, at certe in eas quæ redire volunt, tyrannidem exerceri Gregorius non patiatur. Alioqui Deum et homines testatur Basilius hæc minime recte fieri, neque ex legibus Ecclesiæ. Glycerio cum disciplina et congruenti

(*a*) Ep. 28.
(*b*) Ep. 167
(*c*) Ep. 170.
(*d*) Ep. 169.

Digitized by Google

modestia redeunti indulgentiam pollicetur; secus vero, a ministerio remotum esse denuntiat.

Scripsit etiam ipsi Glycerio Basilius, eumque ut amentem et temerarium, ac cum sua stola et canileis virgines non ad Deum, sed ad barathrum dedocentem castigat. Sed tamen paterno animo veniam offert, propterea quod multi ejus causa supplicabant, in primis illius presbyter. Si diutius perstet in impudentia, gradu illum omnino excidisse declarat.

Cum nec Glycerius nec virgines redirent, iterum scribit Basilius Gregorio, cui has moras ascribere videtur; quanquam illum fatetur nequaquam id facere, quod sibi succenseat, aut gratiam ab aliis inire velit. Postulat ergo ut redeant omni metu posito, eorumque sponsor sit Gregorius. Angebatur enim Basilius membra abscindi, quamvis merito abscinderentur. Declarat, si perseverent, aliorum onus fore, se vero extra culpam futurum.

Has autem epistolas ad Gregorium Nazianzenum scriptas diximus; quia sic reperimus in duobus codicibus mss. Et cum verisimillimum sit, si ad Gregorium scriptæ sunt, tunc scriptas fuisse, cum is Nazianzenam Ecclesiam mortuo patre regeret, idcirco hanc historiam anno circiter 374 credimus contigisse. Nazianzenæ enim Ecclesiæ curam gessit Gregorius ab anno 374 ineunte usque ad annum 375 exeuntem. Sed tamen non valde contendam, si quis hæc ad Gregorium Nyssenum referre malit. Nam præterquam quod non certissima est in his rebus codicum mss. auctoritas, nec plures habuimus, quam duos, qui de Gregorio Nazianzeno mentionem faciant; certe illa in recipiendo Glycerio lenitas et indulgentia videtur Nysseno, homini interdum simpliciori, magis convenire, quam Nazianzeno, qui summam semper prudentiam in rebus ad Basilium suum spectantibus declaravit. At Nyssenus sæpe fratrem gravavit officiosis conatibus (*a*). Dum eum reconciliare vult cum patruo, conquerendi locum dedit, quod sibi bellum indiceret. Vehementior exstitit anno 372 Basilii conquestio (*b*), quod Gregorius ob simplicitatem contra se nonnulla moliretur, synodos cogeret Ancyræ, nec ullum sibi insidiandi modum prætermitteret. Hinc illum Basilius (*c*) negotiorum ecclesiasticorum prorsus inexpertum esse judicat.

V. Episcopus quidam, Sophronius nomine, cum Basilio litteras scripsisset, in quibus charitas spirabat, summa ejus animam lætitia perfudit. Itaque gratias ei Basilius (*d*) agit perhonorifice, ac magnum desiderium significat cum tanto viro congrediendi, quem venerandi fratres et compresbyteri Patrum fidei defensorem esse narraverant; sed quominus eum adiret, obstabant negotia ac corporis vetus ægritudo. Insunt huic Basilii epistolæ signa nonnulla, ex quibus scriptam esse conjicias inter eas molestias, quas ei exhibuit, ut supra vidimus, Cappadociæ episcoporum negligentia, et aliorum plurimorum animus ei non amicus, præsertim in Ponto, ita ut nihil esset tam rarum, *quam spiritualis fratris congressus, et verbum pacificum et spiritualis communio.* Scriptam itaque hanc epistolam putamus circa annum 374.

Catholicam fidem sic defendebat Basilius, ut nec infirmis durum se et inexorabilem præberet, nec improbis hæreticis latus apertum obderet. Sed tamen cum de ipso dogmate nihil remitteret, ac veritatis prædicatio in tam illustri sede ac tanta sanctitatis et doctrinæ fama maximi esset ponderis, furorem in se hæreticorum accendit. Nihil propius factum, quam ut illius exsilium a Valente impetrarent anno 373 ineunte. Postea insidiari non destiterunt, ac inimicitiam eo usque perduxerunt, ut curiose inquirerent, num quis ab eo litteras acciperet. Inter has insidias silere statuit Basilius (*e*), atque hoc consilium forte longius produxisset, nisi ei Amphilochius Iconiensis et Eustathius medicus anno 374 exeunte necessitatem fidei palam et aperte defendendæ demonstrassent.

Scripta videtur in hoc mœrore atque hac sollicitudine epistola ad Theodoram canonicam (*f*), quam Basilius eximiis præceptis ad hoc institutum pertinentibus informat. Hanc causam affert, cur tardius scribat, quod metuat ne litteræ suæ in alienas manus incidant, *cum præsertim*, inquit, *ea nunc sit rerum perturbatio in orbe terrarum.* In sequenti epistola (*g*) viduam hortatur, ut divinum judicium noctu diuque cogitet, sed tamen caveat, ne aut animum despondeat, aut de salute diffidat. Sæpe ad eam scribere voluerat Basilius, sed sese cohibuit, ne quid ei crearet periculi, propterea quod inimicos suos sciebat curiose inquirere, num quis ab eo litteras acciperet.

Magnenianus comes sive Magninianus (*h*), ad quem duæ exstant Basilii epistolæ, cum ab eo petiisset, ut de fide aliquid ad se scriberet; laudat ejus pietatem ac fidei studium Basilius, sed negat se adduci posse, ut ejus petitioni annuat. Hunc comitem Neocæsareæ vixisse colligo ex his quæ sequuntur : *Cæterum mihi*, inquit, *videmini erudiri ab hominibus illic nihil agentibus, qui ut me calumnientur nonnulla proferunt; quasi inde seipsos sint commendaturi, si de me turpissima mentiuntur. Illos enim nudat præteritum tempus, et progrediens experientia notiores faciet.* Otii et inertiæ probrum non tam mihi videtur Eustathio et Pneumatomachis quadrare, hominibus semper ad insidiandum excubantibus, quam Atarbio Neocæsariensi episcopo et nonnullis ejusdem Ecclesiæ presbyteris, qui cum somno et vino dediti essent, ut eis exprobrat Basilius (*i*), somnia et visiones proferebant, ut Basilium calum-

(*a*) Ep. 58.
(*b*) Ep. 100.
(*c*) Ep. 215.
(*d*) Ep. 172.
(*e*) Ep. 174.
(*f*) Ep. 175.
(*g*) Ep. 174.
(*h*) Ep. 175.
(*i*) Ep. 210, n. 6.

Digitized by Google

niis figerent. His autem verbis, *Illos enim nudat præteritum tempus*, idem Atarbius videtur designari, cujus invidiæ morbum Basilius non solum ex his quæ contra se egerat, sed etiam ex tota vita perspici declarat in epist. 210, n. 2.

Cum autem Magneniano scriptum aliquod de fide postulanti ita neget Basilius, ut firmum non scribendi consilium præ se ferat, in quo tamen non diu perstitit; jure mihi videor hanc epistolam cum duabus præcedentibus aliquanto ante scriptam existimare, quam Basilius divinitatem Spiritus sancti, hortatu Amphilochii et Eustathii, scriptis defendere hoc anno 374 institueret, ut modo videbimus.

VI. Amphilochium Basilius (*a*) invitavit hoc anno ad diem festum sancti Eupsychii, qui die septimo Septembris celebrari solebat. Rogat autem ut festum tribus antevertat diebus, quo possint inter se otiose colloqui, seque invicem donorum spiritualium communicatione consolari; tum etiam ut memoriam sive ecclesiam Ptochotrophii Amphilochius præsentia sua insignem reddat. Indicat ei Basilius præstitutum huic festo diem, quod argumento est nondum huic celebritati interfuisse Amphilochium, ac proinde epistolam, qua invitatus a Basilio fuit, ad hunc annum pertinere. Nam anno sequenti diem non indicat Basilius, sed tantum hortatur, ut memoriæ sancti Eupsychii meminerit, neque exspectet dum iterum moneatur.

Cum autem ad hoc festum tota vicinia confluereret (accurrebant enim etiam episcopi maritimi antequam a Basilio dissiderent), præclara erat hæreticis occasio insectandi Basilii, si quid insigne tam frequenti conventu ad veritatis defensionem faceret aut dissereret. Jam eum observaverant anno 371 velut in insidiis collocati. Hinc forte anno 375, post festum sancti Eupsychii, consilia Antiochiæ adversus Basilium inita, ut patet ex epistola 213. Idem evenisse anno 373 conjici posset ex epist. 156, n. 3, uno aut altero mense post diem festum scripta, in qua Basilius animam suam ab hæreticis quæri testatur. Sed præcipue hoc anno eorum furor exarsit. Basilio enim *precanti cum populo*, ut legimus in libro *De Spiritu S.*, c. 1, *et utroque modo glorificationem absolventi Deo ac Patri, interdum cum Filio una cum sancto Spiritu, interdum per Filium in sancto Spiritu, quidam ex iis qui aderant, crimen intenderunt, dicentes eum non modo peregrinis ac novis uti vocibus, verum etiam inter se pugnantibus.* Tum Amphilochius, qui proinde intererat, illorum utilitati consulens, vel saltem eorum, qui in ejusmodi homines incidunt, securitati, postulavit a Basilio dilucidam de vi harum syllabarum pertractationem. Inde nata occasio libri de Spiritu sancto scribendi.

Non potest ad aliud tempus referri hoc opus. Nam absolutum erat anno 375 cum Amphilochius ad diem festum venit sancti Eupsychii: idque clare perspicimus ex his verbis epistolæ 231 quæ anno 375 exeunte scripta est: *De Spiritu liber scriptus quidem a nobis est et absolutus, ut ipse nosti. Quominus autem mitterem in charta descriptum, prohibuere qui mecum sunt fratres; cum se a te mandata habere dicerent, ut in membranis describant. Ne quid igitur contra præceptum tuum facere videamur, nunc procrastinavimus; sed paulo post mittemus, si quem idoneum ad perferendum nanciscamur.* Non potuit Amphilochius hoc opus absolutum cognoscere, aut librariis mandare, ut illud in charta describerent, nisi cum Basilium invisit. Non alio autem invisit tempore anno 375, quam die festo sancti Eupsychii. Jam ergo absolutus erat liber *De Spiritu sancto*; et cum illius scribendi occasionem dederit excitatus ab hæreticis præsente Amphilochio tumultus, quærendum nobis est aliud tempus, quo Amphilochius Basilium inviserit; nec aliud occurrit præter diem festum sancti Eupsychii anno 374, ad quem ita invitatus est Amphilochius, ut ei abesse integrum non fuerit. Præterea hæreticos hoc anno 374 in Basilium die festo sancti Eupsychii majorem in modum incensos fuisse perspicimus ex epist. 190, quæ non multo post hunc diem anno 374 scripta est. *Eorum autem, qui tunc a nobis abscissi sunt*, inquit Basilius, *alii quidem ad aulam se contulerunt, alii vero remanent, rumorem inde exspectantes.* Hæc optime consentiunt cum his quæ narrantur in procemio libri *De Spiritu sancto*, ac Amphilochium adfuisse probant hæc verba, *qui tunc a nobis abscissi sunt.*

VII. Nemo nescit quantas strages in Oriente anno 374 concitaverit deprehensum eorum facinus, qui de Valentis successore per sortes inquisierant. *Omnium fere ordinum multitudo, quam recensere est arduum*, inquit Ammianus (*b*), *in plagas calumniarum conjecta, percussorum dexteras fatigavit.* Cum Eusebius quidam, quem Basilius filium appellat, ejusmodi calumniis appetitus fuisset, a quibus nemo tutus esse poterat, Basilius Sophronium et Aburgium rogat, ut illius innocentiam patrocinio suo adjuvent: etsi enim in jure plurimum præsidii positum habeat, tamen periculum esse ne tempus causam illius lædat, et quia multi in atrocissimis sceleribus deprehensi, in eum hæc suspicio redundet.

Videntur ad illud suspiciosissimum ac sævissimum tempus pertinere duæ sequentes epistolæ (*c*). In prima commendat Arinthæo virum longe nobilissimum ac moribus magis spectandum quam genere, qui judicium sustinebat, leve illud quidem et contemnendum, si veritas spectaretur, sed alioqui difficile et molestum ob calumniæ vehementiam. In altera commendatur Sophronio vir nobilis et eruditus, qui

(*a*) Ep. 176.
(*b*) Lib. XXIX, c. 1 et 2.
(*c*) Epist. 179 et 180.

Digitized by Google

in calamitatem inciderat intolerabilem ac negotiis præter meritum implicatus erat.

VIII. Samosatensi Ecclesiæ Basilius eo magis, relegato Eusebio, metuebat, quo magis eam omnibus bonis spiritualibus sub hoc præstantissimo pastore florentem viderat. Piam illius pectoris sollicitudinem plures litteræ testantur. Otreio Melitinensi (*a*), cui exsilium Eusebii non minus quam sibimetipsi molestum esse sciebat, has mutuarum litterarum vices proponit; ut ipse quidem Basilio scribat quæ Samosatis afferentur, ei autem Basilius, quæ ex Thracia. Nam nec Basilio populi Samosatensis constantiam cognoscere, nec Otreio de communis patris rebus edoceri, leve solatium erat. Is autem qui hanc Basilii epistolam ferebat, Otreio narraturus erat quo in statu Eusebium reliquisset et quo animo B ærumnas ferentem.

Supra Gregorius Nazianzenus dicebat Eusebio in epistola paulo post ejus adventum in Thraciam scripta : *Habent alii nostrum fortasse thronum : nos Christum.* Jam tum ergo suspicio erat aliquem in locum sancti Eusebii intrusum fuisse, quod argumento est rem diu non fuisse dilatam ; neque enim his in rebus lenti erant Ariani. Cito eos facinus aggressos esse indicat Theodoretus (*b*), qui sic loquitur : *Cum Ariani post ademptum gregi eximium pastorem, ejus loco alium substituissent, nemo ex incolis civitatis, non pauper, non dives, non servus, non opifex, non agricola, non hortulanus, non vir, non femina, non adolescens, non senex, conventus ecclesiasticos ex more frequentavit. Solus ipse degebat,* C *cum nemo eum videre, nemo alloqui vellet.*

Ad hunc ergo annum referendæ duæ epistolæ (*c*), quas Basilius videtur scripsisse, postquam ad eum de mirifica cleri ac populi constantia allatum est. In prima beatos prædicat presbyteros, quod ad talem certaminis mensuram perducti fuerint, quam quidem precatur ut Dei dono patienter decurrant. In altera senatui Samosatensi gratulatur, quod cum per totum orbem persecutio diffusa sit, ac maximæ Syriæ urbes eadem ac ipsi mala expertæ fuerint, nullibi tamen adeo spectatus sit senatus, ac bonis operibus clarus, ut Samosatensis. Quare parum aberat quin gratias etiam haberet his quæ Deus fieri permiserat, quippe cum quod auro est caminus, id eorum D virtuti calamitas fuerit. Hortatur jam exantlatis laboribus alios deinceps dignos adjiciant, ita ut et redeuntem aliquando pastorem circumstent alii aliud pro Ecclesia gestum narrantes et in magna Domini die parem recte factis mercedem consequantur.

Videtur Eustathius (*d*) Himmeriæ in Osrhoena episcopus, fidei magnus defensor fuisse, et Eusebio exsuli vicariam operam navasse in sustentandis Ecclesiis. Suspicatur enim Basilius eum idcirco ad se raro A scribere, quod cum Ecclesiæ præpositis suis careant, plurimum negotii habeat in circumcursandis Christi ovilibus ac lupis undique arcendis. Rogat tamen Basilius ut ad se scribat, quoties occurret occasio. Satis perspicitur inter episcopos, quorum exsilium negotia exhibebat Eustathio, numerandum in primis esse sanctum Eusebium Samosatensem, qui columen erat Ecclesiarum. Quare hæc epistola non multo post ejus exsilium videtur collocanda.

Non longe ab eodem tempore removenda epistola ad Theodotum Berœæ episcopum (*e*). Nullum enim indicium habet persecutionis, quam deinceps in Ecclesia Berœensi excitatam videbimus. Et cum Basilius in epistolis, quas scripsit anno 375, B tum clero, tum populo ejusdem Ecclesiæ, nullam prorsus mentionem faciat episcopi, id argumento est eum in magno numero confessorum exsulum fuisse. Quare ante illud tempus collocanda hæc epistola.

Cum anno 373 Antipatrum gubernacula Cappadociæ capessentem viderimus, epistola sequens (*f*), quæ ad eum scripta est, anno 373 aut 374 collocari debet. Non sine lepore gratulatur Basilius quod crambe aceto condita sanatus esset, ac ciborum appetentiam reparasset. Epistola 187 non est Basilii, sed breve et festivum ejusdem Antipatri ad superiorem epistolam responsum continet.

CAPUT XXXI.

I. *Scribit sanctus Basilius primam epistolam canonicam.* II. *Circa idem tempus scripta epistola* 189 *ad Eustathium, quam Basilii esse ostenditur.* III. *Respondet Amphilochio de restituendo episcopatu in civitate Isaurorum. Agit in eadem epistola de cujusdam Georgii negotio, ad quod refertur etiam epistola* 192. IV. *De alia epistola quæ falso inscribitur Amphilochio.* V. *Basilium persequitur Ponti vicarius.*

I. Plenus apostolici fervoris Amphilochius, cum Ecclesiam suam moribus ornare et sanctis legibus emendare incœpisset, Basilium consuluit pluribus de rebus ad disciplinam pertinentibus. Libenter ei respondit Basilius (*g*), seque fatetur plurimum utilitatis percipere, quoties Amphilochii litteras accipit, sibique magistram quodammodo fieri respondendi curam : et certe cum de rebus ab Amphilochio propositis nunquam antea sollicitus data opera fuisset, coactum esse illas accurate considerare, et si quid a senioribus didicisset, recordari, atque ex iis quæ didicerat, multa ratiocinando colligere. Tres ejusmodi epistolas canonicas habemus, variis temporibus intra anni non pleni spatium compositas. Prima anno 374 exeunte scripta. Nam secunda, quæ satis longo post primam intervallo missa est, paulo

(*a*) Ep. 181.
(*b*) *Hist. eccles.* lib. IV, c. 15.
(*c*) Ep. 182, 183.
(*d*) Ep. 184.
(*e*) Ep. 185.
(*f*) Ep. 186.
(*g*) Ep. 188.

Digitized by Google

post Pascha anni 375 missa fuit, ut modo videbimus.

II. Anno 374 exeunte scripta videtur epistola 189 ad Eustathium archiatrum. Is artis suæ beneficium corporum morbis non definiebat : quod quidem Basilius non solum consentiente plurimorum fama, sed etiam sua ipsius experientia cum sæpe alias didicerat, tum maxime in summo dolore, quem ei non enarrabilis inimicorum nequitia inurebat. Gravi enim cordis vulnere inflammatum Eustathius infusis consolationis verbis demulsit, et tacere volenti, ac mala silentio perferre, multo satius esse demonstravit veritatem non prodere, sed sycophantas redarguere, ne plures lædantur prosperis mendacii contra veritatem successibus. Ut lupus cum agno ita cum Basilio inimici decertabant, nunc hoc nunc illud incusantes. Tres deos affingebant : fracto et convicto hoc mendacio, in promptu erat Sabellius. Inde pariter dejecti novitatem objiciebant, eo quod unam in tribus personis divinitatem Basilius doceret. Postremam hanc criminationem non inficiatione Basilius refellit, sed demonstrando Spiritum sanctum in omnibus Patri et Filio adjungendum.

Hanc epistolam Tillemontius collocat ad annum 376, et contra Eustathium Sebastenum scriptam existimat. Sed tamen dispar omnino ac discolor videtur iis quæ adversus Eustathium scriptæ sunt : ne verbum quidem ullum de Eustathio ; nihil de illius in fide inconstantia, nihil de violatæ amicitiæ scelere : nihil non consentaneum silentio, quod Basilius per tres annos maximis ab Eustathio provocatus injuriis servavit. Quare non alii hoc loco quærendi adversarii, quam generatim Pneumatomachi : quos Basilius Eustathii monitu impugnare statuit, quamvis interim de privatis Eustathii Sebasteni calumniis taceret. Neque enim a solo Eustathio res molestæ Basilio acciderunt : quantus in eum exstiterit Pneumatomachorum furor, quam inexpiabile cum eis bellum habuerit, perspici potest ex epist. 213, et ex libro *De Spiritu sancto*, n. 13, 25, 34, 52, 60, 69 et 75. Nec mirum, si cum lupo in hac epistola comparantur, qui cum jure vinceretur, dentibus vincebat. Hi in Basilium insurrexerunt hoc anno 374, die festo sancti Eupsychii, eo quod in precibus Spiritum sanctum cum Patre et Filio glorificaret (*a*), ac ita sese ab eo absciderunt, ut eorum alii in aulam proficiscerentur, alii remanerent, rumorem inde exspectantes. Quinetiam per totam hiemem negotia ei facessere non desierunt. Non enim alios designat Basilius in epist. 197, cum occupationes sibi per totam hiemem, tum ex negotiis ecclesiasticis, tum ab iis qui Ecclesiis nocent, exhibitas fuisse testatur. Non ergo Eustathium petit hæc epistola, nisi quatenus cum Pneumatomachis, etsi occulte, conjunctus erat. Huc accedit ipsa dogmatis pertractandi ratio. In probanda enim Filii divinitate, utpote ab adversariis concessa non immoratur Basilius. Sola Spiritus divinitas in controversiam ab impiis hæreticis vocabatur.

Jam vero si adversus Pneumatomachos scripta hæc epistola ; tunc certe scripta est, cum Basilius consilium cepit scribendi de S. Spiritu, quod quidem cepit anno 374, post festum diem S. Eupsychii, ut modo vidimus. Quemadmodum enim in hac epistola declarat Basilius se tacere et mala silentio perferre satius existimasse, sed ab Eustathio ad defensionem veritatis revocatum ; sic etiam in libro *De Spiritu sancto* (n. 78 et 79), testatur se tacere satius duxisse, sed charitate, quæ non quærit quæ sua sunt (*I Cor.* XIII, 5), retractum fuisse. Cum ergo utrumque scriptum, nempe epistolam ad Eustathium, et librum *De Spiritu sancto* voluntas tacendi præcesserit, necesse est ut eodem tempore et epistolam exaratam et consilium de Spiritu sancto scribendi susceptum dicamus. Neque enim Basilium a silentio retraxisset Eustathius, si jam Amphilochii rogatu stylum ad refellendos Pneumatomachos acuisset. Sed uterque in Basilio flectendo operam conjunxit, nec videtur Eustathius, dum Basilium ad scribendum hortatur, una aliqua epistola contentus fuisse, sed magnum aliquod opus ab eo postulasse. Sic enim eum alloquitur Basilius : *Tu vero recte fecisti, quod hortatus es, ut ne veritatem proderem, sed redarguerem sycophantas, ne plures lædantur, prosperos mendacio contra veritatem successus habente.*

Non dissimulandum est hanc epistolam exstare inter opera sancti Gregorii Nysseni, eique attribui, ut illius stylo magis consentaneam, in quodam scholio, quod e ms. codice erutum in Notis apposuimus. Scriptam conjicit Combefisius a Gregorio post mortem Basilii. Sed si Gregorii est, scribi non potuit post mortem Basilii. Signata enim est pluribus persecutionis notis, nec unquam alias videtur major hæreticorum potentia exstitisse. At mortuo Basilio, vel potius statim atque ipse Valens divinæ justitiæ pœnas luit, penitus concidit potestas hæreticorum, nec jam poterant in Catholicos, velut lupi in agnos, desævire. Quare etiamsi tribuenda esset Gregorio hæc epistola, ad hoc ipsum tempus referri deberet, ad quod referendam duximus. Non enim referri potest ad initia episcopatus Gregorii ; siquidem auctorem epistolæ jam diu vexabant hæretici. Neque etiam multo serius hoc anno 374 eam scripsisset Gregorius, qui anno 375 fuga sibi consuluit, seque hæreticorum furori prudenter subduxit. Atque etiam dubito an ejusmodi persecutionem expertus sit sanctus Gregorius Nyssenus, quæ cum hac epistola quadret. Etsi enim veritatem in eo solam oderant hæretici, non eum tamen, ut Basilium, solo veritatis nomine insectati sunt ; sed varias causas finxerunt (*b*), ordinationem non canonicam, pecuniam Ecclesiæ dissipatam. At nihil prorsus reperias, quod non cum Basilii rebus mirifice congruat. Stylus ipse Basilium plane redolet ; nec multos fore ar-

(*a*) Ep. 190.

(*b*) Ep. 225.

Digitized by Google

bitror, qui scholio, quod modo citavimus, assentiantur. Si quos autem moveat aut Dei nomen Spiritui sancto datum, aut opinata quædam cum alio commentarii in Isaiam loco dissimilitudo, his jam occurrimus in Notis.

III. Ad idem tempus referendæ videntur duæ aliæ epistolæ, nempe 190 et 191. Inter alias provincias, vel potius segmenta provinciarum, quæ Iconio adjunctæ novam provinciam composuerunt, civitas Isaurorum cum pluribus aliis ejusdem provinciæ locis attributa fuit. Sed cum hæc loca, itidem ut ipsa civitas, sive ab hostibus, sive ab Arianis vastata, episcopis destituta essent, plurimum negotii et sollicitudinis addiderunt Amphilochio. Consultus ab eo Basilius qua potissimum ratione hæc Ecclesia in pristinum nitorem restituenda esset, accuratissime, ut in re maximi momenti, respondet. Ac utilius quidem fatetur esse, ut in plures episcopos Ecclesiæ administratio dividatur; sed quia nec facile est reperire, qui episcopatu digni sint, nec mediocre damnum imminet ab episcopis tanto ministerio indignis, satius esse putat unum aliquem probatum et spectatum præficere civitati, eique committere singula suo ipsius periculo dispensanda : hunc enim procul dubio, ubi imparem se viderit oneri, adjuncturum sibi operarios ad messem. Quod si ne is quidem facile reperiri possit, auctor est Basilius, ut vel a parvis civitatibus et oppidulis, quæ olim episcopos habuere, initium fiat restituendi episcopatus, ac deinde civitati detur episcopus, ne is, si primus ordinetur, aliorum obstet ordinationi : vel saltem Isaurorum episcopo, qui nonnullos vicinos ordinabat, suus circumscribatur circulus, sicque restituendi episcopatus in aliis locis jus integrum Amphilochio servetur.

In eadem epistola Basilius Philonis de manna sententiam, et Scripturæ de curribus Pharaonis testimonium exponit. Ait etiam se ad Valerium fratrem, ut rogaverat Amphilochius, scripsisse, et a Sympio litteras communionis accepisse. Sed de his et nonnullis aliis modo agemus.

Tempus epistolæ perspici potest ex his verbis (*a*) : *Eorum autem, qui tunc a nobis abscissi sunt, alii quidem ad aulam se contulerunt, alii vero remanent, inde exspectantes rumorem. Potest autem Dominus tum horum spem frustrari, tum illorum reditum irritum reddere.* Loquitur Basilius, ut supra observavimus, de iis quæ contigerant die festo sancti Eupsychii, cum adesset Amphilochius. Quare hanc epistolam immerito rejicit Tillemontius (*b*) post Pascha anni 375. Non enim probabile est aut eos, qui Cæsareæ aut vicinis in locis remanserant, tandiu exspectasse, aut ab iis qui Antiochiam iverant, nullum per hoc tempus nuntium venisse. Uno ergo aut altero mense post diem festum S. Eupsychii collocanda epistola. Venit quidem Amphilochius ad hunc diem festum anno 375. Sed ad hoc tempus referri non debent illæ hæreticorum molitiones, de quibus in hac epistola Basilius. Quæ enim hic de restituendis in Isauria episcopis disserit, ea jam magna ex parte ad exitum perducta fuerant, ante mensem Septembrem anni 375 ordinato Macedonio episcopo, atque, ut verisimile est, pluribus aliis. Non potuit ergo hæc scribi epistola nisi anno 374.

Hanc epistolam non pertinere ad annum 375 confirmatur ex his verbis : *Res Nyssenæ eo in statu sunt, in quo erant a te relictæ, et ope tuarum precum cedunt in melius.* Designat Basilius exhibita Gregorio fratri negotia et illatas ab hæreticis lites. Hæc autem post festum sancti Eupsychii anno 375 non modo non cesserunt in melius, sed etiam hæreticorum furor tunc maxime in Gregorium exarsit, eumque vicarius jussit comprehendi.

In eadem epistola loquitur Basilius de Georgio quodam Amphilochii, ut verisimile est, propinquo; cujus domus cum in magnas difficultates incidisset, auctor erat Amphilochius ut is codicillariæ alicujus dignitatis beneficio ex his rerum angustiis eriperetur. Basilius autem curam domus in Dominum projiciendam putat, eumque daturum intelligentiam, ut hæ molestiæ alio modo vitentur. Quod si Amphilochio secus videatur, rogat eum Basilius, ut commentarium ad se mittat, de qua dignitate oporteat curam impendere, ut eam a potentioribus quibusque amicis aggrediatur exposcere, sive gratis, sive etiam modico pretio, prout Dominus faverit. Non videtur alia de re loqui Basilius in epistola 192 ad Sophronium magistrum officiorum, qui cum duplex beneficium sibi videretur accepisse, et quod Basilii litteras accepisset, et quod occasionem habuisset suæ illi operæ navandæ; sic ei gratias agit Basilius : *Quantam me existimandum est habere gratiam, qui et litteras suavissimæ tuæ vocis legi, et id quod expetebam tam celeriter confectum vidi? Itaque id quod missum est sua sponte pergratum fuit : sed longe libentius hoc ipsum eo nomine suscepi, quod tu rei illius conficiendæ exstiteris dux et auctor.* Hæc mirifice cohærent cum dignitate codicillaria, quam a potentioribus amicis petere statuerat Basilius, si ita videretur Amphilochio. Quare hanc epistolam 192 scriptam putamus anno 374 exeunte.

Sed antequam dimittamus epistolam ad Amphilochium, aliud est quod in ea observatum velimus. Ait enim Basilius sibi Sympium epistolam officii et communionis causa scripsisse; seque ei rescribere et litteras suas Amphilochio mittere, ut diligenter probatas ad Sympium transmitti curet, additis etiam suis ipsius litteris.

IV. Epistola 191, quæ perperam inscribitur Amphilochio, videtur ad illum scripta episcopum, quem Basilius Sympium vocat. Gratias ei agit Basilius quod prior ad se scripserit, nec amici per litteras

(*a*) Ep. 190, n. 2.

(*b*) Cap. 1, p. 5.

Digitized by Google

colloquii inceptor esse erubuerit. Rogat ut unanimes suos in eamdem sententiam adducat, et cum certo constiterit, quibuscum futura sit communio; tum vero locus utrisque commodus et tempus itineri faciendo idoneum designentur; ac firmata inter episcopos concordia et pace non jam alii aliis suspecti singulis urbibus circumscribantur; sed fratres ex unaquaque Ecclesia brevibus tesseris tanquam viatico instructi mittantur et recipiantur. Cum hæc epistola non congruat Amphilochio, cujus communione nunquam caruit Basilius; duplici conjectura inquirit Tillemontius, cuinam hæc inscribenda sit epistola. Harum alteram refellimus in Notis : alteram vero, quæ Symposium Seleuciæ episcopum pro Symplo legendum docet, vehementer probamus. Magna est enim similitudo nominum Sympii et Symposii : vicinus erat Amphilochii Seleuciensis episcopus. Præterea Basilius Isauros numerat inter suos communicatores in epistola 204, num 7. Non tamen videtur Basilius cum episcopis illius provinciæ convenisse : nam hiems appropinquabat, cum hæc scriberet, unde petit tempus itineri faciendo idoneum designari : post hiemem in gravem morbum incidit. Sed cum de fide nihil inter eos disceptandum esset, facile potuit inter absentes concordia firmari, interprete præsertim et sequestro pacificationis Amphilochio.

V. Videtur ad hiemem anni 374 exeuntis aut 375 ineuntis referenda persecutio, quam a vicario Ponti excitatam Gregorius Nazianzenus ita diligenter et accurate narrat (*a*), ut totum hunc locum hic apponere operæ pretium esse ducam. *Is qui nefarium illum Adad*, inquit Gregorius, *adversus Israelem olim excitavit, idem contra hunc quoque Ponticæ provinciæ præfectum excitavit; hoc quidem prætextu, quasi mulierculæ cujusdam causa stomacharetur, sed revera impietatis defensionem suscipiens, ac pietatem oppugnans. Mitto alias omnes contumelias, quibus Basilium vexavit, quod perinde est, ac si Deum dicerem, adversus quem, et cujus causa bellum gerebatur. Quod vero, et eum, qui contumeliam inferebat, maxima ignominia affecit, et pugilem nostrum summopere extulit (si modo magnum quiddam et excelsum existimandum est philosophia, et hujus laude vulgus anteire), id oratione persequar. Mulieri cuidam amplissimo loco natæ, cujus maritus haud pridem extremo vitæ die functus erat, judicis assessor vim afferebat, invitamque ad nuptias pertrahebat. Illa autem, cum nulla ratione hanc vim effugere posset, consilium capit, non majoris audaciæ, quam prudentiæ plenum. Ad sacram etenim mensam confugit, Deumque adversus hanc injuriam propugnatorem sibi adoptat. Quid igitur per Trinitatem ipsam (ut forensi quoque dicendi genere nonnihil inter laudes utar) faciendum fuit, non dico magno Basilio, ac de his rebus aliis leges statuenti, sed alii cuipiam longe illo inferiori, dum tamen sacerdoti? Quid aliud; nisi ut eam assereret, retineret, omni cura tueretur : Dei clementiæ et legi, quæ altaribus honorem haberi jubet, manum porrigeret, omnia denique prius faceret et pateretur, quam ut inhumanius ullum adversus eam consilium iniret, sicque et mensam sacrosanctam, et fidem etiam illam, eum qua supplex erat, contumelia afficeret? Nequaquam, inquit novus judex; sed omnes imperio meo cedere, ac Christianos leges suas prodere oportet. Ille igitur supplicem deposcebat : hic omni vi retinebat. Ille rursum furore concitatur; ac magistratus quosdam mittit, qui sancti viri cubiculum perscrutarentur, ignominiæ causa potius id faciens, quam quod ejusmodi quidquam necesse esset. Quid ais? Domumne illius ab omni libidinis motu liberi, quem angeli complectuntur, quem vel solum intueri feminæ reformidant? Nec eo contentus, ipsum insuper adesse, et causam dicere jubet, neque id placide et humane, sed quasi unum ex iis qui capitis damnati sunt. Atque ipse quidem aderat. Ille autem ira et arrogantia plenus pro tribunali sedebat. Stabat Basilius, quemadmodum Jesus meus Pilato judicante. Cunctabantur porro fulmina, Deique gladius adhuc exacuebatur, et differebatur, arcusque ita contendebatur, ut tamen retineretur, pœnitentiæ videlicet tempus ac locum aperiens. Hoc enim apud Deum in more atque usu positum est. Atque hic mihi, quæso, alterum persecutoris et athletæ certamen specta. Pallium detrahi et lacerari jubebat. At ille : Exuam præterea, si ita lubet, etiam tunicam. Eum, qui carnis expers erat, verberaturum se minabatur, corpus submittebat ungulis laceraturum. At ille : Hujusmodi, inquit, laniatione medicinam hepati afferes, magnopere, ut vides, me prementi. Atque hi quidem in his erant. Civitas autem, simul atque hujusmodi malum ac commune periculum rescivit (periculum enim suum quisque ipsius contumeliam esse existimabat), tota furore corripitur, atque incenditur, ac, velut fumo apum examen movente, certatim omnes cujuslibet generis atque ætatis excitantur et exsurgunt, ac præsertim armorum opifices, imperatoriique textores. Nam hi in ejusmodi rebus ferventiores sunt, atque ob libertatem ac licentiam, qua fruuntur, ad audendum paratiores. Unicuique porro teli loco erat, vel quod ars offerebat, vel quod in re præsenti tumultuarie confecerat. Faces in manibus, saxa, fustes in promptu, unus omnium cursus, unus clamor, communis animorum alacritas; furor, miles vehemens, imo belli dux. Ne mulieres quidem tunc temporis inermes erant, hac nimirum occasione animos earum exacuente (radii autem ipsis hastarum loco erant), imo nec mulieres jam manebant, quippe quas zelus roborasset, atque ad virilem fortitudinem animique magnitudinem traduxisset. Quid multa? pietatem omnes ita demum inter se partituros censebant, si ipsum dividerent ac discerperent : atque is majorem apud eos pietatis laudem habiturus videbatur, qui primus in eum, qui tantum facinus aggres-*

(*a*) Orat. 20.

Digitized by Google

sus esset, manum injecisset. Quid igitur audax ille et insolens judex? Supplex erat, miserabilis, calamitosus, quovis homine dejectior: quoad in conspectum prodiens ille martyr, et sine plagis victor, ac populum pudore correptum per vim retinens, supplicem suum et vexatorem a periculo vindicavit.

Tangit etiam hanc historiam Gregorius Nyssenus (*a*), qui Basilium narrat, cum ei judex quidam minaretur se illius jecur ex visceribus evulsurum, insulsas minas subridendo excipientem dixisse : *Gratiam tibi habebo ob hanc voluntatem; non enim mediocriter me angit in visceribus jecur. Quare si illud ejicias, quemadmodum minatus es, molestia corpus liberabis.*

Judicem illum, qui tam indignis modis Basilium vexavit, uterque Gregorius ὕπαρχον, *præfectum*, appellat. Sed his in locis legendum videtur ἔπαρχον, vicarius enim fuit præfecti in diœcesi Pontica, quam ab eo gubernatam testatur Nazianzenus : et cum judex ab eodem vocetur, comes Ponticæ esse non potuit, ac proinde vices præfecti agebat. Apud eumdem Nazianzenum pro his vocibus πέμπει τινὰς τῶν ἐπ' ἐξουσίας, *quosdam magistratus mittit*, legere malim ὑπ' ἐξουσίας, *mittit aliquos ex ministris suis.*

Matronam, cujus nuptias tam violenter appetebat vicarius præfecti, Vestianam illam fuisse opinatur Baronius (*b*), de qua in *Vita S. Macrinæ* Gregorius Nyssenus loquitur. Sed in hac expendenda conjectura, quæ nulla nititur ratione, non immorabor. Illud ad statuendum difficilius, quinam ille fuerit vicarius, et quo hæc acta tempore.

Narrata Valentis Cæsareæ commorantis persecutione, sic ad istam transit Gregorius, ut eam non obscure demonstret alio evenisse tempore. *At enim*, inquit (*c*), *hujusmodi quidem fortasse ea, quæ cum illis egit, fuerunt, eumque finem habuerunt, cæterum cum aliis alio modo se gessit, aut parvis de rebus, aut parum egregie dimicavit, aut non ita sapienter disseruit, nec ut hominum commemorationem, aut certe insignem laudem mereretur?*

Multa sane ex iis, quæ narrantur a Gregorio, optime conveniunt in impium illum Ponticæ vicarium, Demosthenem, qui in Cappadocia et finitimis provinciis grassatus est anno 375 et 376. Is cum sui in Basilium odii plurimas significationes dederit, seque acerrimum hæresis defensorem præbuerit, non immerito idem videri posset, ac ille vicarius, quem narrat Gregorius Basilio multas alias contumelias fecisse, et in speciem quidem mulierculæ causa exanduisse, sed revera hæresis defensionem ac pietatis oppugnationem sibi proposuisse. Huic favet opinioni quod ait hic bellum mundanum desiisse, et felicem Deo favente exitum habuisse, id est, hoc certamen cum vicario omnium postremum fuisse.

(*d*) Sed cum Nicetas, cujus hac in re non spernenda auctoritas, vicarium illum, de quo Gregorius loquitur, Eusebium Dominicæ imperatricis avunculum fuisse testetur, nobis integrum non est hanc historiam in Demosthenis nomen conferre. Non enim probabile est id Nicetam de suo finxisse; sed potius verisimillimum est, ut observat Tillemontius, hanc eum notationem ex aliquo exemplari vetusto eruisse, in quo nomen Eusebii ad marginem ascriptum erat.

Cum autem hæc persecutio neque ad annum 372, neque ad 375 referri possit, videtur intra illud tempus collocanda, quod inter utramque persecutionem effluxit. Nam post Demosthenis persecutionem, nihil nobis suppeditat historia Basilii, quod cum hoc eventu quadrare possit. At hiems hujus anni 374 exeuntis mirifice congruit. Jam enim vidimus nefarias hæreticorum molitiones, quorum alii post festum S. Eupsychii in aulam cucurrerunt, alii remanserunt rumorem exspectantes. Præterea Basilius initio epistolæ 200 testatur sibi *negotia ab iis qui Ecclesiis nocent exhibita per totam hiemem fuisse.* Similiter initio epistolæ 203 commemorat sua *cum iis, qui doctrinam veritatis impugnant, certamina.* Non incommode ergo in hac hieme Basilium cum Eusebio vicario narratam a Gregorio pugnam et multas alias sustinuisse existimamus.

Non magni refert, quod Gregorius hoc bellum omnium postremum fuisse dicit. Loquitur enim Gregorius de ejusmodi pugnis, in quibus Basilius in judicium vocatus, veritatem pro tribunali acriter defendit : quod quidem ei in Demosthenis persecutione non videtur contigisse. Huc accedit quod Gregorius, dum ait, *Hic bellum mundanum desiit*, non eum rerum ordinem sequitur, quem temporum series postulabat, sed quem sibi ipse in adornanda oratione præscripserat. Hinc bellum episcopale ibidem a dissensione cum Anthimo incepisse dicit; quamvis constet Basilium in ipso episcopatus primordio plures Cappadociæ episcopos schismate a se disjunctos habuisse.

CAPUT XXXII.

I. *Gravissimus Basilii morbus ante Pascha anni* 375. *Quatuor litteræ ad hunc morbum pertinent.* II. *Ac curata historia translationis sancti Dionysii ex epistola sancti Basilii ad sanctum Ambrosium.* III. *De epistola* 198 *ad S. Eusebium.* IV. *Epistola canonica secunda et epistola* 200 *ad S. Amphilochium. Paulo post epistola* 201 *ad eumdem scripta.* V. *Concilium Amphilochii de restituendis episcopatibus, ad quod vocatur Basilius.*

I. (*e*) Longior solito fuit hiems anni 375 in Cappadocia, ac viæ omnes usque ad Pascha interclusæ fuerunt. Basilium per totum hoc tempus occupationes negotiorum exteriorum, et, ut jam diximus (*f*),

(*a*) *In Basil.* pag. 485.
(*b*) Ad an. 370.
(*c*) Or. 20.
(*d*) Not. *in Naz.* pag. 781.
(*e*) Ep. 198.
(*f*) Ep. 203.

Digitized by Google

prælia cum veritatis hostibus detinuerunt. (*a*) Continuæ etiam ac vehementes febres illius corpus adeo consumpserunt, ut visum sit aliquid ipso tenuius, ipse nempe Basilius. Præterea quartanarum accessus ultra viginti vices perstiterunt. Febribus liberatus, ita debilis erat, ut nihil ab aranea differre videretur. Itaque cum eum Meletius medicus in suam solitudinem invitasset, non potuit hoc iter suscipere, quemlibet auræ impulsum reformidans, sed iturum se verno tempore promisit, modo eum Deus magna sua manu sanaret.

Incidit in hunc morbum ante Pascha; siquidem liber a febribus vernum tempus exspectabat. Quod si in epist. 198 febrium acerbitatem commemorat, vel de præteritis febribus id intelligendum est, vel de morbo recrudescente. Recruduit enim morbus: unde ait in epistola 200 : *Morbi me ex morbis excipiunt.*

Morbum suum eodem modo indicat in epistola ad Zoilum, quæ proinde ad idem tempus referenda. Eruditus ille vir ac disertus, cum sic ad Basilium scripsisset, ut velut in audaciore quodam facto veniam peteret, hortatur eum Basilius, ut ad omnem occasionem scribat; libenter enim lecturum se viri eloquentis litteras, et cum a Scriptura didicerit quantum sit charitatis bonum, suavissimum sibi fore hominis amantis colloquium. Ejusdem morbi notæ observantur tum in epistola ad Euphronium Coloniæ episcopum, in qua dicit videri se adhuc in terra versari, tum in alia ad Aburgium, quem optat, ut aliquando in patria videre possit, dum in terris versatur, atque aerem ducit; in hoc enim tantum participem se esse vitæ, quod respiret.

Cum Colonia, cui præerat Euphronius, a viis publicis distaret, Basilius raro ad eum scribebat, quamvis sæpe ad alios Armeniæ episcopos scriberet, quia neminem futurum sperabat, qui litteras suas Coloniam perferret. Sed cum tunc haberetur concilium aliquod in Armenia, quod quidem paulo post Pascha videtur contigisse; Basilius aut ipsum Euphronium sperans adfuturum, aut saltem episcopos quibus scribebat, operam daturos ut sua perferretur epistola, hanc illius salutandi occasionem non prætermisit. Epistola illa ad episcopos Armeniæ scripta, in magno numero est earum, quas amisimus.

II. De translatione corporis sancti Dionysii Mediolanensis variæ feruntur historiæ, in quibus dijudicandis recentiores scriptores sudaverunt. Ex quibusdam Actis apud Mombritium sanctus Dionysius obiisse dicitur in Armenia, in quadam urbe, quam alii Arreicium, alii Ariaratiam, alii aliis appellant nominibus. Hujus urbis episcopus Aurelius, prout Dionysius moriens rogaverat, illius corpus Mediolanum ad Ambrosium episcopum retulit; ibique post tres annos ipso sancti Dionysii anniversario die mortuus, prope eumdem a sancto Ambrosio sepultus dicitur. Simplicius multo ac verius Usuardus et Ado S. Dionysium in Cappadocia mortuum esse tradunt, ejusque corpus Ambrosio Basilium reddidisse. Utris monumentis fides adhibenda sit, ambigere vetat epistola Basilii ad Ambrosium, quam in aliis codicibus mss. et editis insigni parte truncatam, in vetustissimo codice Harlæano integram percommode reperimus.

(*b*) Ambrosius inter primas episcopatus sui sollicitudines id curæ habuit, ut corpus beati Dionysii, qui in Cappadocia obierat, Mediolanum reduceret. Misit ergo e clero suo selectos viros cum litteris ad Basilium, quem rogabat ut sibi in hoc consilio adjutor esset. Mediolanenses clerici laudem toti clero Mediolanensi conciliarunt morum suorum gravitate : et cum adhuc sæviret hiems in Cappadocia, libenter hoc incommodum pertulerunt, ut mandata episcopi sui adimplerent. Sed difficillimum fuit fidelibus illius loci, ubi sepultus erat S. Dionysius, persuadere, ut patrem et patronum suum cederent, cui martyris honores deferebant, quemque præsidium urbis suæ esse ducebant. Sed tamen eos flexit clericorum Mediolanensium animi firmitas. In quo quidem perutilem eis operam navavit Therasius presbyter Cæsariensis, quem Basilius eis socium adjunxerat. Is labore itineris sponte suscepto vehementiorem fidelium loci illius impetum compressit : et cum reluctantes oratione sua flexisset, coram presbyteris, diaconis, multisque aliis Deum timentibus sublatas cum debita reverentia reliquias Mediolanensibus servavit, quas qui antea custodiebant, non sine lacrymis prosecuti sunt, sed tamen aliorum gaudium suæ consolationi prætulerunt.

Sic rebus ex sententia confectis Ambrosio rescripsit Basilius, se inter magna Dei dona numerare, quod eum cognoverit, et interni hominis pulchritudinem ex litteris perspexerit. Deum glorificat, qui eum e judicibus terræ ad cathedram apostolorum mirabiliter transtulit. Hortatur ut bonum certamen certet, et patrum renovet vestigia et sæpe ad se scribat. Narrat quomodo corpus beati Dionysii impetratum fuerit a fidelibus illius loci, in quo requiescebat. Declarat nullum esse ambigendi locum : hunc illum esse invictum athletam : hæc ossa quæ cum beata anima dimicaverunt : unam arcam fuisse quæ venerandum illud corpus excepit; neminem prope ipsum jacuisse, insigne sepulcrum fuisse; Christianos qui illum hospitio exceperant, et tunc manibus suis deposuisse et nunc extulisse; honorem martyris ei delatum fuisse.

Non una est causa, cur hanc epistolam hoc anno circa Pascha scriptam existimem. 1° S. Ambrosium Basilius, ut recens electum, hortatur ad patrum sequenda vestigia, eumque laudat, ut spe et exspectatione magis, quam rebus pro Ecclesia fortiter gestis insignem. 2° Illius etiam clericos laudat, quod hiemem imperviam non reformidaverint, dummodo

(*a*) Ep. 195.

(*b*) Ep. 197.

Digitized by Google

episcopi sui mandata facesserent. Id autem nulli anno melius congruit, quam huic 375, quo omnes Cappadociæ viæ usque ad Pascha interclusæ fuerunt, ut legimus in epistola sequenti. 3° Sanctus Ambrosius sic de Dionysio loquitur in epistola ad Vercellenses : *Beatus Dionysius*, inquit, *exegit vobis ut in exsilio vitam poneret, ne regressus confusa institutis et usu infidelium studia plebis aut cleri inveniret : meruitque hanc gratiam, ut pacem Domini tranquillo affectu secum referret.* Sic ergo conjunctus Dionysii reditus cum Ambrosii ordinatione, quæ pacem restituit, ut ipse Dionysius pacem retulisse videretur. Ex his colligimus Ambrosium episcopatus sui primordia sancti Dionysii reditu illustrasse.

III. Paulo ante Pascha scripsit sanctus Eusebius ad Basilium, et cum eo jurgavit, quod ad se non scriberet, ac si desint occasiones, non aliquem e suis clericis mitteret. Jam antea aliam ejusdem Eusebii epistolam officiales detulerant. Revera non multas Eusebio scripserat epistolas Basilius, quia nactus non erat, qui ad eum proficiscerentur, sed tamen plus quatuor scripserat, simulque litteras ad se post priorem Eusebii epistolam Samosatis allatas, Leontio peræquatori Nicææ miserat, ut illius opera darentur Sophronii domus procuratori, easque ille ad Eusebium perferendas curaret. Unde suspicatur Basilius (*a*) alicujus eorum, quibus hæ litteræ traduntur, aut negotiis aut segnitie fieri ut non reddantur. Cur autem aliquem ex clericis non miserit, excusat acerbissimam hiemem, quæ omnes vias usque ad Pascha intercluserat; tum etiam clericorum suorum alienum a peregrinationibus animum, eo quod ex sedentariis artibus victum comparent. Unde etiam rure coactus fuerat accersere, qui hanc epistolam perferret. Eusebium lectorem diu apud se retinuerat Basilius, aerem temperatum exspectans : tandem dimisit, non sine metu, ne iter infirmæ valetudini noceret. Nonnulla in Oriente novata fuerant, sed cum ea fratres Eusebio narraturos sciret, scribendis supersedit. Ita morbo debilitatum se esse dicit, ut se ærumnosæ hujus vitæ tempus exegisse crederet. Quid autem in Oriente novi evenerit, non facile est assequi. Forte loquitur Basilius de Ecclesiæ Antiochenæ perturbatione, quæ paulo ante hujus epistolæ tempus tanta exstitit, ut presbyteri nonnulli jurare coacti sint nunquam se publice Antiochiæ sacerdotio functuros. Vid. epist. 199, can. 17. Forte etiam Basilii verba de rebus Samosatensibus accipi debent. Nam Eunomius, qui in locum sancti Eusebii intrusus fuerat, non diu videtur hac in urbe mansisse. Cum enim invisum se omnibus esse animadvertisset, libenter abscessit : at ejus loco Lucium Ariani hominem longe deteriorem ordinaverunt.

IV. Missæ etiam Amphilochio paulo post Pascha epistola canonica secunda et sequens epistola 200. Nam in epistola canonica excusat morbum et ministrorum penuriam, cur non scriptum illud citius miserit, cum jamdudum propositis ab Amphilochio quæstionibus respondisset. In epistola autem 200 morbos et occupationes negotiorum exteriorum et certamina cum hæreticis causatur, quibus se per totam hiemem usque ad hujus epistolæ tempus dicit detentum fuisse. Missa ergo simul utraque epistola, siquidem utrique moram eædem causæ attulerunt.

Frustra Tillemontius existimat canonicam primam simul cum secunda missam fuisse. Nam in secunda non solum multæ quæstiones solvuntur de quibus prima nihil habuerat, velut de raptoribus (*b*), de presbytero nuptiis illicitis implicato (*c*), de absurdis votis (*d*) et aliis ejusmodi; sed etiam multa, quæ in prima statuta fuerant, clarius et uberius explanantur in secunda, ut de lapsis virginibus (*e*), de baptismo hæreticorum (*f*) et pluribus aliis. Ex quibus patet Amphilochium, lecta priore epistola canonica, novas quæstiones Basilio proposuisse, et de præteritis, quid dubium aut obscurum sibi videretur significasse. Id præcipue observari potest in canone 47 de baptismo hæreticorum, ubi Basilius idem de Encratitis, Saccophoris et Apotactitis ferendum esse judicium negat, ac de Novatianis : non aliam sane ob causam, nisi quia Amphilochius significaverat discrimen inter has sectas sibi minus probari. Unde Basilius : *Quod si apud vos*, inquit, *prohibita est rebaptizatio sicut apud Romanos, nostra tamen ratio vim obtineat.* Decepit Tillemontium hoc epistolæ secundæ canonicæ proœmium : *Cum pridem ad propositas nobis a tua pietate quæstiones respondissem, non misi scriptum, partim quidem longo et periculoso morbo detentus, partim vero propter penuriam ministrorum.* Hæc vir doctus de primis canonibus dicta existimavit, quamvis de secunda epistola canonica dicta sint, cui jam absolutæ Basilius, ut scriptoribus non insolitum est, præfationem apponebat. Hæc enim secunda epistola canonica simul cum ducentesima epistola missa est per Meletium, qui proficiscens monuerat Basilium copiam esse salutandi Amphilochii. In exordio utriusque epistolæ easdem affert rationes, cur tandiu siluerit. At duæ illæ epistolæ simul mitti non potuerunt, quin canonica multo ante absoluta fuerit. Cum enim inutile fuisset duas simul ad eumdem epistolas scribere, tum vero improbabile est Basilium unius aut alterius diei spatio triginta et amplius canones condidisse, cum præsertim declaret in proœmio canonicæ primæ, coactum se fuisse diligenter attendere, et si quid a senioribus audiisset, recordari, et cognata iis quæ didicerat, per se ipse ratiocinari. Non verisimile est Basilium in se-

(*a*) Ep. 198.
(*b*) Can. 30.
(*c*) Can. 27.
(*d*) Can. 8.
(*e*) Can. 18
(*f*) Can. 97

Digitized by Google

cunda canonica epistola adornanda segniorem fuisse. Jamdudum ergo conditi canones ante oblatam facultatem Meletii, ac præfatio post absolutum opus addita. Similiter duabus aliis epistolis canonicis præfatio, postquam absolutæ fuerunt, apposita fuit. Nam cum ait Basilius in primæ procemio, prudentiorem factum se esse, et multa quæ ignorabat didicisse, ac coactum fuisse diligenter attendere, et si quid audierat a senioribus, recordari, et cognata iis quæ audierat, per se ipse ratiocinari; cum, inquam, hæc dicit, manifeste declarat se hujus operis labore defunctum esse. Tertiæ epistolæ præfationem scripsit Basilius, cum redeunti ex Pontico itinere allatæ sunt litteræ Amphilochii, quibus nulla interposita mora respondit; ac proinde spatium non habuisset condendorum canonum, nisi antea absoluti fuissent.

Narrat Basilius (*a*) in epistola canonica secunda, consultum se fuisse a presbyteris Antiochenis, qui coram infideli viro coacti fuerant jurare nunquam se Antiochiæ sacerdotio perfuncturos; seque auctorem eis fuisse, ut a publicis quidem conventibus abstinerent, privatim autem munia obirent presbyterorum. Cum autem unus ex illis, Bianor nomine, Iconii, Antiochia relicta, domicilium suum constituisset, censet Basilius eum hac lege non teneri, et publice sacerdotio perfungi posse; modo tamen pœnitentiam agat ob facilem et promptum ad jusjurandum animum.

Meletius, qui has litteras detulit, milites recens collectos deducebat. Gratissima fuit Basilio scribendi ad Amphilochium occasio: hunc rogat, ut invisat Ecclesiam Cæsariensem, postquam res Lycaoniæ composuerit, eamque, sive se vivo, sive mortuo, ut propriam curet. Commendat ei Meletium, monetque ut diei festo sancti Eupsychii non desit, neque exspectet, dum iterum moneatur, imo ipsum diem antevertat, ut se exhilaret.

Cum hæc scriberet Basilius, Amphilochium putabat optima uti valetudine. Sed paulo post scripsit Amphilochius se in morbum incidisse. Permolestum id fuit Basilio, qui Amphilochii videndi magno tenebatur desiderio, ejusque consilio ad multa uti volebat. Sed (*b*) ei veniam dat et petit vicissim, cum utrumque eædem causæ detinuerint, morbus Amphilochium, Basilium vetus ægritudo quæ nondum abscesserat.

V. Postquam e morbo convaluit Amphilochius, curam et sollicitudinem in re magni momenti constituenda insumpsit. Inter alia provinciarum segmenta, quæ attributa Iconio fuerant, insignis erat civitas Isaurus, quæ provinciæ Isauriæ nomen dederat, et inde cum multis aliis oppidis avulsa, Lycaoniæ adjuncta est. Destituta autem episcopis erant tum magna illa civitas, tum alia oppida, sive ab hæreticis, sive ab hostibus vastata; Basilium consuluerat anno proxime elapso Amphilochius, qua potissimum via remedium huic malo ferendum esset; sed hoc anno rem minime protrahendam ratus cum episcopis deliberare statuit, ac Basilium ad concilium suum advocavit. Præter desiderium videndi Amphilochii, tam eximia conveniendi causa Basilium (*c*) exacuebat. Sed eum moveri non sinebant morbi reliquiæ. Nuper enim curru ad martyres usque vectus, pene in eumdem statum relapsus fuerat. Rogat itaque ut res, si fieri possit, in paucos dies differatur, seque adfuturum promittit. Sin autem urgent negotia, hortatur ut peragant quæ in manibus sunt, seque tanquam præsentem eorum, quæ præclare gerentur, participem numerent.

Non dubium est quin exspectatus fuerit Basilii adventus. Nam se in Pisidiam venisse testatur (*d*), ut cum episcopis illius regionis ea, quæ ad fratres Isauriæ spectant, componeret. Cum autem huic de restituendis episcopatibus deliberationi multæ inessent difficultates, videtur ea vicisse sententia, quam anno superiore proposuerat Basilius, ut magnæ civitati primum episcopus daretur; suoque illi circulo circumscripto, quia vicinos nonnullos ordinabat, deinceps penes Amphilochium jus esset et arbitrium episcoporum in aliis civitatibus constituendorum. Id colligimus ex initio epistolæ 217, quæ est canonica tertia, ubi Basilius auctor est, ut aliquis ex neophytis ordinetur episcopus, sive Macedonio ita videatur, sive non. Erat ergo Macedonius magnæ civitatis episcopus, ac metuebat Basilius ne is jurisdictionem suam episcoporum in aliis civitatibus ordinatione coerceri moleste ferret. Sed hujus rei interpellandæ ablatum ei jus fuerat consilio Basilii, qui suum illi circulum voluerat circumscribi. Macedonius non diu Isaurum rexit: nam hujus civitatis episcopus Hilarius in concilio Constantinopolitano et in Testamento sancti Gregorii Nazianzeni vocatur.

CAPUT XXXIII.

I. *Dazimonem perturbat Eustathius et multos abstrahit a communione Basilii, qui ad eos scribit.* II. *Scribit etiam ad Neocæsarienses.* III. *Iterum mittit in Pontum et agit de congressu cum episcopis.* IV. *Neocæsariensibus nihil respondentibus iterum scribit. Duæ aliæ eadem de re ad amicos litteræ.* V. *Post festum sancti Eupsychii in Pontum proficiscitur. Eo veniente ad fratris ædes, turbatur Neocæsarea. Scribit ad eos et ad Olympium.* VI. *Basilio redeunti nuntiatur quid contra ipsum hæretici, quid contra Meletium Paulini sectatores moliantur. Plures his de rebus litteræ.* VII. *De epistola canonica tertia, et epistola 218 quæ simul missa est.* VIII. *Litteræ ad Samosatenses, ad Beræenses et Chalcidenses per Acacium missæ.*

I. Præter famosos libellos, quibus Basilii famam Eustathius laceraverat, occultis etiam illum machinationibus lædere conabatur. Nam (*e*) Dazimonem, quæ regio est Ponti secus Iridem sita, perturbave-

(*a*) Can. 17.
(*b*) Epist. 201.
(*c*) Ep. 202.
(*d*) Ep. 216.
(*e*) Ep. 216.

Digitized by Google

rat, ac multos in Ponto episcopos a communione Basilii abstraxerat. Hæc autem illum astu molitum esse, non palam et aperte ut in famosis libellis, inde perspicitur, quod, cum ei Basilius motuum Ponti conceptis verbis causam in epist. 216 ascribat, in epistola 203 postulet ut auctor calumniarum e latebris in apertam lucem prodeat. Basilius (*a*) dudum avebat cum episcopis Ponti congredi : at eum detinuerunt causæ eædem, quas supra recensuimus, morbi, sollicitudines Ecclesiarum, et pugnæ cum hæreticis. Sed paulo post reditum ex Pisidia epistolam (*b*) scripsit ad episcopos maritimos, eos præsertim qui Dazimonem incolebant. Permolestum erat Basilio (*c*), quod eorum charitas jamdudum sibi deesset, nec ulla ab eis epistola, nulli clerici venirent, quamvis rerum Cappadociæ status ad hæc officia frequenter exhibenda eos hortari debuisset. Nam excitatos ab hæreticis fluctus Cappadoces excipiebant, iis qui retro erant in tranquillo degentibus. Forte hæc ipsa causa eorum studia retardabat. Metuebat enim Basilius ne, quia eos tuebatur locorum situs, aliorum auxilio et communione viderentur sibi non indigere, et idcirco vulnera, quæ eorum animis calumniæ fecerant, difficilius sanarentur. Dolorem suum corde jamdudum premebat ; pudebat enim querelas suas apud remotos communicatores deferre. Sed tamen ea de re (*d*) cum omnibus Cappadociæ episcopis communicavit, qui ei auctores fuere ut ad maritimos episcopos scriberet, ac epistolam Petro presbytero, ipsius, ut verisimile est, fratri, viro ad ea, quæ deerant epistolæ, explenda i doneo committeret.

Scripsit itaque ad eos epistolam ducentesimam tertiam, quæ omnibus charitatis et humilitatis notis insignis est. Proponit viam perfacilem et expeditam ad cognoscendam veritatem. Profitetur paratum se esse coram eis illata sibi crimina diluere, modo adversa fronte prodeant qui injuriam faciunt, ut is qui conviciatur, non jam sit diabolus seu calumniator, sed accusator, imo neque accusator, sed frater admonens in charitate et ad emendationem arguens ; ipsi vero non conviciorum auditores sint, sed argumentorum judices : *neque nos*, inquit, *incurati relinquamur, nostro nobis non indicato delicto*. Sive igitur in Cappadociam venire velint, et ipsius peccata scrutari, utrum talia sint qualia audierunt ; pollicetur se eos supinis manibus excepturum. Sive locum aliquem in Ponto designare malaerint, libenter se eo venturum, ut probandum se et examinandum exhibeat.

De auctore calumniarum sic loquitur Basilius, quasi eum non nosset, aut unum aliquem ex Ponti episcopis esse suspicaretur. Postulat enim ut aperta fronte prodeat (n. 4), nec jam calumniator sit, sed accusator, imo nec accusator, sed frater admonens in charitate. Non puto eum de Eustathio sic locuturum fuisse, si ab eo hæc omnia orta esse deprehendisset. Forte ergo id non deprehendit, nisi ex congressu cum episcopis Ponti. Certe post hunc congressum rem perspectam et exploratam habuit. Sic enim loquitur in epistola 216 : *Atque inde nos in Pontum excepit peregrinatio, cum Dazimonem satis perturbasset Eustathius, multosque illic adduxisset, ut se ab Ecclesia nostra abscinderent.* Manifesta est hujus testimonii necessitudo cum epistola hac ducentesima tertia. Quod enim iter suscepisse se dicit in epistola 216, id in epistola 203 susceptum se promittit, si locum designare velint Ponti episcopi. Locus ex utraque parte designatus rem confirmat. Nam ut Basilii commodo consulerent Ponti episcopi, ut modo videbimus, constituerunt cum eo congredi, ubi is parœciam suam visitans ad fines Comanicos venisset. Erat autem Dazimon infra Comanam.

Scripta videtur epistola 203 post reditum ex Pisidia. Nam cum Petrus optata responsa retulisset, Basilius iterum Meletium presbyterum misit, ac episcopos ob corporis infirmitatem rogavit, ut tunc congressus fieret, cum ipse in fines Comanicos, parœciam suam visitando, pervenisset. Non ergo aliud iter meditabatur, cum hæc scriberet, ac itineri Pontico, cujus suscipiendi gravissimæ suberant causæ, moras afferret infirma valetudo.

II. Multo graviores Basilio molestiæ acciderunt a Neocæsariensibus, quam ab aliis Ponti civitatibus. Erant Basilio cum hac urbe magnæ necessitudines. Patriam suam, ut supra (*e*) vidimus, Pontum appellat, quia puerilem institutionem prope Neocæsaream acceperat ab avia Macrina, quæ (*f*) Gregorium ejusque successores magistros ac patres habuerat. Basilium Athenis reducem cum missi ex magistratibus legati (*g*), tum postea tota civitas circumfusa maximis honoribus allicere conata fuerat, ut juventutis erudiendæ provinciam susciperet. Præterea (*h*) summa semper exstiterat inter utramque Ecclesiam, Cæsariensem et Neocæsariensem, animorum conjunctio : utriusque clerus ac populus sæpe diebus festis obeundis permiscebatur : ipsi pastores ita inter se diligebant, ut alterum uterque instar magistri ac ducis haberet Videtur summa illa charitas aliquantum refrixisse sub Musonio. Quanquam is, etsi suam Basilio operam in concilianda Ecclesiarum pace non navabat, nunquam tamen eam ad debellandos hæreticos denegaverat : ejusque morte afflictos Neocæsarienses disertissima epistola consolatus est Basilius (*i*). Sed jam tum metuebat ne quis ex hominibus sibi

(*a*) Epist. 203, n. 1.
(*b*) Ep. 203.
(*c*) Ep. 216.
(*d*) Ep. 203, n. 4.
(*e*) Cap. 1.
(*f*) Ep. 204, n. 6.
(*g*) Epist. 210, n. 2.
(*h*) Epist. 204, n. 7.
(*i*) Ep. 28.

Digitized by Google

non amicis in hanc sedem evehieretur : denuntiat enim Neocæsariensibus suam cum illis conjunctionem, prout sibi episcopum eligent, aut arctius constrictum iri, aut penitus relaxatum.

Usu evenit quod Basilius metuebat : neque a Neocæsariensibus, ex quo novum episcopum habuere, ullas amoris et communionis significationes accepit. Unde queritur (*a*), quod eorum iracundia totam hominis ætatem perduret : causam ubique in episcopum rejicit : expostulat (*b*) cum Neocæsariensibus, quod belli sibi illati ducem omnes ad unum sequantur. Tempestatem ab iis qui ad clavum sedent excitari ait (*c*). Supra episcopum Neocæsariensem probavimus esse Atarbium illum, qui cum Basilium gravissimis maledictis in media ecclesia lacerasse, et errori Sabelliano affine aliquid prædicasse diceretur, accersitus a Basilio, non modo non paruit, sed etiam Basilii vitam et doctrinam insectari, fanda et infanda in eum concionari perrexit, atque (*d*) etiam mercede conduxit, qui somnia illius famæ injuriosa, cœlitus sibi oblata esse fingerent (*e*). Scripta Basilii, ut profanam sapientiam redolentia, exagitabat : ac criminandi ansam ex illius cum Eustathio communione videtur arripuisse. Causam (*f*) inexpiabilis odii prætexebat nonnulla Cæsariensis Ecclesiæ instituta, velut psallendi ritum, et virorum ac virginum monasteria, quæ nec Ecclesiæ Neocæsariensi nota erant, nec Gregorii tempore fuerant usitata. Quinetiam (*g*) impudens illud os de virginibus Basilii nonnulla licenter effutiebat, quæ antea ne Satanas quidem mendacii pater proferre ausus fuerat.

Veras odii causas Basilius (*h*) duas potissimum refert, invidiam cæco igne carpentem, et metum ne a Basilio Sabelliani erroris argueretur. Invidia non in solum Basilium eruperat : sed hoc morbo tota hominis vita laborabat. Impietatis autem sibi conscius Basilii congressum caute fugiebat. Vix enim negare potuisset, cum testes illius sermonum essent non pauci. Auditum erat ex eo, cum diceret (n. 3) nomen adversarii traditum esse, Unigeniti vero nequaquam. Hæc Basilio pudorem incutiebant, quia consanguineus illius erat impietatis auctor. Cum autem esset ille vir indoctissimus, ut Basilius (*i*) non obscure indicat, ac impiis suis cavillationibus ne verisimilitudinis quidem colorem illinere valeret (*j*), errores suos inepto cuidam scripto mandaverat, quod ad Meletium missum, et retrorsum a sancto viro, ut par erat, rejectum, ipse in tenebris, velut matres quæ monstra pepererunt, alebat. Periclitatus etiam fuerat in quadam epistola Anthimum Tyanensem, proposito quodam Gregorii Neocæsariensis testimonio.

Basilius, qui se dedecorari non putabat, si maximis lacessitus injuriis, supplex ultro veniret, et cum hominibus arrogantibus demisse se gereret, scripsit ad presbyteros Neocæsarienses, ac per eos ad totam civitatem epist. 204. Queritur quod cum tot ac tantas cum eis habeat necessitudinis causas, tandiu invisus eis sit, ac utramque aurem calumniatoribus præbeant. Humiliter fatetur se multa peccare ; sed rogat, ut si vita sua in crimen vocetur, coram episcopis, aut coram spectatissimis ex cujusque Ecclesiæ clero res dijudicetur. Quod si fides sua suscepta sit, postulat ut scriptum proferatur, et ut par est examinetur. Ac ne videretur examen subterfugere, sua scripta eorum judicio permittit. Scripta videtur hæc epistola circa idem tempus ac ducentesima tertia. Verisimile est enim Basilium, cum Ponti episcoporum benevolentiam recolligere conaretur, non neglexisse similia vel potius longe graviora in Neocæsariensium animis vulnera. Sed cum diversæ essent in utrisque offensionis causæ, diversis opus fuit litteris.

III. Basilii epistola ad Ponti episcopos, cui non parum addebat ponderis Petri presbyteri prudentia, sic animos permovit, ut parati ad deponendam offensionem viderentur. Quare Basilius iterum misit cum litteris Meletium presbyterum ad Elpidium, unum ex episcopis Ponti, sed forte non ex eorum numero, qui ab Ecclesiæ Cæsariensis communione discesserant. Basilio enim amicum in primis fuisse patet ex hac et sequenti epistola. Rogat eum Basilius ut, si necessarius ei videtur congressus, designet locum et tempus, seque et Ponti episcopos ea de re certiorem faciat. Quidam ex hoc convocandorum episcoporum munere, quo perfunctus est hoc in negotio Elpidius, concluserunt eum metropolitanum fuisse Ponti, atque adeo episcopum Neocæsariensem et Musonii successorem. Sed hæc opinio consistere non potest cum iis quæ de episcopo Neocæsariensi diximus. Potuit quidem Elpidius, ut erat ætate provectus, (*k*) metropolitani dignitatem obtinere, quæ in Ponto ætati deferebatur, interdum etiam virtuti (*l*) ; ut Musonio delatam supra vidimus. Sed, ut observat Tillemontius, cum rogetur Elpidius, ut et Basilio et episcopis Ponti designet tempus et locum congressus ; quemadmodum inde colligi non potest eum in Basilium jura metropolitana habuisse, ita probabilius est non alias eum hac in re quam amici et interpretis vices defendisse.

Difficile ad explicandum prima specie videtur, cur Basilius dicat iterum a se Meletium compresbyterum mitti. Non enim illum antea miserat, sed Petrum presbyterum. Sed verisimile est eum simul cum Petro missum fuisse, etsi solum Petrum nominat Basilius in epist. 203. Mos enim erat unum nominare, quamvis duo mitterentur, ut observavimus ad epist.

(*a*) Ep. 204, n. 1.
(*b*) Ep. 207, n. 1.
(*c*) Ep. 210, n. 2.
(*d*) Ep. 207, n. 1
(*e*) Ep. 294, n. 5.
(*f*) Ep. 207, n. 2.
(*g*) Ep. 207, n. 2.
(*h*) Ep. 218, n. 2.
(*i*) Ep. 204, n. 5, et 207, n. 1.
(*j*) Ep. 210, n. 5.
(*k*) Ep. 206.
(*l*) Ep. 25.

Digitized by Google

243. Eum paulo ante ejusdem itineris labores sustinuisse, inde etiam confirmari potest, quod Basilius ei parcere statuerat ob carnis infirmitatem, quam sibi sponte adsciverat, carnem in servitutem redigens ob Evangelium Christi; sed cum sibi decorum esse intelligeret Elpidium per ejusmodi hominem salutare, ac ipse Meletius, ex quo noverat Elpidium, magno illius videndi desiderio teneretur; exoravit eum Basilius, ut iterum in Pontum proficisceretur.

Quamvis Basilius pro summa sua urbanitate locum et tempus congressus Elpidio constituendum relinquat, dedit tamen in mandatis Meletio, ut episcopis demonstret percommodum sibi locum et tempus fore, si tunc congressus fieret, cum paroeciæ suæ pagos visitans ad Comanicos fines pervenisset. Id enim ab episcopis Basilius petiisse se dicit in epistola sequenti, eosque annuisse patet ex eadem epistola, in qua Elpidium nepotis morte afflictum consolatur, ac rogat ut ne illius dolor speratum ad Comanicos fines congressum interpellet.

IV. Litteris Basilii nihil responderunt presbyteri Neocæsarienses, ac silentio suo gratiam se inire malle ab episcopo suo, quam æquos se Basilio præbere significarunt. Hæc agendi ratio videbatur Basilium adhortari, ut vicissim ipse conticesceret. Sed cum calumniis se appeti videret, ac præterea fidem ab episcopo Neocæsariensi perverti, satius esse duxit animarum saluti consulere. Scribit itaque clericis Neocæsariensibus, eosque hortatur ut ne plebem pravis erroribus Sabellii imbui patiantur. Demonstrat congressum suum non alio consilio ab eorum episcopo declinari, nisi quod metuat, ne pravorum dogmatum nomine arguatur. Illius impudentiam exagitat, quod somnia et visa fingere audeat, ut Basilii doctrinæ, tanquam perniciosæ, odium importet. Cum belli implacabilis causæ inanes proferrentur, psallendi ritus et monasteria, declarat Basilius se hæc instituta magnæ laudi ducere: et cum objicerent hæc Gregorii tempore non fuisse, oblata occasione demonstrat, quantum eorum mores a Gregorii magni moribus deflexerint. Cæterum paratum se esse declarat privatas injurias voluntaria oblivione conterere, modo fides in tuto sit, hypostases non evertantur, Christi nomen non abnegetur, nec Gregorii verba pravis interpretationibus pervertantur: quibus verbis subindicat Basilius quæ apertius exponit in epistola 210, n. 3, de episcopo Neocæsariensi, ex quo auditum fuerat, cum diceret, nomen Unigeniti traditum non esse, sed nomen adversarii.

Duæ sequentes epistolæ videntur ad illud tempus pertinere, quo Neocæsarea bellum inferebat Basilio. Prima scripta est Eulancio (*a*), sophistæ Neocæsariensi, qui cum jamdiu nihil scriberet Basilio, metuendi locum afferebat, ne Basilium Neocæsariensium causa odisse cœpisset, qui antea Basilii causa Neocæsariensibus invisus erat. Altera caret inscriptione, sed liquet scriptam esse homini prælia pro Basilio sustinenti, et inter hominum genus versanti, qui Basilio valde succensebant. Unde precatur Basilius, ut et ille idem permaneat, et isti meliores fiant.

V. Antequam Basilius in Pontum proficisceretur, celebravit diem festum S. Eupsychii, cui interfuit Amphilochius, ut jamdudum rogatus a Basilio fuerat. Jam absolutum erat opus de Spiritu sancto, quod Basilius ipsius hortatu susceperat; sed videtur Basilius illud relegere et extremam manum imponere voluisse, ac idcirco auferendum Amphilochio non dedisse. Quin etiam cum postea vellet mittere, moram attulerunt data librariis ab Amphilochio mandata, ut hunc librum in membranis describerent. Hæc perspicimus ex verbis epistolæ 231, quæ supra retulimus. Basilium Tillemontius ante diem festum S. Eupsychii in Pontum existimat profectum esse. Sed hæc sententia conciliari non potest cum epistola 215, statim post reditum scripta, in qua Basilius denuntiat Dorotheo Romam cogitanti, hoc iter hieme confici non posse; quod quidem absurde dictum fuisset ante mensem Septembrem. Sic etiam in epistola 213, quam reditu suo protinus scripsit, cum rogatus fuisset ut in Mesopotamiam se conferret, corpus suum huic itineri hieme faciendo impar esse dicit. Præterea in proœmio epistolæ tertiæ canonicæ, quod Basilius itinere Pontico defessus scribebat, magnum videndi Amphilochii desiderium significat, seque libenter Euphemiadem venturum promittit, si eo Amphilochius accedere non gravetur. Sed si instabat dies festus S. Eupsychii, cur non iterum Amphilochium invitat? Jam enim invitaverat paulo post Pascha. Nam etiam si iter Ponticum ante Septembrem collocari posset, certe non multo ante: siquidem maxima pars temporis a die Paschæ usque ad hoc tempus in itinere, quod habuit Basilius in Pisidiam, deinde in visitandis paroeciæ ecclesiis, in conficiendo itinere Pontico insumi debuisset.

Videtur Basilius ex hoc itinere optatos pacis et concordiæ fructus percepisse. Anno enim sequenti invitat Ponti episcopos (*b*), ut antiquam memoriæ S. Eupsychii obeundæ consuetudinem de integro repetant. Aliam causam addit Tillemontius, quod se *mediocriter afflictum* e Ponto rediisse dicat (*c*): ex quo colligit doctissimus scriptor Neocæsarienses molestias aliquo a maritimis episcopis solatio compensatas fuisse; alioqui non mediocrem Basilii futurum fuisse, sed maximum mœrorem. Verum illud μετρίως, quod fucum fecit Tillemontio, non mediocrem, sed gravem dolorem significat, ut in nota ad hunc locum observavimus.

Non enim mediocrem dolorem inurere poterant quæ Neocæsareæ in Basilium commissa sunt. Postquam egit cum episcopis maritimis quæ sibi propo-

(*a*) Ep. 208.
(*b*) Ep. 252.
(*c*) Ep. 217.

Digitized by Google

suerat, respirationem aliquam a negotiis nactus (*a*), contulit se ad ædes fratris Petri, quæ prope Neocæsaream sitæ erant. Hunc enim locum in amoribus habebat, tum quia ibi apud aviam matrem educatus infans fuerat, ac postea plures annos ibidem procul a civilibus undis philosophando traduxerat, tum quia ibi instituti ab eo monachi sub fratris Petri disciplina degebant. At ubi Basilium eo venisse Neocæsariensibus nuntiatum est, tum vero quidam mendacii artifices clamitarunt Basilium in urbem venturum, ut erroris argueret quos eo nomine superioribus litteris accusaverat, seque populo venditaret. Itaque tumultu civitas repleta, aliis fugientibus, aliis clanculum egredientibus : et harioli ac somniorum interpretes terrorem sparserunt, ac Basilium acerrimis maledictis fixerunt, ita ut in publicis conviviis fabula fieret.

Nihil sane cogebat Basilium ejusmodi hominibus consilii sui rationem exponere : sed tamen summa illum charitas impulit, ut hanc quoque viam ad eos sanandos tentaret. Scripsit itaque primoribus civitatis epistolam 210, in qua declarat non eum se esse, qui cum olim ab eis perhonorifice vocatus venire noluerit, nunc invocatus se obtrudat, et navigium gubernatore destitutum ingredi velit. Factæ sibi injuriæ causam repetit ex ducis eorum invidia, ac inducendæ hæresis Sabellianæ proposito : et quamvis eum vehementius quam in prioribus litteris accuset, lenitatem tamen eo perducit, ut eum sibi satisfacturum dicat, si errorem suum et imple dicta, quæ ex eo audita fuerant, neget : quod si perseveret, scripturum se ad alias Ecclesias. Cæterum somnia illa non a Deo esse docet, sed a vino exæstuante ; atque etiamsi essent Evangelio consentanea, quia tamen charitatem lædunt, iis prorsus supersedendum esse. Nondum e fratris ædibus discesserat Basilius, cum hanc scripsit epistolam, ut patet ex primordio : *Plane nihil opus erat*, inquit, *ut meum vobis enuntiarem consilium, aut quibus nunc de causis in his sim locis exponerem.*

Cum in his angustiis versaretur Basilius, percommode Olympius (*b*) insignis inter Neocæsarienses civis, suos ad eum filios cum litteris misit. Magnum id solatium fuit Basilio, qui postquam litteras Olympii legit, et cum ejus filiis collocutus est, facile oblitus est veneni, quod somniorum caupones apud Neocæsaream circumferebant, ut ab iis qui eos conduxerant, gratiam inirent. Narrat se litteras quidem alias scripsisse, alias vero scripturum, si ita videatur Olympio. Tantum precatur ut prosint accipientibus. Videtur inter has litteras numeranda epistola 210. Verisimile enim est Olympii filios, qui Basilii animam adeo afflictam invenerunt, tunc ad eum venisse cum adhuc moraretur apud fratrem.

Speraverat Basilius se (*c*) Dazimone in colloquium Hilario venturum, homini ab ipsis schola-

(*a*) Ep. 207 et 213.
(*b*) Ep. 211.
(*c*) Ep. 212.

rum exercitationibus charo, et in corpore infirmo animum constantem ac in amore veritatis stabilem gerenti. Sed paucis diebus postquam advenit Basilius, Hilarium abiisse didicit. Id eo magis doluit Basilio, quod libenter aperuisset Hilario molestias, quæ sibi accidebant ab Eustathio et ab Anomœis et Pneumatomachis : ex quibus Eustathius, quem Basilius majus quidpiam esse crediderat, quam ferat humana natura, sic eum ubique terrarum ac marium decantaverat, ut nihil Basilii nomine detestabilius esset apud pios. Anomœi etiam Basilio bellum inferebant, sed præcipue Pneumatomachi eum conviciis perfundere et insidiari non desinebant, quanquam hactenus eorum conatus inutiles Dominus reddiderat. Hilarius, ut Ecclesiæ causa vehementer cupiebat, Basilio de rebus ecclesiasticis scripserat ; cumque nihil responsi acciperet, admonuit Basilium ; sed hanc epistolam sibi redditam non fuisse Basilius testatur.

VI. Redeunti e Ponto Basilio non sine multa infirmitate ex imbribus et molestiis collecta litteræ ex Oriente allatæ sunt ac varia negotia supervenerunt. Tum cum enim constituendæ in Ponto paci operam daret, hæretici in aula solitis nocendi artibus utebantur. Itaque redeunti nuntiatum est, brevi eum in aulam (*d*) pacis obtentu vocatum iri. Quod quidem ubi didicit episcopus quidam, quem Meletium esse conjicimus ex initio epistolæ 216, Basilium per litteras hortatus est, ut festinanter in Mesopotamiam tendens, ibi veritatis defensores in unum cogeret, ac simul cum ipsis ad imperatorem proficisceretur. Rem necessariam Basilius non judicabat, ac præterea itinere Pontico fractus et debilitatus, impar sibi ad novum hieme conficiendum videbatur. Sed tamen quid facto opus sit, ex alio quodam episcopo sciscitatur, cujus litteræ Neocæsariensi tumultu afflictum recreaverant. Neque enim aliam doloris causam indicant hæc verba (*e*) : *Eram enim quodammodo male affectus animo, cum in magna hominum multitudine ferinam quamdam ac rationis omnino expertem vidissem socordiam, et ductorum inveteratam vixque emendabilem mali consuetudinem.* Unde miror hunc eventum atque hanc epistolam, quæ tam manifestis hujus anni notis signata sunt, ad annum 373 a Tillemontio referri.

Significabant eadem Antiochia allatæ litteræ (*f*), Paulino venisse Roma epistolam quamdam, quæ ei episcopatum Antiochenum deferebat, et Meletium frustrabatur, valdeque efferri hujus partis duces et gloriari de hac epistola : deinde etiam fidem eos proponere, et paratos esse ea conditione, id est, si nihil amplius ab eis peteretur, cum Meletii Ecclesia conjungi. Quin etiam, quod Basilio acriores curarum stimulos admovit, Terentium comitem in suas partes trahere conabantur, et cum eo agebant, ut

(*d*) Ep. 213.
(*e*) Ibid.
(*f*) Ep. 214 et 216.

Digitized by Google

hanc cum Meletii Ecclesia conjunctionem auctoritate sua juvaret.

Audierat Basilius (*a*) Terentium ex otio, in quod se ad animam curandam removerat, iterum ad bellicos tumultus redire coactum fuisse. Sed tunc, ubi cognovit eum Antiochiæ versari, et negotia cum magnis potestatibus administrare; tum vero minime cessandum ratus in re tanti momenti, exspectare noluit, dum Acacius, qui tum erat Cæsareæ (*b*), in patriam rediret; sed præterea minus suspectum esse ducens per ignotos Terentio scribere, epistolam dedit numerario officii præsidis, cui præcepit ut eam Dorotheo presbytero ejusque amicis prius ostenderet.

Veritus itaque Basilius ne sibi magnum hoc S. Meletii causæ præsidium eriperetur, demonstrat Terentio quid de litteris Roma allatis sentiendum sit, quid de aliis litteris Athanasii ad Paulinum, quas illius sectatores jactabant. Quamvis Paulinum perhonorifice appellet, negat tamen se cum eo communicaturum, etiamsi litteras cœlo allatas proferat. Neque enim quæstionem de hypostasibus levis momenti videri debere, sed latissimum hæreticis campum ad detrahendum de Ecclesia apertum iri, si qui unam cum Sabellio hypostasim profitetur, Ecclesiæ Antiochenæ principatum, contempto Meletio, obtineat. Hanc in sententiam accipienda esse Basilii verba probavimus in Præfationis capite tertio. Postremo Terentium rogat Basilius, ut integrum se servet usque ad reditum confessorum, quos Basilius columnas et firmamentum veritatis et Ecclesiæ esse declarat.

Perspicuum et exploratum est hanc epistolam statim post reditum ex Ponto scriptam esse. Nam in epist. 216, quam recens ab hoc itinere scripsit Basilius, certiorem facit S. Meletium se, postquam audiit Paulini sectatores operam dare ut Terentium in suas partes pertrahant, celeriter ad hunc comitem scripsisse, ut eorum fraudes illum edoceret. Immerito ergo epistola Damasi ad Paulinum refertur ad annum 378, ab erudito editore epistolarum summorum pontificum. Exstant enim hæ Damasi litteræ, quæ cum Paulinum Antiochiæ episcopum salutent, visæ sunt ei episcopatum adjudicare. In quo quidem discessit Damasus a Liberii decessoris sui vestigiis, qui in litteris per Silvanum Tarsensem in Orientem allatis S. Meletium Antiochiæ episcopum agnoverat, ut testatur Basilius in epistola 67. Eum autem Damasus non solum episcopatu frustratur, sed etiam cum gravissima notat injuria, cum ait *eos qui de Ecclesiis ad alias Ecclesias migraverunt, tandiu a communione sua alienos fore, donec ad eas redierint civitates, in quibus primum sunt constituti.*

Litteræ Antiochia allatæ Basilio, scriptæ fuerunt a Dorotheo presbytero, cui Basilius (*c*) de eodem oleo et opera scripsit ac Terentio. Cum autem significasset Dorotheus sibi in animo esse Romam proficisci, scilicet ut causam Meletii tueretur; ac Basilium rogasset ut Gregorium Nyssenum ad hoc iter suscipiendum impelleret, negat Basilius Dorotheum hieme Romam proficisci posse; propterea quod a Constantinopoli usque ad fines Cappadociæ omnia hostibus referta: si tamen Dorotheus mari utatur, tempus futurum: modo hoc legati munus non recuset Gregorius Nyssenus. Sed Basilius non videbat quinam cum eo proficiscerentur; quod quidem de episcopis intelligendum; nam presbyteri non difficile inventi fuissent: sed viros auctoritate præditos Evagrius Roma rediens mittendos esse nuntiaverat. Præterea fratrem suum fatetur ad ejusmodi negotia minus idoneum esse: ejus enim congressum benigno ac miti viro venerabilem fore: at cum elato et sublimi et altius sedenti, quique propterea veritatem humi prædicantes audire non possit, parum communibus rebus profuturum hominem ab illiberali assentatione alienum. Ad has de Romano pontifice querelas impulit Basilium commotior iniquis judiciis animus, quæ Romæ de S. Meletio (*d*), re non examinata, sed ex hominibus partium studiosis audita, ferebantur.

Magni momenti est observare epistolam 215, hoc anno 375 post reditum ex Ponto scriptam fuisse. Manifesta res est ex primis epistolæ verbis: *Statim occasionem nactus*, inquit, *scripsi viro in primis admirando comiti Terentio, minus suspectum esse existimans per ignotos ad eum de propositis rebus scribere; simulque rei moram afferre nolens a charissimo fratre Acacio.* Scripta ergo hæc epistola cum apud Basilium esset Acacius. At hoc ipso tempore Acacium Cæsaream venisse demonstrant quatuor litteræ, quas ei Basilius in Orientem perferendas commisit, ut modo videbimus. Præterea epistola illa, quam se Terentio scripsisse narrat tanta cum celeritate, ut Acacii reditum exspectare nollet, et tanta cum cautione ut per ignotos scribere tutius crederet, alia profecto esse non potest, quam præcedens ad Terentium epistola, quæ et celerrime scripta est, ut testatur Basilius in epistola 216, et cum ageret de rebus Meletii, minus forte animum Terentii commovisset, si eam Acacius Meletio et Basilio amicissimus reddidisset.

Episcopum illum, quem supra Basilius (*e*) auctorem sibi esse dicebat, ut in Mesopotamiam ac inde Antiochiam se conferret, Meletium fuisse cognoscimus ex primis verbis epistolæ 216, quæ est ad Meletium: *Multæ nos*, inquit, *et aliæ peregrinationes a patria avocarunt.* Tum sua in Pisidiam et in Pontum narrat itinera, ac scriptas reditu suo ad Terentium litteras. Ex verbis, quæ attulimus, perspicitur aliquam peregrinationem a Meletio propo-

(*a*) Ep. 214.
(*b*) Ep. 215.
(*c*) Ibid.
(*d*) Ep. 214, n. 2.
(*e*) Ep. 213.

Digitized by Google

sitam ei fuisse, de qua quid sentiat non edisserit, quia satius videbatur rem tanti momenti arcanis mandatis nuntiari, quam chartæ committi.

VII. Cum rediisset Basilius, ut vidimus, et animo afflictus et corpore confractus ; subito omnium oblitus est, ubi vidit litteras Amphilochii ab Æliano quodam allatas (*a*), quem Basilio commendabat Amphilochius, ac rogabat ut ad negotia, quæ Cæsareæ habebat, patrocinium suum impenderet. Is Basilii patrocinio opus non habuit, sed confectis negotiis duas ab eo epistolas ad Amphilochium accepit, quarum altera est centesima decima septima, sive canonica tertia, altera centesima decima octava. Utramque enim epistolam simul missam fuisse patet, non solum quia in utraque collectum ex Pontico itinere morbum commemorat, sed etiam quia paulo post Basilii reditum multa evenerunt, quæ Basilius ipse in epist. 231 scripturum se fuisse Amphilochio declarat, si qua fuisset occasio scribendi. Utraque ergo epistola præcedit illos eventus, quos modo narrabimus.

In exordio epistolæ canonicæ tertiæ magnum videndi Amphilochii desiderium significat Basilius, seque libenter ad illius ædes, quæ in Euphemiade sitæ erant, accessurum, si eo Amphilochius venire non gravetur. Præterquam quod molestiis, quibus Cæsareæ premebatur, libenter se eripuisset et ad Amphilochium festinasset ; suspicabatur necesse sibi futurum Nazianzum proficisci, quia Gregorius ex hac urbe subito discesserat, ne ipso quidem admonito Basilio, qui quibus de causis id consilii cœpisset Gregorius, fatetur se nescire. Narrat ibidem Basilius, quem se missurum Amphilochio promiserat ut episcopus constitueretur, eum et veteri ægritudine, et recenti oculorum morbo imparem episcopatus oneri sustinendo factum esse. Quare etsi electionem judicio Basilii et Amphilochii commiserant Isauri, existimat Basilius necessitatem hæc verba ex eis expressisse, sed vere et ex animo eos optasse id quod initio poposcerant, ut suorum aliquis præficeretur ; satius ergo esse ex neophytis aliquem episcopum ordinare, sive Macedonio ita videatur, sive non. Epistola canonica tertia præcipue insumitur in decernendis pœnitentiæ annis, quos cuique peccato par erat infligi. Hos autem canones Basilius non soli Iconiensi condebat Ecclesiæ, sed eos ad Cæsariensis Ecclesiæ usum vulgavit. Commemorat enim in epistola 270, canonem a se de raptoribus antea vulgatum. Illinc etiam in epistola canonica secunda sic loquitur (*b*) : *Quod si apud vos prohibita est rebaptizatio, sicut et apud Romanos, œconomiæ alicujus gratia ; nostra tamen ratio vim obtineat.*

In epistola 218, quæ simul missa est cum canonica tertia, agit Basilius de re magni momenti, quam dudum Amphilochio perscribere voluerat, sed nescio quo pacto oblitus est. Quidam ex his qui e Lycia Cæsaream veniebant, nuntiaverat Basilio plures esse in hac provincia, qui ab Asianorum sententia alieni essent, et communionem Basilii cuperent amplecti. Rogat ergo Amphilochium, ut probum aliquem virum mittat in Lyciam. Primo enim eos sine litteris explorandos, deinde, re perspecta, scribendum et de congressu agendum. Si quis autem iturus sit, ei auctor est Basilius, ut perquirat Corydalis Alexandrum ex monacho episcopum ; Limyræ Diatimum, Cyris Talianum et Polemona et Macarium presbyteros ; Pataris Eudemum episcopum, Telmesi Hilarium episcopum, Pheli Lollianum episcopum. Hos et plures alios aliquis nuntiaverat de fide recte sentire. Unde Basilius plurimas Deo gratias agendas duxit, si qui omnino in Asiano tractu extra labem hæreticorum essent.

VIII. Nullus erat in orbe terrarum locus, in quo major enituisset et cleri et magistratuum et populi consensus ad fidei defensionem, quam Samosatis. Sed communis vitæ humanæ hostis, cum eos persecutorum viribus vincere non potuisset, discordiarum semina inter eos sparsit, quæ initio quidem parva et facile sanabilia, in malum insanabile emergere poterant, nisi mature remedium afferretur. Quare S. Eusebius in re tanti momenti non cessavit, sed ea scripsit Ecclesiæ suæ, quæ par erat a tam sancto episcopo exspectari. Basilius autem, cum a Theodoro subdiacono didicisset Ecclesiam Samosatensem perturbari, intimis sensibus dolorem traxit, seque Samosata contulisset, si tempora sivissent. Sed cum scribere nihil vetaret, eo libentius hoc adhortandi officio perfungitur, quod, cum exsilii minæ ei intentarentur, incertus erat an semel prætermissa occasio scribendi reversura esset. Subdiaconus ille Theodorus in Thraciam ad sanctum Eusebium contendebat : unde Basilius non dubitat quin iterum scripturus esset Samosatensibus Eusebius.

Non eo contentus videtur fuisse sanctus Eusebius, ut litteris suis nascentem in Ecclesia sua discordiam exstingueret ; sed etiam ea causa videtur Antiochum fratris filium misisse. Hunc enim Samosatis redeuntem videbimus anno 376, circa vernum tempus, ex quo conjicitur has dissensiones anno 375 evenisse. Huc accedit quod, cum scripta est Basilii ad Samosatenses epistola, jam immineret Cappadociæ gravissima tempestas, ut satis indicat Basilius, qui se idcirco Samosata non venisse dicit (n. 1) : *Quia id tempora non sinunt.* Sic etiam cum ait : *Eo quod adhuc concessum sit, ut vobis propiores simus,* his verbis inest non obscura exsilii exspectatio.

Vix autem dubium est quin hanc Basilii epistolam in Orientem pertulerit idem Acacius, qui (*c*) et trium aliarum bajulus fuit. Is erat Cæsareæ,

(*a*) Ep. 217, 218.
(*b*) Ep. 199, can. 47.
(*c*) Ep. 215.

Digitized by Google

cum Basilius rediit e Ponto, qui cum eum apud se aliquandiu habere vellet, noluit usque ad ejus reditum differre litteras, quas Terentio magnis de rebus scribebat. Missus fuit Acacius cum nonnullis aliis ex eodem clero, ac litteras Ecclesiæ Berœensis attulit Basilio. Hujus urbis episcopus erat Theodotus, ad quem supra exstat Basilii epistola, sed is, ut multi alii confessores, in exsilio agebat : siquidem nulla illius mentio in his duabus litteris. Pastoris absentia nihil profuit lupis ad dispergendum gregem. Nam summa enituit et cleri et populi et magistratuum (*a*) in certaminibus quotidie pro fide obeundis constantia, summa in omnibus rebus concordia : quæ cum Basilius cognovisset ex sermone Acacii et litteris Ecclesiæ Berœensis, mirum in modum hanc Ecclesiam beatam prædicavit, ac duabus epistolis, quarum prima ad clerum, altera ad plebem scripta est, ad perseverantiam eos hortatus est.

Scripta in eamdem sententiam, ac eodem tempore, vel potius per ipsum, ut verisimile est, Acacium missa epistola 222 ad Chalcidenses. Ait enim Basilius se acceptis eorum litteris respirasse ex continuis tentationibus, et certaminum memoria, quæ pro fide Chalcidenses sustinuerant, corroboratum esse ad propositum certamen fortiter subeundum. *Enimvero*, inquit, *incendium quod plerasque Orientis partes devastavit, serpit jam et in nostram regionem*, etc. Non possunt hæc referri ad eam persecutionem, quam Valens in Cappadocia multis jam vastatis provinciis, anno 371 exercuit. Tunc enim persecutio ex locis Constantinopolim inter et Cappadociam interjectis, non, ut hoc anno 375, ex Oriente gradiebatur. Mirum autem videri non debet cur duæ præcedentes litteræ nihil habeant de serpente in Cappadociam persecutione. Nam cum Berœensis Ecclesiæ presbyter esset Acacius, dubium non erat quin Berœensibus nuntiaret quæ in Cappadocia viderat, nec proinde necesse erat omnia chartis consignare.

CAPUT XXXIV.

I. *Scribit sanctus Basilius adversus Eustathium epistolas* 223 *et* 224. II. *Demosthenes vicarius Ponticæ Ecclesiam persequitur. Concilium hæreticorum Ancyræ cogit. Gregorius Nyssenus e manibus satellitum fugit, ejusque causa scribit Basilius Demostheni.* III. *Interest huic concilio Eustathius. Scribit Basilius adversus eum epistolam* 226. IV. *Euphronius Coloniensis ad sedem Nicopolitanam evehitur. Quatuor ea de re epistolæ Basilii.* V. *Aliud Nyssæ concilium hæreticorum.* VI. *Probatur utramque synodum ante annum* 376 *habitam fuisse.*

I. Hactenus tacebat Basilius, cum Eustathium opprobria recantaturum speraret, ac ignoratione magis veritatis quam malitia peccasse crederet. Sed tandem ipse Eustathius, cumulo prioribus facinoribus addito, hanc ei necessitatem imposuit, ut innocentiam suam et adversariorum improbitatem in clarissima luce et omnium oculis exponeret. Hanc enim Basilius rumpendi silentii causam habuisse se dicit, quod videret (*b*) *inimicitiam simul cum tempore progredi, nec illos pœnitere eorum quæ ab initio dixerunt, nec quomodo præterita sanent, cogitationem ullam suscipere, sed nova opera et facto agmine in id incumbere, quod sibi ab initio proposuere, ut vitam ipsius affligant et existimationem apud fratres artificiis suis contaminent.* Quam justæ sint Basilii querelæ testis est Dazimonis regio, in qua Eustathius multos a Basilii communione abstraxerat. Metuendum erat ne ejusmodi artes vaferrimo ingenio in aliis locis succederent. Itaque silentii rumpendi tempus esse animadvertens Basilius, scripsit adversus Eustathium epistolam 223, in qua suæ cum illo conjunctionis originem repetit, violata amicitiæ jura queritur, fictas et inanes inimicitiæ causas refellit, ac certissimam hujus rei causam esse demonstrat, studium gratiæ apud hæreticos ineundæ.

Scripta non multo post ad Genethlium presbyterum epistola, qui se cum Basilio sentire per litteras significaverat, et repudii libellum Eustathii adversus Basilium scripta appellaverat. Brevius cogit Basilius quæ in superiore epistola disseruerat uberius, eamque satisfacturam monet, si quis plura desideret.

Utramque epistolam ante manifestam Eustathii cum Arianis conjunctionem, collocandam duxi, quamvis Tillemontio secus videatur. Hujus conjunctionis, quæ uberrimam arguendi Eustathii materiam dedit, nulla prorsus mentio in his epistolis, quamvis nullibi aptius fieri potuisse videatur, quam in epistola 223, non ad unum aliquem hominem, sed ad plurimas Ecclesias missa. Non utitur hoc argumento, cum Eustathii inconstantiam probat, sed ei tantum objicit (*c*) formulam fidei traditam Gelasio. Quin etiam (*d*) ei non audet crimini vertere, quod Arii discipulus, et Aetii, seu potius Aerii, magister fuisset. Sed quod rem causamque maxime continet, studium placendi potentioribus Arianis non exagitat Basilius in Eustathio, ut rem omnium oculis testatam, sed ut morbum pluribus occultum detegit non sine aliqua verecundia. Sic enim loquitur sub finem epistolæ 223 : *At enim epistola separationis causa non est : verum alia est disjunctionis ratio, quam equidem referre verecundor ac semper siluissem, nisi ea quæ nunc gesta sunt, necessitatem mihi attulissent totius eorum consilii ob multorum utilitatem oculis exponendi. Existimarunt boni viri impedimento sibi esse ad recuperationem potestatis communionem nostram... Ne quid ex illa confessione videretur illis impedimenti occurrere, quominus ab his, qui nunc dominantur, suscipiantur ; communionem nobis renuntiarunt.* His ergo verbis, *quæ nunc gesta sunt*, non manifesta cum Arianis conjunctio, sed,

(*a*) Epist. 220 et 221.
(*b*) Ep. 223, n. 1.
(*c*) Ep. 224, n. 3.
(*d*) Ep. 223, n. 5.

Digitized by Google

ut initio epistolæ, novi Eustathii ad affligendam Basilii vitam conatus indicantur, ex quibus Eustathii consilium evidenter cognosci in epistolæ clausula declarat.

II. Providit velut ex quadam specula Basilius imminentem Cappadociæ et vicinis Ecclesiis tempestatem. Nam in epistola 221, quam Chalcidensibus non multo post reditum ex Ponto scripsit, incendium, quod plerasque Orientis Ecclesias depastum fuerat, jam in Cappadociam serpere significat. Primum (*a*) et maximum Cappadociæ malorum fuit vicarius Demosthenes, quo tamen gubernacula capessente gratias egit Deo Basilius, quod patriam videret commissam viro (*b*), *primum quidem Christiano, deinde moribus recto, et legum accurato custodi.* Sed si his laudibus dignus initio videbatur Demosthenes, ac non potius monita et honor quidam potestati debitus existimari debent; certe cito sese aperuit et nudavit ac spes omnes de se conceptas mentitus est. Utrum hæreticus sententia fuerit, non asseverat Basilius (*c*). Illum enim arbitrabatur omnis doctrinæ expertem esse, nec ullum ejusmodi rerum studium aut usum habere, quippe cum eum in aliis rebus carne et animo, noctu et interdiu occupatum videret. Sed certe hæreticis amicum fuisse, nec magis eos dilexisse, quam Catholicos odisse, confirmat. Hunc videtur designare Basilius, cum Doarensem Ecclesiam ab obeso ceto (*d*) perturbari ait. Alibi (*e*) angelum Satanæ appellat, et hæresis defensorem ne sanguini quidem fidelium parcentem. Non improbabile est eumdem fuisse Demosthenem, sacri palatii castrensem, qui cum in Basilio coram Valente objurgando barbarismum admisisset (*f*) subridens Basilius, *Vidimus*, inquit, *etiam Demosthenem illitteratum.*

Bis (*g*) venit Cæsaream hoc anno Demosthenes: nam Basilius postquam dixit, *Advenit nobis vicarius*, etc., nonnullis interjectis de eodem ait: *Rursus ad nos accessit, iram cædemque spirans.* Quod argumento est eum primum quidem venisse, ut gubernacula diœcesis suæ capesseret, deinde ut sui in Catholicos odii specimen ederet.

Inter prima illius gesta recenseri debet concilium impiorum, quos media hieme Ancyram convocavit. Volebat enim ut ad facinora sua species quædam auctoritatis episcopalis accederet. In hac synodo accusatus Gregorius Nyssenus (*h*) a Philochare, homine ignobili (*i*) quod sacras pecunias ab ipsius decessore, ut verisimile est, relictas dissipasset. Similis calumnia canones in ejus ordinatione violatos querebatur. Missis itaque militibus Gregorium Demosthenes abripi jussit. Mandato obtemperavit Gregorius: sed cum eum lateris dolore correptum, ac præterea renum infirmitate ob collectum frigus laborantem inexorabiles milites detinerent, eorum manibus clapsus, in quietum aliquem locum effugit.

Crediderat Basilius seipsum accersitum iri, non vero fratrem. Sed ubi vidit in illius potissimum caput hæreticorum nequitiam erupisse, ipsumque aufugisse; tum vero metuens ne illius fuga stomachum Demostheni faceret, placare vicarium tentat perhonorificis litteris (*j*), ac demonstrat dilato Gregorii occursu nec publicas res lædi, nec ecclesiasticas; paratos enim esse pecuniæ sacræ custodes rationem reddere: et ex beati episcopi scriptis veritatem manifestam facere. Quod autem spectat ad ordinationem Gregorii, si tamen his de rebus Demosthenes judicium sibi arrogare velit, æquum esse ut omnes episcopi conveniant, cum eorum culpa sit qui ordinavere, non illius cui imposita necessitas ministerii suscipiendi. Rogat itaque Demosthenem Basilius, ut sibi auditum servet in patria, nec pertrahat in exteram regionem, nec convenire cogat cum episcopis, quibuscum de rebus ecclesiasticis dissentiebat.

Scripta hæc epistola omnium Cappadociæ episcoporum nomine. *Venimus omnes*, inquit Basilius, *amplitudini tuæ supplices.* Quo numero videtur utriusque Cappadociæ episcopos comprehendere. Utrique enim ordinaverant Gregorium, quippe cum ordinatus sit ante divisionem Cappadociæ. Quare utrorumque res agebatur. Minime ergo mirum si operam suam Basilio hac in re navarunt. Huc accedit quod cum eo ante hoc tempus in gratiam vere et ex animo redierant. Eorum enim metropolitanum Anthimum vocat unanimem suum in epist. 210, n. 5.

In eodem concilio Demosthenes, cujus nutum episcopi horrebant, Hypsin Parnassenum episcopum ejecit (*k*), ejusque loco Ecdicium constituit. Erat ille Ecdicius Euippii alumnus (*l*), id est, ab eo ordinatus, eumque cum Anysio Euippii itidem alumno in vexandis Ecclesiis arctissime conjunctum videbimus. Hypsis autem videtur ei successisse, cujus morte afflictam Ecclesiam Parnassenam consolatur Basilius in epistola 62.

III. Interfuit huic concilio Eustathius, ac tandem ex dissimulationis involucris in apertam cum Arianis conjunctionem erupit. Non enim (*m*) ad aliud tempus referri potest illius cum Arianis Ancyræ communio, de qua nihil habent superiores epistolæ 223 et 224, quia scilicet nondum hoc facinus ediderat Eustathius. Non tamen cum eis communicavit in ecclesia, sed in domibus, quia ne id quidem ab illis impetrare potuit, ut publice reciperetur. Verebantur enim (*n*) ne, cum Eustathius anno 360 a quingen-

(*a*) Ep. 237, n. 2.
(*b*) Epist. 225.
(*c*) Ep. 237, n. 2.
(*d*) Ep. 231.
(*e*) Ep. 248.
(*f*) Theodoret., *Hist.* lib. IV, cap. 19.
(*g*) Ep. 237.
(*h*) Ep. 225.
(*i*) Ep. 237, n. 2.
(*j*) Ep. 225.
(*k*) Ep. 237.
(*l*) Ep. 239.
(*m*) Ep. 226.
(*n*) Ep. 244, n. 7.

Digitized by Google

tis episcopis depositus fuisset, eorum auctoritati aut numero parum tribuere viderentur, si eum publice episcopum agnoscerent. Ambigi possit an eum passi sint in concilio sedere. Equidem non puto hunc ei honorem denegatum fuisse. Quamvis enim ne Sebastiæ quidem, ubi maximis ab eo honoribus cumulati sunt, optatam ei communionem reddiderint, mox tamen cum eo Nicopolim oppugnarunt ut ab ipso Eustathio episcopum acciperet. Quod si Eustathius concilii episcopis ascriptus fuit, difficile creditu est non eum pro sua apud vicarium gratia et auctoritate maximam partem eorum quæ nefarie acta sunt sustinuisse.

Eustathii facinore non valde obstupuit Basilius, qui dudum hominem non nævo aliquo, sed toto corpore noverat. At uberrimam habuit materiam illius nequitiæ omnium oculis et manibus subjiciendæ. Atque id quidem egregie perficit in epistola 226 ad monachos suos, quos cum invisere non posset, vices suas committit Meletio presbytero. Demonstrat se post trium annorum silentium ad defensionem suam coactum esse assurgere; sed ita perspicuam esse veritatem, ut etiamsi ipse taceat, nemo eam ignorare possit, modo consideret actiones Eustathii, qui cum antea tam vehemens fuisset in oppugnandis Arianis, nuper animi sui sententiam nudavit, cum eis Ancyræ in domibus communicans, quia nondum publice ab eis receptus erat. Scripta ergo hæc epistola post concilium Ancyranum, sed anteqnam Arianos perhonorifice Sebastiam accerseret Eustathius. Nihil enim ea de re legitur in ep. 226, n. 3. Aliud Eustathii facinus nuper deprehenderat Basilius, quod quidem sic commemorat: *Hi nunc et de Nicæna detrahunt fide, nosque vocant Homoousiastas.* Quibus verbis indicatur fidei formula Cyzici ab Eustathio recepta (*a*), in qua consubstantiale condemnabat. Videtur Cyzico rediens Ancyræ cum Arianis se conjunxisse.

IV. Circa illud tempus, quo Ariani Ancyræ consiliabantur, obiit magnus veritatis defensor, Theodotus Nicopolitanus. Cum autem hanc urbem et ipsius situs (erat enim Armeniæ caput) et Arianorum potestas sub nequissimo vicario, in maximum periculum adduxisset; Pœmenio Satalensi episcopo (*b*) optimum consilium in mentem venit, ut Euphronius Coloniensis episcopus ad sedem Nicopolitanam eveheretur. Res placuit episcopis provinciæ, et clero ac populo Nicopolitano. Itaque nulla prorsus interposita mora Pœmenius id quod prudenter excogitaverat, summa animi fortitudine exsecutus est, et antequam tempus daretur Arianis sibi providendi, Euphronius communi consensu in sede Nicopolitana collocatus est.

Sed quam gratum hoc Nicopolitanis, tam molestum accidit Coloniensibus. Quamvis enim hoc consilium episcopi Spiritu sancto inspirante cepissent, nec minus ipsius Coloniæ securitati providissent, quam Nicopolis, quæ si in Arianorum manus venisset, idem malum alia provinciæ oppida non effugissent; nihil tamen tanti fuit Coloniensibus, ut pastoris sui discessionem moderate ferrent. Clerici (*c*) iracundiam et dolorem eo perduxerunt, ut se ad tribunalia judicum abituros minarentur, ac res hominibus commissuros, quibus ecclesiarum eversio caput erat votorum. Videntur hæc dixisse in litteris ad Basilium scriptis. Verisimile enim est eos scripsisse, quamvis acceptam ab eis epistolam non commemoret Basilius. Dehortatur eos a tam insana cogitatione, ac Spiritui sancto tribuendum demonstrat episcoporum consilium, cui si resistant, Dei resistent ordinationi. Non decere ut cum matre Nicopoli delitigent: eorum enim securitati provisum esse, dum caput munitur Armeniæ: præterea non repudiatos ab Euphronio Colonienses, sed alios assumptos; suscepisse illum Nicopolis curam, et ad futuras illic sollicitudines Coloniensium curam accessuram.

In eamdem sententiam scripsit (*d*) magistratibus Coloniensibus, qui ad eum scripserant. Laudat eos quod rerum publicarum curis occupati ecclesiasticas non negligant, sed de eis solliciti sint, ut de proprio quisque negotio et ex quo vita sua pendeat. Sed hortatur, ut temporis difficultatem et œconomiæ necessitatem considerantes episcopis ignoscant. In utraque epistola spem affert se ad eos venturum, et majus quoddam eorum quæ acta fuerant, solatium allaturum, si id eis necessarium videatur.

Scripsit etiam Basilius (*e*) ad clericos Nicopolitanos et aliam ad magistratus epistolam. Utrisque spem affert se eos invisurum. Clericos hortatur, ut fratres Colonienses deliniant, ne forte iracundiam longius tendant, si se ob tenuitatem contemptos putent. Auctor est magistratibus, ut datum sibi episcopum complectantur, et cum ipsi de Ecclesiæ utilitate optime sentiant, civitatis ac ruris populum in eamdem sententiam adducere conentur.

Hæc autem contigisse circa illud tempus quod diximus, quatuor illæ demonstrant epistolæ. Quod enim episcopi fecerant, (*f*) temporum tribuitur difficultati. Quotidie (*g*) aures undique rumore eversarum ecclesiarum percutiebantur. Ariani erant in insidiis collocati (*h*), et idcirco fortiter anteveniendum videbat Pœmenius. Nemo adeo parvus erat, qui non posset magnorum malorum occasionem subministrare his qui occasionem quærebant. *Neque id*, inquit Basilius, *ex conjecturis dicimus, sed experientia propriorum malorum edocti, quæ Deus vestris precibus avertat.* His verbis videtur indicare facinus commissum in Gregorium Nyssenum, quem

(*a*) Ep. 244, n. 5 et 9; ep. 253, n. 4.
(*b*) Ep. 229, n. 1.
(*c*) Ep. 227.
(*d*) Ep. 228.
(*e*) Ep. 229 et 230.
(*f*) Ep. 227 et 228.
(*g*) Ep. 228.
(*h*) Ep. 229.

Digitized by Google

ab uno homine, eoque ignobili, accusatum Demosthenes abripi jusserat.

Electus ergo Euphronius post concilium Ancyranum, sed ante ordinationem Frontonis, ante persecutionem, quam passi sunt Nicopolitani. Res adeo clara et manifesta, ut dubiam Tillemontio visam esse mirer. Tranquilla enim erat Armenia, ita ut Colonienses Arianorum motus ignorarent. *Nos vero*, inquit Basilius (*a*), *qui in mediis rebus versamur, et quorum aures undique unoquoque die rumore eversarum ecclesiarum percutiuntur, valde anxii sumus, ne forte communis hostis diuturnæ vitæ vestræ tranquillitati invidens, in vestris quoque locis sua ipsius zizania serere possit, cedatque et Armeniorum regio in escam adversariis.* Laudat in epistola sequenti (*b*) summam Pœmenii fortitudinem animi, quod non dederit tempus adversariis sibi providendi, neque eorum insidias exsuscitaverit. Quomodo hæc dici potuere, si jam Ariani Nicopolim oppugnabant, et intruso per vim et impressionem lupo gravissimam persecutionem exercebant? Denique Theodotum paucis diebus obiisse antequam hæc scriberet Basilius, ex his verbis colligitur : *Simul autem et nobis prosperum iter precemini, ut advenientes vobiscum gaudeamus de præsenti pastore, nosque mutuo de obitu communis patris nostri consolemur.*

Tam præclarum Armeniæ episcoporum consilium optato exitu caruit. Cito enim videtur Euphronius Coloniam rediisse; nulla illius deinceps occurret mentio; Nicopolim a presbyteris vigente persecutione gubernatam videbimus, nec Frontoni, qui in hanc sedem instar latronis invasit, illud crimen objicitur, quod legitimum episcopum expulerit. Verisimile est coactos fuisse episcopos querelis ac minis Colonensium cedere.

V. Post concilium Ancyranum Demosthenes paulisper circa res militares occupatus, rursus venit Cæsaream (*c*), ac protinus voce unica omnes Ecclesiæ Cæsariensis clericos curiæ tradidit. Inde venit Sebastiam, ubi plures dies sedit, ac omnes S. Basilii communicatores curiæ addixit, Eustathii autem amicos maximis honoribus fovit.

Rursus Galatarum et Ponticorum synodum Nyssæ jussit celebrari. In quo quidem operam ei navavit Eustathius, ac vicarii mandatis adjunxit legationem selectorum (*d*) ex sua Ecclesia hominum, qui Galatas accerserent ac perhonorifice deducerent. Adfuerunt etiam Pontici episcopi. Nam utrosque Basilius (*e*) mandatis vicarii paruisse testatur. In hoc concilio dominati sunt Anysius et Ecdicius Parnassenus, quibus potissimum Basilius (*f*) impii conventus decreta attribuit. Hi S. Gregorium Nysse num deposuerunt. Hactenus enim judicium, quod de eo ferre voluerant Ancyræ, fuga et latebris declinaverat. Sed tunc absentem depositum fuisse perspicimus ex his Basilii de hoc concilio verbis (*g*): *Hi nunc fratrem meum Nyssa expulerunt*, sententia sua videlicet. Nam nihil aliud poterant in absentem ac tuto delitescentem. Ejus loco introduxerunt hominem, vel potius mancipium paucis obolis venale, sed quod ad fidei corruptelam attinet, bis, qui constituere, non inferius.

(*h*) Miserunt etiam in oppidum Doara hominem pestilentem, pupillorum famulum et a suis heris fugitivum, quem episcopum ordinaverunt, ut assentarentur mulierculæ impiæ, quæ prius Georgio ad arbitrium suum usa fuerat, et postea hunc illius habuerat successorem. Alium hominem desperatum, in Ecclesias immissum, id est, ab Anysio et Ecdicio ordinatum, Basilius in hac et superiore ad sanctum Eusebium epistola testatur. Quem autem miserunt Doara, is est de quo Basilius ait in epistola 251, *Doara antiquum receperunt Mulionem.* Quibus ex verbis colligit Tillemontius (*i*) hunc hominem antea Doarensem episcopum fuisse, sed a Catholicis expulsum, qui ei Eulalium substituerunt, postea sub Demosthene, data occasione, sedem suam recuperasse. Confirmat hanc historiam doctissimus scriptor ex oratione tricesima sancti Gregorii Nazianzeni. Sed cum supra ostenderimus Gregorium in hac oratione non de expulso hæretico, sed de Eulalio in novum episcopatum evecto agere, ruit tota narratio Tillemontii. Quare cum ait Basilius, *Doara antiquum Mulionem receperunt*, nefarium hunc hominem olim Doaris munus Mulionis exercuisse indicat.

(*j*) Galatæ Ariani cum amicorum Eustathii comitatu, Nyssa egressi sunt, et hoc satellitio stipati, omnem parœciæ Eustathio subjectæ regionem peragraverunt, episcoporum honoribus et officiis ornati. Introducti autem sunt perhonorifice in civitatem, concionem habentes summa cum potestate. Traditus est enim illis populus, traditum altare, in quo sacrificaverunt (*k*), et proprium panem populo omni distribuerunt. Quales essent ejusmodi homines (*l*), et quomodo eorum quisque ordinatus : et quali ex vita ad hanc evectus potestatem, silentio Basilius, ut notum omnibus (*m*), qui cum eis tantisper versati fuerant, prætermittendum existimat. Sed tamen post tam insignia venalis et turpificati animi specimina, eorum ad se communionem Eustathius non retraxit (*n*). Quod eis dabat accipiebant; sed nihil tanti eis fuit, ut ab episcoporum,

(*a*) Ep. 228.
(*b*) Ep. 229.
(*c*) Ep. 237.
(*d*) Ep. 244, n. 7, et ep. 250 et 251, n. 3.
(*e*) Ep. 239.
(*f*) Ibid.
(*g*) Ibid.
(*h*) Ep. 239.
(*i*) Tom. IX, p. 394.
(*j*) Ep. 251, n. 3.
(*k*) Ep. 244, n. 7, et ep. 250.
(*l*) Ep. 244, n. 7.
(*m*) Ep. 251, n. 3.
(*n*) Ibid.

Digitized by Google

qui Eustathium deposuerant, auctoritate discederent (*a*). Cum hoc agmine Eustathius Nicopolim venit, ut et vicarii et Arianorum potestate munitus, huic Ecclesiæ, quæ nuper episcopum Theodotum amiserat, alium episcopum daret.

VI. Non multum habuimus negotii in disponenda ejusmodi eventuum serie. Sic enim ab ipso Basilio ordine narrantur in epistolis 237 et 239. Sed difficilius est statuere, utrum anno 375 exeunte, an ineunte 376, contigerint. Tillemontius et auctor *Bibliothecæ ecclesiasticæ* ad initium anni referunt, excepto tamen concilio Ancyrano, quod fatentur sub finem anni 375 convocatum fuisse. Cum Tillemontio facere videntur plura rationum momenta; quod synodus Ancyrana, quam alii eventus consecuti sunt, media hieme in epist. 237 habita fuisse legitur : quod Eustathius annis decem et septem non exactis post concilium C. P. anni 360, sese cum Arianis, ut opinatur Tillemontius, aperte conjunxisse dicitur in epistola 251, n. 2.

Sed his conjecturis longe præferenda epistolæ 231 auctoritas, quæ ante natale Domini, ut postea videbimus, scripta, Ecclesiæ Doarensis perturbationem et episcopum ei impositum Amphilochio nuntiat. Jam ergo accersiti e Galatia Ariani, jam Nyssena synodus pestilentem hominem in hoc oppidum miserat. Utrum iidem Ariani Sebastiam introducti fuerint, cum hanc epistolam scriberet Basilius, equidem statuere non possum. Res differri potest usque ad initium anni 376. Satis est ad concilianda Basilii testimonia, ut synodus Nyssena ad annum 375 exeuntem referatur. Arianos enim Basilius in epistola 251, accersitos e Galatia anno præterito fuisse dicit : introductos in urbem eodem anno fuisse non dicit.

Minus animadvertit Tillemontius, cum Basilium existimat a concilio Constantinopolitano ad conjunctionem Eustathii cum Arianis annos decem et septem non plenos numerare. Totidem enim numerat usque ad illud tempus, quo hanc conjunctionem Eustathio exprobrabat, minime vero usque ad ipsam conjunctionem, quæ non paulo anterior est epistola 251. Tota res facile perspicitur ex ipsis Basilii verbis. *Hæc autem evenerunt*, inquit (*b*), nempe Eustathii depositio in concilio Constantinopolitano, ejusque adversus hanc synodum litteræ, *ante decem et septem non exactos annos*. Numerandi ergo illi decem et septem anni usque ad tempus, quo scribebat Basilius epistolam 251.

Probabilior esset ducta ratio ex concilio media hieme convocato, si hæc verba latius interpretari non liceret. At facile est hoc loco non mediam hiemis partem, sed medium, id est, acerbum frigus intelligere. Hiems enim dicitur acerbum frigus; unde Basilius longissimam esse hiemem queritur in epist. 121. Interdum sero admodum decedebat in Cappadocia, et post Pascha sæviebat, ut anno 375 observavimus. Nec mirum proinde si interdum cito veniebat.

Non adhibui argumentum, quod sibi objici posse sensit Tillemontius. In epistola 251, quæ scripta est anno 376, ait Basilius Arianos ab Eustathio accersitos e Galatia anno præterito fuisse. Unde facilis conclusio id contigisse anno 375. Sic rem expedit Tillemontius. Statuit hanc epistolam 251 mense Octobri, anno 376, scriptam esse; anni autem initium apud Orientales a mense Septembri duci. Hinc colligit Basilium, cum scriberet epistolam 251, mense Octobri, ad annum præteritum ea referre potuisse quæ mense Januario proxime elapso contigerant. Sed de his agemus conjecturis, cum ad epistolam 251 venerimus.

CAPUT XXXV.

I. *Amphilochio significat Basilius ea quæ geruntur. Respondet in alia epistola illius litteris et muneribus ad Natale Domini missis. Mittit commentarium in quo solvit illius quæstiones.* II. *Fronto mercatur episcopatum ab Arianis.* III. *Resistunt acriter Nicopolitani.* IV. *De epistolis* 237-241 *ad Eusebium et ad Nicopolitanos.* V. *Legati in Occidentem Dorotheus et Sanctissimus presbyteri.* VI. *Probatur eos hoc anno circa Pascha, non citius profectos fuisse.*

I. Inter has æruminas, ut quæque res eveniebat, libenter Amphilochio protinus nuntiasset Basilius (*c*), tum ut ipse narrandis amico rebus suis acquiesceret, tum quia maximam se esse sciebat Amphilochii curam. Sed deerant qui litteras perferrent; magnum enim non erat Cappadociam inter et Pisidiam commercium. Nactus tandem Elpidium, qui ad horum suum properabat, ut structas sibi ab inimicis calumnias dilueret, utitur hac scribendi occasione. Commendat Elpidium Amphilochio, breviter narrat de fratris exsilio, et de tempestate Doaris excitata, ac de insidiis sibi in aula structis, quas tamen se Dei auxilio superaturum sperat. Absolutus erat liber *De Spiritu sancto*, ut supra diximus, neque id latebat Amphilochium. Sed cum is librariis Basilii præcepisset, ut hoc opus in membranis describerent, Basilius cognitis illius mandatis, Elpidio perferendum non dedit, sed brevi missurum se promittit, modo nanciscatur, cui tuto possit committi.

Scripta est hæc epistola 231, anno 375 exeunte : est enim vetustior ducentesima tricesima secunda, quæ missis ab Amphilochio ad Natale Domini litteris respondet. His litteris Amphilochius adjunxerat munuscula, nempe lampenas et bellaria. Respondet Basilius sibi diem festum esse, quicunque litteras afferat Amphilochii; sed adjunctis dici festi symbolis festum festorum esse, ut apud Judæos Sabbata Sabbatorum. Etiam atque etiam rogat ut se invisere non gravetur. Illius autem munera sic interpretatur, quasi validam Amphilo-

(*a*) Ep. 237.
(*b*) Ep. 251, n. 2.
(*c*) Ep. 231.

Digitized by Google

chius precatus esset senectutem, lampenis quidem hortando ad nocturnos labores, bellariis autem validum esse omnibus membris et robustum jubendo. Jam enim præterierat ætas ad rodenda bellaria, dudum contritis morbo et vetustate dentibus.

Gratulatur Basilius, quod et sano corpore et quieta Ecclesia Amphilochius salutaris Incarnationis memoriam celebraverit. Unde conjici posset scripsisse Amphilochium post Natale Domini. Sed longe probabilius est Basilium hæc gratulari ducta ex litteris paulo ante Natale Domini scriptis conjectura. Nam ipsa Amphilochii munera videntur ad ipsum diem missa, et dici lætitiam non parum auxisse, ut perspicitur ex his quæ supra retulimus. Scripta ergo hæc epistola 252, vel sub finem anni 375, si tunc Natale Domini die Decembris 25 celebrabatur; vel ineunte anno 376, si dies ille festus cum Epiphania conjungebatur. Certe posterior est litteris per Elpidium missis, in quibus Basilius et veniam petit, quod jamdiu non scripsisset, et de persecutione loquitur, ut de re uberrimam scribendi materiam suppeditante, sed tamen Amphilochio nondum nuntiata, eo quod deessent qui litteras perferrent.

Simul cum epistola 232 misit Basilius commentarium, in quo variis Amphilochii quæstionibus satisfacere conatus fuerat, quantum per tempus licuerat. *Quod quidem*, inquit, *ad interrogata attinet: factæ sunt in commentario responsiones quædam, quales potui, et ut per tempus licuit.* Ex his verbis cognoscimus tempus quatuor Basilii epistolarum, nempe 233, 234, 235 et 236. Nam cum nec initium nec clausulam habeant, quæ epistolis conveniant, nec quidquam de Basilii aut Amphilochii rebus loquantur, sed tantum Amphilochii interrogatis respondeant; vix dubium quin ex eo, quod diximus, commentario, in quo Basilius Amphilochii interrogata explanabat, factæ sint librariorum arbitrio quatuor epistolæ. In prima demonstrat bonum quidem esse mentem et mentis operationem, eamque, si Spiritu sancto se tradat, ad Dei cognitionem evehi, sed tamen tantum cognoscere, quantum fas est infinitam majestatem a tenuissimo cognosci. In secunda refellit hanc cavillationem Eunomianorum, *colisne quod nosti, an quod ignoras?* Refelluntur iidem in tertia Eunomiani. Quarta varias expedit quæstiones. Hanc ultimo loco posuimus, quia ubi venit ad quæstionem de fato, defessum se esse significat (n. 5), eamque prætermittit, ut pro præsenti sua debilitate longiorem : ex quo patet has quæstiones, quæ in quarta epistola tractantur, omnium postremas in commentario tractatas fuisse.

II. Agmen illud Arianorum, quod cum Eustathio Nicopolim venisse diximus initio anni 376, vel exeunte 375, promiserat (*a*) se hanc urbem ad iuendos vicarii nutus adducturum. Erat hæc civitas magni ad rem ecclesiasticam momenti, tum quia caput erat Armeniæ, tum quia martyrum olim sanguine illustrata, et a præstantissimis episcopis hactenus gubernata, nutrix erat pietatis et veluti sanæ doctrinæ metropolis, ut appellat Basilius (*b*). Digna ergo visa est Arianis, quam in potestatem suam redigerent, aut omni scelere perturbarent. Fronto unus ex presbyteris civitatis, qui veritatis defensor visus hactenus fuerat (*c*), postquam Arianos vicarii auctoritate fretos ad dandum urbi episcopum venisse cognovit, victus ambitione tradidit se inimicis Christi, et ejurata fide catholica episcopatum ab illis mercatus est.

Hoc enim pretio episcopatum illi constitisse ex pluribus Basilii testimoniis perspicitur. *Miser ille Fronto*, inquit in epist. 239, *qui prius quidem defensionem simulaverat veritatis, tandem turpiter prodidit, et fidem et seipsum.* Et in epist. 240, n. 3 : *Cum speraverunt adepturos se inanem illum principatum, adjunxerunt se inimicis Christi. Ubi vident populos ira efferatos, rursus simulant rectam fidem.* Hæc nova fidei rectæ simulatio ad populum placandum, argumento est antea Frontonem impiam hæresim professum fuisse; unde merito Basilius ibidem ait illum profanis manibus ad eversionem fidei ordinatum fuisse. Quin etiam eum S. Pater existimat nunquam vere et ex animo veritatem defendisse, sed commodi sui causa; ac tum demum sese aperuisse, ubi vidit se secundis Arianorum ventis ad honores pervehi posse. Patet id cum ex testimoniis modo allatis, tum maxime ex his verbis epist. 238 : *Ac ille quidem totius suæ vitæ manifestum protulit indicium ex præsenti consilio, nunquam videlicet se vixisse in spe repositarum nobis promissionum apud Dominum; sed si quid sibi aucuparetur humanarum rerum, et verba fidei et commentum pietatis, omnia denique ad obvios quosque decipiendos elaborasse.* Non certissima videtur hæc rationis conclusio. Fieri enim potest, ut qui veritatem sincero animo diu defendit, oblato præmio hæresim amplectatur. Sed forte aliæ suberant causæ, cur de Frontone Basilius hoc judicium ferret, imprimis arctissima hominis cum Eustathio Sebasteno amicitia. Quanti enim Frontonem faceret Eustathius, non solum nefariis machinationibus in eo ad episcopatum per fas et nefas trudendo declaravit, sed etiam eximio amoris testimonio, quod ei post formulam fidei, quæ est Basilii epistola 125, exhibuit. Is enim videtur esse, quem Eustathius Frontonem nostrum appellat. Quare suspicio erat eum, cum in intimis esset Eustathii, illius etiam errorum, quos fidis amicis credebat, conscium fuisse, ejusque exemplo nunc veritatem compendii sui causa, nunc errorem defendisse.

III. Nihil nocuit Nicopolitanis Eustathii et Aria-

(*a*) Ep. 251, n. 3.
(*b*) Ep. 248.
(*c*) Ep. 239.

Digitized by Google

norum improbitas, sed potius novum huic Ecclesiæ decus attulit, oblata fidei defendendæ occasione. Frontonem Ariani quidem episcopum ordinarunt (*a*), sed in eo rejiciendo enituit cleri ac populi consensus. Vix unus aut alter clericus cum eo abiere : at factus est communis exsecratio totius Armeniæ. Itaque Ariani re infecta redierunt, et in redeundo aliqua impietatis suæ vestigia reliquerunt, de quibus sic Basilius in ep. 251, n. 3 : *Hi Nicopolim usque progressi, cum nihil potuissent eorum, quæ promiserant, perficere; quomodo redierint, qualesque in redeundo visi sint, norunt qui adfuerunt.*

Demosthenes ubi vidit Nicopolitanos non cedere, vi et impressione ordinatum illis episcopum imponere aggressus est, ac Ecclesiam civitatis Frontoni tradidit. Sed tamen nihil promovit, maluerunt pii homines sub dio conventus suos agere, quam cum Frontone communicare. Itaque in vacuis ædibus quotidie cum parva sectatorum manu recumbebat, pro episcopatus gloria, quam tantopere concupiverat, ignominia et opprobriis coopertus.

Hæc paulo aliter ac Tillemontius descripsimus. Existimat enim doctissimus scriptor Demosthenem, cum Nicopolitanorum animos levioribus tentamentis oppugnasset, ut Eustathii manu episcopum acciperent, ubi vidit eos non cedere, violentum illud agmen Arianorum immisisse. In eam sententiam interpretatur illud ex epist. 237, *Ubi videt eos libenter non cedere, nunc aggreditur violentiore manu datum illis episcopum constituere.* Sed hæc interpretatio stare non potest; constat enim Frontonem ab Arianis episcopatum accepisse. Quare violentiam illam, quam Demosthenes adhibere statuit, ut *datum episcopum* constitueret, non immittendis Arianis adhibuit, qui jam perfecerant quod situm in ipsis fuerat, sed sacris ædibus Frontoni per vim tradendis. Vide quæ observavimus ad epistolam 237.

IV. Tum cum Nicopolitanis graviora minaretur Demosthenes, rumor erat Arianos, qui forte nondum in Galatiam redierant, aliud concilium meditari, ad quod accersitum Basilium, aut secum communicare cogerent, aut sua consuetudine uterentur. Inter has molestias Basilius nihil de valetudine sua scribere audebat Eusebio, ne vera dicendo affligeret. Jamdudum nullas Eusebio litteras miserat, non negligentia aut oblivione, sed quia cum scripsisset per Thraciæ vicarium, et per præpositum Philippopolis thesaurorum, litteræ redditæ non fuerunt. Peragrante enim parœciam Basilio, advenit vespere in urbem vicarius, et summo mane abiit, ejusque adventus œconomos ecclesiæ latuit. Præpositus vero, quem Basilius rogaverat ut litteras sumeret, urgente fortasse aliquo negotio, profectus est nec susceptis litteris nec salutato Basilio. Eo molestiora hæc erant, quod quotidie res novæ evenirent, quibus Eusebio scribendis dolorem suum levasset Basilius. Scripsit tandem ad eum epistolam 237, initio hujus anni 376, post reditum Arianorum ex urbe Nicopoli, tum cum vicarius graviora minaretur, ac forte antequam tradita esset Ecclesia Frontoni. In hac epistola rationem reddit, cur tanto intervallo scribat, ac persecutionem, ut vidimus, ordine describit.

Scripserunt presbyteri Nicopolitani ad Basilium de ærumnis Ecclesiæ suæ. Sed eorum litteras fama sua celeritate superaverat, et in vicinam omnem regionem scelus Frontonis et cleri ac plebis in eo detestando consensum detulerat. Itaque Basilius nihil novi ex eorum litteris didicit. Respondet per epistolam 238, ac hortatur ne animum despondeant ob lapsum unius aut alterius qui se Frontoni adjunxerant, cum cleri corpus integrum maneat; neque etiam nimis doleant, quod extra muros ejecti sint, sed si qua sit hac in re molestia, spe mercedis et adfuturi cito auxilii constanter perferant.

Non multo post scriptam Eusebio epistolam 237, Antiochus ex Oriente in Thraciam contendens Cæsarea transiit, ac novæ epistolæ occasionem Basilio attulit. Hanc epistolam, quæ est 239, non multo post eam quæ est 237, scriptam esse perspicitur ex ipso initio : *Dedit nobis Dominus etiam nunc... salutare sanctitatem tuam*, etc. Statum Ecclesiarum deplorat, ac de legatis Romam mittendis nonnulla disserit, quæ modo examinabimus. Sed antequam ad hanc legationem veniamus, quæ multis difficultatibus implicata est, alia Basilii commemoranda ad Nicopolitanos presbyteros epistola. Cum parum beatus sibi videretur Fronto vacuæ Ecclesiæ possessione, rem astu tractare et fidem catholicam profiteri cœpit : neque eum hæc alea omnino fefellit; nam nonnulli dubitare ac fluctuare cœperunt. Interim varii et incerti rumores Basilium sollicitudine distringebant, et certo scire majorem in modum avebat, quid Nicopoli ageretur; cum peropportune ad eum presbyteri Nicopolitani miserunt cum litteris Theodosium compresbyterum, ex quo singula accurate cognovit. Sic respondet Basilius, ut quæ ipse sibi suadebat, eadem illis proponat : nempe hanc persecutionem eumdem exitum habituram, quem multæ aliæ superiores habuerant; quamobrem si gravis sit, spe coronæ perferendam : si levis, non valde in parvo incommodo lugendum. Hortatur ut meminerint se martyrum et confessorum filios esse, ac domesticis exemplis utantur. Illud autem etiam atque etiam monet, ne rectæ fidei simulatione deludantur. Negat se commissurum, ut Frontonem episcopum agnoscat; idque eorum potissimum causa declarat, quos audierat fluctuare : ne quis ex illis communione Frontonis præoccuparetur, aut accepta ab eo ordinatione, postea reddita pace vim faceret gradus retinendi causa. Perspicuum est hæc scripta esse, antequam persecutionis violentia cresceret.

(*a*) Ep. 238, 240.

Digitized by Google

Nondum enim inflictæ erant plagæ, nondum exsilia, nondum carceres.

Ad hoc tempus pertinet brevissima ad Eusebium epistola, quæ est ducentesima quadragesima prima. Videtur questus esse Eusebius, quod in litteris Basilii nihil nisi mœrore et lacrymis dignum legeret : quod quidem superioribus duabus ad Eusebium epistolis optime congruit. Respondet Basilius se de molestis rebus sæpe scribere, non ut illius dolorem augeat, sed ut suum ipse leniat, ac Eusebium ad intentiores pro Ecclesia preces excitet.

V. Duo præstantissimi Ecclesiæ Antiochenæ presbyteri, Dorotheus et Sanctissimus, magno Ecclesiæ pacificandæ studio flagrabant; cumque precibus et hortatibus egissent apud episcopos Orientales, ut legatio in Occidentem mitteretur, commissa utrique hæc provincia circa Pascha hujus anni 376. Videtur Dorotheus superiore autumno Romam cogitasse (*a*), vel saltem Basilium hortatus fuisse, ut Gregorium Nyssenum in Occidentem legatum mitteret. Caruit exitu hoc consilium, sive quia Gregorius, ut præviderat Basilius, hoc munus suscipere noluit, quod illius stomachi non erat, sive alia de causa. Sed tamen Dorotheum in Thraciam venisse, et cum Eusebio Samosatensi fuisse anno 375 exeunte vel 376 ineunte, discimus ex epistola 239, quæ scripta est non multo post initium anni 376. Erat cum Basilio vel in finitimis locis, cum Basilius eamdem epistolam scripsit. Rogat enim Eusebium quales redeunti Dorotheo dandæ sint litteræ : forte enim comitem illum futurum optimo Sanctissimo, qui magno animi ardore Orientem peragrabat, et ab insignibus quibusque episcopis subscriptiones et epistolas colligebat.

Legatos in Occidentem mitti non multum probabat Basilius : si enim Dominus propitius fiat, alio opus non fore auxilio : si Dei ira perseveret, non magno præsidio futurum Occidentale supercilium. Frustra ejusmodi homines orari demonstrat, allato in eam sententiam versu Homerico. Nondum enim callus obductus erat dolori, quem ex inutili litterarum anni 372 exitu, et ex responsis parum æquis per Evagrium anno 373 allatis conceperat. Quin etiam vulnus refricuerant novissimæ Damasi litteræ, quæ Paulino episcopatum attribuebant, defraudato Meletio. Narrat in eadem epistola 239 sibi in mentem venisse privatim ad coryphæum Occidentalium scribere, de rebus quidem ecclesiasticis nihil, nisi quod insinuasset, neque illos de rebus Orientis vera nosse, neque viam, qua possint discere, amplecti ; ac generatim, hominibus, quos tentationes affligunt, insultandum non esse, neque dignitatem existimandam esse superbiam. Non tamen obstitit legationi Basilius; neque enim is erat, qui ulli Ecclesiæ commodo moram afferret : sed potius libenter communi causæ stilum suum impendit in exarandis duabus litteris, quæ a presbyteris Dorotheo et Sanctissimo perlatæ optatos exitus habuerunt.

Sunt hæ litteræ 242 et 243. Prima Orientalium nomine Occidentalibus scripta. Alteram Basilius privatim scripsit ad Italiæ et Galliæ episcopos. In prima significant Orientales se inter gravissimas procellas ab Ecclesiarum defensione non dimoveri, nec animum despondere, et idcirco auxilium ab Occidente jam sæpe exspectatum poscere. Numerant decimum tertium persecutionis annum, in qua plures Ecclesiis evenisse afflictiones asseverant, quam evenisse memorantur, ex quo Evangelium Christi annuntiatur. Rogant ergo ut tandem aliquando mittantur ex Occidente, qui Orientali Ecclesiæ opem ferant.

Scripta est in eamdem sententiam epistola 243. Rogat Basilius ut imperatorem Occidentis certiorem faciant de iis quæ geruntur in Oriente; vel si id difficile fuerit, saltem ipsi mittant qui consolentur afflictos. Persecutio uberius describitur, quam in superiori epistola. Narrat Basilius episcopos indicta causa damnari; imo nonnullos sine accusatoribus, sine tribunalibus, intempesta nocte raptos, in longinquas regiones fugatos fuisse. Hinc fugæ presbyterorum et diaconorum, cleri depopulatio, populorum gemitus, altaria spirituali cultu vacantia, ædes precationis clausæ sine concionibus ac synaxibus : dum Ecclesiæ columnæ dispersæ sunt, hæresis libertatem nacta, multitudinem inducit deorum, et Spiritum sanctum rejicit, ac dum omnia sibi ecclesiastica munia arrogat, baptismata, deductiones proficiscentium, consolationes ægrotantium, communiones mysteriorum, Ecclesiæ filios impiæ doctrinæ assuefacit. Hæc eo molestiora erant Orientalibus, quod metuerent ne incendium consumpto Oriente Occidentem etiam pervaderet.

VI. Duos illos presbyteros paulo post Pascha hujus anni 376 in Occidentem non serius profectos esse, hoc maxime argumento nixus existimo, quod idem legatorum munus iterum obierint, et ab eorum ex secunda legatione reditu usque ad initium anni 378, nonnulla evenerint, quæ apte disponi non possent, si prima legatio serius contigisset.

Neque etiam citius hæc legatio possit collocari, in quo sane a Tillemontii sententia longe distamus. Is enim legatum anno 373 aut 374 missum esse Dorotheum existimat, et anno 375, sub finem autumni rediisse. 1° Neminem anno 373 missum fuisse jam supra satis probatum. Nullum legationis vestigium habent anni 373 aut 374 Fucum fecit eruditis viris opinatus Dorothei ex Occidente reditus anno 375, quem colligunt ex his verbis epistolæ 239 : *De rebus autem Occidentalibus prius ipse didicisti, narrante omnia fratre Dorotheo, cui quales dandæ rursus, litteræ abeunti?* Ex his concludunt Dorotheum Roma redeuntem, apud Eusebium fuisse, eique de rebus in Occidente perspectis narrasse.

(*a*) Ep. 215.

Digitized by Google

Sed quomodo Dorotheus, qui sub initium hiemis anno 375 Romam quidem cogitabat (*a*), sed tamen nondum litteris episcoporum instructus erat, nondum episcopos nactus erat, quibus comitem se itineris esse optabat; quomodo, inquam, tam cito redire potuit, ut in Thracia apud Eusebium esset initio anni 376? Non enim dubium est quin, cum Basilius scriberet epistolam 239 (scripsit autem non multo post initium anni 376), jam tum Dorotheus ab Eusebio discessisset et in Cappadocia aut finitimis locis versaretur. Unde quærebat Basilius quænam ei dandæ essent abeunti litteræ. Illud autem non minus exploratum et certum est, Dorothei Romam cogitantis iter nondum sub initium hiemis omnino statutum fuisse; siquidem Basilius in epistola 215 negat eum hoc iter hieme conficere posse, nisi mari utatur, et cum Dorotheus comitem se Gregorio Nysseno futurum speraret, tota res Basilio plurimis obstructa difficultatibus videtur. Quare quod ait Basilius Eusebium de rebus Occidentis ex Dorotheo didicisse, id de rebus in Occidente auditis aut perspectis accipi non debet, sed de iis quæ Dorotheus ex Damasi litteris sub æstatis finem allatis cognoverat. Petit autem Basilius quales rursus dandæ sint litteræ Dorotheo abeunti in Orientem. Meminerat enim consilium scribendi ad Occidentales anno 373, quod ex sancto Eusebio ortum fuerat, tot obstructum difficultatibus fuisse, ut in rem minime collatum fuerit.

2° Duæ exstiterunt Dorothei in Occidentem legationes, prima quidem, cum litteras 242 et 243 detulit, altera cum epistolam 263. Primæ legationis optatissimus exitus fuit, non quod auxilium Romani re vera Orienti tulerint, sed quia sinceram ferendi voluntatem significarunt. Unde Orientales, dum Dorotheum iterum mittunt (*b*), gratias agunt amplissimas Occidentalibus. Hinc etiam Basilius in tribus epistolis, quas revertente ex prima legatione Dorotheo scripsit, lætitia exsultat, ut in rebus ex sententia confectis. Ex his evidenter probatur hanc legationem non citius susceptam esse, quam modo diximus, nempe circa Pascha hujus anni 376. Nam Basilius, cum scriberet epistolam 239, mense Februario aut Martio ejusdem anni, non valde probabat legatos in Occidentem mitti, nec quidquam sperabat a supercilio, ut ipse appellat, Occidentali: nondum enim deposuerat dolorem, quem ei inusserant et litterarum anni 372 inutilis exitus, et responsa per Evagrium anno 373 allata, et novissimæ Damasi litteræ anno 375.

3° (*c*) Numerant Orientales annos tredecim persecutionis; quod quidem optime quadrat cum anno 376. Incœpit enim Valens decimum tertium imperii annum mense Martio hujus anni. Quare cum scriptæ sint duæ illæ epistolæ post Pascha, non immerito Orientales totidem annos persecutionis numerabant, quam cum imperio Valentis sciebant incepisse. At Tillemontius initium tredecim annorum repetit ab anno 361, alii ab anno 360. Sed extrema persecutionis Constantii minus recte cum initiis Valentis conjunguntur. Inter utramque persecutionem aliquot anni interjecti sunt, Catholicis sub Juliano in sedes suas restitutis. Præterea si de persecutione Constantii Orientales locuti fuissent, non jam tredecim annos numerassent, sed longius multo initia persecutionis repetiissent.

4° In opinione Tillemontii turbatur et confunditur rerum gestarum series. Proficiscitur Dorotheus anno 373 aut 374; non redit nisi anno 375 exeunte. Nimium sane hoc intervallum in re non difficili ad deliberandum et dijudicandum, nec multum temporis requirente. Idem Dorotheus iterum mittitur anno 377. At inter utramque legationem non tantum spatii videtur effluxisse. Nam cum promisissent Occidentales se Orientis auxilio venturos, si ab anno 375 usque ad 377 nihil præstitissent, merito questi essent Orientales, qui tamen in epist. 263, quam Dorotheus iterum missus detulit, gratias agunt ob prolixæ voluntatis significationem, ac promissa Occidentalium reposcunt, ut prorsus recentia.

CAPUT XXXVI.

I. *Reprehensus a Patrophilo Basilius ob bellum cum Eustathio, causæ suæ justitiam defendit.* II. *Theophilo injurias redonat, sed roganti ut cum Eustathio communicet, minime annuit.* III. *Persecutio Nicopolitanorum ingravescit. De epistola ad Amphilochium, et alia sine inscriptione.* IV. *Scribit iterum Basilius Patrophilo. De litteris ad Evæsenos et initio anni apud Cappadoces. De ep. 252.* V. *Redeunt Dorotheus et Sanctissimus. Plures Basilii litteræ per Sanctissimum feruntur. Consolatur Beræenses monachos, quorum ædes Ariani incenderant. Item alios monachos ab Arianis vexatos.* VI. *Epistola ad Epiphanium de Apollinario et de rebus Antiochenis. Scribit Basilius Palladio et Innocentio.* VII. *Consultus ab Optimo explicat Scripturæ locum difficilem.* VIII. *Epistolæ ad Sozopolitanos et ad Urbicium de hæresi Apollinarii.*

1. Patrophilus Ægearum in Cilicia episcopus Basilio amicus erat, et fidei catholicæ addictus; sed in Eustathium plus æquo propensior. Is ubi vidit Basilium in apertas contra Eustathium querelas erupisse, satis diu siluit. Sed tandem misit presbyterum Strategium cum litteris, in quibus non sine reprehensione et quibusdam aculeis stuporem animi sui significabat, quod Basilius, qui a puero dederat se Eustathio, et illius causa tot ac tanta fecerat, tot bella cum innumeris aliis sustinuerat, nunc cum ipso bellum gereret. Nihil læserunt Basilium ejusmodi reprehensiones: quin etiam ridere subiit, quod Patrophilus, quocum sibi amicitiam tot vinculis adstrictam putabat, levibus de causis in tantum stuporem incidisse se diceret. Sed quia nemo prorsus erat, cujus non communionem et amicitiam perinvitus amitteret Basilius; exponit Patrophilo omnem suam ab origine dissensionem cum Eusta-

(*a*) Ep. 215.
(*b*) Ep. 263, n. 1.
(*c*) Ep. 242.

Digitized by Google

thio : demonstrat quam injustæ Eustathii querelæ, quam graves injuriæ et calumniæ, quam inconstans nunc hac nunc illa fide tenenda et subscribenda, nunc his nunc illis partibus tuendis animus; ac tandem rogat ut sibi per eumdem Strategium perscribat, utrum idem erga se permaneat, an ex congressu cum Eustathio immutatus sit.

Novissimum Eustathio facinus in hac epistola (n. 5) exprobratur. *Viderunt enim Cyzicum*, inquit (n. 9), *et cum alia fide reversi sunt.* Non viderat hanc fidem Basilius, sed hoc tantum audierat silentium consubstantiali impositum, simile secundum essentiam inductum fuisse. Hæc formula inter varias formulas, quibus subscripsit Eustathius, ut recentissima pariter recensetur in ep. 251, n. 4. Indicatur etiam in ep. 226. Quo tempore id contigerit, non declarat Basilius; sed cum recens esse factum indicet : anno 375, evenisse supra diximus ante concilium Ancyranum.

II. Theophilus Castabalæ in Cilicia episcopus, vehemens fuerat in causa Eustathii tuenda; in primordiis dissensionis miserat aliquem ex clericis suis, qui Basilio indignis modis conviciaretur : nec dignatus erat ad eum scribere, ne episcopum illum salutare cogeretur. Postea (*a*) socium adjunxerat se Eustathio in Basilio frequentissimis in conventibus dilacerando. Sed tamen ubi vidit causam suam Basilium in clarissima luce et omnium oculis exponere, suam vero Eustathium turpi cum Arianis conjunctione prodere; tum vero Basilii amicitiam recolligere conatus est, sic tamen ut pro Eustathio petiisse videatur. Respondet ei Basilius se amicitiam illius magni semper fecisse, nec ab ea, quantum ad animi affectionem pertinet, ullum diem discessisse; quamvis multæ ac magnæ doloris causæ acciderint : sed cum jucunda cum molestis, velut in trutina, poneret, plus apud se jucunda ponderis habuisse. Quod spectat ad Eustathium, hanc a Theophilo veniam petit Basilius, ut cum Eustathii communio semper sibi optatissima fuerit, quandiu is a sanioribus stabat partibus; nunc eo cum adversariis palam et aperte conjuncto, liceat sibi nihil veritati præponere.

Jamdudum scripserat Theophilus, molestumque erat Basilio quod occasiones deessent respondendi. Sed tandem nactus Strategium, commisit ei hanc epistolam cum præcedenti. Bis quidem venit Strategius, ut modo videbimus; sed primo ejus adventu Basilius Theophilo scripsit : sic enim in præcedenti epistola de Theophilo et acceptis ab eo injuriis loquitur ut jam tum videatur Theophilus ad ejus communionem et amicitiam rediisse. Ait enim (n. 2) : *Cum omni mihi reverentia et honore dignus frater Theophilus uno ex his qui cum eo sunt misso, nonnulla declarasset, quæ nec sibi indecora dictu, et nobis auditu congruentia esse ducebat; scribere enim non dignatus est, non tam metuens nè ex litteris argueretur, quam sollicitus ne nos necesse haberet ut episcopos salutare; sed certe verba erant vehementia, et ex pectore fervente prolata; in nis discessimus.* Antea non tam leniter cum eo agebat Basilius (*b*), cum quereretur, quod se Eustathius *una cum Theophilo Cilice in frequentissimis conventibus* dilaceraret. Ubi vides Theophilum nec fratrem nec episcopum appellari.

III. Cum parum Fronto promovisset ficta rectæ fidei professione, in apertum furorem, relictis astutiis, erupit. Factæ magistratibus contumeliæ (*c*), verbera inflicta, ædes expilatæ, civitas vastata, sacerdotes expulsi, et irruentibus lupis grex dispersus. Basilius acceptis ea de re litteris presbyterorum et magistratuum, tribuit eorum tempori quidquid in se situm erat, coram supplicavit potentibus viris, et per litteras iis a quibus in aula diligebatur, ut rabidi hominis furor comprimeretur. Cum autem animadvertisset in presbyterorum litteris animum inter tot ærumnas lassum ac minus constantem, consolatur eos spe auxilii a Deo venturi, ac hortatur ut precando ne defatigentur, et quæ hactenus verbis docuere, ea nunc opere perficiant. Similiter magistratibus celerem a Deo adfuturam opem pollicetur.

Basilius præ summo suo Amphilochii desiderio moleste ferebat se tam longe ab eo disjungi; sed cum Amphilochii tranquillitatem consideraret, gratias agebat Deo, quod is remotus esset ab incendio Cappadociam et vicinas provincias vastante, quibus angelus Satanæ bellum inferebat, ut bæresim propagaret, ac ne sanguini quidem fidelium parcebat. Nam Asclepius quidam, eo quod communionem cum Doec, id est, cum Frontone inire nollet, ab hæreticis verberatus, ex plagis obierat. Non dubitabat Basilius, quin hujus rei fama ad Amphilochium pervenisset. Cætera omnia huic facinori respondebant, persecutiones presbyterorum et magistratuum, et quidquid ab hominibus auctoritate ad arbitrium abutentibus proficisci possit.

Jam absolutus erat liber *De Spiritu sancto*, cum sanctus Amphilochius Cæsaream venit anno præterito ad diem festum S. Eupsychii. Moras attulerunt librariis mandata Amphilochii, qui eum in membranis descriptum voluit. Sub finem ejusdem anni promittit se missurum illud opus, si quem idoneum inveniat, cui perferendum committatur. Hujus enim cautionis necessitatem afferebat persecutio. Cum neminem ejusmodi hactenus invenisset, rogat Amphilochium in hac epistola 248, ut si quem ipse reperiat, opus accersat. Nolebat enim Basilius illud hominum judiciis committere, antequam Amphilochio probatum fuisset.

Sequens epistola, quæ inscriptione caret, inter hos tumultus videtur scripta. Num cum aliquem

(*a*) Ep. 130.
(*b*) Ep. 578, n. 1.
(*c*) Ep. 247.

Digitized by Google

vitæ monasticæ cupidum præposito monasterii commendaret, præclare cum eo viro agi existimat, non solum quod bonum sibi ad futuram vitam viaticum, bonum cum hominibus Dominum timentibus convictum eligat, sed etiam *quod hisce*, inquit, *nostris tumultibus liberetur*.

IV. Superiores Basilii ad Patrophilum litteræ celerem responsionem merebantur. Rogabatur enim Patrophilus, ut misso iterum Strategio responderet, utrum in Basilii maneret communione, an totum se Eustathii partibus addixisset. Tardus fuit ad respondendum Ægeensis episcopus. Tandem, ubi satis deliberasse sibi visus est, per eumdem Strategium scripsit se eumdem esse erga Basilium, qui pactenus fuerat, ita tamen ut a sua in Eustathium propensione non multum discederet, ac Basilii in deneganda Eustathio communione constantiam minus probaret.

Gratias agit Basilius quod idem erga se permaneat. Sed iis omissis, quæ de Eustathio disseruerat Patrophilus, factum suum hoc uno rationis momento defendit, quod cum Eustathius palam et aperte communicaverit cum Galatis, qui ab insignium Arianorum partibus stabant, si cum ejusmodi hominibus communicare liceat, etiam cum eorum ducibus et magistris liceat, quorum tamen communionem fugiebat Patrophilus.

Evæsenam Ecclesiam, quæ vicina erat Cæsareæ, nihil læserat temporum difficultas, id quod maxime rarum erat et inventu difficile : integra erat apud eos et intacta fides apostolica; ac suum veritatis amorem egregie declararunt, cum structas Basilio calumnias in mentientium capita rejecerunt. Præter libellos, quibus Basilium Eustathius ante tres annos laceraverat, videtur recentiori astutia vel per se ipse, vel per emissarios suos persuadere Evæsenis voluisse (n. 4), ordinem sanctæ Trinitatis a Basilio immutari, ac Spiritum Patri et Filio præponi.

Persuasum habet Basilius magnam fore Evæsenorum mercedem, quod calumniis aditum in corda sua non dederint : eosque laudat, quod præclare animadverterint, iniquitatem et inconstantiam Eustathii, qui cum Nicænæ fidei subscripsisset Romæ, postea Basilio bellum intulit eo quod, ipsius petitu, eidem formulæ iterum subscripsisset; et cum Arianos negasset episcopos esse, nunc iis supplicat quos illi ordinavere; et cum violenter exagitasset eos, qui cum Arianis communicabant, nunc Arianorum communionem persequitur. Fatetur Basilius humilem se esse et parvum, sed tamen eumdem semper esse, nec unquam cum rebus immutatum. Non aliam apud se fidem esse Seleuciæ, aliam Constantinopoli, aliam Zelis et Lampsaci aliam, et Romæ aliam, nec nunc novam circumferri a prioribus diversam. Hortatur Evæsenos, ut in fide constanter perseverent, ac exiguam esse partem considerent, quæ morbo hæresis laborat, reliquam vero Ecclesiam in sana et incorrupta doctrina versari.

Numerat Basilius (n. 2) annos decem et septem non exactos a concilio Constantinopolitano, in quo depositus est Eustathius anno 360 ineunte. Ex quo patet hanc epistolam anno 376 scriptam esse. Sed cum Tillemontius Arianos existimet e Galatia accersitos ab Eustathio fuisse anno 376, in varias se conjicit ambages, ut explicet quod ait Basilius, id factum *anno præterito* fuisse. Suspicatur Orientales annum incipere solere a mense Septembri, ac proinde, si hæc epistola rejiciatur post mensem Septembrem, Basilium id præterito anno factum dicere potuisse, quod verno tempore anni 376 evenerat. Quamvis autem probaverimus in capite 34 Eustathii conjunctionem cum Arianis anno 375 ante Natale Domini evenisse, hæc tamen ad Evæsenos epistola post Septembrem rejicienda esset, si Cappadoces, ut existimat Tillemontius, annum incœpissent a mense Septembri. Sed hæc opinio non magnis nititur momentis, longeque probabilius est initium anni apud Cappadoces a mense Martio repetitum fuisse. Nam Basilius in epist. 69, quæ citius mense Septembri scribi non potuit, sanctum Athanasium rogat, ut Dorotheum ad primam navigationem dimittat, *ut saltem possit*, inquit, *anno sequenti aliquid fieri eorum quæ precamur*. Plana est et aperta hæc oratio, si anni initium erat apud Cappadoces mensis Martius; sed si Septembris, quomodo Basilius initio anni scribens, non satis superesse existimasset temporis, satisque habuisset, si saltem anno sequenti suscepta consilia ad exitum perducerentur ?

Existimat Tillemontius (*a*) orationem Basilii in sanctum Mamantem primo anni die habitam fuisse; et cum S. martyris festum apud Græcos mense Septembri celebretur, initium anni apud Cappadoces a primo Septembris die repetit. Sed festum S. Mamantis secundo Septembris die, non primo, apud Græcos celebratur, vigebatque hæc consuetudo Constantinopoli, ut observat Tillemontius, tempore Leonis Thracis. Deinde vero Basilii verba non sic accipi debent, quasi dies festus S. Mamantis primo anni civilis die celebraretur; sed cum ad hunc diem magna hominum multitudo quotannis confluueret, erat ille dies et præteriti anni finis et novi quodammodo initium. Sic loquitur Basilius : Ὁ δὲ περιαγαγὼν ἡμῶν τὴν πανήγυριν ταύτην, καὶ πέρας δοὺς ταῖς περυσιναῖς εὐχαῖς, καὶ κεφαλὴν δοὺς τῷ ἐπιόντι χρόνῳ (ἡ γὰρ αὐτὴ ἡμέρα ὁρίζει ἡμῖν τὸν παρελθόντα κύκλον, καὶ κεφαλὴ γίνεται πάλιν τῷ ἐπερχομένῳ) ..... διαφυλάξειεν ἡμᾶς ἐν αὐτῷ ἀβλαβεῖς. *Qui vero hanc nostram celebritatem reduxit, et præteriti anni votis finem dedit et succedenti tempori initium largitus est* (*eadem enim dies*

(*a*) Tom. IV, p. 358.

Digitized by Google

præteritum circulum nobis terminat et rursus insequentis fit initium) .... *conservet nos in semetipso illæsos*, etc. Quæ hic de diei quotannis redeuntis vicissitudine dicuntur, de quolibet die festo quotannis redeunte dici possunt : præsertim si ad illum diem magna hominum multitudo convenire soleat. Nulla ergo nobis imposita necessitas epistolæ ad Evæsenos post Septembrem rejiciendæ. Nam si Cappadoces annum, ut verisimile est, a Januario aut Martio incipiebant, potuit Basilius, cum mense Julio aut Augusto scriberet, ea anno præterito facta dicere quæ Decembri proxime elapso contigerant.

Referimus ad hunc annum epistolam 252 in qua Basilius episcopos Ponti perhonorifice rogat, ut antiquum morem resumant visitandæ ad diem festum Sancti Eupsychii ecclesiæ Cæsariensis. Citius collocari non potest hæc epistola; nam anno quidem superiore pax inter Basilium et Ponti episcopos sarta, sed post festum S. Eupsychii.

V. Dorotheus et Sanctissimus Roma redierunt hoc anno, rebus, quarum causa profecti erant, si minus ad optatum exitum, saltem ad bonam spem perductis. (*a*) Magnos labores in hoc conficiendo itinere tolerarunt : sed summam lætitiam toti Orienti attulerunt, cum et sententias Occidentalium et rerum statum accurate perspectum nuntiarent. Dorotheus in epistola Orientalium solus nominatur, quia is solus nominari solebat, qui præcipuas partes legationis sustinebat. In litteris autem, quas Basilius post eorum reditum scripsit, nulla Dorothei mentio, sed tantum Sanctissimi, sive ob eamdem causam, sive quod, remanente apud S. Meletium Dorotheo, Sanctissimus in Orientem missus esset, ut res Occidentis nuntiaret, ac Orientalium studia ad id quod inchoatum erat perficiendum incitaret. Videntur autem Dorotheus et Sanctissimus præcipue res Antiochenas cordi habuisse, tum quia maxima eorum cura erat hæc Ecclesia, quam litteræ Damasi anno 375 perturbaverant, tum quia ut ipse censebat Basilius, pax Orientis ex Antiochiæ pace plurimum pendebat. Quare ad S. Meletii causam refero quod ait Basilius presbyteris Antiochenis, Sanctissimum eorum sollicitudinem partim sedaturum his quæ in Occidente perspecta narrabit, partim excitaturum, et quantum studii res præsentes requirant, demonstraturum; ac inde colligo Damasum opera duorum illorum presbyterorum æquiorem factum esse Meletio. Hinc tanta lætitia exsultat Basilius non solum in epistola ad presbyteros Antiochenos, sed etiam in aliis duabus, nempe una ad Pelagium Laodicenum, altera ad Vitum Carrhotum episcopum, quibus quid actum esset in Occidente per se ipse non enarrat, sed Sanctissimo enarrandum relinquit.

Miror Tillemontium has tres epistolas ad annum 373 referre. Tunc quidem in Orientem rediit Sanctissimus, minime vero ex Occidente, sed ex Armenia, in quam visendi Meletii causa venerat. Præterea anno 373 et sequentibus querebatur Basilius de Occidentalibus, quos plena manu in his tribus epistolis laudat. Cum his epistolis conjungit etiam Tillemontius epistolam 132 ad Abramium Batnorum episcopum. Sed eam rejecimus in annum 373.

Quartam epistolam detulit Sanctissimus, quæ presbyteris Acacio, Aetio, Paulo et Sylvano, Silvino et Lucio diaconis, cæterisque fratribus monachis inscripta est. Verisimillimum est Acacium, qui primus nominatur, non alium esse ab eo Acacio, qui Basilium anno 375 Berœensis Ecclesiæ et Chalcidensis nomine invisit, ac postea in episcopatu Berœensi celeberrimus exstitit, sed præteritos labores nefariis in S. Joannem Chrysostomum molitionibus dedecoravit.

Jamdudum Ecclesiam Berœensem et Chalcidensem persecutio impugnabat, sed hoc anno 376 statim post Pascha hæretici Berœensium monachorum tabernaculis supervenientes, eorum labores igni tradiderunt. Ingemuit Basilius, ubi id rescivit, non tamen monachorum causa, quibus aliud in cœlis domicilium videbat hoc scelere præparari, sed hæreticorum, qui sibimetipsis ignis thesaurum comparabant. Speraverat Basilius fore, ut ad se tanquam ad paratum perfugium omnes accurrerent, ac ipse eorum complexu ex continuis doloribus et ærumnis respiraret. Sed cum id consecutus non esset, optabat ut saltem sæpe scribendi occasio daretur. Ne id quidem contigit, quia nesciebat ubinam versarentur, tum etiam quia non multi e Cappadocia in has regiones proficiscebantur. Nactus tandem Sanctissimi facultatem, hortatur ut ob futuram mercedem fortiter se gerant; et, quia persecutione adepti sunt fiduciam apud Dominum, noctu et interdiu pro Ecclesia precentur.

Ad idem tempus referri potest epistola 257 ad alios monachos, quibus pariter Ariani bellum inferebant. Eos Basilius consolatur spe mercedis eo uberioris, quod bellum inferebatur ab hominibus Christianos se esse profitentibus, nedum hoc nomen, ut multi existimabant, de eorum, qui persecutionem patiebantur, merito detrahere posset. Hortatur ut nec episcoporum exsiliis, nec quod proditores nonnulli ex ipso clero exstitere, fides eorum vacillet, nec eos magna populi multitudo terreat : non enim nomina esse, quæ nos salvos faciunt, sed propositum animi et dilectionem; nec multitudinem salvari, sed electos Dei. Videtur Basilius Frontonem notare, cum proditores ex ipso clero exortos commemorat. Tota epistola persecutionem ad summam acerbitatem pervenisse declarat.

VI. Anno 376 exeunte S. Epiphanius clericos e sua Ecclesia cum litteris ad Basilium misit. Dolorem suum significabat, quod dissiderent inter se fratres montis Elæonis sive Olivarum, seque nova nonnullorum commenta deprehendisse, ac de illis emendandis sollicitudinem suscepisse nuntiabat. Basilium rogabat, ut ad has perturbationes sedandas auctoritatem suam interponeret. Illud etiam Basilii

(*a*) Ep. 255.

Digitized by Google

curis dignum judicabat, ut dissidentes Catholicos Antiochenos ad concordiam adduceret : quorum de dissidio sic loquebatur Epiphanius, ut necesse esse statueret tres hypostases confiteri. Alteram adjunxerat epistolam, in qua Basilii de Magusæis sententiam sciscitabatur.

Gratias ei agit Basilius, quod eo tempore, quo refrixerat charitas, omnesque omnibus quodam modo suspecti erant, et sui meminisset, et tot ac tantis marium et terrarum spatiis disjunctus summam animi conjunctionem significasset. Sed onera sibi ab eo imposita, ut viribus suis majora, deprecatur. Jam enim se scripsisse Palladio et Innocentio, integrum sibi non esse fidei Nicænæ quidquam addere. Quæ autem de Incarnatione adtexta fuerant huic formulæ, ea Basilius nec examinaverat, nec receperat; propterea quod metuebat ne, si semel a fidei simplicitate discedatur, nullus jam foret disputandi finis, ac simpliciorum animæ turbarentur, dum fidei formulam augeri vident.

Quod spectat ad dissidium Antiochenum, declarat Basilius se hactenus cum Meletio communicasse, semperque cum eo Dei gratia communicaturum, propterea quod primus sub Constantio egregium certamen pro fide certavit, ejusque communionem ab initio Cæsariensis Ecclesia amplexa est; ipsum etiam Athanasium cum eo communicare voluisse, sed rem in aliud tempus pravis nonnullorum consiliis dilatam fuisse; eorum autem qui post Meletium venerant, nullius se admisisse communionem, non quod indignos judicaret, sed quia nihil habebat, cur Meletium condemnaret; itaque facere se non posse ut ad eos scribat. Cæterum Epiphanium laudat, quod tres hypostases confiteri necesse esse existimet : eique originem et instituta Magusæorum exponit. Summa Basilii humilitas elucet in hac epistola : hominem se nullius pretii (*n.* 1) vocat, et in peccatis (*n.* 2) viventem, quique veritatis dogmatum nondum idoneum assecutus usum.

Hanc epistolam ad annum 376 exeuntem referimus, quia cum hæc scriberet Basilius, jam Antiochiæ episcopatum Vitalis invaserat, jam turbas ciebat pravis opinionibus Apollinarius, nondum tamen hæresim suam palam et aperte prædicabat. *Nullius autem*, inquit Basilius, *ex iis qui postea introierunt, communionem unquam admisimus, non quod eos judicemus indignos, sed quod nihil habeamus unde hunc* (Meletium) *condemnemus.* Jam ergo præter Paulinum novus aliquis S. Meletio supervenerat competitor, quem cum Basilius episcopatu indignum non judicet, alius esse non videtur, quam Vitalis nondum in hæresi palam obfirmatus. Neque enim aut de Euzoio sic locutus fuisset Basilius, aut de ipso Vitali post manifestum hæresis incendium. Non latebant Epiphanium *quæ a nonnullis male excogitata*, nempe ab Apollinario, *fratres conturbaverant : sollicitudinem his de rebus* susceperat, atque, ut ipse narrat (*a*), Vitalem ad accuratam dogmatis confessionem et ad concordiam cum Paulino ineundam hortatus fuerat. Ortæ his de rebus turbæ in monte Elæone et aliis in locis, sed tamen malum insanabile non videbatur Epiphanio, ac Basilium rogabat ut remedium afferret.

Hæc autem mirifice congruunt anno 376 exeunti. Nondum enim ordinatus erat Vitalis anno 375, cum Damasi litteras accepit Paulinus circa mensem Septembrem. At hoc facinus commissum erat, cum S. Epiphanius Antiochiam venit; quo ex itinere reversus erat, cum scripsit ad Basilium. Apollinarii autem hæresis, etsi in his Damasi ad Paulinum litteris, ac multo ante, nempe anno 362, in concilio Alexandrino damnata, etsi ab Athanasio in epistola ad Epictetum anno 369 egregie confutata fuerat, non tamen illius auctor prodibat Apollinarius. Cum Basilius accusatum vidit ab Eustathio Apollinarium anno 373, mirum id ei visum est; nunquam enim de eo quidquam audierat ejusmodi. Nec tamen hæc criminatio ad Incarnationem spectabat, sed ad Trinitatem. In epistolis, quas scripsit Basilius anno 375 et 376, ut famam suam ab Eustathii calumniis vindicaret, declarat se cum Apollinario, nec communione, nec sententia conjunctum esse : sed alios a se non propulsat errores, præter eos, quos ipsi Eustathius affinxerat, dum ei impia quædam Apollinarii dicta attribuit (*b*), eumque ab Apollinario librum de Spiritu sancto petiisse mentitur. In epistola 243 Orientis mala accurate describuntur : at nulla prorsus de Incarnatione hæresis orta nuntiatur. Quare hæresis Apollinarii palam et aperte non erupit, nisi post hanc Orientalium epistolam : nec proinde epistola ad Epiphanium, quæ multis jam rebus post exortam hæresim scripta est, citius collocanda anno 376 exeunte.

Antequam Epiphanii litteras acciperet Basilius, alias acceperat (*c*) a Palladio et Innocentio degentibus in monasterio montis Olivarum, in quo dissensionem aliquam commoverat hæresis Apollinarii. Rogatus ab eis Basilius, ut se in pacificationem interponeret, ac Nicænæ fidei aliquid de Incarnatione addendum constitueret, hoc onus suscipere noluit. Cum enim id præ summa humilitate altius intelligentia sua ducebat, tum etiam verebatur, ne novis jurgiis materia daretur, ac simpliciorum animæ novis rebus introductis læderentur. Cæterum ad pacem eos hortabatur. Sed cum illius epistola, quam amisimus, non multum promovisset, iterum ad eum scripserunt Innocentius et Palladius iisdem de rebus, non sine aliqua excusatione quod ad eum non venirent. Libenter eis remittit Basilius hujus itineris laborem, ut hominibus labore manuum viventibus perincommodum, simulque dolorem suum significat, quod in concilianda pace parum profecerit

(*a*) Hæres. 77, c. 20.
(*b*) Ep. 214, n. 3.
(*c*) Ep. 258, n. 2.

Digitized by Google

Et pacis quidem, inquit, *semper optavi conciliator esse, sed re infecta, mœreo; quomodo enim non mœrerem?* Quali autem ex genere sit dissensio in monasterio illo exorta perspicere possumus ex his quæ sequuntur : *Sed tamen ea causa succensere nemini possum; cum sciam pacis bonum jam olim a nobis esse sublatum.* Non sic locutus fuisset Basilius, si ejusmodi homines errore Apollinarii infecti fuissent. Non enim negasset se illis succensere posse : sed illius lenitatem inde ortam puto, quod Apollinarium ejusque nonnulla dicta sic defenderent, ut sententiæ pravitatem minime sequerentur. Idem fere sibi evenisse testatur Epiphanius (*a*), antequam Apollinarii hæresim cognitam et perspectam haberet. Credere malebat illius dicta minus accurate referri, quam absurdos errores tanto viro attribuere.

VII. Circa hoc tempus Optimus Antiochiæ in Pisidia episcopus, Basilium consuluit de his Scripturæ verbis : *Omnis qui occiderit Cain.*, etc. (*b*); item de Lamechi ad uxores et Symeonis ad Mariam verbis. Numeratur Optimus a Theodoreto (*c*) inter strenuos fidei defensores, eique a synodo œcumenica secunda idem honos delatus est ac Helladio Cæsariensi, Gregorio Nysseno et aliis nonnullis. Elucebat (n. 1) in illius ad Basilium litteris et de Ecclesiis sollicitudo et Scripturæ legendæ studium. Quare Basilius pueros ab eo missos, quos alias libenter videbat propter egregios illorum mores, ac eorum cum Optimo necessitudinem, tunc eo libentius vidit, quod illius epistolam ferebant.

Scriptam hanc epistolam post hæresim Apollinarii probant, quæ de hæresibus Incarnationem oppugnare non cessantibus leguntur, num. 8. Huc accedit quod senem se esse dicit Basilius, et tempore ac imbecillitate corporis et multitudine afflictionum, quæ plurimæ in eum concitatæ vitam illius prægravaverant, emarcuisse.

VIII. Cum Apollinarii hæresis in urbem Sozopolitanam penetrasset ac nonnullos infecisset, scripserunt ea de re Sozopolitani ad S. Basilium, qui breviter quidem, sed eximiis rationibus demonstrat, quam absurdum sit cœlestem Christo carnem affingere, et humanos affectus in ipsam divinitatem conferre. Hanc epistolam citat Leontius (*d*), et pluribus locis Eulogius (*e*).

Urbicius monachus, idem procul dubio, quem Basilius anno 373 exsilium exspectans ad se accersebat, scripsit ad Basilium non sine aliqua timiditate, ut ad virum fama et dignitate præstantem. Sed eum hortatur Basilius, ut hanc timiditatem ex animo ejiciat, ac sæpe ad se scribat; neque enim nescire se hominum præstantiam ex timoris Dei gradu proficisci, nec quidquam impedire, quominus se major sit Urbicius, si Deum magis timeat. Scire cupit Basilius quinam in Ecclesia, in qua degebat Urbicius, sani sint, ut quibus scribendum sit et in quibus acquiescendum cognoscat. Cum autem audiisset nonnullos ex iis qui cum Urbicio erant, Deum ipsum in carnem conversum dicere, breviter errorem refellit, Urbiciumque hortatur ut hæc impietas ecclesiastica emendatione non careat. Ex quo colligi potest hunc Urbicium vel monasterii præpositum, vel aliquo ecclesiasticæ dignitatis gradu præditum fuisse. Nemo est qui non videat in hac et superiori epistola Apollinarii commenta damnari : nec mirum videri debet si non unus et idem error in utraque epistola refellatur. Narrat enim Epiphanius (*f*) se inter Apollinarii sectatores magnam sententiarum varietatem perspexisse.

CAPUT XXXVII.

I. Dorotheus et Sanctissimus Romam iterum mittuntur. II. Non videntur confecisse quod præcipue illis propositum erat. III. Laudat Basilius confessores Ægyptios quod Apollinarium damnaverint. IV. Reprehendit quod Marcellianos ad communionem receperint. V. Reprehensi etiam fuere a Petro Alexandrino ad quem scribit Basilius ep. 266. VI. Examinatur an jure Basilius dixerit Marcellum ex Ecclesia exiisse. Quo tempore fidei confessio Athanasio oblata a Marcellianis. VII. Petri querelis de Dorotheo respondet Basilius in eadem epistola.

I. Dorotheus et Sanctissimus presbyteri, quos anno 376 in Occidentem missos fuisse et eodem anno rediisse diximus, non diu ex molestiis itineris quieverunt, sed statim novus illis suscipiendus fuit labor, ut episcopis Orientis nuntiarent quæ in Occidente viderant (*g*), eisque persuaderent magno studio præsentia negotia indigere. Nam etsi prolixam succurrendi voluntatem significaverant Occidentales, eadem manebant Orientis vulnera (*h*), nec quisquam missus ex Occidente qui ea sanaret : nec litteræ, quas Occidentales misere per Sanctissimum et Dorotheum, magnum remedium attulerant. Quare (*i*) nova opus erat legatione, ac novis episcoporum subscriptionibus, quarum colligendarum causa videtur Sanctissimus Orientem peragrasse. Iterum ergo profectus est in Occidentem cum Dorotheo, epistolam Orientalium deferens, in qua rogant ut tandem aliquando mittantur (*j*) qui Orientem invisant; vel, si id fieri non potest, saltem veniant ab Occidente litteræ, quæ auctores tumultus et perturbationis notent, eosque (n. 5) ab ecclesiis arcendos decernant, si in pravis novitatibus perseverent. Inter eos, qui Orientem perturbant, duo nominatim recensentur Eustathius et Apollinarius. Referuntur variæ Eustathii mutationes partium : cum iis, qui consubstantiale anathematizant conjunctus esse, seque Pneumatomachorum hæresis ducem præbere dicitur. Scire avent Orientales quibus olim conditionibus a Liberio susceptus sit; atque hæc additur causa, cur ad eum reprimendum Occidentales

(*a*) Hæres. 77, p. 996.
(*b*) Gen. IV, 15.
(*c*) *Hist. eccles.* lib. IV, c. 30.
(*d*) *In Nestor. et Eutych.*, p. 1000.
(*e*) *Phot. cod.* 225, p. 760, 801, 808.
(*f*) Hæres. 77, p. 996.
(*g*) Ep. 253.
(*h*) Ep. 263, n. 1.
(*i*) Ep. 253 et seqq.
(*j*) Ep. 263, n. 1.

Digitized by Google

auctoritatem suam adhibere debeant, quod unde accepit fiduciam ad subversionem multorum, inde æquum sit emendationem venire. Apollinarii errores exponuntur. Perstringitur etiam ordinatio Paulini Antiocheni, isque accusatur, quod in Marcelli errorem propendeat, ac illius sectatores sine discrimine ad communionem admittat.

II. Non videtur hæc legatio prosperos exitus habuisse. Vix quidem dubium est, quin persecutionis descriptione et tot malorum flebili specie corda tetigerint. Forte etiam de Eustathio et Apollinario impetrarunt, ut uterque condemnaretur. Saltem de Apollinario scimus eum in synodo Romana (*a*), præsente Petro Alexandrino, damnatum fuisse. Prolixam Occidentalium voluntatem perspicimus in quodam fragmento synodi Romanæ. *Cæterum*, inquit synodus, *quod ad removendas vestræ dilectionis injurias, nec frater noster Dorotheus presbyter explicare omnia vivaciter prætermittit, nec nostri nisus, ut ipse testis est, defuerunt.*

At præcipue propositum erat legatis, ut Occidentis gratiam ac favorem sancto Meletio conciliarent. Cum enim nihil Antiochiæ Basilius (*b*) in orbe terrarum præferebat, eaque ad concordiam adducta cæteras Ecclesias facile sanatum iri putabat, tum vero Dorotheus et Sanctissimus hanc potissimum proficiscendi causam habuerunt (*c*), quod Paulinus litteris Roma acceptis mirum in modum efferretur. Statim ac allatæ fuerunt Antiochiam hæ litteræ (allatæ autem fuerunt anno 375, circa autumnum), Dorotheus Romam cogitavit (*d*), ac Sanctissimus (*e*) Orientem peragrare cœpit, ac subscriptiones et litteras colligere. Lætitia, quam Basilius eorum reditu percepit anno 376 argumento est tunc Romanum pontificem non alienum a Meletio animum significasse. At secunda legatio prospere non cessit. Nam cum Meletii causam defenderet Dorotheus coram Damaso et Petro Alexandrino, sanctus ille præsul una cum sancto Eusebio inter hæreticos numeratus est, idque, ut conjicimus, ab ipso Petro Alexandrino. Non tulit Dorotheus tantum nefas, ac stomachum suum erupit in Petrum, qui cum apud Basilium conquestus esset, sic ei respondet Basilius (*f*) : *Nos autem in tristitiam conjecit frater Dorotheus, quod, ut ipse scripsisti, non omnia leniter et mansuete dixerit dignitati tuæ. Atque id equidem temporum attribuo difficultati. Videor enim mihi nulla in re ob mea peccata prosperos habere successus : siquidem fratrum optimi non comperiuntur lenes, neque ad obeunda munera idonei, eo quod ex mea sententia non omnia peragunt.* Iis verbis satis indicat Basilius legationem ad optatos exitus perductam non fuisse : causam autem rejicit quidem in Dorotheum ac sua ipsius peccata ; sed tamen in his quæ sequuntur non sine perpolito acumine demonstrat difficile fuisse Dorotheo a sua lenitate non discedere, cum tam iniquum Petrus de Meletio et Eusebio judicium ferret. Quamvis autem Occidentales non tantum S. Meletio favorem exhibuerint, quantum optasset Basilius ; constituerunt tamen episcopos mittere in Orientem, *qui sequestres et arbitri refundendæ, si fieri posset, pacis exsisterent*, ut legimus in epistola concilii Aquileiensis ad imperatores, quæ est duodecima inter Ambrosianas. Sed ibidem hoc consilium bello Gothico interpellatum fuisse discimus.

In quodam codice manuscripto annotatur hanc epistolam missam non fuisse, unde colligit Combefisius Basilium mutasse consilium quod intenderat, ob ea quæ de Paulino minus honorifice in hac epistola dicuntur. Sed hunc codicem refellit Basilii testimonium. Quod enim ait Meletium et Eusebium numeratos fuisse inter hæreticos, id referri non potest ad legationem anni 376; quæ tantam Basilio lætitiam non attulisset, quantam attulisse vidimus, si tunc Meletius et Eusebius tam inhoneste appellati fuissent. Quare necesse est aliam admittere legationem, cujus exitus exspectationi minus respondit.

Profecti fuisse videntur Dorotheus et Sanctissimus verno tempore anni 377. Nam cum redierint ex Occidente anno 376, circa autumnum et in colligendis subscriptionibus aliquid temporis consumpserint, secunda illorum in Occidentem profectio citius collocari non debet. Neque etiam multo serius; quia ab eorum reditu usque ad illud tempus, quo Petrus Alexandrinus Roma discessit (discessit autem circa mensem Maium anni 378), nonnullæ res gestæ sunt, quæ nimium angustis spatii finibus concludi non debent. Quare immerito synodum Romanam, in qua damnatus rogatu Orientalium Apollinarius, nonnulli referunt ad anni 378 initia.

III. Non multo post epistolam, quæ est ad Occidentales, scripsit Basilius confessoribus Ægyptiis in Palæstina exsulantibus (*g*). Horum plures communiter, privatim vero Adelphius et Isidorus scripserant Apollinario. Sed is postquam in apertum schisma erupit, confessorum testimonio et perhonorificis litteris se jactabat in quadam adversus Paulinum Antiochenum epistola. Confessores commovit hæc epistola ac de Paulino suspiciones injecit ; sed ubi in eorum manus venere nonnulla Apollinarii de fide scripta ; tum vero illatum Ecclesiis damnum tacere non potuerunt, ac suum de Apollinario judicium litteris ad Nitriæ monachos scriptis consignarunt.

Basilius, ubi didicit eos confessionis laudi magnum hæresis refellendæ studium adjicere, communionem cum eis fovere per epistolam (*h*) voluit, ac

(*a*) Damas. epist. 14.
(*b*) Ep. 66, n. 2.
(*c*) Epist. 216.
(*d*) Ep. 215.
(*e*) Ep. 239, n. 2.
(*f*) Ep. 266.
(*g*) Tillemont., tom. VII, pag. 620.
(*h*) Ep. 265.

Digitized by Google

Elpidium diaconum misit cum litteris suis. Gratulatur eis exsilium et egregiam de Ecclesiis sollicitudinem in refellendo Apollinario cognitam. Hujus hominis facinora ad scindendas Ecclesias, errores de Trinitate et de Incarnatione perstringit, et quam absurda sint illius de templi et legis instauratione commenta breviter demonstrat. Hortatur confessores ut eum dogmatibus Ecclesiæ fortiter proponendis ad sanitatem reducere conentur, ita ut illius omnibus innotescat pœnitentia.

IV. Alia erat scribendi causa ad confessores. Mortuo paucis ante annis Marcello, pars cleri et populi Ancyrani, quæ ei semper affixa fuerat, nec episcopos in ejus locum substitutos agnoverat, communionem catholicam amplecti statuit. Erant enim ab omnibus Orientis Ecclesiis abscissi, si excipiatur Paulinus, cujus licentiam in eis ad communionem recipiendis vituperant Orientales in epistola præcedenti (*a*). Studio igitur recuperandæ communionis catholicæ, quatuor presbyteri ex hac secta cum quatuor aliis clericis Diocæsaream veniunt, ostendunt confessoribus Ægyptiis litteras, quas olim a sancto Athanasio acceperant, fidei formulam offerunt, erroribus, quos ei hominum attribuebat opinio, contrariam; sicque a confessoribus admittuntur ad communionem. Pluribus ea res permolesta fuit, etiam in Palæstina (*b*) : sed nemo potiori jure conqueri poterat, quam Basilius. Nam cum Galatia una esset ex provinciis Cæsareæ subjectis, Galatæ in communionem ecclesiasticam inconsulto Cæsariensi episcopo restitui non debebant. Hac injuria accepta Basilius eamdem ac sæpe alias animi moderationem adhibuit, ac querelas suas ne ad Petrum quidem Alexandrinum detulit. Scripsit tantum confessoribus non debuisse eos sibi rei ad omnes Ecclesias spectantis judicium arrogare. Metuendum enim esse ne pax scindatur, aliis abscedentibus, dum alii admittuntur. Rogat ut ad se mittant propositiones, quibus assentientes Marcelli discipulos receperunt.

Non is erat Basilius qui, quod ipse committeret, id reprehenderet in aliis. Sæpe a Galatis importune rogatus (*c*), respondere eis noluit absque ulla exceptione, quia aliarum Ecclesiarum judicium exspectabat. Cavendum enim esse intelligebat, ne, si minus æquis conditionibus reciperentur, non illi ad Catholicos, sed ad eos Catholici accessisse viderentur, sicque pax cum paucis schismaticis composita schisma inter Ecclesias excitaret. Cum autem dicat Basilius se importune a Galatis sæpe rogatum fuisse, verisimile est eos ad illum accessisse, antequam se ad confessores conferrent. Sed dubium esse non potest quin, postquam recepti a confessoribus fuere, a sancto Basilio petierint ut concessum sibi beneficium confirmaret. Hinc Basilius sic de illis loquitur in epistola 266 : *Et nunc si Deus dederit, nobisque patientem aurem præbeant, speramus nos populum ad Ecclesiam adducturos, ita ut non ipsis nobis exprobretur nos ad Marcellianos accessisse, sed illi membra corporis Ecclesiæ Christi fiant : et malum dedecus, quod ex hæresi aspersum est, nostra suscipiendi ratione deleatur, nec nobis opprobrium inuratur, ut ad illos translatis.*

Scripta videtur hæc ad confessores epistola post Orientalium litteras ad Occidentales. 1° Nihil habent Orientalium litteræ de facinoribus Apollinarii (*d*), qui illegitimos episcopos in Ecclesias ab episcopis catholicis gubernatas immittebat : unde ridebatur magnum pietatis mysterium, episcopis sine clero ac populo obambulantibus et nudum nomen circumferentibus. 2° Paulinum vituperant Orientales, quod Marcellianos sine discrimine ad communionem suam admitteret. At hoc crimen inferendum ei non fuit, vel saltem cum confessoribus communicandum erat, si jam recepti palam et aperte a confessoribus fuissent Marcelliani.

V. Quod ergo Petrus Alexandrinus de receptis Marcellianis ad Basilium scripsit, id post reditum legatorum Dorothei et Sanctissimi scripsit. Peramice expostulabat cum Basilio, quod se certiorem hujus rei non fecisset : simulque dolorem suum significabat, quod nec canonum nec Basilii habita ratio fuisset in Marcellianis ad communionem recipiendis. Fatetur Basilius (*e*) non immerito reprehensum se a Petro, quod non ad eum de omnibus rebus, sive parvis, sive magnis scribat. *Nam ad tibi*, inquit, *convenit nostra curare, et nobis ad tuam charitatem de rebus nostris referre.* Cæterum declarat se molestiis, non solum quæ ab Arianis accidunt, sed etiam quæ ab unanimis fratribus, ita assuetum esse, ut iis, quæ præter ordinem gesta nuper fuerant, minime commotus fuerit. Hinc etiam Petri aures obtundere noluit, partim quidem cum sciret famam sua sponte res gestas perlaturam, partim exspectans dum alii has molestias nuntiarent; postremo decorum esse non ducens indignationem et dolorem significare, quod contemptus fuisset. Significat Basilius se scripsisse confessoribus, ut a charitate quidem non discedant (aliqua enim exorta fuerat de recipiendis Marcellianis dissensio), et ab iis qui ecclesiastico jure erratis mederi possunt, exspectent emendationem. Laudat Petrum quod hoc opus aggressus sit prudenti consilio : ex quo colligitur eum scripsisse confessoribus de canonica recipiendorum Marcellianorum ratione : idque eum Tillemontius fecisse putat in alterutra epistolarum, quas scripsit adversus Apollinarium. Secundæ fragmentum exstat apud Facundum (*f*), qui hanc epistolam ad episcopos, presbyteros et diaconos pro fide apud Diocæsaream exsules scriptam fuisse testatur.

(*a*) Epiphan. hæres. 72.
(*b*) Ep. 266.
(*c*) Ep. 266.
(*d*) Ep. 265, n. 2.
(*e*) Ep. 266.
(*f*) Lib. IV, c. 2.

Digitized by Google

VI. De Marcelli sententia et doctrina in utramque partem multa disputari solent. Sed hoc unum nobis examinandum est, an verum sit quod ait Basilius in epist. 265, n. 3, eum ex Ecclesia exiisse. Desiderium ecclesiasticæ communionis, et catholicæ fidei professio, quam Marcelliani præ se ferunt, non mediocris esse ponderis videntur, ut, si minus Marcellus, saltem ejus discipuli suspicione exsolvantur. Neque enim probabile est clerum et plebem Marcelli, si erroribus teterrimis infecti fuissent, tam libenter, imo tantis conatibus, mortuo Marcello, Ecclesiæ fores pulsaturos fuisse. Multa alia ad Marcelli defensionem afferuntur, S. Athanasii communicatoriæ litteræ, Romanæ Ecclesiæ communio, synodi Sardicensis judicium, persecutio ab impiis hæreticis, et quod Athanasius interroganti Epiphanio sic respondit (*a*), ut purgatum habere Marcellum videretur. Atque ex his quidem constat Marcellum usque ad certum tempus in Ecclesia perstitisse. Sed quæ ex Basilii epistolis eruuntur, ea ad extremos Marcelli annos pertinent; satisque difficile est ex eis non concludere a communione S. Athanasii et totius Orientis Marcellum ante mortem exclusum fuisse, nec tunc Occidentis habuisse communionem. Conjecturas meas proponam, tota re ad dijudicandum doctioribus relicta.

Conceptis sane verbis testatur Basilius (*b*) Marcellum ex Ecclesia exiisse: neque hoc testimonium in re ante ipsius oculos posita videtur rejici posse. Non enim is erat Basilius qui, si Marcellus in communione Athanasii et Ecclesiæ Romanæ ante annos quatuor aut quinque obiisset, ex Ecclesia eum diceret abiisse. Ad Basilii auctoritatem accedunt non infirma argumenta. Cur enim Marcellianis concessa a confessoribus communio multorum indignationem movit, ac ipsius etiam Petri Alexandrini reprehensionem non effugit, si Marcellus communione S. Athanasii ante mortem non caruerat? Demonstrat Basilius Marcellianos a confessoribus recipi non debuisse sine consensu Occidentalium et eorum qui in Oriente cum confessoribus communicabant. Clausa ergo erat Marcellianis et Orientis et Occidentis communio. Romæ erat Petrus cum de concessa Marcellianis communione tam graviter conquestus est: quod quidem non videtur facturus fuisse, si Romanam Ecclesiam in concedenda illis communione perstare vidisset. Nullus proferri potest episcopus, qui eos admitteret, præter Paulinum, quem solum eo nomine accusant Orientales in epistola 263, quæ anno 377 scripta est. Perabsurda autem hæc fuisset accusatio, si ipsi Occidentales idem ac Paulinus committebant. Quinetiam Paulinus non semper videtur ita se gessisse. Nam anno 375 Basilius omnes eloquii sui conatus adhibuit, ut comitis Terentii conjunctionem cum Paulino interpellaret. Illud autem in Paulino potissimum repre- A hendit, quod unam hypostasim doceat. At si huic nævo addita fuisset communio cum Marcellianis, non id omisisset Basilius.

Non omittenda sunt quæ de Marcello adhuc vivente Basilius loquitur anno 371. Rogat S. Athanasium, ut ipsius opera et auctoritate interposita Marcellus a Romanis damnetur. *Requiritur autem et illud*, inquit (*c*), *a nonnullis qui hic sunt, ac necessario quidem, ut etiam nobis ipsis videtur, ut ipsi Marcelli hæresim velut perniciosam et noxiam et a sana fide alienam exterminent. Nam hactenus in omnibus quas scribunt litteris, Arium quidem infausti nominis virum susque deque anathemate ferire, et ab ecclesiis relegare non cessant: Marcello vero, qui impietatem ei ex diametro oppositam protulit, et in ipsum* B *divinitatis Unigeniti exsistentiam impius fuit, et Verbi appellationem prave accepit, nullum videntur intulisse vituperium. Qui Verbum quidem dictum fuisse Unigenitum concedit, ad usum et ad tempus progrediens, sed rursus ad eum unde prodiit revertens, neque ante exitum esse, neque post reditum subsistere.* Dubium ergo non erat Basilio quin Marcellum Athanasius condemnaret: hoc unum contendit, ut Occidentales ad idem de Marcello ferendum judicium adducat. Videntur posteriora Marcelli scripta (multa enim scripsit teste Hieronymo [*d*]) vel apertior erroris prædicatio Athanasium adduxisse, ut a sua illum communione removeret. De Romanis etiam non queritur Basilius quod cum Marcello communicent, sed quod olim communicaverint, C nec quod illum foveant et defendant, sed quod aperte non condemnent. Sic enim pergit (*e*): *Atque hujus rei argumenta sunt servati quod nos nefariæ illius scriptionis libri. Sed tamen nusquam eum reprobare visi sunt, idque eo nomine vituperati, quod eum ab initio ex veritatis ignoratione in ecclesiasticam etiam communionem receperint.*

Utrum Basilio Athanasius et Athanasio annuerint Occidentales, equidem haud facile statuerim. Basilius in epist. 89 ad Meletium, hoc unum commemorat, quod a S. Athanasio impetrare non potuerat, nempe ut S. Athanasius prior scriberet S. Meletio. Unde conjici posset quæ de Marcello postulata fuerant, conciliandæ paci minime obstitisse. D Quod spectat ad Occidentales, non puto nominatim ab eis damnatum fuisse Marcellum; id enim nullo exstat monumento. Sed forte idem tunc factum, quod quinque ante hoc tempus annis fecerat Liberius papa. Nam cum legati Eustathius, Theophilus et Silvanus in Occidentem missi Marcellum cum Photino et Paulo Samosateno damnent in fidei confessione quam Liberio obtulerunt, ipse Liberius in sua ad Orientales epistola confirmat legatorum doctrinam, sed generatim Patripassianos et Sabellianos damnat (n. 4), nec Marcellum, nec ullum alium nominatim appellans. Quare nescio unde

(*a*) Hæres. 72, n. 4.
(*b*) Ep. 265, n. 3.
(*c*) Ep. 69, n. 2.
(*d*) *De vir. ill.*, c. 86.
(*e*) Ibid.

Digitized by Google

hauserit Metrophanes Smyrnæ episcopus quod ait in concilio octavo, act. 6: *Novissime autem Marcellum ad proprium vomitum reversum et deprehensum hæreticum hi qui circa Silvanum erant anathematizaverunt, quibus et Liverius papa per litteras suas, qui post Julium fuit, concordat dicens:* Marcellum denuo impie dogmatizantem. Pugnat cum hoc testimonio Basilius, qui in epist. 89, quam supra citavimus, Marcellum nusquam a Romanis pontificibus damnatum queritur. Testatur Hilarius Fragm. hist. 2, n. 21, Marcellum, cum S. Athanasio probatus et purgatus fuisset, postea ab ejusdem remotum fuisse communione. At Hilarii testimonio uti non possum, quia id contigisse dicit antequam damnaretur Photinus: quod quidem refellit ipse Athanasius, cui Marcellus, ut observat Tillemontius, pluribus annis post damnatum Photinum probatus fuit.

Nihil detrahunt de his rationum momentis, quæ ad Marcelli defensionem proferuntur, cum ad extremos illius annos non pertineant. Frustra communionis litteræ, quas Marcelliani confessoribus Ægyptiis ostenderunt, scriptæ a S. Athanasio dicuntur anno 371. Nulla inest hujus temporis nota in fidei confessione, quæ Marcelli ejusque cleri et plebis nomine oblata litteras communionis a S. Athanasio impetravit. Quinetiam illam perpaucis annis post exortos Anomœos oblatam ex his verbis colligi posset, ἀναθεματίζομέν τε καὶ τοὺς νῦν ἐξελθόντας καὶ λεγομένους Ἀνομοίους (*a*). *Anathemate eos quoque damnamus, qui nuper exorti sunt et Anomœi dicuntur.* Hinc nulla mentio de Pneumatomachorum hæresi. Cum autem missi ad S. Athanasium Galatæ litteris episcoporum Græciæ et Macedoniæ muniti venerint (*b*), conjicio hæc contigisse non multo post synodos in Græcia et Macedonia celebratas circa annum 363 (*c*), quæ cum decreverint admittendos esse, quicunque fidem Nicænam reciperent, videntur Marcelli discipulos ea conditione libenter suscepisse.

VII. Inerant etiam Petri (n. 2) litteris querelæ adversus Dorotheum, cujus lenitatem ac mansuetudinem Petrus requirebat. Permolestum id fuit Basilio, qui peccatis suis fieri declarat, ut fratrum optimi a lenitate discedant, nec ad commissa munera idonei reperiantur. Sed postquam Dorotheum culpavit, rursus peracute demonstrat ignoscendum esse illius dolori, si patienter audire non potuit, cum Petrus coram Damaso inter hæreticos numeraret sanctum Meletium et sanctum Eusebium, quos si nihil aliud, saltem tolerata pro fide persecutio suspicionibus exsolvere et cum Petro conjungere debuisset. Sed præterea testatur Basilius nullum esse rectæ doctrinæ verbum, quod non cum omni libertate prædicaverint, Deo teste et audiente se. Alioqui ne ad horam quidem se illorum communionem admissurum fuisse, si claudicantes in fide vidisset.

Cum spatium aliquod ponendum sit inter reditum legatorum et hanc Basilii epistolam, scripta non videtur nisi anno 378, non multo antequam Petrus Roma discederet. Is enim ante alios confessores in Ecclesiam suam rediit (*d*), incolumi adhuc Valente, sed molestissimi belli incommodis ita impedito, ut otium persequendæ Ecclesiæ non haberet. Tum cum hanc epistolam scriberet Basilius, omnium Orientis Ecclesiarum oculi in Petrum, Basilium, Meletium, et alios ejusmodi confessores conversi erant. Quare demonstrat Basilius quanti intersit ut præterita oblivioni tradantur, et pacificum aliquod initium instituatur: quippe cum eorum, qui veritatem defendunt concordia populos ad persecutionem sustinendam acriores factura sit, et discordia tardiores.

CAPUT XXXVIII.

I. *Concilium Amphilochii, in quo laudatur liber* De Spiritu sancto. II. *Epistolæ nonnullæ anno 377 et 378 scriptæ.* III. *De pluribus aliis in senectute S. Basilii scriptis.* IV. *De epistolis in episcopatu quidem scriptis, sed quarum tempus incertum.*

I. Concilium celebrabat Amphilochius (*e*), cum a remota quadam Ecclesia consultus est de doctrina Spiritus sancti. Respondit suo et aliorum episcoporum nomine, sed litteris suis adjunxit elucubrationem Basilii de Spiritu sancto, dolere se significans, quod Basilius morbo detentus concilio non adfuisset, eum enim litterarum ad illam Ecclesiam scribendarum socium vel potius auctorem futurum fuisse. Videtur hoc concilium anno 377 habitum fuisse: jam enim magna pars anni 376 effluxerat, antequam librum suum Amphilochio Basilius misisset.

Cotelerius et Tillemontius (*f*) existimant hanc Amphilochii epistolam, quæ exstat tom. III *Monumentorum Ecclesiæ Græcæ*, scriptam esse ad episcopos remotæ alicujus provinciæ, qui cum antea communicassent cum Macedonianis, et in communionem cum Catholicis redire averent, adhuc tamen fluctuanti erant de Spiritu sancto sententia, et mirari videbantur, cur sibi ad credendum hoc dogma proponeretur, de quo nihil statuerat synodus Nicæna.

Sed harum rerum nihil in hac epistola reperitur, cum legitur attentius. Scripta est enim ad Ecclesiam, quæ a presbyteris, absente, ut verisimile est, ob persecutionem episcopo, regebatur, ac magna quidem pro fide certamina sustinuerat, sed jurgiis et domesticis odiis laborabat. Patet id ex his verbis (*g*): *Postquam autem litteras quoque pietatis vestræ accepimus, agnovimus re vera Ecclesiæ apostolicæ characterem, bonorum pastorum zelum, et im-*

(*a*) *Collect. Græc. Patr.*, t. II, p. 3.
(*b*) Ibid., p. 1.
(*c*) Athanas., ep. ad Ruf.; Liberius, ep. 13; Basil., ep. 204, n. 6.
(*d*) Tillem., t. VI, p. 610.
(*e*) *Monum. Eccl. Græc.*, t. II, p. 99.
(*f*) Tom. IX, p. 624.
(*g*) *Monum. Eccl. Græc.*, tom. II, p. 100.

Digitized by Google

pignum studium, quoa veros Christianos deceat. Nam quod nec vitæ longitudinem reputaveritis, nec separatim detuleritis quæstiones, sed communiter per litteras interrogaveritis, id nos bona spe replevit, futurum ut qui una voce scripsistis, unanimi etiam consensu nostram responsionem recepturi sitis : ac velut exordium perfectioris concordiæ vestram in litteris consensionem suscepimus. Et infra (p. 103) : *Nolite illud dare malo, ut disjungat quæ pulchre connexa sunt, neque vos lupis efficiatis captu faciliores per dissensionem, illorum vota confirmando. Didicimus quippe quanta certamina pro recta fide sustinueritis. Quocirca minis et ærumnis, quæ per adversarios intentabantur, devictis, nullam præbete dissidio occasionem : ne forte paulatim illapsum odium, si locum invenerit, magna vobis supponat præcipitia.* Gregem ergo alloquebatur Amphilochius, non episcopos, quos nequaquam hortatus fuisset, ne se lupis captu faciles per dissensionem præberent. Neque etiam dissensiones in hac Ecclesia de fide videntur exortæ. Cum enim hujus rei suspicio non quadrat cum tanto fidei defendendæ studio, tum vero Amphilochius postquam de fide breviter disseruit, non eos hortatur ut hanc fidem teneant, sed ad aliud adhortationis genus plane diversum transit : *Quibus satis est*, inquit, *adjicere brevem adhortationem. Hortamur namque vos ut maneatis pacis filii*, etc. Quare non dubitationem, sed uberioris scientiæ desiderium designat eorum interrogatio, cur synodus Nicæna non eadem de Spiritu exposuerit ac de Filio.

Perhonorificum de sancti Basilii libro judicium fecere episcopi Lycaoniæ, cum eum ad hanc Ecclesiam miserunt. Sed tamen asseverare non ausim quod ait Tillemontius, in ipsa synodo lectum et probatum fuisse, ac Basilii vices supplevisse. Id enim non probant epistolæ verba, quibus nititur Tillemontius. Hoc tantum dicunt episcopi, adesse sibi librum Basilii *De Spiritu sancto*, et in ipso libro Basilium : *qui vos*, inquiunt, *nobiscum alloquitur*, κἀκεῖνον διὰ τοῦ γράμματος ἔχομεν ἡμῖν συμφθεγγόμενον, quia videlicet eum mittebant Ecclesiæ, a qua consulebantur; non quod eum in ipso concilio legissent. Tutius ratiocinatur Tillemontius cum opus de Spiritu sancto subscriptionibus episcoporum in aliquo Cappadociæ concilio munitum fuisse colligit ex his verbis synodi Chalcedonensis, quæ Basilium ait (p. 826) *accuratam de sancto Spiritu doctrinam tradidisse, consacerdotum per subscriptiones petito consensu.*

II. Duæ ad sanctum Barsen Edessenum episcopum litteræ, quarum altera est 264, altera 267, ad extremos Valentis annos videntur referendæ. In utraque enim spes elucet appropinquantis pacis, cum persecutio ad cumulum sic perducta esset, ut Dei auxilium longe abesse non videretur, *nisi forte*, inquit Basilius, *appropinquat defectio et quæ nunc fiunt, exordia sunt ingressus Antichristi.* Narrat Theodoretus (*a*) hunc Barsen primo in Aradum insulam, deinde cum innumerabilis hominum multitudo eo confluueret ob illius miracula, in oppidum Ægypti Oxyrinchum, ac postremo in castrum remotissimum, cui nomen Philo, relegatum fuisse. Huic Basilius scripserat oblata facultate Domnini, seque illius precibus commendaverat. Sed cum is Basilii salutationem non pertulisset, vel saltem antequam pertulisset, de Basilii silentio questus est Barses. Quare Basilius iterum scripsit per nonnullos Cappadoces ad eum proficiscentes, quibus etiam quædam munuscula sancto exsuli offerenda commisit.

Inter tumultus quos Gothi in Thracia excitarunt, venit in summum vitæ discrimen (*b*), bello undique circumstante, sanctus Eusebius Samosatensis : quod quidem fere Basilio æque mirabile videtur, ac Jonam in ventre ceti et in flamma ignis tres pueros esse servatos. Hæc Basilius didicerat ex Libanio diacono Cæsarea transeunte ; sed postea evenisse alia multo majora audierat, quæ scire avebat, si minus ante reditum Pauli presbyteri, qui illius epistolam ferebat, saltem eo redeunte. Huic presbytero Basilius nihil in manus tradere ausus est, ne eum in mortis periculum conjiceret ; viæ enim prædonibus et desertoribus differtæ erant. Sed tamen appropinquantis exercitus fama spem aliquam afferebat tranquillitatis : quam quidem si Dominus concedat, promittit Basilius missurum se, qui Eusebium invisat. Volebat ergo Basilius aliquid muneris Eusebio in exsilii solatium mittere.

Hanc epistolam anno 377 exeunte, aut ineunte 378 scriptam existimat Tillemontius, cui equidem prius assentiebar. Sed re attentius considerata, duæ illæ circumstantiæ quas observavimus, nempe differtæ latronibus et desertoribus viæ, videntur melius quadrare cum æstate anni 377. Tunc enim, teste Ammiano (*c*), hostibus se adjunxerunt *sequendarum auri venarum periti non pauci, vectigalium perferre posse non sufficientes sarcinas graves.* His desertoribus præeuntibus nihil Gothi intactum reliquere, sed omnia igni ferroque vastarunt nullo ætatis aut sexus discrimine. Quibus de rebus admonitus Valens Profuturum misit Antiochia et Trajanum cum legionibus ex Armenia ductis. Atque hic videtur esse exercitus quem exspectari ait Basilius.

Epistola 269 scripta in extremis Basilii vitæ mensibus. Nam Arinthæus, cujus morte afflictam uxorem consolatur Basilius, nondum obierat cum Valens ad prælium cum barbaris committendum se accingeret. Cum enim Trajanus Valenti declararet, calamitatum causam non aliunde quam ex persecutione Catholicis illata repetendam ; Victor et Arinthæus, teste Theodoreto (*d*), sententiam Tra-

(*a*) *Hist. eccl.*, lib. IV, c. 16
(*b*) Ep. 268.
(*c*) Lib. XXXI, cap. 6.
(*d*) *Hist. eccles.*, lib. IV, c. 33.

Digitized by Google

jani confirmarunt, ac Valentem rogarunt, ne veritatem cum reprehensione conjunctam ægre ferret. Non tamen in hoc Valentis extremo prælio occubuit Arinthæus, sed non multo post summus ille vir, nondum senio fractus, unicam filiam reliquens, placida morte quievit. Erat præstantissima corporis forma, ac corporis robori parem animi virtutem habebat, bellicisque abundabat laudibus : sed fidei catholicæ studio clarior erat, ac omnem animæ maculam regenerationis lavacro in ipso vitæ exitu expurgavit. Tanti beneficii conciliatrix et adjutrix uxor : cujus luctum Basilius hoc potissimum solatio conatur demulcere.

Vidit tandem Basilius quod omnibus votis exquisierat, pacem Ecclesiarum, ac pastores Ecclesiis suis redditos. Hæc divinæ misericordiæ indicia cum Valentis morte conjuncta fuerunt, quo miserabiliter, ut omnibus notum est, exstincto die 9 Maii anno 378, confessores in Ecclesias suas Gratiani edicto revocati sunt. Non multo post mirabilem hunc eventum dimissus a Domino in pace Basilius, sed antequam illius mortem referamus, breviter recensendæ plures epistolæ, de quibus agendi nondum occurrit occasio.

III. Scripta est epistola 270 post secundam canonicam. Citat enim Basilius canonem tricesimum a se vulgatum. Cum puella quædam rapta esset, scribit Basilius presbytero, seu potius locorum chorepiscopo, quem tam indignis facinoribus non satis commoveri queritur. Jubet ut puella restituatur parentibus, raptor a precibus arceatur et excommunicatus denuntietur, ac ii etiam, qui cum eo facinus aggressi sunt, a precibus per tres annos removeantur, quin et ille ipse pagus, qui raptam recepit ac custodivit, vel etiam ad eam retinendam pugnavit, universus a precum societate rescindatur.

Cum Basilius (*a*) senem se dicere incœperit anno 374, cum eum gravissimis morbis fractum vires defecerunt; post hoc tempus scriptas ducimus plures epistolas, in quibus senii sui incommoda commemorat. Talis est epistola 271 ad Eusebium, quocum olim Basilius et focum unum et pædagogum et animi relaxationem et studia, et delicias et inopiam et omnia prorsus habuerat communia. Suum ei dolorem significat Basilius, quod cum in civitate non repererit, in qua futurum speraverat ut eum videret. Commendat ei Cyriacum presbyterum integerrimum, cujus famam ne ii quidem attentare ausi fuerant, qui manus in omnes injiciebant.

Cum multos Basilius ab ineunte ætate usque ad senectutem dilexisset, neminem unquam prætulerat Sophronio officiorum magistro. Sed tamen nonnulli assentatores Sophronio persuadere conati fuerant, ut Basilio succenseret, eumque contra rem et voluntatem suam in quodam negotio venisse crederet. Refellit has calumnias Basilius in epistola 272, et quid locum eis dare potuerit, ingenue exponit. Fidem sibi haberi postulat; non enim adeo desperatum se esse, ut magnum peccati mendacium parvipendat. Profitetur se nullo ex iis, qui amicitiæ laude spectati sunt, ignobiliorem esse; quippe cum nunquam in amicitia quidquam peccasse deprehensus sit.

Alium Basilii condiscipulum ex tribus sequentibus epistolis, Heram nomine, cognoscimus, quem invidiæ telis et inimicorum calumniis petitum Basilius non perfunctorie commendat.

Insignis erat Cæsareæ civis, Harmatius nomine, simulacrorum quidem addictus cultui, sed tamen civitati charissimus. Hujus filius inscio patre Christianam religionem amplexus totam civitatem gaudio perfudit, quæ sibi videbatur ipsum etiam patrem in filio Christianum suscepisse. Sed cum patris iracundia metueretur in præclarissimo filii facinore, patrem Basilius suo et civitatis nomine placare conatur.

Cum didicisset Basilius ex Theotecno de summa Maximi Scholastici pietate, qui ex ampla et illustri familia ad asceticam vitam transierat, libenter eum convenisset, nisi senium et consueta infirmitas ac Ecclesiæ negotia detinuissent. Quare per litteras eum in suscepto instituto confirmat, ac breviter admonet unum esse expetendum, æternum bonum : res autem humanas umbra tenuiores et somniis fallaciores esse.

Distinguendus ille Maximus Scholasticus a Maximo philosopho, ad quem scripta est nona Basilii epistola. Præter diversa cognomina, Maximus philosophus æqualis erat Basilii et asceticam vitam profitebatur, nondum Basilio presbytero; Scholasticus autem recens erat a suscepto vitæ asceticæ consilio, cum Basilius Ecclesiæ curis distringeretur; ac juvenis erat sene Basilio, qui eum ait *ratione juventutem frenare.*

IV. Senectutis suæ meminit etiam Basilius in epistola ad Valerianum, qui negotia cum nonnullis civibus Cæsariensibus habebat. Quare Basilius, qui ne ab his quidem rebus componendis operam suam removebat, Valerianum accersit, ut suis eum adjuvet consiliis.

Tres sequentes epistolæ post annum 372 scriptæ sunt, quo Basilius cœpit apud Modestum præfectum auctoritate et gratia valere. In prima commendat civem Tyanensem, in secunda unum ex propinquis suis quem in filii loco habebat, in tertia Helladium, quem peræquatoris munere exsolvi rogat, ut in Cappadociæ rebus procurandis operam suam impendat. Liquet ex his litteris solitum esse Basilium plurimos præfecto commendare : quod quidem ut faceret, ab ipso præfecto invitatus fuerat. Scribebat itaque libenter ei Basilius, non solum se responsa perhonorifica accepturum sperans, sed etiam ab ipso præfecto, dum ei occasio

(*a*) Ep. 162.

Digitized by Google

nes beneficiorum subministrat, inter beneficos numeratum iri.

Basilius in epistola 282 episcopum quemdam invitat ad festum sanctorum martyrum, non sine acuta reprehensione quod non vocatus queratur, vocatus non veniat. In sequenti viduæ cuidam, quæ illius videndi et consulendi cupida erat, spem affert se illam visurum, cum aliquem conventum indicet: neque enim sibi tot negotiis occupato aliud cum ea colloquendi tempus occurrere. Ejusdem viduæ nescio quod somnium interpretatur.

Censitorem rogat Basilius in epistola 284, ut monachos, qui nec pecuniis nec corporeo labore rem publicam juvare poterant, tributis eximat, sibique eos apud Deum precatores hoc beneficio paret. Videtur etiam censitorem alloqui in epistola sequenti, quæ per œconomum Ecclesiæ missa est. Rogat ut allevet pauperum possessiones, tanto tributorum onere oppressas, ut semper quærantur qui eas suscipiant, ac suum potius insuper absumat Ecclesia, quam ex his possessionibus quidquam percipiat.

Episcopalis auctoritatis defendendæ studium elucet in epistola 286. Fures in quadam ecclesia vilia pauperum vestimenta subripuere, et ab iis, quibus recti in ecclesia ordinis cura commissa, comprehensi sunt. Tum Basilius, descripto in omnium oculis vestium inventario, et vestes et fures recipi ac custodiri jussit, vestes quidem partim tradens his qui aderant pauperibus, partim venturis reservans, fures autem canonicæ pœnitentiæ subjiciens. Sed cum commentariensis ejusmodi hominum receptionem sibi vindicare vellet, contendit Basilius, quæ in ecclesiis peccantur, ab episcopis emendari debere, nec judices esse interpellandos. Quod si commentariensis ad comitem his de rebus referre velit, libenter assentitur Basilius, et suo juri et viri integritati confidens.

Jam sæpe vidimus quam libenter Basilius homines in judicium vocatos gratia sua et auctoritate sublevaret: sed tamen hujus rei modum aliquem et delectum sciebat tenendum esse. Cum virgo quædam improbum hominem et in corrumpendis domibus a puero institutum, in domum suam inscia illius morum admisisset, eique ex simplici colloquio cognita esset; is eo impudentiæ devenit, ut virginem tota urbe decantaret, ac famoso libello ecclesiæ valvis affixo laceraret. In exsilium missus est ob hanc nequitiam: sed rediens maledicta sua renovavit, et calumniis in pudicitiam virginis, forum, gymnasia, theatra et ædes improborum sui similium implevit. Hunc hominem Basilius pœnis in episcopi potestate positis coercuit, a communione illum ecclesiastica removens: simulque virginem hortatus est, ut se non ulciscceretur, sed Domino ultionem permitteret. At virgo vehementer cum eo expostulavit, quod secum paterno animo non doleret, ac famæ jacturam, quæ totius cleri damnum erat, negligere juberet. Itaque instare virgini noluit Basilius, et postea ab aliquo svcophantæ amico rogatus, ut eum ex hoc periculo eriperet, respondet æque sibi ab episcopi officio alienum videri, nocentes aut judicibus tradere aut traditos eripere: sive quia improbus ille recantare opprobria nolebat, sive quia ne recantando quidem dedecus virgini impositum satis reparasset.

Nectarius Basilio ex præclaris dotibus a puero notus, in summum splendorem omni virtutum genere pervenerat. Rogatus ab eo Basilius ut aliquem pagis chorepiscopum præficeret, vel saltem de optima eligendorum chorepiscoporum ratione consultus, eximia tradit præcepta, et episcopo et iis qui suffragium dant convenientia. Declarat se caponem, non dispensatorem futurum, et quidvis potius quam electionem peracturum, si quid gratiæ causa aut timori cedens fecerit. Iis autem qui suffragium dant auctor est, ut dicto testimonio ab omni contentione abstineant, et Deum precentur, ut quod utile fuerit, non lateat.

Videtur in episcopatu scripta epistola 291, in qua Basilius Timotheum chorepiscopum ex summo asceticæ vitæ fervore ad sæcularia negotia delapsum revocare ad pristinam pietatem conatur. Videtur idem esse Timotheus chorepiscopus, de quo in epistola 24 loquitur. Grato animo suscipit missa a Timotheo munera, vicissimque ei misisset Ponti munuscula, ceras et acopa, si tunc præsto adfuissent; sed cum aderunt, missurum promittit.

CAPUT XXXIX.

I. *De epistolis quarum tempus incertum.* II. *De epistolis Basilii ad Libanium et Libanii ad Basilium.* III. *Maxime dubiæ videntur.* IV. *Sex epistolæ spuriæ.*

I. Nunc breviter nobis recensendæ sunt aliæ Basilii epistolæ, quæ cum nulla temporis nota signentur earum ordinem ex ipsis rebus, de quibus agunt, repetendum duximus. Aliæ enim egregia morum præcepta tradunt, aliæ propinquorum morte afflictos consolantur, aliæ commendationem egenorum, aliæ denique amicam habent salutationem.

Digna visa est quæ agmen duceret epistola ad Palladium recens baptizatum, quem Basilius hortatur, ut fidelem se thesauri custodem præbeat, ac omni cura depositum regium conservet. Illius uxor inviserat Basilium, qui dimidium tantum desiderii sui adimpletum ducebat, quia non ipsum etiam Palladium viderat.

Christianam in morbis et rebus adversis constantiam laudat Basilius in epistola ad Julianum, de quo scire avet an manus usum receperit, an illi reliquæ res vitæ ex sententia fluant. Videtur is Basilii videndi causa Cæsaream venisse, sed illum Basilio per negotia tantum videre licuit, quantum qui se in mari invicem prætereunt. Eum tamen Basilius, velut ex ungue leonem, ex brevi experimento satis cognoverat.

Ex epistola 294, duos cognoscimus Basilii discipulos, Festum et Magnum, quorum teneris animabus cum pietatem insevisset, optabat eam ad maturos fructus perductam videre.

Digitized by Google

Basilius vitæ anachoreticæ longe præferebat cœnobiticam; hujusque instituti auctor fuit in Ponto et Cappadocia, quibus in locis vix antea cognitum erat. Quare cum venisset in quoddam monasterium, ubi separatim ascetæ degebant, hortatus est eos ad vitam communem. Hi docilis animi significationes dederunt, et de iis, quæ Basilius disseruerat, Domino gratias egerunt. Cupidus sciendi Basilius, an vitam illam testibus carentem reliquerint, mittit aliquem ex fratribus, qui et quod alacre est cognoscat, et quod pigrum excitet, et quod reluctatur sibi indicet.

In epistola 296 viduam hortatur Basilius, ut mortem ac Dei judicium semper ante oculos habeat. Illius etiam filiam salutat, eique auctor est ut in meditandis Scripturis assidue versetur. Mulas suas hæc vidua commodaverat Basilio, quibus ille quidem parce tanquam suis usus est; sed tamen viduæ in se animum et studium erga Dei opus considerans, earum usum longius produxerat. Aliam viduam in epistola sequenti hortatur ad pietatem, eique commendat mulierem, quæ hanc epistolam perferebat.

In epistola 298 refellitur commentum cujusdam plani, qui aquæ vim quamdam inesse absurdam fingebat, ut simplicioribus illuderet. Scripta est epistola 299 viro pietate insigni, cui cum oblatum esset munus censitoris in regione Iboritarum, significaverat Basilio molestam sibi esse rei publicæ administrationem. Jam enim e civili potentia in otium se receperat. Hortatur eum Basilius ut hoc munus accipiat, illudque sic administret, ut nec potentiam formidet nec paupertatem contemnat.

Sequuntur tres litteræ consolatoriæ, quarum in prima parentes consolatur, filii, quem ad studia litterarum miserant, morte afflictos; in altera Maximum qui uxorem amiserat; in tertia uxorem Brisonis, viri rebus in bello gestis clari, quem in ipso ætatis flore raptum imperator desideraverat, milites planxerant, ejusque jacturam totum fere Romanum imperium senserat.

Ex commendatitiis Basilii litteris perspicitur, quanta auctoritate apud potestates valeret, et quam libenter hac gratia ad ferendam pauperibus et afflictis opem uteretur. Rogat comitem rei privatæ, in epistola 303, ut cujusdam loci incolis, quibus imperaverat præstationem equarum, hanc multam, utpote ob falsa crimina impositam, remittat. Plerœque ejusmodi epistolæ censitoribus scriptæ sunt, apud quos Basilius deprecatoris munere fungitur, nunc pro totis pagis, ut in epistolis 308 et 310 pro Capralis et Ariarathiæ incolis; nunc pro amicis, ut in epistola 313, pro Sulpicii domo in Galatia; nunc pro necessariis et cognatis, ut in epist. 310 et 315. Paratum erat hospitibus et peregrinis perfugium Basilius, ut patet ex epistola 319. Principalem Sebastiæ qui illius litteras libenter accipere solebat, etiam atque etiam rogat, ut civibus Alexandrinis propinqui mortui corpus publico mandato exportandum tradat, illisque aliquid auxilii ex cursu publico concedat. Notanda etiam epistola 307, in qua virum potentem rogat, ut duobus litigantibus opem ferat, prohibens ne ad judicem introeant, seque judicem illis præbens: quod si alteruter sententiæ non cedit, faveat injuriam patienti, et æqua postulanti patrocinium impendat.

Cæteræ Basilii epistolæ, salutandi causa scriptæ, leporibus ac perpolito sermone suaves et pietatis notis inspersæ sunt. Eorum ad quos scriptæ sunt, nomina non exstant, si excipias Philagrium Arcenum, hominem eloquentem et de re ecclesiastica optime sentientem, Pasinicum medicum, Magnnianum, Hyperechium, et Phalerium, qui fluviales pisces Basilio miserat. Plenæ sunt acuminibus epistolæ ad notarium et librarium, sed epistolæ ad Theclam acumina magis redolent ingenium Gregorii Nazianzeni (*a*), cujus aliæ tres exstant ad eamdem litteræ. Rogat eam in illa, quæ est inter Basilianas, epistola, ut eorum, qui conceptum ecclesiæ exstruebant, aridas fauces uvarum liquore recreet. Anni enim præteriti frigus, gemmis vitium succisis, vini penuriam adduxerat. Templum Nazianzenum magnis sumptibus a Gregorio patre conditum discimus ex Theologi orat. 19.

II. Litteræ Basilii ad Libanium, et quas a Libanio Basilius accepit, si vere utrique tribuendæ sunt, partim in secessu Basilii scriptæ sunt, partim cum in presbyterorum cathedra sederet, nonnullæ postquam ad episcopatum pervenit.

Ad secessum referendæ videntur epistolæ illæ, quibus Basilius Cappadoces adolescentes Libanio commendat, eique in disciplinam tradit. Nam primæ respondens Libanius miratur et laudat, quod ei a nonnullis nuntiatum erat, Basilium vitæ genus præstantissimum ingressum esse, atque hoc magis spectare quomodo amicus Deo evadat, quam quomodo aurum colligat. Paulo post aliam epistolam sic orditur Basilius: *Ecce tibi et alius venit Cappadox*, etc. Hunc comitabatur alius æqualis, nobilis et ipse ac Basilio charus, sed minime dives, quem tamen Basilius non idcirco apud Libanium minore quam alios in pretio futurum sperat. Hanc epistolam Libanius ad cœlum effert, seque illa privatim lecta exclamasse narrat, *Victus sum*, et cum eamdem legisset Alypius coram pluribus honoratis, omnes Basilio palmam detulisse. Cæterum pecuniæ contemptum præ se fert Libanius, ac pauperes discendi studiosos pluris apud se quam divites fieri declarat, quamvis ipse talibus non usus sit magistris. Laudes vicissim rependit Libanio Basilius, et iste rursus instat in extollendo Basilio.

Sex litterarum, quæ Basilio presbytero scriptæ videntur, hæc fuit occasio. Rogat Basilius (*b*) Liba-

(a) Naz. ep. 49, 100, 101.

(b) Ep. 251.

Digitized by Google

nium ut ad se mittat orationem, quam in hominem morosum, frequentissimo conventu ac maxima celebritate, pronuntiaverat. Mittit Libanius hanc orationem, seque tremere significat. Lectam Basilius in astra tollit. Gratias agit Libanius, ac vicissim petit orationem Basilii in ebriosos, quam perlectam Athenis quam Cappadocia digniorem judicat. At Basilius Atticæ eloquentiæ laudem in ipsum Libanium retorquet, seque piscatorum discipulum esse profitetur.

Duæ tantum epistolæ notas episcopatus referunt. Libanius avaritiæ episcopos accusat, et quanto cæteris doctior Basilius, tanto restrictiorem in largiendo futurum suspicatur. Petit tamen ab eo trecenta tigna, ne sub dio hiemare cogatur. Basilius Libanio judicandum relinquit, utri sint tenaciores, episcopi an sophistæ; cum sophistæ venalem eloquentiam proponant, episcoporum nullus omnino vectigales discipulos faciat. Mittit Libanio quod petierat, et debiti solutione fluvium Alphæum obstringit.

Magni facit has epistolas Tillemontius, nec probat eas in dubium revocari. Neque enim aut Basilii amicitiam cum ethnico, aut quod Libanius plena manu secessum Basilii laudat, satis argumenti esse ducit, cur hæ rejiciantur epistolæ. Assentirer equidem Tillemontio, si his tantum de causis rejici deberent. Sed aliæ rationes suppetunt longe graviores.

III. 1° Nihil habent hæ litteræ, si unum aut alterum locum excipias, quod magnum Basilii ingenium redoleat, nihil quod Libanii fama non longe minus sit. Non agnosco Basilium in hoc insulso lepore (*a*) : *Velo niveo tectus epistolam scripsi, quam cum acceperis et manu contigeris, senties quam sit gelida, quamque referat eum a quo missa est, latitantem nec extra ædes prospicere valentem.* Multo minus dixisset Basilius (*b*) Libanii orationem admirans : *O musæ et litteræ et Athenæ, qualia largimini vestris amatoribus!* Quis probet illud Libanii (*c*) : *Horreo ac tremo, cum eam diem mecum reputo, qua meam inspicies orationem : imo etiam fere mente lapsus sum?*

2° Multa in his epistolis et cum Basilii rebus et secum disconveniunt. Tres epistolæ ita secum pugnant, ut nulla sit ex tribus, quæ non prima omnium scripta videatur. Hunc sibi locum vindicat epistola 345, quam sic incipit Libanius: *Magis arbitror mihi opus esse excusatione, quod non olim ad te scribere incœperim, quam nunc recusatione quod scribere incipiam.* Tunc primum ergo scribebat Libanius, et prior scribebat Basilio. Sed quomodo id conciliabimus cum epistola 358, in qua Basilius laudatur, quod scribendi incœptor fuerit? Eo æquius videtur, ut hæc epistola 358 primum sortiatur locum, quod paulo post Basilii reditum in Cappadociam scripta est, cum Alcimus Romam proficiscens curam instituendorum puerorum ei imposuisset.

Sed prima sede utramque epistolam ecce alia pellere nititur. Nam (*d*) cum adolescens Cappadox ad Libanium venisset cum litteris Basilii conquerentis, quod sui Libanium cepisset oblivio; quomodo hoc crimen a se propulsat Libanius? Non scriptas a se epistolas commemorat, sed ait se de Basilio in patriam reverso sollicitum fuisse, ecquod vitæ genus amplexus esset, num in foro versaretur, num rhetores efficeret Cappadocum filios; at ubi ex nonnullis e Cappadocia venientibus didicisset eum longe præstantiorem viam ingressum esse, tum vero beatos sibi et Cappadoces et Basilium visos esse. Non immerito ergo hæc Libanii epistola omnium prima ad Basilium scripta videatur. Illud etiam occurrit incommodi, quod cum scripta videatur non multis annis post reditum Basilii in Cappadociam, tunc tamen presbyterum fuisse Basilium aut episcopum ex alio loco pateat. Sic enim incipit Basilius epistolam 337 : *Ecce tibi et alius venit Cappadox, meus et ipse filius. Omnes enim nobis adoptat dignitas illa, in qua nunc sumus.* Hanc autem epistolam paulo post præcedentem scriptam esse patet ex responsione Libanii. *Scio te*, inquit, *hoc crebro scripturum, Ecce tibi et alius venit Cappadox. Multos namque, puto, missurus es.* Nondum ergo multos miserat Basilius, sed initium ducebat mittendi et scribendi. At si tanta fuit Basilium inter et Libanium necessitudo, quanta ex his litteris perspicitur, vix credibile est tum demum inter eos silentium rumpi cœpisse, cum Basilius sacerdotio fungeretur, id est, annis novem aut decem post Basilii reditum in Cappadociam. Hoc, inquam, vix credibile est, ac præterea pugnat cum alia epistola, in qua Basilium laudatum vidimus quod prior scripsisset, tum, cum adolescentium instituendorum munus suscepisset, id est octo annis antequam presbyter fieret.

Præterea ex epistola 345 colligitur Libanium Basilii condiscipulum fuisse; ipse vero magistri munus sustinuisse se indicat in epist. 355. Nam in prima queritur quod, cum in prætorio de more una cum Basilio versaretur, eumque rogaret ut se introduceret in profundum Homerici furoris, id impetrare non potuerit. In altera autem Basilii orationem contra ebriosos sic extollit laudibus, ut se talia illum non docuisse fateatur. Videntur ergo hæ Basilii ad Libanium et Libanii ad Basilium litteræ in maxime dubiis ponendæ.

IV. Sex sequentes, ut manifeste spuriæ, ab omnibus explodi debent, si tamen excipias ultimam, quam Tillemontius non omnino rejiciendam putat, quamvis illius rationes non valde probabiles sint, ut

(*a*) Ep. 350.
(*b*) Ep. 353.
(*c*) Ep. 352.
(*d*) Ep. 336.

Digitized by Google

in nota ad hanc epistolam observavimus. At prima, quamvis in concilio septimo citata fuerit, sic tamen imaginum cultum defendit, ut eam ab aliquo Græcorum tunc fabricatam fuisse liqueat, cum hunc Ecclesiæ usum Iconoclastæ impugnarunt.

Quod spectat ad epistolas Basilii ad Apollinarium et Apollinarii ad Basilium, cum de rebus e media theologia repetitis pertractent, hoc ipso peregrinitatem clamitant. Semel enim Basilius in vita scripsit Apollinario, ut ipse tot locis declarat, idque laicus ad laicum, et nihil prorsus de fide, sed tantum amicæ salutationis causa. Cotelerius qui quatuor litteras in lucem edidit, supposititas ab Apollinaristis putat, et, quod me fateor non animadvertisse, Arianismi et Apollinarismi seminibus inspersas. Sanctus Ephræm Antiochenus apud Photium (*a*) citat epistolam sancti Basilii ad Apollinarium, ut probet veritatem duarum in una persona naturarum. Sed hæc epistola ab iis, quas edidit Cotelerius, distingui debet, quæ nihil suppeditant adversus Eutychianos : æque autem ac istæ spuria est, cum nunquam Basilius ad Apollinarium de rebus dogmaticis scripserit.

CAPUT XI.

I. *Basilii mors et funus.* II. *Illius corporis et animi effigies.* III. *Quanta de illo exstiterint hominum judicia.*

I. Tot laboribus pro Ecclesia perfunctus Basilius, pervenit tandem ad extremam horam, quam sæpe ut præsentem gravissimi morbi intentaverant, sed Deus Ecclesiæ utilitatibus providens averterat. Pauto ante mortem (*b*), cum fere mortuus et exanimis esset, novum quodammodo robur collegit ad extremos sermones, ut cum pietatis verbis abscederet, et fidelissimis suis discipulis manum imposuit, ne sacrarium, inquit Gregorius (*c*), defraudaretur illius discipulis et sacerdotii adjutoribus. Concludit ex postremis verbis Tillemontius, quibus Basilius discipulis manum imposuit, eos, cum jam antea essent illius sacerdotii adjutores, episcopos in locis catholico episcopo carentibus constitutos fuisse : cujus rei copiam dabat pax Ecclesiæ post mortem Valentis reddita. Sed hæc conjectura non nititur magnis momentis. Sacerdotii enim adjutores dici possunt, quicunque Basilio operam in Ecclesiæ administratione navabant. Ili ergo ex clero inferiore diaconi, vel ex diaconis presbyteri a Basilio ordinari potuerunt. Quomodo autem pretiosissimam coram Deo mortem obierit, et quam mirabili hominum concursu sepultus fuerit, egregie describit Gregorius Nazianzenus. *Jacebat ille*, inquit (*d*), *extremos spiritus ducens, atque a cœlesti choro, ad quem jampridem oculorum aciem intendebat, expetitus. Effusa autem circum eum erat tota civitas, jacturam hanc ægerrime ferens, ac discessum, perinde ut tyrannidem, accusans, ejusque animam non secus ac si retineri, atque* A *vel manibus, vel precibus cogi posset, arripere studens. Dementes enim eos calamitas reddebat : nec quisquam erat, qui non aliquam vitæ suæ partem, si fieri posset, illius vitæ addere paratus esset. Ut autem victi sunt (oportebat enim eum hominem deprehendi) atque ipse post extrema hæc verba :* In manus tuas commendo spiritum meum (*e*), *inter angelos, a quibus abducebatur, animam lætus exhalavit, non ante tamen quam sacrosancta doctrina eos, qui aderant, nonnihil instruxisset, extremisque alloquiis meliores effecisset : tum vero miraculum omnium, quæ unquam fuerunt celeberrimum designatur. Efferebatur vir sanctus, sanctorum virorum manibus elatus : unusquisque autem operam dabat, alius ut fimbriam, alius ut umbram, alius ut sacriferum lectu-* B *lum arriperet, ac vel solum attingeret (quid enim illo corpore sanctius et purius ?), alius ut propius ad eos, qui corpus ferebant, accederet, alius ut aspectu solo frueretur, tanquam eo quoque utilitatis aliquid afferente. Plena erant fora, porticus, duplicia et triplicia tabulata, hominum deducentium, præeuntium, prosequentium, assectantium, in se invicem insultantium, multa millia hominum omnis generis et ætatis ante eum diem incognita. Psalmodiæ a luctu vincebantur, patientia doloris magnitudine frangebatur. Certabant nostri cum exteris, cum ethnicis, Judæis, advenis, iique vicissim nobiscum, utris uberiores lacrymæ uberiorem utilitatem afferrent. Denique calamitas ea in periculum desiit. Multæ enim animæ ex vi protrusionis et compressionis uno cum eo excesserunt :* C *quæ hujus finis nomine felices prædicatæ sunt, ut discessus ipsius sociæ, atque ut ferventiorum quispiam dixerit, funebres victimæ. Tandem corpus, cum rapientium manus vix effugisset, ac prosequentes superasset, in parentum sepulcro conditur, ac sacerdotibus sacerdotum princeps, prædicatoribus magna vox, meisque auribus insonans, martyribus martyr adjungitur.*

Basilii mors ipsis etiam veritatis inimicis dolorem attulit admiratione tantæ virtutis : quominus mirum, si Gregorius et Macrina et suo et Ecclesiæ detrimento doluerunt. Sed tamen Macrina (*f*) a constantia, quam in omnibus rebus servabat, minime discessit, ac episcopum fratrem videtur hac in re D superasse. Nam cum ambo novem post Basilii mortem mensibus colloquerentur, ac de fratre incidisset mentio, Gregorii dolor statim recruduit, ac mœstitia vultus et lacrymis proditus est : at Macrina immobilis exstitit, ac tanti viri recordatione animum ad sublimiorem philosophiam arrexit.

Videtur Gregorius Nyssenus morienti fratri adfuisse, vel saltem audita illius morte accurrisse. Nam Gregorius Nazianzenus Seleuciæ detentus gravi et periculoso morbo mœrorem suum Nysseno significat (*g*), quod ei ac communibus amicis in hoc tristi eventu adesse, et sanctum Basilii cinerem

(*a*) Cod. 215.
(*b*) Naz. or. 20, p. 370.
(*c*) Ibid.
(*d*) Or. 20.
(*e*) Psal. xxx, 6.
(*f*) *Vit. S. Macr.*, p. 189.
(*g*) Naz. ep. 37.

Digitized by Google

exosculari non possit. Cæsariensis Ecclesiæ tanto ornamento spoliatæ solitudo (*a*), spectaculum erat Gregorio Nazianzeno prorsus intolerabile. Ipse vero mortuus ex media parte et dissectus sibi videbatur (*b*), amisso tali socio, a quo etiam per nocturnas visiones, ut olim cum viveret, admonebatur et castigabatur, si quid fecisset minus decore. Carmen funebre duodecim (*c*), ut ipse appellat, epigrammatiis constans, sui in Basilium amoris monumentum esse voluit. Sed multo uberius desiderio suo satisfecit, cum reversus Constantinopoli in Basilio eximia oratione laudando omnes ingenii et eloquentiæ vires profudit. Testatur (*d*) jam multos publice ac privatim hoc laudandi Basilii munere perfunctos fuisse.

Præclaris etiam orationibus laudarunt S. Ephræm et sanctus Gregorius Nyssenus. Nihil dicam de S. Amphilochio, cui oratio attribuitur in sanctum Basilium ipso Circumcisionis die pronuntiata, quo Basilius migravit in cœlum. Hæc oratio, itidem ut septem aliæ a Combefisio sub Amphilochii nomine in lucem editæ, pluribus videtur non certissimum esse monumentum, quamvis non tam manifeste spuria sit, quam Basilii Vita eidem afficta Amphilochio.

II. Sancti Basilii effigiem sic descriptam reperit Baronius (*e*) in anonymo Vaticano: *Magnus Basilius procero fuit habitu corporis et recto, siccus, gracilis; color ejus fuscus, vultus temperatus pallore, justus nasus, supercilia in orbem inflexa et adducta; cogitabundo similis fuit, paucæ in vultu rugæ, eæque renidentes, genæ oblongæ, tempora aliquantum cava, promissa barba et mediocris canities.*

Illius animi effigies ex rebus gestis, quas enarrare conati sumus, satis perspicitur. Ipse vero sese in scriptis ac præsertim in epistolis mirifice depingit. Illius gravitas et constantia nonnullis fastus et superbia esse videbatur, sed demonstrat Gregorius (*f*) neminem ab hoc vitio magis alienum fuisse, quam Basilium, qui ne leprosos quidem deosculari dedignabatur. Erat illius severitas summa benignitate temperata (p. 361), ita ut illius vel pertenuis risus laudatio esset, et silentium objurgatio. Non lepidus quidam erat, et facetus aut circumforaneus: sed tamen fatetur Gregorius neminem in cœtibus jucundiorem et in narrando festiviorem exstitisse: neminem in jocando argutiorem et in objurgando leniorem.

III. Quanta exstiterint de Basilio hominum judicia præclare Gregorius his verbis testatum reliquit (p. 370): *Tanta ipsius, inquit, virtus gloriæque præstantia fuit, ut multa etiam ex parvis illius virtutibus, atque adeo ex corporeis defectibus ab aliis ad gloriam nominisque claritatem parandam excogitata sint. Cujus generis sunt, pallor, barba, certus incedendi modus, tum etiam ad loquendum minime promptum esse, sed ut plurimum cogitabundum atque intro collectum (id quod multi non recte imitantes, nec animadvertentes, in odiosam quamdam tristitiam inciderunt); vestis etiam genus, et lectuli species, et cibi sumendi modus: quorum nihil ille dedita opera, sed simpliciter ac fortuito factitabat. Ac multos jam Basilios specie tenus videre licet, statuas nimirum in umbris; multum enim fuerit si repetitam Echus vocem esse dixero. Nam illa quamvis postremam duntaxat vocis partem expressius tamen effingit, hi autem longius ab eo distant, quam quantum accedere concupiscunt. Illud vero non jam parvi, sed maximi etiam momenti ad gloriam haud immerito existimatur, consuetudinem cum eo aliquando habuisse, aut cum coluisse, aut quidpiam ab eo joco vel serio dictum aut factum monimenti loco ferre (quemadmodum ipse quoque me hoc nomine sæpe gloriatum esse scio): quoniam quæ ab illo velut obiter fiebant, multo præstantiora erant, quam ea in quibus alii elaborant.*

Idem de Basilio ac de pluribus aliis sanctissimis viris dici potest, miraculorum donis instructos eos non fuisse, sed gradum sanctitatis, ad quam eos Christi gratia evexit, majus quoddam esse donum, quam prodigia et miracula. Nonnulla tamen de sancto Basilio narrantur, quæ in prodigiis et miraculis numerari debeant. Præter ea, quæ anno 372 gesta retulimus, cum Valens Cæsareæ versaretur, narrat Gregorius Nyssenus (*g*) ejus precibus imbrem divinitus concessum fuisse, cum siccitas hiemis nullam spem frugum relinquere videretur: ac (p. 493) eo noctu aliquando orante, domum affulgente divinitus quodam lumine refulsisse.

Dies festus sancti Basilii non multo post ejus obitum celebratus. Testatur enim Gregorius Nyssenus (p. 479) diem festum de illius nomine post Natale Domini, et natalitia sancti Stephani, S. Petri, S. Jacobi, S. Joannis et S. Pauli occurrere. Amphilochius, ut jam diximus, seu quivis alius orationis supra dictæ auctor, festum sancti Basilii die Circumcisionis in omnibus orbis terrarum locis celebrari docet: quod quidem de vicinis regionibus interpretatur Tillemontius. Idem mos apud Græcos perseveravit, nec Basilii festum a circumcisione disjungitur. Apud Latinos illius mors annotatur ad diem Circumcisionis in *Martyrologio* Usuardi et aliis posterioribus. At dies festus differtur usque ad diem 14 Junii, quo die festum Basilii nono sæculo celebrari solitum fuisse ex Usuardo perspicimus.

CAPUT XLI.

I. *Quanta apud antiquos sancti Basilii operum ad miratio.* II. *De novem homiliis in Hexaemeron* III. *De tribus homiliis quæ sunt de hominis ortu*

(*a*) Naz. ep. 37.
(*b*) Naz. or. 21.
(*c*) Carm. 65.
(*d*) Or. 20.
(*e*) Ad an. 378.
(*f*) Naz. or. 20.
(*g*) Or. in Basil.

Digitized by Google

ctura. IV. *De homiliis in Psalmos.* V. *De nonnullis in Psalmos homiliis, quæ spuriæ aut dubiæ existimantur.* VI. *De locis nonnullis, quæ in genuinas homilias assuta dicuntur fuisse.*

I. Antequam huic pertractationi finem imponam, breviter recensenda sancti Basilii opera, ac præsertim in nonnullis examinandis immorandum, quæ perperam ei abjudicata. Sed in primis quanta fuerit illius scriptorum apud antiquos admiratio, ex Gregorii testimonio spectandum. *Quænam hodie alia,* inquit (*a*), *ullius conventus lætitia ? quæ conviviorum voluptas ? quæ fori ? quæ Ecclesiarum ? quæ principum et privatorum deliciæ ? quæ monachorum, aut eorum qui societate gaudent ? quæ eorum, qui se a negotiis removerunt, vel eorum qui in rebus gerendis versantur ? quæ eorum qui profanæ, vel eorum qui nostræ disciplinæ studium profitentur ? Una et per omnia, et maxima oblectatio, illius volumina et lucubrationes. Nec scriptoribus materia ulla alia et copia post eum præter ipsius scripta suppetit. Silentur vetera, quæcunque in divinorum oraculorum explanatione a quibusdam elaborata sunt : nova prædicantur, atque is apud nos eruditissimus habetur, qui libros ipsius quam maxime intelligit, ac linguæ versat, auribusque instillat. Unus enim omnium loco studiosis ad eruditionem comparandam sufficit. Hoc tantum de eo dicam. Cum Hexaemeron illius in manus sumo, atque in ore habeo, cum Creatore conjungor, ac creationis rationes cognosco, Creatoremque magis admiror ac suspicio, quam prius solebam, cum solo aspectu magistro uterer. Cum libros eos, quibus hæreticorum scripta refutat, lego, Sodomiticum ignem cerno quo improbæ ac sceleratæ linguæ in cinerem rediguntur, aut Chalanæ turrim, ut male constructam, ita recte interruptam atque deletam. Cum ea, quæ de Spiritu sancto scripsit, evolvo, Deum, quem habeo, nanciscor, veritatem libero et fidenti animo prædico, illius videlicet theologiæ atque contemplationi insistens. Cum alias ejus enarrationes perlego, quas iis, qui hebetiori ingenio sunt explicat trifariam in solidis sui tabulis describens, eo adducor, ut non in externo litteræ cortice pedem figam, nec verborum tantum superficiem spectem, sed ulterius progrediar, atque ex profundo in profundum transeam, abyssum per abyssum invocans* (*b*), *ac per lumen lumen inveniens, quoadusque ad summum tandem verticem pervenero. Cum martyrum encomia lego, corpus contemno, et cum iis qui laudibus efferuntur, animo versor, atque ad certamen excitor. Cum orationes eas quas de moribus ac bene vivendi ratione scripsit, in manus accipio, animo et corpore purgor, templumque Dei capax efficior, atque instrumentum musicum a Spiritu pulsatum divinamque gloriam et potentiam canens. Per eas corrigor et concinnor, atque divina quadam immutatione alius ex alio efficior.* Vide Photium cod. 141 et 191.

(*a*) Naz. or. 20.
(*b*) Psal. XLI, 8.
(*c*) Homil. 8.

II. Ex iis quæ sanctus Basilius in explicandis Scripturis elaboravit, nullum opus majorem habet admirationem, quam novem in Hexaemeron homiliæ. Quanti hoc opus faceret Nazianzenus, ex his quæ modo attulimus perspici potest. Non parcior in eodem opere laudando Nyssenus, vel potius non sine exaggeratione illud laudat. Hujus testimonium habes in Monito his homiliis præfixo.

Sed nihil ad hujus operis commendationem illustrius afferri potest, quam judicium sancti Ambrosii qui, quamvis Basilio, ut ait Tillemontius, nulla in re cederet, ejus tamen vestigia premere indecorum sibi esse non duxit, atque ex his novem homiliis plurima in opus simile transtulit, ac pro suis usus est. Pronuntiatæ fuerunt Quadragesimæ tempore (*c*) : ac duas quidem priores eodem die habuit Basilius, qui initio secundæ commemorat orationem matutinis horis pronuntiatam. Initio tertiæ pariter commemorat hesternam disputationem ; sed tamen necesse est uno aliquo die semel tantum concionatus sit, sive aliqua ægritudine, sive occupationibus detentus. Nam sub finem octavæ homiliæ promittit vespertinam (p. 80), quam eodem die, tempore advesperascente, absolvit (p. 88).

Basilium ex tempore concionari solitum esse refert Rufinus ; idque de his præsertim novem homiliis opinatur Tillemontius, conjectura ducta ex homilia octava (p. 71), ubi Basilius sermonem aliquandiu interrumpit, ac nonnulla prætermissa in memoriam revocare instituit, acutiorum auditorum mutuis inter se nutibus admonitus. Sed cum multæ Basilii orationes, velut in gulam et ebrietatem, in fœneratores, et aliæ ejusmodi, ita omnibus eloquentiæ numeris absolutæ sunt, ut paratus ac meditatus venisse videatur ; tum etiam idem de his novem homiliis dicendum, quæ rebus et acute cogitatis et erudite collectis et comportatis differtæ sunt.

Has novem homilias ante episcopatum habitas fuisse conjicio. Verisimile enim est posteriores esse homilias in Psalmos ; quas Basilius, ut modo videbimus, presbyter habuit. Etsi enim certum et exploratum non est quod testatur Cassiodorus Basilium commentarios in totam Scripturam contexuisse ; quia tamen plurimos libros interpretatus est, probabile est eum ordine aliquo processisse, et a prioribus libris initium duxisse.

Præterea in his homiliis nulla Pneumatomachorum hæresis mentio, quæ initio episcopatus Basilii vel paulo ante grassari cœpit. Quod si novem illæ orationes ante episcopatum pronuntiatæ, non jam sancto Ephræm accepta referri potest interpretatio horum verborum, *Et Spiritus Dei ferebatur super aquas* (*d*), quam Basilius (*e*) a viro Syro accepisse se testatur. Libentius cum Tillemontio conjicerem S. Eusebium Samosatensem hic designari, si ei congrueret quod de illo Syro ait Basilius, eum a

(*d*) Gen. 1, 2.
(*e*) Homil. 2, p. 18.

Digitized by Google

mundi sapientia tantum distitisse, quantum ad rerum verarum scientiam appropinquabat. Nam sanctum Eusebium sacrarum quidem litterarum peritissimum fuisse scimus; at in externis disciplinis hospes fuisse non perhibetur. Nihil ergo vetat, quominus ignotum nobis esse Syrum illum fateatur.

III. Promiserat Basilius (*a*) se explanaturum hominis generationem : sed tamen promissis non videtur stetisse. Nam novem tantum orationes in Hexaemeron numerantur ab Hieronymo (*b*) et Cassiodoro (*c*). Testatur Socrates (*d*) opus Basilii, cum imperfectum esset, a Gregorio ipsius fratre absolutum fuisse. Atque ipse etiam Gregorius (*e*) hanc sibi de hominis opificio scribendi causam esse declarat, quod vereatur ne Basilius reprehensionem non effugiat, si illius in opus sex dierum elucubrationi desit eorum, quæ ad hominem spectant, consideratio.

Exstant (*f*) tamen inter opera Basilii duæ homiliæ de hominis structura, quibus tertia de paradiso adjungitur. Sunt hæ orationes ad Basilii promissa perficienda satis appositæ, ac ita inter se nexæ, ut quæ in una tractantur, in sequenti continuentur. Basilio tribuuntur a Combefisio et Dupino ; sed eas Tillemontius ab aliquo scriptas existimat, exercitationis causa, non per dolum, aut malum alieni fetus Basilio supponendi consilium.

Difficile est profecto has homilias sancto Basilio attribuere, cum accedat ad certissima veterum testimonia styli dissimilitudo. Sed inquirendum nobis est, an merito existimet Tillemontius aliquem sese in his homiliis sub Basilii nomine elucubrandis exercitasse. Favet huic sententiæ auctor primæ homiliæ, dum declarat (pag. 324) se vetus debitum, cujus solutionem ægra valetudo impediverat, tandem aliquando persolvere. *Iniquum enim fuerit*, inquit, *ut cum bestiis, deque natatilibus et jumentis ac volucribus, de cœlo item et his quæ in cœlo ; de terra et stirpibus, quæ in terra sunt, didicerimus, non etiam de nostra generatione ex Scripturæ divinæ luce edoceamur.* Mirifice hæc Basilio congruunt. Quinetiam cum ait se antea ostendisse quis dixerit, *Faciamus* (*g*), et ad quem dixerit, non obscure indicat orationem nonam in Hexaemeron, in qua hæc ad Filium dicta esse ostenditur. Sed tamen non desunt rationes, cur malim hæc a librariis recentibus assuta credere, quam tres illas homilias homini triuere otioso.

1° Perantiquæ sunt illæ homiliæ, ac veterum Patrum disserendi rationem omnino referunt. Porro neminem ex antiquis paulo peritiorem fuisse existimem, qui opus Basilii *in Hexaemeron* Gregorio Nysseno absolutum fuisse nesciret. Quare debuit ea res deterrere, quominus quisquam hanc materiam ad ingenii exercitationem eligeret; cum præsertim statim post mortem sancti Basilii opus illius, teste Niceta, frater absolverit. Hinc etiam tres homiliæ reperiuntur quidem sub nomine S. Basilii in recentioribus codicibus mss., at nusquam apparent in antiquioribus. Non enim eruditos librarios fraus manifesta latuisset. At recentioribus, cum doctissimi non essent, atque, ut verisimile est, ignorarent Basilii opus a fratre Nysseno absolutum fuisse, proclive fuit homilias, quæ ad illud opus absolvendum aptæ videbantur, Basilii nomini affingere.

2° Tres homiliæ non sua sponte simul conjunctæ sunt, sed hæc a librariis instituta conjunctio. Nam secundæ orationi nullum inest consilium absolvendi id quod in prima disseri cœptum fuerat. Habita enim est hæc secunda homilia ad occasionem Scripturæ, quæ illo die lecta fuerat : eamque sic concludit is a quo pronuntiata est, ut se ad necessarium iter properantem auditorum precibus deduci postulet. Tertia sine ullo prorsus exordio incipit a versiculo Scripturæ, quamvis præfatio quædam adhiberi debuisset, si is qui secundam pronuntiaverat, tertiam ex itinere redux pronuntiasset. Tota res ergo in librarium aliquem rejicienda, qui cum opus sancti Basilii absolutum post illius mortem fuisse nesciret, simul conjunxit tres illas homilias, quæ idoneæ ad illud absolvendum videbantur.

3° Addita esse et assuta, quæ in prima oratione consilium indicant absolvendi operis Basilii, inde perspicitur, quod cum sua sponte hæc oratio nullam habeat cum duabus aliis necessitudinem, ac de pluribus a Basilio promissis pauca persequatur, minus idonea sit ad absolvendum opus in Hexaemeron. Quare verisimile est eum, qui cum hac prima duas alias conjunxit, ea etiam de suo addidisse, quæ S. Basilio congruere videbantur.

IV. Cum decem et septem homiliæ in Psalmos nihil prorsus suppeditant, ex quo Basilium tunc episcopum fuisse, aut jam prodiisse hæresim Pneumatomachorum perspiciamus; tum vero duæ ex illis decem et septem homiliis presbyterum illum tunc fuisse probant. Sic enim loquitur in homilia in psalmo XIV (p. 110) : Ἐνὶ τούτῳ διαφέρομεν τῶν πλουτούντων οἱ πένητες, τῇ ἀμεριμνίᾳ. *Hac una re divitibus nos pauperes præstamus, curarum vacuitate.* Nunquam sane pauper esse desiit Basilius, etiam inter amplos reditus episcopatus Cæsariensis : sed tamen multo æquius et verius inter pauperes sese numerare potuit, cum eum omnibus rebus nudum propinqui et chari sustentarent, quam cum ipse opibus ad aliorum inopiam sustentandam abundaret.

Supra (*h*) attulimus aliud testimonium ex homilia in psalm. CXIV. Cum populus a media nocte usque ad meridiem in quadam martyrum ecclesia

(*a*) Homil. 9, p. 88.
(*b*) *De scriptor. Eccles.*
(*c*) *De institut. divin. lit.*, cap. 1.
(*d*) Lib. IV, c. 26.
(*e*) Tom. I, p. 4.
(*f*) Tom. I, append., p. 324.
(*g*) Gen. I, 26.
(*h*) Cap. 10, n. 2.

Digitized by Google

psalmis canendis occupatus fuisset, advenit tandem Basilius, atque hac excusatione utitur, cur diu moratus fuisset: Εἰ δὲ δεῖ καὶ ἡμᾶς ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν ἀπολογήσασθαι, τῆς διατριβῆς ἕνεκεν καὶ τῆς ἐπὶ πλεῖστον ἀπολείψεως ὑμῶν, ἐροῦμεν τὴν αἰτίαν, ὅτι ἄλλην ὁμότιμον ταύτῃ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν οἰκονομοῦντες οὐκ ὀλίγῳ πρὸς ὑμᾶς διειργομένην τῷ διαστήματι, τὸν χρόνον τοῦτον τῆς ἡμέρας κατανωλώσαμεν. Ἐπεὶ οὖν ἔδωκεν ὁ Κύριος κἀκείνοις πληρῶσαι τὴν λειτουργίαν, καὶ μὴ διαμαρτεῖν τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, ἀπόδοτε μεθ' ἡμῶν τὴν εὐχαριστίαν τῷ εὐεργέτῃ, τῷ τὴν ὁρωμένην ταύτην τοῦ σώματος ἡμῶν ἀσθένειαν τῇ ἀοράτῳ αὐτοῦ δυνάμει χειραγωγοῦντι. *Quod si nobis excusatione opus est, quod morati simus, et a vobis abfuerimus perdiu, hanc afferemus causam, quod, cum aliam Dei ecclesiam, huic honore parem, administremus, non mediocri a vobis distantem intervallo, hoc tempus diei consumpserimus. Cum igitur dederit Dominus, ut et illis implerem liturgiam, nec vestræ deessem charitati, mecum benefico largitori gratias agite, qui hanc quam videtis corporis nostri debilitatem invisibili sua potentia deduxit.* Ex his patet unam ex Cæsariensibus ecclesiis Basilio commissam fuisse, ac proinde nondum episcopum fuisse. Non enim sic loquatur episcopus ad quem omnium diœcesis ecclesiarum cura pertinet; aut si ecclesiam, in qua liturgiam celebrare solet, sibi ad regendum præcipue commissam dicere possit, non tamen huic ecclesiæ alias in agris aut ad urbem constructas honore et dignitate pares existimet.

Si Basilium ad has duas homilias, nempe in psalm. XIV et CXIV, ipso psalmorum ordine adductum esse constaret, statuere possemus cæteras quoque in psalmos homilias ante episcopatum habitas fuisse. Sed homilia in psalm. CXIV in ecclesia, in qua Basilius concionari non solebat, ad occasionem psalmi, qui ingrediente Basilio canebatur, pronuntiata est. Quod spectat ad homiliam in psalm. XIV, illam quidem habuit Basilius, ut absolveret quæ pridie de eodem psalmo disseruerat. Sed cum dubium sit an homiliam illam pridie pronuntiatam habeamus, incertum etiam est utrum in ea Basilius susceptam explicandorum psalmorum seriem, an oblatam aliquam occasionem secutus sit. Quare temporis notæ, quas in homiliis in psalm. XIV et CXIV deprehendimus, ad alias in psalmos homilias non pertinent: quas tamen verisimile est ante episcopatum habitas fuisse, propterea quod, ut jam dixi, nullam episcopatus notam, nihil adversus Pneumatomachos habent. Quinetiam in homilia in psalm. XXVIII, n. 3, et sub finem homiliæ in psalm. CXV, vehemens reprehensio eorum, qui relicta ecclesia, synaxes in privatis ædibus celebrabant, probare possit has homilias ante habitas fuisse, quam persecutio in Oriente Valentis præsentia ingravesceret, ac pluribus in locis Catholici extra muros vel in privatis ædibus congregari cogerentur, id quod secundo Basilii episcopatus anno contigit.

Videtur Gregorius Nazianzenus homilias Basilii in Psalmos indicare, cum laudat illius enarrationes, in quibus Scripturam iis, qui simpliciores sunt, trifariam explanabat. Id optime convenit his in psalmos homiliis. Non enim Basilius in litteræ cortice, ut ait Gregorius, pedem figit, sed præterea moralem sensum et ea, quæ ad Christum spectant, investigat. Existimat Tillemontius psalmos ordine a sancto Basilio explanatos fuisse, atque ex magno illo homiliarum numero perpaucas ad nos pervenisse. Iis rationibus nititur doctissimus scriptor, quod nulla videtur exstitisse causa, cur hos potius quam illos ad explanandum Basilius elegisset, deinde quod nonnullorum explanationem non absolvit; tum etiam quia in homilia in psalm. XXXVII citatur homilia in psalm. VI, et apud Symeonem Metaphrastem homiliæ in psalmos XI, XXXIV, XXXVIII, LV citantur. Sententiam Tillemontii confirmare possumus ex homilia in psalm. XXIX, ubi Basilius velut in longo quodam ac non intermisso opere citat quæ in superioribus homiliis sæpe dixerat. *Sæpe dictum est*, inquit, *de clamore ad Dominum, quod sit ejus solius, qui magna et cœlestia cupit, clamare.* Scilicet hujus vocis sæpe explicandæ occasionem attulerant psalmi in quibus sæpe occurrit. Quod autem spectat ad homilias a Symeone Metaphraste citatas, tota res nititur falsis numeris, qui ad marginem Parisiensis editionis appositi fuerant. Errata emendavimus in hac editione. Ubi enim indicabatur homilia sancti Basilii in psalm. XI reposuimus psalm. XIV, homilia in psalm. XXXIV citabatur in sermone quinto num. 5 et in septimo n. 6. Sed hæc duo loca reperiuntur in homiliis Basilii in psalm. XXXIII et XLV. Similiter quæ in sermone 13, num. 4, deprompta videbantur ex homilia in psalm. LV, et in sermone 14, n. 3, ex homilia in psalm. XXXVIII, ea reperimus in homiliis in psalm. LIX et LXI.

Quinetiam de illis quæ exstant decem et septem homiliis controversia est an Basilio omnes tribuendæ sint. Quatuor rejectæ sunt in Appendicem, ut spuriæ ac Basilio prorsus indignæ, nempe prima homilia in psalm. XIV, secunda in psalm. XXVIII, homiliæ in psalmos XXXVII et CXV. Præterea auctor præfationis in tomum primum nonnulla rejicit in aliis homiliis, quæ ex Eusebio a librariis desumpta existimat: nempe in homil. in psalm. XXXII, ad hunc versiculum, *Verbo Domini cœli firmati sunt et spiritu oris ejus omnis virtus eorum*, initium homiliæ in psalm. XLIV, longum fragmentum in fine homiliæ in psalm. CXIV.

V. Scio eruditorum hominum non paucis displicuisse, quod S. Basilio in duobus prioribus tomis am multa abjudicata sint opera. Ut eorum querelis satisfaciam nec in contrariam incurram reprehensionem, quanta potero maxima his in rebus cautione versabor. Quod spectat ad quatuor homilias, quæ

Digitized by Google

in Appendicem rejectæ sunt; non timide asseverabo nihil in eis legi, quod Basilio indignum sit aut ab ejus doctrina alienum. In homilia in psalm. XIV, quid sit tabernaculum Dei eodem modo explicatur ac in genuina homilia in psalm. XXVIII, ad has voces tituli, *in exitu a tabernaculo*. Ilis etiam vocibus, *Qui ingreditur sine macula*, pia et acuta apponitur observatio (p. 93), quam etiam in homilia in psalm. I, reperire est. In fine ejusdem in psalm. XIV homiliæ delectus quidam præcipitur et cautio in eleemosynis ut in aliis Basilii locis, nempe reg. brev. 100 et 101, et ep. 150, n. 3. Neque etiam Basilio non dignissima, si res et sententias spectes, homilia in psalm. CXV. Sub finem vituperantur qui relicta ecclesia in privatis ædibus synaxes celebrabant, ut initio genuinæ homiliæ in psalm. XXVIII. Displicere non debent quæ leguntur n. 5: *Quando quidem tuo in infernum descensu a peccati vinculis me liberasti, atque humanam naturam mortis astrictam vinculis, et in inferni carceribus, unde evadere non datur, detentam exsolvisti, idcirco tibi sacrificabo*, etc. Ex his colligi potest auctorem hujus homiliæ existimasse ipsos etiam patriarchas et justos veteris testamenti in inferis ante Christi adventum detentos et inclusos fuisse. Sed similia occurrunt apud alios scriptores ecclesiasticos; ipse Basilius homil. in psalm. XLVIII, num. 9, sic loquitur: *Depascebat enim mors ab Adam ad usque Moysis administrationem donec venit verus pastor, qui suam animam pro ovibus posuit, sicque eas secum excitatas et ex inferni carcere ad resurrectionis matutinum eductas tradidit suis angelis.* Vide orat. in psalm. XLVIII, pag. 186. Ridicula immerito videntur hæc verba (p. 371): Ἀλλ' εἴθε χάμοὶ γένοιτο πιστεῦσαι ἀξίως, ἵνα λαλήσω νῦν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ μεγάλῃ ταύτῃ πέντε λόγους ἐν τῷ νοΐ μου. *Sed utinam et mihi contingat digne credere, ut nunc magnæ huic Dei Ecclesiæ quinque verba loquar in mente mea.* Nec quæ proxime sequuntur, καὶ μηδεὶς καταχλευαζέτω τὸν λόγον, *Nec quisquam irrideat doctrinam*, in eam sententiam accipio, quasi vereatur auctor homiliæ ne risum auditoribus ob suam simplicitatem moveat; sed generatim monet ridendam non esse religionem Christianam, quasi sine argumento auditores ad assentiendum adducat. Neque etiam Christi passionem martyrium appellat, sed hæc verba (p. 374): *Hoc est, sitiens ad martyrii consummationem contendo*, ad Davidem referuntur.

Sed tamen inest his homiliis quædam cum stylo Basilii dissimilitudo, quæ certo illas ei attribui non sinit. Idcirco homilia in psalm. XXVIII fere ab omnibus rejicitur. Dubia nonnullis visa est homilia in psalm. XXXVII. Præterea non levis momenti videri debet quod observat auctor Præfationis tomi primi, hanc in psalmum XXXVII homiliam ex variis Eusebii locis ad verbum excerptis constructam esse. Non enim probabile est S. Basilium, dum concionaretur, memoriam onerasse alienis ejusmodi divitiis. Inest idem vitium homiliæ in psalmum XIV, cujus initio prolixus Eusebii locus, totidem pene verbis, sed minus eleganter constructis legitur. Difficilius est Basilio auferre homiliam in psalmum CXV, quæ nihil habet ex Eusebio totidem verbis desumptum, nec a stylo Basilii discedere videtur, si excipias hæc verba modo allata: *Sed utinam et mihi contingat digne credere, ut nunc magnæ huic Dei Ecclesiæ quinque verba loquar in mente mea.* Cum hæc Basilii stylum non redolent, tum etiam videntur ab alio quodam episcopo, sive presbytero Ecclesiam Cæsariensem invisente pronuntiata. Inest enim his verbis species quædam honorificæ salutationis, qualem ab hospite concionante par erat adhiberi.

VI. Quod spectat ad quædam loca, quæ Præfationis auctor contextui S. Basilii assuta a librariis putat, fatendum sane est initium explicationis hujus versiculi, *Eructavit cor meum verbum bonum*, quod totidem verbis apud Eusebium reperitur, cum sua sponte nimis prolixum esse, quam ut eum Basilius ad verbum edidicerit, tum vero nullam necessitudinem habere cum explicatione ejusdem versiculi quam statim affert Basilius. At idem non dicam de explicatione hujus versiculi, *Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Quæ apud Eusebium similia sunt huic Basilii explicationi, ex Basilio potius desumpta videri debent. Fatetur auctor Præfationis nonnulla librarios e genuina Basilii in psalm. XXVIII homilia apud Eusebium transtulisse. Idem ab eis factum in hoc versiculo, cujus explanatio emendatior multo et plenior est apud Basilium, quam apud Eusebium. Præterea ab Eusebii ingenio, qui nihil magis metuebat quam ne Filius et Spiritus sanctus ex Patris substantia esse dicerentur, alienissimum fuit dicere, Verbum oris et Spiritum oris dici, *ut intelligatur Salvator ipse et sanctus ejus Spiritus ex Patre.* Immane quantum hæc ab Eusebio discrepant (*a*), qui Spiritum sanctum per Filium, ut cætera alia, creatum fuisse conceptis verbis pronuntiat.

Superest aliud fragmentum homiliæ in psalm. CXIV, ab his vocibus, ὁ κόσμος οὗτος αὐτός τε ἐστὶ θνητός, usque ad finem. Cur totus hic locus, ut plane spurius et ex Eusebio sumptus rejiciatur, multæ afferuntur rationes in Præfatione (*b*), quarum nonnullæ aliquid suspicionis et dubitationis in hunc locum conjicere possint, sed nullius prorsus momenti quæ secundo loco ponitur. *Postquam scriptor*, inquit auctor Præfationis, *omnem hominum vitam tribus annorum hebdomadibus definivit, nihilominus, secum ipse non consentiens, eodem in loco quinque recenset, tempus dentitionis, accommodatam ad disciplinas ediscendas ætatem, annos ephebios, statum virilem, senectutem.* Non totam hominis vi-

(*a*) I *De theol.*, cap. 8.

(*b*) N. 37, p. 33.

Digitized by Google

tam scriptor ille tribus annorum hebdomadibus definit, sed tempus intra quod homines crescere solent. Similis sententia reperitur in orat. 1 de hominis structura, n. 17 et 18.

Pluribus Basilii in psalmos homiliis nullæ insunt notæ, ex quibus pronuntiatas fuisse cognoscas. Nam glorificatione, quæ hujusmodi orationes claudere solet, carent homiliæ in psalm. VII, XXIX, XXXII, XXXIII, XXXVII, XLIV, XLV, XLVIII. Sed cum Basilius dicat (*a*) in homilia in psalm. XXIX : *Quot fornicatores, quot fures hic stant?* et in homilia in psalm. XXXIII : *Audite vos, qui aures cordis habetis apertas*, liquet has duas homilias, etsi in fine glorificationem non habent, pronuntiatas tamen in ecclesia fuisse; nec video cur idem de aliis glorificatione carentibus judicium non feratur.

CAPUT XLII.

I. *Commentarium in Isaiam prophetam perpauci Basilio non attribuerunt.* II. *Scriptum hoc opus intra illud tempus quo Basilius presbyter fuit. Scriptum etiam in Cappadocia.* III. *Basilii ingenium et sententiæ in hoc Commentario.* IV. *Eadem Scripturæ interpretandæ ratio.* V. *Comparatur hoc opus cum homiliis de jejunio et in ebriosos.* VI. *Nonnullis aliis exemplis et argumentis confirmatur auctorem Commentarii Basilium esse.* VII. *Solvuntur objecta.*

I. Debitam S. Basilio laudem vindicaturum me spero, si ejus nomini vindicem commentarium *in Isaiam*, qui ei, ut opus tanto viro *indignissimum*, abjudicatus est in Præfatione tomi I, p. 48. Jamdudum visus est sibi Erasmus eloquentiam Basilii in hoc opere non reperire, quod satis ei argumenti fuit, ut genuinum esse fetum negaret. Ascriptorem (*b*) hac in re habuit Rivetum. Ipse etiam Petavius obiter pronuntiat commentarios ad Isaiam, qui Basilio solent inscribi, illius non esse, sed nullam judicii sui rationem profert. Inter Græcos Joannes Drungarius, sæculi duodecimi scriptor, cujus fragmentum exstat in *Collect. Patrum Græcorum*, hoc opus S. Basilio abjudicat (pag. 350). Sic enim loquitur : Καὶ τοῦτο δὲ κατάδηλον ποιῶ τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ὡς ὁ ἐν ἁγίοις Βασίλειος μέρος τι τῆς ἐν χερσὶ προφητείας ἡρμήνευσεν· ἥτις ἑρμηνεία παρὰ πολλοῖς ἀμφιβάλλεται. *Hoc autem lectores admonitos volo, Magnum Basilium hujus prophetiæ partem interpretatum esse, quæ quidem interpretatio a multis in dubium revocatur.* Quod ait Drungarius a multis dubitari, an auctor sit hujus commentarii Basilius, id de scriptoribus ecclesiasticis intelligendum non videtur. Quos enim novimus, hi summo consensu parentem hujus operis Basilium agnoscunt, Maximus confessor, Joannes Damascenus, Symeon Logotheta, Antonius Melissa, Tharasius, auctor Scholiorum Græcorum in epistolas apostolicas. Græcis assentiri non dubitarunt recentiores critici, Natalis Alexander, Dupinus, Tillemontius, et eruditus editor operum S. Joannis Damasceni. Tot homi- A num eruditorum auctoritas parvi momenti videri non debet; sed tamen certi argumenti pondus non obtinet. Quare alia ineunda est via ad veri investigationem, ac in primis inquirendæ temporis notæ.

Antiquitatem operis plurima probant; sed nobis nota aliqua opus est, quæ non late pateat, ac non modo sæculum quartum designet, sed etiam illud temporis spatium, quo Basilius in Ecclesia Cæsariensi presbyter aut episcopus fuit. In hunc usum colligi possunt, quæ de Anomœis leguntur pluribus in locis : *Sunt nonnulli*, inquit auctor Commentarii (p. 555), *qui cum patres suos et tradita ab eis dogmata sequi fastidiant, ipsi hæresum cupiunt auctores esse. Quare novitates quasdam comminiscuntur* B *adversus rectum sermonem, malitiam impietatemque scriptis prodentes : ad quos pervenit*, væ, *ad patres videlicet falsæ et adulterinæ scientiæ, et ad dogmatum impiorum scriptores. Tales enim eos, qui fidei inopia laborant, diripiunt, atque in animas vero illo sponso Deo Verbo viduas tyrannidem exercent. Sed et si quempiam Deo orbatum ob peccatum viderint, et hunc sibi quasi prædam vindicant : quippe eis promittunt securitatem omnem, et voluptariam vitam proponunt, si modo eos dogmatis Divinitatem oppugnantibus intelligant assentiri. Qualis nunc pullulavit Anomœorum hæresis, qui scortatoribus, adulteris, masculorum concubitoribus, plagiariis, perjuris ac mendacibus veniam peccatorum pollicentur, si solum suæ adversus Unigenitum blasphemiæ socios illos habuerint.* C

II. Illud, ὁποία ἡ νῦν παραβλαστήσασα τῶν ἀνομοίων αἵρεσις, *Qualis nunc pullulavit Anomœorum hæresis*, non referendum necessario est ad ipsum articulum, quo hæretici illi prodiere. Statim enim atque verticem sustulit eorum impietas, vehementer ab iis qui Semiariani dicuntur, oppugnati sunt; et cum in offensionem ipsi Constantio venissent, plurimum negotii habuere in illius recolligenda gratia, nec tempus erat impunitatis aliis promittendæ, sed sibimetipsis quærendæ. Retraxere illi quidem ad se postea mobilem ac levem Constantii animum, ac de Semiarianis pœnas vicissim sumpserunt anno 360. Sed tamen cum ipse Constantius non tantam eis D auctoritatem ac licentiam dabat, quanta in allato testimonio perspicitur (nam cum ventis maxime secundis uterentur, imposita Eudoxio eorum duci tristis necessitas Eunomii sui deponendi); tum vero nomen Anomœorum accepere, testibus sancto Athanasio (*c*) et Socrate (*d*), postquam in concilio Antiocheno Filium Patri dissimilem dixerunt, quod quidem anno 361 contigit paulo ante mortem Constantii. Quare quæ de Anomœis in hoc commentario dicuntur, referenda ad eorum sub Valente dominatum. Illud νῦν, ut observavimus ad epistolam 258, sæpe idem sonat ac nuper, et de rebus ante aliquod

(*a*) N. 3, pag. 127.
(*b*) Tom. III *Dogm. theolog.*, lib. I, c. 2, n. 4.
(*c*) *De synod.* p. 907.
(*d*) Lib. II, c. 45.

Digitized by Google

tempus peractis dicitur. Unde Basilius de hæresi Pneumatomachorum in epist. 159 : Τὸ νῦν παρακύψαν παρὰ τῶν ἀεὶ καινοτομεῖν ἐπιχειρούντων ζήτημα. *Nunc prodiens ab hominibus semper novi aliquid inducere conantibus quæstio.*

Ad idem Valentis imperium pertinent quæ de controversiis inter ipsos Catholicos exortis leguntur, p. 504 : Ὄφελον δὲ οἱ αὐχοῦντες τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν τετηρηκέναι, καὶ κατὰ διαδοχὴν ἀπ' ἐκείνων τὸ κήρυγμα τοῦ Εὐαγγελίου παρειληφέναι, διὰ τῆς περὶ τῶν δογμάτων ὁμοφωνίας ἐδείκνυον, ὅτι μιᾶς εἰσὶ μέρη τῆς Χριστοῦ Ἐκκλησίας. *Utinam autem qui se doctrinam apostolicam servare, ac per successionem ab apostolis prædicationem Evangelii accepisse gloriantur, ostenderent, eadem de dogmatibus dicendo, se unius Ecclesiæ Christi partes esse!* Mirifice hæc conveniunt in illud Valentis tempus, cum et de tribus hypostasibus maxima esset contentio, ac inter plurimos episcopos disrupta communio esset, in qua sarcienda nec presbyter Basilius nec episcopus laborare destitit. Scriptus ergo commentarius *in Isaiam* sub Valente; idque intra septem priores annos illius imperii, antequam e latebris dissimulationis prodiisset nefaria Pneumatomachorum hæresis, quæ initio episcopatus Basilii grassari cœpit, ac deinceps perpetuum cum eo bellum habuit. Nihil enim de illa hæresi reperias in commentario . solus Filius defenditur : soli impugnantur Ariani, qui, ut in alio loco (p. 523) legimus, tradituros se pollicebantur quæ ad Filium spectant, atque hoc specioso sermone simplicioribus illudebant. Quinetiam Pneumatomachos intelligit commentator, non hæreticos, qui divinitatem Spiritus sancti impugnabant, sed homines amaros et malos, quos cum api ex immisso aculeo moriente comparat (p. 531). *Talis est*, inquit, *hominum amarorum et adversus Spiritum pugnantium natura*, Τῶν πικρῶν ἀνθρώπων καὶ Πνευματομάχων, *qui semetipsos nequitia magis lædunt, quam eos qui in eorum iracundiam inciderint.* Videtur ergo Pneumatomachorum vox nondum tunc designandis hæreticis fuisse addicta.

Jam magnum habemus argumentum, cur Basilio tribuatur hoc opus. Præterquam quod ei adjudicatur ab antiquis, intra illud tempus scriptum comperitur, quo presbyteri munere perfungebatur. His adde non infirmam conjecturam, ex qua auctorem operis Cappadocem esse colligitur. Nam varias gentes enumerans primo loco (p. 428) nominat Cappadociam.

III. Quod si et Basilii ingenium et sententiæ et Scripturæ interpretandæ ratio in eodem opere deprehendantur, non video quid loci relictum sit dubitationi. Neque enim intra illud tempus, quod ab anno 364 ad annum 371 effluxit, alius in Cappadocia scriptor fingendus, qui Basilium recentibus admodum scriptis cognitum tanta similitudine retulerit, quanta semetipsum Basilius in omnibus operibus refert. Paucis ergo demonstrandum summam esse inter commentarium et alia Basilii scripta similitudinem.

(*a*) Nemo est sane qui, si animadvertat attentius, quam libenter commentarii auctor de physicis rebus, ac præcipue de animalium proprietatibus disserat, non facile agnoscat auctorem homiliarum *in Hexaem.* Redolent etiam (*b*) nonnulla operam a Basilio in astronomia (*c*) Athenis ediscenda insumptam. Inter artes quæ ad vitam necessariæ, et eas quæ vanæ et inutiles sunt, idem prorsus discrimen statuitur in commentario (p. 941), ac in prima homilia *in Hexaem.* (p. 7), et utriusque loci similima sententia. Legimus in homilia 3 *in Hexaem.* p. 23, et in comment. p. 382, ea quæ labore parta sunt, servari diligentius, facile parabilia contemni. Observat Basilius (p. 2) in homil. 1 *in Hexaem.* Moysen certis gradibus pervenisse ad Dei visionem, atque hoc beneficium anno ætatis octogesimo assecutum esse. Eamdem observationem habemus in proœmio commentarii (p. 382). Mirifice placebat Basilio adhibita a Nathan propheta Davidis reprehendendi ratio. Hanc laudat in epist. 2 (p. 479). Eamdem commendat in commentario.

Observat auctor commentarii versum vicesimum secundum capitis secundi, cum deesset in exemplaribus communis editionis, ac in Hebræo fonte legeretur, ex aliis interpretationibus huc esse translatum. Quod quidem Tillemontius consonum judicat consuetudini Basilii, qui in homiliis *in Hexaem.* sæpe citat interpretationes Aquilæ et aliorum. Ejusdem Tillemontii judicio, commentator, dum in explicando propheta litteram sequitur, explicationes profert, itidem ut Basilius, claras et perspicuas, non longe petitas aut per vim tractas : dum autem in moribus informandis versatur, morum doctrinam tradit, non solum æque sanctam et puram, ac in aliis operibus sancti Basilii, sed etiam, ut in homiliis Basilii in Psalmos, e singulis prophetæ vocibus deductam.

IV. Sæpe commentator ex aliis Scripturæ libris testimonia depromit, ut Isaiam illustret. Sic illud Isaiæ : *Et exaltabitur Dominus Sabaoth in judicio* (p. 499), illustrat his psalmi verbis, *Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me*, variosque assignat modos, quibus Deus ab homine exaltari possit, sed eosdem prorsus ac in homil. in eumdem psalmum XXIX, Basilius homil. 3 *in Hexaem.* explicans illud, *Cœli enarrant gloriam Dei*, negat (p. 31) inde colligendum cœlos esse animatos, sed Scripturam sic interpretatur : Ἀλλ' ὁ ἐν τούτοις λόγος παρὰ τῶν νοῦν ἐχόντων τεθεωρημένως ἐκλαμβανόμενος, συμπληρωτικός ἐστι τῆς δοξολογίας τοῦ κτίσαντος. *Sed horum constitutionis ratio accurata contemplatione*

(*a*) Vid. p. 414, 434, 477, 478, 500, 503, 529, 531.

(*b*) Vid. p. 582.

(*c*) Naz. or. 20

Digitized by Google

ab hominibus sensu præditis excepta, complet glorificationem Creatoris. Vitiosa erat hujus loci interpretatio, sed quæ a me allata est confirmatur simillima commentatoris sententia, qui sic loquitur (p. 491) : *Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ· οὐχ ὅτι φωνὴν αἰσθητὴν ἀφίασι ταῖς ἀκοαῖς ἡμῶν, ἀλλ' ὅτι ὁ τοῖς λόγοις τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως ἐγγυμνασάμενος, καὶ γνωρίσας ἁπάντων τῶν κατ' οὐρανὸν τὴν διάθεσιν διὰ τούτων οἱονεὶ φωνὴν ἀφιέντων, τὸ μεγαλεῖον τῆς δόξης τοῦ πεποιηκότος αὐτοὺς διδαχθήσεται.* « *Cœli enarrant gloriam Dei* [1] : » *non quod ad aures nostras emittant vocem sensibilem, sed quod qui in iis meditandis rationibus, quibus constitutus mundus est, exercitatus fuerit, et per cœlos quasi vocem edentes, cœlestium omnium rerum dispositionem ac ornatum cognoverit, addiscat magnificentiam gloriæ ejus, qui condidit cœlos.*

V. Maxima etiam est similitudo inter ea quæ de jejunio leguntur in commentario et in utraque homilia in jejunium : quod quidem testimoniorum appositione probandum videtur. Sic igitur commentator n. 31, p. 405 : *Itaque a jejunio quod in occulto est, cavendum nobis est, quod justo judicio dicitur a Domino odio haberi, quod et propheta deprecatur, dicens :* « *Non interficiet fame Dominus animas justorum* [2]. » *Siquidem non de corporali fame loquitur (alioqui dixisset corpora justorum), sed de animarum inedia.* « *Non enim interficiet fame animas justorum ;* » *alioquin hoc pacto in beatorum vita futura esset contrarietas, quandoquidem Paulus in his de quibus gloriatur id enumerat :* « *In jejuniis sæpe,* » *item illud :* « *In fame et siti* [3]. » *Famem autem a justis deprecatur. Verum singula hæc præstat juxta sublimiorem inediæ intelligentiam interpretari. Ejusmodi est et illud :* « *Non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panem* [4]. » *Meminimus etiam Eliæ, qui a Sidonide petivit panem* [5] : *quin et semen Jacobi in Ægypto panes quærebat. Quod si vitaverimus abjectam et humilem intelligentiam, jam evanescet ea quæ in verborum repugnantia sita est ineptia. Ejusmodi igitur jejunia jejunabant Judæi, fame enecantes interiorem suum hominem, quod ad ipsos pervenisset comminatio illa, quæ dicit :* « *Ecce dies veniunt, dicit Dominus* [6], *et inducam super terram hanc famem : non famem panis, neque sitim aquæ ; sed famem audiendi verbum Domini.* » *Itaque jejunia odisse se dicit Dominus, eorum, qui animum suum conficiunt quidem tabe præ salutarium ac vivificantium documentorum inedia : sed pinguefaciunt præter modum saginantque exteriorem hominem.*

Basilius in homil. 2 *in Jejun.* n. 8 : *Rursus ab interno mentis jejunio caveamus, quod et propheta deprecatur, his verbis :* « *Non occidet Dominus fame animas justorum* [7]. » *Ac rursus :* « *Non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panem* [8]. » *Nec enim loquitur de panibus sensibilibus, qui noverat filios patriarchæ nostri Jacob panum causa descendisse in Ægyptum, sed de spirituali loquitur alimonia, qua interior noster homo perficitur. Ne veniat etiam in nos jejunium quod Deus comminatur Judæis :* « *Ecce enim dies veniunt, dicit Dominus, et inducam in terram hanc famem, non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Domini* [9] : » *quam ideo immisit justus judex, quod perspiceret eorum mentem verorum dogmatum inedia, fame necari : contra vero, externum eorum hominem supra modum pinguescere et obesum fieri.*

Pergit commentator : *Quemadmodum enim in libræ momento, quando lanx altera deorsum vergit, ea quæ huic obversa est, attollitur : pari ratione in homine id ipsum fieri quivis advertere potest. Cum enim pinguescit caro, contingit mentem fieri quodammodo infirmiorem : extenuari vero sæpenumero carnem, dum mens iterum bona habitudine gaudet. Et id ipsum est quod ait Apostolus* [10], *quod* « *quantum corrumpitur exterior homo, tantum renovatur interior ;* » *item illud :* « *Quando infirmor, tunc potens sum* [11]. » *Nam fuliginosæ quædam exhalationes ex copioso et pingui alimento emissæ, densæ nubis instar infusam animæ a Spiritu sancto illustrationem intercipiunt.*

Simili prorsus sententia, licet non iisdem verbis Basilius homil. 1 *in Jejun.*, pag. 8 : *An ignoras quod perinde atque in acie hinc atque hinc instructa, qui alteri parti fert suppetias, facit ut altera vincatur : ita qui carni sese adjungit, expugnat spiritum, et qui ad spiritum transit, carnem in servitutem redigit ? Hæc enim sibi invicem adversantur. Proinde si cupis mentem reddere validam, fac carnem domes jejunio. Hoc enim est quod ait Apostolus, quod* « *quantum externus homo corrumpitur, tantum internus renovatur ;* » *item illud :* « *Cum infirmor, tunc potens sum.* » Postrema commentatoris periodus reperitur in eadem homiliæ pagina, pluribus aliis interjectis.

Sed tum maxime Basilius agnoscitur, cum comparantur cum illius in ebriosos homilia, quæ in commentario leguntur de ebrietate (p. 488 et seqq). Nonnulla et verbis et sententiis similia sunt in commentario et in homilia ; sed quæ absunt ab homilia non minus præclara sunt, quam quæ in utroque reperiuntur, ita ut facile pateat eumdem ubique Basilium disserere. Quin etiam verisimillimum est Basilium ex commentario in homiliam transtulisse, quæ conveniebant. Quod enim ait in homilia (p. 126, n. 5) : *Quemadmodum cava, dum torrentes confluunt, plena videntur ; sed ubi exundatio præteriit, sicca aridaque relinqui ; ita ebriosorum*

[1] Psal. XVIII, 2. [2] Prov. X, 3. [3] II Cor. XI, 27. [4] Psal. XXXVI, 25. [5] III Reg. XVII, 11. [6] Amos VIII, 11. [7] Prov. X, 3. [8] Psal. XXXVI, 25. [9] Amos VIII, 11. [10] II Cor. IV, 16. [11] II Cor. XII, 10.

Digitized by Google

ardens, restagnante vino, plenum quodammodo esse, et madidum, sed simul ut paululum effluxit, siccum et humoris expers relinqui, id apte quidem et in homilia et in commentario dictum est, sed haud scio an aptius in commentario, ubi necessariam habet juncturam cum explanatione, quam subjicit Basilius his prophetæ verbis : « *Væ iis...* » *qui exspectant vesperam ; vinum enim eos comburet.*

VI. In Notis ad cap. 5 libri *De Spiritu sancto*, ubi Basilius ait (p. 7) *universa sese ad Unigenitum convertere, invincibili atque insedabili quodam desiderio et arcano affectu ad auctorem et largitorem vitæ respicientia*, apposuimus hoc commentarii testimonium : *Unigenitus* (p. 477) *ipsum bonum, quod appetunt omnia, cujus amor naturali et inenarrabili modo omnium ratione utentium animis instillatus.* Agnosci etiam facile possit Basilius in illo monastici instituti studio, quod præ se fert commentator (p. 464), cum vehementer invehitur in illos populi principes, qui voluntarios pauperes, cum beatos prædicare deberent, calumniantur ac contemnunt.

Unum superest, quod diligenter notatum et animadversum velim. Nimirum Eusebii testimonia, quæ in hunc commentarium translata sunt, totidem verbis exstant apud Eusebium, ut perspici potest in Præfatione primi tomi Operum sancti Basilii. At quæ in hoc commentario similia sunt aliis Basilii locis, sententiis tantum non verbis similia sunt, si unum aut alterum locum excipias. Unde hoc discrimen, nisi quia Basilius alios de industria et data opera imitabatur; ut autem seipsum imitaretur, satis erat, veluti natura duce, insitas animo sententias et Scripturæ intelligentias sequi? Non est ergo cur vereamur hunc commentarium, ut genuinum Basilii laboris monumentum, suscipere.

Sæpe Basilius in hoc opere unum se esse indicat ex senioribus et principibus populi (*a*) : ex quo saltem presbyterum fuisse perspicitur. Altiorem dignitatis gradum tunc obtinuisse non crediderim, tum quia, cum hæc scriberet, nondum aperte prodibat, ut supra diximus, hæresis Pneumatomachorum, quæ tamen anno 371 grassari cœpit; tum quia verisimile est labores episcopatus obstitisse, quominus Basilius ad umbilicum opus perduceret.

VII. Non valde difficilia sunt ad solvendum, quæ nobis objiciuntur, vel potius ad eorum judicium, qui hoc opus Basilio tribuunt, confirmandum apposita videntur. Quod enim indignum Basilio fuisse dicitur (*b*), oratore præstantissimo, ut ex Eusebii commentario tam multa in suum transferret, id cum sua sponte Basilium non videtur dedecuisse ; tum vero præcipuæ difficultati solvendæ plurimum conducet. Quam non fastidiret Basilius trita a veteribus vestigia, testatum reliquit insigni monumento, Philocaliam dico, quod una cum Gregorio Nazianzeno exegit. Præterea aliter judicandum de ejusmodi scripto, ac de orationibus, quas cum pronuntiaret Basilius, verisimile non est eum prolixis Eusebii locis memoriam onerasse. At minime repugnat, ut ex scriptore celeberrimo transferret in commentarium suum quæ convenire videbantur. Denique ut omittam fieri potuisse, ut librarii ex Eusebio in hoc opus Basilii nonnulla assuerent, quemadmodum ejus orationibus ex eodem Eusebio nonnulla inseruerunt ; cum Basilius hoc opus non absolverit, quis scit an tale editurus fuisset, quale nunc habemus? Nonne potius verisimile est hæc testimonia ex Eusebio, veluti materiam quamdam scriptoris judicio postea expoliendam et illustrandam, fuisse comportata?

Quin etiam decerpta ex alienis messibus loca id afferunt commodi, ut facile intelligamus, cur stylus commentarii non semper Basilii Magni eloquentiam redoleat. Ex his enim quæ objecta sunt, nihil video quod, cum aliqua verisimilitudine objectum sit, præter styli discrepantiam. Sed ille verisimilitudinis color evanescit, ubi animadvertitur in hoc opus, quod maxima ex parte nitorem Basilianæ orationis retinet, aliorum testimonia interdum intexi.

Frustra objicitur commentatoris de dæmonibus sententia (n. 25 et 236), quos victimis delectari et nidoribus gaudere et ali non semel pronuntiat. *Hæc quidem*, inquit auctor Præfationis, *utcunque toleranda essent apud poetas, aut apud jocosum scriptorem Lucianum : at eadem in Patrum gravissimo Basilio quis ferat? Scio quidem cœlestia quædam corpora angelis a quibusdam Patribus Græcis tribui : sed nullus, quod sciam, ejusmodi nugas unquam garrivit. Arbitror autem Basilium a tantis deliramentis maxime omnium abhorruisse.*

Necesse non est longam seriem scriptorum idem sentientium hic texere. Satis erit unus ex multis ad demonstrandam hujus judicii iniquitatem Gregorius Nazianzenus (p. 127), qui in oratione 4 dæmones vocat gulosos et fraudulentos, et in oratione 18 corporum et voluptatum amatores (p. 279) ; eorumque mercedem esse victimas et libamina pronuntiat, ac per sanguinem et nidorem cum eis affinitatem contrahi.

Inter ea quæ ut Basilio indigna colliguntur Præfat. num. 56, forte alicujus momenti videri possit quod ait commentator de intelligibili quadam cruce ad quatuor mundi partes pertinente. Sed id absurdum videri non debet ; vel potius eruditionis S. Ba

(*a*) Pag. 417, 418, 419, 422, 463, 464, 509.

(*b*) Tom. I Præf., p. 54.

Digitized by Google

silii indicium est, qui similem sententiam apud martyrem Justinum viderat non longe a fine majoris *Apologiæ*. Notum hoc opus non fuit S. Hieronymo : neque hujus rei obscura causa est, cum verisimile sit ab ipso Basilio editum in lucem non fuisse. Citantur (*a*) nonnulli codices mss. in quibus commentarii *in Isaiam* a quodam presbytero vulgati dicuntur post mortem S. Basilii.

CAPUT XLIII.

I. *De homiliis secundi tomi. Homilia secunda de jejunio non auferenda Basilio.* II. *De homiliis* 3, 4, 5. III. *De homiliis* 6, 7, 8, 9, *quarum tempus examinatur.* IV. *De homiliis* 10-20. V. *Homilia* 21 *in episcopatu scripta. De tribus aliis orationibus. De homiliis deperditis.* VI. *De homiliis in appendicem rejectis. Nonnulla explicantur perperam in his homiliis vituperata.* VII. *De libris in Eunomium, Ascetico ac duobus libris de Baptismo.*

I. Nunc breviter nobis recensendæ sunt aliæ sancti Basilii homiliæ, quarum viginti quatuor in tomo secundo disponuntur eodem ordine ac in aliis editionibus, octo aliæ in Appendicem rejectæ sunt. Agmen ducunt duæ de jejunio homiliæ in quibus Basilius non id solum hortatur, ut indicta ab Ecclesia jejunia observentur, et ea ratione, quæ Deo placere possit, observentur (*b*), sed etiam ut ne crapula instantibus jejuniis præmittatur (*c*). Quin etiam fatetur non tantum sibi laboris insumendum esse, ut ad jejunium hortetur, quam ut dehortetur, *ne quis hodie*, inquit (*d*), *in ebrietatis mala incidat*. Nam a jejunio violando plerosque consuetudo et pudor deterrebant. Nulla enim erat insula (n. 2), nulla continens terra, non civitas, non gens ulla, non extremus mundi angulus, ubi non audiretur jejunii promulgatio, quam et exercitus et viatores, et nautæ et negotiatores summo gaudio excipiebant. Unde nec divites nec pauperes ab hac jejunii lege eximios habet Basilius : mulieribus tam conveniens ac secundum naturam esse censet jejunare, quam respirare : pueros, veluti virides plantas, jejunii aqua irrigandos : senibus eo facilius jejunium esse, quo antiquior cum eo familiaritas; viatoribus expeditum esse itineris comitem jejunium. Sed instantibus jejuniis præire solebat immoderata lætitia. Sic enim nonnulli apud se cogitabant (*e*) : *Quoniam nobis quinque dierum jejunium indictum est* (neque enim apud Græcos jejunium in Quadragesima Sabbato servabatur), *hodie nosipsos temulentia obruamus*. Pravam hanc consuetudinem, veluti paternam hæreditatem (*f*), retinebant, et velut qui longinquam profectionem adornant, die Dominica adversus illos quinque jejunii dies vino indulgebant. Hanc pravitatem Basilius acerrime insectatur. Utraque oratio diversis annis habita, sed eodem die Dominico, qui jejunia ad recordationem salutiferæ passionis perducentia antecedebat (p. 10).

Mirari satis non possum quomodo Basilio secunda oratio de jejunio abjudicari potuerit. Levissimæ afferuntur causæ : Posterior oratio et elegantia et copia multo inferior (*g*) : multa in secunda leguntur, quorum alia ex prima sumpta, alia ex eadem expressa, quod parum decere videtur copiosissimum virum Basilium. Secundam orationem multo inferiorem priore esse elegantia et copia nec possum concedere, nec concessuros arbitror quicunque attentius legerint. Prima longior est, ac secundam hac una re superat. Quod spectat ad alteram ratiunculam, quid mirum si, cum Basilius eadem de re iterum disserat ac eadem vitia castiget, eædem sententiæ in utraque oratione interdum occurrunt? Sed tamen tanta cum varietate repetuntur, ut novitatis gratia non careant : quod quidem sancti Basilii ubertatem dicendi maxime demonstrat. Pene omiseram, ut rem nullius momenti, quod objicitur, duabus Basilii de gratiarum actione concionibus tantam inesse varietatem, ut ex iis quæ in priore dicta fuerant, nihil in posteriore repetatur. Manifestum est sua sponte discrimen. Sanctus Basilius in secunda prosequitur quæ pridie disseruerat. At duæ de jejunio orationes non eodem anno pronuntiatæ. Citatur hæc secunda oratio a sancto Joanne Damasceno, Simeone Logotheta et Euthymio. Basilius promittit (p. 16) ex more suo matutinam et vespertinam concionem sequentibus diebus.

II. Orationem tertiam (*h*) habuit Basilius in illud Scripturæ, *Attende tibi ipsi*, quod antea lectum fuerat. Ex brevibus illis verbis uberrimam præceptorum segetem deducit, ac demonstrat, quomodo vigilandum adversus pravas cogitationes, ac ratio ad nostri custodiam adhibenda, quomodo non iis, quæ nostra dicuntur et circa nos sunt, sed nobismetipsis attendere debeamus. Quomodo sua quisque peccata et conditionis suæ officia considerare debeat, quomodo uti præsentibus et futuris providere, nec in aliena vitia, sed in semetipsum inquirere. Quomodo sui ipsius cognitio id afferat commodi, ut nec efferamur in prosperis, nec in adversis frangamur, sed ex animæ ac ipsius etiam corporis consideratione ad opificis contemplationem assurgamus.

Sequuntur duæ de gratiarum actione orationes. Cum explicandum suscepisset Basilius illud Pauli : *Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite*[19.1], quæ eodem die lecta fuerant, unam orationem insumpsit in iis refellendis, qui fieri non posse contendebant, ut semper gaudeamus. Postri-

[19.1] I Thess. v, 26.

(*a*) Tillemon. not. 85, in Basil.
(*b*) Or. 1.
(*c*) Or. 2, n. 4 et 7.
(*d*) Ibid., n. 7.
(*e*) Ibid., n. 4.
(*f*) Ibid., n. 7.
(*g*) Præfat. tom. II, n. 4.
(*h*) Hom. 3, 4, 5.

Digitized by Google

die autem, cum celebraretur dies festus sanctæ Julittæ martyris, quem ipse Basilius antea annuntiaverat, sanctæ martyris passionem breviter describit, ac hesternam materiam reprehendens, quomodo semper orare possimus ac in omnibus gratias agere demonstrat.

Quod spectat ad martyrium sanctæ Julittæ, cujus festum die Julii tricesimo celebratur, sic totam rem a sancto Basilio discimus. Spoliata omnibus bonis a potentiore quodam urbis cive, id est Cæsareæ, hominem in jus vocavit, et quomodo sua essent hæc bona, quomodo per vim et impressionem rapta ostendit. Tum ille negat licere mulieri ex lege secum agere : neque enim fas esse ut communis juris participes sint qui imperatorum deos non colunt, nec fidem Christianam ejurant. Ex quibus patet hæc gesta esse sub Diocletiano qui, ut testatur Lactantius (*a*), vetuerat ne jus Christianis diceretur. Visus est judici nefarius ille vir æqua dicere, statimque thus et focus mulieri proposita, si vellet legum beneficio perfrui. At Julittam minime moverunt deliciarum illecebræ, seque Christianam esse professa est. Cumque sæpe interrogata idem constanter responderet, ab iniquo judice non solum bonis, sed etiam vita spoliatur, ac igni damnatur. Sic autem ad supplicium progressa est, ut internum animi gaudium efflorescente hilaritate declararet, ac mulieres astantes ad constantiam hortaretur. Tum prosilit in rogum, πρὸς τὴν πυρὰν ἥλατο, id est, ut interpretatur Tillemontius (*b*), læta rogum conscendit, qui quidem veluti fulgens quidam thalamus, mulieris sanctæ corpus complexus, animam in regionem cœlestem transmisit, venerandum autem corpus propinquis integrum servavit, quod in præclarissimo ad urbem templo collocatum. Narrat Basilius terram sanctæ adventu benedictam, e sinu suo suavissimam aquæ naturam emisisse, ita ut sancta illa martyr, instar matris, eos qui urbem incolunt veluti quodam communi lacte nutriret, aqua videlicet, quæ et sanis tutela erat et ægris solatium. Eo gratius fuit Cæsariensibus hoc dulcissimi fontis beneficium, quod, ut ait Basilius, communi aquarum circa hunc locum naturæ insita erat salsugo. Videtur S. Julitta non in urbe Cæsariensi sepulta fuisse, sed non longe ab ea in loco aquis scatenti, unde sancta martyr eos qui in urbe erant veluti quodam lacte nutriebat.

III. Tres homiliæ sequentes, nempe 6, 7 et 8 materiæ similitudine conjunctæ sunt. Insectatur Basilius avaritiam divitum, et in commendando eleemosynæ præcepto omnes ingenii vires profundit. Demonstrat in sexta duplex esse tentationum genus, res adversas et prosperas. Posterioris tentationis exemplum petit ab illo divite, qui omnibus rebus circumfluens, dicebat tamen, *Quid faciam*, quasi unus ex miserrimis. Alias illius voces et latam de illo sententiam similiter explanat.

Initio septimæ orationis commemorat Basilius, quæ antea in quadam concione dixerat de divite illo adolescente, qui Dominum de vita æterna interrogavit. Nunc demonstrat quam stulte adolescens ille divitias Christo prætulerat, idemque eos facere declarat, qui alia quidem præcepta adimplere volunt, sed eleemosynæ præceptum violant. Pluribus castigat hoc vitium, et inanes refellit causas, quibus uti solebant, cum sibi liberos esse, ac sibi ad necessarios usus dicerent providendum esse, seque multa pauperibus legaturos promitterent.

Supra conati sumus probare orationem octavam, quæ est in famem et siccitatem, habitam fuisse anno 368, cum horrenda fames Cappadociam affligeret. Demonstrat hujus calamitatis causam ex hominum peccatis repetendam esse, eorum maxime, qui cum abundarent, nihil ex suis acervis emetiebantur pauperibus. Aliam affert causam, nempe ut homines probentur, sive divites, sive pauperes. Postremos hortatur, ut Deo confidant, ac de sua egestate pauperioribus succurrant. Omnium enim calamitatum maximam esse famem, ac eorum, qui hoc malo pereunt, adeo miserabilem esse mortem, ut inter immanissimas belluas numerandus sit, qui corpori fame pereunti non succurrat. Omnibus generatim proponit exempla belluarum, ethnicorum, ac in primis primorum Christianorum.

Videntur publicæ quædam preces extra ordinem indictæ fuisse, ut ira divina, cujus indicium erat fames, placaretur. Ait enim Basilius (n. 3) pueros relictis in litterario ludo tabulis in ecclesia ad remissionem animi et oblectamentum vociferari, festumque illis quodammodo diem esse publicam mœstitiam, quæ illis aliquam a studiorum molestiis intermissionem concedit. Queritur quod dum ejusmodi pueri in ecclesiam ventitant, dum infantes qui nec precari noverunt nec possunt, ad confessionem veniunt, id est ad preces, quibus a Deo peccatorum venia poscebatur; plerique viri ac mulieres negotia precibus præferant ac perpauci secum precentur, iique oscitantes ac nunc huc nunc illuc sese convertentes, avideque exspectantes dum cantor psalmorum versiculos absolverit, ut ex ecclesia tanquam e carcere dimissi necessitate precandi eximantur.

Non videtur hanc de fame et siccitate orationem indicare Gregorius (*c*), cum divitum horrea, qui summam annonæ charitatem aucupari et calamitatum caupones esse solent, Basilium hortatibus suis aperuisse narrat. In hac enim oratione non magis divites hortatur Basilius, quam ipsos etiam pauperes, ut aliis succurrant. Quare libentius crederem indicari a Gregorio orationem in illud Lucæ : *Destruam*

(*a*) Lact. *De morte persecut.*
(*b*) Tom. V, pag. 647.
(*c*) Naz. or. 20.

Digitized by Google

horrea mea[a]. Totus enim ibi versatur Basilius in adhortandis divitibus ne caupones fiant humanarum calamitatum (p. 46), ne exulcerent vulnera, ne fratrem tempore necessitatis ignorent, sed promptuaria aperiant (p. 47), et frumenti fratres participes efficiant (p. 49). Sed tamen quominus hanc orationem ad famis tempus referam, his detineor verbis (p. 46) : *Cave exspectes annonæ charitatem ad horrea aperienda:... Ne famem auri causa, ne communem egestatem ob privatam tuam copiam opperiare.* Nullam tunc graviorem, quam aliis temporibus, juvandi pauperis causam exstitisse, ex his etiam verbis perspici potest : *Nunc quid impedit quominus largiare? Nonne adest indigus?... Esuriens contabescit, nudus riget, strangulatur is a quo debitum exigitur, et tu eleemosynam differs in crastinum.*

Demonstrat Basilius in oratione nona Deum auctorem malorum non esse ; sed calamitates, quæ ab eo inferuntur, eo spectare, ut virtus hominum probetur, vel ut peccata expientur, vel etiam, si minus emendentur improbi, saltem eorum exemplo alii meliores fiant. Nullam enim mali esse substantiam, sed Adamum ac ipsum etiam diabolum liberi arbitrii deteriore usu prolapsos esse.

Conjici posset hanc orationem eodem anno 368 pronuntiatam fuisse, aut certe anno 369 ineunte, antequam frugum collectio, aut spes colligendi famem sedasset. Nam inter calamitates, ex quibus nonnulli ansam arripiebant, ut de Dei providentia non pie sentirent, numerantur integra urbium excidia, fames, siccitates et sterilitas terræ (*a*). Urbium excidia ad Nicænam anno 368 miserabiliter eversam referri possunt, fames et siccitates ad Cappadociam.

IV. In oratione decima, quæ est adversus irascentes, ostendit Basilius quot et quanta ex iracundia oriantur mala, quam iniquæ et inanes irascendi causæ : quomodo iracundia utiliter interdum uti possimus, quomodo vitiosam iracundiam superare. Simili ratione et via procedit in oratione de invidia : quantum miseriæ insit huic vitio et quomodo sanandum exponit.

Jam diximus primam omnium S. Basilii orationum eam esse, in qua sex primos Proverbiorum versiculos explanat. Hanc ei materiam disserendi imposuerat episcopus Eusebius, cujus precibus confidens Basilius rem difficilem sine mora et cunctatione aggressus est. Hæc una est ex omnibus Basilii homiliis, cui Eusebius interfuerit. Neque hujus rei obscura et obstrusa ratio. Secessit enim Basilius non multo post ordinationem ; reversus Cæsaream, unius Ecclesiæ, in quam episcopus venire non solebat, administrationem suscepit.

In oratione decima tertia, quæ inscribitur *In sanctum baptisma*, castigantur qui suscipiendi baptismi horam prorogant. Demonstrat Basilius totam vitam baptismi tempus esse, sed tamen Paschatis tempus maxime baptismo convenire : perabsurde facere qui cum in Christum credant, Christiani tamen non fiunt. Exponit illorum oculis quot et quanta fugiant bona, cum baptismum fugiunt. Voluptatum amori et diaboli artificiis hanc baptismi fugam attribuit ; ac declarat, nisi ad saniorem mentem redeant, hoc eos manere, ut vel moriantur sine baptismo, vel baptismum morbo oppressi non, ut par est, suscipiant. Quamvis autem ipsius etiam juventutis frenum esse baptismum doceat (n. 6), non tamen parentes vituperat, qui filiorum baptismum prorogabant, ne eximium hunc thesaurum adolescentiæ naufragiis exponerent ; in eos tantum invehitur, qui cum sui juris essent, liberiorem vitam baptismo nolebant interrumpi.

Dicta est oratio decima quarta in ebriosos, cujus vitii exagitandi hinc Basilio nata est occasio. Cum per septem jejuniorum hebdomadas Evangelium gratiæ Dei diu noctuque sine intermissione prædicasset, permolestum ei accidit, ut nonnulli ex plebe sibi commissa jejuniorum fructus unius vesperæ intemperantia, et accepta per totum Quadragesimæ tempus monita in ventum effunderent. *Nam mulieres lascivæ.... servitutis Christi excusso jugo* (p. 123), *velamentis honestatis a capite rejectis, contempto Deo, spretis ipsius angelis, virilem omnem aspectum citra pudorem ferentes, comas agitantes, trahentes tunicas, ac pedibus simul ludentes, lascivienti oculo, effuso risu, ad saltandum quasi quodam furore concitæ, omnem juvenum libidinem in seipsis provocantes, in martyrum basilicis pro mœnibus civitatis choros constituentes, loca sancta officinam obscenitatis suæ effecere. Cantilenis meretriciis ut aerem conspurcarunt, ita terram tripudiis pulsatam pedibus immundis fœdarunt ; spectaculum sibi ipsis juvenum turbam undique statuentes, plane inverecundæ, prorsusque insipientes, nullum insaniæ modum omittentes.*

Cum vinum hujus lasciviæ causa exstitisset, demonstrat Basilius quantum sit vitium ebrietas, quæ hominem intra belluarum conditionem deprimit, incontinentiam movet, ac ipsum etiam corpus, non solum animam, corrumpit. Invehitur in pharmaca ebrietatis, quæ adhiberi ad diutius bibendum solebant, et in multa alia intemperanter in conviviis fieri solita. Vino attribuit quæ nuper contigerant, communes virorum et mulierum choros, risus utrinque, cantilenas obscenas, meretricios gestus ad libidinem provocantes. Declarat nec puellas innuptas cum virginitate, nec nuptas cum pudicitia domum rediisse. Si quæ enim corpore integræ perstiterint, at mente integras non perstitisse. Idem de viris statuit, qui huic spectaculo interfuerant. Veretur ne qui ita se gesserunt Paschæ tempore, his non multum prosit festum Pentecostes. Hortatur tamen eos ad pœnitentiam, ut jejunio ebrietatem expient et

[a] Luc. XII, 18.

(*a*) N. 2, 3 et 5.

Digitized by Google

saltationem genu flectendo. Rogat eos qui lasciviæ participes non fuerunt, ut in quibus peccati pœnitentiam animadverterint, eos tanquam propria membra ægrotantia foveant; quos autem viderint pervicaces, ab eorum consuetudine refugiant.

In oratione decima quinta, quæ inscribitur *De fide*, disserit Basilius de divina natura, et de Filii ac Spiritus sancti divinitate. Tanta erant Catholicorum fidei studia (p. 131), ut auris omnis aperta esset ad audiendam theologiam, nec ecclesia his rebus audiendis satiaretur. In sequenti homilia explicat initium Evangelii secundum Joannem, usque ad hæc verba, *Hoc erat in principio apud Deum* [1]. Multos noverat Basilius ex scriptoribus ethnicis, quos tanta initii Joannis admiratio ceperat, ut illud in scripta sua inserere non dubitarent.

De oratione decima septima, quæ est in S. Barlaam martyrem consuli possunt Præfatio tomi secundi art. 2, et Notæ 74 et 75 Tillemontii in persecutionem Diocletiani. Nihil enim mihi videtur ea de re statui posse quod non incurrat in magnas difficultates. Nihil disertius et elegantius duabus sequentibus Basilii in S. Gordium et quadraginta martyres. S. Gordium sub Licinio passum esse merito probat Tillemontius ex Basilii verbis, qui testes illius martyrii adhuc exstare declarat (*a*). Celeberrima est S. Basilii in quadraginta martyres oratio quam et Gaudentius (*b*) et Gregorius Nyssenus (*c*) laudant.

S. Basilius in oratione vicesima, quæ de humilitate inscribitur, demonstrat hominem, postquam a diabolo victus et dejectus est, inania sibi finxisse gloriæ ornamenta, divitias, honores, mundi sapientiam; sed veram gloriam in eo positam esse, ut Dei gratiæ accepta omnia referamus, memores Petri, qui humanæ timiditati traditus est, ac in primis ab ipso Christo exempla humilitatis repetentes. Edocet Basilius quibus modis hæc eximia virtus comparari possit. Observatione dignum est quod ait diabolum (p. 158), dum homini insidias struit, sibimetipsi inscientem struxisse, nec tantum nocuisse ei, quem a Deo et a vita æterna alienaturum se speraverat, quantum se ipse prodidit, transfuga a Deo factus et morti æternæ addictus.

V. Nullam hactenus recensuimus S. Basilii homiliam, quæ notas episcopatus præ se ferret. Sed vicesima prima, *Quod rebus mundanis adhærendum non sit, et de incendio extra Ecclesiam facto*, cum extra Cappadociam pronuntiata sit, non male ad episcopatum refertur. Nullum enim Basilii presbyteri iter novimus, præter illud quod Samosata suscepit anno 369. Illuc rursus abiit anno 372. Sed aptior multo conjectura Tillemontii, qui hanc orationem Satalis habitam putat, ubi Basilius anno 372 multa non belle fieri solita emendare conatus est. Id satis convenit iis quos alloquitur. Nam cum eos vehementi oratione sæpe castigasset (p. 365), metueretque ne hæc dicendi libertas in hospite displiceret; contra quam metuebat evenit, ac liberior reprehensio illius audiendi studium accendit. Quare ut eos a diaboli laqueis penitus abducat, demonstrat eis hostis artificia, quæ hac maxime ratione vitari docet, si hanc vitam viam esse meminerimus, nec quidquam esse, quod nostrum dici possit: sed solam animam et corpus nostra esse. Inde ad præceptum eleemosynæ inculcandum fertur, quod quidem omnino necessarium esse docet, nec sine æterni ignis damnatione prætermitti posse. Perorantem nonnulli admonuere ut de incendio hesterno verba faceret. Nam incensis privatorum ædibus, ignis ipsi ecclesiæ minabatur, sed mirabiliter exstinctus est. Id Dei misericordiæ attribuit Basilius, qui diaboli artes in ipsius caput rejecit. Hortatur ut iis succurratur, qui nihil ex incendio, præter corpus et animam, servarunt: ipsi vero acceptum damnum exemplo Jobi coronæ materiam efficiant.

Immerito inter homilias collocatur oratio vel tractatus in quo Basilius adolescentes consanguineos edocet, quid habeant utilitatis profanæ litteræ, quid cavendum in poetis, atque in ipsis etiam historicis et rhetoribus; quomodo præclare dictis et factis, quæ in ejusmodi disciplinis percipiuntur, ad morum institutionem utendum sit. Presbyter erat vel episcopus cum hæc scripsit. Ait enim se id ætatis esse (p. 173), et ex rerum in utramque partem mutatione, quam expertus est, satis magnum usum humanarum rerum consecutum esse, ut adolescentes edoceat. Scriptum opus Cæsareæ: neque enim his adolescentibus quotidie ad magistros ventitantibus alia in urbe Basilius polliceri potuit (p. 174) se ejusmodi consiliis eos erudire non desiturum (p. 184), ac si in se oculos conjiciant (p. 173), fore ut suis parentibus non indigeant.

S. Mamantis martyris laudes persequitur Basilius in oratione vicesima tertia, atque ut hoc munus exsequatur, symbolam rogat ab iis, quibus S. martyr præsto adfuit nomine invocatus, quos ex peregrinatione reduxit, quos erexit ex infirmitate; quibus liberos jam mortuos restituit, quibus prorogavit vitæ tempus. Nihil aliud de hoc martyre discimus ex hac oratione, nisi eum pastorem ovium fuisse, unde accepta occasione Basilius de bonis Ecclesiæ pastoribus et de mercenariis disserit.

In oratione vicesima quarta refelluntur Sabelliani et Ariani, ac primi cum Judæis, postremi cum ethnicis comparantur. Opponit eorum erroribus Basilius accuratam catholicæ doctrinæ expositionem. Sed cum videret auditores avide expetere,

[1] Joan. I, 2.

(*a*) N. 3, p. 145.
(*b*) Homil. 17.
(*c*) Or. 2, in quadraginta mart., p. 206.

Digitized by Google

ut de Spiritu sancto disseréret, illius divinitatem Scripturæ et traditionis auctoritate defendit, ac cavillationem dicentium, *ingenitus est aut genitus*, refellit. Videtur hæc homilia ad episcopatum referenda. Jam enim celeberrima erat quæstio de Spiritu sancto (p. 193) : ac omnis arrecta auris ad audiendas de hoc dogmate disputationes. Multi Basilium audiebant, non tam ut ejus doctrina juvarentur, quam ut calumniandi ansam arriperent.

Mirum sane est ex tot homiliis, quas Basilius tum presbyter, tum episcopus in ecclesia Cæsariensi habuit, tam paucas ad nos pervenisse. Inter perditas homilias numerare possumus homiliam *De eleemosyna et judicio*, et aliam, *Quod Deus incomprehensibilis*, quarum primam citat Simeon Logotheta, serm. 4, n. 7 ; alteram serm. 15, n. 3. Duæ aliæ indicantur in superioribus editionibus ad marginem, nempe homilia in Evangelium Matthæi, serm. 16, n. 5, et serm. 19, n. 1 et 3. Sed hæc reperimus in homilia in ebriosos. Similiter in sermone 20, p. 576 et 577, indicatur hæc homilia, *Quomodo quis sobrius esse debeat*. Sed uterque locus exstat in homilia *De humilitate*.

VI. Quod spectat ad homilias, quæ in appendicem rejectæ, ut spuriæ, fuerunt, fatendum est eas a Basilii stylo discrepare, si tamen excipias homiliam in sanctam Christi generationem, quæ ad Basiliani sermonis elegantiam maxime accedit. Sed illud asseverare non vereor, Basilio dignissimas esse, si pietas et doctrina spectentur. Levissimus nævus est in auctore homiliæ in sanctam Christi generationem, historia Zachariæ inter templum et altare occisi, propterea quod sanctissimam Christi matrem in loco virginibus destinato post partum collocasset. Non magnum dedecus fuisset S. Basilio in ejusmodi rebus decipi. Majoris momenti est, quod ejusdem homiliæ auctor existimasse dicitur, *regum successiones cometis significari*. At nihil ab ejus sententia magis alienum. Ait enim de cometis (p. 601) : Μάλιστα δοκοῦσι βασιλέων διαδοχὰς δηλοῦντες κατ' οὐρανὸν ἵστασθαι. *Maxime videntur ad significandas regum successiones in cœlo consistere.* Sed id insanis astrologis videri ait, quos hoc loco refellit, minime vero Christianis, ut ex toto loco perspici potest.

Non debuerunt ut absurdæ et impiæ sententiæ rejici, quæ in homilia in pœnitentiam leguntur. *Quid enim vis*, inquit auctor homiliæ, *unumne peccatum imputari sanctis an justitiam multam? Fecit peccatum : at fecit etiam justitias multas. Quid justum est apud justum Deum, paucorumne meminisse an multorum oblivisci? Sit statera, et qua mensura mensi fuerimus admetientur nobis. Si peccata plura sunt, sit peccator; sin justitiæ plures, sit justus.* Nequaquam docet justos qui labuntur, salutem ob priora præclare facta consequi sine pœnitentia ; sed loquitur de lapsis per pœnitentiam resurgentibus, ut patet ex totius orationis proposito, et ex pœnitentiæ exemplis quæ mox citata verba præcedunt et sequuntur. Immerito Basilii doctrina cum his principiis pugnare existimatur. Simillima docet in homilia *De humilitate*, ubi sic loquitur (p. 161) : *Et, si proximum peccantem videris, cave consideres ipsius peccatum solum ; sed etiam quæ fecit aut facit recte, cogita ; et sæpe eum deprehendes teipso meliorem, expensis rebus omnibus, non una duntaxat parte examinata. Neque enim Deus hominem ex parte expendit : « Ego enim, inquit, opera et cogitationes eorum venio congregaturus* [a]. » *Quinetiam cum Josaphat aliquando ob præsens peccatum increparet, meminit quoque recte sanctorum ipsius, his verbis : « Verumtamen verba bona inventa sunt in te* [b]. »

In eamdem sententiam accipienda hæc verba (p. 607) : *Unumne malum reputat Deus, multa vero bona non reputat? Quot martyres qui primum negarant, rursus redintegrata pugna cladem resarsere? negarant autem non animo, sed lingua. Caro namque infirma est. Excidit qui abnegat ; rursus cum confitetur, instauratur. Nec enim mala observat Deus, bona vero nullo loco numerat. Et cum quis torqueretur, plerumque cessit cum ferre non posset, non commutans voluntatis propositum, sed labore victus. At dimissus, ac requiem nactus, restauratur. Servabiturne dictum breve adversus illum, tormenta vero non enumerabuntur? At Deus judex est, non hominum audacia. Audes legem præscribere Deo, qui infirmitatem novit, et suppeditat auxilium, dabitque victoriam? Quot sunt qui post vitam malam martyrium sustinuerunt? Num quoniam cupiditas illexit, privabuntur laboribus?* Illic etiam de lapsis ad certamen redeuntibus agitur, quos instaurari ait auctor homiliæ, eisque merita prioris vitæ restitui contendit. Nec eos qui lingua, non animo jurarunt, a peccato eximit, sed eos a pœnitentia sine crudelitate excludi non posse declarat.

Tempus non teram in pluribus aliis explicandis, quæ non merito suo vituperata in his homiliis fuerunt. Quale est quod ait auctor homiliæ (p. 619) in illud, *Ne dederis somnum oculis tuis* [c], belluis solam inesse naturam, hominibus vero rationem, *quæ naturæ parens est*, τῆς φύσεως λόγος αἴτιος. Perspicua est hujus loci sententia, nec quisquam ignorare aut negare possit quæcunque condita sunt ratione condita fuisse ; quo sensu ratio dicitur naturæ causa.

VII. De tractatibus sancti Basilii non multa nobis supersunt disserenda : jam enim de libris *Adversus Eunomium*, de *Ascetico*, *Liturgia*, et libro *De Spiritu sancto* egimus. Quominus S. Basilio tribuantur duo posteriores *adversus Eunomium* libri, multæ afferuntur in Præfatione tomi I rationes, quarum duæ magni ponderis videntur, styli discrepantia et quod auctor libri IV legat (p. 293) ἐκτισάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ, *Creavi hominem per Deum* [d], Basilius (p. 256) vero ἐκτησάμην. Neque hæc legendi varietas

[a] Isa. LXVI, 18. [b] II Paral. XIX, 3. [c] Prov. VI, 4. [d] Gen. IV, 1-4.

Digitized by Google

in librarios rejici potest : nam uterque ex sua legendi ratione argumentum adversus hæreticos ducit. Promittit quidem Basilius se explicaturum alibi (*a*) Scripturæ testimonia, quæ prave ab hæreticis intelligebantur, in his illud Proverb. · *Dominus creavit me* [5]. Sed cum presbyter factus fuerit paulo post tres priores libros absolutos, videntur novæ illæ sacerdotii occupationes obstitisse quominus promissa perficeret. Quamvis autem magna sit inter hos duos libros et tres priores styli dissimilitudo, non tamen sententiæ discrepant : et quæ ut absurde et inepte dicta reprehenduntur, ea explicare conabimur, ubi nonnulla in singulis tomis hujus editionis addenda et emendanda proponemus.

Aliæ afferuntur rationes, cur duo illi libri non sint tribuendi Basilio ; quod in his libris præter morem et consilium Basilii Spiritus sanctus appelletur Deus : quod Filius γέννημα sæpe dicatur, quam vocem in Eunomio vituperat Basilius : quod Pater, ne quatenus quidem principium est, Filio major esse dicatur. Sed hæ rationes non magni momenti ; illa præsertim minime probanda, quam primo loco retuli. Etsi enim Basilius Dei titulum interdum Spiritui non tribuebat, in hoc tamen temperamento non perstabat, sed publice ac privatim, teste Gregorio Nazianzeno, Spiritum sanctum appellabat Deum, ubi tempus et locum ad eam rem idoneum nactus erat. Quinetiam hac œconomia tum demum uti cœpit, cum factus est episcopus, ac proinde pluribus annis post scriptos *in Eunomium* libros. Hinc in epistola octava, Spiritum sanctum appellat Deum. Quod si in libro tertio *adversus Eunomium* non tam conceptis verbis hunc titulum Spiritui sancto tribuit, non videtur id de industria cavisse, sed quia cavillationes Eunomii non ei occasionem attulerunt hujus vocis in tam brevi pertractatione usurpandæ. Quanquam eam non obscure usurpat, ut patet ex hoc testimonio : *Itaque si Deus*, inquit (p. 276), *in nobis per Spiritum habitare dicitur, nonne manifesta impietas est, ipsum Spiritum dicere deitatis exsortem ? Et, si eos qui virtute perfecti sunt, deos nominamus, perfectio autem est per Spiritum ; quomodo qui alios efficit deos, ille ipse destitutus deitate est ? Nec vero pium fuerit dicere, ut in hominibus, ita et in Spiritu deitatem quæ participatione acquisita sit, honorari, non autem natura ei competere. Qui enim dono efficitur Deus, mutabilis est naturæ, quæ nonnunquam per negligentiam a bonitate excidat. Id autem aperte salutaris baptismi repugnat traditioni : « Euntes, inquit, baptizate in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti* [5*]. » *Est enim baptisma sigillum fidei, fides vero assensus est deitati. Nam credere prius oportet, deinde baptismate obsignari. Est autem noster baptismus ex Domini traditione, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, nulla creatura, neque servo Patri ac Filio conjuncto, cum deitas in Trinitate compleatur. Nam quidquid extra hos est, id omne conservum est, etiamsi maxime ob dignitatum præstantiam alia aliis anteponantur.* Quod si auctor libri quinti Spiritum in Scripturis Deum ac Dominum vocari contendit (p. 314), *sicut et Verbum*, nequaquam tot locis tamque manifeste, sed eodem jure Dominum ac Deum dici contendit.

Neque etiam validum argumentum suppeditat vox γέννημα, quæ a Basilio rejecta in libro secundo (n. 6, 7 et 8), non semel in quarto et quinto usurpatur. Eamdem vocem ipse Basilius eodem sensu usurpat in libro II, pag. 269. Quod si eam rejicit in eodem libro secundo, idcirco rejicit quod eam Eunomius instar legis præscriberet contemptis vocibus, quas a Scriptura et traditione accepimus.

Quamvis Basilius in libro primo (n. 25) doceat Patrem majorem esse quatenus principium est et causa ; contrarium huic doctrinæ videri non debet quod in libro quarto (p. 289) statuitur, Patrem, ne ut causam quidem, majorem esse Filio. Nam Basilius, ut supra observavimus, cum idem semper sentiat, non eodem semper modo in hæreticis refellendis versatur ; et quamvis Patrem initio libri tertii majorem esse ordine et dignitate pronuntiet, quatenus Filius ab illo esse habet, negat in libro *De Spiritu sancto* (cap. 6) Patrem dignitate præstare.

Videntur autem duo illi libri rudis quædam esse et incomposita argumentorum collectio, non opus arte et via concinnatum : nec privatim Eunomium petere, sed generatim hæreticos Triadis inimicos. Eadem fere in libro quinto refelluntur ac in libro sancti Basilii *De Spiritu sancto :* nec profecto Eunomium spectare possit hæc disserendi ratio (p. 307) : *Nam si Spiritum non credis ex ore Dei processisse, neque Verbum credis... Quod si non credis in Spiritum, neque in Filium credis.* Longe aliter refellendus fuit Eunomius, cujus manifesta erat in Filium impietas.

Tam multa de *Ascetico* in Præfatione tomi secundi et apud Tillemontium disputata sunt, ut hanc materiam attingere non libeat. Hoc tantum observabo, Constitutiones monasticas eo scriptas esse tempore, quo cœnobia majorem in modum accreverant. Id perspici potest ex cap. 18 (n. 1) ubi cœnobitica vita commendatur. Ἐπεὶ δὲ οἱ πλεῖστοι τῶν ἀσκητῶν κατὰ συστήματα πολιτεύονται, ἀλλήλοις τὰ φρονήματα πρὸς ἀρετὴν παραθήγοντες, καὶ τῇ τῶν κατορθωμάτων ἀντιπαραθέσει παρορμῶντες ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν τοῦ καλοῦ προκοπήν, δίκαιον ᾠήθημεν, καὶ τούτοις τὴν διὰ τῶν λόγων παράκλησιν εἰσενέγκασθαι. *Sed quia plerique ascetæ simul degunt in communitate, animum mutuo exacuentes ad virtutem, et recte factorum comparatione seipsos ad progressum in bono faciendum concitantes, æquum esse putavimus,*

[5] Prov. VIII, 22. [5*] Matth. XXVIII, 19.

(*a*) Lib. II, pag. 256.

Digitized by Google

nos etiam sermonibus nostris adhortari. Supra A dixímus Basilium cœnobiticæ vitæ auctorem in Ponto et Cappadocia fuisse, ac rara admodum in his et vicinis regionibus cœnobia exstitisse, quo tempore abbas Pyamon eas peragravit. Quare Constitutiones monasticæ vel in Cappadocia aut Ponto aut finitimis regionibus scriptæ non fuerunt, vel post Eustathium et Basilium scriptæ sunt.

Fatendum sane est duos libros *De baptismo*, si verba spectentur, a Basilii nitore sermonis et elegantia multum recedere. Sed si sententiarum, quarum nulla prorsus non est Basilii, ratio habeatur: si summa pietas in utroque libro mirifice spirans, si ipsius scriptoris consideretur auctoritas, qui non solum pluribus Basilii locis utitur pro suis, sed ipsa etiam Basilii scripta, ut propria laboris sui monu- B menta, citat; equidem malim Basilio orationem aliquam minus factam, minusque molliter euntem attribuere, quam homini improbo et mendaci præstantissimum opus, ac eodem prorsus spiritu, quo omnia Basilii scripta, compositum.

Vidimus supra, cum de eucharistia ageremus in Præfatione, quanta sit librorum *De baptismo* cum aliis Basilii operibus similitudo. Nam quæ leguntur in regula breviori 309, de iis qui minus puri ad eucharistiam accedunt, ea uberius et clarius explicantur in libro II *De baptismo*, quæst. 2 et 3. Et quæ in reg. brev. 172, ac *Moral.* 21, de animi affectione ad percipiendam eucharistiam necessaria dicta fuerant, rursus illustrantur in libro I *De baptismo*, C cap. 3.

Docet Basilius in procemiis quæ *Moralibus* et prolixis Regulis præfixit, omnia prorsus Dei præcepta adimplenda esse, ita ut si vel unum violetur aut omittatur, certissima sit futura damnatio. Idem principium eodem modo exponitur in libro I *De baptismo*, cap. 1, n. 3, et lib. II, quæst. 4, 5 et 6. Præcipue vero Basilii doctrina agnoscitur, cum præceptum, quo jubemur omnes actiones ad Deum referre, commendatur in libro I, n. 25, et in hac quæstione libri secundi cap. 8: *An acceptum sit Deo opus præcepti, si non convenienter Dei præcepto fiat.* Hoc præceptum charitatis eodem modo inculcatur in regula morali 18, cap. 1 et 2. Vide homiliam in psalm. XLIV, pag. 160, et commentarium *in Isaiam*, D n. 39 et 51.

Quinetiam auctor librorum *De baptismo* certissima Basilii scripta ipse sibi adjudicat. Sic enim quæstionem quintam proponit, *utrum verbo cuilibet non obsequi, sit aliquid ira et morte dignum, etiamsi privatim non singulis conjunctæ sint minæ;* deinde sic incipit: *Dictum quidem est fusius de hoc argumento in epistola* De concordia, *an videlicet verbo cuilibet non obsequi, sit aliquid ira et morte dignum.* Indicatur hoc loco procemium *Moralium*, ubi hæc quæstio fusius tractatur, nec immerito hoc procemium vocatur epistola *De concordia.* Ibi enim declarat Basilius adductum se esse ut *Moralia* scriberet, dum dissensionibus Ecclesiam perturbantibus territus, causam et remedium mali inquirit. Sub finem quæstionis decimæ, quæ est de scandalo, hæc legimus (p. 670): *Fusius autem hoc in prioribus quæstionibus exposuimus, ubi et eorum qui scandalum patiuntur clarius expensa est natura.* Non alia sane quæstio hic indicatur, nisi in brevioribus Regulis interrogatio sexagesima quarta, ubi de scandalo disseritur et de iis qui scandalizantur.

Quid ergo hac in re statuemus? stylus diversus: negare id non possumus. At sententiæ prorsus gemellæ: et quæ certissima sunt Basilii opera, ea sua esse declarat auctor librorum *De baptismo.* Num improbam fraudem et turpe mendacium suspicabimur in tam sancti operis parente? Quidvis conjicere malim, quam ejusmodi suspicionibus indulgere. Nihil enim in operibus Basilii ad morum sanctitatem præstantius, quam duo *De baptismo* libri. Nec credibile est eum, a quo compositi fuisse dicuntur, cum in legendo Basilio accuratissime versatus fuerit, non eum saltem ex hac lectione fructum percepisse, ut fraudem et mendacium odisset. Forte Basilius, dum eum aliquis morbus lecto affigit, ut citius iis satisfaceret, quorum rogatu scribebat (p. 624), incœptum a se opus et in iis quæ ad sententias spectant, informatum, alicui ex suis absolvendum commisit: ita ut sententiæ sint Basilii, alium verba habeant auctorem. Suspectum fuit hoc opus Combefisio, ob doctrinæ similitudinem cum *Ascetico*, quod Basilio abjudicat idem Combefisius. Sed hæc ratio, ut observat Tillemontius, id valet, ut certius Basilio attribuantur libri *De baptismo.*

Nihil dicam de pluribus scriptis in appendices tomi primi et secundi rejectis, de quibus consuli possunt præfationes his tomis præfixæ. In appendice hujus tertii tomi habemus librum *De virginitate*, de quo egimus in admonitione eidem libro præmissa. Grammaticæ, quæ in nonnullis editionibus sub Basilii nomine prodiit, locus in hac novissima editione non visus est tribuendus. Compendium esse existimatur (*a*) operis a recentiore quodam Græco compositi. Narrat Scultetus (*b*) tres tractatus sub Basilii nomine in bibliotheca sua exstare, nempe *expositionem sanctorum Patrum Basilii et Gregorii theologi de sancta et orthodoxa fide; dialogum sanctorum Basilii et Gregorii de visione Dei*, qui Latine editus est in editione Parisiensi anni 1603, *et Magni Basilii enarrationem in ea quæ in sacra liturgia peraguntur.* Addit idem Scultetus latere in bibliotheca Palatina colloquium Basilii cum Gregorio de sacerdotibus.

Hæc habebam quæ de S. Basilii rebus gestis et scriptis pro facultatis mediocritate dissererem. Quo in opere minime dubito, quin multa inter tot difficiles obscurasque quæstiones, aut minus viderim, aut non, ut par erat, pertractaverim. Sed ne quis

(*a*) Tillemont. tom. IX, p. 302.

(*b*) Theol. part. IV, p. 26.

Digitized by Google

reprehendat quod sæpe a Tillemontii sententia discedam, cæteros autem criticos rarius citem et refellam; hujus rei paucis reddenda ratio. Tillemontius, magnum illud historiæ ecclesiasticæ lumen, omnium accuratissime de rebus gestis Basilii disseruit, ac innumera aliorum errata emendavit. Quare necesse non fuit variis aliorum opinionibus referendis et refellendis tempus extrahere, ac rebus tenebras offundere : sed satis erat Tillemontii premere vestigia, et si quid summo illi viro excidisset, observare et emendare. Nec idcirco eximius ille scriptor brevioribus foliis ornandus, quod in ejus scriptis interdum maculæ occurrant; quippe cum eo facem præferente nævos ejusmodi deprehendamus, et acceptis ab eo præsidiis hos in antiquitate ecclesiastica progressus consequamur.

PRÆFATIO.

1. Hodie vigent maxime editiones novæ; nec est fere nostra ætate ullum litteraturæ genus, in quo plus positum sit operæ ac studii ab eruditis. Nec id mirum cuiquam videri debet, cum nihil forte aptius aut utilius ad bona studia promovenda excogitari possit. Hominem qui id neget, arbitror fore neminem, si secum paulo attentius reputaverit, primum, quanta utilitas ex novis editionibus accedat : deinde, quam jucundum sit in libros ab innumeris maculis expurgatos incidere. Hinc factum, ni fallor, ut hoc scriptionis genus tam impense laudetur ab omnibus, quasi suum quisque laborem alterius labore minui gaudeat, velitque studiosos hac benevolentiæ significatione magis ac magis ad ejusmodi studium incitare.

2. Hæc mecum cum reputarem, cœpi et ipse, multorum exemplo, de nova aliqua editione adornanda cogitare. Vix autem mihi, cum semel ita animum induxissem meum, de opere seligendo deliberare licuit. Ea est enim Basilii operum fama atque existimatio, ut impetu quodam magis quam delectu ad ea rursus edenda impulsus sim. Desiderium augebat quidquid legebam, quidquid audiebam de Basilio Magno. Mirabar eum vel præstantissimis Græciæ oratoribus anteponi, Pericli, Lysiæ, Isocrati, Phalereo, Demostheni. Et certe Basilio nostro, cum ejus scripta ad posteros transmissa sunt, optime consultum fuisse arbitror. Ea enim tantis laudibus extulerant ex antiquis nonnulli, ut credi potuissent modum omnem excedere, et fide majora prædicare : sed quod a fide abhorrere videri poterat, id lectitandis Patris gravissimi libris, et verissimum esse, et ab omni adulatione alienissimum, suis quisque oculis cernit.

3. Et aliud ad hanc provinciam suscipiendam me movit, exspectatio eruditorum. Nec immerito sane nova Basilii operum editio tam avide a doctis exspectatur. Constat enim, quæcunque maxime ad sacrarum litterarum studium pertinent, dogmata, ethica, traditio, historia, disciplina, eorum scientiam non aliunde potius quam e Basilii scriptis hauriri. Et hanc ipsam esse causam arbitror, cur gravissimi Ecclesiæ Patres, ipsa concilia œcumenica, scriptores et Græci et Latini scripta Basilii quasi certatim quantis maximis laudibus extulerint : quorum testimonia notiora sunt, quam ut ea in medium proferre necesse sit.

4. Neque vero putandum est res solas in Basilii scriptis laudari : laudatur et ipsa quoque orationis elegantia, suavitas, perspicuitas, incredibilis vis persuadendi, doctrinæ integritas, ars mirifica dicendi sine ulla artis significatione, summa in tractandis religionis Christianæ mysteriis cura atque diligentia, sic ut nihil vel a fastidiosis in ejus libris desiderari posse videatur.

5. Quid enim, quæso, expeti potest in Basilio? Nam, ut de facundia sileam, in Basilii scriptis invenias non pauca, quæ ad interpretationem sacrarum Scripturarum spectant. Dixisse parum est, traditionis monimenta et multa et insignia apud Basilium exstare : dici potest verius, hunc summum virum traditionis auctoritatem præcipue stabilivisse, cum eam hæreticis tanquam inexpugnabilem murum semper opposuit. Quam multa sunt, quæ historiam temporum illorum illustrant! Quot aut Catholicorum aut hæreticorum facta tenebris obruta latitarent, si Basilius ea litteris non prodidisset! Ille est acerrimus veri defensor, qui varios Sabellii, Arii, Macedonii, Eunomii, Apollinarii, et aliorum quotquot hactenus fuerant hæreticorum errores ut invictissime confutavit, ita evidentissime Catholicorum dogmata stabilivit. Neque vero stricte aut obscure de rebus loquitur : sed fuse et distincte in suis epistolis antiquum Ecclesiarum statum quasi ob oculos ponit, sic ut res ipsas cernere, non legere, credas. Nunc autem de disciplina ecclesiastica quid attinet dicere, cum nemo paulo humanior ignoret quantum ista scientiæ ecclesiasticæ pars debeat Basilio? Denique si quis velit morum scientiam comparare, aut vitæ asceticæ instituta discere, is volvendis tanti magistri libris, quod cupit, brevi consequetur.

6. Hactenus de Basilii operum præstantia : nunc de eorumdem editionibus disseramus. Editio, quæ omnium prima putatur, excusa est Basileæ apud Hieronymum Froben anno 1532. In hac editione

Digitized by Google

Græce inveniuntur opera quæ sequuntur, homiliæ *in Hexaemeron* et *in Psalmos*, aliæ 29 homiliæ de diversis argumentis, liber *De Spiritu sancto*, cum epistolis nonnullis. Præit his omnibus præclara præfatio Erasmi. Hanc editionem, cum opera Basilii interpretarer, semper ob oculos habui, ex eaque adnotavi varias lectiones non paucas : quas in nova videre cuique licebit. Paulo post alia editio Græce quoque Venetiis prodiit ex officina Stephani Sabii anno 1535. Reperias in hac editione, quæ sequuntur : Ascetica Ethicaque, librum *De virginitate*, priores tres *in Eunomium* libros, brevem quemdam tractatum *contra Sabellianos et Arium et Anomœos*. Et hac quoque editione usus sum instar antiqui cujusdam libri calamo notati : in qua quidquid diversi reperi, id me non piguit inter alias variantes lectiones notare. Anno 1551 vulgata est Basileæ alia editio Græca multo auctior cum præfatione Græca Jani Cornarii ad Julium Numbergensem episcopum. Hæc editio complectitur quæ subjunguntur, undecim homilias *in Hexaemeron :* homilias decem et septem *in Psalmos :* homilias 29 de diversis argumentis : librum *De Spiritu sancto :* epistolas Basilii et Gregorii Nazianzeni 180 : ἀσκητικῶν λόγους septem : brevem tractatum *De judicio Dei :* alium *De fide :* ἠθικῶν ὅρους 80 : ἐρωτημάτων ἀσκητικῶν κατὰ πλάτος ὅρους 55 : ἐρωτημάτων ἀσκητικῶν κατ' ἐπιτομὴν ὅρους 313 : ἐπιτίμια quædam : Constitutiones asceticas 34 : Epistolam ad Chilonem : aliam ad monachum lapsum : libros duos *De baptismo :* libellum Περὶ τοῦ αὐτεξουσίου, *De libero arbitrio :* librum *De virginitate :* sermonem *De paradiso :* libros quinque *adversus Eunomium*. Reperire est in bibliothecis longe plures editiones Latinas : quas abs re non fuerit hoc loco indicare. Paris. 1525, fol., apud Ascensium. Coloniæ 1551, fol., apud Cervicornum. Basil. 1540, apud Hervagium, cum præfatione Wolfgangi Musculi, fol. Basil. 1552, studio et opera Jani Cornarii, fol. Basil. 1565, fol., apud Joan. Oporinum. Paris. Godfridi Tilmanni, 1566, fol., apud Michaelam Guillard, viduam Guillelmi Desboys. Antuerp. 1568, fol., apud Philippum Nutium. Paris. 1571, fol., apud Sebast. Nivellium : quam editionem secuti sunt qui opera Basilii apud Sonnium rursus typis mandarunt anno 1603, Antuerp. 1616, fol., curante Andrea Schotto : quæ editio recusa est Coloniæ 1618, fol. Postquam vir eruditissimus Joannes Albertus Fabricius omnes has editiones diligenter recensuit, monet novam Basilii operum editionem adornari. Sed ipsum audire præstat. « Nunc, inquit, novam S. Basilii editionem eruditi monachi Benedictini, quibus tot præclarissima monumenta ecclesiastica debemus, jubet exspectare ab insigni sodali suo Juliano Garnerio, postquam alter qui ex eodem ordine ornandæ huic spartæ præfectus antea fuerat, Jacobus Lopinus, jam anno 1693, 29 Decem., fatis concessit. » A quo hæc accipere potuerit is, quem modo dixi, vir clarissimus idemque doctissimus, nescio; cum ego, qui, si ita esset, id ignorare vix potuissem, nihil tamen de hac præfectura unquam audierim : sed scio testorque, ne unam quidem litterulam e schedis Lopini nostri ad me pervenisse. Monebimus quasi prætereuntes, rursus edituros nos ad operis calcem præcipuas antiquarum editionum præfationes. Ita enim eruditis placere video, qui priscarum editionum præfationes magno litterarum damno in novis deesse conqueruntur.

7. Lutetiæ Parisiorum intra paucos annos bis edita sunt Opera Basilii, anno 1618, apud Michaelem Sonnium ; et anno 1638, apud Ægidium Morellum. Quidquid in hac, omne id in illa continetur; nec una altera est auctior, aut minutior. Eadem est præfatio bibliopolarum, iidem commentarii in Scripturam, homiliæ de diversis argumentis eædem, iidem libri, idem numerus epistolarum ; uno verbo, si excipias ordinem quo res disponuntur, paria omnia : quod cum non advertissent nonnulli, falso et inepte affirmarunt epistolas longe plures in posteriori editione contineri. Editione priori semper usi sumus, quæ altera castigatior est et accuratior : et quoties simpliciter citantur *editi*, id oportet accipi de priori editione. Interpretatio quæ e regione exemplaris Græci legitur, non unius est interpretis, sed multorum, Joannis Argyropyli, Raphaelis Volaterrani, Erasmi, Godfridi Tilmanni qui non raro vulgatas interpretationes recognovit, novasque contexuit, Ambrosii Camaldulensis, Georgii Trapezuntii, Fumani, Montacutii et aliorum, quos longum esset recensere omnes (*a*). De Jano Cornario mox dicam. Vulgatas illas tot hominum interpretationes plus minus omnes vitiis propemodum innumeris laborare, jam alii notarunt. Et vero sæpius aberrant a Græco ; et siquando Græca sententia exprimitur, minus Latina est elocutio. Sed tamen priscos hos interpretes valde excusatos volo, cum Græca sæpissime ita essent corrupta, ut nemo quamlibet peritus recte interpretari potuisset. Quod si quæratur quid quis alteri præstat, dicam Erasmum reliquis elocutione quidem antecellere et Latinitate : sed, quæ erat hominis in scribendo celeritas, sæpe et fœde labitur et ipse. Pauca interpretatus est, homilias duas in jejunium, librum *De Spiritu sancto*, et procœmium Commentarii in Isaiam. Contra, Janus Cornarius Latini sermonis integritatem ac elegantiam videtur neglexisse, et in id solum incubuisse, ut Græcam sententiam quoquo modo exprimeret. Et quidem Græca fidelius reddidit : sed litteræ plus justo serviebat. Etenim verbum de verbo semper exprimit, atque ne transversum quidem unguem ab inepta hac servilique interpretandi ratione unquam discedit. Hinc ejus interpretatio ita aspera est et dura, ut una aut altera pagina præ tædio legi vix possit. Pleraque Ba-

(*a*) Vide Præfationem tomi II IIII, § XIV, ubi hæc iterum tangit Garnerius. EDIT.

Digitized by Google

cilii opera Latina fecit is, quem dixi, vir eruditissimus Cornarius. Multo pauciora vertit Georgius Trapezuntius, videlicet celeberrimos quinque *in Eunomium* libros : quem interpretem multis aliis anteponendum puto. Reliquorum interpretationem cum considero, alius alio non mihi videtur aut longe superior, aut longe inferior. Cæterum si diligentius nosse cupias, quid quis interpretatus sit, legas velim tom. VIII [*Bibliothecæ Græcæ*] viri clarissimi juxta ac doctissimi Joannis Alberti Fabricii, l. v, c. 19. Ad editionem Parisiensem redeo, quæ non solum hac re cæteris præstat, quod e regione Græcorum Latina reperiantur : sed quod doctissimorum virorum Frontonis Ducæi et Federici Morelli præclarissimis notis illustretur. Hujus paucæ sunt, illius multæ et eruditæ : quas notas omnes ad operis calcem edendas curabimus. Nec prætereundum illud, quod editiones maxime ornat et perficit, editionem Parisiensem ad multos mss. codices Anglicos et Gallicos recognitam fuisse atque castigatam. In hac editione inveniuntur et aliæ variæ lectiones a peritissimo viro Andrea Schotto collectæ.

8. Pauca dicam de nostro labore, cum de eo melius judicare cuique jam liceat. Celeberrimas quasque bibliothecas Basilianis codicibus refertas esse multis locis, Lutetiæ Parisiorum, Romæ, Florentiæ, Oxonii, et alibi, vel e primo indicum aspectu constat. Codices Parisinos quorum nobis copiam humanissime faciunt præfecti bibliothecarum, in primis diligenter legere constitueram : sed brevi sensi esse me volvendis tot libris imparem. Adhuc hæc erant, cum unus e nostris D. Franciscus Faverollius perofficiose atque peramanter hujus laboris consors ac socius esse voluit. Uterque igitur veteres illas membranas cum impressis libris quam licuit accuratissime conferre cœpimus : sic tamen, ut earum majorem partem is, quem modo dixi, vir mihi amicissimus idemque omnium longe diligentissimus contulerit. Quin etiam, quoad fieri potuit, codices ipsos, qui ab hominibus doctrina præstantissimis Ducæo et Combefisio lecti olim fuerant, rursus legendos judicavimus; neque, ut ex notis constabit, operam nostram lusimus. Mirum sane quantum ceperimus fructus ex nostro labore! Incredibile est enim quot variantes lectiones ex his codicibus Parisinis excerpserimus : quibus, cum tam multæ sint, aliæ tamen non paucæ ex Anglia Italiaque accesserunt. Parum fuit tot varias lectiones collegisse : sed in id maxime incumbi oportuit, ut Basilius, qui in Græcis mirifice deformatus erat, harum ope pristinæ integritati restitueretur. Et quidem spes est eum nunc proditurum nitidum et perpurgatum. Tot enim menda maculasve sustuli e Græco exemplari Basilii, ut pauci admodum loci, si qui sint, jam emendatione aliqua indigere videantur. Certe antiquas operum Basilii interpretationes plus minus omnes longe mendosissimas esse atque vitiosissimas, e singulis paginis facile a quovis cognosci potest. Postquam igitur Græcum exemplar variarum lectionum subsidio atque copia corrigere conatus sum, de nova interpretatione adornanda cogitavi : quam et statim suscepi, semelque susceptam tanto studio sum prosecutus, ut nec labor, nec rei difficultas me unquam a cœpto deterruerit. Id autem ante omnia mihi semper proposui, ut fideliter, quantum in me erat, et dilucide Græca converterem : deinde ut interpretatio, si non elegans, at pro meo tamen ingenio non inelegans, neque illepida foret. Reliquum erat ut vera Basilii opera a falsis secernerem : quæ secretio negotium mihi exhibuit vel maximum, cum adducantur in controversiam non pauca quædam scripta, sed omnia. Et vero dissident inter se eruditi de numero homiliarum *in Hexaemeron* et *in Psalmos*. Orationes illæ una et triginta non omnes uni et eidem scriptori tribuuntur. Duo quos habemus *De baptismo* libri revocantur in dubium a quibusdam. In controverso est liber *De vera virginitate*. Amplissimus ille in priora sexdecim Isaiæ capita non caret suspicione omni. De quinque *in Eunomium* libris non una est omnium sententia. Sunt quos non puduit ultima quindecim libri *De Spiritu sancto* capita, eaque præcipua, in falsis atque subditiiis ponere. Antiquorum et recentiorum de Asceticis opiniones inter se concordes non sunt. Vix certi quidquam definiri potest de Liturgia. Jurgiorum ac discordiarum quoddam quasi seminarium continent Epistolæ. Nam quo anno, quo mense, a quo, ad quem, qua de re conscriptæ sint, quotidie vehementer acriterque disputatur. Quam autem proclive sit in tanta hac rerum ac sententiarum varietate tanquam in illuni nocte errare, vident, opinor, omnes. Sed tantum abest, ut propterea spem abjecerim inveniendi veri, ut id etiam majori studio investigandum judicarim. Recte an male hoc negotii gestum sit, aliorum quidem erit judicium : sed tamen affirmare posse videor, me, si nihil aliud præstiti, certe lucis aliquid rebus per se obscurissimis attulisse. Quod si quando, quod non raro evenit, ab eruditorum opinionibus recedo, ita me ab iis dissentire profiteor, ut si erroris arguar, in eorum sententiam concedere semper paratus sim. Maxime quidem in id incubui, ut Græca perpurgarem, perpurgata Latine redderem, vera ac genuina distinguerem a falsis et adulterinis : sed hæc non ita mihi fuere curæ ac studio, ut reliqua negligenda ducerem. Addentur igitur monita, summaria, præfationes, notæ, *Vita Basilii*, anecdota non pauca; et quoniam in novis editionibus nihil desiderari operæ pretium est, invenientur in nostra eo quo debent ordine ipsa etiam opuscula, quæ iam quidem edita sunt, sed loco non suo, uti in *Monumentis Græcis* Joannis Cotelerii, aut in præclaro illo utilique opere Francisci Combefisii, de quo mox loquar : quæ omnia excipient indices fidelissimi simul et amplissimi. Norunt eruditi, inter alia Combefisii scripta recenseri insignem librum in duos

Digitized by Google

tomos divisum, cui titulum fecit, *Basilius Magnus ex integro recensitus*, Paris. 1679, in 8°; quo de opere jam quidem locutus sum, sed de eo hic rursus loqui visum est. Certe mirari subit viri doctissimi improbum laborem : qui in his duobus tomis non modo multas varias lectiones a se e variis codicibus collectas edidit, sed ipsas etiam antiquas interpretationes sexcentis locis emendavit. Id opus cum legerem, notavi quod alii jam notarant, Combefisium linguam quidem Græcam diligentissime excoluisse, et optime scivisse : sed videri Latinam non ita multum ab eo fuisse excultam. Et quidem quæ Latine scripsit, ea constat et obscura esse, et ab antiqua illa Romani sermonis integritate prorsus aliena. Quare ubi etiam priscas interpretationes correxit, ibi alia phrasi uti coactus sum : sed tamen virum eruditissimum tunc quoque maximo mihi adjumento fuisse ingenue fatebor, cum mihi his in locis facem præferret ad Græcarum vocem detegendam sententiam. Cum audivissem eum, quem sæpius nominavi, virum doctissimum Combefisium ex mss. codicibus excerpere solitum quod liberet, relinquere quod displiceret, collatos ab ipso veteres libros rursus aut contuli ipse, aut conferendos curavi; nec sane, ut dixi, tempus perdidimus.

9. Nunc de anecdotis, deque Basilii *Vita* paulo fusius disserendum. Ita comparatum est hominum genus, ut existiment novam aliquam editionem plurimum commendari copia anecdotorum. Aio igitur id ornamenti in nova Basilii operum editione minime defuturum. Nova enim veteribus addentur, fragmenta quædam, orationes aliquot, epistolæ nonnullæ. Quin etiam ea Basilii opuscula quæ hic illic sparsa inveniuntur, ipsa quoque suo ordine et loco rursus vulgare non gravabimur. Scio quidem opus Eunomii dignum esse tenebris magis, quam luce : quoniam tamen ad dilucidandos Basilii *in Eunomium* libros usui esse potest, id quoque rursus edemus. Notum est Rufinum et Eustathium quædam Basilii scripta in linguam Latinam olim transtulisse : quorum interpretationem ad exaratos manu libros recognitam typis quidem mandare visum est, sed sic, ut ad operis calcem rejiciatur. Loco eodem ejusdem Rufini ineditam interpretationem quarumdam orationum licebit intueri.

10. Certe si quis idoneus scriptor Basilii *Vitam* proxime post ipsius mortem litteris prodidisset, modo ad nos usque pervenisset tam præclarum monumentum, rem fecisset et utilem et gratam posteritati. Basilius enim, dum viveret, ita modis omnibus claruit, vitæ sanctitate, morum integritate, prudentia, eruditione, facundia, animi magnitudine, laborum pro Ecclesia susceptorum tolerantia, ut eorum quæ aut gessit aut scripsit accurata cognitio rem litterariam maxime illustraret. Sed nescio quomodo contigit, ut rerum a tanto viro gestarum peculiaris historia nostro maximo damno nusquam, quod sciam, compareat. Equidem non ignoro quamdam Basilii Vitam, quæ celeberrimum Amphilochii nomen præfert, non ita pridem a Combefisio editam fuisse; sed hæc *Vita* pro spuria atque subdititia a doctissimo quoque habetur, nec injuria. Scio quoque mentionem fieri et apud Joannem Damascenum de alia *Vita* Basilii, quæ ejus successori Helladio tribuitur : sed præterquam quod dubitari merito potest an unquam exstiterit, ipsa non amplius in litterarum monumentis invenitur. Quare ut hoc damnum resarciri quodam modo possit, novam Basilii *Vitam* præsertim ex ejus scriptis collectam conscribere statui.

11. Opus totum sic distribuemus. Complectetur tomus primus Homilias *in Hexaemeron* et *in Psalmos*, libros *in Eunomium*, Commentarium *in Isaiam*; secundus, Homilias de diversis, Ascetica, librum *De virginitate*, libros *De baptismo*; tertius librum *De spiritu sancto*, Epistolas, Liturgiam, viginti quatuor sermones Simeonis magistri ac Logothetæ, Vitam Basilii.

12. Commune quidem omnium munus est bene de se meritis justam debitamque gratiam persolvere : hoc tamen nescio quomodo magis proprium videtur scriptorum. Ergo, ut huic officio faciam satis, libenter prædicabo beneficia eorum, qui aliquid mihi opis ad novam Basilii editionem perficiendam contulere. Primum laudandus Dom. Henricus Carolus du Cambout de Coislin, dux et par Franciæ, episcopus Metensis, qui bibliothecam suam cum aliis manuscriptis tum Græcis refertissimam apud nos deposuit, ut ea nobis, quæ ejus in nostram congregationem benevolentia est, facilius ac commodius uti liceret. Laudabo et illustrissimum abbatem D. de Louvois, bibliothecæ Regiæ præfectum, qui magno litterarum et litteratorum damno duobus abhinc annis, recusato episcopatu Claromontano, e vita excessit. Faverunt nobis quoque maxime, optimi et illustrissimi abbatis exemplo, viri spectatissimi ejusdem bibliothecæ Regiæ custodes, D. Ludovicus de Targnis, Sorbonæ doctor celeberrimus, idemque in amicos officiosissimus, et Joannes Boivinius, unus omnium urbanissimus, et idem scriptis publicis in toto orbe litterario clarissimus. Laudem non mediocrem pariter meretur illustrissimus comes de Seiguelay, cujus amplissima bibliotheca semper aperta est studiosis, quasi fructum uberrimum lucrumque maximum esse putaret, de litteratis bene mereri. In hujus laudis societatem voco optimum et eruditissimum virum Carolum du Chesne, ejus quam mox dixi bibliothecæ præfectum, qui, dum vixit, singulari et amore et benevolentia nos semper prosecutus est. Hic quoque honorificentissime appellandus vir magni nominis, ac infinitæ lectionis, Joannes Harduinus, bibliothecæ Claromontanæ præfectus, qui Græcorum aliquot codicum mihi copiam haud invitus fecit. Inter ingratos jure numerarer, si meritam laudem non tribuerem viro integerrimo atque sapientissimo, Achilli Harlæo, senatus

Digitized by Google

Parisiensis principi, qui mihi optimum codicem Græcum non dico commodavit, sed dono dedit. Maxime, si quis alius mihi celebrandus est vir inter Florentinos nobilitate præstans atque eruditione, Antonius Salvinius, qui cum epistolas Basilii contulisset cum optimo codice Græco, collectas ex hoc libro varias lectiones ad me mittendas curavit. Asymbolus esse noluit vir clarissimus æque ac doctissimus, Joannes Christophorus Wolfius, qui quas in Anglia collegerat varias lectiones, ad nos perofficiose atque peramanter transmisit. Inter alias litterarias laudes, quibus abundat vir immensa omnis elegantis doctrinæ copia instructus, noster Bernardus Montfauconius, eam quoque consecutus est, ut et multas varias lectiones Romæ ab amicis collectas, et inedita quædam Basilii opuscula ibidem a se exscripta mecum communicarit. Rursus hoc loco perhonorifice nominandus noster Franciscus Faverollius, homo multiplicis scientiæ ac lectionis, qui cum permultos codices ita accurate contulisset, ut nullus eum præterisset apex, tum demum indices amplissimos maxima cura atque diligentia contexuit. Et, ut verbo dicam, semper erat paratus ad omnem operam præstandam is, quem modo dixi, vir mihi conjunctissimus; nec unquam deterrebatur aut labore aut temporis diuturnitate, si quid esset Basilii causa aut legendum, aut conferendum, aut exscribendum. Hæc libenter scribo, ut publice declarem quantum novus Basilius familiari meo Faverollio debeat. Hæc sunt quæ dicere habebamus in universum de hac nostra Basilii Operum editione: nunc de iis, quæ speciatim ad primum tomum spectant, disseramus.

A

B

C

§ I. *De tribus orationibus, quæ falso tribuuntur Basilio.*

13. Monuimus Basilii opera omnia in controversiam adduci, nec de uno quidem tractatu inter eruditos convenire, aliis aliter περὶ νοθείας aut γνησιότητος judicantibus. Primum igitur operæ pretium fuerit expendere an tractatus quilibet, prout occurrerit, Basilii sit, nec ne: deinde, si quid in quolibet tractatu videatur observatu dignum, id annotare (60). Primus qui se offert tractatus, *Hexaemeron* est. In confesso est quidem apud omnes Basilium orationes quasdam conscripsisse *in Hexaemeron*, seu in opus sex dierum: sed de earum numero dissident inter se eruditi. Alii enim numerant duntaxat conciones novem, alii undecim, quibus et alia *De paradiso* tanquam operis totius coronis a Combefisio adjungitur. Nunc secernenda sunt certa ab incertis. Necesse non arbitror priores novem orationes Basilio asserere, cum ea de re nec sit, nec videatur posse esse ulla contentio. Nam totidem numerat Hieronymus, totidem agnoscit Cassiodorus (*a*), totidem interpretatus est Eustathius. Aliæ duæ quæ sequuntur *De structura hominis* orationes contrarias in sententias litteratos distrahunt. Alii tribuunt ipsas Basilio, alii Gregorio Nysseno, cujus in operibus quoque excusæ sunt, tom. I, p. 133; alii neutri horum, sed ignoto cuipiam auctori. Combefisius duas has conciones, quæ jam excusæ fuerant in editione Basileensi, de integro in suo *Basilio recensito* (*b*) edendas curavit, ratus eas mirifice deformatas esse in vulgatis. Sintne Gregorio Nysseno tribuendæ, nostrum non est examinare. Dixerim tamen in transcursu, ei ascribi vix posse, tum ob diversitatem styli, tum quod *De hominis opificio* tractatum non exiguum conscripserit. Verisimile autem non fit Gregorium Nyssenum bis idem argumentum tractasse, idque eodem consilio, ut scilicet quæ deerant in fratre Basilio, ea ipse suppleret. Addi potest et aliud argumentum ex primis primæ orationis verbis petitum, quod mihi videtur vim non parvam habere. Sic igitur incipit oratio prima: Παλαιοῦ χρέους ἔκτισιν ἀποπληρώσων ἥκω, οὗ τὴν ἀπόδοσιν ἀνεβαλόμην, οὐκ ἀγνωμοσύνῃ προαιρέσεως, ἀλλ' ἀσθενείᾳ σώματος. « Vetus debitum persoluturus advenio, cujus utique solutionem non improbi animi vitio differebam, sed infirma corporis valetudine. » Nemo, opinor, non videt scriptorem, quisquis fuit, loqui in persona Basilii, qui se de hominis structura sermonem accuratiorem promiserat (*c*) instituturum. Quis autem sibi facile persuaserit Gregorium in aliena persona locutum fuisse? Hæc agendi ratio est fere eorum, qui fallere volunt, id quod de sanctissimo candidissimoque viro ne potest quidem excogitari. Nec quisquam dixerit id fecisse Gregorium honoris causa, ut nomen fratris memoriamque magis celebraret. Nam, si ita esset, cur Gregorius amplum illum *De hominis opificio* tractatum non nomine Basilii, sed suo conscripsit? Nam quo tractatus ille duabus illis oratiunculis præstantior est, eo honore majore affecisset fratrem, eum ei si tribuisset. Sed tamen Gregorius celebrem illum librum suo, non Basilii nomine edidit. Sed rem nostram agamus.

D

14. Multæ sunt causæ cur opinioni non queam accedere Combefisii, Dupinique et aliorum, qui duas has orationes Basilio non dubitant ascribere: sed tamen hæ causæ omnes ad duas possunt referri, ad scriptorum antiquorum auctoritatem, et ad ipsam styli diversitatem. Jam monuimus Hieronymum (*d*) novem duntaxat orationes numerasse, Cassiodorum (*e*) plures non cognovisse, Eustathium quoque non amplius novem fuisse interpretatum. Nihil igitur impedire potest quin ea in re scriptores antiquissimos sequamur, maxime cum recentiorum opinio firma nulla ratione nitatur. Ad hæc Socra-

(*a*) *Inst.* cap. 1.
(*b*) Tom. II, p. 426.
(*c*) Hom. 9, num. ultimo.
(*d*) *De script. eccl.* c. 116.
(*e*) *Inst.* c. 1.

(60) Cf. capp. 41, 42 et 43 *Vitæ S. Basilii*, a D. Prudentio Marano adornatæ, qui D. Jul. Garnerii in discernendo certa ab incertis severitatem nimiam ad justam mensuram temperavit. EDIT.

Digitized by Google

tes et Cassiodorus expresse tradunt opus Basilii imperfectum esse, adeo ut tantum non dicant Basilium duas has de quibus ambigitur orationes non conscripsisse. Expedit utrumque audire. Ille sic habet lib. IV, c. 26 : Γρηγόριος δὲ τὸ διδασκαλικὸν τοῦ λόγου [ἐξήλωσεν]· ὃς καὶ τὴν ποιηθεῖσαν Βασιλείῳ Ἑξαήμερον, ἅτε δὲ καταλειφθεῖσαν, προσανεπλήρωσε μετὰ θάνατον τοῦ ἀδελφοῦ. « Gregorius vero æmulatus est Basilii in docendo eloquentiam, qui et librum Basilii de opere sex dierum, quem ille imperfectum reliquerat, post obitum fratris supplevit. » Hic vero sic loquitur lib. *De institutione div. lit.*, cap. 1 : « Qui (Basilius) usque ad hominis conditionem novem libros tetendit : ubi et cœli et terræ naturam, aeris et aquarum vel creaturarum pene omnium qualitates aperuit. » Basilius igitur ex horum auctorum sententia, opus suum non perduxit ad umbilicum : sed id imperfectum reliquit. Sed, si semel constiterit, ut ex dictis constare debet, opus Basilii fuisse imperfectum; inde non obscure efficitur, ut Basilius neque de hominis conditione, neque de ejus structura disseruerit, cum alioquin sanctissimi Patris opus perfectum fuisset et omnibus suis numeris ac partibus expletum. Nam si conditionem hominis atque structuram excipias, reliqua omnia eleganter ac copiose in prioribus novem orationibus explicantur. Vix igitur dubitari potest quin decima et undecima oratio in spuriis atque subditiis ponendæ sint. Nam quod aiunt eruditissimi viri Combefisius et Dupinus, ideo multos scriptores antiquos de decima et undecima oratione tacuisse, quoniam seorsum post alias novem habitæ sunt, id quidem faterer aliquid momenti habere, si testimonium proferrent vel unius scriptoris antiqui, qui se has duas posteriores conciones vidisse testaretur : sed cum nihil tale proferatur, ejusmodi rationem probare nullo modo possum.

15. Ad propositum nos referamus. Etsi igitur argumentis iis quæ ducuntur ex auctoritate Hieronymi, Socratis, Eustathii et Cassiodori, insit vis maxima, tamen levia videri possunt, si cum eo argumento quod ex auctoritate Gregorii Nysseni petimus, comparentur. Etenim clare et diserte ait Gregorius, partem eam quæ ad hominis opificium spectat, in Basilii opere desiderari, ut mirari subeat a quoquam has orationculas Basilio tribui. Præstat verba Gregorii exscribere, quæ si legantur attente, ea de re non amplius dubitationem ullam fore confidimus. Sic igitur loquitur Gregorius lib. *De hominis opificio*, pag. 45 : Εἰ γὰρ λειπούσης τῆς Ἑξαημέρου, τῆς εἰς τὸν ἄνθρωπον θεωρίας, μηδεὶς τῶν μαθητευσάντων αὐτῷ σπουδήν τινα πρὸς τὴν τοῦ λείποντος ἀναπλήρωσιν εἰσενέγκαιτο· ἔσχεν ἂν εἰκότως κατὰ τῆς μεγάλης αὐτοῦ δόξης ὁ μῶμος λαθήν, ὡς μὴ βουληθέντος ἕξιν τινὰ κατανοητικὴν τοῖς ἀκροαταῖς ἐνεργάσασθαι. Νυνὶ δὲ κατὰ δύναμιν ἡμῶν ἐπιτολμησάντων τῇ ἐξηγήσει τοῦ λείποντος, etc. « Nam cum in enarratione operum quæ Deus sex diebus absolvit, hominis consideratio desit; si discipulorum nemo hac in parte perficienda operam impendisset suam, habuisset causæ nonnihil adversus eximiam viri gloriam reprehensorum libido, quasi qui ad res animo indagandas auditores suos consuefacere noluisset. Nunc cum ea nos, quæ desunt, explananda suscipere ausi sumus, » etc. Nihil quidquam afferri posse arbitror aut dilucidius, aut expressius. Ait enim Gregorius suscipere se suum opus de hominis natura atque conditione, non ut fuse tractet quæ compendiosius tractaverat Basilius (quæ videtur esse opinio Combefisii), non ut absolvat quæ inchoarat Basilius : sed idcirco addere se dicit ea quæ ad hominem attinent, quod « hominis consideratio » in Basilii opere « desit. » Possim et aliud testimonium proferre ex eodem Gregorio, qui hoc idem lib. *De opificio hominis*, pag. 43, apertissime confirmat : sed his diutius immorari nihil necesse est, cum si nihil aliud, ipsum certe dictionis genus duas has oratiunculas spurias atque suppositicias esse aperte ostenderet.

16. Et quidem adduci vix possum ut credam hoc operis serio tribui posse magno illi Basilio. Nam scribendi ratio ita a Basiliana dissidet, ut eam discrepantiam qui non videt, cæcutire omnino videatur. Ad exempla veniamus, quæ petere juvat ex iis quas Combefisius edidit orationibus, cum ipsas a se pristinæ suæ integritati restitutas esse contendat. Nostro more vulgata interpretatione utemur. Sic igitur legere est num. 2 : Θάλασσα καὶ πελάγη ἄπειρα, καὶ προσταγῇ παρήχθη εἰς τὸ εἶναι. Vox quidem πρόσταγμα ut apud idoneos reliquos auctores, ita apud Basilium usitata est. Sed præstare ausim vocem προσταγή in Basilio non reperiri; an inveniatur in aliis bonæ notæ scriptoribus, necne, non affirmabo, dixerim tamen in amplissimo Henrici Stephani *Thesauro* non legi. Num 6 : Ἐν οἷς αὐτὸς εἶπεν ἐξ ὑπογύου ὁ Θεός, « In iis nimirum, in quibus ipse Deus proxime dixit. » Vix mihi persuaderi poterit Basilium hac loquendi ratione, ἐξ ὑπογύου, unquam usum fuisse. Reperias sæpius apud Basilium hoc ipso sensu, ἐν τοῖς κατόπιν εἶπε, « superius dixit : » sed illud, ἐξ ὑπογύου, nusquam, opinor, invenias. Num. 8 : Ἔπειτα καὶ ἡ παραδείσου συνεπεδαψιλεύθη ἀπόλαυσις, « Tum et paradisi liberalitatis cumulo adjectæ deliciæ. » Illud, συνεπεδαψιλεύθη, frustra, nisi me fallit animus, in Basilio quæsieris. Num. 12 : Τίς ὁ τῇ ἀραιότητι τῶν στημόνων ἐκείνων ξυλίνων τὴν ἀναπνοὴν τῷ ἐγκεκλεισμένῳ θηρίῳ παρασκευάσας, « Quis raros caveæ ligneæ cancellos inclusæ feræ exstruxit, quo respiraret. » Illud, στήμων, ut de reliquis taceam, a Basiliano stylo longe dissidere arbitror. Nam vox, στήμων, impropria est, nec bene huic loco convenit. Significat quidem usitate, « stamen, » aut « ipsa quæ e colo ducuntur fila : » sed apud quos auctores vox στήμων significet « caveam, » velim dixisset Combefisius. Numero 14 : Μικρᾷ προσψαύσει ἐκράτησε τὸ ἀεροποροῦν, « Levi attactu per aera volantem aviculam tenuit. » Verbum quidem ἀεροπο-

Digitized by Google

peiv citatur e Basilio in *Thesauro* : sed existimo non nisi in spuriis his orationibus reperiri. Eodem num. 14 : Κάτω δὲ τὼ χεῖρε αὐτοῦ, καὶ τὼ πόδε, « Humi vero ejus et manus et pedes. » Hoc non dictum est ex more Basilii, qui duali uti non solet, præterquam quod ipsa elocutio humi repere videtur. Num. 18 : Καὶ εἰς τὸ ῥωμαλεώτερον ἀποκαθιστᾷν, « et membra in robustiorem statum perducere. » Quisquis Basilii apprime studiosus est, ejusque libros diligentissime atque assiduissime lectitavit, vocem ῥωμαλεώτερος Basilianam non esse nullo negotio fatebitur. Num. 19 : Οὐκοῦν ἀναγκαῖα καὶ ἄμφω καὶ ἰδιοσήμαντρα, « Itaque necessaria ambo sunt, ac cujusque proprium significatum. » Illud, ἰδιοσήμαντρα, barbari aliquid et horridi præ se fert, et quod a Basiliano loquendi ratione maxime abhorreat.

17. Jam ad secundam orationem properemus. Sic legere est num. 2 : Ἡ αὐτὴ . . . . . ὡρίσθη τῳτότε τροφή, « Eadem tunc alimonia constituta. » Basilius passim scribit τότε, nunquam, nisi me fallit animus, τῳτότε. Imo etiam non puto vocem τῳτότε apud ullum bonum auctorem usquam inveniri. Num. 8 : Πρὸς ἀξίαν τῶν ἁμαρτημάτων ἀντιμέτρησις καὶ ἀντισήκωσις, « Justa scelerum retributio æquaque lance repensio. » Alio vocabulo, non voce ἀντισήκωσις, puto usurum fuisse Basilium. Num. 9 : Τῷ ἰδίῳ βάρει τῶν ἁμαρτημάτων πεπεδημένοι κάτω πεσόντες, κεῖνται δυσσυνείδητοι, « Peccatorum proprio pondere præpediti ad inferna cadentes, jacebunt, ipso conscientiæ præjudicio confusi. » Quidvis potius, quam ut fatear vocem δυσσυνείδητος Basilianam esse. Imo tam insolita mihi videtur vox illa, ut valde admodum dubitem an ab ullo locupleti auctore unquam usurpata sit. Num. 10 : Συνημμένως καὶ ἀμεσολαβήτως, « juncta opera immediateque. » Legere non memini vocem ἀμεσολαβήτως neque in Basilio, neque in alio ullo scriptore. Eodem num. vox παρευθύ aliquid alienum sonat. Iterum eodem num. Ἐξ ὑπογύου ἔχεις τὸ ὑπόμνημα τῆς ἑαυτοῦ ταπεινώσεως, « In procinctu est vilitatis tuæ abjectionisque monumentum. » Jam notavimus in oratione prima, num. 6, illud, ἐξ ὑπογύου, a Basilio profectum non fuisse. Num. 12 sic legimus : Εἴθε μοι τοσοῦτον σχολῆς, ὥστε καταλεπτὸν καὶ ἀκριβολογουμένως ὑποδεῖξαί σοι τὴν τοῦ ἀνθρώπου κατασκευήν ! « Atque utinam tantum mihi suppeteret otii, ut subtili et accurata disputatione hominis liceret facultatem submonstrare ! » Voces καταλεπτὸν καὶ ἀκριβολογουμένως non videntur Basilii esse. Num. 14 : Ὁπότε καὶ ἰσχυρότερος γίνεται, εἴτουν ἐνεργέστερος, « Cujus scilicet major vis ac efficacior sit. » Et num. 17 : Καὶ θριγγὸν αὐτῇ τοιοῦτον περιβαλεῖν, « Circumjectaque communire maceria. » Illud, εἴτουν, a Basilio, quod quidem sciam, adhiberi non solet. Vox vero, θριγγός, non nihil videtur exhibere peregrinitatis, quod a more Basilii longe positum sit. Timeo ne in his colligendis evenerit mihi quod fere similibus in casibus usu venit, ut præterierim quæ erant notatu digniora, admotarim leviora. Ut ut hæc sunt, arbitramur quæ protulimus exempla sufficere posse recte de rebus judicaturo.

18. Jam ad ipsas sententias quod attinet, in iis quoque nihil Basilianum occurrit. Sunt inter se dissutæ, male cohærentes, nihil habentes exquisitæ illius facundiæ atque eruditionis, quam omnes in Basilio mirantur. Imo vero reperire est ineptias, nugas, commenta, quæ non modo oratorem summum Basilium dedeceant, sed alium quemvis scriptorem non omnino ineruditum. Sed ipsum audiamus. Sic igitur scribit num. 18 : Ἡ πρώτη ἑβδομὰς τὴν παιδικὴν ἡλικίαν ἔχει. Ὅρους τῆς παιδικῆς ἡλικίας φανερὸ ἡ τῶν ὀδόντων ἐκβολή. Οἱ μὲν ἔπεσον· οἱ δὲ ἀνεφύησαν. . . Ἔπεσον οἱ ὀδόντες, ἔγνωμεν ὅτι ηὐξήθη τόσον μέτρον. Τριετὲς τὸ παιδίον ἐμέτρησεν ὁ πατήρ. Οἶδεν ὅτι τὸ διπλάσιον τούτου μέγεθος ἀπολήψεται ἐν τῇ τελειώσει. Ὅσος γὰρ ἐν τῇ τριετίᾳ τῷ μήκει ὁ ἄνθρωπος φαίνεται, δὶς τοσοῦτον ἔσται ἐν τῇ συμπληρώσει τῆς αὐξήσεως. Τοῦτο τὸ μέτρον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως μέχρι πέρατος. « Primum septennium infantilem ætatem continet. Infantilis fines ætatis manifestat dentium eruptio, cum in locum eorum qui ceciderunt, alii fuerint enati . . . Dentes ceciderunt : scimus tantum augmenti accessisse. Triennem infantem admensus est parens ; novit fore, ut duplo majorem hac quantitatem recipiat, cum fuerit ætatis perfectæ. . . . . Quanta enim triennis ætatis statura hominis visitur, duplo auctior erit cum jam augmentum expleverit. Hic humanæ modus naturæ est, in finem usque. » Quid est, quæso, ineptire, si hoc non est? Viderint qui has oratiunculas Basilio tribuunt, qui fieri possit ut hominem gravissimum acerrimoque judicio præditum non puduerit ita nugari. Nos melius de viro prudentissimo Basilio semper existimabimus, quam ut eum ejusmodi nugarum auctorem esse unquam putemus. Quod sequitur num. 22, majoris momenti esse fortasse videbitur. « Vidi ego mulierem, clam viro, quæ usus familiæ essent pio salutarique furto subducentem, ac pauperibus occulte distribuentem, invitumque virum ac nescientem, nec non domesticos demerentem. Pro illo namque et familiæ augmento, natorumque incolumitate, beneficientiæ opera præstabat. » Nunquam, ni fallor, ejusmodi furta generatim laudasset Basilius. Res est enim periculi plena, jurgiisque multis atque dissensionibus obnoxia, quaque abuti facillimum sit. Laudavit ergo Basilius mulierem quæ inscio marito stipem modicam nec limites transgredientem erogavit pauperibus : sed ab eo commendatam fuisse mulierem, quæ insciente conjuge, ipsa τὰ τῆς οἰκίας χρειώδη egenis largita sit, nunquam in animum induxerim. Græca ipsa apponere abs re non fuerit, ut culpa non in Latinum interpretem, sed in ipsum scriptorem Græcum conjiciatur. Hæc autem sunt : Εἶδον ἐγὼ γυναῖκα, λάθρα τοῦ ἀνδρὸς, ὑφαιρομένην τὰ τῆς οἰκίας χρειώδη, κλοπὴν ἐπαινετὴν καὶ σωτηρίαν, καὶ

Digitized by Google

πένησιν αὐτὰ ἐν τῷ λελῆθότι διανέμουσαν, καὶ ἄκοντα καὶ ἀγνοοῦντα τὸν ἄνδρα καὶ τοὺς οἰκείους εὐεργετοῦσαν. Ὑπὲρ γὰρ ἐκείνου, καὶ τῆς τῶν τέκνων διαμονῆς ἕδρα τὴν εὐποιΐαν. Monere libet videri Combefisium suæ causæ diffisum fuisse, atque hujus doctrinæ incommoda pertimuisse, qui, ut debuerat, non verterit, « laudabili furto, » κλοπὴν ἐπαινετήν : sed mollius verterit, « pio furto. » Combefisius, opinor, pie et benigne Basilii sui verba interpretatus est, illius ut doctrinam tolerabiliorem redderet : sed hanc excusandæ doctrinæ rationem nemo sapiens unquam approbarit.

19. Denique, si qua est scriptorum manu codicum auctoritas, quæ multa esse debet, dubitari vix poterit quin sint pro spuriis habendæ hæ duæ orationes. Etenim cum sint in variis bibliothecis codices multi, qui *Hexaemeron* Basilii exhibeant, quorum alii sunt membranei, et antiquissimi, et optimæ notæ; alii vero chartacei, recentes, et notæ malæ; in prioribus quidem illis desiderantur duæ hæ de hominis opificio oratiunculæ : reperiuntur vero solum in posterioribus. Primæ classis sunt codices Regii 1824, 2349, 2892, Colbertinus 3069, Coisliniani 228, 229, in quibus omnibus non plus novem conciones nanciscare. Ad secundam classem pertinent Regii 2286, 2287, 2877, 2896, etc., in quorum nonnullis inveniuntur quidem adulterinæ illæ orationes : sed codices tam recentes si cum antiquissimis comparemus, dubio procul (*a*) fidem nullam merentur. Nec illud prætereundum silentio, librarium a Combefisio laudatum duas has orationes Basilio tribuere nolle : sed rem in dubio relinquere. Quod autem homo et Græcus et credulus in dubiis habuit, id homo emunctæ naris inter spuria reponere non dubitabit. Quæri hic potest cur scriptor, quisquis est, has orationes in Basilii persona, non in sua ediderit; itemque, cur hac dicendi formula, ἐν τοῖς κατόπιν, Basilio familiari, pene dixeram peculiari, usus sit. Num putandus est id fecisse malo animo, lectori ut imponeret, an potius bono, se ut exerceret, Basiliumque, quoad licebat, imitaretur? Nolim ego quidquam dictum gravius in veterem scriptorem, pro virili de re litteraria bene meritum; proindeque satius multo esse duco rem in bonam quam in malam partem accipere.

20. Adjungit Combefisius duabus his oratiunculis et tertiam *De paradiso*, quæ et ipsa quoque ab eodem inter genuina Basilii opera recensetur. Fatemur quidem hanc orationem bene hic collocari tanquam in proprio loco : sed fetum esse Basilii negamus. Negandi autem nobis causæ eædem, quibus permoti priores duas orationes Basilio jam abjudicavimus, antiquiorum silentium, styli diversitas, codicum manu exaratorum penuria. Tacuisse de hac oratione antiquos vel ex eo satis intelligitur, quod nondum eorum testimonium a quoquam productum sit. Ad styli discrepantiam quod attinet, quilibet paulo sagacior eam nullo negotio videre potest. Num. 1 sic legitur : Νοήσωμεν, ἀκροαταὶ, ἀξίαν Θεοῦ φυτείαν, « Ad mentem revocemus, auditores, ejusmodi plantationem, quæ Deo digna sit. » Combefisium mirari satis non queo, qui se has orationes idcirco et vertisse et edidisse ait, quod eas male in impressis libris acceptas oporteret rursus typis mandari ad codicum mss. fidem, sicque pristinæ integritati restitui, cum tamen ipsas pejus ab ipso accipi perspicuum sit. Etsi enim in veteri editione exstant multa certaque falsitatis argumenta, plura tamen certioraque in Combefisiana inesse nemo harum rerum peritus inficiabitur. Et ut alia omittamus, quæ cuique in ipsis fontibus legere licebit; illud, ἀκροαταί, verum esse quod dicimus aperte ostendit. Vox enim est cum apud reliquos Patres, tum apud Basilium inusitata, priscisque illis temporibus prorsus inaudita, quæ non nisi sæculis posterioribus in usu esse cœpit. Numero eodem, Καὶ ἀπ' αὐτῆς δηλοποιεῖται τῆς Γραφῆς. Illud, δηλοποιεῖται, peregrinitatem quoque sapit. Num. 2 : Ἐρυΐσκοντο, καὶ ἀπώλοντο, « Diffluerent ac interirent. » Inest asperitas quædam in illo, ἐρυΐσκοντο, quæ a Basiliana suaviloquentia longe abest : imo, ut mihi videtur, facile non erit id verbum apud ullum disertum scriptorem invenire. Num. 7 : Ἐκεῖ καὶ ὀρνίθων παντοδαπῶν γένη, τῷ τε τῶν πτερῶν ἄνθει καὶ τῷ τῆς φωνῆς λυγηρῷ ἀπόλαυσίν τινα θαυμαστὴν προτιθέντα τοῖς ὁρωμένοις, « Ibi et avicularum omnigenum genera, tum pennarum flore, tum nativo concentu atque garritu, miram quamdam a se jucunditatem spectantibus offerentia. » Putet Combefisius vocem λυγηρῷ Basilianam esse; ei ego nunquam assentiri potero. Nec satis intelligo cur potius sic interpretatus sit, « nativo, » quam aliis quovis modo, cum vox λυγηρός minime omnium ad id significandum apta esse videatur. Reperire quidem est in Lexicis voces λυγή et λυγαῖος, quarum prima redditur Latine « obscuritas, » altera « obscurus : » sed quid his cum « nativo » commune esse possit, viderint alii; id me non videre bona fide fateor. Num. 7 : Ἀλλ' οὐκ ἐκ τῆς οἰκείας φύσεως, εἴτουν τῆς νοερᾶς οὐσίας, « Illaud tamen ex sua ipsa indole, id est, qua parte substantia mente prædita est. » Jam in oratione secunda, num. 14, monuimus illud, εἴτουν, a Basilio non usurpari. Hic addam hanc vocem non adhiberi quoque ab idoneis auctoribus ita, ut hic adhibetur ab ignoto illo scriptore. Est enim, ut aiunt, relatio quædam inter voces εἴτουν et εἴτε, nec bene una ab altera separatur, adeo ut, inquit Budæus (*b*), εἴτουν προτακτικόν sit τοῦ εἴτε. Finem tandem his notis criticis imponemus, si prius unum adjecerimus, harum orationum falsitatem inde ostendi, unde earum γνησιότης maxime putatur comprobari. Dico immensam illam variarum lectionum silvam, qua impressi et manuscripti libri mirifice inter se dissident : quam

(*a*) *Bas. recens.*, t. I, p. 558.

(*b*) Bud. p. 931.

Digitized by Google

tamen tantopere jactat Combefisius, quæque in causa fuit cur eas de integro edendas curaret. Nam vera Basilii opera a falsis non semel in eo differre adnotavimus, quod illa modice, hæc immodice lectionum varietate luxurient, quasi reveriti quidem essent librarii genuina opera additamentis aut detractionibus depravare, falsa vero sibi licere putassent pro arbitratu immutare, corrigere, et, ut libebat, deformare. Cujus rei cum sint deinceps proferenda exempla varia, hic monuisse satis est.

§ II. *An res uno momento creatæ sint, an sex dierum spatio.*

21. Promisimus num. 13, si quid in quolibet Basilii opere notatu dignum videretur, de eo nos in præfatione aliquanto diligentius disputaturos. Igitur promissis ut stemus, nonnulla, ut occurrent, adnotabimus. Nemo nescit verba illa Moysis, *In principio fecit Deus cœlum et terram*[1], tum ab antiquis tum a recentioribus varie accepta esse. Plerique omnes existimarunt res, uti a Moyse narrantur, effectas esse, et reipsa sex dierum spatio fuisse conditas. Nec diffitendum ipsa Moysis verba huic illi opinioni multum favere, cum singillatim atque ordine exponatur quid quolibet die confectum sit. Haud defuere tamen qui aliter senserint, rati hanc agendi rationem opifici potentissimo Deo non convenire, qui si ita se gessisset in condendis rebus, non ut Deum decet, sed hominum more egisset. Inter eos qui existimavere res simul non per vices creatas fuisse, primus recenseri potest Philo (*a*), cujus hæc sunt verba : Τότε μὲν οὖν ἅμα πάντα συνίστατο. Συνισταμένων δι' ὁμοῦ πάντων, ἡ τάξις ἀναγκαίῳ λόγῳ ὑπεγράφετο, διὰ τὴν ἐσομένην αὖθις ἐξ ἀλλήλων γένεσιν. « Tunc igitur omnia simul sunt condita. Etsi autem omnia simul constabant, ordo tamen necessario descriptus est, propter mutuam quæ deinceps futura erat, ex sese propagationem. » Nec solum doctrinam eamdem tradit alio loco, sed eos etiam qui secus sentiunt, stultitiæ accusare non dubitat. Ipsum audiamus.(*b*) Εὔηθες πάνυ τὸ οἴεσθαι ἓξ ἡμέραις, ἢ καθόλου χρόνῳ κόσμον γεγονέναι, διότι σύμπας ὁ κόσμος ἡμερῶν καὶ νυκτῶν ἐστι διάστημα· καὶ ταῦτα ἡλίου κίνησις ὑπὲρ γῆν καὶ ὑπὸ γῆν ἰόντος ἐξ ἀνάγκης ἀποτελεῖ. « Plane stultum est arbitrari sex diebus, aut omnino in tempore mundum factum fuisse, propterea quod mundus totus intervallum est dierum ac noctium. Atque solis super terram et infra terram euntis motus necessario hæc efficit. » Quo autem sensu verba Moysis interpretari oporteat, statim edocet ipse, cum addit : Συνετέλεσεν ἕκτῃ ἡμέρᾳ τὰ ἔργα, νοητέον ὅτι οὐ πλῆθος ἡμερῶν παραλαμβάνει, τέλειον δὲ ἀριθμὸν τὸν ἕξ. « Itaque cum dicit : *Complevit die sexto opera*[2], intelligere non debes de dierum numero, sed de senario perfecto numero. » Itaque per allegoriam non ad verbum accipiendam esse Moysis narrationem censet. Mirum non est in eam sententiam ivisse allegoriarum amantissimum virum Origenem. Vetus ille scriptor, quantum conjectura augurari licet, in suis *in Genesim* Commentariis quæ hactenus in lucem non prodiere, ea de re fuse disputaverat. Ita enim loquitur libro sexto *contra Celsum*, pag. 317 : Κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν ἐν τοῖς Πραγματευθεῖσιν *εἰς τὴν Γένεσιν* εἰρήκαμεν, « Pro virili nostra parte [de rerum creatione] diximus in Commentariis *in Genesin*. » Sic prosequitur : Καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέρω δὲ ἐγκαλοῦντες τοῖς κατὰ τὴν προχειροτέραν ἐκδοχὴν φήσασι χρόνους ἓξ ἡμερῶν διεληλυθέναι εἰς τὴν κοσμοποιΐαν, παρατιθέμεθα τὸ, Αὕτη ἡ *βίβλος γενέσεως οὐρανοῦ καὶ γῆς ὅτε ἐγένετο, ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν*. « Quin et in superioribus dum reprehenderemus eos qui secundum sensum magis obvium aiunt sex diebus absolutam mundi creationem, objecimus illud : *Hic liber generationis cœli et terræ, cum facta sunt : qua die fecit Deus cœlum et terram*[3]. » Facile autem crediderim Origenem, viri quod erat in allegorias studium, multa alia in eamdem sententiam in suis libris inspersisse ; qui si exstarent omnes, non dubito quin permulta exempla proferre liceret, quibus quod dico mirifice confirmaretur : sed cum eorum pars maxima interierit, testimonium unicum e notissimo (*c*) loco addere satis habebo. Est autem ejusmodi : Τίς γοῦν νοῦν ἔχων οἰήσεται πρώτην καὶ δευτέραν καὶ τρίτην ἡμέραν, ἑσπέραν τε καὶ πρωΐαν χωρὶς ἡλίου γεγονέναι, καὶ σελήνης, καὶ ἄστρων ; τὴν δὲ οἱονεὶ πρώτην καὶ χωρὶς οὐρανοῦ ; « Quis igitur mentis compos existimabit primam et secundam et tertiam diem, et vesperam et mane sine sole, luna, et stellis? et primam illam etiam sine cœlo fuisse? » Potest cum his annumerari acerrimus catholicæ fidei defensor Athanasius (*d*), qui cum inter alia Scripturæ testimonia citasset locum illum Proverbiorum, *Ante omnes colles gignit me*[4], sic pergit : Καὶ γὰρ καὶ λέγων, *Πρὸ πάντων γεννᾷ με*, ἄλλον ἑαυτὸν εἶναι τῶν πάντων σημαίνει, δειξάσης ἐν τοῖς πρὸ τούτων τῆς ἀληθείας, ὅτιπερ τῶν κτισμάτων οὐδὲν ἕτερον τοῦ ἑτέρου προγέγονεν, ἀλλὰ ἀθρόως ἅμα πάντα τὰ γεννητὰ ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ προστάγματι ὑπέστη. « Namque dicendo, *Ante omnes vero gignit me*, se alium ab omnibus esse declarat, cum ex supra dictis constet nullam e rebus creatis prius altera factam esse, sed res omnes factas uno eodemque mandato simul exstitisse. » Gregorius Nyssenus ita perspicue loquitur, ut dubitari non possit quin sit opinionem eamdem amplexus. Ejus verba exscribere operæ pretium est e lib. *in Hexaem.*, pag. 7 : Καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ὅτι ἀθρόως πάντα τὰ ὄντα ὁ Θεὸς ἐποίησεν, εἶπεν ἐν κεφαλαίῳ, ἤτοι ἐν ἀρχῇ πεποιηκέναι τὸν Θεὸν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Μία δὲ τῶν δύω φωνῶν ἡ σημα-

[1] Gen. I, 1. [2] Gen. II, 2. [3] ibid. 2. [4] Prov. VIII, 25.

(*a*) Philo *De mundi opif.*, p. 14.
(*b*) Lib. I *Alleg.* initio.
(*c*) Philoc. c. 1, p. 12.
(*d*) Orat. 2 *contra Ar.*, num. 16.

Digitized by Google

σια, τῆς τε ἀρχῆς καὶ τοῦ κεφαλαίου. Δηλοῦται γὰρ ἐπίσης δι' ἑκατέρων τὸ ἀθρόον· ἐν μὲν γὰρ τῷ κεφαλαίῳ τὸ συλλήβδην τὰ πάντα γεγενῆσθαι παρίστησι· διὰ δὲ τῆς ἀρχῆς δηλοῦται τὸ ἀκαρές τε καὶ ἀδιάστατον. « Et pro eo, ut diceret, simul omnia Deum fecisse, dixit Deum in summa fecisse cœlum et terram. Utriusque autem vocis, principii et summæ, una significatio est. Utraque enim æque declarat simul. Quare per summam ostendit omnia simul esse procreata : et per principium cuncta momento et sine ullo temporis spatio facta fuisse significat. » Plura qui cupit, legat ejusdem libri paginam duodecimam, ubi Gregorius suam ipse sententiam stabilit, et eum ipsum quem exscripsimus locum citat. Nihil opus est de Augustini opinione, cum nota sit, disserere. Sed quid Basilius (ejus enim causa hæc suscepta et instituta disputatio est) ea de re senserit, silentio præterire fas non est. Dixerim igitur Athanasii opinionem et aliorum satis Basilio probari (*a*), imo vero ipsam, quantum conjicere licet, ei alia videri probabiliorem. Qua de re dubitaturum puto neminem, qui secum paulo attentius reputaverit illud Basilii : Ὅπερ ἕτεροι τῶν ἑρμηνευτῶν, σαφέστερον τὸν νοῦν ἐκδιδόντες, εἰρήκασιν, Ἐν κεφαλαίῳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς, τουτέστιν, ἀθρόως καὶ ἐν ὀλίγῳ, « Quod ipsum interpretes alii, sententiam dilucidius reddentes, dixerunt In capitulo fecit Deus, hoc est, confestim et in brevi. » Basilius enim et dum interpretationem eorum, qui vertere ἐν κεφαλαίῳ, laudat uti dilucidiorem, et dum illud, ἐν κεφαλαίῳ, sic accipi vult ut significet « confestim et in brevi, » aperte, opinor, indicat se non ita multum ab Origenis opinione abhorrere. Attamen vir prudentissimus nihil in re dubia asseveranter dictum voluit, sed tutius duxit assensionem cohibere. Sic autem se ipse explicat aliquanto ante eodem num : Ἡ τάχα διὰ τὸ ἀκαριαῖον καὶ ἄχρονον τῆς δημιουργίας εἴρηται τὸ, Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν, ἐπειδὴ ἀμερές τι καὶ ἀδιάστατον ἡ ἀρχή, « Aut fortasse quia opificium illud in momento et citra ullam temporis moram absolutum est, ideo dictum fuit : *In principio fecit*[5], quandoquidem principium est quiddam insecabile ac dimensionis expers. » Basilium ex more secutus Ambrosius, eadem tradit lib. 1 *in Hexaem.*, num. 16.

A parare et intelligere longe difficilius poterat. Rem tamen si quis paulo attentius expenderit, facile sibi persuadebit Augustinum ex ipso fonte, non e rivo hausisse. Qua de re ut cuivis existimare liceat, primum Ambrosii et Augustini verba subjicere visum est, deinde Ambrosii Augustinique et Basilii verba inter se comparare : qua ex contentione plane constabit Augustinum, cum scriberet, non Latinam Ambrosii interpretationem, sed ipsum Græcum Basilii exemplar ob oculos habuisse. Sic itaque loquitur Ambrosius lib. 1 *in Hexaem.*, num. 29 : « *Spiritus Dei superferebatur super aquas*[6]. Quem, etsi aliqui pro aere accipiant, aliqui pro spiritu quem spiramus et carpimus auræ hujus vitalis spiritum, nos tamen cum sanctorum et fidelium sententia con- B gruentes, Spiritum sanctum accipimus..... Denique Syrus qui vicinus Hebræo est, et sermone consonat in plerisque et congruit, sic habet : *Et Spiritus Dei fovebat aquas;* id est, vivificabat, ut in novas cogeret creaturas, et fotu suo animaret ad vitam. » Augustinus vero sic habet lib. 1 *De Genes. ad lit.*, num. 36 : « Nam et illud quod per Græcam et Latinam linguam dictum est de Spiritu Dei, quod *superferebatur super aquas*, secundum Syræ linguæ intellectum, quæ vicina est Hebrææ (nam hoc a quodam docto Christiano Syro fertur expositum), non *superferebatur* sed *fovebat* potius, intelligi perhibetur. Nec sicut foventur tumores aut vulnera in corpore aquis vel frigidis vel calore congruo temperatis ; sed sicut ova foventur ab alitibus, C ubi calor ille materni corporis etiam formandis pullis quodammodo adminiculatur. » In quibus Augustini verbis duo præcipue notata volo : primum, Syrum quemdam virum doctum simul et Christianum hunc Scripturæ locum ita exposuisse, ut Dei Spiritus aquas, dum super eas superferretur, foveret ; alterum fotas esse aquas in alitum modum a Dei Spiritu. Jam nemo non videt neutrum horum ab Ambrosio mutuatum esse Augustinum. Etsi enim generatim profiteatur Ambrosius sequi se « sanctorum et fidelium » sententiam, tradatque Hebræis vicinos esse Syros, quorum sermo, ut ipse monet, cum Hebræorum lingua « consonat in plerisque et congruit, » nihil tamen nominatim dicit neque de D illa docti cujusdam Syri explanatione, cujus meminit Augustinus, neque de illa avium ovis incubantium comparatione, qua idem doctor utitur. Fieri igitur non potest, ut Augustinus hæc duo mutuatus sit ab Ambrosio, cum in ejus scriptis nihil tale inveniatur. Sed quis sit, quem sibi sequendum proposuerit Augustinus, indicare haud arduum. Ad id enim ostendendum satis nobis fuerit verba Basilii referre, quæ hæc sunt ex oratione secunda *in Hexaem.*, num. 6 : Ἐρῶ οὐκ ἐμαυτοῦ λόγον, ἀλλὰ Σύρου ἀνδρὸς, σοφίας κοσμικῆς τοσοῦτον ἀφεστηκότος, ὅσον ἐγγὺς ἦν τῆς τῶν ἀληθινῶν ἐπιστήμης. Ἔλεγε τοίνυν

§ III. *De dicto quodam Augustini.*

22. Quæri potest ab utro Augustinus mutuatus sit ea quæ de docto quodam Syro refert lib. 1 *De Genesi ad lit.*, num. 36, utrum ab Ambrosio, an a Basilio. Idcirco autem hanc quæstionem proponimus, quod nisi sibi caveat lector, facile possit in errorem incidere. Nam cum Ambrosius et Augustinus in omnibus fere conveniant inter sese, arbitrari cuivis promptum est Latinum scriptorem Augustinum a Latino scriptore Ambrosio isthæc sumpsisse potius, quam a Græco auctore Basilio, cujus libros et com-

[5] Gen. 1, 1. [6] ibid. 2.

(*a*) Hom. 1 *in Hexaem.*, num. 6.

Digitized by Google

τὴν τῶν Σύρων φωνὴν ἐμφατικωτέραν τε εἶναι, καὶ διὰ τὴν πρὸς τὴν Ἑβραΐδα γειτνίασιν μᾶλλόν πως τῇ ἐννοίᾳ τῶν Γραφῶν προσεγγίζειν. Εἶναι οὖν τὴν διάνοιαν τοῦ ῥητοῦ τοιαύτην. Τὸ *ἐπεφέρετο*, φησὶν, ἐξηγοῦνται, ἀντὶ τοῦ *συνέθαλπε* καὶ ἐζωογόνει τὴν τῶν ὑδάτων φύσιν, κατὰ τὴν εἰκόνα τῆς ἐπωαζούσης ὄρνιθος, καὶ ζωτικήν τινα δύναμιν ἐνιείσης τοῖς ὑποθαλπομένοις. Τοιοῦτόν τινά φασιν ὑπὸ τῆς φωνῆς ταύτης παραδηλοῦσθαι τὸν νοῦν, ὡς *ἐπιφερομένου τοῦ Πνεύματος*, τουτέστι, πρὸς ζωογονίαν τὴν τοῦ ὕδατος φύσιν παρασκευάζοντος. « Dicam tibi non meam, sed viri Syri sententiam, qui tantum a mundi distabat sapientia, quantum ad rerum veratum scientiam appropinquabat. Aiebat igitur vocem Syrorum et significantiorem esse, et ob suam cum Hebraica lingua cognationem, quodam modo ad Scripturarum sensum propius accedere. Itaque talem dicebat esse hujus dicti sententiam. Illud, inquiebat, verbum, *superferebatur*, interpretantes sumunt pro verbo, *confovebat*, et naturæ aquarum vim tribuebat fetificandi, instar incubantis avis, et vitalem quamdam facultatem iis quæ fovebantur impartientis. Talem quamdam intelligentiam aiunt hac voce indicari. Nimirum *ferebatur Spiritus super aquas*, hoc est, naturam aquæ ad feturam præparabat. » Addam et illud Augustini, « secundum Syræ linguæ intellectum, quæ vicina est Hebrææ, » ad verbum e Græco videri expressum.

A liceat eum partim cum fratre convenire, partim ab eo discrepare. Dissentit in eo a fratre, quod aquas illas quibus incubuisse dicitur Spiritus Dei, et quæ supra firmamentum constiterunt, cœlestes quasdam esse virtutes putet : in eo vero assentitur, quod æque ac Basilius inferiores aquas abyssi pro rebellibus ac malignis potestatibus accipere nolit. Mirum fortasse videbitur Gregorium a fratre Basilio, quem unice colebat ac observabat, in re hujusmodi dissidere, atque Origenis opinionem opinioni fratris prætulisse. Hanc tamen Gregorii fuisse opinionem, esse hominem qui neget arbitror neminem, si quæ subjicimus Gregorii verba aliquanto diligentius legerit. Sic itaque loquitur Gregorius lib. *in Hexaem.*, pag. 15 : Τὸ δὲ ὕδωρ ᾧ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐπεφέρετο, ἄλλο τι παρὰ τὴν κατωφερῆ ταύτην τῶν ῥευστῶν ὑδάτων φύσιν ἐστὶν, ὃ τῷ στερεώματι πρὸς τὸ βαρύ τε καὶ κατωφερὲς ὕδωρ διατειχίζεται. Εἰ δὲ ὕδωρ κἀκεῖνο παρὰ τῆς Γραφῆς ὀνομάζεται, ᾧ διὰ τῆς ὑψηλοτέρας θεωρίας τὸ τῶν νοητῶν δυνάμεων πλήρωμα σημαίνεσθαι στοχαζόμεθα, ξενιζέσθω διὰ τῆς ὁμωνυμίας μηδείς, etc. « Aqua profecto super qua ferebatur Spiritus Dei, diversa est ab istarum aquarum natura, quæ deorsum fluunt et firmamento ab aqua gravi et ad inferiora tendente sejungitur. Quod autem in Scriptura vocetur aqua etiam illa, qua sublimiori contemplatione divinarum mentium plenitudo significatur, ne quis id alienum aut novum putet, » etc. Et paulo post : Καὶ μὲ μηδεὶς ὑπονοείτω διὰ τῆς τροπολογίας σύγχυσιν ἐπάγειν τῇ θεωρίᾳ τῆς λέξεως, ὡς ταῖς ὑπονοίαις τῶν πρὸ ἡμῶν τὰ τοιαῦτα τεθεωρηκότων συμφέρεσθαι, καὶ λέγειν τὰς μὲν ἀποστατικὰς δυνάμεις ἄβυσσον λέγεσθαι· τὸν δὲ κοσμοκράτορα τοῦ σκότους, τὸ ἐπάνω τῆς ἀβύσσου νοεῖσθαι σκότος. « Nec quisquam arbitretur nos verborum interpretationi ex hac morali expositione confusionem afferre, ut opinionibus eorum qui ante nos interpretati sunt, faveamus, dicamusque potestates illas quæ defecerunt, abyssum dici; principem vero tenebrarum intelligi tenebras illas, quæ super abyssum erant. » Quod supra diximus, Gregorium a Basilio in eo dissentire, quod aquas eas, quibus incubuisse scribitur Spiritus Dei, et quæ supra firmamentum constiterunt, Origenianorum more per allegoriam interpretatus sit, nihilque esse aliud crediderit nisi cœlestes quasdam atque intelligibiles virtutes, id mirifice ex ejusdem Gregorii posterioribus verbis confirmatur. Etenim nisi Gregorius perinde ut Origenes superiores aquas pro sanctis ac supernis virtutibus accepisset, procul dubio amoliri a se illam opinionem debuisset, quemadmodum repudiare se testatus est alteram ejusdem Origenianæ sententiæ partem, quæ inferiores aquas abyssi, apostatas illas potestates interpretatur. Itaque, dum unam tantum Origenianæ opinionis partem rejicit, amplecti se alteram non obscure indicat. Nec injucundum, puto, nec inutile fuerit errorem Justiniani imperatoris notare. Etenim, dum aliorum ar-

B

C

D

§ IV. *De aquis quæ super cœlos esse dicuntur.*

23. Convenit inter eruditos Origenem indicari a Basilio oratione tertia *in Hexaem.*, num. 9. Origenes enim, quæ erat viri indoles, trahebat omnia ad allegorias, ex quo fiebat ut magno Ecclesiæ damno Scripturas suo quisque arbitratu et intelligere et interpretari posset. Origenem autem ita sensisse docet Epiphanius in Epistola ad Joannem Jerosolymitanum, ut legere est apud Hieronymum, epistola olim 70, nunc 110. tomo IV, pag. 820, Postquam igitur Epiphanius nonnullos Origenis errores perstrinxit, sic persequitur, Hieronymo interprete : « Illas vero præstigias quis non statim abjiciat atque contemnat? dicente Origene, de aquis quæ super firmamentum sunt, non esse aquas, sed fortitudines quasdam angelicæ potestatis : et rursum aquas quæ super terram sunt, hoc est, sub firmamento, esse virtutes contrarias, id est dæmones. » Hieronymus quoque et hunc ipsum errorem inter octo Origenis errores recensere non omisit. Hieronymi autem verba sunt ex epistola 38, ad Pammachium, tomo IV, pag. 310 : « Sextum quod sic paradisum allegorizet, ut historiæ auferat veritatem, pro arboribus angelos, pro fluminibus virtutes cœlestes intelligens, totamque paradisi continentiam tropologica interpretatione subvertat. Septimum, quod aquas quæ super cœlos in Scripturis esse dicuntur, sanctas supernasque virtutes; quæ super terram et infra terram, contrarias et dæmoniacas esse arbitretur. » Gregorius Basilii frater subobscurius ea de re disserit, sic tamen, ut colligere

Digitized by Google

guuntur errores, quilibet, ut cautior ac consideratior in scribendo sit, admonetur. Primum igitur Justinianus illa Basilii verba (*a*), Ἡμῖν δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἐστί τις λόγος περὶ τῶν διακριθέντων ὑδάτων, etc., in medium profert : quæ cum ita interpretari debuisset : « Quin etiam aliquis nobis adversus ecclesiasticos quosdam scriptores de discretis aquis habendus est sermo, » ipsa non tam vertit, quam pervertit. Sed expedit ipsa Justiniani verba, quo illius error magis eluceat, referre. Hæc autem sunt e tractatu quodam, qui tomo V *Conc.* editionis Labb., pag. 661, reperitur : Δεῖ δὲ προσέχειν τοὺς ἀκροατὰς, ὅτι τῷ εἰπεῖν τὸν Πατέρα, Πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἐστί τις ἡμῖν λόγος, περὶ Ὠριγένους διαλέγεται, τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος καὶ τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ἀπελαθέντος, καὶ τῶν ὁμοφρόνων ἐκείνῳ. Οὐ γὰρ εἶπε, Πρὸς τοὺς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ, Πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἡμῖν ἐστί τις λόγος. Καὶ διὰ μὲν τοῦ εἰπεῖν, Ἡμῖν, τοὺς τῆς Ἐκκλησίας ἐδήλωσε· διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, Τοὺς ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας, τοὺς ταύτης ἀποπεσόντας ἐσήμανεν. « Attendendum porro est auditoribus, Patrem, illo modo loquendi usum, Sermo quidam nobis est ad eos qui sunt ab Ecclesia, de Origene disserere, a Dei gratia et sancta Dei Ecclesia expulso, ejusque sequacibus. Non enim dixit, Ad eos qui sunt in Ecclesia, sed, Sermo quidam nobis est ad eos qui sunt ab Ecclesia. Et per illud quidem quod dicit, Nobis, Ecclesiæ homines dixit : per illud autem, Qui sunt ab Ecclesia, dejectos ab ipsa denotavit. » Mirari subit Justinianum imperatorem verba Basilii, cum perspicua sint, in contrarium sensum detorsisse. Id crediderim contigisse non aliam ob causam, nisi quod immodicum maledicendi studium maximas tenebras rebus clarissimis obducere soleat. Profecto, si nihil aliud, ipsa certe orationis series impedire debuerat quominus hunc Basilii locum ita perverse interpretaretur. Paucis jam aperiam mentem Patris gravissimi atque propositum. Hoc itaque dicit Basilius : Prius sermonem instituimus de externorum sententiis, de ethnicorum somniis, de philosophorum deos falsos colentium placitis : nunc vero nobis habendus sermo est adversus eos qui sunt ab Ecclesia, hoc est adversus ipsos ecclesiasticos scriptores. Nec aberraveris a mente Basilii, si ita interpretere : Nobis etiam habendus sermo est adversus ipsos Christianos scriptores. Quod igitur dicit Justinianus, Origenem ab Ecclesia expulsum et ejectum esse, et ab Ecclesia excidisse, id e sua dixit, non ex Basilii sententia. Nihil aliud ex Basilii verbis colligere licet, nisi Origenem fuisse ecclesiasticum scriptorem. Quidquid ultra adjicitur, omne id glossematum loco ponendum. Lege Basilium oratione tertia *in Hexaem.*, num. 8 et 9.

§ V. *De quibusdam Ambrosii locis.*

24. Non puto me rem studiosis ingratam factu-

(*a*) Hom. 3 *in Hexaem.*, num. 9.

A rum esse, si qua Ambrosii loca illustrare coner. Cum enim nihil sit præter Scripturam sacram libris Patrum pretiosius, nemo est, qui ex eorum emendatione singularem quamdam animo voluptatem capere non debeat. Nec quemquam puto repertum iri tam iniquum, qui id alienum esse a nostro proposito arbitretur. Cum enim *Hexaemeron* Ambrosii non immerito dici possit opus Basilii, eodem jure et nostrum quoque dici potest, qui novam omnium Basilii operum editionem suscipiamus. Quare si quid forte occurrerit in Ambrosio, quod videatur opera nostra dilucidari posse, id adnotare non pigebit. Primum occurrit illud e lib. III *Hexaem.*, cap. 15, num. 63 : « Quid autem tibi referam, clementem licet esse sermonem, quod electrum lacryma virgulti sit. » Quæ verba cum lego, pendeo animi, nec bene intelligo cur Ambrosius suum sermonem clementem potius dixerit quam inclementem. Quid enim commune est clementiæ cum electro? Quid ad rem facit sermonis aut clementia aut inclementia? Vix ergo dubitari potest quin mendosus sit hic locus. Fortasse autem difficile non erit eum emendare ex Græcis Basilii, apud quem ita legitur hom. 5, num. 8 : Λόγος δέ τίς ἐστι καὶ τὸ ἤλεκτρον ὀπὸν εἶναι φυτῶν, « Ferunt electrum quoque succum esse plantarum. » Etenim si comparemus Ambrosiana cum Basilianis, statim animadvertimus Ambrosium palam interpretis partes peragere : deinde facile in mentem venit hunc locum ex Græco ita restitui posse : « Quid autem tibi referam, aliquem scilicet esse sermonem, quod electrum lacryma virgulti sit? » Et verba quæ proxime sequuntur, vitio quoque non carere suspicor ; quod ut facilius intelligatur, totam periodum exscribam ita, ut in impressis libris legitur : « Quid autem, inquit, tibi referam, clementem licet esse sermonem, quod electrum lacryma virgulti sit, et in tantæ materiæ soliditatem lacryma durescat. » Nam quo magis illud, « tantæ materiæ, » in animo volvo, eo minus mihi persuadere possum Ambrosium ita locutum fuisse. Et vero, nisi me omnia fallunt, idonea nulla sententia ex his vocibus effici potest. Placet maxime lectio editionis Romanæ, quæ sic habet, « et in lapideæ naturæ soliditatem durescat, » tum quod rem optime explicet, tum quod possit confirmari ex illo Basilii (*b*), εἰς λίθου φύσιν ἀποπηγνύμενον, « in lapidis naturam concretum. » Quoniam tamen scriptura hæc nimium recedit a vulgata, suspicor ita ex Græcis emendatum fuisse ab aliquo, qui hunc locum in priscis editionibus vitiosum esse vidisset. Satius igitur esse duco, si solum mutemus quod aperte videtur esse corruptum. Emendatio enim quo simplicior est, eo verior solet esse et melior. Quare libentius ita legerem, « et in tantam materiæ soliditatem durescat, » cum sic correctus locus utcunque ferri possit. Præterea hæc nostra emendatio hinc confirmari potest, quod Ambrosius non semper verbum pro verbo

(*b*) Hom. 5, num. 8.

Digitized by Google

reddat, sed liberius plerumque interpretari soleat. Ea de re alii judicabunt.

25. Sunt qui Ambrosiana illa e lib. III *in Hexaem.*, cap. 10, num. 67 : « Itaque si magna virtute Dei sterilem bruchum terra generavit, » etc., curiosius scrutari ac interpretari voluerunt : quod in causa fuit, cur in errorem lapsi esse videantur. Legerunt enim lib. IV ejusdem *in Hexaem.* cap. 1 : « Anterior bruchus quam sol, » ubi legi oportuerat, « anterior rubus quam sol. » Nec aliter, puto, sentiet, qui caput primum Geneseos perlegerit, cujus ex lectione colligere licebit, ut reliqua animalia, ita bruchum non nisi post conditum solem in lucem prodiisse. Ex quo fit ut si Ambrosius scripserit, « anterior bruchus quam sol, » palam convincatur falsi. Sed (*a*) cui persuaderi poterit tantum virum in tantum errorem incidisse? Puto igitur eum scripsisse, « anterior rubus quam sol. » Eoque minus dubito quin hæc scriptura, « rubus, » vera sit genuina, quod ita et in codicibus multis et in editis omnibus libris scriptum inveniamus. Cave existimes bruchum ab Ambrosio pro arbusto sterili sumptum esse in eo quem citavi loco. Etenim dixit Ambrosius sterilem bruchum, non quod bruchus arbustum sterile sit, sed quod corrodendis arbustis sterilitatem inducat. Quanquam autem quæ dixi, satis superque per se pateant, possunt tamen non parum verbis Basilii confirmari. Hæc autem sunt homil. 6, num. 2 : Ἡ γῆ πεπλήρωτο τοῖς οἰκείοις γεννήμασι, τά τε μυρία γένη τῶν βοτανῶν ἐκβλαστήσατα, καὶ παντοδαποῖς εἴδεσι φυτῶν εὐθηνουμένη. Ἥλιος δὲ οὔπω ἦν, καὶ σελήνη. « Terra propriis germinibus erat referta : quandoquidem et innumera protulerat herbarum genera, et omnimodis plantarum speciebus exuberabat. Necdum tamen erat sol, aut luna. » Etenim quod Basilius universe dixit de fruticibus, id speciatim dixisse Ambrosium, lib. IV, num. 1, de rubo perspicuum est. Et in verbis illis quæ proxime sequuntur, « noli ergo Deum credere, cui vides Dei munera esse prælata, » aliquod quoque vitium inesse suspicor. Etenim quid sibi velit illud, « noli ergo Deum credere, » non satis intelligo. Mihi autem verisimile fit, pro his verbis, « noli ergo Deum credere, » legi oportere, « noli ergo Deo non credere (61). » Ita enim optime oratio cohærebit. Hoc enim videtur dicere Ambrosius : Etsi sol et aliæ quædam creaturæ pro diis colantur, veroque Deo præferantur, « noli propterea Deo non credere. » Hujus interpretationis auctorem habeo Ambrosium ipsum, qui lib. III, num. 27, sic loquitur : « Solent enim plerique dicere : Nisi clementior solis calor tepefecerit terras, et quodammodo radiis suis foverit, non poterit germinare terra ; et propterea gentes divinum honorem deputant soli, quod virtute caloris sui terrarum penetret sinus, » etc.

26. Ambrosiana illa e lib. IV *in Hexaem.*, cap. 3, num. 10, « Sed illuminatio ejus [ignis] inexstinguibilis est ad perfunctionem bonorum, exustio vehemens ad supplicium peccatorum, » revocant mihi in memoriam notam quamdam Ducæi, qua similem Ambrosii locum e lib. III ejusdem *in Hexaem.*, cap. 13, aut emendavit, aut certe emendari sibi visus est. Postquam igitur retulit vir doctus verba Ambrosii, hoc modo : « Præjaciunt ramis ejus palmarum quædam velut semina mascularum, quibus illi velut quidam sensus perfruitionis infunditur, et expetiti concubitus gratia repræsentatur, » confidenter addit : « Sic enim emendandum censeo, cum hic Græce legatur, ἐν συναισθήσει τῆς ἀπολαύσεως. » Ducæana hæc declaratio dudum mihi placuit, et valde etiamnum placet. Unde si quis contenderet legendum esse apud Ambrosium in utroque quem citavimus loco, « perfruitio, » ubi « perfuncti » legitur in editis, ab ejus opinione non ita multum abessem. Et ut taceam nunc de emendatione Ducæi, dubitari vix posse arbitror quin in alio loco legi oporteat, « ad perfruitionem bonorum, » cum hunc Ambrosii locum ad verbum « Basilio conversum esse palam sit. Proferimus in medium verba Basilii ex oratione sexta *in Hexaem.*, num. 3, ut eum Ambrosianis possint comparari. Καὶ τὸ μὲν φῶς εἰς ἀπόλαυσιν τοῖς δικαίοις, τὸ δὲ τῆς καύσεως ὀδυνηρὸν τοῖς κολαζομένοις ἀποταχθήσεσθαι « Et fore, ut lux quidem in fruitionem justis, adustionis vero acerbitas puniendis destinetur. » Nostram hanc conjecturam nonnihil hinc adjuvari existimamus, quod admoneamur in notis, codices mss. non sibi constare, habentibus aliis, « ad perfectionem bonorum, » aliis, « ad perfunctionem. » Verisimillimum enim mihi videtur, si codices plures consulerentur, fore, ut nonnulli scripturam veram germanamque exhiberent, hoc est, « perfruitionem, » non « perfectionem, » neque « perfunctionem. »

27. Conveniunt inter se et editi et codices mss in eo loco, ubi Basilius sermonem instituit de vulturibus. Ejus hæc sunt verba oratione 8 *in Hexaem.*, num. 6 : Πολλὰ τῶν ὀρνίθων γένη οὐδὲν πρὸς τὴν κύησιν δεῖται τῆς τῶν ἀῤῥένων ἐπιπλοκῆς· ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις ἀγονά ἐστι τὰ ὑπηνέμια· τοὺς δὲ γύπας φασὶν ἀσυνδυάστως τίκτειν ὡς τὰ πολλὰ, καὶ ταῦτα μακροβιωτάτους ὄντας· οἷς γε μέχρις ἑκατὸν ἐτῶν, ὡς τὰ πολλὰ, παρατείνεται ἡ ζωή. Τοῦτό μοι ἔχε παρασεσημειωμένον ἐκ τῆς περὶ τοὺς ὄρνιθας ἱστορίας, ἵν' ἐπειδάν ποτε ἴδῃς γελῶντάς τινας τὸ μυστήριον ἡμῶν, ὡς ἀδυνάτου ὄντος καὶ ἔξω τῆς φύσεως παρθένον τεκεῖν, τῆς παρθενίας αὐτῆς φυλαττομένης ἀχράντου, ἐνθυμηθῇς ὅτι ὁ εὐδοκήσας ἐν τῇ μωρίᾳ τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας, μυρίας ἐκ τῆς φύσεως ἀφορμὰς πρὸς τὴν πίστιν τῶν παραδόξων κατεβάλετο. « Multis avium generibus ad

(*a*) Leges notam primam, p. 63.

(61) Hallucinatum se, cum hæc scriberet, fatetur D. Garnerius in Præfatione tom. II [III], § XIV, cui titulum fecit : *De erratis quibusdam meis*, etc. EDIT.

Digitized by Google

conceptum nihil opus est marium copula : sed in aliis generibus edita citra coitum ova, infecunda sunt. Ferunt autem sine coitu ut plurimum parere vultures, licet maxime longævos : quippe quibus vita ad centum usque annos plerumque protendatur. Id velim notatum et observatum ex alitum historia, ut si quando nonnullos videris mysterium nostrum irridere, quasi fieri nequeat, et quasi sit a natura alienum, ut virgo, virginitate ejus intemerata permanente, pepererit, veniat in mentem tibi, Deum, cui per prædicationis stultitiam credentes salvos facere libuit, innumera incitamenta, ab ipsa natura desumpta, ad fidem rebus stupendis conciliandam in antecessum proposuisse. » Hæc quæ longiora fortasse videbuntur, non ideo retuli, quod allatam a Basilio de vulturibus historiam probem : sed ut in transcursu doceam hunc Basilii (*a*) locum sanum esse et incorruptum. Non possum igitur a Combefisio aliter sentiente non dissentire. Sed ipsum audiamus. « Laborat, inquit, aperte textus, falsumque ingerit sensum, quem interpres expressit; quasi sic concipere absque mare commune sit pluribus avium generibus. In uno Basilius exemplum posuit, nec alia sollicitavit. Sic ergo emendo, γένη ὧν ἓν οὐδέ, *quorum unum ne marium quidem copula opus habet*, vulturum scilicet : quod ipsum incerta fama refert. » *Subventanea fecunda*, quod ascriptum, ex margine obrepsit. » Hanc autem Combefisii emendationem arbitror puram putam esse corruptionem. Etsi enim affirmavit Basilius multa esse avium genera, quæ concipiunt sine concubitu, potuit tamen de solis vulturibus mentionem facere, videlicet aut brevitatis causa, aut oratorum more, qui res ejusmodi non tam diligenter narrare, quam ornare student. Sed quod magis confirmat nihil in vulgatis corrigi debere, illud est, quod ita legisse Ambrosium constet. Ejus hæc sunt e lib. v *in Hexaem.*, cap. 20 : « Nunc de integritate dicamus, quæ in pluribus quidem avibus ita esse asseveratur, ut possit etiam in vulturibus deprehendi. Negantur enim vultures indulgere concubitu, et conjugali quodam usu nuptialisque copulæ sorte misceri, atque ita sine ullo masculorum concipere semine, et sine conjunctione generare, natosque ex his in multam ætatem longævitate procedere, ut usque ad centum annos vitæ eorum series producatur, nec facile eos angusti ævi finis excipiat. Quid aiunt qui solent nostra irridere mysteria, cum audiunt quod virgo generavit, et impossibilem innuptæ, cujus pudorem nulla viri consuetudo temerasset, existimant partum? Impossibile putatur in Dei matre, quod in vulturibus possibile non negatur? Avis sine masculo parit, et nullus refellit : et quia desponsata viro Maria virgo peperit, pudori ejus faciunt quæstionem. Nonne advertimus quod Dominus ex ipsa natura plurima exempla ante præmisit, quibus susceptæ incarnationis decorem probaret, et astrueret veritatem? » Nemo non videt Ambrosium isthæc fere ad verbum convertisse e Basilio, sed ita tamen, ut ea quodammodo sua fecisse videatur, aut ornando, aut ampliando. Et, quod ad rem pertinet, perspicuum est ex his, Ambrosium non aliter legisse atque nunc legitur : id quod suspicioni Combefisii non minus adversatur, quam magna illa quam initio testati sumus librorum omnis generis consensio. Accedit etiam quod vetus interpres Eustathius ita, ut hodieque legitur, legerit et ipse. Vide Appendicem. Quod addit Combefisius, « Subventanea fecunda, quod ascriptum, ex margine obrepsit, » id mirum videri potest, cum hæc pugnent inter se : sed scripsisse virum doctum arbitror, « subventanea infecunda, » ob illa Basilii, ἄγονα ὑπηνέμια. Verum non ita facile excusari potest, cum hæc ait e margine irrepsisse. Etsi enim Eustathius insigniter hallucinatus sit, pessimeque Basilium interpretatus, ejus tamen verba apertissime ostendunt non secus eum legisse in suis codicibus, atque nunc in nostris legimus. Ejus hæc sunt : « Aliæ sane earum, quæ altius volitant, steriles omnino sunt. » Ex quibus intelligitur Eustathium in suis quidem libris vocem ὑπηνέμια reperisse : sed eam male reddidisse, quasi videlicet rem ope ventorum alte elatam significaret. Plus satis de his. Redeamus ad Ambrosium, cujus in verbis aliquid inesse vitii suspicor. Ubi enim legitur, « indulgere concubitu, » legendum censeo, « indigere concubitu, » tum ob illud Basilii, δεῖται τῆς τῶν ἀῤῥένων ἐπιπλοκῆς, tum quod ipsa constructio grammatica ita postulet. Recte enim dixeris, « indigere concubitu : indulgere concubitu, » non item, cum dicere soleant, « concubitui indulgere. »

28. Clara sunt verba Basilii et sana, quæ leguntur in oratione 8 *in Hexaem.*, num. 8 : Ὁποῖα καὶ περὶ τοῦ Ἰνδοῦ σκώληκος ἱστορεῖται τοῦ κερασφόρου, ὃς εἰς κάμπην τὰ πρῶτα μεταβαλών, etc. « Qualia etiam de Indico verme cornigero narrantur, qui primum in erucam transmutatus, » etc. Sed hic locus mirifice et in Eustathio corruptus invenitur, et in Ambrosio (*b*). Illius verba sunt : « Quid dicitis, qui Paulo apostolo de resurrectione non creditis, cum videatis certa de aereis animantibus figuram propriam commutare, sicut Indiacum vermem, qui est corniger, primo in verucæ se speciem transformantem, » etc.; hujus : « Fertur hic corniger vermis (Indicus) converti primum in speciem caulis, atque in eam mutari naturam. » Mendum quod in interpretatione Eustathii legitur, grave quidem est : sed illud quod in Ambrosio invenitur, certe multo gravius videbitur. Quilibet enim, si sit in hujusmodi rebus paulo exercitatior, facile poterit Eustathio mederi, Ambrosio fortassis non nisi difficillime. Et vero cæcutit qui non videt Eustathianum erratum Eustathio ipsi tribuendum non

(*a*) *Bas. rec.* p. 18.

(*b*) Ambros. *in Hex.*, lib. v. cap. 23.

Digitized by Google

esse, sed librariis, qui aliud cogitantes « verucam » pro « eruca » scripsere. Fateor equidem pari facilitate e re expediturum sese, qui lectionem editionis Romanæ admiserit. Etenim cum in hac editione legatur : « in speciem erucæ, » jam nihil erit amplius, quod possit quidquam facessere negotii, cum lectio isthæc et rei optime conveniat, et illud Basilii, εἰς κάμπην, exprimat accurate. Sed constans ille aliarum editionum et omnium codicum manu exaratorum in vulgata lectione tuenda consensus accedere me huic opinioni non sinit. Quanquam enim hoc commune vitium est librariis, vocem pro alia, cum voces inter se similes sunt, apponere : id tamen, si sint valde dissimiles voces, facere non solent. Vix unquam igitur mihi persuadere potero scripsisse Ambrosium, « in speciem erucæ, » cum si ita esset, nunquam librariis venisset in mentem vocem « caulis » comminisci, ob magnam scilicet harum vocum, « erucæ » et « caulis, » inter se dissimilitudinem. Ex quo satis intelligitur editores Romanos hujus lectionis auctores esse et architectos; qui cum viderent vulgatam lectionem, « caulis, » tolerari non posse, hunc Ambrosii locum ex Græcis Basilii emendare non dubitarunt. Neque vero nos magis adjuvat conjectura Latinii, qui legendum suspicatur, « in speciem campæ. » Nam voces hæ, « caulis » et « campæ, » magis quoque inter se dissident, quam ut omnes omnis ætatis omniumque regionum librarii quasi ex compacto pro « campæ » scripserint « caulis ; » idque eo magis, quod vox « caulis » ineptissimam sententiam efficeret. Jam cum neque vocem « erucæ » neque vocem « campæ » recipi merito posse ostenderimus, vel inviti fateamur necesse est summum virum Ambrosium aliquid hic humani passum esse, et ideo peccasse, aut quod re ipsa in aliquo mendoso codice repererit εἰς κράμβην, « in caulis speciem, » pro εἰς κάμπην, « in erucæ speciem ; » aut quod, si codex mendo carebat, nominis similitudine deceptus, pro κάμπην sibi legere visus sit κράμβην.

29. Quando autem semel Ambrosium in manus sumpsimus, non tam cito ab eo avellamur : sed proponamus locum quemdam e libro quinto *in Hexaem.*, cap. 25, difficilem admodum, et ita obscurum, ut Œdipo aliquo ad mentem Ambrosii assequendam opus esse videatur. Ambrosii igitur hæc sunt : « Certe illius tridui nostrum hoc postridie laboriosius est. » Jam duo quæri possunt, quomodo legi oporteat, et quis horum verborum sensus sit. Quæstio prima pendet multum ex variantibus lectionibus, quas proinde referre operæ pretium est. Difficultas sita est tota in voce « postridie, » quæ aliter in aliis codicibus legitur. Vocem « postridie » exhibent omnes libri editi cum aliquot codicibus. At Carn., Corb., Th. ac Reg. habent « post pridie. » Big. et Gem. « postridui, » Germ., Colb. cum Vict. duobus « postriduum. » Ex quibus effici videtur, si veterum librorum habeatur ratio, vocum harum, « postridie » et « postriduum, » alteram pro vera scriptura habendam esse, cum alterutri aperte faveant lectiones aliæ, « post pridie » et « postridui. » Nunc ergo videndum, utra scriptura sit et verior et convenientior. Certe si qua exstarent exempla, quibus evinci posset vocem « postridie, » quemadmodum « mane, » aliquando nominis locum obtinere, ea mihi lectio satis probaretur, tum quod impressi omnes libri et codices aliquot mss. illam totidem syllabis tueantur, tum quod scriptura illa, « post pridie, » licet falsa mendosaque, eamdem non parum confirmet. Sed cum, nisi valde fallor, exempla ejusmodi frustra quærerentur, placet magis scriptura alia, « postriduum : » quæ præterquam quod fide quatuor codicum nititur, ipsa quoque nonnihil momenti atque roboris ex mendoso illo, « postridui » acquirit. Latine autem dici « postriduum, » patet ex Plautinis illis in *Milite* : « Postriduo natus sum ego mulier, quam Jupiter ex Ope natus est. » Nemo enim ignorat, nisi sit rerum grammaticarum omnino rudis, vocabula illa, « sponte, forte, repente, postriduo, » et alia id genus, quæ pro adverbiis sumi solent, proprie tamen adverbia non esse, sed nomina, quorum fere sextus casus solus usurpatur. Itaque legendum esse arbitror in eo quem dixi Ambrosii loco, « postriduum. » Jam quod attinet ad alteram quæstionem, quid tandem sibi velint illa Ambrosii : « Certe illius tridui nostrum hoc postriduum laboriosius est, » fateor id mihi dictu videri perdifficile. Experiar tamen. In primis autem scire juvat has *in Hexaem.* orationes ab Ambrosio ad populum ultimis sex Quadragesimæ diebus habitas esse, hoc est, ipsa hebdomade majore a feria secunda ad Sabbatum usque. Nec quemquam puto ea de re dubitaturum, qui præclaram illam quæ operi Ambrosiano præfigitur admonitionem legerit, in qua ut alia permulta, ita hoc quoque docte et clare tractatur. Et alioqui de hac temporis nota satis convenit inter eruditos. Velim insuper meminerimus dixisse Plautum « postriduo, » pro « postero die ; » ob idque nihil obesse, quin eodem sensu voce « postriduum » usus sit Ambrosius. Hinc autem colligere licet hæc Ambrosii verba, « certe illius tridui nostrum hoc postriduum laboriosius est, » reduci posse ad hanc formam, « certe illius tridui noster hic posterus dies laboriosior est. » Hoc igitur dicet doctor egregius : Jam pervenimus ad tres ultimos Quadragesimæ dies, qui reliquis hujus sacri jejunii diebus laboriosiores multo sunt atque difficiliores. Tridui illius diem primam celebrabamus heri. Celebramus hodie diem secundam, cras celebraturi tertiam, hoc est, diem Sabbati sancti. Totum illud triduum laboriose quidem traducitur : sed tamen illius posterus dies labori majori obnoxius est. Et vero tametsi constat Sabbatum sanctum ubique terrarum apud Christianos cum ob cætera hujus diei officia, tum maxime ob baptismatis cæremonias laboriosum fuisse : videtur tamen nescio quomodo fuisse laboriosius Mediolani. Refert enim Paulinus, quod magnus ille Ambrosius

Digitized by Google

die Sabbati sancti solus efficere solebat, id, eo mortuo, a quinque episcopis effici vix potuisse. Paulini verba sunt hæc in *Vita Ambrosii* num. 38 : « In rebus etiam divinis implendis fortissimus, in tantum ut quod solitus erat circa baptizandos solus implere, quinque postea episcopi, tempore quo decessit, vix implerent. » Decessisse autem Ambrosium matutinis horis Sabbati sancti, patet ex eodem Paulino, qui in ejus *Vita*, num. 48, ita scribit : « Atque inde ad ecclesiam majorem antelucana hora qua defunctus est, corpus ipsius (Ambrosii) portatum est; ibique eadem fuit nocte, qua vigilavimus in Pascha... Sed lucescente die Dominico, cum corpus ipsius, peractis sacramentis divinis, de ecclesia levaretur, portandum ad basilicam Ambrosianam, in qua positus est, ita ibi dæmonum turba clamabat se ab illo torqueri, ut ejulatus eorum ferri non possent. » His autem semel positis, sequitur sacrificium, cum advesperasceret, Mediolani temporibus illis celebratum fuisse ipsa Parasceves die, Christique corpus intra solemnia et confectum fuisse, et populo datum. Horum, quæ ex nostra explicatione consequi dixi, testis est Ambrosius ipse. Postquam enim ita scripsit : « Certe illius tridui nostrum hoc postridie laboriosius est, » sic prosequitur : « Et ideo qui cum avibus lusimus, cum gallo cantavimus, jam Domini canamus mysteria, et ad corpus Jesu conveniant aquilæ peccatorum ablutione renovatæ; jam enim cœtus ille magnus verum nobis Jonam reddidit : et gratulemur quod factus est nobis vespere dies quintus; fiat nobis mane dies sextus. » Et quidem ex illis, « jam Domini canamus mysteria, et ad corpus Jesu conveniant aquilæ peccatorum ablutione renovatæ, » plane constat et celebratum fuisse sacrificium post concionem Ambrosii, et convenisse populum aquilarum in morem ad corpus Jesu recipiendum. Illa vero, « et gratulemur quod factus est nobis vespere dies quintus, » aperte ostendunt Ambrosii concionem ipsa Parasceves die, cum advesperasceret, ad populum habitam fuisse. Cum enim, ut diximus, concionari cœperit Ambrosius feria secunda majoris hebdomadæ, perspicuum est diem quintum in Parasceves diem cecidisse. Nec cuiquam valde mirum videri debet, sacra ipso Parasceves die et celebrata esse, et populum, cum advesperasceret, corpus Christi accepisse, cum hæc illis jejunii majoris diebus olim Mediolani in usu fuisse constet.

De hoc audiamus Ambrosium in psalmum CXVIII, num 48 : « Admonet etiam, inquit, sacrificium vespertinum, ut nunquam Christum obliviscaris. Non potes oblivisci, cum lectum ascendis ejus Domini, cui in occasu diei precem fuderis, qui esurientem te sui corporis epulis expleverit. » Qui Ambrosii locus eruditissima illa nota illustratus legitur : « Ad hæc indidem quoque intelligere est moris fuisse in Ecclesia Latina etiam jejunii diebus sacrificium offerre, et Eucharistiam accipere, contra quam in Orientali obtinebat. Postmodum memoratur etiam vespertinum sacrificium, id est, missa vespertinis horis diebus jejunii celebrari solita : de qua in conc. Vas. cap. 3, c. 29, Matiscon. c. 9, actum reperimus. » Ad hæc, antiquum illum sacrificii vespere offerendi morem olim apud Mediolanenses jejunii diebus obtinuisse probant et ea, quæ paulo ante leguntur num. eodem : « Indictum est jejunium, cave ne negligas. Etsi te fames quotidianum cogit ad prandium, aut intemperantia declinat jejunium, tamen cœlesti magis te servato convivio. Non epulæ paratæ extorqueant, ut cœlestis sis vacuus sacramenti. Differ aliquantulum, non longe finis est diei : imo plerique sunt ejusmodi dies, ut statim meridianis horis adveniendum sit in ecclesiam, canendi hymni, celebranda oblatio. Tunc utique paratus assiste, ut accipias tibi munimentum, ut corpus edas Domini Jesu. » Nam quod ait Ambrosius, plerosque esse ejusmodi dies, in quibus mos esset statim meridianis horis advenire in ecclesiam, oblationem celebrare, corpus Domini Jesu edere, id non obscure indicat alios fuisse dies, in quibus hæc ob indictum jejunium peragerentur non meridianis temporibus, sed vespertinis. Quare monet populum vir sanctissimus, ut tunc fame contempta servet se cœlesti convivio, neque vinci se sinat epulis apparatis : sed potius, ne vacuus sit cœlestis sacramenti, finem diei haud longe dissitum exspectet. Nec ab re erit et alium locum libri sexti expendere. Basilius animalium diversas proprietates cum recenseret, dixerat asinum pigrum esse : quem locum rhetorum more exornans Ambrosius, ita scripsit lib. VI, cap. 3 : « Piger asinus, et expositus ad prædam, sensuque tardior, quid aliud docet, nisi nos vivaciores esse debere, nec desidia corporis animique pigrescere, confugere ad fidem, quæ onera gravia allevare consueverit? » Sed illud, « et expositus ad prædam, » mihi non videtur huic loco convenire; contra, si legas, uti in codice Vat. legitur, « et expositus ad pondera, » plana erunt omnia. Hoc enim dicit Ambrosius : Si consideremus asinum pigrum esse, et sensu tardiorem; absit ut eum in eo imitari velimus, sed potius debemus vivaciores esse et alacriores. Rursus si consideremus eum ad pondera expositum esse, hinc edocemur confugere ad fidem, quæ onera gravia allevare consuevit. Sententiam hujus loci consecuti sunt quidem editionis Romanæ auctores, qui ita edendum curarunt, « et ad onus expositus : sed præterquamquod videntur ita correxisse ex ingenio, in eo reprehendendos eos puto, quod nimium a vulgata scriptura recesserint. De his satis. Jam de Psalmis sermonem instituamus.

§ VI. *De Psalmis.*

30. Præclarum sane, et in primis elegans proœmium Basilii in Psalmos : quod qui legerit, miram illam in Basilio dicendi artem mirabitur, qua, quocunque se intendisset, excellebat. Ambrosius multa e Basilio mutuari solitus, hinc quoque nonnulla excerpsit. Cum autem non desint quibus jucundum

Digitized by Google

sit et gratum cognoscere, quid alius scriptor ab alio sumpserit, quoque modo alius alium aut interpretatus, aut certe imitatus sit, omnia quæ occurrerunt Ambrosii loca hic ascribere non pigebit. Quod ut magis intelligatur, Ambrosii primum (*a*), deinde Basilii verba subjiciam. « Etenim licet omnis Scriptura divina Dei gratiam spiret, etc.... In aliis igitur singula advertere licet. Historia instruit, lex docet, prophetia annuntiat, correptio castigat, moralitas suadet : in libro Psalmorum profectus est omnium, et medicina quædam salutis humanæ. Quicunque legerit, habet quo propriæ vulnera passionis speciali possit curare remedio. Quicunque cernere voluerit, tanquam in communi animarum gymnasio, et quodam stadio virtutum diversa genera certaminum reperiens præparata, id sibi eligat, cui se intelligit aptiorem.... Domi Psalmus canitur, foris recensetur. Psalmus dissidentes copulat, discordes sociat, offensos reconciliat. Quis enim non remittit ei, cum quo unam ad Deum vocem emiserit? Psalmus.... institutio incipientium, profectorum confirmatio, angelorum ministerium, militia cœlestis, hostia spiritalis.... Certat in Psalmo doctrina cum gratia simul. Cantatur ad delectationem, discitur ad eruditionem. Nam violentiora præcepta non permanent : quod autem cum suavitate perceperis, id infusum semel præcordiis non consuevit elabi.... Aiunt.... causas quoque modulaminum et quædam claustra rhythmorum in superiore parte esse Psalterii.... Sed jam Psalmi istius qui propositus est nobis, ingrediamur exordia. » (*b*) Πᾶσα Γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμος, διὰ τοῦτο συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ Πνεύματος, ἵν', ὥσπερ ἐν κοινῷ τῶν ψυχῶν ἰατρείῳ, πάντες ἄνθρωποι τὸ ἴαμα τοῦ οἰκείου πάθους ἕκαστος ἐκλεγώμεθα... Ἄλλα μὲν οὖν προφῆται παιδεύουσι, καὶ ἄλλα ἱστορικοί, καὶ ὁ νόμος ἕτερα, καὶ ἄλλα τὸ εἶδος τῆς παροιμιακῆς παραινέσεως. Ἡ δὲ τῶν Ψαλμῶν βίβλος τὸ ἐκ πάντων ὠφέλιμον περιείληφε..... Τὰ τῶν Ψαλμῶν λόγια καὶ κατ' οἶκον μελῳδοῦσι, καὶ ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς περιφέρουσι.... Ψαλμὸς.... ἕνωσις διεστώτων, ἐχθραινόντων διαλλακτήριον. Τίς γὰρ ἔτι ἔχθρον ἡγεῖσθαι δύναται, μεθ' οὗ μίαν ἀφῆκε πρὸς Θεὸν τὴν φωνήν;..... Εἰσαγομένοις στοιχείωσις, προκοπτόντων αὔξησις, τελειουμένων στήριγμα..... Ψαλμὸς τὸ τῶν ἀγγέλων ἔργον, τὸ οὐράνιον πολίτευμα, τὸ πνευματικὸν θυμίαμα. Ὦ τῆς σοφῆς ἐπινοίας τοῦ διδασκάλου, ὁμοῦ τε ᾄδειν ἡμᾶς τὰ λυσιτελῆ μανθάνειν μηχανωμένου· ὅθεν καὶ μᾶλλόν πως ἐντυποῦται ταῖς ψυχαῖς τὰ διδάγματα. Βίαιον μὲν γὰρ μάθημα οὐ πέφυκε παραμένειν, τὰ δὲ μετὰ τέρψεως καὶ χάριτος εἰσδυόμενα μονιμώτερόν πως ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐνιζάνει.... Τὸ ψαλτήριον δὲ τοῦτο τῶν ἁρμονικῶν ῥυθμῶν ἄνωθεν ἔχει τὰς ἀφορμάς..... Ἴδωμεν δὲ λοιπὸν καὶ τὴν ἀρχὴν τῶν Ψαλμῶν. Hoc est : « Omnis Scriptura est divinitus inspirata atque utilis, ideo a Spiritu sancto conscripta, ut veluti in communi animarum curandarum officina, nos omnes quotquot sumus homines ad nostrum morbum sanandum medelam seligere possimus.... Aliud igitur prophetæ docent, aliud historici, aliud lex, aliud species ejus quæ in Proverbiis invenitur exhortationis. At quidquid in cæteris utile est, hic unus Psalmorum liber complectitur.... Psalmorum oracula et domi modulantur, et in forum circumferunt.... Psalmus consociat dissidentes, inter inimicos gratiam componit. Quis enim adhuc eum, quocum unam ad Deum vocem emisit, loco inimici habere possit?... Psalmus incipientibus initium est, incrementum proficientibus, perfectis firmamentum.... Psalmus angelorum opus est, cœlestis conversatio, spirituale thymiama. O sapiens magistri inventum, qui artem qua simul caneremus, et utilia disceremus, excogitavit! unde et magis quodammodo animis præcepta imprimuntur. Vix etenim durare solet quod invitus didiceris : quod autem jucunde suaviterque acceptum est, tenacius in animis nostris insidet.... Psalterium vero a parte superiori ducit concinnæ suæ modulationis originem.... Cæterum initium Psalmorum videamus. » Quin et Augustinus ipse, ut monet Ducæus, in enarratione *in psal.* LVI, cum hæc verba prophetica interpretatur : *Exsurge, psalterium et cithara*[7], nonnulla e Græcis Basilii mutuatus est. Utriusque verba nostro more referemus, quorum ex collatione cognoscere licebit, Augustinum interpretem fuisse magis quam imitatorem Basilii. Augustinus igitur sic loquitur : « Psalterium est organum, quod quidem manibus fertur percutientis, et chordas distentas habet; sed illum locum unde sonum accipiunt chordæ, illud concavum lignum quod pendet et tactum resonat, quia concipit aerem, psalterium in superiore parte habet. Cithara autem hoc genus ligni concavum et resonans in inferiore parte habet. Itaque in psalterio chordæ sonum desuper accipiunt : in cithara autem chordæ sonum ex inferiore parte accipiunt. » Basilii autem verba hæc sunt e proœmio *in psal.* 1 : Πάντα ὥσπερ ἐν μεγάλῳ τινὶ καὶ κοινῷ ταμείῳ, τῇ βίβλῳ τῶν Ψαλμῶν τεθησαύρισται, ἣν, πολλῶν ὄντων ὀργάνων μουσικῶν, πρὸς τὸ λεγόμενον ψαλτήριον ἥρμοσεν ὁ προφήτης, τὴν ἄνωθεν, ἐμοὶ δοκεῖν, ἐνηχοῦσαν αὐτῷ χάριν παρὰ τοῦ Πνεύματος ἐνδεικνύμενος, διότι τοῦτο μόνον τῶν μουσικῶν ὀργάνων τὴν αἰτίαν τῶν φθόγγων ἐκ τῶν ἄνωθεν ἔχει. Τῇ κιθάρᾳ μὲν γὰρ καὶ τῇ λύρᾳ κάτωθεν ὁ χαλκὸς ὑπηχεῖ πρὸς τὸ πλῆκτρον· τὸ ψαλτήριον δὲ τοῦτο τῶν ἁρμονικῶν ῥυθμῶν ἄνωθεν ἔχει τὰς ἀφορμάς. « Omnia in Psalmorum libro velut in magno quodam et communi promptuario reconduntur. Quem librum, tametsi diversa sunt instrumenta musica, ad psalterium, quod vocant, Propheta aptavit. Quippe gratiam, ut mihi videtur, in eo desuper a sancto Spiritu resonare

[7] Psal. LVI, 9.

(*a*) Ambros. in præf. *in psal.* 1.

(*b*) Basil. in præf. *in psal* 1.

Digitized by Google

ostendit, propterea quod hoc solum ex musicis instrumentis editi soni causam ab altiore loco habet. Nam citharæ ac lyræ æs inferiori parte sonitum edit ad plectrum : psalterium vero a parte superiori ducit suæ concinnæ modulationis originem.

Vidimus Ambrosium Augustinumque duo illa magna Ecclesiæ lumina nonnihil e Basilii libris in suos transtulisse : nunc notabimus Eusebium et Basilium idem dicere, casu an secus, nescio. Eusebii igitur verba hæc sunt e procemio *in Psalmos* : Νάβλα δὲ παρ' Ἑβραίοις λέγεται τὸ ψαλτήριον, ὃ δὲ μόνον τῶν μουσικῶν ὀργάνων ὀρθότατον, καὶ μὴ συνεργούμενον εἰς ἦχον ἐκ τῶν κατωτάτω μερῶν, ἀλλ' ἄνωθεν ἔχειν τὸν ὑπηχοῦντα χαλκόν. Et aliquanto post pag. 7, πάντα ὥσπερ ἐν μεγάλῳ τινὶ καὶ κοινῷ ταμείῳ τῇ βίβλῳ τῶν Ψαλμῶν τεθησαύρισται, etc. « Nabla apud Hebræos vocatur psalterium, quod ex musicis instrumentis solum rectissimum est; neque ab infimis partibus ad sonum adhibetur, sed a supernis sonanti ære instruitur . . In Psalmorum libro omnia ceu in magno ac publico penuario recondita sunt. » Potuit ergo fieri ut Basilius ob oculos habuerit Eusebium quem imitaretur : sed si ita est, magnus ille Basilius, ut peritum oratorem decebat, vim quidem ac pondus Eusebianæ sententiæ retinuit, at eam mira quadam dicendi arte fecit suam.

31. Liquet ex dictis, Ambrosium nonnulla e Basilii procemio sibi sumpsisse. Nunc ostendam eumdem ex eodem fonte in ipsa psalmi enarratione nonnihil quoque mutuatum esse. Sed, ne lectoribus tædium pariam, ea loca sola in medium proferam, quæ non tam imitatus esse, quam ad verbum expressisse putandus est. Ambrosii igitur verba sunt ex enarratione *in psal.* I, num. 14 : « Consideremus nunc qua ratione, *Beatus vir*, dixerit. Nunquid a consortio beatitudinis exclusit mulieres, quia virum solum beatum nuncupavit ? Absit ! Accedit illud, quoniam quorum natura eadem, eorum operationes utique non possunt esse discretæ ; et quorum opus æquale, eorum utique æqualis et merces. . . . Paria igitur studia virtutum, quia par prærogativa est creaturæ. » Basilii vero hæc sunt itidem ex enarratione *in psal.* I : Διὰ τί, φησὶν, ὁ προφήτης τὸν ἄνδρα μόνον ἐκλεξάμενος μακαρίζει ; Ἆρα μὴ τοῦ μακαρισμοῦ τὰς γυναῖκας ἀπέκλεισε ; Μὴ γένοιτο. Μία γὰρ ἀρετὴ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, ἐπειδὴ καὶ ἡ κτίσις ἀμφοτέροις ὁμότιμος· ὥστε καὶ ὁ μισθὸς ὁ αὐτὸς ἀμφοτέροις . . . . Ὧν δὲ ἡ φύσις μία, τούτων καὶ ἐνέργειαι αἱ αὐταί· ὧν δὲ τὸ ἔργον ἴσον, τούτων καὶ ὁ μισθὸς ὁ αὐτός. « Cur propheta, inquit, hominem solum eligit, ac prædicat beatum ? Num mulieres a beatitudine exclusit ? Absit ! Enimvero viri et mulieris una est virtus : quandoquidem utriusque creatio honore par est, ac proinde utriusque quoque merces est eadem. . . . Quorum autem natura una, horum et actiones eædem : quorum itidem opus est æquale, horum et merces eadem. » Quod si quispiam hac locorum contentione delectatur (quam voluptatem neque frugis expertem, neque illiberalem arbitror), fontes ipsos adeat, suadeo. Spero studiosis non injucundum fore, si rursus hoc loco de Basilii procemio *in Psalmos* loquar. Notum est, quæ apud Basilium Græce leguntur, legi Latine apud Augustinum. Quæri ergo potest utrum Augustinus ipse Græca Basilii converterit, an Rufini interpretatio inepte a librariis ante Augustini opus locata sit. Suspicionem augebit, quod Augustinus, cum psalmum quinquagesimum sextum interpretaretur, nonnihil ex hoc Basilii procemio expressisse credi merito possit. Et vero qui utrumque locum Basilii et Augustini inter se comparaverit (*a*), facile intellecturum puto Latina e Græcis conversa esse, sed paulo liberius, hoc est, antiquorum more. Ergo si Augustinus aliquid e Basilii procemio *in Psalmos* sibi sumpsit, non ita mirum videri debet, si dicatur hoc idem et Latine reddidisse, et ante suam ipsius interpretationem collocasse. Sed provisum est a librariis, ne quis specioso hoc argumento in errorem induceretur. Nam etiamnum in veteribus quibusdam libris exstant Latinæ quædam Rufini interpretationes, inter quas et id Basilii procemium invenitur : quæ omnia in secundo tomo edenda curabimus, cum ob interpretis Rufini antiquitatem, tum maxime ob auctoris Basilii dignitatem.

32. Difficile dictu est quanta sit adhibenda diligentia ei, qui vult certo tutoque περὶ νοθείας aut γνησιότητος operis alicujus judicium ferre. Mirum est enim, cum verum et falsum inter se longissime diversa sint, sæpius tamen alterum alterius ita simile esse, ut in iis discernendis, nisi valde caveamus, errorem vitare vix possimus. Cujus rei libet proferre exemplum unum, ex quo de multis similibus facile sit conjecturam facere. Exstat inter Basilii opera enarratio quædam in psalmum tricesimum septimum, de qua non una est omnium sententia, aliis aliud sentientibus. Combefisius ita de ea dubitat, ut tamen nolit quidquam pronuntiare, remque lectoris judicio permittat. Argumenta quibus adductus Combefisius eam enarrationem suspectam habuit, hæc sunt, eam deesse in aliquibus codicibus, videri præterea cæteris languldiorem, ac in ipsa fieri mentionem psalmi sexti, cujus, inquit, explanatio nusquam apud Basilium comparet. Certe primo aspectu videtur inesse vis maxima in his argumentis Combefisii : sed tamen ea confutare non ita multum difficile fuerit. Nam, inquiet quis, certum est orationem in psalmum tricesimum septimum in vere Basilianis reponendam esse. Nam ea in re produci non potest testis locupletior, quam Ambrosius, quem norunt omnes Basilii aut interpretem fuisse non raro, aut certe ejus fidelissimum æmulatorem. Ergo si Ambrosius hanc orationem in suo codice habuit, ex eaque nonnulla aut convertit,

(*a*) Lege num. 30.

Digitized by Google

aut imitatus est, nihil supererit dubii, quin pro Basiliano fetu accipienda sit. Rem autem ita esse, si utriusque verba Basilii et Ambrosii inter se conferantur, negari non potest. Ambrosii enim hæc sunt ex enarratione in hunc de quo agitur psalmum, num. 19 et 20 : « Non enim Deus passioni patet, ut irascatur, cum sit impassibilis. . . . Denique usus habet, ut dicamus de quoquam punito, quia iram incidit legum : non quia legum iram, sed quia legum severitatem incidit. Sic et alibi de decem plagis Ægyptiorum ait : *Misit in eos iram per angelos malos* [8]. . . . « Qui sanari vult, argui non reformidat : sed non vult argui in furore, sed in verbo Dei. . . . Non vult erudiri in ira, sed in doctrina ; ut si medicum roges, ne secet vulnus tuum, sed medicamentum apponat. . . . Et addidit : *Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi.* Eadem videtur dicere, quæ sanctus Job ; sed diversa sunt. Nam et ille ait : *Sagittæ enim Domini in corpore meo sunt, quarum furor bibit sanguinem meum* [9]. . . . Ille de vulnere sui corporis queritur, hic deplorat animæ suæ vulnera. . . . Ille dicit sagittas Domini in suo esse corpore, iste deplorat infixas. » Illa vero leguntur apud Basilium in eumdem psalmum : Λέγων δέ· *Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με*, οὐ τὸν ἔλεγχον παραιτεῖται, ἀλλὰ τὸν μετὰ θυμοῦ. Καὶ τό· *Μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με*, οὐ φεύγει τὸ παιδευθῆναι, δίχα δὲ ὀργῆς τῆς παιδείας· τυχεῖν ἀξιοῖ, ὡς εἰ καὶ ἰατρῷ τις . . . . λέγοι· Μὴ διὰ πυρός με θεραπεύσῃς, μηδὲ διὰ σιδήρου καὶ τομῶν, διὰ δὲ ἡπίων καὶ πραοτέρων φαρμάκων. . . . Παντὸς γὰρ πάθους ἀλλότριον τὸ θεῖον . . . . Ὡς εἴ τις καὶ τὰς ἐκ τοῦ νόμου τῷ ἀνδροφόνῳ ἐπηρτημένας κολάσεις ὀργὴν καὶ θυμὸν ὀνομάζοι, οὐκ ἀληθῶς τοῦ νόμου θυμουμένου καὶ ὀργιζομένου, τοῦ δὲ κολαζομένου ὀργὴν τοῦ νόμου τὴν τιμωρίαν ὑπειληφότος. . . . Οὕτω γοῦν εἴρηται ἐν τῷ περὶ τῆς δεκαπλήγου τῆς κατ' Αἰγυπτίων ἐπαχθείσης λόγῳ τό· *Ἀπέστειλεν ἐπ' αὐτοὺς ὀργὴν καὶ θυμὸν, ἀποστολὴν δι' ἀγγέλων πονηρῶν*. . . . Διὸ ἔλεγε, *Βέλη γὰρ Κυρίου ἐν τῷ σώματί μου ἐστὶν, ὧν ὁ θυμὸς αὐτῶν ἐκπίνει μου τὸ αἷμα.* Ὁ δὲ Δαβὶδ οὐ τὸ σῶμα πληγεὶς ὁμοίως τῷ Ἰὼβ, αὐτὴν δὲ τὴν ψυχὴν καιρίαν τρωθεὶς, οὐχ ὁμοίως τῷ Ἰὼβ φάσκει, *βέλη γὰρ Κυρίου ἐν τῷ σώματί μου εἰσίν· ἀλλ' Ὅτι τὰ βέλη σου ἐνεπάγησάν μοι, καὶ ἐπεστήριξας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου.* Hoc est : « Cum vero ait, *Domine, ne in furore tuo arguas me* [10], non quamlibet reprehensionem detrectat, sed eam, quæ cum furore conjuncta sit. Et cum dicit, *Neque in ira tua corripias me* [11], correptionem nequaquam fugit, sed rogat ut citra iram corripiatur ; ac si quis medico per adustionem, per ferrum, per acerba remedia levamen ad quempiam morbum curandum offerenti dicat : Ne mihi ignem, ne ferrum, ne sectiones ad medelam admoveas, sed dulcia mitioraque remedia. . . . Nam ab omni perturbatione alienum numen est. . . . Ac si quis pœnas quæ ex lege impendent homicidæ, iram ac furorem appellet, non quod revera lex ira et furore corripiat, sed quod qui punitur, legis supplicium iram esse putet. . . . Ubi itidem sermo habetur de decem plagis contra Ægyptios immissis, dictum est similiter : *Misit in eos iram et furorem, immissionem per angelos malos* [12]. . . . Quapropter dicebat Job : *Sagittæ enim Domini in corpore meo sunt, quarum ira meum ebibit sanguinem* [13]. David autem non in corpore velut Job perculsus, sed in ipsa anima vulnere lethali confossus, non ait quemadmodum Job, *Sagittæ enim Domini in corpore meo sunt*, sed, *Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, et confirmasti super me manum tuam* [14].

His perlectis, a quo, quæso, stabit lector, quam sententiam amplectetur, Combefisiine, hanc orationem pro suspecta habentis, an ejus, qui eam Basilii esse confidenter affirmabit ? Certe quidem ego non dubito quin prudens lector atque eruditus, deserto Combefisio, alteri accedat. Nam argumenta quæ ex hac locorum collatione peti possunt, validissima videntur esse atque gravissima ; quæ vero profert Combefisius, minus sunt idonea ad persuadendum. Etenim, si orationem quampiam spuriam esse atque adulterinam ex eo colligi potest, quod in aliquibus mss. desit, actum est de plurimis sanctorum Patrum opusculis, quæ quamvis genuina et vera, tamen in aliquibus duntaxat codicibus exstant, in aliis vero desiderantur. Quod addit vir doctus ad confirmandam suam opinionem, « stylum hujus orationis languidiorem esse, » id, puto, neminem movebit, cum de styli aut similitudine aut varietate ita inter se dissideant auctores, ut quod alter dissimile pronuntiat, id simile esse alter judicet. Neque sane multo gravius est quod sequitur, « in hac enarratione mentionem fieri sexti psalmi, » quem tamen constat in Basilii operibus non inveniri. Quot enim veterum monumenta omnis generis magno rei litterariæ damno temporum injuria periisse dolemus ? His de causis ejus qui eam orationem defendit, opinio videri poterit Combefisiana longe probabilior, multoque propior vero. Notum est enim Ambrosium quæcunque occasione data Basilii vestigiis inhærere, ex eoque multa mutuari solitum esse. Quam multa autem ex hac in psalmum tricesimum septimum enarratione sumpserit, aliquanto ante ostensum est. Cur igitur hæc oratio Basilio non tribueretur, ex qua Ambrosium perinde ut ex reliquis Basilii operibus multa excerpsisse constat ? Neque non eam sententiam adjuvat, quod Ambrosius e Basilii in primum psalmum prologo in suam non pauca transtulit. Ex quo fit, ut jure credi possit nonnulla ex hoc quoque in psalmum tricesimum septimum commentario sumpsisse. Jam quid sentiam ipse, paucis aperiam. Reprehendendum Combefisium puto, non quod eam orationem in suspectis habuerit, sed quod nihil ausus sit pronuntiare. Quin enim inter opera falsa numeranda sit, dubium non est, cum, ut num. 36 pro-

[8] Psal. LXXVII, 49. [9] Job VI, 4. [10] Psal. XXVII, 2. XXXVII, 3. [11] ibid. [12] Psal. LXXVII, 49. [13] Job VI, 4. [14] Psal.

Digitized by Google

habitur, Eusebii fetus sit, non Basilii. Ambrosius igitur hinc inde e Græcis fontibus quidquid libebat, corradere assuetus, ea quæ retulimus non e Basilio, sed ex Eusebii Commentario mutuatus est. Aut, quod forte verius est, jam ab illo tempore hæc Eusebii oratio inter Basilianas in Ambrosii codice reperiebatur. Vereor ne in his plus justo immoratus esse videar. Sed hæc observasse, si propterea diligentia major a scriptoribus in criticis suis de Patrum operibus judiciis adhibeatur, me non pœnitebit.

33. Quam arduum sit de auctorum scriptis recte judicare, patet et ex dictis, et res ipsa clamat. Sed quo difficultas major est, eo puto rei tam necessariæ obstinatius incumbendum esse. Quapropter nec labori parcemus, nec tempori, ut verum a falso, certum ab incerto secernamus. Nec male tempus collocasse nobis videbimur, si quinque aut sex dierum labore vel unius oratiunculæ aut νοθεία, aut γνησιότης tuto dignosci possit. Etenim, cum contingat non raro, ut in brevioribus sanctorum Patrum scriptis aliquid insit quod aut ad dogma, aut ad traditionem, aut ad historiam ecclesiasticam pertineat, quanti intersit ejusmodi opusculorum auctores cognoscere, nemo non videt. Sed, quoniam præsentio non defore, qui mihi adversaturi sint, monere mihi optimum visum est quo sim animo scripturus. Profiteor igitur me eruditorum celeberrimorumque hominum opiniones permagni facere, meque eas non nisi invitum oppugnare; atque, ubi primum nova lux affulserit, ad mutandam sententiam paratissimum fore. Uno verbo, me mihi non ita placere, ut meam aliorum sententiæ præferam; sed ita duntaxat probare quæcunque sentio, quæcunque dico, dum ne hominibus doctioribus et in hoc studiorum genere exercitatioribus improbanda videantur. Rem nunc aggrediamur. Omnium orationum quæ nomine Basilii circumferuntur, aut fere omnium fit mentio non solum apud Symeonem magistrum ac logothetam, sed passim etiam eædem in catena Nicetæ Heracliensis et aliis similibus citantur. Sed tanta non est auctoritas neque Symeonis, neque Nicetæ, neque aliorum quorumvis qui catenas edidere, ut ob eam omnes illas septem et decem in psalmos orationes Basilii esse statim fateamur. Putant eruditi viri qui ea de re disputarunt, Combefisius, Tillemontius, Dupinus, alteram quidem in psalmum vicesimum octavum enarrationem adulterinam esse, enarrationem vero in psalmum tricesimum septimum in dubiis reponi oportere; sed quin reliquæ quindecim genuinæ sint et veræ, nequaquam dubitant. Nos autem de aliis quibusdam dubitari posse arbitramur, et de iis quidem, quæ nullum dubitationi locum relinquere videbantur. Ejusmodi est prima oratio in psalmum decimum quartum. Constat enim vel ex primis verbis secundæ in hunc psalmum orationis, quam testimonium Gregorii Nysseni (*a*) inter dubia opera re-

censeri non simit, Basilium in priora ejusdem psalmi verba concionem ad populum habuisse. Ex quo fit ut quisque hanc primam in psalmum decimum quartum explanationem ad Basilium magnum pertinere facile sibi persuadeat. Aliter tamen, cum Eusebii in hunc psalmum lucubrationem legerem, ea de oratione judicavi. Scriptor enim, quisquis est, non tam Davidis, quam Eusebii verba explanat; et, quod magis falsitatem redolet, multa ex Eusebio ad verbum sumit. Sane quibus perspecta est Basilii ubertas in dicendo et copia, ii, puto, nunquam in plagiariorum numero disertissimum hunc virum reponent. Jam tempus est ut pseudo-Basilii furta prodamus. Eusebii igitur verba sunt hæc : *Κύριε, τίς παροικήσει ἐν τῷ σκηνώματί σου, καὶ τίς κατασκηνώσει ἐν τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ σου;* Ἀπὸ τῶν προσεχεστέρων προβαίνων διαγράφει τὸν τέλειον. Παροικία δέ ἐστι διαγωγὴ πρόσκαιρος, ἐπ' ἐλπίδι τῆς κρείττονος. Διό φησι καὶ Δαβίδ· *Πάροικός εἰμι καὶ παρεπίδημος, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου.* Πάροικος γὰρ Ἀβραάμ, μηδὲ βῆμα κεκτημένος ποδός, μόλις δὲ τάφον πριάμενος, ὃ δὲ σύμβολον τοῦ ζῶντα μὲν ἐν σαρκὶ πάροικον εἶναι προσήκειν, μεταβαίνοντα δὲ ταύτης, τοῖς οἰκείοις τόποις ἀναπαύεσθαι. Καὶ μακάριόν φησιν, ἐν ἀλλοφύλοις παροικοῦντα, μὴ ὡς οἰκείοις προστετηκέναι τοῖς ἐν τῇ γῇ. Σκήνωμα δὲ Θεοῦ, ἡ παρ' αὐτοῦ δεδομένη σὰρξ τῇ τοῦ ἀνθρώπου ψυχῇ πρὸς ἐνοίκησιν. Τίς οὖν ὡς ἀλλοτρίᾳ κεχρημένος, ἔγκαρπον αὐτὸν παραδώσει τῷ δεδωκότι, ὡς ἂν γένηται καὶ σκήνωμα τοῦ Θεοῦ τοῖς ἁγίοις ἐνοικοῦντος; Εἶτα πρὸς τὸ μεῖζον προκόπτει; *Καὶ τίς κατασκηνώσει ἐν ὄρει ἁγίῳ σου;* Οὐκ ἐν τῇ γηΐνῃ Σιὼν, ὥσπερ Ἰουδαίοις δοκεῖ, ἀλλὰ περὶ ἧς ὁ Παῦλός φησιν· *Προσεληλύθατε ὄρει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ.* Παρελθὼν οὖν τις τὴν σάρκα ταύτην, καὶ νεκρώσας αὐτοῦ τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὸν ἁγιασμὸν κατορθώσας, ἐν τῇ ἁγίᾳ κατασκηνώσει πόλει, ἧς ἐπιθυμῶν ὁ Δαυῒδ ἔλεγε· *Διελεύσομαι ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς, ἕως τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ·* καὶ, *Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων.* Τὸ δὲ τούτου σπάνιον ἐμφαίνει τὸ, *Τίς*, ὡς τὸ, *Τίς ἔγνω τὸν νοῦν Κυρίου;* καὶ τὸ, *Τίς ἀναγγελεῖ ὑμῖν τὸν τόπον τὸν αἰώνιον;* καὶ τὸ, *Τίς ἆρα φρόνιμος καὶ πιστὸς οἰκονόμος;* Μήποτε δὲ καὶ τὸν Θεὸν ἐρωτήσας, ἔτυχε ἀποκρίσεως.... Οὐ γὰρ μία πρᾶξις τελειοῖ τὸν σπουδαῖον, ἀλλὰ παντὶ τῷ βίῳ ταῖς κατ' ἀρετὴν ἐνεργείαις συμπαρατείνεσθαι. « *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo* [15]? A vicinioribus procedens, perfectum virum describit. Habitatio autem est temporanea commoratio, cum spe melioris conjuncta. Quamobrem ait David : *Advena sum et peregrinus, sicut omnes patres mei* [16]. Advena quoque erat Abraham, utpote qui ne vestigium quidem pedis possideret, vixque sepulturæ locum coemerit. Quod sane symbolice significat hominem in carne viventem, ceu advenam reputari debere;

[15] Psal. xiv, 1. [16] Psal. xxxviii, 13.

(*a*) Tom. II, p. 225.

Digitized by Google

cumque ab ipsa carne transmigraverit, tunc propriis in sedibus quiescere. Ac beatum dicit eum, qui cum apud alienigenas habitaverit, terrenis quasi propriis sibi rebus non addictus fuerit. Tabernaculum autem Dei est caro, animæ ab ipso ad habitandum concessa. Quis itaque ea ut aliena usus, frugiferam eamdem largitori restituet, ut fiat tabernaculum Dei, qui in sanctis habitat? Deinde vero ad præstantiora procedit : *Aut quis requiescet in monte sancto tuo* [17]? Non in terrestri Sion, ut Judæi arbitrantur, sed in ea de qua Paulus ait : *Accessistis ad montem Dei viventis, Jerusalem cœlestem* [18]. Quisquis igitur eadem carne quasi in transcursu usus, ejus membra super terram mortificaverit, postquam sanctificationem illam consummaverit, habitabit in sancta illa civitate, cujus desiderio motus David aiebat : *Transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei* [19], et, *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum* [20]. Illud autem, *Quis*, talium hominum raritatem subindicat, cujusmodi est illud : *Quis novit sensum Domini* [21]! et illud, *Quis annuntiabit vobis locum æternum* [22]? atque illud : *Quis est prudens ac fidelis œconomus* [23]? Nunquid postquam Deum interrogavit, responsionem obtinuit? . . . Non enim unica res gesta strenuum hominem ad perfectionem ducit; sed per totam vitam virtutis operibus insistendum. » Videamus nunc quomodo pseudo-Basilius frigida quadam periphrasi mox Eusebiana amplificet, mox eadem ad verbum exprimat. Igitur sic loquitur : Τὸν τέλειον ἡμῖν ὁ λόγος ὑπογράψαι βουλόμενος, τὴν τῶν μακαρισμῶν ἐπιτυγχάνειν μέλλοντα, τάξει τινὶ καὶ ὁδῷ τῶν περὶ αὐτὸν θεωρουμένων χρησάμενος, ἀπὸ τῶν προσεχεστέρων καὶ πρώτων τὴν ἀρχὴν πεποίηται· *Κύριε, τίς παροικήσει ἐν τῷ σκηνώματί σου;* Ἡ παροικία ἐστὶ διαγωγὴ πρόσκαιρος, οὐχ ἱδρυμένην ζωὴν, ἀλλὰ παροδικὴν, ἐπ' ἐλπίδι τῆς ἐπὶ τὰ κρείττονα μεταστάσεως, ὑποφαίνουσα... Διὸ καὶ ὁ Δαυὶδ περὶ ἑαυτοῦ φησι· *Πάροικος ἐγώ εἰμι παρὰ σοὶ καὶ παρεπίδημος, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου.* Πάροικος γὰρ Ἀβραὰμ, οὐδὲ βῆμα ποδὸς ἰδίας γῆς κεκτημένος, ἀλλ' ὅτε ταφῆς αὐτῷ ἐδέησεν, ἀργυρίου κτησάμενος ταύτην φαίνεται· δεικνύντος τοῦ λόγου, ὅτι ζῶντα μὲν ἐν τῇ σαρκὶ πάροικον εἶναι προσήκει, μεταβαίνοντα δὲ ἀπὸ τῆς ζωῆς ταύτης τοῖς οἰκείοις ἐναναπαύεσθαι. Διὰ τοῦτο ἐν μὲν τῇ ζωῇ ταύτῃ παροικεῖ τοῖς ἀλλοφύλλοις, ἐν δὲ τῇ ταφῇ οἰκείαν ἑαυτῷ τὴν δεξομένην αὐτοῦ τὸ σῶμα γῆν ἐπραγματεύσατο. Μακάριον δὲ τῷ ὄντι, μὴ ὡς οἰκείοις προστετηκέναι τοῖς ἐν τῇ γῇ .... σπάνιος δὲ ὁ τοιοῦτος, ὁ μὴ ὡς ἰδίοις προσέχων τοῖς παροῦσιν .... *Τίς οὖν παροικήσει ἐν τῷ σκηνώματί σου;* Σκήνωμα τοῦ Θεοῦ ἡ παρ' αὐτοῦ δεδομένη σὰρξ τῇ τοῦ ἀνθρώπου ψυχῇ εἰς ἐνοίκησιν ὀνομάζεται .... οὕτω καὶ ἡμῖν κατὰ συγγραφὴν ἡ τῆς σαρκὸς ἐπιμέλεια παραδέδοται, ὥστε προσηκόντως αὐτὴν φιλοπονήσαντας, ἔγκαρπον ἀποδοῦναι τῷ δεδωκότι. Ἐὰν δὲ ᾖ Θεοῦ ἁγία ἡ σὰρξ, γίνεται τῷ ὄντι Θεοῦ σκήνωμα, κατὰ τὴν ἐνοίκησιν αὐτοῦ εἰς τοὺς ἁγίους.... εἶτα προκοπὴ καὶ πρόοδος ἡ ἐπὶ τὸ τελειότερον. *Καὶ τίς κατασκηνώσει ἐν ὄρει ἁγίῳ σου;* Ἰουδαῖος μὲν ὁ γήϊνος ὅταν ὄρος ἀκούσῃ, πρὸς τὴν Σιὼν ἀποτρέχει.... ὄρος ἐκεῖνο τὴν ὑπερουράνιον χώραν, τὴν περιφανῆ καὶ λαμπράν· περὶ οὗ ὁ Ἀπόστολος λέγει, *ὅτι Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ*, ἐν ᾗ πανήγυρις ἀγγέλων, καὶ Ἐκκλησία πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς. Ἐπὰν οὖν τις παρέλθῃ τὴν σάρκα ταύτην ἀπροσπαθῶς, ὡς ἀλλοτρίαν παροικῶν, καὶ οὐχ ὡς ἰδίας ἐξηρτημένος, οὗτος διὰ τὸ νεκρῶσαι αὐτοῦ τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὸν ἁγιασμὸν κατορθώσας, ἄξιός ἐστι τῆς ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει κατασκηνώσεως· ἧς ἐπιθυμῶν ὁ Ψαλμῳδὸς ἔλεγεν, ὅτι *Διελεύσομαι ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς*· καὶ τὸ, *Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων*.... Σπάνιος δὲ καὶ ὁ παροικῶν ἐν τῷ σώματι, καὶ ὁ κατασκηνῶν ἐν τῷ ὄρει. Διὰ τοῦτο ὡς ἀπορῶν ὁ λόγος φησί· *Τίς παροικήσει;* καὶ, *Τίς κατασκηνώσει;* ὡς τὸ, *Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου;* καὶ τὸ, *Τίς ἀναγγελεῖ ὑμῖν ὅτι πῦρ καίεται;* καὶ τὸ, *Τίς ἀναγγελεῖ ὑμῖν τὸν τόπον τὸν αἰώνιον;* καὶ τὸ, *Τίς ἄρα ὁ πιστὸς καὶ φρόνιμος οἰκονόμος;* Τάχα δὲ καὶ ἐρωτηματικόν ἐστι τὸ, *Τίς*, ὡς ἀπόκρισιν ἐπιζητοῦντος .... Οὐ γὰρ μία πρᾶξις τελειοῖ τὸν σπουδαῖον, ἀλλὰ παντὶ προσῆκε τῷ βίῳ τὰς κατ' ἀρετὰς ἐνεργείας συμπαρατείνεσθαι. « Scriptura, cum virum perfectum nobis describere vult, eum videlicet, qui adeptus sit beatitudinem, ordine quodam hac via in iis, quæ circa ipsum considerantur, usa, ab iis quæ magis obvia sunt et prima, initium duxit. *Domine, quis peregrinabitur in tabernaculo tuo* [24]? Peregrinatio est commoratio temporaria, quæ vitam non stabilem, sed transitoriam ob spem ad meliora emigrandi indicat..... Ideo et David de se ipso ait : *Incola ego sum apud te et peregrinus, sicut omnes patres mei* [25]. Incola enim fuit Abraham, qui ne passum quidem pedis terræ propriæ possedit; sed ubi opus ei sepulcro fuit, id argento mercatus fuisse perhibetur [26]. Ostendit scilicet Scriptura in carne viventem, incolam esse oportere, migrantem vero ex hac vita, in locis propriis requiescere. Propterea in hac vita incola est cum alienigenis : in sepultura vero propriam terram corpus suum exceptura sibi ipse comparavit. Porro beatum plane fuerit, rebus terrenis non ut propriis addictum esse... Rarus autem is est, qui præsentibus non ut propriis studeat..... *Quis igitur peregrinabitur in tabernaculo tuo?* Tabernaculum Dei, caro dicitur, quam ipse animæ hominis dedit pro habitatione.... ita et nobis ex syngrapha commissa est caruis cura, ut eam decenter excolentes, largitori fructiferam reddamus. Quod si Deo digna est caro, revera Dei

[17] Psal. XIV, 1. [18] Hebr. XII, 22. [19] Psal. XLI, 5. [20] Psal. LXXXIII, 2. [21] I Cor. II, 16. [22] Isa. XXXIII, 14. [23] Luc. XII, 42. [24] Psal. XIV, 1. [25] Psal. XXXVIII, 13. [26] Gen. XXIII, 16.

Digitized by Google

tabernaculum efficitur, ad eum modum, quo habitat in sanctis..... Deinde profectus quidam fit et progressio ad quiddam perfectius. *Et quis requiescet in monte sancto tuo*[27] ? Judæus quidem terrester cum montem audit, ad Sion recurrit..... Mons ille locum cœlestem, splendidum et conspicuum significat, de quo Apostolus ait : *Accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem*[28] : in qua est celebritas angelorum, *Ecclesia primitivorum qui conscripti sunt in cœlis*[29]. Postquam igitur quispiam hac carne quasi in transcursu citra affectum usus est, eam ut alienam incolens, nec ei ut propriæ deditus, is propterea quod sua membra, quæ sunt supra terram, mortificavit, exercuitque sanctimoniam, dignus est qui in monte sancto requiescat, cujus requiei cupidus Psalmista dicebat : *Transibo in locum tabernaculi admirabilis*[30] : et, *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum*[31] ! Rarus autem est et qui in corpore tanquam incola habitat, et qui in monte requiescit. Propterea Scriptura, ut dubitans, ait : *Quis peregrinabitur?* et *Quis requiescet?* Quemadmodum illud : *Quis cognovit mentem Domini*[32] ? Item illud : *Quis annuntiabit vobis quod ignis ardet*[33] ? et illud : *Quis annuntiabit vobis locum æternum*[34] ? et, *Quis, putas, fidelis est et prudens dispensator*[35] ? Fortasse autem et illud, *Quis*, interrogative dicitur quasi exquireret responsum..... Non enim gratio una virum probum efficit, sed opera virtutis extendi oportet ad vitam omnem. » Hæc etsi longiora, exscribere visum est, quo furta quæ scriptor noster longa verborum circuitione occultare voluerat, facilius clariusque innotescerent. Jam velim comparetur prima hæc oratio in psalmum decimum quartum cum secunda oratione in psalmum eumdem. Ea est orationis secundæ ubertas, varietas, copia, quam paucissimi oratores non dico superare, sed imitari possint. Versiculus vel unicus amplissimam concionandi materiam Basilio subministravit. Hoc idem observatum volo et in enarratione in primum psalmum, in qua prima psalmi verba ita ornat amplificatque Basilius, ut si explicasset plura, concionis justos limites transgredi coactus esset. Possim et multa alia exempla mirificæ illius ubertatis, quam ei natura ad dicendum largita erat, hic congerere : sed cum doctis nota sint, ea referre necesse non est. Qui igitur fieri potuit, ut summus orator Basilius suæ ipsius facundiæ quasi oblitus, non sententias solum, sed ipsa etiam verba ab Eusebio mutuatus sit? Et quod magis mirabere, id fecisset Basilius non cum unum psalmi alicujus versiculum sibi explicandum proposuisset, sed multos : quod et indigentiam summam in scriptore arguit, nec ullo modo cum Basiliana facundia potest conciliari. Et si autem sufficere arbitramur quæ diximus, ad demonstrandum hujus orationis falsitatem ; addemus tamen et alia, quibus hoc idem magis ostendatur. Quale est quod auctor ita scribit num. 1 : Ἐὰν δὲ ᾖ Θεοῦ ἀξία [σὰρξ], γίνεται τῷ ὄντι Θεοῦ σκήνωμα, κατὰ τὴν ἐνοίκησιν αὐτοῦ τὴν εἰς τοὺς ἁγίους. Nam mirari subit scriptorem, qui Eusebianus esse studeret, sententiam tamen Eusebianam barbaro loquendi genere expressisse. Dixerat Eusebianus usitate, ὡς ἂν γένηται καὶ σκήνωμα τοῦ Θεοῦ τοῖς ἁγίοις ἐνοικοῦντος, « Ut fiat et Dei tabernaculum, in sanctis habitantis : » ille vero inusitate, κατὰ τὴν ἐνοίκησιν αὐτοῦ τὴν εἰς τοὺς ἁγίους, ad verbum, « secundum habitationem ipsius, quæ est in sanctos. » Quid est hoc, nisi βαρβαρίζειν, et in Græcis balbutire? Ejusdem generis est et illud : Ὅρος ἐκεῖνο τὴν ἐπουράνιον χώραν τὴν περιφανῆ καὶ λαμπράν, περὶ ἧς ὁ Ἀπόστολος λέγει, etc. : ad verbum, « mons ille locum cœlestem, splendidum, de quo Apostolus ait, » etc. Scriptori excidit, quod ad absolvendam periodum addere debuerat. Nec absimile illud : Ἐκεῖ ἡμᾶς καὶ ἡ πρὸς τοὺς πλησίον τῷ λόγῳ ἐκείνης τῆς ἐν τῷ ὄρει κατασκηνώσεως, καὶ ἡ ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας γινομένη φιλία κατασκηνοῖ, « Illic nobis et proximi amor, qui causa illius requiei in monte fruendæ exhibetur, et amor qui ex mammona iniquitatis nascitur, habitationem præbet. » Certe quo magis hæc considero, eo magis mihi persuadeo, Basilium rectius et locuturum fuisse, et cogitaturum. Nam illa, κατασκηνοῖ ἡμᾶς, pro eo quod est, « faciet ut habitemus, » invenire non est neque apud Basilium, neque fortasse apud alios idoneos scriptores. Sententiam verborum jam si expendamus, ea non puto reperiri quidquam posse aut ineptius (*a*), aut quod a sana mente magis abhorreat. Nam si proximi amor deducit nos ad cœlestem beatamque requiem, amor qui ex mammona iniquitatis nascitur, ab ea utique nos abducit. Quod in fine orationis legitur, *Τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ, Qui pecuniam suam non dedit ad usuram*[36], aut (variant enim libri), *Τῷ αἰτοῦντί σε δός, καὶ ἀπὸ τοῦ θέλοντος δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῇς. Qui petit a te, da ei ; et volenti mutuari a te, ne avertaris*[37], id vel solum concionis hujus falsitatem detegit. Etenim si legeris, τὸ ἀργύριον αὐτοῦ, etc., Basilius ipse orationis secundæ initio docet se hunc Psalmi versiculum in concione priore ob temporis angustias omisisse : si vero legeris, τῷ αἰτοῦντί σε, etc., hoc constat cum præcedentibus nullo modo cohærere. Postquam enim dixerat multa scriptor in hunc versum : *Qui jurat proximo suo, et non decipit*[38], quid attinebat subito et præter omnium exspectationem illa Matthæi, *αἰτοῦντί σε*, etc., explicare? Præterea si Basilio per tempus non licuit verba Davidis explanare, quomodo ei facultas fuit Matthæi verba exponendi? Arbitror Parisienses typographos hæc incommoda

[27] Psal.. XIV, 1. [28] Hebr. XII, 22. [29] ibid. 23. [30] Psal. XLI, 5. [31] Psal. LXXXIII, 2. [32] I Cor. II, 16. [33] Isa. XXXIII, 14. [34] ibid. [35] Luc. XII, 42. [36] Psal. XIV, 5. [37] Matth. V, 42. [38] Psal. XIV, 4.

(*a*) Hæc retractavit D. Garnerius in Præfatione tomi II [III], § XIV. EDIT.

Digitized by Google

persensisse ; ob idque non edidisse, αἰτοῦντί σε, etc., sed, τὸ ἀργύριον αὐτοῦ, etc. Sed imprudentes in majus incommodum inciderunt. Nam, prætermissa fuisse in prima oratione verba illa, τὸ ἀργύριον, etc., monet locupletissimus testis Basilius. Basilii igitur non est hæc oratio, sed alterius cujusvis, qui quod concionem illius nusquam comparere videret, hoc damnum suo ipsius labore et opera utcunque resarcire voluit.

34. Duas habemus in psalmum vicesimum octavum orationes, quarum quidem posterior jure rejicitur ab omnibus ; altera vero, nemine reclamante, Basilio tribuitur. Sunt tamen quæ molestiam quoque exhibeant in prima illa oratione, si non alteri, mihi certe maximam. Nam illud quasi certum criticis principium posuimus, Basilium eum non fuisse, qui scripta Eusebii ad verbum compilaret. Et tamen in hac oratione occurrunt nonnulla, quæ totidem syllabis in Eusebio leguntur. Primum exscribam quæ reperiuntur apud Basilium, deinde, quæ in Eusebio. Sic igitur legimus in Basilii oratione num. 4 : Ὅτε αἰθρίας οὔσης ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ Καρμήλου ἤκουσε φωνῆς ὑδάτων πολλῶν ... Ὁ γὰρ πάντα ἰσχύων ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντι αὐτὸν Χριστῷ, οὗτος ἀκούει τῶν ἐντολῶν τοῦ Κυρίου, καὶ ποιεῖ. Φωνὴ οὖν Κυρίου, οὐκ ἐν τῇ ἀσθενεῖ καὶ ἐκλελυμένῃ ψυχῇ, ἀλλ' ἐν τῇ εὐτόνως καὶ ἰσχυρῶς κατεργαζομένῃ τὸ ἀγαθόν. « Quando, occupante Carmeli verticem sudo, aquarum multarum vocem audivit ..... Qui enim omnia potest in eo qui ipsum corroborat, Christo, is audit Domini mandata, et facit. Vox igitur Domini non in debili et dissoluta anima, sed in ea, quæ strenue ac viriliter bonum perficit. » Eadem plane reperimus in Eusebio. Ejus itaque hæc sunt verba : Ὅτι αἰθρίας οὔσης ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ Καρμήλου, ἤκουεν φωνὴν ὑδάτων πολλῶν ... ὁ γὰρ πάντα ἰσχύων ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντι αὐτὸν Χριστῷ, οὗτος ἀκούει τῶν ἐντολῶν Κυρίου, καὶ ποιεῖ. Φωνὴν οὖν Κυρίου οὐκ ἐν τῇ ἀσθενεῖ καὶ λελυμένῃ ψυχῇ, ἀλλ' ἐν τῇ εὐτόνῳ ἰσχυρῶς κατεργαζομένῃ τὸ ἀγαθόν. « Quia cum in vertice Carmeli aer serenus esset, audiebat vocem aquarum multarum[39] ... Nam qui omnia potest in Christo, qui se confortat[40], is præcepta Domini audit, et ea exsequitur. Vox ergo Domini non in debili ac soluta anima, sed in robusta quæ naviter bonum operatur. » Hæc cum legerem, prope factum est, ut hanc orationem e numero Basilianarum deleverim, hoc præsertim nixus argumento, quod in iis orationibus, quæ certo magnum illum Basilium habent auctorem, nihil tale repereram. Erant et alia, quibus non modice augebatur suspicio. Ea enim quæ dicuntur de bonis operibus, quæ fieri debent coram hominibus, deque primitiis, quæ dandæ sunt ex justitiæ fructibus, et de adoratione, quam fieri oportet intra ecclesiam, videri poterant ex Eusebio sumpta fuisse. Attamen, re diligentius considerata, melius judicavi de oratione, in qua alioqui dictionis Basilianæ vestigia, ut in ejusmodi rebus, satis perspicua exstant. Hanc igitur orationem e numero Basilianarum expunctam nolim. Sed cum in eadem sententia semper permaneam, verisimile non videri, tantum ac talem virum Basilium ex Eusebio fragmenta satis longa ad verbum sumpsisse, arbitror fecisse librarios more suo, ut aliquando diversas diversorum scriptorum interpretationes inter se conjungere non vererentur. Puto igitur illud, Ὅτι αἰθρίας οὔσης ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ Καρμήλου, ἤκουεν φωνὴν ὑδάτων πολλῶν, e Basilio in Eusebium a librariis translatum esse. Etenim, si Eusebius ipse ita scripsisset, mentionem fecisset ejus qui hæc audiverat, Eliæ videlicet ; quod cum non fecerit, non ipse putandus est hæc scripsisse, sed librarii. Et de illis verbis, Ὁ γὰρ πάντα ἰσχύων, etc., idem quoque sentio. Sed antequam meam mentem aperiam, monere juvat, aliquos psalmorum versiculos aut ab Eusebio explanatos non fuisse, aut potius eorum explanationem a negligentibus quibusdam librariis fuisse omissam. Certe quidem ut in aliis quibusdam psalmis, ita in hoc interpretationem quorumdam versiculorum deesse constat. Ejus generis est illud, « Dominus diluvium inhabitare facit, et sedebit Dominus rex in æternum[41]. » Suspicor igitur librarios aliquos, qui viderent horum verborum, « Vox Domini in virtute[42], » explicationem in Eusebio non amplius exstare, e Basilii oratione supplevisse illa, Ὁ γὰρ πάντα ἰσχύων ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντι, etc., « Qui enim omnia potest in eo qui, » etc. Jam ad secundam orationem in eumdem psalmum quod attinet, de ea nulla est, quod sciam, controversia inter eruditos. Nam uno omnium consensu in spuriis ponitur, necdum ullum sui patronum nacta est. Et vero ejus vοθεία ita conspicua est, ut nemo, nisi plane obesæ naris, non statim eam perspiciat. Jam litteris proditum est hanc orationem in multis codicibus desiderari : in ipsa repeti eadem, quæ in priore fuerant explicata : eam denique a Basilianis elegantia multum distare, et copia. Hominis alicujus qui se exercere, seque ad Basilii imitationem comparare voluisset, opus esse vel cæco apparet. Hæc igitur dixisse satis habebimus, qui in rebus perspicuis tempore abutendum et argumentis non putemus.

35. Præter spem acciderat, ut in prima Basilii in psalmum vicesimum octavum oratione occurrerent nonnulla, quæ totidem verbis in Eusebio reperiuntur. Sed legenti mihi ejusdem in psalmum tricesimum secundum enarrationem, aliquid magis inexspectatum contigit. Nam cum pauca essent in explanatione psalmi vicesimi octavi, tam multa sunt in ea quæ exstat in psalmum tricesimum secundum, ut ab iis exscribendis fere deterrear. Quia tamen Eusebii in psalmos Commentarius rarior est, illius verba subjiciam, quæ cum Basilii oratione suo loco edenda a curiosis poterunt comparari. Eusebii igi-

[39] Psal. xxviii, 3. [40] Philipp. iv, 13. [41] Psal. xxviii, 10. [42] ibid., 4.

Digitized by Google

tur verba sunt hæc : *Τῷ λόγῳ τοῦ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν.* Τῷ οὖν Πατρὶ πᾶσα ἡ δύναμις ἡ ὑπερουράνιος ἐστερεώθη · τουτέστιν, τὸ εὔτονον καὶ βέβαιον καὶ πάγιον ἐν ἁγιασμῷ, καὶ πάσῃ πρεπούσῃ ταῖς ἱεραῖς δυνάμεσιν ἀρετῇ, ἐκ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐπικουρίας ἔχουσιν. Ἐνθάδε μὲν οὖν πνεῦμα στόματος αὐτοῦ ἀναγέγραπται. Εὑρήσομεν δὲ ἀλλαχοῦ καὶ λόγον στόματος αὐτοῦ εἰρημένον · ἵνα νοηθῇ ὁ Σωτὴρ καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ Πνεῦμα. Ἀμφότερα δὲ συνήργησεν ἐν τῇ κτίσει τῶν οὐρανῶν καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς δυνάμεων. Διὰ τοῦτο εἴρηται · *Τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν.* Οὐδὲν γὰρ ἁγιάζεται (εἰ) μὴ τῇ παρουσίᾳ τοῦ Πνεύματος. Ἀγγέλων γοῦν τὸν μὲν εἰς τὸ εἶναι πάροδον ὁ δημιουργὸς Λόγος ὁ ποιητὴς τῶν ὅλων παρείχετο · τὸν ἁγιασμὸν δὲ αὐτοῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον συνέφερεν · οὐ γὰρ νήπιοι κτισθέντες οἱ ἄγγελοι. « *Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum* [43-44]. A Patre igitur omnis virtus cœlestis firmata est, id est, firmitas, soliditas, stabilitasque in sanctificatione ac omni sacris potestatibus convenienti virtute ex Spiritus auxilio data est. Hic porro spiritus oris ejus scriptum est. Alibi quoque reperire est Verbum oris ejus, ut his intelligatur Salvator et sanctus ejus Spiritus. Uterque porro in creatione cœlorum et potestatum eorum cooperatus est. Ideo dictum est : *Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Nihil enim sine Spiritus præsentia sanctificatur. Angelis igitur transitum ad exsistentiam creator Verbum præbuit, universorum opifex : sanctificationem vero eodem tempore Spiritus sanctus indidit ; non enim infantes creati angeli sunt. » Reperias eadem apud Basilium suo loco. Quantam autem in ἀμηχανίαν me conjecerit res tam inopinata, dicere non queo. Necdum video qui fieri potuerit, ut Basilius qui et longos et egregios *De Spiritu sancto* libros conscripsit, ad Eusebii libros recurrere necesse habuerit, Spiritus sancti dignitatem gloriamque commendaturus. Nihil, opinor, magis a vero, aut a fide, imo nihil magis a verisimili abhorret. Quidvis igitur malim, quam tale aliquid de tanto viro existimare. Sed antequam rem diligentius expendamus, monebo videri mihi in Eusebio legendum esse, *τῷ οὖν Πνεύματι πᾶσα*, etc., ubi legitur, τῷ οὖν Πατρὶ πᾶσα, etc., tum quod ita in Basilii concione legitur, tum quod aliter orationis ἀκολουθία constare vix potest. Sane exiguum non est fragmentum illud, quod ex Eusebii commentario in Basilii orationem translatum esse diximus ; et tamen dubitari vix potest, quin id a librariis truncatum sit. Puto igitur post vocem ἄγγελοι supplenda esse illa, quæ in oratione Basilii leguntur : Εἶτα τελειωθέντες τῇ κατ' ὀλίγον μελέτῃ, οὕτως ἄξιοι τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποδοχῆς γεγόνασιν · ἀλλ' ἐν τῇ πρώ-

A τῃ συστάσει, καὶ τῷ οἱονεὶ φυράματι τῆς οὐσίας αὐτῶν, συγκαταβληθεῖσαν ἔσχον τὴν ἁγιότητα. Διὸ καὶ δυσμετάθετοί εἰσι πρὸς κακίαν, εὐθὺς, οἱοινεὶ βαφῇ τινι, τῷ ἁγιασμῷ στομωθέντες, καὶ τὸ μόνιμον εἰς ἀρετὴν τῇ δωρεᾷ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔχοντες. « Non enim infantes creati sunt angeli, deinde paulatim exercitio perfecti, sic effecti sunt digni, qui Spiritum reciperent : sed in prima constitutione, et quasi una cum substantiæ suæ mistura infusam habuere sanctitatem. Quapropter etiam ægre ad malitiam convertere se possunt, quippe qui illico sanctimonia veluti tinctura quadam corroborati sint, firmitatemque in virtute atque constantiam dono Spiritus sancti acceperint. » Nam si ex nulla alia re, certe ex voce εἶτα plane constaret omnia
B hæc ab eadem manu profecta fuisse, eaque conjungenda esse. Et quidem, si conjungantur, nemo non videt ipsa mirifice inter se cohærere. Quis autem facile crediderit hominem eloquentissimum Basilium tam multa ad verbum ab Eusebio sumpsisse ? Cui verisimile fiet summum hunc virum Eusebiana memoriter didicisse, cum ei, utpote in arte dicendi exercitatissimo, longe facilius fuisset ex tempore familiariter dicere, quam aliena memoriter pronuntiare? Quis enim, quæso, ea quæ apud auctores mediocris sortis legerit, memoriter discet, si ipse, cum sit disertissimus, possit ex tempore meliora, elegantiora, uberioraque de suo proferre ? Quod certe nemo oratorum unquam fecit, nec faciet, id oratorum optimum Basilium fecisse quis sibi per-
C suadebit? Sane Eusebiana illa, πάγιον ἐν ἁγιασμῷ, καὶ πάσῃ πρεπούσῃ ταῖς ἱεραῖς δυνάμεσιν ἀρετῇ, ἐκ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐπικουρίας ἔχουσιν, apud me dum reputo, probabile mihi non videtur Basilium memoriam suam ejusmodi suppellectile onerasse. Sed, etsi onerare induxisset animum, non parvum periculum erat, ne inter recitandum ob verborum malam constructionem novitatemque titubasset. Nam ita indiserte loqui non consueverat. Neque vero ei, cum de Spiritus sancti præsidio aut de cœlestibus potestatibus sermonem haberet, familiares erant
D voces ἱερός et ἐπικουρία. Imo vocabulum ἐπικουρία unquam ab eo adhibitum fuisse non memini. Occurrunt et alia in hoc fragmento, quantulum id cunque est, quæ familiaria non erant Basilio. Cur igitur Pater gravissimus, proprio habitu mutato, peregrinum induit ? Sperabatne gratiam novam ex verborum novitate, aut ex eorum insolita constructione orationi suæ accessuram ? Quis hoc credat? Ego quidem si crederem, illud de quo disceptamus fragmentum ex Eusebianis fontibus a Basilio haustum esse, jam insignis ille *De Spiritu sancto* liber, jam præclari illi *in Eunomium* libri mihi in suspicionem venirent. Non enim probabile mihi videretur, hominem, cui opus fuisset Eusebii commentario ad panca verba alicujus psalmi explananda, tam egregia opera componere potuisse. Sed longe satius duco fragmentum illud

[43-44] Psal. XXXII, 6.

Digitized by Google

tanquam peregrinum rejicere, quam de celeberrimis illis quos dixi libris vel minimum dubitare. Quando autem semel libri *De Spiritu sancto* mentionem feci, monebo eumdem illum versum psalmi tricesimi secundi, *Τῷ λόγῳ τοῦ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν*, etc., totis duabus paginis a Basilio explicari hoc in lib. cap. 16. Velim autem legatur hæc Basilii interpretatio ad omnem tollendam dubitationem. Nam tam erudite, tam eleganter, tam copiose hunc versum tractat, ut intelligere facile sit eum, cum psalmum tricesimum secundum interpretaretur, Eusebii auxilio ad ejusdem loci explanationem non indiguisse. Hæc est igitur nostra sententia, Basilium ne cogitasse quidem de Eusebio compilando. Fieri potuisse damus, ut orator optimus Basilius sententias aliquas ab Eusebio mutuatus sit, quas toto dicendi genere immutato suas fecerit; sed ipsa Eusebii verba, eaque multa, ab ipso sumpta esse pernegamus. Uno verbo, quidquid Eusebianum in Basilianis reperitur, omne id a librariis temere additum fuisse arbitramur. Incommoda, quæ ex hac opinione sequi videntur, præsentio quidem; sed non propterea a sententia deterreor. Non enim deerunt qui conquerantur, si ita est, nihil tuti, nihil indubitati, nihil firmi in Patrum scriptis amplius futurum, cum semper timendi erit locus, ne ea temere suis additamentis corruperint librarii. Sed malum tantum non esse puto, quantum primo intuitu videri potest. Primum enim ab operibus quæ et meditata, et manu ipsius auctoris conscripta sunt, corruptionis suspicio omnis amoveatur necesse est. Postquam enim Patres ejusmodi opera composuerant, tum ab eis tradebantur non quibuslibet librariis, sed domesticis, iisque diligentibus, qui ea accurate transcriberent. Nec enim aliter edi in lucem potuissent Patrum scripta, nisi ipsi exemplaria nonnulla exscribenda curassent. Librarii autem illi, quorum munus erat libros dominorum suorum describere, sine dubio omnem operam et curam in suo munere obeundo ponebant. Eoque magis, quod heriles oculi negligentes eos esse non sinerent. Neque vero timendum erat ne librarii alii, qui sibi victum transcribendis libris quæritabant, ejusmodi scripta corrumperent. Nam eorum fraudem dolumque, comparatis inter se exemplaribus, promptum erat detegere. Quibus semel detectis, nemo, opinor, homo conscriptos ab eis libros emisset. Præterea diligenter servabantur ipsa autographa, quibuscum descripta componere et conferre cuivis licebat. Sic quidquid est majoris momenti in Patrum scriptis, quidquid insignius, quidquid utilius, id in tuto esse, ex iis quæ diximus, patet. Quales sunt tractatus de fide, de dogmatis, de rebus difficilioribus: quales libri, qui aut ad historiam, aut ad disciplinam ecclesiasticam, aut ad controversiam pertinent; epistolæ denique. Non enim dubitari potest quin ejus generis opera omnia ex ipsis autographis a librariis et domesticis et diligentibus exscripta sint, sicque ad nos usque fideliter pervenerint. Uno verbo, opera omnia quæ ab ipsis auctoribus conscripta sunt, suspicione omni vacabunt, ob eas quas attulimus rationes. Ad quod genus referri quoque debent panegyrici, orationes de mysteriis et de rebus difficilioribus, et quævis aliæ, quæ majorem industriam elegantiamque præ se ferunt, quam ut ex tempore pronuntiatæ fuisse dici possint. Fateor videri quosdam Patres, quæ eorum erat facundia, aliquando ad populum ex tempore sermonem habuisse, præsertim, cum solum sibi proposuissent plebem ad virtutem amplectendam cohortari. Sed et has ipsas orationes ab omni corruptionis periculo vindicare difficile non est. Quod ut melius intelligatur, rem, ut factam esse arbitramur, dicemus. Aderant, cum Patres concionarentur, periti quidam notarii, qui loquentium verba exciperent. Nec enim alium modum quo ejusmodi orationes ad nos transmitti potuerint, video. Et vero probabile non est, Patres ea quæ ex tempore pronuntiarant, postea domum ingressos scripsisse; cum eorum quæ sic imparati dixerant, ne meminisse quidem potuissent. Igitur notarios ad orationes quæ ex tempore habebantur exscribendas adhibitos esse, qui rem attentius consideraverit, negaturum puto neminem. Jam vero notariorum illorum tanta erat celeritas industriaque, ut timendum non esset, ne quid scribendo omitterent. Nam, ut docet Martialis lib. XIV, epigr. 208, de notariis loquens,

Currant verba licet, manus est velocior illis;
Nondum lingua suum, dextra peregit opus.

Ex quibus efficitur vel extemporales illas orationes, si paucas quasdam *in Psalmos* exceperimus, depravationi non ita multum obnoxias fuisse. Cur autem enarrationes quædam *in Psalmos* facilius quam reliquæ conciones corruptæ sint, nunc declarare operæ pretium est. Puto hujusmodi *in Psalmos* orationes minoris venditas fuisse, ob idque præcipue negligentius a librariis exscriptas. Cum enim manibus omnium tererentur innumeri *in Psalmos* sive commentarii, sive sermones, quibus eadem sæpe cantilena canebatur; hinc factum est ut emptores qui jam hujusmodi mercibus abundabant, ad emendum forent segniores. Præterea cum librarii, qui, si quid in iis orationibus deesset, id se resarcire nullo negotio posse confidebant, non ita diligenter munere suo fungebantur. Et vero cum præ manibus haberent multos *in Psalmos* commentarios sermonesque, ex iis id quod in scribendo prætermiserant, facile supplebant. Accedit, quod Patres nonnunquam familiares illos *in Psalmos* sermones haberent aut ruri, aut in conventibus minus celebribus, quo ire nollent librarii diligentiores, experientia edocti, non tantum se lucri ex suo itinere, quantum speraverant, fecisse. Unde necesse erat orationes illas indiligentiorum manu exscribi; ideoque mirum videri non debet, si maculis aliquibus conspergantur. Notandum præterea, Patres non semper omnes cujuslibet psalmi versiculos sibi interpretandos proposuisse, sed aliquos aut omnino

Digitized by Google

omisisse, aut brevius explanasse : quod cum animadverterent librarii, rati fore, ut suus labor ex longitudine orationis æstimaretur; aut quod deerat, supplere, aut quod brevius explicatum fuerat, ex aliorum interpretum scriptis augere non dubitarunt.

36. Exstat inter Basilii opera enarratio quædam *in psalmum tricesimum septimum*, quam in dubium ab eruditis revocari monuimus num. 32. Tillemontius ita de ea dubitat ut ad eam defendendam magis propendere videatur. Sed eam spuriam esse atque adulterinam constat. Et certe repetitio vocum quarumdam quæ apud Basilium aut inusitatæ sunt, aut insolitæ, vel sola opusculi hujus falsitatem non obscure indicat. Ejus generis sunt voces, ἔφασκεν, γοῦν, συναρπαγή. Imo sunt et alia vocabula ita a Basilii genio abhorrentia, ut præstare ausim si non omnia, certe eorum aliqua in illius libris nusquam reperiri. Qualia sunt, συγκατιὼν, ἀντιβολεῖ, ὁ ἱερὸς ἀπόστολος, τῆς ψυχῆς αἰσθητήριον, ἀναπεμπάζεται. Sed quid plura ? Hæc de qua agimus enarratio Eusebii Cæsariensis fetus est, non Basilii. Nam quo plura reperiuntur in lucubratione ea quæ male inter Basilii opera collocata est, quam in vulgatis Eusebii commentariis, ex eo non efficitur totam eam Eusebio tribui non oportere : sed sequitur solum aliqua in Eusebii commentariis omissa fuisse. Ita autem esse multis argumentis probari cum possit, duo solum proferemus. Primum est, quod hanc lucubrationem quæ in Basilii editionibus legitur, ab eadem plane manu profectam esse totam quilibet paulo sagacior facile intelligat, cum idem stylus, idem ingenium, eadem citandorum interpretum ratio in toto sermone perspiciatur : alterum, quod aliquot versiculorum interpretationem in vulgatis Eusebii libris deesse constet. Puto igitur causam cur psalmi tricesimi septimi explanatio brevior sit apud Eusebium quam apud Basilium, aliam non esse, nisi quod librarii aut nacti sint codicem mutilum, aut popercerint labori.

37. Quædam Basilii *in Psalmos* orationes, in quibus fragmenta Eusebii ad verbum transcripta reperiebamus, non parum nobis, ut suo loco notavimus, exhibuere negotii. Et hæc quoque *in psalmum quadragesimum quartum* enarratio, quod huic eidem incommodo obnoxia sit, non minus nos male habet, quam priores. Verba Eusebii subjicimus, ut cum Basilianis, quæ suo ordine excudenda sunt, possint conferri. Hæc igitur leguntur apud Eusebium non longe ab initio : Τινὲς ᾠήθησαν ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Πατρὸς λέγεσθαι τὸν ψαλμὸν ἤτοι τὴν ᾠδὴν περὶ τοῦ *ἐν ἀρχῇ ὄντος πρὸς αὐτὸν Λόγου*, ὃν ἐκ τῆς οἱονεὶ καρδίας ἢ αὐτῶν τῶν σπλάγχνων, φησὶ, προήγαγεν, καὶ ἀπὸ ἀγαθῆς καρδίας ἀγαθὸς λόγος προῆλθεν. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ταῦτα ἐπὶ τὸ προφητικὸν ἀναφέρεσθαι πρόσωπον. Τὰ γὰρ ἐφεξῆς τοῦ ῥητοῦ οὐκέτι ὁμοίως ἐξομαλίζει ἡμῖν τὴν περὶ τοῦ Πατρὸς ἐξήγησιν. Οὔτε γὰρ ἂν περὶ τῆς ἑαυτοῦ γλώσσης ὁ Πατὴρ εἶπεν, ὅτι *Ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου. Ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων*. Οὐ γὰρ ἐκ τῆς πρὸς τοὺς ἀνθρώπους συγκρίσεως τὴν ὑπεροχὴν τοῦ κάλλους Ἔχει. Καὶ προῖὼν δέ φησι· *Διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως*. Οὐ γὰρ εἶπεν· Ἔχρισά σε ἐγὼ ὁ Θεὸς, ἀλλ', *Ἔχρισέ σε*· ὥστε ἐκ τούτου παρίστασθαι ἕτερον εἶναι τὸ διαλεγόμενον πρόσωπον. Ποῖον οὖν ἐστι τοῦτο, ἢ ὁ προφήτης ὁ χωρήσας τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰς αὐτὸν γενομένην ἐνέργειαν ; Hoc est : « Quidam arbitrati sunt ex persona Patris psalmum sive canticum pronuntiari de Verbo, quod *in principio erat apud Deum*[45], quodque ipse ceu ex corde, sive ex ipsis visceribus produxit : et ex bono corde bonum verbum prodiit. Mihi porro hæc ad propheticam personam referenda videntur : quæ enim post dictum hujusmodi subsequuntur, non ita planam exhibent nobis de Patre narrationem. Neque enim de lingua sua Pater dixerit : *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. Speciosus forma præ filiis hominum*[46]. Siquidem pulchritudinis præstantiam ex comparatione cum hominibus non mutuatur. In sequentibus vero ait, *Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ*[47] ; neque enim ait, Unxi te ego Deus, sed, *Unxit te :* ita ut hinc liquidum sit aliam personam esse quæ loquitur. Quænam igitur illa, nisi propheta, qui illapsam Spiritus sancti vim in se recepit ? » Basilii *in hunc psalmum* orationem si quis legere voluerit, in ea hoc Eusebii fragmentum syllabis totidem reperiet. Dixi sæpius, nec dicere desinam, me mihi persuadere non posse hominem disertissimum eumdemque copiosissimum Basilium græculi malam artem imitatum esse. Quid enim attinebat Basilium induere se pennis alienis, qui suis magis quam ascitis decorabatur ? Potuisse Basilium ab Eusebio sententias quasdam mutuari, quas politiori dicendi genere suas fecisset, non ierim inficias : sed eum ab eodem longam verborum seriem sumpsisse, ut credam vix adducar; præsertim cum sine multo labore elegantiora dixisset. Librarios igitur ea in re male officiosos hæc Basilianis annexuisse arbitror. Legas velim numerum 35, in quo eam in sententiam multa pro virili disputavimus.

38. Orationis ejus qua psalmus centesimus decimus quartus in Basilianis editionibus explanatur, reperiuntur quidem fragmenta in Corderiana catena, sed nomine diversorum, non Basilii. Alia enim tribuuntur Didymo, alia Chrysostomo, Theodoro alia, alia Anonymo. Sed locus ille qui ea in catena cuidam alteri tribuitur, non in uno Basilio, sed et in Eusebio quoque reperitur. Utri autem adjudicandus sit, ex stylo facile cognosci potest. Nam fragmentum illud dictionem Eusebianam usque adeo redolet, ut, qui decipiatur, putem fore neminem. Qua de re ut per se quisque possit judicare, verba ipsa ascribam. Sunt autem hæc : Ὁ κόσμος οὗτος αὐτός

[45] Joan. I, 1. [46] Psal. XLIV, 2, 3. [47] Ibid. 8.

Digitized by Google

τί ἐστι θνητὸς, καὶ χωρίον ἀποθνησκόντων ἐστίν. Ἐπειδὴ γὰρ σύνθετός ἐστι τῶν ὁρωμένων ἡ σύστασις, τὸ δὲ σύνθετον ἅπαν διαλύεσθαι πέφυκεν, ἐν τῷ κόσμῳ ὄντες, μέρος ὄντες τοῦ κόσμου, ἀναγκαίως τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ἀπολαύομεν. Ἐκεῖ δὲ οὐκ ἔστιν ἀλλοίωσις, οὔτε σώματος, οὔτε ψυχῆς. Οὐδὲ γάρ ἐστι λογισμοῦ παρατροπὴ, οὐδὲ μετάθεσις γνώμης, οὐδεμιᾶς περιστάσεως τὸ εὐσταθὲς καὶ ἀτάραχον τῶν λογισμῶν ἀφαιρουμένης. Χώρα ἐστὶν ἐκείνη τῶν ἔτι ζώντων, ἐν ᾗ μάλιστα εὐαρεστήσειν τῷ Θεῷ ὁ προφήτης κατεπαγγέλλεται, ὡς ὑπ' οὐδενὸς μέλλων τῶν ἔξωθεν διακόπτεσθαι ζώντων. Ἐκείνη χώρα ἐν ᾗ οὐκ ἔνι νὺξ, οὐκ ἔνι ὕπνος τὸ τοῦ θανάτου μίμημα, οὐκ ἔνι βρῶσις, οὐκ ἔνι πόσις τὰ τῆς ἀσθενείας ἡμῶν ὑπερείσματα, οὐ τῶν ἔξωθέν τι περιστατικῶν· ἀλλὰ χώρα ζώντων, οὐκ ἀποθνησκόντων διὰ τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ ζώντων τὴν ἀληθινὴν ζωὴν τὴν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. « Hic mundus vere et ipse mortalis, et morientium locus est. Quia enim rerum visibilium constitutio composita est, omne vero compositum solvitur ; cum in mundo et pars mundi simus, necessario naturæ universi consortes sumus ; at illic non est immutatio vel corporis vel animæ. Neque enim est cogitationis aberratio, neque sententiæ variatio, cum nulla calamitas pacatum tranquillumque cogitationum ordinem auferat. Illa item est regio viventium, ubi se maxime Deo placiturum Propheta prænuntiat ; ut qui a nullo extraneo ex numero viventium abscindendus sit. Illa regio est, in qua neque nox, neque somnus, mortis imago, neque cibus, neque potus, infirmitatis nostræ falcimenta, nec quidpiam eorum quæ extrinsecus molestiam creant ; sed regio viventium, nec per peccatum morientium, at vera vita viventium in Christo Jesu. » Plura quidem reperiuntur in Basilio ; sed quin restituenda sint hæc ipsa auctori suo Eusebio, dubitandi locus esse vix potest. Nam deesse multa in commentario eo quem *in hunc psalmum* conscripsit Eusebius, vel ex sola commentarii brevitate patet. Jam quid de hoc fragmento sentiam, paucis dicendum. Arbitror ascitum id esse, et huc ex Eusebianis iniqua manu exportatum. Cum autem hoc suspicandi mihi sint causæ multæ, tres tantum aut quatuor proferam. Prima est, quod Basilius itinere et labore defatigatus, brevitati, ut ex ipsa psalmi explanatione constat, studeret quam maxime ; nec proinde mirum videri debeat, si Basilius ut alias (*a*), et hic quoque psalmum non omnino exposuerit. Altera, quod postquam scriptor omnem hominum vitam tribus annorum hebdomadibus definivit, nihilominus, secum ipse non consentiens, eodem in loco quinque recenseat, tempus detentionis, accommodatam ad disciplinas ediscendas ætatem, annos ephebios, statum virilem, senectutem. Tertia, quod tantum abest ut hæc inter se cohæreant, ut potius redundare aperte videantur. Tria enim ait

A David : « ereptam esse animam suam a morte, oculos suos a lacrymis, pedes denique suos a lapsu [48] ; » quæ singula breviter quidem ut reliquos psalmi versiculos, sed apte explicarat Basilius. Quid igitur opus fuit multa effutire ad explicandum versum illum, *Placebo Domino in regione vivorum* [49], quem utpote valetudinarius et alioqui defatigatus consulto omiserat ? Nam prætermissam esse de industria explanationem verborum illorum, *Placebo Domino*, etc., haud dubio indicio est illud, quod ea, ut soleret, inter concionandum non recitarit. Quarta denique suspicionis causa est, quod verisimile non fiat hominem puri sermonis studiosissimum vocabulis impropriis et ab usu loquendi politiore abhorrentibus usum esse. Quis enim facile credat vocabulum, ἀποβολή, a Basilio adhibitum esse ad significandum dentium ortum, cum tamen per se significet potius eorum lapsus atque jacturam ? Arbitror Basilium hoc in loco προβολή non ἀποβολή scripturum fuisse. Quid quod verbum ἔνι sæpius in eadem periodo repetitum legimus, quod tamen difficile sit in Basilii operibus non controversis semel aut bis reperire ? Tantine faciebat Eusebium Basilius, ut cum posset ipse de suo meliora proferre, maluerit tamen Eusebianis uti ? Non dubito igitur quin totum illud, ὁ κόσμος οὗτος αὐτός τέ ἐστι θνητός, etc., ad finem usque, additum sit a librariis (*b*), qui ut orationem Basilii pluris venderent, eam ampliandam esse censuerunt. Timebant enim ne, si imperfecta videretur et manca, minoris æstimaretur ab emptoribus. Sane non parvam gratiam librariis habendam esse puto, qui orationes alias in alios psalmos, quorum quoque non singuli versus explicantur, nobis intactas reliquerint.

39. Inter psalmos quos aut explanavit Basilius, aut explanasse putatur, ultimo loco reperitur enarratio quædam in psalmum centesimum decimum quintum. Sed fragmenta omnia quæ ex hac interpretatione in Corderii catena citantur, æque ac in superiori psalmo, diversis scriptoribus, non Basilio tribuuntur. Et, ut verum fatear, inclinat animus ut hanc enarrationem in spuriis atque adulterinis ponam. Nam, ut interim de cæteris taceam, quid sibi vult illud : Ἀλλ' εἴθε κἀμοὶ γένοιτο πιστεῦσαι ἀξίως, ἵνα λαλήσω νῦν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ μεγάλῃ ταύτῃ πέντε λόγους ἐν τῷ νοΐ μου, « Sed utinam et mihi contingat digne credere, ut nunc magnæ huic Dei Ecclesiæ verba quinque in sensu meo dicam. » Certe non immerito additum est a scriptore, καὶ μηδεὶς καταχλευαζέτω τὸν λόγον, « Nec quisquam hunc irrideat sermonem. » Quid enim tunc factum sit, nescio quidem, sed probe scio hominum genus nunc ita comparatum esse, ut, si quis hodie hoc idem inter concionandum diceret, risus non paucis exprimeretur. Dicas auctorem, quicunque ille fuit, vaticino quodam furore concitatum exclamasse, ἀλλ'

[48] Psal. CXIV, 8. [49] ibid. 9.

(*a*) Vide homilias *in Psal.* I *et* LIX.

(*b*) Lege hom. *in psalmum* I, et in p. II ps. XIV.

Digitized by Google

εἴθε κάμοί, etc. Sed quam alienum sit turgidum illud loquendi genus a Basilii moribus, nemo, qui vel primoribus labris naturalem illam Basilianæ facundiæ pulchritudinem gustaverit, ignorat. Nec desunt alia in hac oratione, quæ phrasim Basilii et stylum minus sapiant. Cujusmodi sunt illa : Τί ἀναγκαστικώτερον.... οὐδὲ ζυγομαχῆσαι τὸ τί ἐστι. Videri quidem possunt hæc leviora : sed multo, opinor, gravius est illud : Τουτέστι, διψῶν ἐπὶ τὴν διὰ τοῦ μαρτυρίου τελείωσιν ἔρχομαι, « hoc est, sitiens ad martyrii consummationem contendo. » Cum enim multis locis locutus sit Basilius de Christi Domini morte, eum tamen unquam voce martyrii usum esse non arbitror. Neque vero dissimulandum, illum loquendi modum, ἐν τῷ κατόπιν ψαλμῷ, qui in hac oratione adhibitus est, Basilio perquam familiarem esse ; sed inde non sequitur, ut Basilius hujus explanationis parens sit; sed alter quivis, qui eum imitari studuerit. Cæterum cum quoquam pertinacius contendere nolo. Quare si quis hanc orationem Basilio tribuere voluerit, per me licet. Unum id etiam atque etiam rogo, ut mihi quoque, quid sentiam dicere liceat. Et quoniam magni interest nosse quid tribuendum sit sanctis Patribus, aut non tribuendum, summatim perstringam quæ dixi. Velim igitur ex suo quisque animo animum Basilii spectet. Nemo, opinor, futurus est, qui libenter velit plagiarius audire, maxime si ita sit facundus, ut nullo negotio id dedecoris vitare possit. Quam autem facile fuerit homini copiosissimo Basilio alicujus psalmi versiculos sine ope aliena explicare, inde certo cognoscitur quod vel unicus psalmi decimi quarti versiculus concionandi amplissimam materiam ei dederit. Mos est indisertorum disertos compilare; sed diserti indisertos opibus spoliare non norunt. Et quidem nostra ætate videmus optimos concionatores ab infacundis quibusdam quotidie compilari ; sed nondum contigit, quod sciam, ut optimi concionatores compilarint infacundos. Fateor fieri potuisse, ut Basilius, optimorum oratorum exemplo, aut Eusebium aut alium quemvis scriptorem antiquiorem imitatus sit, ab eisque aliquas sententias hauserit, quas ornarit suo modo: sed Basilium tam multa ad verbum ab Eusebio sumpsisse nunquam mihi persuadebo. Quis enim facile crediderit Basilium, hominem videlicet qui tam copiose, tam docte, tam eleganter de Spiritu sancto in totis duobus libris disseruit (*a*), ipsum tamen, cum divinitatem Spiritus sancti sibi declarandam proponeret, ad Eusebii commentarios confugisse, ex eisque permulta ad verbum surripuisse ; idque in re perquam facili, hoc est, in explicando versiculo sexto psalmi secundi et tricesimi. Et hæc quoque verba, ὁ κόσμος οὗτος, etc., quæ leguntur in interpretatione psalmi centesimi decimi quarti, tam aperte librariorum additamentum olent, ut ea in re neminem falli posse arbitremur. At dicet aliquis : Credibile quidem non est Basilium duo hæc fragmenta ab Eusebio mutatum esse : sed non ita incredibile est ipsum alia quædam loca Eusebiana suis annexuisse. Sed si ita est, inde necessario sequitur, ut Eusebiana Basilianis non nunquam attexuerint librarii. Verum si semel librarii deprehendantur in culpa, quæro jam cur omnium rei jure a nobis dici non possint. Hac ego ratione adductus superius dixi, habere me pro additamento librariorum quidquid ex Eusebii commentariis in Basilii orationes ad verbum translatum est. Sed, ut quisque melius ea de re judicet, velim legat assidue genuina opera Basilii ; legat præsertim præclaras illas orationes, in quibus quodlibet argumentum tam copiose tamque facile tractat, eum ut tempus defecisse videatur, non loquendi materia. Legat in primis orationem eam, quæ inter diversas decima quarta est, quam si non imparatus, at non ita multum paratus ad populum habuit : quæ tamen Libanium, qui et ipse erat dicendi optimus magister, tantum in admirationem rapuit, ut eam a Basilio muneris eximii loco poposcerit. Legat orationem vicesimam tertiam, cui finem imponere cum cogitaret, subito et præter exspectationem de quodam incendio admonitus, tam apposite tamque eleganter ea de calamitate locutus est, ut alter quivis vel paratissimus meliora dicere non potuisset. Et, quod magis ad rem pertinet, legat orationem in psalmum decimum quartum, elegantissimam illam quidem et rebus ac verbis refertissimam; et tamen ejus psalmi duo aut tria verba tantam dicendi copiam Basilio subministravere. Hæc qui paulo attentius consideraverit, melius, opinor, de Basilio existimabit, quam ut putet tantum ac talem virum, nisi Eusebium compilasset, paucos quosdam psalmorum versículos explanare non potuisse.

§ VII. *Pauca quædam, quæ notari debent in psalmis* I, VII *et* XXVIII.

40. Antequam ad alia transeamus, haud inutile esse judicavimus nonnulla hic adnotare. Nemo, quod sciam, dubitat, nec dubitari posse arbitror, quin oratio ea quæ inter Basilii opera reperitur in psalmum primum, Basilii vere sit. Et tamen verba illa, πάντα ὥσπερ ἐν μεγάλῳ τινὶ καὶ κοινῷ ταμείῳ τῇ βίβλῳ τῶν Ψαλμῶν τεθησαύρισται, quæ in Basilii proœmio leguntur, edita quoque in Eusebii *in Psalmos* prologo invenimus. Fluxerintne hæc ex Eusebianis in Basiliana, an e Basilianis in Eusebiana, quæri potest. Sed, quantum conjectura auguror, e Basilii oratione in Eusebii prologum transiere. Etenim verba illa in Eusebio connexa esse non videntur, neque cum præcedentibus, neque cum subsequentibus; contra, hæc ipsa mirifice apud Basilium cum tota reliqua oratione cohærere perspicuum est. Quod attinet ad orationem *in psalmum septimum*, quæ in Basilii editionibus sequitur, ægre nobis fuit, quod in ea nullum deprehenderimus vestigium homiliæ, id est ejus orationis

(*a*) Lege num. 35.

Digitized by Google

quæ ad populum habetur, cum tamen alioqui satis constet omnes Basilii *in Psalmos* orationes ad populum habitas esse. Ejus rei rationem reddere cum non possimus, eam discere a sagacioribus cupimus. Illud, παρὰ τὸν κτίσαντα, quod legitur in psalmo XXVIII, num. 2, aliter ab aliis interpretibus expressum est : qua de re pauca dicere libet. Quod ait vir eruditissimus Ducæus in suis ad hunc psalmum notis, duas has Apostoli voces[86] ita vertendas esse, *præterito Creatore*, in eo secutus est Hilarium, qui initio libri XII *De Trin.* verba Apostoli non aliter reddidit. Nec ob id solum probari debet ejusmodi interpretatio, quod sanctissimum doctissimumque virum Hilarium auctorem habeat, sed quod mentem Apostoli optime exprimat. Contra, qui aut cum Erasmo verterit, *supra eum qui condidit*, aut cum aliis quibusdam, *præter Creatorem*, quam longissime a Pauli proposito aberrabit. Quare, ut idem Ducæus monet, haud immerens reprehensus est Erasmus a Theod. Beza, quod ita interpretatus esset, ut Apostoli sententia in falsum sensum detorqueretur. Nam ex inepta illa Erasmi interpretatione sequitur impios illos de quibus sermo est hoc loco, cultum aliquem creaturis simul et Deo exhibuisse, cum hoc solo discrimine, quod Deo minorem, creaturis reddiderint majorem : quo nihil potest dici a Scripturæ sensu aut remotius, aut magis alienum. Constat enim ex Apostoli verbis, debitum Deo honorem a perfidis illis totum ad idola translatum esse. Ergo jure optimo vituperatus est Erasmus, qui Vulgatam lectionem, *Et servierunt creaturæ potius quam Creatori*, haud ita malam, pessima commutarit. Haud plane, nisi valde fallor, a Pauli sententia multum abluserit, qui dicet præpositionem παρὰ hoc loco vice præpositionis ἀντί positam fuisse, vimque illius habere, sic ut apostolicum illud, Καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, satis commode ita Latine reddi possit : *Et coluerunt ea quæ condita sunt pro eo qui condidit*, aut, *loco ejus qui condidit*. Peritissimi duo Scripturarum interpretes Eusebius et Basilius hæc psalmi vicesimi octavi verba, *Adorate Dominum in atrio sancto ejus*[86*], ita interpretantur, ut dicant adorationem fieri non debere extra ecclesiam : id quod viro eruditissimo (*a*) visum est longa explanatione atque curiosa indigere. Sed, ut mihi quidem videtur, opus non erat tam multis verbis ad sententiam Eusebii et Basilii exponendam. Nam, nisi valde fallor, satis fuisset dicere, ecclesiam his in locis sumendam non esse pro ipso templo, sed pro catholica communione. Hoc igitur docet uterque interpres Græcus, omnes omnino, qui vere Deum adorare volunt, ingredi oportere in catholicam societatem : extra quam nemo Deum vere adorare potest.

[86] Rom. I, 25. [86*] Psal. XXVIII, 2.

(*a*) *Coll. Græc. PP.* in Præf., p. 34.

§ VIII. *Quid sentiendum sit de Theodori Heracleotæ commentario.*

41. Edidit jamdudum eruditissimus vir Balthasar Corderius egregios tres tomos, in quibus continetur Paraphrasis *in Psalmos*, Commentarius in idem argumentum, Catena, quam vocant, e multis scriptoribus consarcinata. Non est quidem quod valde laborem, quis aut paraphrasim aut catenam scripserit; sed de scriptore commentarii, si pessimam suspicionem a Basilio amovere velim, multum sollicitus esse debeo. Scio hunc commentarium Theodoro Heracleotæ ab eo quem mox dixi viro doctissimo Balthasar Corderio tribui; nec nego adductum eum fuisse in hanc opinionem argumento gravissimo et ad persuadendum accommodatissimo : sed ipsi tamen ob eas quas statim proferam causas assentiri non queo. At præstat virum eruditissimum audire. « Catenam itaque, inquit, ex utrisque pleniorem contexui; quam ne solam darem, Commentarium Græcum anonymum, in charta quidem, sed perantiqua, eleganter conscriptum, ex Cæsarea addere placuit, hactenus quidem incognitum; nisi quod, dum ante mensem Romam veniens, Vaticanam pontificis, ac Quirinalem eminentissimi Francisci cardinalis Barberini Bibliothecam perlustro, et cum manuscriptis pervetustis, quæ in pergameno descripto ibidem servantur, confero, repererim esse Theodori Heracleotæ; cujus nomine ita erant inscripta : ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ ΘΡΑΚΗΣ ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΨΑΛΜΟΥΣ. Hoc ipso in loco edendum curavit Corderius testimonium illud Hieronymi e libro *De scriptoribus ecclesiasticis* : « Theodorus Heracleæ Thraciarum episcopus, elegantis apertique sermonis, et magis historicæ intelligentiæ, edidit sub Constantio principe Commentarios *in Matthæum* et *Joannem* et *in Apostolum* et *Psalterium*. » Ex quibus duo colligere licet, primum, commentarium illum Theodoro tributum esse ex fide codicum Vaticanorum et Barberinianorum : alterum, hunc eumdem commentarium editum a Theodoro fuisse, imperante Constantio. Sed, si ita est, frustra hactenus laboravimus; nobis vel invitis Basilius inter plagiarios numerabitur. Neque vero pro qualicunque plagiario habebitur; sed præcipuum quemdam locum inter eos obtinet. Etenim tam multa sunt, quæ totidem verbis syllabisque simul et in Theodori commentario leguntur, et in Basilii orationibus, ut, si Theodori opus esse semel fateamur, jam latrocinii suspicionem a Basilio removere non possimus.

42. Nec longe quærenda exempla sunt, cum ne quærentibus quidem sese passim offerant. Exscribere quidem omnia hæc loca longum esset, et alioquin inutile; sed fortassis e re fuerit aliqua in medium proferre, ut ex his de aliis similibus conje-

Digitized by Google

ctura fieri possit. Hæc itaque leguntur in commentario *in primum psalmum* : Οὐκ ἀπέκλεισε δὲ τοῦ μακαρισμοῦ τὰς γυναῖκας, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἡγεμονικωτέρου τὸ ὅλον ἐνεδείξατο. Μιᾶς γὰρ φύσεως καὶ ἀνὴρ καὶ γυνή. Οὐκ εἶπε δέ· ὃς οὐ πορεύεται. Ὁ μὲν γὰρ ἐν τῷ βίῳ τυγχάνων, οὔπω μακαριστὸς, διὰ τὸ ἄδηλον τῆς ἐκβάσεως· ὁ δὲ ἀναντιῤῥήτῳ τέλει τὴν ζωὴν κατακλείσας, οὗτος ἤδη ἀσφαλῶς μακαρίζεται (*a*). « Mulieres tamen a beatitudine non exclusit, sed ex principaliori totum declaravit : siquidem unius naturæ sunt vir et mulier. Non dixit autem, Qui non abit. Qui enim exsistit in hac vita, necdum beatus dici debet, propter incertitudinem eventus : at qui irrefragabili fine vitam conclusit, hic jam tuto beatus prædicatur. » Eadem reperias et in Basilii oratione *in primum psalmum*. Commentarius *in psalmum decimum quartum* exhibet quoque non pauca, quæ totidem syllabis reperire sit in oratione ea, quæ inter Basilianas edita est *in eumdem psalmum*. Sed cum opusculi hujus γνησιότης possit in dubium revocari, ex eo quidquam exscribendum non censuimus. Sequitur in Basilii editione enarratio prima *in psalmum vicesimum octavum*, quam si cum commentario comparaveris, eadem in utroque opusculo reprehendes. Sic enim legimus in commentario pag. 491 : Ὡς μὲν πρὸς τὸ αἰσθητὸν, ἐπεὶ αἱ νεφέλαι πλήρεις γενόμεναι ὕδατος, ψόφον ἀποτελοῦσι, καὶ ἡ θάλαττα πνεύματι ταραττομένη, βίαιον ἦχον ἐκπέμπει, δεικνύντος τοῦ λόγου, ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις μονονουχὶ βοᾷ, τὸν ἑαυτῆς δημιουργὸν καταγέλλουσα. Κἂν βροντὴ δὲ ἐκ νέφους ἐκραγῇ, οὐκ ἄλλο τι χρὴ νομίζειν, ἢ ὅτι ὁ Θεὸς τῆς δόξης ἐβρόντησε, καὶ ὅτι ὁ Κύριος τὴν ὑγρὰν οὐσίαν συνέχει δι' ἑαυτοῦ, et cætera non pauca, quæ quisque, si lubet, legere potest. Eadem autem exstant in Basilii oratione, non quidem continenter, sed interpositis nonnullis. Nec dissimilia quoque habentur in hunc psalmi versum : *Vox Domini intercidentis flammam ignis* [51]. Sed ubi legimus usitate et eleganter in Basilio, ἵνα ..... τὸ μὲν δριμὺ καὶ κολαστικὸν τοῦ πυρὸς τοῖς ἀξίοις τῆς καύσεως προσαπομένῃ, etc., « Ut... ignis quidem asperitas ac torquendi proprietas iis qui adustione digni sunt servetur, » etc., inusitate et barbare editum in Commentario invenimus, ἵνα τὸ μὲν δριμὺ καὶ καυστικὸν τοῖς ἀξίοις καύσεως προσαποδείσοι, « ita ut acerbitas quidem et urendi vis ustione dignis deputetur. » Sed facile crediderim mendum esse librariorum, qui, pro προσαπομένῃ, προσαποδείσοι oscitanter scripsere. Commentarii auctor, quisquis ille fuit, fecit more suo, ut, cum psalmum vicesimum nonum interpretaretur, Basilii *in eumdem psalmum* orationem compilarit. Libet nonnulla ascribere. Ita igitur legitur : Μακάριος δὲ ὁ τὴν ἐν τῷ βάθει αὐτοῦ πληγὴν γνωρίζων, ὡς δύνασθαι προσιὼν τῷ ἰατρῷ λέγειν. Ἴασαί με, Κύριε. Ἐνταῦθα μέντοι εὐχαριστία ἐστὶν ὑπὲρ τῆς ἐπαχθείσης ἰατρείας... Οὐ πάντων δὲ Θεὸς ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τῶν οἰκειωθέντων αὐτῷ δι' ἀρετῆς... οὐδὲν, φησὶ, γέγονε μέσον τῆς ἐμῆς φωνῆς, καὶ τῆς σῆς χάριτος, ἀλλ' ὁμοῦ ἀνέκραξα, καὶ προσῆλθεν ἴασις. « Beatus autem ille, qui in fundo suam plagam agnoscit, ut possit ad medicum accedens, dicere : *Sana me, Domine* [51*]. Hic itaque gratias agit pro curatione quam fuerat consecutus... Deus autem non omnium Deus, sed eorum qui ob virtutem ipsi familiares sunt. Nihil, inquit, intercessit inter vocem meam, et gratiam tuam; sed simul ut clamavi, curatio advenit. » Hæc qui voluerit conferre cum Basilianis, utraque haud dissimilia reperiet. Plura qui cupit, legat explanationem horum versuum, « Psallite Domino, » et, « Confitemini memoriæ sanctitatis ejus : » quibus in locis, ut sæpe alias, inepte plagiarium agit auctor commentarii. Idem sentiendum de enarratione *in psalmum tricesimum secundum*, in qua tam multa sunt, quæ e Basilii *in eumdem psalmum* oratione ad verbum sumpta esse constat, ea ut malim indicare, quam exscribere. Legantur igitur quæ in commentario habentur in hos versus, *Confitemini Domino in cithara* [52] ; et : *Misericordia Domini plena est terra* [52*]; et : *Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum* [53] : quæ loca si cum Basilianis comparentur, nihil utraque inter se differre suis quisque oculis cernet. Nolumus tamen omnia quæcunque in commentario exstant in illud, *Verbo Domini*, etc., tribui Basilio, cum eorum partem maximam ex Eusebio sumptam esse credamus (*b*).

43. Quod si quæ indicavimus, nequaquam sufficere videantur, legi insuper potest expositio aliorum versuum, exempli causa illius : *Congregans sicut utrem aquas maris* [53*]; item illius : *Quoniam ipse dixit et facta sunt* [54]. Denique præstare audeo, si tota psalmi explanatio legatur, eadem passim et in commentarii auctore et in Basilio repertum iri. Pariter si in commentario legatur psalmus quadragesimus quartus, ipse quoque id quod a Basilio in eumdem psalmum dictum est, exhibebit. Cujus rei testimonium unum peti potest ex his psalmi verbis : *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis* [54*]. Nam versiculi hujus explicatio, quam in commentario legimus, si non tota, at ejus pars magna ex Basilii oratione sumpta est. Deinde rem eamdem mirifice confirmat illud commentarii pag. 834 : Τροπικῶς ἡγούμεθα ταῦτα λελέχθαι διὰ τὴν σάρκωσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου, ὅς ἐστι τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν. Διότι ὁ μηρὸς σύμβολόν ἐστι τῆς κατὰ γένεσιν ἐνεργείας. Ἐπειδὴ δὲ μέλλει συνάπτεσθαι τῇ ἀσθενείᾳ τῆς σαρκὸς ὁ Χριστὸς, καλῶς πρόσκειται τὸ, Δυνατέ. Μεγίστης γὰρ δυνάμεως, τὸ δυνηθῆναι Θεὸν ἐν ἀνθρώπου φύσει γενέσθαι. « Figurate existimamus hæc dicta esse propter incarnationem Verbi Dei, quod omni gladio acutius est. Quoniam femur sym-

[51] Psal. XXVIII, 7. [51*] Jer. XVII, 14. [52] Psal. XXXII, 2. [52*] ibid. 5. [53] ibid. 6. [53*] ibid. 7. [54] ibid. 9. [54*] Psal. XLIV, 2.

(*a*) Uti soleo vulgatis interpretationibus.

(*b*) Leg. num. 35.

Digitized by Google

bolum est operationis generativæ. Cum vero Christus infirmitati carnis copulandus esset, pulchre additur, *Potentissime*. Maximæ enim potentiæ erat, posse Deum nasci in natura hominis. » Siquidem Basilius explicans illud, *Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime* [85a], verbis iisdem utitur, sic tamen, ut fusior sit illius interpretatio. Idem omnino sentiendum de aliis quibusdam psalmi versiculis, quorum explicationem bis editam videmus, semel in commentario, iterum in Basilii oratione. Ejus generis versiculi sunt : *Myrrha et gutta et casia a vestimentis tuis a domibus eburneis* [85]; et : *Omnis gloria filiæ regis ab intus* [85a]; et : *Adducentur regi virgines post eam* [86]. Et vero quisquis utrumque opus evolverit, multa ad verbum aut e Basilii oratione in commentarium, aut e commentario in Basilii orationem translata esse facile ex locorum collatione cognoscet. Pauca quidem sunt *in psalmum sexagesimum primum*, quæ commentarii scriptori cum Basilio communia sint ; sed tamen quantulum id cunque est, rem se ita habere, ut diximus, ostendit. Lectam igitur volo in utroque opere expositionem hujus versiculi, *Non movebor amplius* [86a] : quam qui legerit, falsi nequaquam nos accusabit. Quod si cuipiam hoc sufficere non videtur, videat explanationem verborum illorum, *Ore suo benedicebant* [87]. Denique commentarii auctor et Basilius ita interpretantur verba illa psalmi centesimi quarti : *Deus noster miseretur* [87a]; et : *Custodiens parvulos Dominus* [88], ut aliquando unius interpretatio cum alterius interpretatione ipsis verbis syllabisque conveniat. Intelligere licet cum ex iis quæ exscripsimus, tum maxime ex iis quæ quisque in ipsis libris legere potest, aut Basilium fuisse plagiarium, non unum aliquem e multis, sed perquam insignem, aut isthæc librariorum opera in Basilii orationes irrepsisse, aut maximam partem orationum quæ Basilii nomine circumferuntur, ad eum non pertinere, aut denique Theodorum Heracleotem commentarii auctorem non esse. Sed Basilium inter insignes plagiarios recenseri, quis animo æquo ferat? Ex alia parte, cui verisimile fiet tam multa a librariis fuisse inserta Basilii orationibus? Nec video quoque, quomodo orationes Basilio tot sæculorum spatio ascriptæ, in quibus alioqui dictionis Basilianæ indicia non obscura exstant, pro spuriis haberi possint? Reliquum igitur est ut putemus hunc commentarium Theodori Heracleotæ opus non esse, sed scriptoris alicujus, qui cum e Basilio permulta sumpserit, Basilio simul et Theodoro posterior sit. Sed adhuc quæri potest utrum scriptor ille posterior quisquis est, de suo composuerit commentarium, an potius eumdem e multorum operibus concinnarit. Ad quam quæstionem solvendam neque longum tempus, neque multum laborem aut studium requiri arbitramur. Nam vox illa, « alius, » quæ non raro bis aut ter in eadem commentarii pagina legitur, vel sola satis ostendit eum commentarium, qui nomine Theodori Heracleotæ circumfertur, ejus unius fetum non esse, sed multorum ; ob idque non erraturum, qui hoc operis in catenarum numero reponet. Et vero si res diligentius expendatur, hac voce, « alius, » modo designari Origenem, modo Eusebium Cæsariensem, modo Athanasium, modo Didymum, modo Apollinarium, modo Basilium, modo Chrysostomum, modo Theodoretum aut alios quosvis, negari non poterit. Sed exempla pauca e multis subjicere præstat, quibus res ita manifesta fiat, ut nullus dubitationi locus relinquatur.

44. Initium ab Eusebio ducere visum est, quod Corderiani commentarii pars non minima ex eo sumpta esse videatur. Eusebii igitur verba sunt hæc ex enarratione *in psalmum primum* : Ἐπεὶ φυσικῶς ὀρεγόμεθα πάντες τοῦ μακάριοι εἶναι, τέλος ἀγαθοῦ τὸ μακάριον ὁριζόμενοι, πεπλανημένως γε μὴν πολλοὶ τοῦτο μεταδιώκειν ἐν σωμάτων ἡδοναῖς ἡγοῦνται... εἰκότως ὁ λόγος ἐν τούτοις ὅθεν ἐχρῆν τὴν κατ' ἀρχὴν ἐποιήσατο τῆς κατὰ Θεὸν ὑμνῳδίας, τὸν ἀληθῶς μακάριον καὶ τέλους ἀγαθοῦ τὸν παρὰ Θεῷ ἠξιωμένον ὑπογράφων. « Quandoquidem vel ipso naturæ instinctu omnes beatitudinem appetimus, boni finem statuentes felicitatem, erroreque mentis ducti complures illam in voluptatibus corporeis quærendam putant... hinc jure hymnorum ad Deum laudandum exordium ductum est, describiturque quisnam vere beatus sit, atque bonum finem a Deo consequatur. » Sic autem commentarii auctor loquitur : Μακαριότητος μὲν φύσει ἅπαντες ὀρεγόμεθα, τέλος ἀγαθοῦ τὸ μακάριον ὁριζόμενοι. Ἀλλ' ἐπειδή τινες ἐν σωματικοῖς ἀγαθοῖς τοῦτο εἶναι νομίζουσι πλανώμενοι, εἰκότως ὅθεν ἐχρῆν, τὴν ἁρμονίαν ὁ λόγος ἐποίησε τῆς κατὰ Θεὸν ὑμνῳδίας, τὸν ἀληθῶς μακάριον καὶ τέλος ἀγαθοῦ παρὰ Θεῷ ἠξιωμένον ὑπογράφων. « Beatitudinem quidem natura omnes appetimus, finem boni beatitudinem statuentes. Verum cum erronee nonnulli in corporeis bonis hanc sitam arbitrentur, merito, unde conveniebat, divinæ laudis harmoniam hic sermo concinnavit, dum vere beatum et qui a Deo finem boni adeptus est, describit. » Accedit, quod scriptor uterque, Eusebius et commentarii auctor, explanationem verborum illorum : *Et erit tanquam lignum quod plantatum est* [88a], etc., verbis iisdem et syllabis ordiatur. Etenim in Eusebii opere sic editum invenimus : Ὁ... τῷ θείῳ σχολάζων νόμῳ, καὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ λογικοῖς νάμασιν ἀρδόμενος, σφόδρα οἰκείως φυτῷ παρ' ὕδασιν ἐῤῥιζωμένῳ παραβέβληται. « Qui... divinæ legi vacat, et spiritualibus rivis ex ea fluentibus irrigatur, admodum apposite ligno, cujus radices proxime aquas positæ sunt, comparatur. » In commentario vero : Ὁ γὰρ τῷ θείῳ σχολάζων νόμῳ, καὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ νάμασιν ἀρδευόμενος, τῷ παρ' ὕδασιν ἑστῶτι δένδρῳ ἀπείκασται.

[85a] Psal. XLIV. 4. [85] ibid. 9. [85a] ibid. 14. [86] ibid. 15. [86a] Psal. LXI, 5. [87] ibid. 5. [87a] Psal. CXIV, 5. [88] ibid. 6. [88a] Psal. I, 3.

Digitized by Google

« Qui enim divinæ legi vacat, et rivulis ejus irrigatur, assimilatus est arbori juxta aquas constitutæ. » Et quoniam non multum refert utrum ea quæ transcribimus, cohæreant inter se, necne, psalmos singulos animus non est ordine percurrere: sed quidque, ut occurret, adnotare satis habebimus. Otio qui abundat quominus suæ curiositati satisfacere possit, nihil vetat. Quare ad psalmum vicesimum octavum transibimus, e quo nonnulla exempli loco proferentur, si tamen prius monuerimus Eusebium et commentarii scriptorem, dum initium psalmi decimi quarti interpretantur, non raro quoque eadem iisdem verbis dicere. Hæc igitur leguntur in enarratione Eusebii *in psalmum vicesimum octavum:* Ἐν οἷς ὁ λόγος τὴν εὐαγγελικὴν χάριν τὴν εἰς πάντα χυθεῖσαν τὰ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔθνη προευαγγελισάμενος . . . . ταῦτά τε κομίζειν παρακελεύεται, οὐκ Ἰουδαίοις, ἀλλὰ ταῖς πατριαῖς τῶν ἐθνῶν, ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς, *ταῖς συγγενείαις τῶν λαῶν* . . . . Διὸ καὶ ὠβέλισται παρὰ τοὺς Ἑβδομήκοντα, ὡς μὴ κείμενον μήτε ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, μήτε παρὰ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς . . . . Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ*, ὁ μὲν Ἀκύλας, *ἐν διαπρεπείᾳ ἡγιασμένῃ*, ἐξέδωκεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, *ἐν διαπρεπείᾳ ἁγίᾳ*. Βούλεται γὰρ ἡμᾶς ὁ λόγος μετὰ τοῦ πρέποντος κόσμου καὶ τῆς τῷ Θεῷ προσφιλοῦς δικαιοσύνης τὴν προσκύνησιν ποιεῖσθαι. « Quibus sane evangelicam gratiam in omnes totius orbis nationes diffusam prænuntians . . . . hæc afferre jubet, non Judæos, sed familias gentium [59], aut secundum reliquos interpretes, *cognationes populorum* . . . . Quare hæc in Septuaginta interpretibus obelo notantur, quod neque in Hebraico exemplari, nec apud reliquos interpretes compareant. Loco autem illius, *in aula sancta ejus* [59*], Aquila, *in decore sanctificato*, Symmachus vero, *in decore sancto*, edidit. Vult enim nos cum debito ornatu, ac Deo dilecta justitia adorationem peragere. » Hæc vero in commentario: Ἐν οἷς ὁ λόγος τὴν εὐαγγελικὴν χάριν καθ' ὅλης χυθήσεσθαι προθεσπίζει τῆς οἰκουμένης. Παραγγέλει γὰρ τὰ λεχθέντα κομίζειν, οὐκ Ἰουδαίοις, ἀλλὰ ταῖς πατριαῖς τῶν ἐθνῶν· ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς, *ταῖς συγγενείαις τῶν λαῶν*. Ὠβέλισται γὰρ παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα τὸ, *υἱοὶ Θεοῦ*, ὡς μὴ ἐγκείμενον τῷ Ἑβραϊκῷ, μηδὲ παρὰ τοῖς ἄλλοις . . . Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ*, ὁ μὲν Ἀκύλας, *ἐν εὐπρεπείᾳ ἡγιασμένῃ*, ἐξέδωκεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, *ἐν εὐπρεπείᾳ ἁγίᾳ*. Βούλεται γὰρ ἡμᾶς μετὰ τοῦ πρέποντος κόσμου καὶ τῆς προσφιλοῦς τῷ Θεῷ δικαιοσύνης τὴν προσκύνησιν ποιεῖσθαι. « In quibus oraculum gratiam evangelicam per universum orbem diffundendam prædicit. Jubet enim illa quæ recensita sunt afferre, non Judæos, sed patrias gentium, vel secundum reliquos, *cognationes populorum*. Apud Septuaginta enim expunctum est illud, *filii Dei* [60], quod in Hebræo id non habeatur, nec apud alios. Cæterum pro, *in aula sancta*, Aquila quidem, *in decore sanctificato*, edidit; Symmachus vero, *in decore sancto*. Vult enim nos cum decenti ornatu et amica Deo justitia facere adorationem. » Velim legatur in ipsis libris tota hujus loci explanatio, tumque una cum altera comparetur; quo clarius appareat commentarii auctorem nihil magis facere, quam Eusebium palam compilare. Quod diximus, vocabulo, « alius, » modo unum auctorem, modo alterum significari, ejus exemplum in interpretatione psalmi vicesimi noni habetur. Nam vox ea, « alius, » ut ex Eusebii commentariis patet, Eusebium ipsum indicat. Omittemus quæ utrique scriptori, pseudo-Theodoro et Eusebio, communia sunt vel ipso initio enarrationis *in psalmum tricesimum secundum;* sed quæ dicuntur in hæc ejusdem psalmi verba: *Qui finxit sigillatim corda eorum* [60*], non pigebit ascribere. Eusebius: *Καταμόνας* δὲ εἴρηται ἀντὶ τοῦ ἀφωρισμένως παρὰ τὰ λοιπὰ ζῶα. Καρδίας δὲ λέγων, τοὺς λογισμοὺς ἐδήλου, καὶ ὅτι ἀφωρισμένως ἕκαστος ἄνθρωπος ὥσπερ ταμεῖον ἀποκεκλεισμένον ἔχει τὴν ἑαυτοῦ διάνοιαν, ὡς μηδένα δύνασθαι ἑτέρου καταλαμβάνειν λογισμούς. Οὐδεὶς γοῦν οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου . . . . Συνῆπται τὸ, *Ὁ συνιεὶς πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν*. Μόνος γὰρ αὐτὸς συνίησιν ἐξ ὁποίας προαιρέσεως τὰ τῶν ἀνθρώπων ἔργα ἐπιτελεῖται· μηδενὸς ἄλλου δυναμένου συνιέναι, ποῖα προθέσει καὶ ὁποίᾳ ὁρμῇ ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων πράττει ἃ πράττει. « *Sigillatim* dictum est quasi separatim et seorsum a reliquis animalibus. Dum autem corda memoraret, cogitationes significavit, quia quilibet homo seorsum mentem suam ceu receptaculum occlusum habet, ut nemo alterius cogitationes deprehendere valeat. Nullus igitur hominum novit quæ sunt hominis [61] . . . . Additur hoc, *Qui intelligit omnia opera eorum* [61*]. Ipse namque solus intelligit ex cujusmodi electione voluntatis hominum opera edantur, cum nullus alius intelligere queat ex cujusmodi proposito, ex quo motu voluntatis quivis hominum agat quæ agit. » Pseudo-Theodorus vero: *Κατιμόνας* δὲ, ἀντὶ τοῦ ἀφωρισμένως, κεχωρισμένως παρὰ τὰ λοιπὰ ζῶα· καρδίας δὲ λέγει τοὺς λογισμούς. Καὶ ὅτι ἀφωρισμένως ἕκαστος ἄνθρωπος ὥσπερ ταμεῖον ἀποκεκλεισμένον ἔχει τὴν ἑαυτοῦ διάνοιαν, ὡς μηδένα δύνασθαι ἑτέρου καταλαμβάνειν λογισμούς. Οὐδεὶς γὰρ οἶδε τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἑξῆς . . . Συνῆπται τὸ, *ὁ συνιεὶς εἰς πάντα*, ὡς μηδενὸς ἄλλου δυναμένου συνιέναι, οἵᾳ προθέσει καὶ ὁρμῇ ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων, ἃ πράττει, πράττει. « *Sigillatim* autem posuit pro seorsim, separatim a reliquis animantibus: corda autem intelligit cogitationes. Et quoniam quilibet homo segregatim quasi conclusum quoddam penu mentem suam habet, ita ut nemo alterius cogitationes valeat percipere. *Nemo enim scit quæ sunt hominis*, etc . . . . . Adjungitur: Qui intelligit omnia, ac si nullus alius possit intelligere, quanam intentione et quo instinctu quilibet

[59] Psal. xxi. 28. [59*] Psal. xxviii, 2; xcv, 8. [60] Psal. xxviii, 1. [60*] Psal. xxxii, 15. [61] I Cor. ii, 11. [61*] Psal. xxxii, 15.

Digitized by Google

hominum agat quæ agit. » Hic, ut alias, [observari potest, librariorum incuria factum esse, aut typographorum, ut vitia quædam apud Theodorum deprehendantur. Nam ubi legitur, ἀφωρισμένως, κεχωρισμένως, obscurum non est vocem alterutram παρέλκειν; idque ex eo evenisse, quod cum vox una in uno codice reperiretur, altera vero in altero, librarius quispiam utramque apposuerit. Deinde, ubi legimus, *συνιεὶς εἰς πάντα*, præpositum, εἰς, redundare quoque certum est; eamque erroris causam esse, quod vocis συνιεὶς syllaba ultima oscitanter bis edita sit. Denique legi oportere, πράττει ἃ πράττει, non ἃ πράττει πράττει, vel tirones intelligunt. Sed ad propositum nostrum nos feramus. Illa psalmi tricesimi tertii, *Timete Dominum, omnes sancti ejus* [62], opinionem nostram non parum confirmant. Hæc Eusebii verba sunt : Πάντα ταῦτα γνωμικῶς ὁ Δαβὶδ εἰς τὴν ἑτέρων ὠφέλειαν προφέρεται, αὐτὸς πρότερον ἀπολαύσας αὐτῶν .... Παρακελεύεται τοίνυν τὸν φόβον τοῦ Κυρίου πρὸ ὀφθαλμῶν τίθεσθαι τοὺς ἁγίους αὐτοῦ· ὑπὸ γὰρ αὐτοῦ τοῦ φόβου ἅγιοι ἀνατελοῦνται .... *Ὁ φόβος Κυρίου ἁγνός*, ἀντὶ τοῦ, ἀγνοποιός ... Καὶ σημεῖον τοῦ φοβεῖσθαι τὸν Κύριον τοῦτ' ἂν γένοιτο, τὸ καθαρεύειν μὲν πάσης ῥυπαρίας αἰσχρᾶς πράξεως, φυλάττειν δὲ αὐτοὺς ἁγίους καὶ σώματι καὶ πνεύματι, etc. « Hæc omnia David ad aliorum utilitatem sententiarum more profert, quorum prior ipse potitus erat.... Præcipit itaque sanctis Dei, ut timorem ejus præ oculis habeant : ab illo quippe [timore sancti efficiuntur. . . . *Timor Domini castus* [62a], videlicet, castos efficiens .... Atque signum illud evidens fuerit timoris Domini, si quis a sordibus et pravis operibus purus et vacuus fuerit, seseque sanctum corpore et spiritu servaverit, » etc. Sic vere loquitur commentarii auctor : Πάντα γνωμικῶς εἰς τὴν ἑτέρων λέγει ὠφέλειαν, αὐτὸς πρότερον ἀπολαύσας αὐτῶν. Καὶ παρακελεύεται τὸν τοῦ Κυρίου φόβον πρὸ ὀφθαλμῶν τίθεσθαι τοὺς ἁγίους, ὑφ' οὗ ἅγιοι τελοῦνται. *Ὁ γὰρ φόβος Κυρίου ἁγνός*, ἀντὶ τοῦ, ἁγνοποιός. Καὶ σημεῖον τοῦ φοβεῖσθαι τὸν Κύριον τοῦτο ἂν γένοιτο, τὸ καθαρεύειν πάσης αἰσχρότητος καὶ σώματι καὶ πνεύματι, etc. « Omnia sententiose ad aliorum profert utilitatem, cum ipsemet prius iis fruitus esset. Et jubet sanctos timorem Domini ante oculos collocare, a quo sancti perficiuntur. Nam *timor Domini sanctus*, id est, sanctificans. Atque hoc timoris Domini signum esse possit, si quis purus sit ab omni turpitudine, tam corporis quam spiritus, » etc. Pauca et ex psalmo quadragesimo quarto libet adjicere. Hæc autem sunt ex explanatione versiculi illius : *Sagittæ tuæ acutæ* [63], quem hoc modo interpretatur Eusebius : Πρῶτον μὲν γάρ φησι· Τὰ βέλη σου ἠκονημένα γενήσεται κατὰ τῆς καρδίας τῶν σῶν ἐχθρῶν· Ἔπειτα· *Λαοὶ ὑποκάτω σου πεσοῦνται*, ἐλασθέντων τοῖς σοῖς βέλεσι τῶν ἐχθρῶν. « Nam primo ait, Sagittæ tuæ acutæ fient adversus cor inimicorum tuorum, deinde vero, *Populi sub te cadent* [63a], pulsis immissione telorum tuorum inimicis. » Pseudo-Theodorum audiamus, sic loquentem : Πρῶτον γὰρ τὰ ἠκονημένα βέλη γενήσεται κατὰ τῆς καρδίας τῶν ἐχθρῶν, ἔπειτα λαοὶ ὑποκάτω σου πεσοῦνται, ἐλασθέντων τοῖς βέλεσι τῶν ἐχθρῶν. « Primum enim sagittæ fient acutæ in corde inimicorum, deinde populi sub te cadent, postquam sagittis subacti fuerint inimici. » Plura subministrabit psalmus quadragesimus octavus, ubi illa : *Et auxilium eorum veterascet in inferno a gloria eorum* [64], explicans Eusebius, sic loquitur : Ἀντὶ δὲ τοῦ, *καὶ ἡ βοήθεια* .... ὁ μὲν Ἀκύλας, *καὶ χαρακτὴρ αὐτῶν κατατρίψαι ᾅδην ἐκ κατοικητηρίου αὐτῶν*. Ὁ γὰρ χαρακτὴρ αὐτῶν, ὃν ἑαυτοῖς ἐξετύπωσαν, τὸ μὲν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν τοῦ Θεοῦ ἐξ αὐτῶν ἀφανίσαντες, εἴδη δὲ καὶ μορφὰς ἀλόγων ζώων καὶ ἑρπετῶν διὰ τρόπων μοχθηρίας τῇ ψυχῇ περιθέμενοι, κατατριβήσεται .... Καὶ τοῦτο μὲν τῶν ἀσεβῶν τὸ τέλος. Οἱ δὲ εὐσεβεῖς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ πρωΐας ἀξιωθέντες καὶ νέου φωτὸς, ἀνατολῆς τῆς τῶν ἀσεβῶν *κατακυριεύσουσιν*, ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, *ἐπὶ κρατήσουσιν*, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *ὑποτάξουσιν αὐτοῖς*. Τῶν γὰρ ἐνταῦθα ταπεινωσάντων τοὺς εὐθεῖς ἀσεβῶν, ἐκεῖ ῥύσεται τὴν ψυχὴν πρὸς τὸ μὴ συναπαχθῆναι τοῖς ἀσεβέσιν, ἀλλ' ἐν ἑτέροις εἶναι χωρίοις τε καὶ ποιμνίοις. « Pro illo autem, *et auxilium*.... Aquila, *et character eorum conterere infernum ex habitaculo eorum*. Nam character quem sibi effinxerunt, eliminata ex seipsis Dei imagine ac similitudine, atque irrationabilium animalium reptiliumque formis per varios improbitatis modos animæ suæ adscitis, in habitaculo inferni conteretur... Et hic quidem impiorum finis. Pii autem illo tempore, matutina et nova luce donati, orienti impiorum *dominabuntur* [64a]; sive secundum Aquilam, *imperabunt;* sive secundum Symmachum, *subjicient sibi*. Nam cum impii hic proborum animas depresserint, illic animam piorum liberabit, ut ne una cum impiis abducantur; sed in aliis locis et ovilibus degant. » Sic autem hunc eumdem locum interpretatur pseudo-Theodorus : Ἀλλὰ τῶν μὲν ἀσεβῶν τοιοῦτο τὸ τέλος. Οἱ δὲ εὐσεβεῖς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ πρωΐας ἀξιωθέντες, καὶ ἀνατολῆς νέου φωτὸς, τῶν ἀσεβῶν *κατακυριεύσουσιν*· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, *κρατήσουσιν*· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *ὑποτάξουσιν αὐτούς*. Τῶν γὰρ ἐνταῦθα ταπεινωσάντων τοὺς εὐθεῖς ἀσεβῶν, ἐκεῖ κρατήσουσι. Κάμοῦ δὲ τοῦ ταῦτα λέγοντος ῥύσεται τὴν ψυχὴν, πρὸς τὸ μὴ συναπαχθῆναι τοῖς ἀσεβέσιν, ἀλλ' ἐν ἑτέροις εἶναι χωρίοις τε καὶ ποιμνίοις... Ὁ δὲ Ἀκύλας ἀντὶ τοῦ, *Βοήθεια, Χαρακτὴρ αὐτῶν κατατρίψει ᾅδην ἐκ κατοικητηρίου αὐτῶν*. Ὁ χαρακτὴρ αὐτῶν, ὃν ἐν ἑαυτοῖς ἐξετύπωσαν, τὸ κατ' εἰκόνα ἀφανίσαντες, καὶ ἀλόγων μοχθηρίαν μιμησάμενοι, συντριβήσεται. « Atqui impiorum quidem talis est finis. Cæterum viri pii isto tempore matutino et novæ lucis ortu digni

[62] Psal. XXXIII, 10. [62a] Psal. XVIII, 10. [63] Psal. XLIV, 6. [63a] ibid. [64] Psal. XLVIII, 15. [64a] ibid

habiti, *dominabuntur* impiis, vel juxta Aquilam, *imperabunt;* vel juxta Symmachum, *subjicient illos.* Impios enim qui hic rectos humiliarunt, ibi superabunt. Et meam quoque hæc dicentis animam liberabit, ne simul cum impiis abducar; sed in aliis locis ac gregibus verser... Aquila vero pro, *auxilium*, legit, *Character illorum teret infernum de habitaculo eorum.* Character illorum, quem in semetipsis expresserunt, illud quod ad similitudinem erat abolentes, et brutorum pravitatem imitantes, conteretur. » Quidquid autem in his deprehenditur varietatis, tributum ipsis auctoribus nolim, Eusebio et pseudo-Theodoro; cum non minima pars ut hic, ita alibi, potius librariis ascribenda sit. Itaque ubi legimus in Eusebio, ἀσεβῶν, ἐκεῖ ῥύσεται, etc., non valde admodum dubito, quin ibi aliquid omiserint librarii. Puto igitur potius legendum esse uti in pseudo-Theodoro : Κἀμοῦ δὲ τοῦ ταῦτα, etc. Nam hoc pacto orationem plane cohærere constat : contra, aliquid necessario in Eusebio supplendum est, cum incerte dictum sit ῥύσεται τὴν ψυχήν, nec additum sit, cujus animam liberaturus sit Deus. Et alioqui illa psalmi ex eodem loco, *Verumtamen Deus redimet animam meam* [65], etc., vel sola aperte indicant Eusebium non aliter, atque in pseudo-Theodoro editum est, loqui debuisse. Dixerat enim David, fore, ut sua ipsius anima, non alterius redimeretur. Et quia Basilii causa criticæ hæ notæ susceptæ sunt, ejus *in Psalmos* orationum ordinem secuti, nonnulla quoque e psalmo quinquagesimo nono in medium afferamus. Hæc igitur scripta sunt ab Eusebio in illa hujus psalmi : *Quis abducet me in civitatem munitam* [65*], etc. : Ἐπιστήσας τῇ τῶν προλεχθέντων διανοίᾳ ὁ Προφήτης ὑπερεκπλήττεται... Διὸ μακαρίζει μὲν τούτους, οἷς ἐπιδημήσειν ἤμελλεν ὁ Θεός· εὐχὴν δὲ τίθεται καταξιωθῆναί ποτε καὶ αὐτὸν τῆς τούτων θέας, etc. « Supradictorum sententiæ insistens Propheta, supra modum miratur... Quare beatos illos prædicat, ad quos accessurus erat Deus, orationemque emittit, ut ipse quoque hæc videre dignus habeatur, » etc. Pseudo-Theodorus non secus. Ejus hæc sunt verba : Εἶτα ἐπιστήσας τῇ τῶν λεχθέντων διανοίᾳ ὁ Προφήτης ἐκπλήττεται... Καὶ μακαρίζει τούτους, οἷς ἐνδημήσειν ἔμελλεν ὁ Θεός· καὶ εὐχὴν τίθεται, καταξιωθῆναι καὶ αὐτὸν τῆς τῶν εἰρημένων θέας, etc. « Deinde insistens sensui eorum quæ dicta sunt, obstupescit Propheta... Et beatos prædicat illos, in quibus Deus commoraturus est; et orationem ponit, qua rogat dignus haberi visione eorum quæ dicta sunt, » etc. Nec se sui dissimilem præstitit hic pseudo-Theodorus. Nam, qui ejus mos est, hinc inde ab Eusebio voces quasdam mutuatur. Sed Eusebium dimittamus, ut aliqua etiam ex aliis scriptoribus liceat ascribere. Plura qui cupiunt, libros ipsos adeant, suadeo.

45. Succedat jam Athanasius, cujus hæc verba sunt in illa psalmi sexti : *Laboravi in gemitu meo* [66] : Ἀκούσωμεν οἷαν ὁ βασιλεὺς μετάνοιαν ἐπεδείξατο. Οὐχ ἁπλῶς ἔκαμεν, ἀλλ' ἐκοπίασεν στενάζων· οὐχ ἁπλῶς ἐδάκρυσεν, ἀλλὰ τὴν κλίνην ἔλουσεν, καὶ καθ' ἑκάστην νύκτα. Καὶ οὐ τὸ παρελθὸν σκοπεῖ, ἀλλὰ καὶ ἐπαγγέλλεται τοῖς (sic) πρὸς τὸ μέλλον διὰ πάσης τῆς ζωῆς· καὶ ὃν οἱ πολλοὶ ποιοῦνται αἰνέσεως (sic) καιρὸν, τοῦτον ἐκεῖνος ἐξομολογήσεως. « Audiamus regis illius pœnitentiam, qui non solum laboravit, sed etiam ingemiscendo magno affectus est dolore; non solum collacrymatus est, sed lavit per singulas noctes lectum suum. Neque tamen id ille respicit quod jam præteriit, sed similia facturum se pollicetur per totum vitæ tempus [66*] : et quod alii tempus laudibus insumunt, id ille confessioni deputat. » Eadem omnino leguntur in pseudo-Theodoro; uti ex illius verbis, quæ subjicere non gravabimur, patebit. Sic ergo loquitur : Ἀκούσωμεν οἷαν ὁ βασιλεὺς μετάνοιαν ἐπεδείξατο. Οὐχ ἁπλῶς ἔκαμεν, ἀλλ' ἐκοπίασε στενάζων· οὐχ ἁπλῶς ἐδάκρυσεν, ἀλλὰ τὴν κλίνην ἔλουσε, καὶ καθ' ἑκάστην νύκτα. Καὶ οὐ τὸ παρελθὸν σκοπεῖ, ἀλλὰ καὶ ἐπαγγέλλεται τοῦτο καὶ πρὸς τὸ μέλλον διὰ πάσης τῆς ζωῆς. Καὶ ὃν οἱ πολλοὶ ἀνέσεως ποιοῦνται καιρὸν, τοῦτον ἐκεῖνος ἐξομολογήσεως. « Audiamus qualem rex hic pœnitentiam demonstraverit. Haud simplici modo laboravit, sed laboravit gemens; haud vulgari ratione lacrymatus fuit, sed lectum suum lavit, idque per singulas noctes. Neque præteritum duntaxat tempus spectat, verum etiam in futurum se per totam vitam id facturum spondet. Atque tempus quod alii destinant quieti, hoc ipse impendit confessioni. » Recte et emendate in pseudo-Theodoro editum est ἀνέσεως, ubi in Athanasio inepte et mendose a librariis scriptum est αἰνέσεως. Nam ipsa temporis ratio vocem ἀνέσεως necessario exigit; cum nocturnum tempus de quo hic agitur, vulgo non laudibus, sed somno ac quieti impendi soleat. Vidimus pseudo-Theodorum, cum interpretaretur illud, *Laboravi in gemitu meo*, Athanasii interpretationem compilasse : videamus nunc eumdem hoc idem rursus præstitisse in explanandis illis ejusdem psalmi verbis, *Discedite a me, omnes* [67], etc. Athanasii igitur sunt illa : Οὐ μικρὰ δὲ καὶ αὕτη πρὸς ἀρετὴν ὁδὸς, τὸ φεύγειν καὶ διακρούεσθαι τὰς τῶν πονηρῶν συνουσίας. Οὗτος γὰρ τῆς μετανοίας ὁ καρπὸς, καὶ τῶν δακρύων τὸ κέρδος. Ἢ ἐλλιπῶς τοῦτο, ἀντὶ τοῦ, δὸς εἰπεῖν τοῖς ἐπεμβαίνουσιν ἐχθροῖς· ἀπόστητε ὅτι εἰσηκούσθην, ὅτι προσεδέχθην, ὁ διὰ τῆς ἁμαρτίας ἀπωσθείς. « Nec minima illa est ad virtutem via, fugere et abjicere improborum consortium. Hic enim est pœnitentiæ fructus et lacrymarum lucrum. Aut fortasse illud per ellipsim dictum est, ut intelligatur : Concede nobis ut dicamus iis qui in nos irruunt adversariis : Abscedite quoniam exaudivit me, quoniam ipse susceptus sum, qui peccati causa expulsus fueram. » Pseudo-Theodori autem hæc : Οὐ μικρὰ καὶ αὕτη πρὸς ἀρετὴν

[65] Psal. xlviii, 16. [65*] Psal. liv, 11. [66] Psal. vi, 7. [66*] ibid. [67] ibid. 9.

Digitized by Google

ὁδὸς, τὸ φεύγειν καὶ διακρούεσθαι τῶν πονηρῶν συνουσίαν. Οὗτος γὰρ τῆς μετανοίας ὁ καρπὸς, καὶ τῶν δακρύων τὸ κέρδος. Ἢ ἐλλιπῶς τοῦτο, ἀντὶ τοῦ, δὸς εἰπεῖν τοῖς ἐπιβαίνουσιν ἐχθροῖς· Ἀπόστητε, ἤδη εἰσηκούσθην, ὅτι προσεδέχθην, ὁ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἀπωσθείς. « Haud parva quoque ad virtutem via est, fugere ac repellere consortium malorum. Hic enim fructus est pœnitentiæ, ac lucrum lacrymarum. Vel etiam est hæc loquendi formula per omissionem, quasi diceret : Da ut dicam insultantibus mihi inimicis meis, *Discedite :* jam exauditus sum, quoniam admissus sum, qui ob peccatum fueram repulsus. » Institueram plura ex Athanasii *in Psalmos Expositionibus* colligere, verbi gratia, ex psalmo decimo quinto in illa, *Providebam Dominum in conspectu meo semper* [67*], exque Psalmo vicesimo primo in illa, *Deus Deus meus, respice in me... Longe a salute mea verba delictorum meorum* [68], et ex aliis similiter psalmis non paucis ; sed est causa, cur incœpto desistendum putem.

46. Accedat ergo Chrysostomus. Sed antequam exempla quibus nostra opinio confirmari possit, subjiciamus, monere expedit grave mendum in commentario inesse, ubi librarii impudenter Ἐδὲμ pro Ἀδὰμ scripserunt. Legas velim commentarium in illa, *Deus, Deus meus, respice in me.* Chrysostomi autem sunt hæc in prima psalmi septimi verba : Οὐκ εἶπε· Κόλαζε τὸν πολέμιον, ἄνελε τὸν ἐχθρόν. Ἀλλὰ τί ; Τὸ ἑαυτοῦ ζητεῖ μόνον, καὶ λέγει· *Σῶσόν με*, τουτέστι, μὴ ἀφῇς με κακῶς παθεῖν. *ἐκ πάντων τῶν διωκόντων με, καὶ ῥῦσαί με.* Ὅρα πῶς οὐδὲ πάσχων κακῶς, ὀνομαστὶ μέμνηται τοῦ πατραλοίου, καὶ ἐν τῇ συμφορᾷ τὴν φύσιν ἐπιγινώσκων, καὶ ἐν τῷ πολέμῳ τὸν υἱὸν ὁρῶν, καὶ ἐν τοῖς κινδύνοις τῶν σπλάγχνων οὐκ ἐπιλανθανόμενος. « Non dixit : Puni hostem, tolle de medio inimicum : sed quod suum est tantum quærit, et dicit : *Salvum me fac*, hoc est ne permittas ut male patiar, *ab omnibus persequentibus me et libera me* [68*]. Vide quomodo ne male quidem patiens, nominatim meminit parricidæ, et naturam in calamitate agnoscens, et in bello respiciens filium, et in periculis non oblivisciens viscerum. » Loquitur vero pseudo-Theodorus hoc modo : Οὐκ εἶπε· Κόλασον, ἄνελε τὸν ἐχθρόν. Ἀλλὰ τί ; *Σῶσόν με.* Τὸ γὰρ ἑαυτοῦ ζητεῖ, οἷον, μὴ ἄφες με κακῶς παθεῖν. Καὶ τὸ *ἐκ πάντων* δὲ, μετὰ φειδοῦς. Οὐ γὰρ ὀνομαστὶ μέμνηται τοῦ πατραλοίου, ἀλλὰ κἂν τῇ συμφορᾷ τὴν φύσιν ἐπιγινώσκει καὶ τῶν πατρικῶν σπλάγχνων οὐκ ἐπελάθετο. « Non dixit : Puni hostem, interfice inimicum. Sed quid? *Salvum me fac.* Quod enim se concernebat, illud quærit, quasi dicat : Ne sinas me affligi. Illud autem, *Ex omnibus*, cum moderatione adjunctum est. Nominatim enim parricidæ mentionem non facit, quin etiam in calamitate naturam agnoscit, et paternorum viscerum non obliviscitur. » Vox quidem πολέμιον deest in commentario, sed ita legisse Corderium, ex interpretatione patet. Idem Chrysostomus illa ejus psalmi verba, *Dominus judicabit populos* [69], interpretatur hoc modo : Διδάσκει τοὺς ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε νομίζοντας ἅπαντα φέρεσθαι, ὅτι πρόνοιά τις ἐφέστηκε τοῖς πράγμασιν, ἀπαιτοῦσα τὰς εὐθύνας τῶν γινομένων. « Docet eos, qui omnia casu et temere fieri putant, rebus quamdam præsse providentiam, quæ eorum quæ fiunt rationem exigit. » Haud dissimiliter pseudo-Theodorus, qui sic scripsit : Διδάσκει τοὺς νομίζοντας ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν ἅπαντα φέρεσθαι, ὅτι πρόνοιά τις ἐφέστηκεν, ἀπαιτοῦσα εὐθύνας τῶν γινομένων. « Docet eos, qui putant omnia temere et fortuito fieri, imminere rebus humanis providentiam quamdam, quæ factorum pœnas exposcat. » Pseudo-Theodorum vel in ipso psalmi initio Chrysostomi verba compilasse ostendimus : nunc eumdem e fine quoque nonnulla sibi sumpsisse, quæ sequuntur probabunt. Chrysostomi igitur verba sunt in illa, *Confitebor Domino* [69*] : Εὐχαριστήσωμεν, φησὶν, οὐ ταῖς ἑτέρων χαίρων σφαγαῖς, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ τὴν ψῆφον ἀποδεχόμενος.... Τί ἐστι, *Κατὰ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ ;* Ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ τῇ δικαιοσύνῃ αὐτοῦ. « Gratias agamus, inquit, non aliorum gaudens cædibus, sed Dei sententiam suscipiens..... Quid est, *Secundum justitiam ejus* [70]? Pro eo quod est, Propter justitiam ejus. » In Commentario autem sic editum invenimus : Οὐκ ἐπιχαίρων ταῖς ἑτέρων σφαγαῖς.... Εὐχαριστήσω, φησὶ, ἀποδεχόμενος τὴν δικαίαν αὐτοῦ ψῆφον. Τὸ γὰρ, *κατὰ τὴν δικαιοσύνην*, ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ δικαιοσύνῃ σου ψαλῶ. « Non quod aliorum eum cædes delectent. Gratias, inquit, agam, ejus justam sententiam approbando. Quod enim ait, *Secundum justitiam*, idem est ac si dicat : propter justitiam tuam cantabo. » Possim et ex psalmo octavo multa corradere; sed id necesse non esse rati, admonebimus solum eadem in utroque scriptore identidem reperiri, videlicet in illa : *Domine Dominus noster, quam admirabile*, etc.; tum in illa : *Quoniam elevata est magnificentia tua ;* item in illa : *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas*, etc.; item in illa : *Quoniam videbo cœlos opera digitorum tuorum* [70*]. Hoc idem dictum volo de psalmo nono, cujus in explanatione eadem aliquando dicuntur ab utroque interprete, in illa scilicet : *Confitebor tibi, Domine ;* et in illa : *Paravit in judicio thronum suum;* in illa quoque : *Factus est Dominus refugium pauperi ; adjutor in opportunitatibus, in tribulatione* [71]. Atque ut de aliis locis conjectura fieri possit, verborum illorum, *Infixæ sunt gentes* [71*], interpretationem ita, ut in utroque opere legitur, ascribere libitum est. Chrysostomi igitur hæc sunt : Διαφθορὰν τὴν κακίαν λέγει. Οὐδὲν γὰρ οὕτω διαφθείρει, ὡς κακία. Οὐδὲν γὰρ ἀσθενέστερον τοῦ πονηροῦ. Τοῖς οἰκείοις ὅπλοις ἁλίσκεται.... Καὶ ὅρα πῶς κυρίως

[67*] Psal. xv, 8. [68] Psal. xxi, 2. [68*] Psal. vii, 2. [69] ibid. 9. [69*] ibid. 18. [70] ibid. [70*] Psal. viii, 2-4. [71] Psal. ix, 1, 8, 10. [71*] ibid. 16.

Digitized by Google

κέχρηται ταῖς λέξεσιν. *Ἐνεπάγη*, φησὶ, τουτέστι, κατὰ κράτος κατεσχέθη, ἄφευκτος αὐτῷ γέγονεν ἡ ἐπιβουλή. Καὶ πάλιν· *Ἐν παγίδι ταύτῃ, ᾗ ἔκρυψαν, συνελήφθη ὁ ποῦς αὐτῶν.* Δεσμοῖς ἀλύτοις, φησὶν, οἱ πονηροὶ περιπείρονται. « Interitum sive corruptionem dicit vitium. Nihil enim æque corrumpit ut vitium. Improbo enim homine nihil est imbecillius. Propriis armis capitur... Vide autem quam proprie utatur dictionibus. *Infixæ sunt*, hoc est, per vim retentæ sunt, sunt ei inevitabiles paratæ insidiæ. Et rursus : *In laqueo isto quem absconderunt, comprehensus est pes eorum* [72]. Vinculis, inquit, quæ solvi nequeunt, astringuntur improbi. » Sic vero loquitur pseudo-Theodorus : Διαφθορὰν τὴν κακίαν λέγει. Οὐδὲν γὰρ οὕτω διαφθείρει, ὡς κακία.... Τί γὰρ τοῦ πονηροῦ ἀσθενέστερον, οἰκείοις ὅπλοις τῇ κακίᾳ ἁλισκομένου; Καὶ ὅρα πῶς κυρίως ταῖς λέξεσιν ἐχρήσατο. *Ἐνεπάγησαν*, κατὰ κράτος κατεσχέθησαν, ἄφυκτος αὐτοῖς γέγονεν ἡ ἐπιβουλή. Καὶ πάλιν· *Ἐν παγίδι, ᾗ ἔκρυψαν, συνελήφθησαν*· τουτέστιν, δεσμοῖς ἀλύτοις περιπάρησαν (sic). « Interitum malitiam vocat. Nihil enim sic interimit, ut malitia..... Quid enim imbecillius est improbo, qui propriis armis, scilicet iniquitate capitur? Et vide quam proprie vocibus his usus sit, *Infixæ sunt*, violenter deteritæ sunt, inextricabiles ipsis factæ sunt insidiæ. Et rursus : *In laqueo quem absconderunt, comprehensi sunt*, id est vinculis insolubilibus affixi sunt. » Reperi similia in alios hujus psalmi versus; sed ne longior sim, ea exscribere non pergam. Hæc loca videre, et inter sese comparare qui volet, libros ipsos legere poterit. Scriptor ita interpretatur psalmum decimum, ut multa ex Chrysostomi oratione in commentarium translata esse constet. Id autem patet vel ex primis psalmi verbis, quæ hoc modo Chrysostomus explanat : Μεγάλη τῆς ἐπὶ τὸν Κύριον ἐλπίδος ἡ δύναμις, φρούριον ἀχείρωτον, συμμαχία ἀκαταγώνιστος. « Magnæ sunt vires spei in Dominum, præsidium quod non potest superari, auxilium insuperabile. » Haud aliter pseudo-Theodorus, cujus hæc sunt : Μεγάλη τῆς ἐπὶ τὸν Κύριον ἐλπίδος ἡ δύναμις, φρούριον ἀχείρωτον, συμμαχία ἀκαταγώνιστος. « Magna vis spei in Dominum : præsidium est inexpugnabile, auxilium insuperabile. » Omitto non pauca, quæ ad verbum ex eodem fonte in hoc explanando psalmo hinc inde hausit pseudo-Theodorus; sed tamen ea quæ ab utroque interprete dicuntur in illa : *Pluet super peccatores laqueos* [72], etc., prætierire non queo. Chrysostomi igitur hæc sunt : Εἰπὼν τὴν ἀπὸ τῆς κακίας δίκην, ἐπειδὴ ταύτης πολλοὶ καταφρονοῦσι, λοιπὸν κατασείει τὴν τῶν πονηρῶν διάνοιαν ἀπὸ τῆς ἄνωθεν φερομένης πληγῆς, ἐμφαντικῶς τῷ λόγῳ χρώμενος, καὶ διὰ φοβερῶν ὀνομάτων προϊών. Πῦρ γὰρ καὶ θεῖον, καὶ πνεῦμα καταιγίδος, καὶ ἄνθρακας αὐτοῖς ἄνωθεν λέγει ὕεσθαι· τῇ μεταφορᾷ τῶν λέξεων τὸ ἄφυκτον τῆς τιμωρίας, τὸ δαψιλὲς τῆς κολάσεως, τὸ εὔκολον τῆς πληγῆς, τὸ δαπανητικὸν παραστῆσαι βουλόμενος. Τί ἐστιν *ἡ μερὶς*; Τοῦτο αὐτοῖς κλῆρος, φησὶ, τοῦτο κτῆμα, τούτῳ ἐνδιατρίψουσιν, ἐν τούτοις δαπανηθήσονται. Εἶτα καὶ ἡ αἰτία· ὅτι ὁ πάντα ἐφορῶν, οὐκ ἀνέξεται ταῦτα ἀτιμωρητὶ παραδραμεῖν. « Postquam dixit supplicium quod ex vitio oritur, quoniam multi id contemnunt, mentem deinceps improborum concutit, et ictu qui superne infertur, emphatica et rem exprimente oratione utens, et per nomina terribilia procedens. Ignem enim et sulphur et spiritum procellarum et carbones dicit eis superne pluiturum, dictionum translatione pœnam inevitabilem, supplicii profusionem, feriendi facilitatem et consumptricem vim volens ostendere. Quid est, *pars calicis eorum?* Hæc, inquit, est sors eorum : hæc possessio : in eo versabuntur, in eo consumentur. Deinde causam quoque affert, quod qui omnia respicit, non permittit ut hæc impune abeant. » Audiendus nunc est pseudo-Theodorus, qui sic loquitur : Εἰπὼν τὴν ἀπὸ τῆς κακίας δίκην, ἐπεὶ πολλοὶ ταύτης καταφρονοῦσι, κατασείει τὴν διάνοιαν τῶν πονηρῶν, ἐμφαντικῷ τῷ λόγῳ χρώμενος, καὶ διὰ φοβερῶν ὀνομάτων προϊών, καὶ ὑλῶν πολλὴν ἐχουσῶν τὴν τιμωρίαν, πῦρ, καὶ θεῖον, καὶ πνεῦμα καταιγίδος, καὶ ἄνθρακας ἄνωθεν λέγων αὐτὸν ὕσεσθαι (sic), τῇ μεταφορᾷ τῆς λέξεως τὸ ἄφυκτον τῆς τιμωρίας, τὸ δαψιλὲς καὶ τὸ εὔκολον τῆς πληγῆς, τὸ δαπανητικὸν παραστῆσαι βουλόμενος. *Μερὶς* δὲ ἀντὶ τοῦ κλῆρος, καὶ τοῦτο αὐτοῖς κλῆρος, ἐν τούτοις δαπανηθήσονται. Εἶτα καὶ ἡ αἰτία· *Ὅτι δίκαιος Κύριος*· ἀντὶ τοῦ· Ὁ γὰρ πάντα ἐφορῶν οὐκ ἀνέξεται ταῦτα ἀτιμωρητὶ παραδραμεῖν. « Cum ipsam, quæ ex malitia provenit, pœnam recensuisset (quia multi hanc contemnunt), percellit animum malignorum, vehementi sermone utens, et terribilia nomina proferens, ac materias quæ magnum includunt cruciatum, ut dum ait ignem, et sulphur, et spiritum procellæ, carbonesque ignitos super ipsos pluiturum, metaphorico sermone intolerabile supplicium, et uberem facilemque plagam ac devastationem proponere volens. *Pars* autem hic ponitur pro sorte, quasi dicat : Hæc illorum sors est, in his consumentur. Deinde etiam causa adjungitur : *Quoniam justus Dominus*, quasi diceret : Qui enim omnia videt, non sinet hæc impune pertransire. »

47. Commentarium dum legere pergo, mihi facile persuadeo eum non aliunde magis quam e Chrysostomi orationibus excerptum esse. Etenim ita pseudo-Theodorus psalmum undecimum interpretatur, ut eum inde maximam suæ interpretationis partem mutuatum esse constet. Et ne hunc psalmum omnino prætierire videamur, initium commentarii non pigebit ascribere. Eo igitur loci hæc habentur : Οὗτος ὁ μακάριος μόνος ἀπειλημμένος, πάντων τὴν ἐναντίαν βαδιζόντων, ἐπὶ τὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν καταφεύγει. Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι γέγονεν ὅσιος, ἀλλ' ὅτι καὶ οἱ ὄντες ἀπώλοντο, ἐπεὶ ἐκράτησεν ἡ κακία... Ὥσπερ τῶν χρωμάτων τὰ μὲν ἀληθῆ εἰσι, τὰ δὲ

[72] Psal. IX, 16. [72*] Psal. X, 7.

Digitized by Google

ψευδῆ· οὕτω καὶ πολλαί εἰσιν ἀλήθειαι, ἀλλὰ κυρίως ἀλήθεια τὸ ὄντως ὄν. Ἐπεὶ δὲ καὶ ταῦτα διέστραπτο καὶ ἠμαύρωντο, οὐ τὴν ἀπόστασιν ἀπολέσαντα, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων φυγαδευθέντα. « Hic sanctus solus derelictus, omnibus contrariam viam ineuntibus, ad Dei providentiam confugit. Et non dixit : Quoniam sanctus fuit, sed quod hi etiam qui sancti sunt, perierint, eo quod prævaluerit malitia... Quemadmodum colores aliqui quidem sunt veri, alii vero falsi : eodem modo multæ etiam sunt veritates, sed proprie veritas est id quod vere est. Quia vero etiam hæc perversa erant, et offuscata ; non quod substantiam perdidissent, sed quod ab hominibus relegata essent, » etc. His absimilia non sunt quæ leguntur apud Chrysostomum, hoc modo : Οὗτος ἅτε ὂν μόνος αὐτῆς ἐπειλημμένος, πάντων τὴν ἐναντίαν βαδιζόντων, ἐπὶ τὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν καταφεύγει... Καὶ οὐκ εἶπε, *Σῶσόν με*, ὅτι οὐ γέγονεν ὅσιος, ἀλλ', *Ὅτι ἐκλέλοιπεν ὅσιος*· δεικνὺς ὅτι καὶ οἱ ὄντες ἀπώλοντο, ἐπειδὴ ἐκράτησεν ἡ κακία... Καθάπερ ἐπὶ τῶν χρωμάτων, καὶ τῶν ἄλλων εἰδῶν, τὰ μέν ἐστιν ἀληθῆ, τὰ δὲ ψευδῆ... οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν. Ἀλήθεια γὰρ τὸ ὄντως ὄν, ψεῦδος δὲ τὸ μὴ ὄν. Ἐπεὶ οὖν ταῦτα διέστραπτο καὶ ἠμαύρωντο, οὐ τὴν ὑπόστασιν ἀπολέσαντα ἐξ ἑαυτῶν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων φυγαδευθέντα, etc. « Hic quoque justus, ut qui solus eam apprehendisset, cæteris contra tendentibus, confugit ad Dei providentiam... Et non dixit : *Salvum me fac*, quoniam non est sanctus, sed *Quoniam defecit sanctus*[73], ostendens eos etiam, qui erant, periisse, postquam invaluit vitium... Quemadmodum in coloribus et aliis generibus alia quidem sunt vera, alia falsa... ita etiam in virtutibus. Veritas enim est quod vere est : mendacium autem quod non est. Quoniam ergo hæc inversa, et obscurata fuerant, non quod suam perdiderant substantiam, sed quod ab hominibus fugata fuerant, » etc. Cum tam multa hactenus sumpserit pseudo-Theodorus ex orationibus Chrysostomi, mirum videri non debet, si ab illo plurima quoque in explanando duodecimo psalmo mutuatus sit. Et certe pars maxima eorum quæ a pseudo-Theodoro dicuntur, nihil aliud sunt quam varia orationis Chrysostomi fragmenta, eaque male assuta. Ejus rei exstant exempla in ipso interpretationis initio; sed ne copia major lectoribus tædium afferat, missa ea facimus. Ordo postularet ut de psalmo tertio decimo nonnulla proferrentur : sed cum psalmus ille et alii multi in vulgatis Chrysostomi editionibus desiderentur, de his omnibus nihil dicere habemus. At ubi novam suam editionem perfecerit Montfauconius noster, in qua inter cætera anecdota illi quoque psalmi prodibunt, non dubito quin sit futurum, ut hinc etiam similia his quæ retulimus, ubertim erui possint. Interim pseudo-Theodorum in sequentibus psalmis exponendis eum esse, qui fuit in explanandis prioribus ostendamus. Ejus igitur verba sunt, prima psalmi quadragesimi tertii verba interpretantis : Ἀνακτωμένων οἱ λόγοι τοὺς τῷ πλήθει καὶ τῇ ἰσχύϊ τῶν πολεμίων καταβληθέντας. Καὶ προτροπή ἐστι, τὸ πᾶν ἐπὶ τὸν Θεὸν ῥῖψαι κελεύουσα, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἐλπίδος ἐξαρτῆσαι τὴν νίκην. Διὰ τί δὲ τοῖς ὠσί; τίνι γάρ τις μέρει ἄλλῳ ἀκούει; Κοινὸν ἔθος ἐστὶν, ὅταν τις πεπληροφορημένα διηγῆται, προτιθέναι τοῖς ὠσὶν ἀκηκοέναι... Ὅρα δὲ πῶς δεινὰ πάσχοντες, οὐ λέγουσιν, τὸ καὶ τὸ ἐπάθομεν διὰ σὲ, βοήθησον ἡμῖν· ἀλλ' ὡς οἰκεῖον μηδὲν ἔχοντες ἀγαθὸν εἰς παῤῥησίαν, εἰς τὰ τοῖς προγόνοις ὑπηργμένα παρὰ Θεοῦ καταφεύγουσι. « Hæc verba sunt erigentium eos, qui multitudine ac robore hostium prostrati sunt. Et adhortatio est, quæ totum in Deum projicere, et ex ejus spe victoriam suspendere jubet. At cur auribus? quoniam enim alio membro quis audiat? Communis enim consuetudo est, ut quando quis certa narrat, addat auribus se audivisse... Observa vero, quemodo cum aspera quæque passi sint, non dicant, Hoc et hoc passi sumus propter te; adjuva nos : sed ac si nihil haberent boni quo confidant, confugiunt ad ea quæ majoribus suis a Deo facta sunt. » Apud Chrysostomum autem ita legitur : Τοῦτο γὰρ τοὺς ἀσθενέστερον πρὸς τοὺς πόνους διακειμένους ἦν ἀνακτωμένου... Ἡ εὐχὴ αὕτη προτροπὴ τοῖς στρατοπέδοις ἐστὶ, τὸ πᾶν ἐπὶ τὸν Θεὸν ῥῖψαι κελεύουσα, καὶ ἐξαρτῆσαι τῆς ἐκεῖθεν ἐλπίδος τὴν νίκην. Διὰ τί δὲ οὐκ εἶπεν, Ἠκούσαμεν, ἁπλῶς, ἀλλ', *Ἐν τοῖς ὠσὶν ἡμῶν ἠκούσαμεν;* ποίῳ γὰρ ἑτέρῳ μέρει τις ἀκούει τοῦ σώματος;... Κοινὸν ἔθος τῶν ἀνθρώπων ἐστὶν, ὅταν τινὰ διηγῶνται, ὑπὲρ ὧν εἰσι πεπληροφορημένοι... προστιθέασιν ἀεὶ τὰ ὦτα, φάσκοντες τοῖς ὠσὶν ἀκηκοέναι... Τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα παθόντες δεινὰ διὰ τὸν Θεόν... οὐδὲν τούτων φασὶ τέως, ὅτι τὸ καὶ τὸ ἐπάθομεν διὰ σὲ, βοήθησον ἡμῖν· ἀλλ' ὡς... οὐκ ἔχοντες ἐξ οἰκείων κατορθωμάτων παῤῥησίαν, οὕτως εἰς τὰ τοῖς προγόνοις ὑπηργμένα παρὰ τοῦ Θεοῦ καταφεύγουσι. « Hoc est enim ejus qui eos recreat et reficit, qui sunt molliori et imbecilliori animo ad labores suscipiendos. Hæc precatio est ad milites adhortatio, quæ jubet universa in Deum conjicere statuereque ex spe in illum pendere victoriam. Cur autem non dixit absolute, Audivimus, sed, *Nostris auribus audivimus*[74]? quanam enim alia corporis parte auditur?... Hic est mos communis hominum, qui quando aliqua narrant, de quibus sunt facti certiores... semper aures adjiciunt, dicentes se auribus audivisse... Cum tot et tanta passi essent, propter Deum... nihil eorum interim dicunt, videlicet : Hoc et illud passi sumus propter te, da nobis auxilium; sed tanquam fiduciam ex suis factis non haberent, ad ea, quæ Deus majoribus illorum fecerat, confugiunt. » De cætero velim conferas inter sese Chrysostomi orationem et commentarium, et experiare quemadmodum illius dicta in hoc explanando psalmo passim compilarit pseudo-Theodorus, sæpius contrahens, interdum nonnihil immutans; sed ita tamen, ut

[73] Psal. xi, 2. [74] Psal. xliii, 26.

Digitized by Google

partem maximam eorum, quæ profert, e Chrysostomo ad verbum sumptam esse nemo non videat. Quod si quispiam libros adire nolit, libentes addemus et quæ ab utroque scriptore dicuntur in ultima psalmi verba, quo melius de reliqua pseudo-Theodori interpretatione existimare possit. Hæc sunt igitur Chrysostomi verba in illud : *Exsurge, Domine, adjuva nos* [75] : Στῆθι ἀντιλαμβανόμενος ἡμῶν, καὶ ῥῦσαι ἡμᾶς διὰ τὸ ἔλεός σου. Ὅρα ποῦ τὸν λόγον κατέκλεισαν. Μετὰ μυρία αὐτῶν κατορθώματα, πόθεν ἀξιοῦσι σώζεσθαι ; Ἀπὸ ἐλέους, ἀπὸ φιλανθρωπίας... Τί ἐστιν, *Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου ;* Ἵνα μὴ αὐτὸ βεβηλωθῇ. « Sta nos defendens, et libera nos propter misericordiam tuam. Vide quomodo concluserunt orationem. Post innumerabilia quæ ab eis recte et ex virtute facta fuerant, undenam salutem assequi æquum censent? A misericordia, a benignitate et clementia... Quid est, *Propter nomen tuum ?* Ne ipsum profanetur. » Sic autem editum invenimus in commentario : Ἀνάστηθι ἀντιλαμβανόμενος ἡμῶν, καὶ ῥῦσαι ἡμᾶς διὰ τὸ ἔλεός σου. Ὅρα ποῦ τὸν λόγον κατέκλεισεν. Ἀφεὶς γὰρ τὰ κατορθώματα, ἀπὸ ἐλέους καὶ φιλανθρωπίας ἀξιοῖ σώζεσθαι. Τί δέ ἐστιν, *Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου ;* Ἵνα μὴ αὐτὸ, φησὶ, βεβηλωθῇ. « Exsurge, protegens nos, et libera nos propter misericordiam tuam. Vide quomodo sermonem clauserit. Omissis enim bonis operibus, propter misericordiam et benignitatem postulat salvari. Quid porro, *Propter nomen tuum ?* Ne illud, inquit, contaminetur. » Postquam singillatim de psalmis non paucis disputatum est, universe nunc dicam psalmos quadragesimum quartum, quadragesimum quintum, quadragesimum sextum, quadragesimum septimum, quadragesimum octavum et quadragesimum nonum fragmentis hinc illinc e Chrysostomo excerptis referciri. Ad alia properabimus, si prius monuerimus in commentario, tomo primo, p. 836, dici ab Helena Eudociaque et ab aliis regum filiabus plurimis constructa fuisse Jerosolymis templa magnifica : quo magis miror hoc opus Theodoro Heracleotæ ascribi potuisse. Nam libenter quærerem, quæ fuerit Eudocia illa, quæ multæ illæ regum filiæ, quæ templa sumptuosa Theodori ætate Jerosolymis ædificarint. Nam, ut interim sileam de multis illis regum filiabus, non satis intelligo qua de Eudocia hic sermo habeatur.

48. Ex iis quæ retulimus facile intelligitur commentarium qui nomine Theodori Heracleotæ circumfertur, ejus non esse, nec ei tribui ullo modo posse. Attamen ne Theodoretus asymbolus esse videatur, nonnulla ex eo addere libet. Theodoretus igitur illa primi psalmi verba, « Et folium ejus non defluet [76], » etc., interpretatur hoc modo : Καὶ γὰρ οἱ τῆς ἀρετῆς ἀθληταὶ τῶν μὲν πόνων κατὰ τὸν μέλλοντα βίον κομίσονται τοὺς καρπούς... καὶ συλῶσι τῇ ψυχαγωγίᾳ τὴν τῶν πόνων βαρύτητα... Οὐδὲν ἐναντίον τοῖς θείοις νόμοις ὅγε τοιοῦτος ὀφθήσεται βουλήσεται. τῷ θείῳ νόμῳ τὸ οἰκεῖον θέλημα συναρμόττων. « Etenim virtutis athletæ laborum quidem fructus in futura vita reportabunt... et animi delectatione laborum molestiam fallunt... Nihil contrarium divinis legibus hujusmodi homo facere volet, ut qui divinæ legi suam ipsius voluntatem accommodet. » Verba vero pseudo-Theodori hæc sunt : Καὶ γὰρ οἱ τῆς ἀρετῆς ἀθληταὶ τοὺς μὲν τῶν πόνων καρποὺς κατὰ τὸ μέλλον κομίζονται... καὶ κλέπτουσι τῇ ψυχαγωγίᾳ τὴν τῶν πόνων βαρύτητα... Οὐδὲν γὰρ ἐναντίον τοῖς θείοις νόμοις διενεργήσει, τῷ τοῦ νόμου βουλήματι συναρμόττων τὸ θέλημα. « Siquidem athletæ virtutis in futura quidem vita laborum fructus referent . . . atque animi alacritate laborum molestiam fallunt... Nihil enim divinis legibus contrarium perpetrabit, cum legis decreto voluntatem conformans. » Mutat voculas quasdam pseudo-Theodorus more suo : sed nemo, opinor, nisi volens falletur, cum perspicuum sit hæc non aliunde quam e Theodoreti commentariis sumpta esse. Sciens prætereo aliqua ex explanatione secundi psalmi, et deinceps prætereo quæ a quolibet in interpretatione aliorum psalmorum legi possunt ; neque enim mihi propositum est (quis enim possit ?) omnia adnotare. Interim tamen, ut alios difficultate quærendi eximamus, nonnulla e tertio psalmo ascribemus. Theodoreti igitur hæc sunt in illa, *Voce mea ad Dominum clamavi* [77] : Τὸ δὲ, *Εἰσήκουσέ μου ἐξ ὄρους ἁγίου αὐτοῦ*, κατὰ τὴν πάλαι κατέχουσαν εἰρηται δόξαν. Ἐνομίζετο γὰρ ἐν τῇ σκηνῇ κατοικεῖν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἐπειδὴ καὶ τοὺς χρησμοὺς ἐκεῖθεν τοῖς ἱερεῦσιν ἐδίδου. Et paulo post explanans illud, *Ego dormivi* [78], etc., sic loquitur : Ἐπειδὴ ὡς ἐν σκότει διάγειν νομίζουσιν οἱ τοῖς ἄγαν ἀνιαροῖς περιπίπτοντες.... σημαίνει τοίνυν κατὰ ταυτὸν τὰς θλίψεις καὶ τὴν τούτων ἀπαλλαγήν. « Hoc autem, *Exaudivit me de monte sancto suo* [79], dictum est propter opinionem, quæ olim obtinuit. Existimabatur enim universorum Deus in tabernaculo habitare, quoniam et oracula illinc sacerdotibus pandebat. . . Quia velut in tenebris vivere se existimant illi, qui in res admodum tristes incurrunt... Una igitur demonstrat afflictiones et ab illis liberationem. » Verba pseudo-Theodori jam exscribamus, quæ sunt ejusmodi : Τὸ καὶ, *Ἐπήκουσέ μου ἐξ ὄρους*, κατὰ τὴν πάλαι κατέχουσαν εἰρηται δόξαν. Ἐνομίζετο γὰρ ἐν τῇ σκηνῇ κατοικεῖν, ἐπειδὴ ἐκεῖθεν καὶ οἱ χρησμοὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἐδίδοντο... Ὡς γὰρ ἐν σκότῳ καὶ ὕπνῳ διάγειν νομίζουσιν οἱ ἀνιαροῖς περιπίπτοντες, κατὰ ταυτὸν οὖν σημαίνει καὶ τὰς θλίψεις, καὶ τὴν τούτων ἀπαλλαγήν. « Illud autem, *Exaudivit me de monte*, dictum est juxta veterem, quæ tunc obtinebat, opinionem. Putabatur enim in tabernaculo habitare, quoniam ibi sacerdotibus quoque oracula dabantur... Sicut enim in tenebris et somno versari se existimant qui in res tristes incidunt, sic etiam a simili explicat afflictiones, et harum liberationem. » Sed et aliud exem-

[75] Psal. XLIII, 26. [76] Psal. I, 3. [77] Psal. III, 5. [78] ibid. 6. [79] ibid. 5.

Digitized by Google

plum adjiciamus e psalmo sexto, priusquam a Theodoreto avellamur. Igitur sic interpretatur illa, *Domine, ne in furore tuo* [80], etc. : Πατρικῶς με, φησὶ, παίδευσον, μὴ δικαστικῶς· ἰατρικῶς, μὴ κολαστικῶς· μὴ μετρήσῃς τῇ ἁμαρτίᾳ τὴν τιμωρίαν, ἀλλὰ τῇ φιλανθρωπίᾳ τὸ δίκαιον κέρασον. *Ἐλέησόν με, Κύριε, ὅτι ἀσθενής εἰμι.* Ἁρμόττουσα τοῖς ἡμαρτηκόσιν ἡ τοιαύτη φωνή. Ἀσθενείας γὰρ ἡγουμένης, etc. « Paterne me, inquit, corripias, non judicis ritu ; medici more, non tortoris ; ne metiaris vindictam peccato, sed benignitate justitiam tempera. *Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum* [81]. Hujusmodi vox peccatoribus convenit. Nam infirmitate præcedente, » etc. Haud secus pseudo-Theodorus : Πατρικῶς με παίδευσον, μὴ δικαστικῶς· ἰατρικῶς, μὴ κολαστικῶς· μὴ μετρήσῃς τῇ ἁμαρτίᾳ τὴν τιμωρίαν, ἀλλὰ φιλανθρωπίᾳ τὸ δίκαιον κέρασον.... *Ἐλέησόν με.* Ἁρμόττουσα τοῖς ἡμαρτηκόσιν ἡ φωνή. Ἀσθενείας γὰρ ἡγουμένης, etc. « Paterne me corripias, non ritu judicis ; medici more, non tortoris ; ne admetiaris vindictam peccato, sed benignitate justitiam tempera. *Miserere mei*, conveniens peccatoribus vox, dum enim infirmitas præcedit, » etc.

49. Plura ex Theodoreto colligere institueram : sed cum ea quæ relata sunt, jam modum superare videantur, de hac mea decessi sententia. Quoniam tamen Theodoreti mentionem fecimus, non possum quin dicam in commentariis iis quos in Psalmos conscripsit, reperiri multa quæ apud Eusebium verbis totidem et syllabis leguntur. Ejus rei exempla videre qui cupiet, eum aliqua inventurum spondeo in explanatione psalmorum decimi quinti, decimi sexti, vicesimi primi, tricesimi primi et tricesimi noni. Neque admodum dubito quin his similia, si quis quærere vellet, alibi quoque invenirentur. Utrum autem quæ indicavimus, et alia quæ fortasse ab harum rerum studiosis deprehendi poterunt, attexta sint Theodoreti interpretationi a librariis, an Theodoretus ipse ea sibi sumpserit, expendere meum non est, sed ejus, qui Theodoreti operum editionem novam suscipiet. Quod autem dixi, inveniri in Theodoreto non pauca, quæ totidem syllabis legimus apud Eusebium, non ita acceptum volo, ut hæc omnia e commentariis Eusebii in Theodoreti commentarios translata esse putentur. Est enim mihi persuasissimum, fragmentum illud quo explanantur illa psalmi decimi sexti, « Domine, a paucis de terra divide eos [82], » etc., quodque incipit : Εἰ καὶ σοὶ τῷ θανάτῳ παραπέμψαι ῥᾴδιον, etc., e Theodoreti commentario in Eusebianum advectum esse. Nam ante verba illa, εἰ καί, etc., legimus in Eusebio, ἄλλος φησίν, « ait alius. » Quin autem « alius » ille sit Theodoretus ipse, apud quem eadem omnino inveniuntur, dubitari posse non arbitror.

50. Duo mihi impedimento sunt ne testimonia proferam aut ex Origene, aut ex Didymo. Primum, quod, ut dixi, plura, quam opus erat, jam relata sint ; alterum, quod catenis e quibus ejusmodi testimonia depromi oporteret, fides magna adhiberi non soleat. Quia tamen non deerunt fortasse qui exemplorum multitudine delectentur, nec iis unquam satiari possint, indicabimus loca quædam, quibus planum fiat eadem interdum in pseudo-Theodoro legi, quæ et in Origine et in Didymo. Compares velim paginam 211 tomi primi cum pagina 214 ; item paginam 223 cum pagina 226 ; item paginam 391 cum pagina 402 ; quarum lectione disces pseudo-Theodorum et ab Origene quoque nonnulla mutuatum esse. Compares rursus paginam 277 cum pagina 270 ; item paginam 358 cum pagina 353 ; item paginam 604 cum pagina 593 ; quibus perlectis latebere pseudo-Theodorum pariter et ex Didymo nonnihil excerpsisse. Finem tandem criticis his notis imponamus. Nihil enim attinet dicere plura, cum satis superque ex his constet commentarium eum qui nomine Theodori Heracleotæ circumfertur, ei tribui non debere, nec posse. Cave igitur putes habendum esse pro plagiario Basilium, eo quod in ipsius orationibus in psalmos legantur eadem non raro, quæ in commentario ; sed existimes velim commentarium illum ut ex aliis multis, ita e Basilio sumptum esse. Nec dixerit quisquam non fuisse ex omnibus psalmis allata exempla ; et fieri posse, ut reliqua commentarii pars ejus sit, cujus nomine insignitur. Etenim conjicere licet ex iis quæ in medium adduximus, commentarium, quantus quantus est, ejusdem generis testimoniis refertum esse, nec nomen aliud ei magis convenire, quam catenæ. Audivi eruditum hominem Richardum Simon dicere solitum, videri sibi hunc Theodori Heracleotæ commentarium omnium quos legerat optimum atque utilissimum. Nam, inquiebat, omnem Patrum Græcorum doctrinam summatim complectitur. Certe hoc dicere jure optimo potuit, cum ex selectis Patrum locis constet hic commentarius. Sed commentarium illum cum Patrum catena, quam quoque in iisdem voluminibus edidit doctissimus vir Corderius, comparare debuerat ; tuncque nullo negotio animadvertisset ea quæ in catena proferuntur nomine Eusebii, aut Chrysostomi, aut alterius, ipsa ad verbum sæpe in commentario inveniri. Ex quo (res enim ipsa loquitur) facile intellexisset commentarium, qui Theodori Heracleotæ nomen præfert, ejus non esse, sed aut Theodoro culpiam recentiori, aut alteri cuivis tribui oportere.

§ IX. *De paraphrasi anonymi.*

51. Volumina tria, ut notum est, edenda curavit eruditissimus vir Corderius, in quibus opera totidem reperiuntur, Paraphrasis anonymi, Commentarius de quo numero superiore tam multa diximus, Catena denique Græcorum Patrum. Contigit autem nescio quomodo, ut dum Theodoreti *in Psalmos* commentarium legerem, temere et casu in hanc anonymi

[80] Psal. vi, 2. [81] ibid. 3. [82] Psal. xvi, 14.

Digitized by Google

illius paraphrasim oculos conjecerim. Atque, quod non quærebam, reperi anonymi illius paraphrasim ipsum esse Theodoreti commentarium, non totum illum quidem et integrum, sed contractum et in epitomen redactum. Psalmus autem in quem incidi, erat, ni fallor, psalmus quintus et decimus. Rem cum mirarer, legere statui et alios quosdam psalmos, quo, quid de illa paraphrasi sentiendum esset, tutius nosse possem, utrum videlicet tota paraphrasis epitome quædam esset commentariorum Theodoreti, an uni huic paraphrasis loco inepte a librariis interpretatio Theodoreti inculcata fuisset. Cœpi igitur primos quinque psalmos legere : sed eorum quæ in Theodoreto videram, nihil, ut verum fatear, reperi in Paraphrasi. At cum aliorum quorumdam psalmorum paraphrasim evolvere pergerem, animadverti paraphrasim psalmi sexti, septimi et aliorum ad usque decimum septimum nihil a Theodoreti explanatione differre, nisi copia, et voculis quibusdam, quæ in variis ejusdem scriptoris codicibus occurrere solent. Imo identidem anonymi paraphrasis interpretatione Theodoreti nihilo fere brevior est : sed in utroque nullum majus discrimen intercedit, quam quod psalmorum verba semper in hoc grandioribus litteris edita sint, in illo non item. Ejus generis sunt psalmi undecimus, duodecimus, et decimus quartus. In aliis quos dixi psalmis brevior quidem est paraphrasis, sed ita, ut quidquid in ea legitur, omne id legere sit in Theodoreto. Præterea, quo minus in judicando fallerer, initium paraphrasis et finem oculis perlustravi a psalmo decimo octavo usque ad tricesimum; atque factum est, ut quæ in ea legeram, eadem et in Theodoretina interpretatione invenerim. Unde, quin horum quoque tredecim psalmorum paraphrasis ex eodem fonte hausta sit, non valde admodum dubito. Quod si quispiam psalmos plures legat, hoc idem fortasse alibi quoque animadvertet. Nos rem tanti esse non arbitramur, ut plus in ea operæ ponamus. Sed quæ diximus, ea vel sola paraphrasim illam non anonymi cujusdam, sed variorum scriptorum opus esse, satis, opinor, ostendunt. Scriptor enim qui tam multa a Theodoreto sumpsit, haud injuria credi potest et ab aliis alia quoque sumpsisse. Videtur igitur et hoc opus inter catenas, quas vocant, referri merito posse : cujus pars alia e Theodoreto, alia ex aliis scriptoribus sumpta esse putanda sit.

A

B

C

D

§ X. *De Commentario* in Isaiam.

52. Etsi hic videtur esse locus de quinque *in Eunomium* libris disserendi : tamen, ne sacrarum Scripturarum interpretationes a se invicem diverterentur, malui de imperfecto *in Isaiam* commentario disputare, mox de his quos dixi libris locuturus. Monui autem alicubi amplissimum illum in priora sexdecim Isaiæ capita commentarium, etsi fere ab omnibus pro genuino Basilii fetu habetur, non omni tamen suspicione vacare. Invenias quidem paucissimos qui negent, si ipsos cum iis qui hunc commentarium vere Basilii esse affirmant, comparare velis. Nam inter posteriores recensere licet Maximum confessorem, Joannem Damascenum, Symeonem Logothetam, Antonium Melissam, Tharasium Patriarcham Constantinopolitanum, auctorem Scholiorum Græcorum in Epistolas apostolicas : quibus adjungendi sunt et librarii, qui in fronte scriptorum manu codicum nomen Basilii Magni Cæsariensis archiepiscopi diligenter inscribere curarunt. Nec mirum si recentiores, majorum exemplo, eamdem amplexi sint sententiam. Celebriores sunt Tilmannus, Ducæus, Combefisius, Natalis Alexander, Dupinus, Tillemontius, Lequienus : quorum opinioni, nisi gravissimæ causæ impediant, accedere semper gloriabor. Numerare facilius erit adversæ sententiæ patronos, cum tres aut quatuor duntaxat inveniamus, Joannem Drungarium, Erasmum, Rivetum, Petavium. Tilmanni autem et reliquorum idem sentientium opinio non alio magis argumento nititur, quam quod commentarius ille pro genuino Basilii Magni fetu ab antiquissimis illis quos dixi viris habeatur : eorum vero qui adversam tuentur sententiam, argumenta aut nulla sunt, aut non ita multum ad persuadendum idonea. Erasmus confugit ad illud suum, ut dicat non videri sibi hoc opus divinam illam Basilii phrasim sapere. Petavius, cujus in litteris auctoritas apud omnes plurimum valere debet, ait quidem disertis verbis imperfectum illum *in Isaiam* commentarium qui nomine Basilii circumfertur, ejus non esse : sed nihil omnino affert ad suam sententiam confirmandam. Petavii autem verba hæc sunt tom. III *Theol. dog.*, lib. I, c. 2, n. 4 : « Rursus, inquit, auctor commentariorum *ad Isaiam*, qui Basilio solent inscribi, nec sunt tamen illius, videtur etiam corporatos angelos facere. » Montfauconius noster, cujus labor ut alias, ita hic quoque admodum utilis est et fructuosus, edendum curavit cujusdam Joannis Drungarii fragmentum, quod certe ad rem vel maxime facit. Inde enim discere est quid Græci de Basilii *in Isaiam* commentariis senserint duodecimo sæculo, quo ille scriptor vixisse creditur. Sic autem in prologo quodam, quem tom. II *Coll. Patrum Græc.*, p. 350 editum invenimus, locutus est Joannes Drungarius : Καὶ τοῦτο δὲ κατάδηλον ποιῶ τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ὡς ὁ ἐν ἁγίοις Βασίλειος, μέρος τι τῆς ἐν χερσὶ προφητείας ἡρμήνευσεν· ἥτις ἑρμηνεία παρὰ πολλοῖς ἀμφιβάλλεται. « Hoc item monitum lectorem volui, Magnum scilicet Basilium hujus prophetiæ partem interpretatum esse : quæ tamen interpretatio an ejus sit, a multis in dubium revocatur. » Cui dubitationi favet is, quem modo dixi, vir eruditissimus Montfauconius.

53. Hactenus de aliorum sententiis : nunc meam, ut soleo, proponam. Mihi ægre est quidem, quod hic quoque vulgatam opinionem impugnare cogar, sed quoniam veri amor plus valere debet quam quorumlibet hominum aut fama, aut auctoritas, dissimulandum quidquam esse non puto. Ergo tantum abest, ut imperfectum illum *in Isaiam* commenta-

Digitized by Google

rium tribuam Basilio, ut eum etiam ipso indignissimum esse judicem. Legi, perlegi hoc opus; nec quidquam Basilianum usquam reperi. Nihil non olet peregrinitatem. Quæcunque mirantur eruditissimi quique in scriptis Basilii, orationis perspicuitatem, facundiam, singularem quamdam interpretandarum Scripturarum facilitatem, verborum optimorum delectum, sententiarum gravitatem, horum ne vestigium quidem in his commentariis exstat. Et vero scriptor, quicunque ille fuit, friget ubique. Stylus illius a Basiliano tam longe distat, ut eam discrepantiam qui non videt, nihil videat necesse sit. Repetit quæ aliquanto ante dixerat: immodicum se præstat in digressionibus, iisque ad rem non pertinentibus. Imitatur sæpius plagiarios, qui, cum non habeant quod scribant, et tamen scribere velint, alienos labores metere non verentur. Ita aliquando a proposito aberrat, ut eum illius quasi oblitum dicas, nec ipsum putes interpretem esse Isaiæ, sed Davidis. Vocabulis duris passim utitur, quæ frustra quæras in suavissimo oratore Basilio: sed quorum pars maxima apud Eusebium invenitur; ob idque credi merito potest insignis quidam plagiarius fuisse. Ineptit, garrit nugas, Patrum gravissimo indignissimas, easque ad risum movendum quam ad docendum accommodatiores. Atque, quod a Basilii moribus alienissimum est, non absolvit periodos, sed divinandum aliquid relinquit, scriptoris sic ut multis in locis sententiam consequi vix possis. Denique in his commentariis verba non raro ita inter se ordinantur, eorum ut constructio fieri nullo modo possit. Sane tot sunt eorum quæ diximus exempla, quot non dico paginæ, sed periodi commentariorum. Sed ne copia ipsa molesta sit, pauca e multis ad hanc nostram opinionem comprobandam in medium proferam.

54. Primum ita auctori familiares sunt ex voces quæ in κος desinunt, ut statim commentariorum γνησιότης in dubium revocari merito possit. Sed si quis easdem voces attentius consideraverit, plerasque tam duras, tam obsoletas, tamque inusitatas inveniet, ut hunc Commentarium male Basilio tribui statim pronuntiaturus sit. Quam autem frequens sit in Commentario usus harumce vocum, ex qualibet fere pagina a quovis quidem facile cognosci potest: sed tamen ut res oculis ipsis subjiciamus, ejusmodi vocabula quibus usus est interpres in explanandis illis, « Et arguet populum multum; et concident gladios suos, » etc., hoc loco adnotare visum est. Hæc igitur sunt quæ ibi intra paucos versus leguntur, σωματικὸν, πληκτικὸς, εἰρηνικὴν, εἰρηνικὸν, συμβατικὸν, φθαρτικὴν, λογικαῖς, παρασκευαστικὴν, ποιητικὸν, συνακτικὸν, συνδετικὸν, λογικόν. Hæc, inquam, sunt quæ legere sit in brevi illo quod dixi spatio. Plura qui videre volet, is, opinor, si vel semel librum aperiat, ejusdem generis alia multa inveniet. Nam obvia sunt, et tam multa, ut ea quærere, sit arenam in maris littore quærere. Longe parcius hisce vocabulis uti solet eloquentissimus orator Basilius. Neque vero ejusmodi voces sunt solum plus justo familiares interpreti: sed, ut dixi, sunt non paucæ ita duræ, ita insolitæ, ut præstare ausim maximam earum partem apud Basilium nusquam reperiri. Quod genus sunt, στοχαστικῶς, παρεκβατικώτερον, σχετλιαστικῶς, ἀντιβατικῶς, σκοπευτικὸς, κατανυκτικῷ, ἀπιδιαστικά, et aliæ, quæ plures sunt, et frequentius obviæ, quam ut hic debeant referri. Nec prætereundum silentio, innumera alia vocabula passim in his commentariis occurrere, quæ, qui libros Basilii diligentius legerit, peregrina esse et a Basiliano usu aliena facile fatebitur. Qualia sunt, ἀπαρακολουθησία, ἀκατανάγκαστον, οἰστικαὶ, ἐπαμφοτεριστῶν, ἀποτηγανιζομένης (*a*), τρισάθλιοι, ἀτιμοποιὸς, ἀσεβήματα, ἀκολαστήματα, κατὰ συναρπαγὴν, ἀπαρακολούθητον, ἀτημέλητα, οἰησίσοφος, ἐξευγενιζομένης, et alia permulta, quæ si velimus omnia exscribere, pars non minima commentariorum exscribenda nobis erit.

55. Sed hæc de nudis verbis: nunc de ipsis periodis disserendum. Profecto, ut mihi quidem videtur, si nihil aliud, certe ineptum dicendi genus hujus operis νοθείαν aperte ostendit. Commentarios hos cum verterem, inter cætera vitia, illud vel maximum mihi visum est, quod scriptor sæpissime periodos non absolvit. Ex quo fit ut, si, quæ Græce legisti, reddere velis Latine, auctoris mentem assequi vix possis. Proponam hic ejus rei aliquot exempla, ut quidque occurret: ex quibus de multis similibus conjectura fieri poterit. Scriptoris igitur verba sunt hæc in illud (num. 112): *Et respondens in illa die* [83], etc.: Νῦν δὲ φοβοῦμαι, μὴ ἐν τῇ Ἰουδαϊκῇ στάσει ἦσάν τινες οἱ ἀναξίους ἑαυτοὺς τῶν ἑτέρων ἄρχειν ἡγούμενοι, διὰ τὴν συναίσθησιν τῆς ἐνυπαρχούσης αὐτοῖς πτωχείας· ἐπὶ δὲ τῶν παρόντων, κἂν μὴ ὦσί τινες ἐνδεδυμένοι Χριστὸν, μηδὲ σπλάγχνα οἰκτιρμοῦ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, κἂν ἐπιλάβηταί τις οὐκ ἀντιλέγουσι, κἂν μὴ ἐπιλάβηται, εἰσωθοῦνται πολλοί. Quod ita ad verbum interpretabimur: « Nunc autem timeo ne in Judaica quidem seditione erant, qui indignos se præfectura aliorum rati, utpote suæ ipsorum paupertatis conscii; sed hoc tempore, etiamsi non sint qui induti Christum, neque viscera misericordiæ, » etc. Certe si quis ita Latine interpretaretur, risum audientibus moveret: et tamen unaquæque vox Latina cuilibet voci Græcæ plane respondet. Sed, ut dixi, verborum Græcorum obscuritas inde ortum habet, quod non videatur scriptor periodos absolvere; qui mos ut plurimum fastidii parit lectori; ita maximum negotium interpreti exhibet. Et vero credas post vocem ἡγούμενοι secuturum aliquod verbum, quod orationem absolvat: sed id verbum additum non

[83] Isa. III, 7.

(*a*) Verbum tamen ἀποτηγανίζεσθαι legitur in prima oratione *De jejunio*. EDIT.

Digitized by Google

est. Hoc autem dicere videtur interpres Græcus : « Nunc autem timeo, ne, ut olim in Judaica seditione erant qui seipsos arbitrarentur indignos, qui cæteris præficerentur, utpote suæ ipsorum paupertatis conscii, ita hoc tempore sint nonnulli, qui licet Christum et miserationis viscera induti non sint, secundum Apostolum, si quis tamen eos promoveat, non contradicant : et si promoveat nemo, tamen plurimi se intrudunt. » Notandum et illud, verba Græca perturbari, nec suo loco poni. Ita enim scribi oportuerat : Ἐπὶ δὲ τῶν παρόντων, κἂν ὦσί τινες μὴ ἐνδεδυμένοι Χριστόν, etc. « Sed hoc tempore, etiamsi inveniantur qui Christum induti non sint, » etc. Interpres explanans illa Isaiæ [86], *Et humiliabuntur, et lugebunt thecæ ornatus vestri*, sic loquitur (num. 132) : Χρυσίου καὶ ἀργυρίου θῆκαι καὶ ἐσθῆτος πολυτελοῦς, καὶ λίθων βαρυτίμων, ἕως μὲν ἂν ἔχῃ τὰ κειμήλια, πολλῆς ἀξιοῦται σπουδῆς καὶ ἐπιμελείας· ἐν οἴκοις ὀχυροῖς ἀποκείμενα ἐπὶ ὑψηλῶν τόπων, καὶ μοχλοὶ, καὶ κλεῖς, καὶ σφραγῖδες, καὶ φύλακες, καὶ πάντα τὰ πρὸς ἀσφάλειαν καὶ φυλακὴν ἐπινοούμενα. Ἐπειδὰν δὲ κενά, etc. Quo exemplo perspicue probatur interpretem ἐλλειπτικῶς simul et obscure locutum fuisse. Nam post illa, καὶ μοχλοὶ, καὶ κλεῖς, etc., aliquid supplendum esse nemo non videt ; nec necesse habeo de obscuritate dicere, cum ea per se satis pateat. Alius quivis scriptor diligens ita scripsisset : Χρυσίου καὶ ἀργυρίου θῆκαι καὶ ἐσθῆτος πολυτελοῦς, καὶ λίθων βαρυτίμων, ἕως μὲν ἂν ἔχωσι τὰ κειμήλια, πολλοῖς ἀξιοῦνται.... ἀποκείμεναι.... ἐπινοούμενα προστίθενται : quod ita interpretari licuisset : « Thecæ auri et argenti vestisque sumptuosæ et pretiosorum lapidum, quandiu suppellectili pretiosa replentur, studio multo atque diligentia asservantur, ac seponuntur in tutis ædium partibus et in excelsis locis ; adhibenturque vectes, claves, » etc. Legi potest ea quam ad hunc locum addidi nota. Nec dissimile illud, quo explanantur verba hæc (num. 135) : *In die autem illa splendescet* [87], etc. : Καθὸ καὶ ὁ προφήτης πρὸς τοὺς ἐν ἔργοις μὲν πονηροῖς ὄντας, ἐπείγοντας δὲ τὴν ἡμέραν τῆς ἀνταποδόσεως. Ἵνα, etc. « Quemadmodum et propheta in eos invehitur, qui etiamsi in operibus flagitiosis versarentur, nihilominus tamen diem retributionis urgebant. Ut quid, » etc. Certe verbum aliquod excidit interpreti, qui aliud cogitans orationem imperfectam reliquit. In explicandis illis : *Non putabitur, neque fodietur amplius* [88], ita se exprimit (num. 147) : Εἰς οὖν τὴν ἀγεώργητον ψυχὴν πολὺ τὸ πλῆθος τῶν μεριμνῶν. Διό, etc. Et hic quoque curta est et mutila oratio. Verbum si suppleas, ita interpretari licebit : « Itaque ingens curarum turma invadit in animam incultam. » Illa : *Væ qui intelligentes estis in vobismetipsis* [89], explicantur hoc modo (num. 175) : Οἱ μὲν ἀπὸ Θεοῦ ὄντες τοιοῦτοι· οἱ αἰσθανόμενοι τῆς παρ' ἑαυτοῦ δωρεᾶς· οἱ δέ, etc. Idem vitium, quod alias. Participia illa, ὄντες et αἰσθανόμενοι, verbum aliquod adjunctum habeant necesse est, ut sententia idonea efficiatur, compleaturque. Fortasse mentem scriptoris assequeris, si ita interpretere : « Qui quidem Dei ope tales exsistunt, donum illud ab eo profiscisci agnoscunt. » Quam inepta sit hæc loquendi ratio, quamque aliena a Basilii stylo, hic dicere nihil attinet. Eumdem ad modum mutila dictio est, ubi explicantur illa (num. 183) : *Et in manu sua habebat carbonem* [90]. Sic enim loquitur : Εἰ γὰρ, ὅπερ ἐφαντάσθησάν τινες, τὰ δύο τοῦ οὐρανοῦ ἡμισφαίρια, ἀνὰ μέρος ὑπὲρ γῆς φαινόμενα, ἐξ μέρεσιν ἑκατέρων, οἱονεί τισι πτεροῖς, πρὸς τὴν ὀξεῖαν κίνησιν κεχρημένων, πῶς ἀπεστέλλετο τὸ ἕτερον τούτων ; Post vocem φαινόμενα verbum aliquod exspectas, sed illud tibi divinandum reliquit interpres. Ibidem legimus : Ἀλλ' ὅπερ εἶπον, δυνάμεις ὑπερκόσμιαι, τῆς ἐγγυτάτω στάσεως διὰ τὴν ἐν ἁγιασμῷ ἀκρότητα κατηξιωμέναι· ὧν ἡ, etc. Tot participia, verbo destituta, nihil quidquam Basilianum præferunt, nec parum habent obscuritatis. Ad idem genus pertinet illud, quo utitur interpres ad explananda illa (num. 211) : *Et quodcunque consilium inieritis* [91], etc. : Ὥσπερ γὰρ οἱ τῇ προσθήκῃ τῆς ὕλης τῆς καιομένης, ἐπὶ τὸ μεῖζον αἴροντες τὴν φλόγα, οὕτω, etc. Deesse aliquid post vocem φλόγα, vident omnes. Similiter cum interpretatur illa (num. 226) : *Quia parvulus natus est nobis* [92], sui non dissimilis est interpres, sic loquens : Οὗτος ὁ τὴν μεγάλην βουλὴν τὴν ἀποκεκρυμμένην ἀπὸ τῶν αἰώνων γνωρίσας ταῖς ἑτέραις γενεαῖς μὴ φανερωθεῖσαν· οὗτος ὁ ἀναγγείλας καὶ φανερώσας τὸν ἀνεξιχνίαστον ἑαυτοῦ πλοῦτον ἐν τοῖς ἔθνεσιν, εἶναι τὰ ἔθνη συγκληρονόμα καὶ σύσσωμα· αὐτοῦ γὰρ τούτου, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐστι ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, τουτέστιν, ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις ἐν τῷ σταυρῷ. Ἐπὶ τοῦ. Nunc omitto participia illa, γνωρίσας, ἀναγγείλας, φανερώσας, quæ videntur indefinite posita : sed quæro quid sibi velit illud, εἶναι. Non enim video quo regatur, et ad quod referri possit. Scriptor fortasse voluit suppleri has duas voces, εἰς τό (*a*) : quod ita interpretabere : « ut fierent gentes cohæredes et concorporales. » Accedit, quod illud, αὐτοῦ γὰρ τούτου, indefinite quoque positum esse videatur. Nec absimile est, quod legimus in illa (num. 145) : *Et erit in die illa, non ultra adjicietur* [93], etc. : Τούτοις προστιθέντες ὥσπερ παῖδες ἀνόητοι τοῖς ἀνδραποδισταῖς, οἱ πολλάκις, etc. Ibidem : Προστιθέντες οὖν κἀκεῖνοι τοῖς ἀδικοῦσι· καὶ ἡμεῖς, etc. Sub finem capitis 14 sic loquitur interpres : Οἱ δὲ τὸν νοῦν ἑαυτῶν κεκαθαρμένον ἔχοντες, ὃς ὀνομάζεται Σιών. Ἐπειδή, etc. Plura adnotare facile est, cum commentarius similibus exemplis refertus sit ; sed nolo, ut loquendi quoque de reliquis vitiis supersit locus. Non possum tamen quin adjiciam locum quemdam,

[86] Isa. III, 26. [87] Isa. IV, 2 [88] Isa. V, 6. [89] ibid. 21. [90] Isa. VI, 6. [91] Isa. VIII, 10. [92] Isa. IX, 6. [93] Isa. X, 20.

(*a*) Vide Præfationem tomi II, apud nos III, § XIV. EDIT.

Digitized by Google

ubi explanantur illa (num. 306) : *Audivimus contumeliam Moab : contumeliosus valde* [92], etc. Est autem ejusmodi : Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν πολλὴν τοῖς ἐπιστρέψασιν ἐμφήναντα χρηστότητα τὰ εἰρημένα, ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς τὰ πικρότερα πάλιν ἐπανατείνεται. Quem locum cum crederet Combefisius mendosum esse, eum sic emendandum censuit, πολλὴν τοῖς ἐπιστρέψασιν ἐμφήνας τὴν χρηστότητα παρὰ τά, additque, « Sic mihi videtur Basilii restituenda lectio, ac solœcismo liberanda, cui is minime solet esse obnoxius. » Tum deinde hunc locum recte, ut putabat, feliciterque correctum sic interpretatur : « Ubi per ea quæ dicta sunt, iis, qui convertuntur, multam insinuavit lenitatem ac clementiam, ab alio rursus principio acerbiora intentat. » Sed eum fefellit vana solœcismi imago. Solœcismus non est, sed pessima loquendi ratio, huic auctori, ut vidimus, perfamiliaris : qua participiis incerte atque indefinite uti solet. Itaque, ut alias sæpe, ita etiam hic participium sic debet accipi, ut aliquid necessario supplendum sit ad orationem absolvendam. Nec erraturum puto, qui existimarit voces ἐμφήναντα τὰ εἰρημένα, hic in modum casus absoluti positas esse : aut, si mavis, modus indefinitus ἐμφήναντα hoc loco, ut alibi passim, positus est pro finito, ἐνέφηναν, sic tamen, ut subaudiatur vox ἐπειδή, aut alia similis, quod ita verti poterit : « Et hic igitur postquam ea, quæ dicta sunt, multum ostenderunt lenitatis atque clementiæ, iis qui se convertunt, rursus ab alio principio intentantur amariora. » Quantas autem tenebras mutilum illud ac ineptum dicendi genus offundat rebus, vix dici potest. Profecto si scriptor suum commentarium intelligi cupiebat, eum debuerat aliquibus scholiis illustrare. Certe si non aliunde, at satis tamen hujus commentarii vοθεία ex eo pateret, quod scriptor non absolvat orationem, sed incerte et indefinite loquatur. Nam ut nihil est familiarius huic auctori, ita nihil est minus usitatum apud Basilium Magnum.

56. Quidquid vitiosum est in hisce commentariis, omne id adnotare nunquam mihi proposui. Alioquin enim totus fere mihi exscribendus fuisset commentarius. Sed tamen alia aliquot loca subjicere libitum est, quæ tam obscura sunt, tamque vitiosa, ut ex iis nulla omnino idonea sententia extundi posse videatur. Tale est, quod dicit interpres in illa (num. 16) : *Hæc dicit Dominus : Pro eo quod elevatæ sunt filiæ Sion* [93], etc. Postquam enim insectatus est eos, qui reliquos contemnunt, desinit his verbis : Οὓς μένει τὸ ἀπειληθὲν πτῶμα τὸ διὰ τῆς ταπεινώσεως, τὸ ἀπὸ τοῦ ὕψους. Καὶ Κύριος, etc. Nihilo melius quod legitur num. 87 [94]. Sic autem scribit : Τί ἂν ἐπὶ τῇ τούτου θέᾳ παθεῖν τὸν πτωχὸν δῆμον ἐκεῖνον, τὸν τέως τὰ μικρὰ θαυμάζοντα τοὺς ἑαυτῶν ὑπερέχοντας. Sane aliter locutus fuisset scriptor, qui studuisset perspicuitati. Hic locus in notis illustratur. Ita legitur num. 166 [95] : Τήρει καὶ ὅτι τὸ, ἐν αὐτῇ, κατὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν εἴρηται· ὡς καὶ ἐπὶ τῶν ἰδιωτικῶν οἴκων πολλάκις τοὺς ὑπερέχοντας αὐτοὺς προσαγορεύεσθαι ὑπὸ τῶν ἐνοικούντων σύνηθες. Quid est, si non hoc ineptia est ? Dissimile non est, quod editum invenimus in illa (num. 175) : *Et indignatus est ira Dominus* [96], etc. Sic enim loquitur interpres : Χεὶρ γὰρ Κυρίου ἡ ἀψαμένη μού ἐστι. Καὶ ἐν τούτῳ· διαβόλου χεῖρα λέγοντος ἐν τῷ καιρῷ τῆς κολάσεως· οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ ἀπόστειλον τὴν χεῖρά σου, καὶ ἄψαι τῶν ὀστῶν αὐτοῦ. Τοιγαροῦν, etc. Nec elegantius scribit interpres, cum explanat illa (num. 187) : *Et dixit : Ecce tetigit hoc labia tua* [97], etc. Ejus hæc sunt verba : Περιαιρῶν [λόγος] τὰ ἔξω τοῦ θείου νόμου ἐπιτελούμενα, καὶ ἐκ τῶν ἁμαρτητικῶς πραττομένων καθαίρων. Scriptor paulo humanior dixisset : Καὶ τὰ ἁμαρτητικῶς πραττόμενα καθαίρων. « Qui sermo prorsus abolet quæ committuntur præter divinam legem, atque peccata expurgat. » Ejusdem generis est illud, quo explicatur (num. 217) versiculus decimus et octavus capit. VIII : « Ecce ego et pueri quos mihi dedit Deus, » *Ἰδοὺ οὖν ἐγὼ καὶ τὰ παιδία*, δείκνυσι τοὺς ἐκλεκτοὺς ἑαυτοῦ. Διότι, etc. Scribi potius oportebat, διὰ τούτου, etc. Itaque per illud, « Ecce ego »..... electos suos significat. Consimile est, quod dicitur in illa (num. 237) : *Et erit cum consummaverit Dominus* [98], etc. : Μετὰ τὸ προστάξαι τοῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τοῖς ἐν Σαμαρείᾳ ὁλολυγμὸν, καὶ τῇ ἐπ' αὐτοῖς ἀπειλῇ. Οἷον. Quæro quid sibi velit illud, καὶ τῇ ἐπ' αὐτοῖς ἀπειλῇ. Interpres, si sibi constare vellet, scribere debuerat, καὶ μετὰ τὴν ἐπ' αὐτοῖς ἀπειλήν. « Postquam sculptilia quæ erant in Jerusalem et in Samaria, ululare jussa sunt, eisque intentatæ sunt minæ, etc. » Exemplum aliud proferemus ex interpretatione verborum illorum (num. 242) : *Et erit lumen Israel in ignem, et sanctificabit illum* [99], etc. : Φάσκοντες τὴν μὲν ἀστείαν τινὰ εἶναι, καὶ ἐπὶ τὸν σπουδαῖον πίπτειν γέρως οὖσαν ἀξίωσιν· τὸ δέ. Suspicor non defuturos, quibus tenebræ sint hæc tria verba, γέρως οὖσαν ἀξίωσιν. Nec dilucidius explicantur illa (num. 249) : *Et levabit signum in gentes* [1]. Ita ergo scribit interpres : Ἤ ὅτι, πρὸ τοῦ ξυλίνου σταυροῦ νοητός τις τῷ κόσμῳ παντὶ συνεσταύρωται. Ad verbum : « Sive quod ante ligneam crucem intelligibilis quædam una cum toto mundo crucifixa est. » Quid est, quæso, inepte loqui, si hoc non est ? Hoc autem, si divinare licet, dicere voluit interpres : « Sive quod ante ligneam illam crucem, crucis cujusdam intelligibilis imago ac figura in toto mundo haberetur. » Basilius non ita loqui solet : sed ita enucleate dicit, ut nihil ullo opus sit Œdipo ad intelligendum. Item quid sibi velint quæ dicuntur in illud (num. 267) : *Et perdam injuriam iniquorum, et contumeliam superborum humiliabo* [2], promptum non

[92] Isa. XVI, 6. [93] Isa. III, 16. [94] Isa. II. 11. [95] Isa. V, 14. [96] ibid. 25. [97] Isa. VI, 7 [98] Isa. X, 12. [99] ibid. 17. [1] Isa. XI, 12. [2] Isa. XIII, 11.

Digitized by Google

est conjectare. Hæc autem sunt : Ἀλλ' ἀπὸ ἑνὸς ἁμαρτήματος διατατικῶς ἐφ' ὅλα τὰ εἴδη τῆς κακίας ἐξακούειν προσήκει τῆς ὕβρεως. Οἱ γάρ, etc. Rursus, si interpretari velis, ad conjecturas confugias necesse est. Nec forte male augurabere, si dicas illud, τὸ ἁμάρτημα, supplendum esse ante vocem, ὕβρεως, ut verbis his hic subsit sensus : « Sed par est contumeliæ peccatum ita interpretari, ut ab uno peccato ad omnia nequitiæ genera extendatur significatio. » Sed quæro an homini, non dico Græco, sed barbaro, ita loqui liceat? A

57. Addam et alia, quæ peregrinitatem ita aperte olent, ea ut nemo, nisi præjudicata opinio obstet, Basiliana dixerit. Et quoniam de ordine in ejusmodi rebus non multum laborandum est; ut quidque primam in mentem venerit, ita primum proponemus. Dico igitur voces desinentes in τέον, σημειωτέον, νοητέον, χωριστέον, et alia id genus permulta passim occurrere in hoc commentario, in Basilio vero longe rarius. Basilius ita jungit infinitivum præpositioni, ut eo loquendi genere parce utatur : at auctori nostro hac dicendi formula nihil familiarius. Cujus generis est illud : Ἐπεὶ οὖν οὐ μετεβλήθησαν ἀπὸ τοῦ ἄδικοι εἶναι, καὶ σκολιὰ ἔχειν τὰ ἐπιβούλια. Item illud: Παρὰ τὸ, καὶ ἐκ στόματος τοῦ Θεοῦ λέγεσθαι προεληλυθέναι. Item illud : Ὑπὲρ τοῦ πᾶσιν αὐτῶν τὰ πρόσωπα εἶναι καταφανῆ. Item illud : Τοσαῦτα εἰς τὸ σαφέστερον νοηθῆναι... κατὰ τὸ... εἰς τὸ, ἡμέρας μὲν σκιάζειν αὐτοὺς τὴν νεφέλην. Item illud : Κατὰ τὸ ἐμπεριειληφέναι. Item illud: Ἔξω ἐσμὲν τοῦ ταλανίζεσθαι ἐπὶ τοῖς τοιούτοις. Item illud : Διὰ γὰρ τὸ χαίροντας αὐτοὺς καὶ ὑβρίζοντας τρέχειν. Ad idem genus, cum de infinitivo quoque agatur, pertinet quodam modo et illud : Οὐκέτι ἡ τοῦ ἐγκαταλείπειν τὸν Κύριον ἁμαρτία ἐνεργηθήσεται.. Hæc retuli, non quod putem ejusmodi exempla nulla exstare apud optimos quosque scriptores : sed quod horum usus frequentior multo sit in nostro auctore, quam in Basilio. Et quod magis movere debet, non pauca sunt ita nova, ita insolita, ut similia alibi nancisci difficile sit. Qualia fortasse illa : Παρὰ τὸ, καὶ ἐκ στόματος τοῦ Θεοῦ λέγεσθαι προεληλυθέναι · ἔξω ἐσμὲν τοῦ ταλανίζεσθαι· ὁ δὲ ἐπιστήμων κατὰ τὸ ἐμπεριειληφέναι τὰ ἀναγκαῖα εἰς μακαριότητα θεωρήματα, μετὰ τοὺς ἤδη ἐκτικῶς καὶ παγίως συνέχειν ἐν ἑαυτῷ. Quod autem notavi ultimo loco, οὐκέτι ἡ τοῦ ἐγκαταλείπειν τὸν Κύριον ἁμαρτία ἐνεργηθήσεται, de eo habeo polliceri, talem loquendi modum in genuinis Basilii operibus nusquam reperiri. Leve videbitur quod addam; addere tamen libet, quod ad rem faciat : nempe, vocem κατανόησις raro admodum adhiberi a Basilio, ea vero voce interpretem uti quam frequentissime. Hoc idem fere dictum volumus de illo, διορατικός. Nec aliter sentiendum de voce ἡγεμονικός. Scio quidem hanc vocem ut a Basilio, ita a politioribus scriptoribus libenter usurpari : sed ea vox tam frequenter B C D

recurrit in commentario, ut satietatem creare possit.

58. Postquam de verbis deque eorum constructione disceptavimus, reliquum est ut de sententiis ipsis aliquid dicamus. Sunt autem nonnulla, quæ sic fabulam sapiunt, ut ea Patri gravissimo tribui non posse videantur. Insigne est, quod narratur de dæmonibus. Sed interpretem ipsum audire præstat, illud (num. 25) : *Plenus sum* [3], explanantem. « Dæmones quidem utpote voluptatibus affectibusque indulgentes, ex victimis non nihil capiunt voluptatis ac emolumenti. Quippe dum incenduntur, sanguis per adustionem convertitur in vaporem, sicque in ejusmodi minutas partes resolutus in eorum substantiam subit. » Id quidem ridiculum est per sese; sed longe magis ridicula est comparatio ea, qua ad id probandum utitur. Ejus hæc verba sunt : « Omnino enim toti vaporibus aluntur, non quod eos mundant, aut injiciant in ventrem, sed perinde ut animalium pili, ungues, et quæcunque sunt ejus generis, ad suam totam constituendam substantiam alimentum excipiunt. Quapropter avide gaudent nidoribus, ac fumum ex thure prodeuntem tanquam sibi ad alimoniam accommodatum exsorbent. Et fortasse in animalibus inest aliqua cum dæmonicorum corporum proprietatibus necessitudo. Porro qui votis dæmonum explendis student, alii aliud offerunt, tanquam eis ad alimoniam accommodatius. » Græca, ne longior essem, non apposui; sed a quolibet legi possunt eo quem dixi loco. Quid, quod parum habuit scriptor præclara illa semel effutivisse? Dicas eum hoc commento summopere delectatum esse, et timuisse, ne si semel tantum dixisset, lectores fugeret. Sed rursus audiendus est. Ejus igitur hæc sunt, illa (num. 236) : *Ululate, sculptilia, in Jerusalem* [4], etc., interpretantis : « Quoniam, » inquit, « lignis ab humanis manibus formam ac figuram habentibus.... aut reliquis idolis, quæcunque alia sunt ex pretiosa vel vili materia facta, et quæ a gentibus adorantur, latenter assident præsides quidam dæmones, ex impuris sacris voluptatem capientes. Quemadmodum enim in locis macellorum, ubi cruor et sanguis jam corruptus invenitur, canes cupediis dediti commorantur : ita et dæmones gulæ servientes, voluptatem ex sanguine ac nidore sacrificiorum captantes, circa aras statuasque sibi consecratas volutantur. Forte enim nutriuntur etiam eorum corpora, quæ aeria sunt aut ignita, aut ex utroque elemento composita.... Hinc qui vescuntur idolothytis, participes dicuntur mensæ dæmoniorum. Cum enim victima offertur idolo, portio aliqua etiam assidenti dæmoni destinatur : quandoquidem dæmonium et ex sanguine qui veluti in aerem versus est, et ex adipe suffumigante, et ex reliquis holocaustis partem quamdam sibi assumit, » etc. Legas velim Græca in ipso commentario. Hæc quidem utcunque toleranda essent apud poetas,

[3] Isa. I, 11. [4] Isa. X, 10.

Digitized by Google

aut apud jocosum scriptorem Lucianum : at eadem in Patrum gravissimo Basilio quis ferat ? Scio quidem cœlestia quædam corpora angelis a quibusdam Patribus Græcis tribui : sed nullus, quod sciam, ejusmodi nugas unquam garrivit. Arbitror autem Basilium a tantis deliramentis maxime omnium abhorruisse. Vir summus ne optima quidem, quæ erat ejus mirabilis copia dicendi, repetere solet. Quomodo ergo sui tam dissimilis esse potuit, ut semel et iterum aniles fabulas narraverit ? Legi etiam possunt, quæ dicuntur de Calvariæ loco atque nomine, non procul ab initio capitis quinti. His certe nihil lepidius, nihil facetius.

59. Hunc qui in manibus est commentarium cum interpretarer, a plagiario confectum esse suspicabar. Etenim non raro eadem prophetæ loca bis aut ter explanat scriptor; ob idque mihi in mentem veniebat eum alia aliunde sumpsisse. Exempla, cum obvia sint, inutile fuerit aliqua proferre. Augebat suspicionem, quod scriptionis genus Eusebii stylo quam proxime accedit. Norunt enim qui Eusebium vel primoribus, ut dicitur, labris attigerunt, quam ei familiare sit nominibus in χος desinentibus uti; id quod, ut monuimus, non insolens facit interpres. Voces multas quas inusitatas apud Basilium esse et novas putabam, in Eusebio legere memineram. Ejus generis sunt voces, ἀσεβήματα, κατὰ συναρταγὴν, δεκάπληγος, etc. Imo non verba solum, sed sententias etiam ipsas ab Eusebio mutuari mihi videbatur. Et, ut multa omittam, scriptor ita interpretatur illa (num. 273) : *Et erit Babylon quæ vocatur inclyta* [5] etc., ut dubium non haberem quin nominum quorumdam interpretationes sumpsisset ab Eusebio. Quid plura ? Commentarium eum, qui nomine Basilii circumfertur, attentius cum legerem, eumdemque cum Eusebii commentario diligenter compararem, illius auctorem purumputum plagiarium esse comperi. Ejus rei nunc subjiciam exempla multa, ex quibus constabit imperfectum illum in Isaiam commentarium non magno illi Basilio Cæsariensi episcopo, sed alteri cuivis scriptori tribuendum esse. Neminem enim puto hominem fore, qui tam iniquus sit rerum æstimator, ut Basilium Magnum inter insignes plagiarios recensere velit. Exemplum primum ex ipso Eusebiani commentarii initio petam. Sic igitur loquitur Eusebius : Σύνθετος ὁ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος· ἡ σὰρξ ἀπὸ τῆς γῆς, ἡ ψυχὴ οὐρανία. Ἐπεὶ οὖν πρὸς ἀμφότερα αὐτῶν ἡ συγγένειά ἐστιν, ἐπὶ τῶν οἰκειοτάτων αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν ἐλέγχει. *Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα.* Γεννήσεως εἶδη δύο, ἡ μὲν ἡ κατὰ Θεὸν μόρφωσις ἐξ ἔργων καὶ παραδοχῆς δογμάτων ἐπιτελουμένη· ὡς γεννᾷ Παῦλος δι' Εὐαγγελίου τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ. « Homo ex anima et corpore constitutus est : caro ex terra, anima cœlestis exsistit. Quia vero cum utroque eorum cognationem habet homo, circa ea quæ ipsi maxime propria sunt, testimonio suo ipsum coarguit. *Filios genui et exaltavi* [6]. Generationis duæ species sunt, quarum alia est illa secundum Deum forma, quæ ex operibus et ex mandatorum perceptione perficitur : qua ratione Paulus discipulos suos per Evangelium gignit. » Eadem reperies suo loco apud pseudo-Basilium in eadem prophetæ verba (num. 13), *Filios genui et exaltavi*. Moneo tamen, ubi legitur in Eusebio, μαρτυρίαν ἐλέγχει, legi apud pseudo-Basilium, ἁμαρτίαν ἐλέγχει. Sed mendum esse arbitror librariorum. Non enim dubito quin legendum sit, ἁμαρτίαν, tum quod ea vox sententiam magis idoneam efficiat, tum quod Procopius, qui et ipse quoque Eusebiana passim compilavit, scripserit eodem modo, ἁμαρτίαν ἐλέγχει. Eusebii iterum verba sunt, illud : *Eversa a populis alienis, sicut tabernaculum in vinea* [7], etc., interpretantis : Εἰς φρουρὰν τῶν ἐν ταῖς ἀμπέλοις καρπῶν αἱ σκηναὶ πήγνυνται. Ὅταν μὲν οὖν εὐθηνῇ τοῖς οἰκείοις καρποῖς ἡ ἄμπελος, σπουδάζεται ἡ σκηνὴ, καὶ πάσης ἀξιοῦται ἐπιμελείας· ὥστε ἀπ' αὐτῆς κατοπτεύειν τὸν φύλακα, μήποτε τρυγῶσιν αὐτὴν οἱ παραπορευόμενοι τὴν ὁδόν. Ὅταν δὲ ἄκαρπος ᾖ, ἀμελεῖται ἀναγκαίως τῆς ἀμπέλου τὰ φυλακτήρια. Διὰ τοῦτο τοῦ Ἰσραηλιτικοῦ λαοῦ τὴν ἐγκατάλειψιν ἀπειλεῖ, ὡς μὴ καρποφοροῦντος τὰ ἐπιβάλλοντα. Φοβηθῶμεν οὖν εἶναι ἄκαρποι, μὴ ἐγκαταλειφθῶμεν ὑπὸ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ. Τὸ φυλάσσον ἡμᾶς, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστιν. Ὅταν μὲν οὖν καρποφορῇ ἡ ψυχὴ ἄξια τῶν αἰωνίων ἀποθηκῶν, παραμένει καὶ φυλάσσει, καὶ πόρρωθεν ἀπείργει τὰς τοῦ μονιοῦ τοῦ ἀγρίου ἐπιβουλάς· ὅταν δὲ σταφυλὴν χολῆς γεωργῇ, καὶ βότρυν πικρίας ἐκφέρῃ, ἐγκαταλιμπάνει τὴν ἄκαρπον ψυχήν· καὶ τότε ὑπὸ παντὸς λογισμοῦ θηριώδους καὶ πάσης ἀλόγου ἐπιθυμίας καταπεσεῖται. Πολλαχοῦ καὶ τροπικῶς ἀμπελῶνα τὸν Ἰσραὴλ ὁ λόγος προσαγορεύει· ὡς τό· Ἄμπελον ἐξ Αἰγύπτου μετήρας· καὶ, Ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ· καὶ, Ἐγὼ δὲ ἐφύτευσά σε ἄμπελον καρποφόρον, πᾶσαν ἀληθινήν. Εἰ δὲ ὁ Ἰσραὴλ ἀμπελὼν, σκηνὴ τῆς ἀμπέλου ταύτης ὁ οἶκος τάχα ὁ τοῦ ναοῦ. *Σκήνωμα γὰρ δόξης* ἐλέγετο, καὶ *σκήνωμα, οὗ κατεσκήνωσεν ἐν ἀνθρώποις.* Ἕως μὲν οὖν ὅτε ἐποίει καρπὸν πολὺν, καὶ ἡ σκηνὴ διὰ τὴν τῶν καρπῶν φυλακὴν συνειστήκει· ἐπεὶ δὲ ὁ φυτεύσας αὐτὴν ἔμεινε τοῦ ποιῆσαι σταφυλὴν, ἐποίησε καὶ ἀκάνθας, αἷς τὸν Κύριον ἐστεφάνωσαν, καὶ ἐστράφη πᾶσα εἰς πικρίαν· ἐποίησε γὰρ σταφυλὴν χολῆς καὶ βότρυν πικρίας. Διὸ καὶ εἰς πὸ βρῶμα ἔδωκαν τῷ Κυρίῳ χολήν. Διὰ τοῦτο ἐγκατελείφθη ἡ σκηνὴ τοῦ ἀμπελῶνος. *Ἰδοὺ γὰρ*, φησὶν, *ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος.* Τότε ἐπληρώθη ἡ ἀπειλὴ αὕτη· *Ἐγκατελείφθη γὰρ ὡς σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι.* Ἐξ ἐκείνου λοιπὸν καὶ ταῖς νεφέλαις ἐνετείλατο τοῦ μὴ βρέξαι ἐπὶ τὸν ἀμπελῶνα. Διὰ τοῦτο οὐκέτι προφῆται παρ' αὐτοῖς, οὐκέτι οὐρανία χάρις· ἀλλὰ γέγονεν εἰς χέρσον καὶ καταπάτημα, οἵ τε φραγμοὶ τοῦ ναοῦ ἐκείνου καθῃρέθησαν, ὁ ὑπερασπισμὸς τῶν ἁγίων δυνάμεων, κἄν τι ἐργάσωνται κατὰ τὸν νόμον,

[5] Isa. XIII, 19. [6] Isa. I, 2. [7] ibid. 8.

Digitized by Google

εἰς ἀπώλειάν ἐστι. Quæ sic Latine reddidit vir immensa quadam doctrinæ copia instructus, qui magnam Eusebiani commentarii partem ex multis catenis collectam haud ita pridem edidit : « Ad custodiam fructuum in vineis nascentium figuntur tentoria. Cum ergo vinea propriis fructibus probe instructa est, omni cura et sollicitudine tentorium servatur; ita ut custos diligenter prospiciat, ne, qui in via prætereunt, fructus ejus decerpant. Cum autem vinea infructuosa est, illud a custode, ut consentaneum est, negligitur. Quamobrem Israeliticum populum derelictum iri interminatur, utpote qui consentaneum fructum non emittat. Timendum itaque nobis est, ne infructuosi simus, ut ne ex ira Dei deseramur. Spiritus sanctus est qui nos custodit. Cum igitur anima fructus æternorum penuariorum dignos profert, tum permanet ille custos, et singularis feri insidias procul abigit; cum autem uvam fellis et botrum amaritudinis profert, infructuosam animam ille deserit : et tunc in quemvis brutum cogitatum, et in quamvis irrationabilem concupiscentiam decidit illa. Plerumque porro Scriptura Israelem vineam tropice nuncupat; ut, *Vineam ex Ægypto transtulisti* [8]; et : *Vinea facta est dilecto* [9]; et : *Ego autem plantavi te vineam fructuosam, totam veram* [10]. Quod si Israel vinea fuerit, tabernaculum sane ejus domus templi erit : nam *Tabernaculum gloriæ* [11] dicitur; et : *Tabernaculum, ubi habitavit in hominibus* [12]. Donec itaque multum fructum protulit, tabernaculum ad fructuum custodiam substitit; quia vero qui plantavit eam, exspectavit ut faceret uvam, fecit autem spinas, quibus Dominum coronaverunt, tota conversa est in amaritudinem : fecit enim uvam fellis et botrum amaritudinis [13] : ideoque in potum Domino fel dederunt; ea sane de causa tabernaculum vitæ derelictum est : nam, *Ecce*, inquit, *relinquetur vobis domus vestra deserta* [14]. Tunc vere impleta est illa comminatio; etenim derelicta *Est sicut tabernaculum in vinea* [15]. Exinde vero nubibus mandavit ne pluerent super vineam. Idcirco non ultra prophetæ penes illos sunt, non cœlestis gratia; sed conversa est in aridam et in conculcationem; sepes templi illius destructæ sunt, nec non sanctarum virtutum propugnaculum : ac etiamsi quidpiam secundum legem agant, id illis in perniciem vertit. » Eodem plane modo loquitur pseudo-Basilius (num. 20) in iisdem explicandis Isaiæ verbis [16]. Cui autem, quæso, persuaderi unquam poterit oratorum eloquentissimum Basilium vel ipso commentarii sui initio ab Eusebio fragmentum tantum sibi sumpsisse? Notandum variare commentarios in duobus. Primum, quod legitur in Eusebio, Μὴ ἐγκαταλειφθῶμεν ὑπὸ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ, ad verbum, « ne ab ira Dei deseramur, » in alio vero interprete, Μὴ ἐγκαταλειφθῶμεν ὑπὸ τῆς ἐπισκοπῆς τοῦ Θεοῦ, « ut ne Dei inspectione destituamur : » deinde quod legimus in Eusebio, καταπεσεῖται, « decidet, » apud pseudo-Basilium vero, καταπατεῖται, « conculcatur. » Sed et hæc quoque inter librariorum errata numeranda esse puto. Nam si ita verba Eusebii secundum eorum vim nativam interpretari velis, « ut ne ab ira Dei deseramur, » id nescio quomodo male sonat. Et, quod gravius est, videtur Eusebius non aliter scribere debuisse, quam ἐπισκοπῆς, ut orationis partes possint inter se cohærere. Dixerat enim prius servari fructuum tempore tentorium vineæ, tuncque custodem prospicere, ne, qui in vinea prætereunt, fructus ejus decerpant : negligi vero vineæ munimenta post vendemiam. Verisimile igitur fit eum, si sibi constare voluit, scripsisse, ἐπισκοπῆς, eo scilicet sensu : Quemadmodum si vinea infructuosa est, non prospicit custos, sed eam potius deserit : ita timendum est, ne nos, si infructuosi simus, inspectione Dei destituamur. Lectionem alteram defendi non posse arbitror. Quod ut intelligatur, satis est si verba Eusebii ascribamus, quæ hæc sunt : Καὶ τότε ὑπὸ παντὸς λογισμοῦ θηριώδους καὶ πάσης ἀλόγου ἐπιθυμίας καταπεσεῖται. Nam illud loquendi genus, καταπεσεῖται ὑπὸ λογισμοῦ, « incidet in cogitationem, » ineptum esse et vitiosum vident, ut opinor, omnes. Scribi oportuisset, καταπεσεῖται εἰς λογισμόν. Contra, vocem, καταπατεῖται, huic loco optime convenire, nemo, si animum attenderit, diffitebitur. Cætera persequamur. Quod sequitur fragmentum breve quidem est : id tamen adnotare non pigebit. Eusebius illud : *Principes tui non obtemperant* [17], interpretans, verbis illis utitur : Θεῷ ἀπειθοῦσιν, ἐκκλίνοντες ἀπ' αὐτοῦ, καὶ τοῖς διατεταγμένοις ὑπ' αὐτοῦ μὴ ἐμμένοντες, « Deo repugnant, declinantes ab eo, et in præceptis ejus non manentes. » Hæc ad verbum legere est apud pseudo-Basilium in hunc ipsum Isaiæ locum (num. 49). Eusebius in explicandis illis : *Quid vos injuria afficitis populum meum* [18], etc., sic loquitur : Ἔθος τοῖς ἀδικοῦσι καὶ ἀποστεροῦσιν, ἐπειδὰν ἐγκαλῶνται παρὰ τῶν ἠδικημένων, ὕβρεσι καὶ λοιδορίαις καταισχύνειν αὐτοὺς, ἐξευτελίζοντες καὶ πληγὰς ἀπειλοῦντες. Τοῦτο οὖν φησι, τὴν ὑμῖν προσήκουσαν ἐκ τῆς ἀδικίας αἰσχύνην ταύτην, ἐκ τῆς τυραννίδος ὑμῶν τοῖς πτωχοῖς περιτρέπετε. « Mos est iis qui injuriam inferunt, et abripiunt, ut cum a læsis expostulantur, contumeliis et conviciis ipsos confundant, vilipendentes ac plagas comminantes. Hoc igitur ait : Congruentem vobis ex illata injuria pudorem, tyrannica vi utentes in pauperes refunditis. » Illa, τοῦτο οὖν φησι, si excipias, cætera ad verbum invenies apud pseudo-Basilium (num. 122), eamdem prophetæ sententiam explanantem. Invenies, inquam, non continenter quidem, sed verbis nonnullis interjectis. Et quoniam statui nihil præterire eorum, quæ reperire potero, adjiciam pauca verba. Eusebii igitur

[8] Psal. LXXIX, 9. [9] Isa. V, 1. [10] Jer. II, 2. [11] Psal. XXV, 8. [12] Psal. LXXVII, 60. [13] Deut. XXXII, 32. [14] Luc XIII, 35. [15] Isa. I, 8. [16] ibid. [17] ibid. 23. [18] Isa. III, 15.

Digitized by Google

hæc sunt, illud : *Væ iis, qui mane surgunt* [19], etc., exponentis : Τῆς ἀποστολικῆς λέξεως τὴν ἐξήγησιν τὸ παρὸν τοῦτο μέρος τῆς προφητείας περιέχει. « Apostolici dicti explanationem pars hæc prophetiæ continet. » Haud aliter exprimit se interpres alter, ubi eadem prophetæ verba interpretatur (num. 154). Eusebius eumdem Isaiæ locum explanare sic pergit : Τουτέστιν, οἱ ἄρτι τὴν ἐκ τῆς νεότητος ἕνοιαν ἀποθέμενοι, καὶ ἀντὶ [adde ex ps. Basil. τοῦ διὰ] τῆς τοῦ λόγου δυνάμεως εὐτόνως καταπαλαίειν τὰ πάθη, ἀνατρεπόμενοι παρ' αὐτῶν, καὶ οἷόν τινα μέθην τὰ πάθη μεταδιώκοντες. « Id est, qui nondum juventutis insipientiam deposuerunt, et qui, cum turbulentos animi motus strenue oppugnare deberent, ab iis contra subvertuntur, et ceu quamdam ebrietatem, animi morbos sectantur. » Et hæc quoque leguntur ad verbum in nostro commentario. Tam varie auctor noster explicat illud Isaiæ (num. 160) : *Væ jis, qui mane surgunt*, etc., tamque sæpe hæc Scripturæ verba repetit, ut ea ex re vel sola constet illius commentarium nihil aliud esse, nisi alienorum scriptorum compilationem. Eusebius illa : *Quia ablatum est jugum ipsis impositum* [20], etc., interpretans, scripsit hoc modo : Ἀπεσείσαντο τὸν βαρὺν ζυγὸν τοῦ τῇ δουλείᾳ τῆς ἁμαρτίας αὐτοὺς ὑποζεύξαντος, καὶ ῥάβδῳ τὸν τράχηλον αὐτῶν κατακάμπτοντος· ἵνα τὸ ἀποστολικὸν κήρυγμα τῆς ψυχῆς καταβάλλοντες, μὴ ὑποκύψωσι τῇ δουλείᾳ τῆς ἁμαρτίας. « Grave jugum illud excusserunt, ejus, qui peccati servituti se colligabat, quique virga caput ipsorum deprimebat; ut apostolicam prædicationem in anima fundantes, se peccati servituti non inflecterent. » Eadem legere potes in pseudo-Basilio, ubi eadem prophetæ verba explanat (num. 224). Illud Isaiæ : *Καὶ ἔσται εἰς τὸ ἐντραπῆναί σε*, sic interpretatur Eusebius : Τί οὖν βούλεται τὸ τολμηρῶς δοκοῦν εἰρῆσθαι, τὸ Ἔσται εἰς τὸ ἐντραπῆναί σε; Διὰ τοῦτό μοι, φησὶν, ἰσχυροὺς ἐχαρίσω ἔνδοθεν τοὺς διαλογισμοὺς, ὥστε τοὺς νῦν μὴ ἐπιστρέφοντας ἐπὶ σὲ, ἐντραπῆναί σε, διὰ τῶν ἐλέγχων τῶν προσαγομένων αὐτοῖς ἐκ τῆς τῶν δεδομένων μοι λογισμῶν εὐτονίας. Λείπει οὖν τὸ, *αὐτούς*, ἵνα ὑγιῶς ὁ νοῦς τῶν ῥημάτων ἀποδοθῇ· *Καὶ ἔσται εἰς τὸ ἐντραπῆναι αὐτούς σε*. Ὥσπερ γὰρ οἱ ἐν τοῖς πολέμοις ἀντιπρόσωποι ἑστῶτες, ἕως μὲν ἰσοπαλεῖς δοκοῦσιν εἶναι, οὐ τρέπονται οὐδὲ ἐκκλίνουσιν· ἐπειδὰν καὶ ὑπερέχῃ αὐτῶν τὸ ἕτερον μέρος, τραπέντες φεύγουσιν· οὕτω καὶ ψυχὴ ὑπὸ ἀναιδείας παρατεταγμένη ἕστηκεν, οὐκ ἐντρεπομένη· ἐλεγχθεῖσα δὲ ὑπὸ λόγου καθαπτομένου αὐτῆς, τρέπεται πρὸς αἰσχύνην. Καὶ ἐπειδὴ ἐν τῷ κρυπτῷ τοῦ ἀνθρώπου γίνεται ἡ τροπὴ, ἐντροπὴ προσηγόρευται. Διὰ τοῦτο οὖν ἡ κοιλία ἠχήσει, καὶ τὰ ἐντὸς, ὡσεὶ τεῖχος ὃ ἐνεκαίνισεν ὁ Θεὸς τοῦ προφήτου, ἵνα μεταβάλωσι καὶ ἐντραπῶσι, τοῦ αἰδεῖσθαι πρότερον οὐκ ἐπιστάμενοι τὴν ὠφέλιμον αἰσχύνην. Διὰ μέντοι τοῦ, Ὅτι ἐκοπίασε Μωὰβ ἐπὶ τοῖς βωμοῖς, *καὶ εἰσελεύσεται εἰς τὰ χειροποίητα, ὥστε προσ-*

A *εύξασθαι· καὶ οὐ μὴ δύνωνται ἐξελέσθαι αὐτὸν*, τάχα τὸν ἐπὶ τέλει ἀφανισμὸν πάσης εἰδωλολατρείας, ἐκ τῆς τοῦ Λόγου ἐπιφανείας, προφητεύει ὁ Ἡσαΐας· ὅτι μάταιοι πάντες οἱ ἐπὶ ταῖς κατασκευαῖς τῶν ναῶν μόχθοι, καὶ ἀνωφελεῖς αἱ εἰς τὰ χειροποίητα ἐλπίδες. *Προσεύξονται* γὰρ, φησὶ· *καὶ οὐ μὴ δύνωνται ἐξελέσθαι αὐτόν*. Τοῦτο δὲ νῦν ἐπὶ τῆς Χριστοῦ ἐπιδημίας πεπλήρωται. Ἀντὶ σκοπέλων μὲν γὰρ ἑστήκασιν οἱ ναοὶ περιδόητοι. Οὐκέτι δὲ αἱ ἀπὸ τῶν δαιμόνων ἀπάται· φυγαδευθείσης τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως διὰ τὸ μυστήριον τοῦ σταυροῦ τοῦ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην κεκηρυγμένου. « Quid ergo sibi vult illud, quod sane temere dictum videatur, *Erit ut te revereantur* [21]? Ideo, inquit, firmas mihi intus cogitationes elargi-

B tus es; ita ut qui sese ad te minime convertunt, tui reverentiam habeant; ob argumenta ex inditis mihi prævalidis cogitationibus ipsis oblata. Deest itaque illud, *ipsi*, ut sana verborum sententia reddatur : *Et erit ut ipsi reverentiam tui habeant.* Quemadmodum enim qui in bellis adversa facie consistunt, quandiu æquo marte pugnatur, non terga dant, neque pedem referunt; cum autem altera pars prævalet, tunc fugam faciunt: ita et anima impudenter in acie stabat, nec reverebatur; verbo autem efficaci convicta, in pudorem et reverentiam vertitur. Et quia in occulta hominis parte hæc conversio efficitur, ἐντροπή, sive confusio nuncupatur. Ideo ergo

C venter sonabit, et interiora quasi murus, quem innovavit Deus prophetæ; ut mutentur, et confundantur, Deumque revereantur : antehac utilis pudoris ignari. Per illud sane, *Quia defatigatus est Moab in altaribus, et ingredietur in manufacta ad orandum, et non poterunt eruere illum*, fortasse omnis idololatriæ destructionem, in fine ex adventu Verbi futuram, vaticinatur Isaias, quia omnes in construendis templis insumpti labores vani sunt, infructuosaque spes in manufactis posita. *Nam*, inquit, *orabunt, et non poterunt eruere illum.* Cæterum hoc jam in adventu Christi completum est : illa quippe olim famosa templa pro scopulis habentur : nec ultra illæ dæmonum fallaciæ consistunt, adversaria illa potestate per mysterium crucis in toto orbe prædicatum in fugam versa. » Et hæc videre licet ad verbum in pseudo-Basilio (num. 314).

D 60. Quæ hactenus ex Eusebio protulimus exempla, vim maximam ad communem opinionem evertendam apud idoneos existimatores habitura arbitror : sed spero fore, ut ea quæ mox subjiciam, videantur ipsis longe majoris momenti esse. Etenim si credibile non est disertissimum oratorem Basilium, cum Isaiam interpretaretur, multa ad verbum ex Eusebii in Isaiam commentariis hinc inde mutuatum esse; profecto longe minus probabile videri debet, eumdem ejusdem *in Psalmos* commentarium compilasse. Et quidem si prius egisset, fortasse excusatione dignus esset ob nonnullorum exempla:

[19] Isa. v, 11. [20] Isa. IX, 4. [21] Isa. XVI, 12.

Digitized by Google

sed si posterius, nullius, quod equidem sciam, exemplum eum excusaret. Quis enim, quæso, tam ineruditus, tam rudis, tamque dicendi inops fuit, ut cum Isaiæ vaticinia explanaret, ob imperitiam ad Eusebii *in Psalmos* commentarium recurrere coactus sit? Quod tamen, opinor, nondum auditum est, nec postea audietur, id scriptorem nostrum fecisse constat. Exempla supponimus. Eusebius igitur in commentariis iis quos *in Psalmos* composuit, illa : *Illic naves pertranseunt* [22], explanans, sic scripsit : Καὶ ἔστιν ἐπαινούμενα πλοῖα τὰ διαβαίνοντα τὴν θάλασσαν, ἀλλὰ μὴ ἐναπομένοντα αὐτῇ, μηδὲ καταβαπτιζόμενα τοῖς κύμασιν. Οἱ γὰρ ἐν σαρκὶ ὄντες, καὶ μὴ κατὰ σάρκα στρατευόμενοι, καταπατοῦντες τὸν κλύδωνα τοῦ βίου, καὶ ὑψηλότεροι αὐτοῦ ὄντες, ποιοῦσιν ἐργασίαν ἐν ὕδασι πολλοῖς συγκαταβαίνοντες ἐπὶ τῷ κερδῆσαί τινας τῶν βεβυθισμένων. « Laudantur porro naves quæ mare pertranseunt, non vero quæ ibi permanent, vel quæ fluctibus demerguntur. Nam qui in carne sunt, nec secundum carnem militant, vitæ fluctum calcantes, eoque superiores, faciunt operationem in aquis multis, ac descendunt, ut ex demersis aliquos lucrentur. » Hæc in pseudo-Basilii commentariis hoc ipso in volumine editis invenies, si legas quæ dicta sunt in illud (num. 93) : *Et super omnem navem maris* [23]. Eusebius rursus illa : *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ* [24], interpretans sic loquitur : Παντὶ που δῆλον, ὅτι ἐν αἰνίγματι κεκαλυμμένως εἴρηται· οὐ γὰρ ὅτι καθ' ἑκάστην ἀρχὴν τῆς ἡμέρας αἵματι ἀνθρώπων τὰς χεῖρας ἐμολυνόμην, οὐ τοῦτό φησιν ὁ λόγος. Τοῦτο γὰρ, πρὸς τῷ ἐναγεῖ, ἔτι καὶ τὸ ἀπίθανον ἔχει. Πῶς γὰρ πάντων ἠδύνατο καθ' ἑκάστην πρωΐαν αὐτόχειρ γίνεσθαι τῶν ἁμαρτωλῶν τῆς γῆς; Οὐ γὰρ περιγίνεσθαι πάντων δυνατὸν ἕνα, πολλῶν τῶν ἐξαμαρτανόντων ὡς τὸ εἰκὸς ὄντων, καὶ εἰ πολέμῳ αὐτῶν κατεκράτησεν, ἐν μιᾷ ἂν ἀπέκτεινε πρωΐᾳ τοὺς σύμπαντας, ἀλλ' οὐχὶ καθ' ἑκάστην πρωΐαν αὐτόχειρ αὐτῶν ἐγίνετο. Τί οὖν τοῦτό ἐστι; Συνετώτερον τῶν λεγομένων ἀκούσωμεν, ἵνα μὴ κατηγορήσωμεν ἐπὶ ψευδεῖ τῶν προφητικῶν λογίων, ὃ μὴ θέμις. Πόλις τοῦ Κυρίου ἡ σύστασίς ἐστι τῆς ἀνθρωπίνης κατασκευῆς· ἁμαρτωλοὶ καὶ γῆς, περὶ ὧν φησιν ὁ Σωτὴρ, ὅτι *Ἔσωθεν ἐκ τῆς καρδίας ἐξέρχονται λογισμοὶ πονηροὶ, φόνοι, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, κλοπαὶ, ψευδομαρτυρίαι, βλασφημίαι. Ταῦτά ἐστι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον.* Τούτους δὴ τοὺς ἐκ τῆς γηΐνης σαρκὸς προϊόντας, καθ' ἑκάστην ἔννοιαν τὴν περὶ Θεοῦ ἐξαφανίζει ἐκ τῆς ἰδίας συστάσεως ὁ ἑαυτὸν ἐκκαθαίρων. Πρωΐα οὖν καὶ ὄρθρος ἐν ψυχῇ καθ' ἑκάστην ἀνατολὴν σωτηρίου γίνεται· ἐν ᾗ ἐξαφανίζεσθαι δεῖ πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν λογισμούς. Εἰ γὰρ μὴ τὰ πρῶτα πρὸς πονηρίας κινήματα τῆς ψυχῆς ἐκτμηθείη, ἀνάγκη εἰς ἔργον προχωρῆσαι τὰς ἐνθυμήσεις. Οἷον, γῆς ἁμαρτωλός ἐστιν ὁ τὴν μοιχείαν ὑποβάλλων λογισμὸς, ὅστις ἐνεργεῖ τὸ ἐμβλέψαι γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς· οὗτος ἐὰν μὴ ἀποκτανθῇ ἐκ τῆς ψυχῆς οἱονεὶ ξίφει τινὶ τῷ τμητικῷ λόγῳ καὶ ἀφανιστικῷ τῶν παθῶν, καὶ τοῦτο γένηται ἐν πρωΐᾳ, τουτέστι, κατὰ τὴν εἰς τὸ φανερὸν ἀποκάλυψιν (πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον φῶς ἐστι), μετὰ τὴν ἐν καρδίᾳ μοιχείαν, καὶ ἐπὶ τὴν μείζονα ταύτης ἁμαρτίαν προάξει τὸν ἄνθρωπον, πρὸς τὴν διὰ τοῦ σώματος ἐνέργειαν αὐτὸν ἐκκαλούμενος. « Nemini puto non manifestum esse hæc ænigmatice dicta fuisse ; neque enim ea est dicti sententia, me ineuntibus singulis diebus humano sanguine manus fœdasse meas : id enim præterquam quod detestandum esset, nullatenus credibile est. Quomodo enim singulis matutinis omnes peccatores terræ manu propria conficere potuisset ? Neque enim unus omnes superare valuisset, cum, ut verisimile est, magna esset peccatorum multitudo : ac si eos in bello vicisset, uno in matutino omnes interfecisset, neque singulis matutinis ipsos propria manu interemisset. Quid itaque significat illud? Attentius et prudentius dicta intelligamus, ne prophetica oracula mendacii accusemus, quod nefas esset. Civitas Domini est humanæ structuræ compositio ; peccatores autem terræ ii sunt, de quibus Salvator ait : *Ab intus ex corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ* [26]. *Hæc sunt quæ coinquinant hominem.* Hos autem peccatores ex terra ortos, id est, ex terrena carne prodeuntes, dum singulæ de Deo cogitationes exoriuntur, ex propria structura tollit, qui sese purgat. Matutinum autem et diluculum in anima est, quoties salutaris dogmatis ortus accidit, quo omnes cogitationes quæ operantur iniquitatem, de medio tolli oportet. Nisi enim primi animæ motus ad malitiam exscindantur, necessarium est cupidines ad opus procedere. Exempli causa, peccator terræ est cogitatio fornicationem suggerens, quæ efficit ut quis mulierem respiciat ad concupiscendum eam [26] : hæc porro nisi in anima occidatur, ac ratione ceu gladio scindente et affectus tollente cædatur, idque in matutino efficiatur, scilicet cum primum illa palam deprehenditur (nam quidvis conspicuum lux est), post illam in corde fornicationem, ad gravius etiam peccatum illa hominem deducet, id est ad corporeum opus evocabit. » Hæc ad verbum leguntur apud pseudo-Basilium eo in loco, ubi ultima vice explanat illa (num. 163) : *Itaque væ iis qui surgunt mane* [27], etc. Necesse non puto quidquam addere. Spero enim omnes homines mihi assensuros, ineptissimam illam interpretandi rationem non decere magnum illum Basilium, nec ei ullo modo tribui posse. Proferam tamen et aliud testimonium e psalmo centesimo tertio (v. 34), ubi Eusebius in explicandis verbis illis, *Jucundum sit ei eloquium meum*, etc., hoc se modo exprimit : Πολλοὶ κατὰ συναρπαγὴν παρηλλαγμένως τὰς κρίσεις ἐκφέρουσι, πρὸ καταλήψεως τῆς ἐξ ἱκανοῦ λόγου, καὶ ἐπιπλεῖον ἐρευνηθέντος, ἐγγινομένης, ἀβασανίστως κατὰ προπέτειαν τὰς περὶ ἑκάστου δόγματος ῥιπτοῦντες συγκαταθέσεις. Ἡ δὲ

[22] Psal. CIII, 26. [23] Isa. II, 16. [24] Psal. C, 8. [25] Matth. XV, 19. [26] Matth. V, 28. [27] Isa. V, 11.

Digitized by Google

τῆς διαλεκτικῆς φύσις μάλιστα πεπίστευται ταῦτα παρέχειν δύνασθαι, διαιρεῖν ἀκριβῶς τὰς τῶν πραγμάτων φύσεις, καὶ τὰ ὅμοια γνωρίζειν, καὶ τὰ ἑαυτῆς διακρίνειν. Διόπερ συνειδὼς ἑαυτῷ τὴν θείαν διαλεκτικὴν ἔχοντι, ἔλεγεν ὁ Δαβὶδ τὸ, *Ἡδυνθείη σοι ἡ διαλογή μου.* Ἡ γὰρ τῶν ἐριστικῶς καὶ φιλονείκως ἐπεμβαινόντων τοῖς πράγμασι διαλεκτική, οὐχ ἡδεῖα, ἀλλὰ παραπικραίνουσά τίς ἐστιν. « Multi quæstus causa perverse judicia ferunt, sed et antequam per accuratum examen et perquisitionem, qua de re agatur intelligant, temere singulis sententiis assensum præbent. At ea dialecticæ natura est, ut rerum naturas accurate distinguendi, et quæ ad se pertineant discernendi facultatem præstare posse putetur. Quamobrem David cum se divina dialectica instructum esse cognosceret, dicebat : *Jucundum sit tibi eloquium meum*, sive dialectica mea. Nam dialectica eorum qui altercandi ac contendendi animo res aggrediuntur, non jucunda, sed potius exasperans est. » Et hæc quoque pseudo-Basilius in suum commentarium transferre non dubitavit (num. 173), cum illa, *Væ qui dicitis malum bonum*[28], etc., explicaret. Exemplum ultimum petam e psalmo centesimo secundo, cujus initium sic interpretatur Eusebius : Τοῖς ἐντὸς αὐτοῦ προστάσσει εὐλογεῖν τὸ ὄνομα Κυρίου, τουτέστι τῇ φύσει τῶν ἔσωθεν ἐξερχομένων διαλογισμῶν, ὧν διπλοῦν ἐστι τὸ τάγμα. Οἱ μὲν γὰρ μοχθηροί εἰσι, φόνοι, μοιχεῖαι, κλοπαί· οἱ δὲ ἀστεῖοι καὶ σωτήριοι, φιλανθρωπία, σωφροσύνη, τὸ κοινωνικόν. Ὧ τοίνυν πάντα τὰ ἐντὸς κατώρθωται εἰς ἑτοιμότητα τοῦ εὐλογεῖν τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ τὸ ἅγιον, οὗτος καλῶς συμπαραλαμβάνει τὴν ἔνδον διάθεσιν, εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ εὐχαριστίαν. « Nomini Domini benedicere jubet interiora sua, id est cogitationes suas, quæ ab intus procedunt, quarum duplex est ordo. Aliæ enim pravæ sunt, nempe cædes, fornicationes et furta spectantes; aliæ vero urbanæ et salutares, nempe humanitas, temperantia et communitas. Is itaque cujus omnia interiora recta sunt et parata ad benedicendum nomini sancto Dei, interiori suo affectu recte utitur ad gratiarum actiones Deo agendas. » Hæc totidem syllabis et vocibus reperiuntur quidem apud pseudo-Basilium (num. 314), verba illa : *Ideo venter meus super Moab quasi cithara sonabit*[29], etc., interpretantem : sed sic tamen, ut in eo paulo sint fusiora. Ex quo fit, ut librarios qui Eusebiana exscripserunt, aliquid hoc loco omisisse suspicer. Satis est, ni fallor, hæc retulisse, ut imperfecti illius in Isaiam commentarii νοθεία ostendatur; nec multis verbis opus esse ad id probandum arbitror. Nam res ipsa clamat, facundissimum oratorem Basilium, si Isaiam interpretatus esset, de compilando commentario Eusebii *in Psalmos* ne cogitaturum quidem fuisse. Et vero, ut ne loquar de cæteris, quis sibi facile persuadebit Basilium Magnum, cum Isaiam interpretari debuisset, partem psalmi centesimi fuse et intempestive sibi explicandam proposuisse? Hæc certe scriptori ultimæ sortis, non oratori primæ notæ in mentem venire potuerunt.

61. Eusebii commentarios et pseudo-Basilii cum considero, non possum quin credam hunc ab illo maximam sui operis partem ad verbum sumpsisse. Tanta est enim in utroque commentario convenientia styli, tantaque similitudo, id ut mihi minime dubium esse videatur. Sed cum pars duntaxat Eusebiani commentarii ad nos pervenerit, quam ex catenis edendam curavit Montfauconius, omnia pseudo-Basilii furta detegere frustra conaremur. Attamen præter ea quæ jam notavimus, et alia quoque non pauca eodem ex fonte ab eodem hausta esse nullo negotio, nisi valde fallor, pervincam. Monuit in notis suis idem ille, quem mox nominavi, Bernardus Montfauconius, Hieronymum multa ex Eusebii *in Isaiam* commentario ad verbum fere convertisse, eaque in suum transtulisse : quod ex locorum collatione perspicuum est. Ergo si ostendero multa legi apud Hieronymum, quæ aperte ex pseudo-Basilii commentariis expressa sint, jure ac merito uterque tum Hieronymus tum pseudo-Basilius hæc ab Eusebio sumpsisse putabuntur. Nec quemquam dicturum puto, Hieronymum ejusmodi loca ex hoc ipso qui Basilii nomine circumfertur commentario mutuari potuisse, cum id opus ipsi notum non fuisse videamus. Hieronymus enim Isaiæ interpretes in suo prologo recensens, ejus qui Basilii nomen præfert commentarii nullam omnino mentionem facit. Neque vero credi merito potest Hieronymus ideo de hoc commentario tacere, ut sua furta celet; cum de Eusebiano commentario loquatur, e quo permulta convertere non dubitat. Rursus dixerit nemo, imperfecti illius commentarii auctorem ea quæ Latine in Hieronymo legerat, Græce reddidisse. Alienissimum enim id esse a Græcorum moribus omnes, ut opinor, sciunt. Præterea cum exstarent temporibus illis multi Græci in Isaiam commentarii, dubium non est quin scriptor Græcus Græcos potius compilarit quam unum aliquem scriptorem Latinum. Reliquum est igitur ut uterque, Hieronymus et pseudo-Basilius loca illa sibi communia ab aliquo mutuatus sit : quem ego affirmare posse videor alium ab Eusebio non esse, cum et Hieronymum et commentarii Græci scriptorem multa ab Eusebio sumpsisse aliunde constet. Jam proferamus exempla, quibus utrumque ab eodem fonte hausisse certo cognosci possit. Sic igitur loquitur pseudo-Basilius (2, 13, num. 91): Φέρει δὲ τὸ δένδρον τοῦτο καρπὸν, ἀλλὰ χοίρων τροφήν. Διὰ τοῦτο δένδρον αἰσχύνης ὠνόμασε. Τὸ γὰρ Βασὰν εἰς τὴν αἰσχύνην μεταλαμβάνουσιν. Ὧν οὖν ἡ δόξα τῆς καρποφορίας αἰσχύνη ἐστὶ, καὶ ἐπὶ τούτοις ἔσται ἡ ἡμέρα τοῦ Κυρίου. Quæ sic expressa leguntur apud Hieronymum pag. 27, liberius, id est,

[28] Isa. v, 20 [29] Isa. xvi, 11.

Digitized by Google

Hieronymi more : « Quæ etsi fecerint fructus, pecorum sunt alimenta... et interpretatur αἰσχύνη, id est, ignominia... Super omnes ergo qui eriguntur in superbiam, et faciunt opera ignominiæ, atque in cœno libidinum volutantur, Domini vindicta consurget. » Quin et Hieronymus cum paulo post sic scriberet : « Et nunc diem Domini super cedros Libani sermo propheticus comminetur; » respexisse videtur ad Græca illa, quæ ibidem leguntur : Ἡ τοῦ Κυρίου ἡμέρα καὶ τοῖς δένδροις τῆς αἰσχύνης ὡς φοβερὰ ἀπειλεῖται. Pseudo-Basilius rursus sic loquitur (3, 9, num. 113) : Ὥσπερ ἐκεῖνοι... οὐχὶ ῥήμασιν εὐπροσώποις τὴν ἀσέλγειαν συνεκάλυπτον. Ποῦ γάρ εἰσι, φησὶν, οἱ ἄνδρες οἱ εἰσελθόντες παρὰ σοί; Ἐξάγαγε αὐτοὺς πρὸς ἡμᾶς, ἵνα αὐτοῖς συγγενώμεθα. Ἐκείνην ἐμιμήσατο τὴν ἁμαρτίαν· τὴν γὰρ ἁμαρτίαν αὐτῶν, ὡς Σοδόμων ἀνήγγειλαν καὶ ἐνεφάνισαν. Hieronymus pag. 38 : « Et quomodo Sodomitæ, cum omni libertate peccantes, et ne pudorem quidem ullum habentes in scelere, dixerunt ad Lot : *Educ foras viros, ut concumbamus cum eis* [30]. Sic et isti publice proclamantes, suum prædicavere peccatum. » Priora autem Hieronymi verba credi possunt expressa fuisse ex Græcis illis quæ eodem in loco leguntur : Ἁμαρτίαν ἦν οὐχὶ λάθρα οὐδὲ ἐπαισχυνόμενοι πεποιήκασιν. Pseudo-Basilius (3, 23, num. 129) : Ἔοικε τὸ θέριστρον ἐπίβλημα εἶναι θερινὸν, ὡς καὶ περιβάλλειν δοκεῖν, καὶ μὴ βαρύνειν ἐν τῷ καύσωνι· ὡς καὶ ἐν τῇ Γενέσει μεμαθήκαμεν τὴν Ῥεβέκκαν περιβαλλομένην τὸ θέριστρον. Hieronymus pag. 42 : « Habent et theristra, quæ nos pallia possumus appellare : quo obvoluta est et Rebecca... Græce θέριστρα : ab eo quod in θέρει, hoc est, in æstate et caumate, corpora protegunt feminarum. » Pseudo-Basilius : Εἴρηται δέ τισιν, ὅτι αἱ ἑπτὰ γυναῖκες, ἑπτὰ πνεύματά εἰσιν, ἃ μικρὸν ὕστερον ὁ αὐτὸς οὗτος προφήτης καταριθμεῖσθαι μέλλει, ὡς *ἐπαναπαυόμενα ἐπὶ τὴν ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ ἐξανθήσειν μέλλοντα. Πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας, πνεῦμα φόβου Θεοῦ.* Ἅπερ διὰ τὸ πάντας ἐκκλῖναι, καὶ ἅμα ἀχρειωθῆναι, οὐκ ἔχοντα ᾧ ἐπαναπαύσεται ἀγαπητῶς, τοῦ κατὰ τὸν Κύριον ἀνθρώπου λαβόμενα, ποιεῖ τὰ ἀναγεγραμμένα. Hieronymus pag. 43 tantum non ad verbum hæc ita convertit : « Septem mulieres, id est, septem gratiæ Spiritus sancti, de quibus in consequentibus idem propheta dicturus est : *Exiet virga de radice Jesse: et flos de radice ejus conscendet : et requiescet super eum Spiritus Domini, spiritus sapientiæ et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiæ et pietatis : et implebit eum spiritus timoris Domini* [31]; apprehendent Jesum quem multo tempore desideraverant, quia nullum alium poterant invenire, in quo æterna statione requiescerent. » Animadvertas velim illud, ἀγαπητῶς, redditum esse ab Hieronymo παράφραστικως, quem multo tempore desideraverant. Hieronymus pag. 44, in verba illa : *Cum abluerit Dominus sordes filiarum Sion* [32], sic scripsit : « Et nota quod sordes filiarum laverit spiritu judicii, sanguinem autem Jerusalem spiritu combustionis. Quod enim leve est, lavatur : quod gravius, exuritur, etc., » quæ quin e Græcis expressa sint, dubitari posse non puto. Sed quæ fuse dixit pseudo-Basilius, eadem Hieronymus breviter perstrinxit. Legi potest pseudo-Basilius in hunc ipsum Isaiæ locum. Dubium quoque non est quin Hieronymus pag. 49 exemplar Græcum habuerit ob oculos, cum illa : *Væ qui conjungitis domum ad domum* [33], etc., ita interpretaretur : « Juxta tropologiam contra hæreticos quidam hoc dictum arbitrantur.... et audiunt sub aliis verbis : *Audite hæc, duces domus Jacob, et residui domus Israel, qui abominamini judicium, et omnia recta pervertitis, qui ædificatis Sion in sanguinibus, et Jerusalem in iniquitate* [34]. Isti domos domibus, id est, dogmata conjungunt dogmatibus : quibus dicitur per Michæam : *Nolite ædificare in domo risum* [35] : ne supra fundamentum Christi quod apostolus Paulus posuit, et in quo debuerant ædificare aurum, argentum, lapides pretiosos, e contrario ædificent ligna, fenum, stipulam. » Ascribimus Græca ut cum Hieronymianis possint comparari. Ita igitur eadem prophetæ verba explanat pseudo-Basilius (num. 152) : Δυνατὸν δὲ τῷ φιλοπόνῳ κατὰ ἀναγωγὴν ἐπὶ πλεῖον ἄγειν τὸ ἀπὸ τῆς προφητείας χρήσιμον. Δύναται γὰρ οἰκία ἑκάστου νοεῖσθαι τὰ δόγματα... Ὅσοι οὖν τὸ τῆς πίστεως δόγμα, ὅπερ ἔχει θεμέλιον καὶ ἀρχὴν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, δόγμασιν ἀλλοτρίοις καὶ ξένοις τῆς θεοσεβείας ἐπισυνάπτουσιν... εἰ δέ τις ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον χρυσὸν, ἄργυρον, λίθους τιμίους, ξύλα, χόρτον, καλάμην... ὁ Μιχαίας καθαίρων τὰ οἰήματα τῶν καταγελάστων, Ἐν Γὲθ, φησὶ, μὴ μεγαλύνεσθε, καὶ οἱ ἐν Ἀκαρεὶμ μὴ ἀνοικοδομεῖτε ἐξ οἴκου κατὰ γέλωτα ὑμῶν. Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐπιπλήττων μοχθηροῖς διδασκάλοις, φησὶν· *Ἀκούσατε δὴ ταῦτα, οἱ ἡγούμενοι οἴκου Ἰακὼβ, καὶ οἱ κατάλοιποι οἴκου Ἰσραὴλ, οἱ βδελυσσόμενοι κρῖμα, καὶ πάντα τὰ ὀρθὰ διαστρέφοντες, οἱ οἰκοδομοῦντες Σιὼν ἐν αἵμασι καὶ Ἱερουσαλὴμ ἐν ἀδικίαις.* Pseudo Basilius (v, 12, num. 159) : Οὗτος [Ἰουβὰλ] ἦν ὁ καταδείξας ψαλτήριον καὶ κιθάραν. Hieronymus pagina seu columna 51 : « Requirit citharam et psalterium cujus repertor est Joubal. » Hieronymus columna eadem, « Quod autem primum tempus humanæ sapientiæ, quando egredimur pueritiam, et ad rationalem venimus ætatem, mane in Scripturis intelligatur, multa testimonia docere nos poterunt : de quibus exempli causa ponenda sunt pauca : » *Mane mittebam prophetas* [36], et : *Mane exaudies orationem meam, mane assistam tibi, et videbo* [37]; et : *De*

[30] Gen. XIX, 5. [31] Isa. XI, 1-3. [32] Isa. IV, 4. [33] Isa. V, 8. [34] Mich. III, 9, 10. [35] Mich. I, 9. [36] Jerem. XXV, 4. [37] Psal. III, 6.

Digitized by Google

nocte consurget spiritus meus [38]; et: *Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo* [39]; et: *In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ : ut disperderem de civitate Domini omnes qui operantur iniquitatem* [40]; et in alio loco: *Ad vesperam demorabitur fletus, et ad matutinum lætitia* [41]. Pseudo-Basilius : Ἵνα δὲ ἔτι μᾶλλον ἡμῖν τὸ τῆς πρωΐας ὄνομα τρανωθῇ, ὅτι ἡ ἀπὸ σκότους ἐπάνοδος, εἴτε τοῦ κατὰ τὴν ἐκ τῆς νεότητος ἀλογίαν, εἴτε τοῦ ἐκ τῆς ἀγνωσίας τοῦ Θεοῦ ταῖς ψυχαῖς ἐγγινομένου, ἡ πρώτη εἴσοδος εἰς τὴν ἀλήθειαν πρωΐα λέγεται. Συνάξεις δὲ τὰ πολλαχοῦ τῶν προφητῶν περὶ πρωΐας, ἢ περὶ ὄρθρου, ὑπὲρ τοῦ τῇ τῶν πλειόνων παραθέσει φανῆναι τὸ προκείμενον· οἷον, Ἀπέστελλον ὄρθρου τοὺς προφήτας· καὶ τὸ, Πρωὶ εἰσακούσῃ τῆς φωνῆς μου· καὶ τὸ, Πρωὶ παραστήσομαί σοι, καὶ ἐπόψῃ με· καὶ τὸ, Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου πρὸς σέ, ὁ Θεός· καὶ, Ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου, πρὸς σὲ ὀρθρίζω· καὶ τὸ, Εἰς τὰς πρωΐας ἀπέκτεινον πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς· καὶ τὸ, Ἐσπέρας αὐλισθήσεται κλαυθμὸς, καὶ εἰς τὸ πρωὶ ἀγαλλίασις. Ordinem eum quo loca Scripturæ referuntur quisquis consideraverit, is, opinor, Latina e Græcis conversa esse facile fatebitur. Notandum obiter pseudo-Basilium (5, 12, num. 161) etiam Eusebii *in Psalmos* commentarium, ut vidimus, hoc loco hic compilasse : quam inauditam interpretandi rationem sapienter prudenterque cavit optimus interpres Hieronymus. Unum omnium imperitissimum scriptorem pseudo-Basilium tanta ineptia decebat. Hieronymus columna itidem 51 : « Hæc juxta litteram accidisse populo Judæorum sub Vespasiano et Tito Romanis principibus, tam Græca quam Latina narrat historia. Quod quidem et spiritualiter hodie quoque patiuntur, sustinentes non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi sermonis Dei. » Pseudo-Basilius (v, 13, num. 165) : Ταῦτα καθ' ἱστορίαν δυνατὸν τυχεῖν τῆς ἐξηγήσεως ἐπὶ τῶν καιρῶν τῆς ἐσχάτης πολιορκίας τῶν Ἰουδαίων, τῶν μὲν εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπαχθέντων... τάχα δὲ καὶ ἡ ἀληθὴς νέκρωσις οὐ διὰ λιμὸν ἄρτου, οὐδὲ διὰ δίψαν ὕδατος τούτου τοῦ αἰσθητοῦ, ἀλλὰ διὰ λοιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου. Pseudo-Basilius eodem in loco sic loquitur : Ἐκεῖνα λέγομεν, ὅτι οἱ διώκοντες τὸ μέθυσμα... τοῖς δὲ ἔργοις Κυρίου ἐμβλέπειν μὴ ἀνεχόμενοι, διὰ τὸ φιλήδονοι εἶναι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι, αἰχμάλωτοι γίνονται καὶ ἐπιχείριοι τοῖς ὑπεναντίοις. Ἀλλὰ καὶ πλῆθος ἐν αὐτοῖς νεκρῶν ἐγενήθη διὰ λοιμὸν, καὶ ὕδατος ἀπορίαν. Hieronymus manifeste vestigiis iisdem insistens, sic scripsit col. 52 : « Qui surrexerunt mane ad sectandam siceram, et permanserunt in ebrietate usque ad vesperam, et voluptate ac deliciis occupati, opus Domini respicere noluerunt, nec opera manuum ejus contemplati sunt : propterea ducti sunt in captivitatem... et in ipsa captivitate fame perierunt ac aruerunt siti. » Pergit pseudo-Basilius sic (5, 14, num. 166) : Οὐ γὰρ δὴ ζῶόν τι ὁ ᾅδης, οὐδὲ δύναμις ἐπιτεταγμένη τοῖς ἀποθνήσκουσι, κατὰ τὴν μυθοποιΐαν τῶν ἔξωθεν. Haud aliter Hieronymus, cujus sunt hæc columna 52 : « Infernus autem animam habere dicitur, non quod animal sit, juxta errorem quorumdam. » Pseudo-Basilius (v, 17, num. 170) : Δεθέντες χειρῶν καὶ ποδῶν οἱ καταδικασθέντες ἐκβάλλονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. Hieronymus col. 53 : « Conviva quoque cœnæ Dominicæ, vestem non habens nuptialem, vinctus pedibus ac manibus ejicitur in tenebras exteriores [42]. » Sic prosequitur Hieronymus : « Et Dominus venit, ut his qui erant in vinculis diceret, *Exite* [43], et qui versabantur in tenebris, *Revelamini* [44]. » Quæ verba haud dubie expressa quoque sunt ex Græcis illis (v, 17, num. 171) : Δυνατὸν μέντοι γενόμενον δέσμιον ἁμαρτίας ἀκολουθῆσαι Χριστῷ τῷ ἐροῦντι τοῖς ἐν δεσμίοις, Ἐξέλθετε, καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει, Ἀποκαλυφθῆναι. Hieronymus eadem col. 53 : « Achitophel quoque et Judas... periere suspendio, putantes malum conscientiæ præsenti morte finiri, et nihil esse post mortem. » Pseudo-Basilius (ibidem) : Ἀχιτόφελ καὶ Ἰούδας... τὸν δι' ἀγχόνης θάνατον τοῦ αὐτομάτου προετίμησαν. Οὐκ ἂν γὰρ πιστεύοντες περὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἀπηγχονίσαντο. Hieronymus col. 55 : « Juxta tropologiam ante jam diximus, quod sacerdotes ingressuri tabernaculum Dei, non debeant vinum bibere et siceram. Quibus nunc addimus, quod Nazaræis quoque præceptum sit, qui se sanctificant Domino, ut vinum et siceram, et omne quod de uvis est, non bibant nec comedant, ne uvam quidem passam, et acetum ex vino. Sed et in Proverbiis præcipitur : *Potentes, qui iracundi sunt, vinum non bibant, ne, cum biberint, obliviscantur sapientiæ* [45]. » Pseudo Basilius (v, 22, num. 176) : Καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἀπαγορεύει ὁ νόμος εἰσερχομένοις εἰς τὰ ἅγια, οἴνῳ καὶ σικέρᾳ κεχρῆσθαι· καὶ τοῖς καλουμένοις Ναζωραίοις... καὶ ἐν ταῖς Παροιμίαις ὁ Σολομὼν φησιν· Οἱ δυνάσται θυμώδεις εἰσὶν, οἶνον μὴ πινέτωσαν, ἵνα μὴ πίοντες ἐπιλάθωνται τῆς σοφίας. Hieronymus columna 56 : « Et in alio loco legimus : *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias* [46]. Et Jeremias : *Corripe nos*, inquit, *Domine, verumtamen in judicio, et non in furore* [47]. Furere autem Dominus dicitur [48], non quod humanis perturbationibus subjaceat... Quæ sit autem manus quæ extenditur, vel elevatur super populum peccatorem, Job loquitur manifestius : *Manus enim Domini tetigit me* [49]. Unde et diabolus sciens potentem manum Domini, et brachium quod universis gentibus revelatum est, dicit ad Dominum : *Mitte manum tuam, et tange omnia quæ habet, nisi in faciem benedixerit tibi* [50]. » Pseudo-Basilius : Οὐδὲ γὰρ πάθος Θεοῦ, οὐδὲ αὐτῇ τῇ οὐσίᾳ αὐτοῦ συμβεβηκός... κατὰ τὸ εἰρημένον, ὅτι Ἐν θυμῷ αὐτοῦ ταράξει αὐτοὺς... ὅτι Τότε λαλήσει πρὸς

[38] Isa. xxvi, 9. [39] Psal. lxii, 2. [40] Psal. c, 8. [41] Psal. xxix, 6. [42] Matth. xxii, 12, 13. [43] Isa. xlix, 9. [44] ibid. [45] Prov. xxxi, 4. [46] Psal. vi, 2. [47] Jer. x, 24. [48] Psal. ii, 5. [49] Job ix, 21. [50] Job ii, 5.

Digitized by Google

αὐτοὺς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ· χεῖρα λέγων τὴν κολαστικὴν δύναμιν, κατὰ τὸν Ἰώδ· *Χεὶρ γὰρ Κυρίου ἡ ἀψαμένη μού ἐστι*, καὶ ἐν τούτῳ τοῦ διαβόλου χεῖρα λέγοντος ἐν τῷ καιρῷ τῆς κολάσεως· *Οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ ἀπόστειλον τὴν χεῖρά σου, καὶ ἅψαι τῶν ὀστῶν αὐτοῦ*. Hieronymus col. 61 : « Et Abraham, postquam vidit Dominum, et audivit vocem ejus, terram et cinerem esse se dicit [51]. » Pseudo-Basilius (VI, 1, num. 182) : Ἐπεὶ καὶ ὁ Ἀβραὰμ, ὅτε ὤφθη αὐτῷ ὁ Θεὸς, τότε ἀναγέγραπται εἰρηκὼς τὸ, *Ἐγὼ δέ εἰμι γῆ καὶ σποδός*. Hieronymus col. 69 : « Ergo sicut profundum, infernum significat; ita excelsum supra cœlos intelligere debemus... Quod utrumque ad typum pertinet mortis Domini et ascensionis : *Qui enim descendit, ipse est qui et ascendit* [52]. Et in Apostolo legimus : *Ne dixeris in corde tuo : Quis ascendet in cœlum? hoc est Christum deducere; aut, Quis descendet in abyssum? hoc est Christum de mortuis reducere* [53]. » Pseudo-Basilius (7, 11, num. 198) : Ἡ τάχα βάθος σημαίνει τὰ κατώτατα τοῦ ᾅδου, ὕψος δὲ τὴν ὑπερουράνιον χώραν, ὡς ὁ Ἀπόστολος ἡμῖν παρίστησι λέγων· *Μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; τουτέστι Χριστὸν καταγαγεῖν· ἢ τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τουτέστι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν*. Ἐπεὶ οὖν ὁ καταβὰς αὐτός ἐστι καὶ ἀναβάς, τὸ εἰς βάθος καὶ εἰς ὕψος σημεῖον περὶ τῆς καθόδου ἂν εἴη λεγόμενον τῆς τοῦ Κυρίου· καὶ ὁ ἀναβὰς αὐτός ἐστιν ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν. Hieronymus col. 70 : « Et hoc notandum quod Achaz rege implissimo nolente signum petere, sermo propheticus ad domum David... convertatur. » Pseudo-Basilius (7, 12, num. 199) : Οὐ γὰρ εὐλαβείᾳ τινὶ παρῃτεῖτο τὴν αἴτησιν τοῦ σημείου ὁ Ἀχάζ... ἀποστρέψας γὰρ τὸν λόγον ἐπὶ τοῦ Δαβίδ, etc. Quæ refert Hieronymus, col. 71, de puella cujus fit mentio in Deuteronomio, et de Abisag, ea ipsa quoque e Græcis expressa esse negari non potest. Velim conferas Latina cum Græcis num. 201. Hieronymus col. 76 : « Quidam prophetissam sanctam Mariam interpretantur, quam prophetin fuisse non dubium est : ipsa enim loquitur in Evangelio : *Ecce enim amodo beatam me dicent omnes generationes.* » Pseudo-Basilius (8, 3, num. 208)[54] : Ὅτι δὲ προφῆτις ἡ Μαρία... οὐδεὶς ἀντερεῖ, μεμνημένος αὐτῆς τῶν ῥημάτων... *Ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί*. Hieronymus col. 82 : « Hoc scire debetis, quod unaquæque gens proprios consulat deos, et de vivorum salute mortuos sciscitetur. » Pseudo-Basilius (8, 19, num. 218) : Ἕκαστον ἔθνος τῷ ἑαυτοῦ θεῷ προσάγει τὴν περὶ οὗ βούλεται μαθεῖν ζήτησιν... νεκροὺς γὰρ θεοὺς ὑποθέμενοι, αὐτοὺς ἐπερωτῶσι περὶ τῶν ζώντων. Et alia id genus congerere paraveram; sed nihil opus esse arbitror, cum ex allatis testimoniis satis superque constet multa ab Hieronymo e Græcis aut conversa aut expressa esse. Cum igitur commentarium eum qui nomen Basilii præfert, non noverit Hieronymus, nec credibile sit commentarii scriptorem Hieronymiana Græce reddidisse, præsertim cum in manibus omnium essent commentarii Græci, unde facilius haurire poterat, certe neuter ab altero quidquam sumpsisse putandus est. Quare, ut mihi quidem videtur, dubitari vix potest quin uterque, et Hieronymus et commentarii scriptor ea quæ exscripsimus loca ab Eusebio sumpserit, quandoquidem ejus *in Isaiam* commentarios ab utroque compilatos esse aliunde novimus. Illud tamen notatum volo, scriptorem commentarii ab Hieronymo in eo dissidere, quod ille Eusebii fragmenta in suum commentarium ad verbum transferat; hic vero ita Eusebiana mutuetur, ut ea et ornando et addendo sua quodammodo efficiat. Ex quibus omnibus colligere licet eum, qui imperfectum illum *in Isaiam* commentarium scripsit, maximam sui operis partem ab Eusebio ad verbum mutuatum esse. Quod enim notavimus sumptum fuisse ab Hieronymo e commentariis Eusebii, id quoque præter cætera sibi sumpsit hic plagiarius. Quis autem futurus est tam iniquus rerum æstimator, ut magnum Basilium tot ac tantorum furtorum reum existimet?

62. Temere non fuit, quod notavimus aliquanto ante, num. 66, auctorem imperfecti commentarii e variorum scriptorum fragmentis opus suum composuisse. (*a*) Et quidem ea est verborum atque sententiarum confusio in hoc commentario, tamque sæpe eadem Scripturæ loca bis aut ter aut amplius explicantur, ut quodam quasi impetu in ejusmodi suspicionem adducti simus. Ita autem esse, quæ ex ipso Basilio subjicimus exempla evidenter probant. Basilii igitur hæc sunt e prima oratione *in jejunium* : Τοῦτο γάρ ἐστιν ὃ φησιν ὁ Ἀπόστολος, ὅτι *Ὅσον ὁ ἔξωθεν ἄνθρωπος διαφθείρεται, τοσοῦτον ὁ ἔσωθεν ἀνακαινοῦται*. Καὶ τὸ, *Ὅταν ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι*... Ἐκ γὰρ τῆς παχείας τροφῆς οἷον αἰθαλώδεις ἀναθυμιάσεις ἀναπεμπόμεναι, νεφέλης δίκην πυκνῆς, τὰς ἀπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐγγινομένας ἐλλάμψεις ἐπὶ τὸν νοῦν διακόπτουσιν. « Hoc enim est quod ait Apostolus, quod *Quantum externus homo corrumpitur, tantum internus renovatur* [55]. Item illud : *Cum infirmor, tunc potens sum* [56]... Nam fuliginosæ quædam exhalationes e pingui alimento emissæ, densæ nubis instar infusam animæ a Spiritu sancto illustrationem intercipiunt. » Hæc sibi sumpsit pseudo-Basilius (num. 32), cum interpretaretur illud : *Jejunium et otium et solemnitates vestras odit anima mea* [57]. Quin et alia adjici possunt e secunda oratione de jejunio, ubi sic legitur sub finem : Οὐ μέντοι ἐξαρκεῖ καθ' ἑαυτὴν ἡ ἐποχὴ τῶν βρωμάτων πρὸς τὴν ἐπαινετὴν νηστείαν· ἀλλὰ νηστεύωμεν νηστείαν δεκτὴν, εὐάρεστον τῷ

[51] Gen. XVIII, 27. [52] Ephes. IV, 10. [53] Rom. X, 6, 7. [54] Luc. I, 48. [55] II Cor. IV, 16. [56] II Cor. X, 12. [57] Isa. I, 14.

(*a*) Lege interpretationem capitis V.

Digitized by Google

Θεῷ... Ἀπὸ μέντοι τῆς ἐν τῷ κρυπτῷ νηστείας φυλαξώμεθα, περὶ ἧς ὁ προφήτης ἀπεύχεται λέγων· *Οὐ λιμοκτονήσει Κύριος ψυχὰς δικαίων*· καὶ τὸ, *Οὐκ εἶδον δίκαιον ἐγκαταλελειμμένον, οὐδὲ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ζητοῦν ἄρτους*. « Attamen ad hoc, ut laudem promereatur jejunium, non est per se satis abstinere a cibis, sed jejunium jejunemus acceptabile, Deo gratum... Rursus ab interno mentis jejunio caveamus, quod et propheta deprecatur, his verbis : *Non occidet Dominus fame animas justorum* [68], ac rursus : *Non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panem* [69]. » Hæc quoque reperire est apud pseudo-Basilium (I, 14, num. 31 et 32) in eadem Isaiæ verba, sic tamen, ut de suo aliqua interserat. Exemplum aliud hic proponere libitum est ex oratione in ebrietatem et luxum, ubi Basilius sic loquitur : Σίκερα, πᾶν τὸ δυνάμενον μέθην ἐμποιῆσαι πόμα τοῖς Ἑβραίοις ὀνομάζειν σύνηθες. Οἱ οὖν ἀρχομένης ἡμέρας περισκοποῦντες, ποῦ πότοι γίνονται, καὶ οἰνοπώλια καὶ καπηλεῖα περιαθροῦντες, καὶ ἀλλήλους ἐπὶ τὸ πίνειν παραλαμβάνοντες, καὶ πᾶσαν τῆς ψυχῆς τὴν μέριμναν περὶ τὴν τῶν τοιούτων φροντίδα καταναλίσκοντες, οὗτοι ὑπὸ τοῦ προφήτου καταθρηνοῦνται, ὡς καιρὸν οὐδένα ἑαυτοῖς πρὸς τὴν τῶν θαυμασίων τοῦ Θεοῦ κατανόησιν ἀπολείποντες. Οὐ γὰρ ἄγουσι σχολὴν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἀνανεῦσαι πρὸς οὐρανόν, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ κάλλη καταμαθεῖν, καὶ πᾶσαν τὴν ἐν τοῖς οὖσι διακόσμησιν ἐπισκέψασθαι, ὥστε ἐκ τῆς τούτων εὐταξίας τὸν Δημιουργὸν ἐννοῆσαι· ἀλλ' εὐθὺς ἀρχομένης ἡμέρας, κοσμοῦσιν ἑαυτῶν τὰ συμπόσια τάπησι ποικίλοις καὶ ἀνθίνοις παραπετάσμασι, σπουδήν τε καὶ ἐπιμέλειαν εἰς τὴν τῶν ἐκπωμάτων παρασκευὴν ἐπιδείκνυνται, ψυκτῆρας καὶ κρατῆρας καὶ φιάλας, ὡς ἐν πομπῇ τινι καὶ πανηγύρει, διατιθέντες, ὡς ἂν τὸ τῶν ἀγγείων διάφορον τὸν κόρον αὐτοῖς ὑποκλέπτῃ, καὶ ἡ τῶν ἐκπωμάτων ὑπαλλαγὴ καὶ μετάβασις ἱκανὴν αὐτοῖς εἰς τὸ πίνειν διατριβὴν ἐμποιῇ. Συμποσίαρχοι δέ τινες ἐπὶ τούτοις καὶ ἀρχιοινοχόοι, καὶ ἀρχιτρίκλινοι, καὶ τάξις ἐν ἀταξίᾳ, καὶ διάθεσις ἐν ἐκόσμῳ πράγματι ἐπινενόηται· ἵν', ὥσπερ ταῖς ἀρχαῖς ταῖς ἔξωθεν ἐκ τῶν δορυφορούντων ἡ σεμνότης συναύξεται, οὕτω καὶ τῇ μέθῃ οἷον βασιλίδι τινὶ θεραπείαν περιστήσαντες, τὸ ἐπονείδιστον αὐτῆς τῷ ὑπερβάλλοντι τῆς σπουδῆς περιστέλλωσι. Στέφανοι ἐπὶ τούτοις καὶ ἄνθη καὶ μύρα καὶ θυμιάματα, καὶ μυρίαι τινὲς ἔξωθεν θυμηδίαι, πλείονα τὴν ἀσχολίαν τοῖς ἀπολλυμένοις παρασκευάζουσιν. « Potum omnem, qui inebriare potest, solent Hebræi siceram appellare. Itaque qui ineunte die explorant ubi fiant compotationes, quique et œnopolia ac caupones collustrantes, se mutuo ad compotandum conjungunt, ac omne animi studium sollicitudinemque in ejusmodi curis insumunt, hos propheta deplorat, tanquam qui nullum sibi tempus ad Dei miracula consideranda reservent. Nec enim oculis eorum otium est suspiciendi in cœlum, ejusque pulchritudinem condiscendi, et omnem rerum conditarum ordinem expendendi, ut ex recto horum ordine Opificem intelligant. Sed statim incipiente die conviviorum suorum loca tapetibus variis ac floridis aulæis ornant; atque studium ac diligentiam in poculis apparandis ostendunt, vasa ad refrigerandum vinum craterasque et phialas velut in pompa aliqua ac conventu publico disponentes, ut vasorum diversitas satietatem ipsis surripiat, et alternatio poculorum ac permutatio eos diu in bibendo detineat. Adsunt insuper quidam convivii magistri, ac pincernarum principes, necnon architriclini : imo ordo in confusione, ac dispositio in re incomposita excogitatur; ut quemadmodum sæculi magistratibus ex satellitibus major auctoritas accedit, ita etiam ebrietati velut reginæ cuidam famulitium præbentes, studio quam maximo dedecus ejus ac turpitudinem contegant. Præterea coronæ, flores, unguenta, suffitus et innumera quædam externa oblectamenta perditos diutius occupant. » Hæc legere est apud pseudo-Basilium eo loco, ubi interpretatur illa (v, 11, num. 154) : *Væ, qui surgunt mane, et siceram sequuntur, qui exspectant vesperam* [70], etc. Videas quidem pseudo-Basilium ut superius, ita hic pauca de suo Basilianis immiscuisse : sed eorum pars in eadem oratione statim legitur. Quale est illud : Οἱ ἡττώμενοι, νικῶντες, πάντες μεθύουσιν. Item illud : Ἕλκειν θέαμα Χριστιανῶν ὀφθαλμοῖς. Neque vero satis fuit pseudo-Basilio fragmentum tantum ex hac Basilii oratione sibi sumere. Ibidem ex ea sumpsit et illa : Οἱ μένοντες τὸ ὀψὲ, καὶ διημερεύοντες ἐν τῇ μέθῃ ὡς μηδένα καιρὸν ἑαυτοῖς παρέχειν εἰς τὸ τὰ ἔργα Κυρίου ἐμβλέπειν, καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ κατανοεῖν. *Ὁ γὰρ οἶνος αὐτοὺς συγκαύσει*· διότι τὸ ἐκ τοῦ οἴνου θερμὸν ἐγγινόμενον τῇ σαρκὶ, ἔξαμμα γίνεται τῶν πεπυρωμένων βελῶν τοῦ ἐχθροῦ· τὸν μὲν γὰρ λογισμὸν καὶ τὸν νοῦν ὁ οἶνος καταβαπτίζει. « Qui respectant vesperam, et diem in ebrietate transigunt sic, ut nullum sibi dent tempus ad opera Domini inspicienda et ad opera manuum ejus consideranda. *Vinum enim eos comburet*, propterea quod vini calor carni accedens, igniculus fit ignitorum inimici jaculorum. Vinum namque rationem demergit et mentem. » Hæc, inquam, edita invenias apud pseudo-Basilium in eo quem indicavi loco (v, 11, num. 156), non continenter quidem, sed paucis quibusdam interjectis. Ex his patet, quod maxime notatum volo, scriptorem commentarii ita psalmos aliquos citare in interpretando Isaia, ut inde occasionem arripiat Eusebiani *in Psalmos* commentarii compilandi. Ego autem præstare ausim, Basilium, cum tam sæpe in suis operibus non controversis psalmos citet, nunquam tamen hac occasione inductum fuisse, ut eum, quem mox dixi, Eusebii commentarium unquam compilaret. Cur ergo in interpretando Isaiam aliter se gessisset?

63. Hæc sunt, quibus adductus, a communi veterique sententia discedere non dubitavi. Nec enim mihi persuadere possum, nec unquam potero, gra-

[68] Prov. x, 3. [69] Psal. xxxvi, 25. [70] Isa. v, 11.

Digitized by Google

vissimum eumdemque disertissimum scriptorem Basilium tam inepte tamque ineleganter locutum fuisse, eumque non raro eadem Scripturæ loca ter aut quater præpostere explanasse. Neque unquam adducar ut credam ipsum maximam sui commentarii partem ex Eusebiana interpretatione ad verbum mutuatum esse. Et vero mihi persuasissimum est, tum ob fragmenta quæ retulimus, tum ob styli similitudinem, imperfecti illius *in Isaiam* commentarii partem maximam ex Eusebii in eumdem prophetam commentario ad verbum sumptam esse; et præstare ausim, si unquam Eusebianus ille commentarius integer in lucem prodeat, rem eventu comprobatum iri. Sane quidvis potius, quam ut Basilium tot furtorum suspectum habeam. Et multo magis in hac mea sententia confirmor, dum mihi in mentem venit, ejus de quo agimus operis auctorem multa etiam ex ejusdem Eusebii *in Psalmos* commentariis ad verbum compilasse; quod quam absurdum sit et Basilio Magno indignum, nemo, opinor, non videt. Nolim dicas, si tot ac tanta Eusebii fragmenta hodie in omnibus hujus commentarii exemplaribus tum excusis, tum manu exaratis inveniantur, culpam esse non ipsius scriptoris, sed librariorum, qui interdum, ut notum est, aliena genuinis attexuere. Fateor enim librarios, cum aliqua opera exscriberent, nonnunquam aliquid addidisse : sed id fere contigit in iis orationibus, quæ habitæ sunt ad populum, quæque scriptæ sunt non ab ipso auctore, sed ab aliquo auditorum qui notis scribere nosset. Etenim si quid excidisset imperito alicui notario, id ex aliorum scriptis supplere non verebantur librarii. Quod autem attinet ad longiora opera, quæ ab ipsis auctoribus scribebantur, nec pronuntiabantur publice, in his non ita multa a librariis addita fuisse invenimus. Neque vero difficile erat, si quid additum fuisset, librariorum dolum ac fraudem detegere, cum eorum exemplaria cum autographis conferre cuique liceret. Præterea, ut mihi quidem videtur, nunquam librariis in mentem venisset Eusebii *in Psalmos* commentarium compilare. Hoc enim non in alium convenit, quam in ipsum auctorem, qui cum scribendi inopia laboraret, hinc inde ad conficiendum librum adjumenta quærebat. Arbitror proferri non posse aliud ullum exemplum scriptoris alicujus, qui, cum Isaiam interpretari vellet, multa ex Eusebii *in Psalmos* commentario sumpserit. Res est enim tam nova, ut nisi oculis ipsis cerneretur, fidem vix haberet. Et quidem Hieronymus et Procopius, qui, cum Isaiam interpretarentur, tam multa ex Eusebii in eumdem prophetam commentario mutuati sunt, tamen ne cogitarunt quidem quidquam ex ejusdem Eusebii *in Psalmos* commentario mutuari. Hoc decebat hominem qui, cum de suo scribere nullo modo posset, et tamen scribere instituisset, saltem aliorum scripta undecunque compilabat. Certe quidem mihi facile fuerit plura addere ad hanc nostram sententiam stabiliendam, nolo tamen. Vereor enim ne, qui hæc legent, in re aperta plus satis immoratum esse me judicent : sed meminerint velim, veterem opinionem, tot celeberrimis viris omnis ætatis probatam, nonnisi vi argumentorum atque copia ex animo evelli.

64. De ipso commentario, deque ejus auctore aliquid jam dicere operæ pretium est. Etsi enim hoc opus in numero spuriorum a nobis reponitur, statim tamen rejectum id, aut omnino contemptum nolumus. Et quidem si nihil aliud, certe antiquitas illud commendat. Scriptum enim ipsum fuisse ipsa Basilii ætate obscurum non est. Nam quod narratur de idolis (pag. 445), quæ jam neglecta in speluncas cavernasque et abstrusissima loca dejiciebantur, id sæculo quarto optime convenit. Neque non aperte eamdem temporis notam indicat, quod initio capitis decimi editum invenimus, Anomœorum scilicet hæresim tunc temporis pullulasse. Nemo enim qui rerum ecclesiasticarum non omnino rudis sit, pessimam illam hæresim quarto sæculo ortam fuisse ignorat. Quare si quid eo in commentario occurrit, quod aut ad dogma, aut ad traditionem, aut ad disciplinam ecclesiasticam pertineat, id ob antiquitatis reverentiam plurimi faciendum esse arbitramur. Non negamus quidem id opus indiserte ab indiserto auctore conscriptum fuisse, sed non propterea auctoritate omni carere debet, cum ab homine et antiquissimo et probissimo conscriptum fuisse videatur. Hæc de commentario : nunc de ejus auctore reliquum est ut dicamus. Sunt qui existiment commentarii scriptorem episcopum fuisse : sed id ex illius verbis colligi certo posse non puto (pag. 417 et 509). Docet quidem aliquando se populi principem esse, seque ei præfici : at non episcopi solum, sed ipsi etiam presbyteri suo modo plebis principes sunt, eique præficiuntur. Equidem ea de re nihil certi statui posse judico, sed mihi tamen nescio quomodo verisimilius fit illum interpretem non alium quam presbyteri gradum obtinuisse. Eoque libentius in sententia permaneo, quod litteris proditum sit hunc commentarium a Basilio quidem compositum fuisse, sed post ejus mortem presbyteri cujusdam opera in lucem prodiisse (*a*). Mihi enim probabilissimum videtur, presbyterum, qui hoc opus mortuo jam Basilio in lucem edidisse dicitur, eumdem esse, qui et illud proprio marte elucubravit. Ut ut hæc sunt, dubitari non potest quin scriptor, quisquis est, Basilium in aliquibus imitari studuerit. Notum est enim hanc dicendi formulam, ἐν τοῖς κατόπιν, Basilio perquam familiarem esse : qua et ille commentarii scriptor sæpissime usus fuisse comperitur. Nec prætereundum silentio, videri scriptorem Cappadociam patriam habuisse. Nam alicubi varias gentes enumerare cum instituisset (p. 423), quasi popularibus suis gratificari vellet, Cappadociam primam nominat.

(*a*) Lege Vitam Basilii a Tillemontio vernacula lingua scriptam, pag. 683.

Digitized by Google

§ XI. *De libris* in Eunomium.

65. Egregios quidem *in Eunomium* libros a Basilio Magno conscriptos fuisse, cum ex aliorum veterum, tum ex Hieronymi testimonio notum est : sed quot ab eo editi sint, neque Hieronymus, neque ullus alius auctor idoneus litteris prodidit. Hinc, ut fit, ortæ sunt contentiones inter eruditos, aliis aliam opinionem defendentibus. Pars quidem maxima vulgatos quinque libros tribuunt Basilio nostro : sed nonnulli tamen, inter quos Erasmum numerare licet, adversam sententiam ita tuentur, ut ei quidem ascribant tres priores libros, sed duos posteriores ipsi tribui debere negent. Dissident quoque inter se tum calamo notati, tum typis descripti libri. Combefisius enim in suo *Basilio recensito*, tomo II, pag. 27, monet ultimos duos libros in uno codice Regio desiderari : similiter et in editione Veneta, quæ ex Stephani Sabii officina anno 1535 prodiit, tres tantum priores exstare constat. Codicem eum, in quo, teste Combefisio, exarati sunt solum priores tres libri, non reperi ego in bibliotheca Regia : sed inciderunt in manus alii sex præter unum Colbertinum, in quibus omnibus, ut verum fatear, hi quinque libri pariter Basilio Magno tribuuntur. Monere juvat, reperiri in Regio quinto codice initio libri quarti notam quamdam, quam hic exscribendam censui. Est autem ejusmodi : Καὶ περὶ τούτου τοῦ λόγου διάφορος παρὰ πολλοῖς δόξα κρατεῖ, τῶν μὲν λεγόντων αὐτὸν τοῦ ἁγίου Βασιλείου, τῶν δὲ ἀντιλεγόντων μὲν, οὐ κατηγορούντων δὲ, ὡς τι ἀπεμφαῖνον ἔχοντος. « Etiam de hoc libro multi varie sentiunt : alii quidem dicunt illum esse sancti Basilii, alii vero negant ; sed tamen eum non condemnant, quasi absurdi aliquid contineat. » Ex quibus intelligitur, non unam omnium de hoc libro fuisse sententiam apud Græcos : sed alios aliud sensisse. Nolim quidem ex similibus notis probari statim opinionem aliquam, aut improbari : sed eas tamen non omnino contemnendas esse puto. Etenim si nihil aliud inde consequimur, certe eruditis hominibus rei examinandæ datur occasio. Percuperem ego ejusmodi quæstionem obscuram sane et perdifficilem ea qua par est diligentia jam agitatam fuisse ab aliquibus viris harum rerum peritis, et linguæ Græcæ imprimis intelligentibus, qui mihi tanquam in bivio versanti duces essent et signiferi : sed quo gravius erat argumentum, eo magis neglectum fuisse dici potest. Nunc ergo celebrem de quinque *in Eunomium* libris quæstionem diligentius examinare conabor ; et quoniam in re tali quidquam dissimulare non licet, dicam quidem bona fide quod sentio, sed sic, ut meam sententiam proponam potius, quam proferam.

66. Fatebor igitur me, cum ultimos duos *in Eunomium* libros legerem, incidisse vel invitum in suspicionem. Animadverti enim, quod jam animadverterant multi, eos a tribus prioribus genere dicendi quam maxime differre, eamque diversitatem tantam esse, ut si Basilius horum auctor esse dicatur, eum sui dissimillimum fuisse oporteat. Et vero verba, dictio, phrasis, et, ut paucis absolvam, omnia conspicuas ac certas peregrinitatis notas videntur præferre. Nova sunt verba et apud Basilium inusitata, nova quoque loquendi genera ; et universe dicam, tantam esse diversitatem dictionis, ut qui eam non videt, lippiat necesse sit. Nolo mihi cito credatur : malo doctissimos quosque viros eosdemque acerrimo judicio præditos per se experiri id quod dico : quod si fecerint, spero omnes mihi facile assensuros, duos hos de quibus agitur libros Basilio Magno tribui nullo modo posse. Jam rationes et argumenta, quibus hæc nostra suspicio nititur, in medium adducere operæ pretium est. Legenti mihi librum quartum occurrit primum particula εἰ, quæ tam sæpe contra communem usum repetitur, ut nulla fere periodus inveniatur, quæ hac vocula *si* non incipiat. Et certe eo magis tam frequenti hujus vocis repetitione offendebar, quod ex ea brevia quædam argumenta ducantur, nihil aut exquisiti, aut validi habentia, et prorsus indigna, quorum auctor dicatur oratorum præstantissimus Basilius. Hanc vocem aliquoties adhiberi nihil vetat : sed eam passim et quolibet loco ad satietatem usque repeti, ut optimorum quorumque scriptorum, ita Basilii consuetudo non patitur. Alia orationis vitia persequi omnia longum cum sit, pauca e multis, ut quidque occurret, proferemus. Hæc legimus non longe ab initio (p. 279) : Εἰ μὴ γεννήσεως τὸ μονογενὲς, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀσύγκριτον, μονογενὴς καὶ ὁ Πατήρ. Ἀσύγκριτος γάρ. « Si unigenitum generationis non est, sed propterea quod est incomparabile, unigenitus etiam Pater est. » Scio suam cuique sententiam esse, et alios aliter sentire solitos : puto tamen neminem futurum, qui id loquendi genus, Εἰ μὴ γεννήσεως τὸ μονογενές, Basilianum esse dicat. Paulo post ita legitur (p. 279) : Ὧν γὰρ ὁ δημιουργὸς οὐ κατὰ φύσιν, πῶς τὰ δημιουργηθέντα κατὰ φύσιν ; « Quorum enim conditor non secundum naturam est, quomodo condita secundum naturam erunt ? » Quibus in verbis vitium inesse vident, opinor, omnes. Scriptor enim, si recte loqui voluisset, aut sua familiari particula εἰ uti debuerat, hoc modo : Εἰ γὰρ ὁ δημιουργός, etc. « Si enim conditor non secundum naturam est, quomodo condita secundum naturam erunt ? aut si voce ὧν uti vellet, sic scriptum oportuerat : Ὧν γὰρ ὁ δημιουργὸς οὐ κατὰ φύσιν, πῶς ταῦτα κατὰ φύσιν ; « Quorum enim conditor non secundum naturam est, quomodo ea secundum naturam erunt ? » Sed alia prosequamur. Ita igitur libro quinto loquitur (p. 300) : Οἱ ἐμοὶ λόγοι, Σολομών φησιν, ὑπὸ Θεοῦ εἴρηνται. Καὶ ὁ Παῦλος, ὑπὸ Χριστοῦ · ἐπεί, etc. « Sermones mei, inquit Salomon, dicti sunt a Deo. Et Paulus, A Christo. » Potuit sane tam inepte tamque absurde loqui scriptor infimæ notæ, sed non magnus ille Basilius, qui, si eloquentia non omnes superavit, certe a nullo unquam superatus est. Nec meliora puto illa, quæ non ita multo infra legun-

Digitized by Google

tur (p. 306) : Εἴρηται ταῦτα, καὶ ἔστι καλῶς, ὡς ἔστι, τοῖς ἀπεριέργως πιστεύουσιν εἰς Θεόν, etc. « Hæc dicta sunt, et sunt recte, sicuti sunt, iis, qui sine curiosa investigatione credunt in Deum, » etc. Hæc enim cum lego, Græculum balbutientem audire mihi videor. Libet referre et illa, quæ mox sequuntur (p. 308) : Ἀλλὰ καὶ τῷ ὕδατι συναριθμεῖσθαι αὐτὸ φῂς, ὡς τῆς κτίσεως ὄν. « Sed et cum aqua dicis eum numerari tanquam qui creaturæ sit. » Interpretari ad verbum volui, ut sermonis inconcinnitas asperitasque lectorem magis moveat. Nam libens quærerem quid sibi velit illud, Ὡς τῆς κτίσεως ὄν, « tanquam qui creaturæ sit : » aut potius quærerem, an barbarus aut Scytha inconcinnius unquam et inelegantius locutus sit.

67. Auctorem male loquentem hactenus audivimus : nunc eumdem pejus ratiocinantem audiamus. Ita igitur loquitur, ubi ostendit vocem *ingenitus* substantiam ipsam non esse, sed unum quoddam ex nominibus, seu modum quemdam exsistendi : Εἰ ὁ γνοὺς, ὅτι ἀγέννητός ἐστιν ὁ Θεὸς, ὅ τί ποτέ ἐστιν ὁ Θεὸς ἀκριβῶς ἔγνω, μεῖζον δὲ οὐδέν ἐστι τοῦ τὸν Θεὸν κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν γνῶναι, ἀλλ' αὕτη ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωή · ὁ διδάξας ἡμᾶς, ὅτι ἀγέννητός ἐστιν ὁ Θεὸς, μείζων εὑρεθήσεται ὢν ὁ Θεὸς ἡτοίμασε τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Ἐκείνων γὰρ οὐδὲν δυνατὸν ἄνθρωπον ὄντα γνῶναι · ὧν οὔτε ὀφθαλμός τις εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἁμαρτωλοὶ τὸ ἀγέννητος ὄνομα ἤκουσαν. Τὸ μεῖζον οὖν ἢ δι' ἑαυτοῦ ἢ δι' ἑτέρου ὁ Θεὸς τοὺς ἁμαρτωλοὺς διδάξας, τὸ ἧττον καὶ μηδὲν εἰς ζωὴν αἰώνιον συντελοῦν τοῖς δικαίοις ἐφύλαξε. Καὶ πῶς οὐκ ἄτοπον; « Si is qui cognovit Deum esse ingenitum, quid tandem sit Deus accurate cognovit, rursus si nihil majus est quam Deum secundum naturam ipsius cognoscere, imo si hæc est vita æterna : qui nos docuit ingenitum esse Deum, is major invenietur iis quæ Deus diligentibus ipsum præparavit. Nam fieri non potest ut homo quidquam cognoscat eorum, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, quæ nec in cor hominis ascenderunt [61]. Atqui peccatores etiam nomen ingenitus audivere. Quod igitur majus est, id aut per se ipsum aut per alium Deus peccatores docuit : quod vero minus est nihilque ad vitam æternam confert, id justis servavit. Et quomodo hoc absurdum non est? » Hæc, etsi longiora, exscribere non piguit, quo magis character scriptoris innotescat et ingenium. Quid magis in his mirari subeat, nescio, inutilitatem an ineptiam? Quid, quæso, tam verbosa ratiocinatio ad rem facit? Quid causam juvat? Quid habet momenti? Verbis ipsius scriptoris utar, « quomodo hoc absurdum non est? » Neque indignum puto quod notetur, tractari quoque in primo libro hoc idem argumentum (p. 221 et seqq.), videlicet vocem « ingenitus » substantiam ipsam non esse, sed nomen quoddam. At, quæso, quid fuisset hominis Basilius, si, postquam in primo libro clare eleganterque ac copiose probasset vocem « ingenitus » substantiam ipsam non esse, sed aliquod nomen, postea de eodem argumento in libro quarto scripsisset obscure atque ineleganter? Sed non opus est nostris verbis, ut ostendatur eorum quæ in libro primo et quarto leguntur non unum et eumdem auctorem esse : sed satis est, si alter locus cum altero comparetur. Nam eruditissimus quisque ut in primo libro masculum quoddam dicendi genus mirabitur, ita in quarto debiles quasdam ratiunculas huic scriptori perfamiliares fastidiet. Paulo infra eum quem citavi locum, leguntur illa (p. 286) : Εἰ ἐλάττονα ὁ Θεὸς δημιουργεῖν οὐκ ἠδύνατο τοῦ ἑνὸς Υἱοῦ, διὰ τὸ μὴ πεφυκέναι, οὐδὲ ὁ Υἱὸς ἄρα διάφορα δημιουργήσει, ἀλλὰ ἕν τι. « Si Deus pauciora uno Filio condere non poterat, quod naturæ suæ non convenit : igitur nec Filius condet diversa, sed unum quid. » Hæc quomodo inter se cohæreant, alius viderit. Iis subjungam illa (p. 291) : Εἰ τὸ θέλημα τοῦ Πατρός ἐστι, τὸ πιστεύειν ἡμᾶς εἰς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ (*Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, ἵνα πᾶς ὁ θεωρῶν τὸν Υἱὸν, καὶ πιστεύων εἰς αὐτὸν, ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον*), οὐκ ἐκ θελήματος ὁ Υἱὸς, ἐπεὶ τὸ πιστεύειν ἡμᾶς εἰς αὐτὸν, ἢ σὺν αὐτῷ, ἢ πρὸ αὐτοῦ εὑρίσκεται. « Si voluntas Patris est, ut nos in ejus Filium credamus (*Hæc est enim voluntas ejus qui me misit, ut omnis qui videt Filium, et credit in ipsum, habeat vitam æternam* [62]), non tamen est ex voluntate Filius : quippe credere nos in ipsum, aut cum ipso, aut ante ipsum invenitur. » Quæ verba quid sibi velint, ne Mopsus quidem aut Œdipus facile, opinor, divinarit. Auctor de Abraham loquens, sic scribit (p. 314) : Ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, ἐπίστευσεν ὡς αὐτὸς, καὶ οὐκ ἠπίστησεν ὡς ὑμεῖς. « Credidit autem Abraham Deo, credidit ut ipse, nec incredulus fuit ut vos. » Non valde admodum dubito quin vir, cum sic locutus est, pro salsissimo scriptore et acutissimo haberi voluerit; sed vereor ne, cum sibi maxime placuit, aliis et frigidus et ineptus esse videatur. Præclara sunt quæ videre est aliquanto ante. Sunt autem ejusmodi (p. 312) : Ἢ ὡς ὅταν ἀπὸ ὕδατος ἢ λίθου πῦρ, ἢ ἄλλης τινὸς ὕλης ὡσαύτως τὸ τοιοῦτον γένηται πῦρ. « Aut sicut cum ex aqua aut lapide ignis, aut ex alia quavis materia, similiter ignis fieret. » Reliqua quidem non incommode : sed puto hominem mentis compotem non fuisse, si cui se hoc probare posse speraverit, videlicet fieri ex aqua ignem. Unus omnium felicissimus est Basilius in seligendis exemplis aptis : qui ergo fieri potuit, ut exemplo tam inepto tamque absurdo usus sit? Quæ autem fuerit scriptoris diligentia, quasi præteriens adnotabo. Sic igitur scribit (p. 318) : Καὶ τῆς Μαρίας λεγούσης· Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; « Et cum Maria diceret : Quomodo cognoscam istud, quandoquidem virum non cognosco? » Ultima verba, « Quandoquidem virum non cognosco, » Mariæ quidem esse nemo inficiabitur (ex Luc.

[61] I Cor. II, 9. [62] Joan. VI, 40.

Digitized by Google

1, 34) : sed priora, « Quomodo cognoscam istud, » Zachariæ esse constat ex Luc. I, 18.

68. Hactenus loca quædam, quæ phrasim Basilianam minus sapiant, retulimus : nunc voces multas, quas in genuinis Basilii operibus inveniri non putamus, hic simul congerere nobis propositum est. Vox θέσις prima occurrit. Nihil certe ea voce familiarius est scriptori, pro eo quod est « adoptio. » Frequentiora sunt exempla, quam ut aliqua in medium proferre necesse sit. Nusquam tamen, opinor, ea vox pro adoptione in sinceris ac germanis Basilii libris usurpatur. Vocem υἱοθεσία, non vocem θέσις, eo intellectu adhibere solet orator optimus. Certe si alias, maxime in libro *De Spiritu sancto* et in tribus primis *in Eunomium* libris nomen θέσις a Basilio usurpari debuerat, cum in iis de adoptione frequens sit sermo : tamen, quod ab horum lectione recens sum, præstare audeo ejus ne vestigium quidem in his exstare. Similiter vox θεϊκός frequentissime in duobus his posterioribus libris usurpata invenitur. Quam autem alienum id sit a Basilii instituto, ex ejus genuinis libris perspici potest. Fatebor quidem vocem θεϊκός in ea oratione quæ inter diversas decima septima numeratur, legi : sed causæ sunt non leves, cur id opusculum ponamus et ipsum in subditiliis. Nusquam alibi, quod sciam, ea vox reperitur. Non ita pridem, ut mox aiebam, librum *De Spiritu sancto* et tres priores *in Eunomium* libros diligenter legi, in quibus ut in reliquis genuinis Basilii scriptis non memini vocis θεϊκός ullum vestigium invenisse. Rogo jam optimos quosque viros eosdemque in legendis auctoribus versatissimos, num in more auctorum positum sit, ut quibusdam vocibus in uno aut altero opusculo sæpissime utantur, easdem vero in reliquis suis libris nunquam adhibeant, maxime si his utendi passim detur occasio. Fieri quidem potest ut fallar : sed arbitror rei tam novæ proferri exemplum nullum posse, idque νοθείας esse argumentum certissimum. Cum igitur hæ duæ voces, θέσις et θεϊκός, sæpissime occurrant in ultimis duobus *in Eunomium* libris, nec tamen legantur in tribus prioribus, neque in aliis Basilii scriptis non controversis, in quibus tamen his utendi frequens fuit occasio; hinc effici videtur, duos hos libros posteriores Basilio tribui non debere.

69. Ejusdem generis sunt et alia multa, quæ, quod et ipsa nonnihil ad rem faciant, non pigebit adnotare. Ducam initium ab his verbis (p. 298) : Εἰ τοίνυν τὸ ὑπερκόσμιον σῶμα Χριστοῦ ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου. « Si igitur supermundanum Christi corpus ex Spiritu sancto est. » Nunquam, nisi valde fallor, sic corpus Christi appellat Basilius. Nec secus judicandum de illo (p. 299) : Ἐπειδὴ δὲ Θεὸς Θεοῦ παῖς Ἰησοῦς, etc. « Cum autem Deus Dei puer Jesus, » etc. Basilius sexcentis locis Christum Dominum vocat Dei « Filium : » sed nusquam eum appellat Dei « puerum, » Θεοῦ παῖδα. Dicant igitur A qui hos libros Basilio tribuunt, cur hic aliter quam solebat locutus sit, seque sui dissimilem præstiterit. Illud (p. 305) : Καὶ τὸ διὰ Υἱοῦ πεφηνέναι σαφὲς πεποίηκεν. « Et per Filium effulsisse clarum fecit, » videtur mihi non parum a Basiliana eloquentia alienum. Hac dicendi formula, σαφὲς πεποίηκε, potuit uti scriptor indisertus, non Basilius oratorum disertissimus. Peregrinitatem olet illud quoque (p. 307) : Ἐκπομπῇ γὰρ καὶ μεταδόσει Πνεύματος τὰ γινόμενα γίνεται. « Nam quæ fiunt, emissione atque participatione Spiritus fiunt. » Et vero, si bene commemini, voce ἐκπομπή non utitur Basilius. Haud procul, de Davide loquens auctor sic scribit (p. 309) : Οὐδ' ἂν τὴν τοῦ Πνεύματος παρουσίαν, δούλου καὶ κτίσματος ὄντος, ἐπὶ πάντα διήκειν B ἔφασκεν ὁ ὑμνῳδός. « Neque Spiritus præsentiam, si servus et creatura esset, omnia pervadere dixisset hymnorum cantor. » Vox ὑμνῳδός alieni aliquid et peregrini videtur præferre; nec eam puto usquam inventum iri apud Basilium. Hoc idem dictum volo de illo, ὁ ἅγιος Παῦλος, « sanctus Paulus. » Etsi enim Basilius frequentissime Paulum nominat; tamen epithetum illud, ἅγιος, nunquam, opinor, ei tribuit. Non nego quidem has voces, ὁ ἅγιος Παῦλος, conjungi simul in libro *De Spiritu sancto*, cap. decimo sexto : sed vocem ἅγιος expungendam esse, ex libris antiquis constat. Nec prætereundum illud (p. 313), Deum dici ab auctore πανάγιον : quam vocem apud Basilium qui quæsierit, oleum perdet C et operam. Sed quoniam hæc fortasse leviora quibusdam videbuntur, ea et alia id genus permulta omittamus.

70. Paulo gravius quod sequitur, ita citari verba Scripturæ in ultimis duobus *in Eunomium* libris, ut eorum auctor a Basiliano more totus discedat. Res exemplis evadet clarior. Sic igitur loquitur scriptor (p. 317) : Οὐδὲ γὰρ προσκυνήσεις Θεῷ ἀλλοτρίῳ, γέγραπται, ad verbum, « Neque enim adorabis Deum alienum, scriptum est. » Basilius cum Scripturam citat, primo loco ponit quod hic videmus ultimo. Nec mihi dubium est, si horum auctor esset, quin scripsisset hoc fere modo : Γέγραπται γάρ· Οὐδὲ προσκυνήσεις Θεῷ ἀλλοτρίῳ. « Scriptum est enim : Neque adorabis Deum alienum [63]. » Nec D aptius auctor citavit Scripturam, cum ita locutus est (p. 306) : Ἓν δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀληθῶς ἅγιον Πνεῦμα, κατὰ τὸ γεγραμμένον, τὸ μετὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ συνδοξαζόμενον. « Et unus Spiritus sanctus, vere Spiritus sanctus, secundum id quod scriptum est, qui cum Patre et Filio conglorificatur. » Velim discere ab aliquo, ubi Scripturarum ita scriptum sit, « Qui cum Patre et Spiritu sancto conglorificatur. » Erunt fortasse qui dicant hæc verba non in Scripturis quidem reperiri, sed in concilio Constantinopolitano primo; ob idque ipsa ob auctoritatem concilii citari potuisse. Sed si ita est, fateantur vel inviti Basilium, qui ante id tempus mortuus sit, horum librorum auctorem non

[63] Matth. IV, 9; Deut. VI, 13.

Digitized by Google

esse. Ego quidem, ut sincere loquar, non arbitror scriptorem, quicunque ille fuit, ad concilium Constantinopolitanum primum respexisse, sed ad illa Davidica, *Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum* [64]. Satis enim se ipse explicat, cum aliquanto post ita scribit (p. 307) : Ἐπεὶ καὶ ὁ Δαβὶδ Λόγον καὶ Πνεῦμα δοξάζων, τῷ Λόγῳ Κυρίου τοὺς οὐρανοὺς εἴρηκεν ἐστερεῶσθαι, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσαν τὴν δύναμιν αὐτῶν. « Nam et David Verbum et Spiritum simul glorificans, dixit cœlos Verbo Domini firmatos esse, ac Spiritu oris ejus virtutem eorum omnem. » Sed notandum, auctorem, quisquis est, non propria Davidis verba protulisse, sed illud suum glossema, « Qui cum Patre et Filio simul conglorificatur. » Jam vero nec Basilius, nec alius ullus scriptor diligens, sua ipsorum glossemata pro ipsis Scripturæ verbis unquam protulere ad aliquod dogma comprobandum. Neque vero ad confutandos hæreticos apta est hæc citandi ratio. Alioqui enim illud ab ipsis responderi posset quod jam a multis in modum proverbii dici video, glossema pejus esse contextu. Et quoniam res est magni momenti, simile exemplum rursus adducam. Sic autem scriptor loquitur (p. 303) : Κατὰ τὸ γεγραμμένον· Ζωὴ τὸ Πνεῦμα, τὸ τῶν οὐρανίων δυνάμεων ἀποτελεστικόν, « Secundum quod scriptum est, Vita est Spiritus, qui potestates cœlestes perficit. » Quis, quæso, si paulum modo in legendis sanctorum Patrum scriptis versatus sit, non statim credat illa, « Vita est Spiritus, qui potestates cœlestes perficit, » alicubi in Scripturis totidem verbis et syllabis inveniri? Nam ut cæterorum Patrum, ita Basilii mos est, ut, cum utuntur his dicendi formulis, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὡς γέγραπται, aut similibus, tunc eorum auctorum qui ab ipsis citantur propria verba proferant. Aliter tamen se gessit scriptor, sic ut hæc verba, « Vita est Spiritus, qui potestates cœlestes perficit, » propria non sint, neque Matthæi, neque Marci, neque ullius alius scriptoris sacri, sed sua ipsius verba sint, id est, hominis Scripturam commentario suo corrumpentis. Et vero cum auctor ita locutus est, « Vita est Spiritus qui potestates cœlestes perficit, » nihil aliud quam illa ipsa Davidis verba, « Verbo Domini cœli firmati sunt, » etc., significare voluit. Fortasse ejusmodi licentia utcunque toleranda est, cum auctorum profanorum testimonia proferuntur : sed in citandis scriptoribus sacris eam quis ferat? Profecto si propria Scripturarum verba sic immutare semel liceat, quidvis probare, quidvis negare facillimum erit. Ex quo sequeretur, ut controversiis atque contentionibus nec finis posset imponi, nec modus. Addam (nam id quoque huc referri potest), librum tertium Esdræ ab illo auctore bis citari (p. 316) : quem tamen a Basilio nusquam laudatum invenimus. Nec solum citatur hic liber, sed sic, ut in ipsa citandi ratione aliquid a Basiliana consuetudine alienissimum proferatur. Qua de re ut existimare cuique liceat, ascribam auctoris verba, quæ hæc sunt : Τί δὲ ὁ Ζοροβάβελ καὶ ἡ τοῦ Ζοροβάβελ σοφία; ἆρά σοι μετρίως καὶ οὐ σαφῶς παριστάναι δοκεῖ τὴν ὑπόστασιν καὶ ζωὴν τῆς ἀληθείας, ὅτε φησί· Πᾶσα ἡ γῆ, etc. « Quid vero Zorobabel et Zorobabelis sapientia? num subobscure et non clare tibi videtur hypostasim ac vitam veritatis indicare, cum dicit : Omnis terra, » etc. Do reliqua Basiliana esse : sed illum citandi modum, Τί δὲ ὁ Ζοροβάβελ καὶ ἡ τοῦ Ζοροβάβελ σοφία; « Quid vero Zorobabel et Zorobabelis sapientia? » ad Patrem gravissimum pertinere, nemo, opinor, dixerit. Norunt enim qui Basilium vel primoribus labris attigerunt, eum simpliciùs loqui solitum, hoc fere modo, ὁ Σολομών φησι, ὁ Παῦλος ἀπόστολός φησι, nusquam vero uti hoc grandiori stylo, ὁ Σολομὼν καὶ ἡ τοῦ Σολομῶντος σοφία φησί, etc. « Salomon et Salomontis sapientia dicit, » etc.

71. Filium non raro vocat « genituram » scriptor; imo ei id nomen dignitatis loco tribuere videtur. Ejus rei, ut se dabit occasio, exempla aliqua subjiciemus. Exordiemur ab hoc loco, ubi ita legitur (p. 280) : Εἰ κτίσμα λέγοντες τὸν Υἱόν, οὐχ ὡς ἓν τῶν κτισμάτων λέγουσι· διατί γέννημα λεγόντων ἡμῶν, ὡς ἓν τῶν γεννημάτων νοοῦσιν; « Si cum Filium dicunt creaturam, non ut unam ex creaturis dicunt; cur cum dicimus nos genituram, eum ut unam ex genituris intelligunt? » Et aliquanto post (p. 283) : Εἰ κτίσμα καὶ οὐ γέννημα ὁ Υἱός, καὶ πάντα δὲ τὰ ὄντα κτίσματα, μάτην ἀγέννητος ὁ Πατὴρ λέγεται, οὐκ ὄντος ὅλως γεννήματος, πρὸς ὃ καλεῖται ἀγέννητος. « Si Filius creatura est, non genitura, et cuncta quæ sunt, creaturæ sunt, frustra Pater ingenitus dicitur, cum non sit omnino genitura, cujus respectu appelletur ingenitus. » Haud longe ita legitur (p. 284) : Εἰ φύσει ἀγέννητος ὁ Πατὴρ, φύσει γεννητὸς καὶ ὁ Υἱός· εἰ δὲ φύσει γέννημα, οὐκέτι κτίσμα. Ὄντος οὖν τοῦ φύσει γεννήματος, ἀνάγκη καὶ τὸν γεννήσαντα εἶναι. « Si natura ingenitus est Pater, Filius quoque natura est genitus : sed si genitura est natura, nequaquam est creatura. Cum igitur genitura sit natura, necesse est et genitorem esse. » Aliquanto post eodem modo scriptor loquitur (p. 286) : Οὐδὲν ἄρα κοινόν ἐστιν Υἱοῦ καὶ Πατρὸς, οὐδὲ ἡ κτίσις, εἴπερ ποίημα καὶ οὐ γέννημα ὁ Υἱός. Εἰ γέννημα ὁ Υἱὸς, οὐχ ὡς ἓν τῶν γεννημάτων, πᾶν δὲ γέννημα κτίσμα, οὐ κτίσμα ὁ Υἱός. Οὐδὲ γὰρ γέννημα ὡς ἐκεῖνα. « Nihil ergo commune est Patri cum Filio, ne creatio quidem, si factura non genitura Filius est. Si Filius genitura est, non tanquam una e genituris, omnis autem genitura creatura est, non creatura Filius est, neque enim genitura est ut illa. » Dissimile non est quod sequitur (p. 287) : Εἰ ὁ Υἱὸς ἐνέργημα, καὶ οὐ γέννημα, οὔτε ὁ ἐνεργήσας, οὔτε

[64] Psal. XXXII, 6.

Digitized by Google

μὴν τὸ ἐνεργηθὲν αὐτός ἐστιν. « Si Filius operatio est, non genitura, neque qui operatus est, neque opus ipsum ipse est. » Statim ita scriptum invenitur (p. 287) : Μονόκτιστος κυριώτερον ἂν λέγοιτο, κτίσμα μὲν ἀληθῶς κατ' Εὐνόμιον ὤν, γέννημα δὲ ψευδονύμως καλούμενος. « Unicreatus magis proprie diceretur, cum secundum Eunomium vere creatura sit, falso autem nomine genitura vocetur. » Rursus sic scribit (p. 292) : Εἰ πρὸ τῆς κτίσεως ὁ Υἱὸς οὐ γέννημά ἐστιν, ἀλλὰ κτίσμα· πρωτόκτιστος ἂν ἐλέγετο καὶ οὐ πρωτότοκος. « Si Filius ante creaturam genitura non esset, sed creatura : primocreatus utique diceretur, non primogenitus. » Unicum, cum possim plura, exemplum addam, ubi sic legitur (p. 306) : Καὶ τὸ γέννημα ἐξ αὐτοῦ ἐκφαίνει τὸν Λόγον. « Et genimen quod ex ipso est, edit, Verbum videlicet. » Ex his et similibus locis intelligitur, Filium a scriptore, quicunque ille fuit, vocatum esse « genituram, » eique nomen γέννημα probatum fuisse. Nam in primo exemplo docet Filium ab Eunomianis vocari creaturam, dici vero a se genituram. Et quidem ita loqui, εἰ κτίσμα λέγοντες τὸν Υἱόν, etc., uti paulo ante legitur, ejus est, qui in eo ab Eunomianis dissentiebat, quod illi Filium dicerent creaturam, ipse vero eum genituram diceret. Patet quoque ex illo, μονόκτιστος κυριώτερον ἂν λέγοιτο, etc., vocem γέννημα Filio tanquam decoram ac decentem ab illo auctore fuisse tributam. Vertit enim vitio Eunomio, quod Filius ex ejus sententia vere diceretur creatura, appellaretur vero falso nomine genitura : quem sane nunquam sic arguisset, nisi credidisset ipse Filium proprio ac vero nomine genituram appellari. Basilius autem non modo non usus est nomine γέννημα, sed eo uti non licere docuit. At ipsum audire præstat. Ejus igitur hæc sunt lib. II, num. 6, 7 et 8 : Καὶ ἐν τούτοις τοίνυν τῇ μὲν ἀληθείᾳ φανερῶς διαμάχεται, ἑαυτῷ δὲ ὅμως ἀκόλουθα λέγει. Ὡς γὰρ ἐν τοῖς ἄνω λόγοις τὸ ἀγέννητον ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων, τῆς οὐσίας αὐτοῦ διωρίζετο εἶναι σημαντικὸν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὸ γέννημα τὴν οὐσίαν τοῦ Υἱοῦ σημαίνειν λέγει· ἵν' ἐν τῇ τοῦ γεννητοῦ πρὸς τὸ ἀγέννητον ἀντιθέσει, ἐναντίως ἔχοντα τῷ Πατρὶ τὸν Μονογενῆ κατὰ τὴν οὐσίαν αὐτὴν ἐπιδείξῃ. Διὰ ταῦτα νομοθετεῖ ῥήματα ἔξω τῆς χρήσεως ὄντα τοῦ θείου Πνεύματος, γέννημα τὸν Υἱὸν ὀνομάζων. Πόθεν λαβών ; ἐκ ποίας διδασκαλίας ; τίνος προφήτου ; τίνος τῶν ἀποστόλων ταύτην αὐτῷ τὴν προσωνυμίαν ἐπιφημίσαντος ; Ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδαμοῦ τῆς Γραφῆς κειμένην οὕτω τὴν φωνὴν ταύτην εὗρον... Γεγεννηκέναι μὲν γὰρ τὸν Πατέρα, πολλαχοῦ δεδιδάγμεθα· γέννημα δὲ εἶναι τὸν Υἱὸν, οὐδέπω καὶ τήμερον ἀκηκόαμεν..... Ἀλλ' εἰ ἐγέννησε, φησὶν, ὁ Θεὸς, πῶς οὐ χρὴ τὸν γεννηθέντα προσαγορεύειν γέννημα ; Ὅτι φοβερὸν ἡμῖν ἡμετέροις αὐτὸν ὀνόμασι προσφωνεῖν, ᾧ ἐχαρίσατο ὁ Θεὸς ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα..... Ὁ τοίνυν οὔτε ἡ κοινὴ συνήθεια, οὔτε ἡ τῶν Γραφῶν χρῆσις παραδέδεκται, τούτου κατατολμᾷν, πῶς οὐχὶ τῆς ἐσχάτης ἀπονοίας ἐστί ; « Et in his utique ve- A ritatem palam oppugnat, sibi ipsi tamen consona loquitur. Quemadmodum enim in superioribus decernebat, in Deo universorum substantiam ejus per ingenerationem significari : ita hic quoque substantiam Filii per genituram significari dicit, ut geniti ad ingenitum oppositione, Unigenitum secundum ipsam substantiam contrario modo ad Patrem se habere ostendat. Quapropter cum Filium genituram appellat, verba quæ a divino Spiritu usurpata non sunt, præscribit. Unde hæc accepit? ex qua doctrina? a quo propheta? a quo apostolo, qui hoc ei cognomen tribuerit? Ego quidem certe hanc vocem sic expressam nullo Scripturæ loco invenio..... Patrem quidem genuisse, ex multis locis didicimus : Filium vero genituram esse necdum ad hunc usque B diem audivimus.... Sed si, inquit, Deus genuit, quomodo par non est genitum genituram vocare? Quia horrendum est nobis eum, cui largitus est Deus nomen quod est super omne nomen, nostris nominibus appellare..... Quod igitur nec communis consuetudo, nec Scripturarum usus admisit, id audere, nonne summæ dementiæ est? » Postquam autem Basilius hæc et alia id genus multa, quæ in ipso fonte legi operæ pretium est, ut eleganter, ita copiose eo, quem dixi, loco scripsit ad vocem γέννημα repudiandam, sic tandem sermonem concludit : Οὕτω μὲν οὖν ἀλλοτρία τῆς τε κοινῆς συνηθείας καὶ τῆς τῶν Γραφῶν χρήσεως ἡ φωνὴ τοῦ γεννήματος ἀπελήλεγκται. « Hoc itaque modo genituræ vocem C et a communi consuetudine et a Scripturarum usu alienam esse demonstratum est. » Quæ omnia si inter se comparentur, perspicuum erit ex hac locorum collatione, Basilium aut sibi non consentire, aut, quod verius est, horum librorum, in quibus vox γέννημα tanquam solemne quiddam et familiare passim adhibetur, auctorem non esse.

72. Ostendi hactenus auctorem librorum quarti et quinti *contra Eunomium* uti aliquo dicendi genere, quo non solet uti Basilius : nunc, quoniam varietas ipsa per se placet, ostendere conabor eumdem non uti aliquibus dicendi formulis, quæ sæpissime apud Basilium leguntur. Res autem iis quæ subjiciam exemplis fiet clarior. Postquam igitur Basilius aliquid aut probavit, aut confutavit, aut exD planavit, orationem concludere consuevit his verbis : Καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον, vel, εἰς τοσοῦτον ; verbi gratia, postquam Basilius libro *De Spiritu sancto*, cap. 14, de Moysis baptismate locutus est, orationem absoluturus sic scripsit : Τὰ μὲν οὖν περὶ τύπων, ἐπὶ τοσοῦτον, « Itaque de figuris quidem hactenus. » Nec aliter scriptum invenitur cap. 29. Postquam enim veterum aliquot scriptorum verba retulit, feci non insolens, ut hæc addiderit : Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον, « Et hæc quidem hactenus. » Ejusdem rei et alia exempla legi possunt hoc ipso in libro cap. 30. Item, in lib. primo *contra Eunomium*, num. 5, ubi hæc loquendi ratio bis adhibetur. Cum igitur Basilius hac concludendæ orationis

Digitized by Google

formula unice delectatus fuisse videatur, cur nunquam ea in ultimis duobus *in Eunomium* libris usus est? Paulo magis movere debet, quod horum quos mox dixi librorum auctor vocem κατόπιν nusquam adhibeat : quæ tamen vox ita est familiaris Basilio Magno, ut in ejus scriptis sursum deorsum legatur. Quanquam autem Basilius eam vocem multis variisque modis usurpet, præsertim tamen ea utitur, cum significare vult se alicujus rei jam antea mentionem fecisse. Ergo ubi plerique alii scriptores sæpius scribunt ὡς προείρηται, aut simpliciter εἴρηται, « ut jam antea dictum est, ut dictum est, » ille suam orationem sic componit, ut potius ita scribat, Ἐν τοῖς κατόπιν λόγοις, aut simpliciter, Ἐν τοῖς κατόπιν, « ut superius dictum est. » Cum igitur in ultimis duobus *in Eunomium* libris sæpe scriptum sit aut προείρηται, aut simpliciter εἴρηται, nec usquam in his scribatur ἐν τοῖς κατόπιν, quomodo, quæso, Basilius ejusmodi librorum auctor dici merito possit?

73. Monere juvat, libellos duos fuisse editos ab Eunomio. Unum, quem confutavit Basilius, alterum, quem confutare non potuit, cum non editus sit nisi post ipsius mortem. Hæc mecum cum reputarem, ultimi duo *in Eunomium* libri mihi magis ac magis suspecti facti sunt. Putavi enim confutari in ultimis duobus *contra Eunomium* libris non primum libellum Eunomii, sed secundum; ob idque secundi hujus libelli confutationem tribui non posse Basilio, ob eam quam attuli rationem. Et quidem scriptor, quicunque ille fuit, qui ultimos duos *in Eunomium* libros vulgavit, ita confutat Eunomium, ut eum reprehendat, quod Filium vere diceret creaturam, affirmaret vero eumdem falso nomine genituram dici. Quod ut manifestius fiat, ipsa scriptoris verba, quæ jam retulimus, rursus ob oculos ponere non pigebit. Hæc autem sunt lib. quarto pag. 287 : Μονόκτιστος κυριώτερον ἂν λέγοιτο, κτίσμα μὲν ἀληθῶς κατ' Εὐνόμιον ὤν, γέννημα δὲ ψευδωνύμως καλούμενος. « Unicreatus magis proprie diceretur, cum secundum Eunomium vere creatura sit, falso autem nomine genitura vocetur. » Scriptor igitur, quisquis est, confutabat eum Eunomii libellum, in quo hæreticus ille docebat Filium falso nomine genituram appellari. Quemadmodum enim illud, Κτίσμα μὲν ἀληθῶς κατ' Εὐνόμιον ὤν, sic accipi debet, ut Eunomius affirmaret Filium vere creaturam esse : ita quod sequitur, γέννημα δὲ ψευδωνύμως καλούμενος, sic videtur intelligendum, ut ipse quoque diceret Filium falso nomine genituram vocari. Nihil autem tale tradidit in primo suo libello Eunomius, unde consequens est, ut id docuerit in secundo, qui certe dici non potest confutatus a Basilio fuisse, cum solum post ejus interitum prodierit in lucem. Nec satis fuit dicere, nihil tale in primo Eunomii libro reperiri, cum dicere liceret aliquid omnino contrarium in eo legi ab omnibus posse. Jam probanda res est aliquibus exemplis, quæ cuique libetum erit videre in Appendice, ubi primum hoc Eunomii opusculum edendum curavimus. Sic igitur loquitur scriptor num. 12 : Ὅτι δὲ καὶ εἷς Υἱὸς (Μονογενὴς γάρ), ἐνῆν μὲν τὰς τῶν ἁγίων φωνὰς παραθεμένους, δι' ὧν Υἱὸν καὶ γέννημα καὶ ποίημα καταγγέλλουσιν ... ἀπιλλάχθαι φροντίδος. « Quod autem Filius unus sit quoque (Unigenitus est enim), vocibus sanctorum in medium allatis, quibus Filium tum genituram tum creaturam prædicant... possimus cura liberari. » Ergo de Eunomii sententia, ut Filius vere prædicatur creatura, ita etiam idem vere genitura dicitur. Paulo post magis perspicue mentem suam aperit Eunomius, his verbis : Γέννημα τοίνυν τὸν Υἱόν φαμεν, κατὰ τὴν τῶν Γραφῶν διδασκαλίαν, οὐχ ἕτερον μέν τι τὴν οὐσίαν νοοῦντες, ἕτερον δέ τι παρ' αὐτὴν τὸ σημαινόμενον, ἀλλ' αὐτὴν εἶναι τὴν ὑπόστασιν, ἣν σημαίνει τοὔνομα, ἐπαληθευούσης τῇ οὐσίᾳ τῆς προσηγορίας. « Genituram itaque Filium dicimus, ex Scripturarum doctrina, non aliud quid essentiam intelligentes, aliud quid præter ipsam, id quod significatur, sed ipsam esse substantiam, quam nomen significat, cum essentiæ vere congruat ista appellatio. » Certe genituræ appellationem essentiæ Filii vere congruere qui dicit, is Filium proprio, non falso nomine genituram vocat. Leguntur num. 17 hæc verba : Ὁ μὲν γάρ ἐστιν ἀγεννήτου καὶ ἀποιήτου γέννημα καὶ ποίημα. « Est enim [Filius] ingeniti et infacti genitura et factura : » quæ Eunomii verba ut intelligantur, non opus est ulla interpretatione. Cum enim homo impius Filium vere facturam diceret, nemo non videt eumdem pariter ab eo vere genituram vocatum fuisse, cum ipsum eodem modo et genituram et facturam appellet. Statim sic persequitur : Οὕτω γὰρ ἂν ταῖς Γραφαῖς τὸ ἀψευδεῖν φυλάττοιτο, ποίημα καὶ γέννημα λεγούσαις τὸν Υἱόν. « Sic enim sua constabit veritas Scripturis, quæ Filium facturam dicunt et genituram. » Videre licet illa num. 19 : Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον κἀπὶ τοῦ Μονογενοῦς, αὐτὸν τῷ γεννήματι. « Eadem quoque ratione dicendum est de Unigenito, quod idem valet quod genitura. » Sequuntur illa num. 22 : Μονογενὴς Υἱός, ἐπειδὴ μόνος ἀγεννήτου γέννημα. « Unigenitus Filius, quoniam solus ingeniti genitura est. » Sic pergit num. 24 : Εἰκόνα τοίνυν φαμὲν, οὐχ ὡς ἀγεννήτῳ γέννημα παραβάλλοντες. « Imaginem igitur [Filium] dicimus, non quod ingenito genituram comparemus. » His addi potest illud : Ἢ ἄλλο μὲν παρὰ τὸν Υἱόν. Γέννημα δέ· εἷς γὰρ καὶ μονογενὴς ὁ Κύριος ἡμῶν. « Aut aliud sane præter Filium. Est autem genitura : quippe unus et unigenitus est Dominus noster. » Maxime notandum quod legitur num. 27 hoc modo : Οὔτε δὲ γεννητὸς ὁ Πατὴρ, οὔτε ἀγέννητος ὁ Υἱὸς, ἀλλ' ὅπερ ἔστιν ἀτελευτήτως, τοῦτο καὶ λεγόμενον ἀληθῶς γέννημα, Υἱὸν ὑπήκοον, etc. « Neque vero genitus est Pater, neque ingenitus Filius : sed quod est sine ullo fine, id etiam fatemur vere dici genituram, Filium obsequentem, » etc. Denique sub finem operis num. 28 sic scriptum invenimus : Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, γέννημα τοῦ ἀγεννή-

Digitized by Google

cau, « Filius Dei, genitura ingeniti. » Ecce congesta sunt in unum omnia loca, in quibus Eunomius in primo suo libello nomine genituræ utitur. Sed tantum abest, ut alicubi dicat Filium falso nomine genituram vocari, ut etiam uno in loco doceat genituræ nomen essentiæ Filii congruere, in altero vero conceptis verbis pronuntiet Filium vere genituram dici. Cum ergo, ut ex dictis patet, in ultimis duobus *in Eunomium* libris confutatus sit is libellus, in quo hæreticus ille affirmabat Filium falso nomine genituram appellari, id non videtur accipiendum de primo Eunomii libello, in quo nihil tale invenitur, sed de secundo, quem certe confutare non potuit Basilius, nisi mortui librum aliquem confutare posse dicantur. Sequitur quidem necessario, ut in postremis duobus *in Eunomium* libris confutatus sit secundus Eunomii libellus, si primus ejus liber in his non confutatur : sed id tamen rursus confirmare libet ex Gregorii Nysseni verbis, qui, ut notum est, secundum hunc Eunomii libellum refellit. Inducit igitur sic loquentem Eunomium Gregorius Nyssenus oratione 3, tom. II, pag. 511 : Γεννητὸν ὄντα, φησὶ, τὸν Υἱὸν, καὶ γέννημα λέγειν οὐ παραιτούμεθα, τῆς γεννηθείσης αὐτῆς οὐσίας, καὶ τῆς τοῦ Υἱοῦ προσηγορίας, τὴν τοιαύτην τῶν ὀνομάτων οἰκειουμένης σχέσιν. « Genitum, inquit, Filium esse, et genituram dicere non recusamus, cum ipsa genita essentia, et Filii appellatio talem nominum relationem sibi vindicare possit. » Eunomius quidem, ut verum fatear, non expresse hoc loco ait Filium falso nomine genituram appellari : sed tamen ita loqui, « genituram dicere non recusamus [Filium], » ejus est, qui quasi invitus Filium vocat genituram, quique aliquo modo significet eum non proprie ita vocari debere ; ob idque Eunomius a scriptore reprehendi merito potuit, quod quodam modo doceret Filium falso nomine genituram vocari. Magis ad rem faciunt quæ hoc ipso in loco leguntur. Hæc autem sunt (*a*) : Τέως μὲν οὖν ὁ κριτικῶς τῶν λεγομένων ἀκούων, τούτου μεμνήσθω, ὅτι τὴν γεννηθεῖσαν λέγει, ὡς μηκέτι μήτε τὴν ἀγεννησίαν, μήτε τὴν γέννησιν ἀντ' οὐσίας παραλαμβάνεσθαι, ἀλλ' ἰδίᾳ μὲν τὴν οὐσίαν παραλαμβάνεσθαι, ἰδίᾳ δὲ τὸ γεννηθῆναι αὐτὴν, ἢ μὴ γεννηθῆναι, διὰ τῶν ἐπιθεωρουμένων αὐτῇ ἰδιωμάτων κατανοεῖσθαι. « Eo usque quidem, qui cum judicio ea quæ dicuntur audit, hujus meminerit, quod genitam essentiam dicit, ut non amplius naturam generationis expertem, neque generationem pro ipsa essentia sumamus : sed separatim quidem essentiam, separatim vero ipsam genitam esse, vel non genitam, per proprietates quæ in ea conspiciuntur, intelligamus. » Ergo si Filii essentia, ut Eunomio placet, dici poterat indiscriminatim aut genita, aut non genita, Filius falso tantum nomine genitura ab ipso vocabatur. Etenim si eum vere nomine vocasset genituram, dicere non potuisset ipsius essentiam indiscriminatim dici posse genitam, aut non genitam. Illud enim apertissime repugnat, aliquid vero nomine genituram vocari, cujus tamen essentia dici possit non genita. Non est ergo quod miremur, si quispiam scriptor confutans secundum librum Eunomii, dixerit Filium ex ejus sententia falso nomine genituram appellari : sed mirandi esset locus, si Basilius ejus rei Eunomium insimulasset, cum Eunomius, ut ex dictis liquet, in primo suo libello huic accusationi locum nullum dederit. Et quoniam magni momenti est, nosse uter libellus Eunomii refutetur in libris quarto et quinto contra eumdem Eunomium : experiar rursus an probare possim refutatum fuisse non primum, sed secundum. Nemo autem paulo peritior nescit adversarios dicere solitos, (*b*) Basilium in libris quarto et quinto *contra Eunomium* de multis quæ ab ipso afferebantur Scripturarum testimoniis secorsum loqui. Ego quidem libenter fatebor protulisse Eunomium ex Scripturis loca multa ad probandam suam opinionem : sed nego hæc Scripturæ loca quæ in libris quarto et quinto *contra Eunomium* explanantur, in ejusdem Eunomii libro primo reperiri. Et vero cum tam multa exponantur Scripturarum testimonia in duobus his quos dixi libris, tamen affirmare possum, si forte tria aut quatuor excipias, reliqua omnia in primo Eunomii libello non legi. Reliquum est igitur ut tot Scripturarum testimonia, quæ in libris quarto et quinto *contra Eunomium* explicantur, prolata sint ab Eunomio non in primo suo libello, in quo non inveniuntur, sed in secundo, quem certe Basilius confutare non potuit; cum ante mortuus esset, quam secundus ille libellus publicum accepisset. Et ut magis confirmetur quod dixi, velim diligenter legantur quæ in libro quarto scripta sunt, pag. 291, ubi ejus libri auctor explicat illud Marci, *Nullus bonus nisi unus Deus* [46]. Jam quæram ad quem Eunomii librum respexerit scriptor, cum ea quæ retuli Marci verba explanaret. Respexitne ad primum, an ad secundum? Constat certe ad primum respicere non potuisse, cum in eo illud Marci testimonium non legatur. Consequens est igitur, ut respexerit ad secundum, in quo, teste Gregorio Nysseno, utebatur Eunomius iis quæ dixi Evangelii verbis ad suam opinionem stabiliendam. Audiamus Gregorium Nyssenum, cujus hæc sunt libro undecimo *contra Eunomium*, tomo II, p. 694 : Οὐκοῦν ἀγαθὸς ὁ Υἱός. Ἀλλ' οὐδεὶς, φησὶν, ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός... Ἀλλὰ, φησὶ, τοῦ ἑνὸς ἡ λέξις ἀποχρίνει τὸν Υἱὸν τῆς τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίας. « Bonus igitur Filius. *Sed nullus*, inquit, *bonus nisi unus Deus*.... Sed, inquit [Eunomius], unius dictio Filium a boni communione secernit. » Plura qui volet, legat primas septem paginas ejus quem

(*a*) Greg. Nyss., tom. II, orat. 3.
(*b*) Lege Prologum qui in edit. Paris. positus est ante lib. IV *in Eunomium*.
[46] Marc. X, 18.

Digitized by Google

mox indicavi libri, quarum ex lectione plane constabit Eunomium inter cætera Scripturæ testimonia protulisse et illud, « Nullus bonus nisi unus Deus. » Est locus in primo Eunomii libello, qui errorem viris vel eruditissimis objicere potest, cum viro doctrina præstanti Joanni Alberto Fabricio re ipsa objecerit. Verba autem Eunomii hæc sunt num. 27 : Τούτων δὴ πάντων εὐκρινῶς μὲν καὶ πλατύτερον ἐν ἑτέροις ἡμῖν ἀποδεδειγμένων, ἐν βραχεῖ δὲ νῦν πρὸς ὑμᾶς ὁμολογουμένων, etc. « Cum jam universa liquido magisque prolixe alibi a nobis demonstrata, nunc vero in brevem ad vos confessionem sint contracta, » etc. Quem ad locum is quem mox nominavi vir doctissimus hanc notam addidit : « Notandus hic locus, quo ad uberiora sua scripta jam ante illud tempus edita Eunomius provocat. » Et vero si semel verum est Eunomium ante eum quem Basilius confutavit librum alios quosdam longiores edidisse ; quidquid a nobis superius dictum est, per se penitus ruit. Nam dici poterit Basilius, cum in libris quarto et quinto *contra Eunomium* multa Scripturarum loca explicaret, non respexisse quidem ad eum librum, quem nominavi primum Eunomii libellum, sed ad scripta quædam longiora, quæ jam ante edita ab Eunomio fuisse affirmat Joannes Albertus Fabricius. Sed qui rem paulo attentius considerarit, facile, opinor, fatebitur non loqui Eunomium, eo quem exscripsi loco, de prioribus quibusdam scriptis a se jam antea vulgatis, sed de prima sui libelli parte, eaque prolixiore. Constat enim Eunomium libellum suum in duas partes divisisse : quarum in priore suam sententiam fusius exponit, in altera vero, libelli sui quasi epitomen quamdam fecit. Id ita esse docet Eunomius ipse, cujus hæc sunt verba, num. 26 : Ἀλλ' ἵνα μὴ τῷ μήκει τῶν λόγων ἀποκνήσωμεν τοὺς ἀκούοντας, πᾶσαν ἐν βραχεῖ τῶν ῥηθέντων περιλαβόντες τὴν δύναμιν, etc. « Verum ne sermonum prolixitate auditores gravemus, minusve alacres reddamus, paucis eorum quæ diximus vim omnem comprehendentes, » etc. Quare horum verborum, Τούτων δὴ πάντων εὐκρινῶς μὲν καὶ πλατύτερον ἐν ἑτέροις ἡμῖν ἀποδεδειγμένων, is est sensus : « Cum jam demonstrata sint a nobis hæc omnia liquide et magis prolixe in cæteris quæ præcedunt argumentationibus, » etc. Sane a me faciunt antiqui omnes scriptores, qui duos duntaxat Eunomii libellos agnovere, Gregorius Nyssenus, Philostorgius, Photius, et alii. Jam si quis quærat ex me, cur Eunomius, qui in primo suo scripto Filium libenter simpliciterque genituram vocabat, hoc idem tamen non fecerit in altero ; dicam hujus rei fortasse afferri posse probabilem causam, videlicet Eunomium a Basilio ob genituræ nomen tam male acceptum fuisse, ut eo deinceps tam libere uti ausus non sit.

73°. Fuit tempus, ut notum est, cum Basilius neque in suis libris, neque in publicis orationibus Spiritum sanctum Deum vocaret, non quod ejus divinitatem revocarit in dubium, sed quod tempori serviendum sapienter judicarit. Atque in illis ipsis quos *De Spiritu sancto* conscripsit libris, nomen Dei ne semel quidem Spiritui sancto tributum legimus. Ejus generis sunt liber tertius *in Eunomium* et celeberrimus ille ad Amphilochium *De Spiritu sancto* liber : quorum in utroque ut evidentissime, ita invictissime probat quidem Spiritus sancti divinitatem, nec usquam tamen Spiritum sanctum Deum appellat. Qui ergo fieri possit, ut eorum de quibus agitur librorum auctor sit, cum in ipsis non semel Spiritus sanctus Deus vocetur ? Exempla eo quo inveniuntur ordine, subjicere visum est. Primum occurrit illud (p. 299) : Εἰ τοίνυν οὐδενός ἐστιν ἀφιέναι ἁμαρτίας, ὥσπερ οὐκ ἔστιν, εἰ μὴ μόνου Θεοῦ, ἀφίησι δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τῶν ἀποστόλων · Θεὸς ἄρα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τῆς αὐτῆς ἐνεργείας τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ. « Itaque si nullius est remittere peccata, sicut sane nullius est, nisi Dei solius, remittit autem Spiritus sanctus per apostolos ; Deus ergo est Spiritus sanctus, et ejusdem operationis atque Pater et Filius. » Rursus sic loquitur scriptor (p. 300) : Εἰ δὲ λαλεῖ ἐν ἀποστόλοις καὶ ἐν προφήταις τὸ Πνεῦμα, πᾶσα δὲ Γραφὴ θεόπνευστος, εἴπατε τοῖς ἀσεβοῦσι, πῶς οὐ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τυγχάνει, τῆς τούτου συγγραφῆς θεοπνεύστου οὔσης ; « Quod si Spiritus in apostolis et prophetis loquitur, omnisque Scriptura divinitus inspirata est, dicite impiis : Quomodo Spiritus sanctus Deus non est, cum illius Scriptura divinitus inspirata sit ? » Verba scriptoris, cum explicat illud Joannis IV, 24, *Spiritus est Deus*, hæc sunt (p. 310) : Ὥσπερ γὰρ τὸ Πνεῦμα ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ, Ναὸς Θεοῦ ἐστε καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν · οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα, τῆς Τριάδος μὴ διακοπτομένης, μηδὲ χωριζομένης τὴν φύσιν, ὥστε καὶ τὰ ὀνόματα μὴ χωρίζεσθαι. « Quemadmodum enim Spiritus Deus est, juxta illud, *Templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis* : ita et Deus Spiritus est, non dissecta Trinitate, neque secundum naturam separata : sicut nomina etiam non separentur. » Parum fuit hoc loco scriptori Spiritum sanctum Deum vocare : sed etiam rationem reddit cur ita faciat. Quoniam, inquit, ut Trinitas non separatur secundum naturam, ita nec nomina etiam separantur. Secus autem fecisse Basilium norunt, quibus non omnino ignota est temporum illorum historia, sic ut intereadum Spiritum sanctum naturæ divinæ participem esse privatim et publice profiteretur, eum tamen pacis ergo Deum appellare abstineret. Sed audire mihi videor qui dicunt fuisse etiam tempus, cum Basilius tum in aliquibus epistolis tum in publicis quibusdam concionibus Spiritum sanctum Deum vocaret ; ob idque fieri potuisse, ut in quinto quoque *contra Eunomium* libro hoc ei nomen dederit. Bene. Sed quæstio non est, utrum Basilius Spiritum sanctum in quinto *contra Eunomium* libro Deum vocare potuerit, sed utrum re ipsa vocarit : quod falsum esse arbitror.

Digitized by Google

Etenim si Basilius sibi per tempus licere credidisset Dei nomen Spiritui sancto in libro quinto tribuere; non video causam ullam, cur in tertio libro hac ipsa de qua agitur voce uti noluerit. Et vero mirandi esset locus, si, postquam Basilius Spiritum sanctum in tertio libro Deum vocare tam studiose cavisset, statim id ei nominis in quinto libro sæpe tribueret. Unum adhuc superest, quod videtur notatu dignissimum. Postquam scriptor, ut ex superioribus constat, aliquot in locis Spiritum sanctum Deum vocavit; confidentior factus, aliquanto post majora audet. Ait enim Dei Spiritum vocari et Dominum et Deum, quemadmodum et Verbum. Sed ipsum audire præstat. Sic igitur loquitur (pag. 314): Καὶ Κύριος καὶ Θεὸς εἴρηται τὸ τοῦ Θεοῦ Πνεῦμα, ὡς καὶ ὁ Λόγος. « Et Dominus et Deus dictus est Spiritus Dei, sicut et Verbum. » Adduci nunquam potero, ut hæc a Basilio scripta fuisse credam. Nihil enim, ut mihi quidem videtur, a Basilii consilio magis alienum excogitari potest. Quod ut manifestius fiat atque exploratius, rem altius repetam. Ætate illa erant non pauci, qui, quod Spiritus sanctus in Scripturis nusquam Deus expresse vocetur, hoc ei nomen dare recusabant. Vir autem prudentissimus Basilius tempori paulisper cedendum ratus, modo rem statueret, de nudo verbo contendere noluit. Malebat enim, quæ ejus in omnes charitas erat, infirmus cum infirmis fieri, ut eos lucrifaceret, quam unam vocem obstinatius defendere, veram illam quidem, sed ad salutem tamen non necessariam. Fides, ut recte judicabat, in rem ipsam, non in nudum verbum cadit. Fides jubet, ut Spiritum sanctum Deum esse credamus; eum ut nominemus Deum, non jubet. Ex quibus perspici potest, Basilium præstitisse se eum in toto hoc negotio, qui et ipse cum infirmis infirmus videri vellet, nec æquum putasse, ut ob unam vocem, quæ dicebatur non inveniri in Scripturis, infirmorum salus negligeretur. Ergo unum hoc ego ab eo rogassem, ut ostendisset hunc Scripturæ locum, in quo Spiritus sanctus et Dominus et Deus vocatur, sicut et Verbum: qua utique via et brevi et facili infirmos illos sanare potuisset. Verbum quidem apud Joannem expresse Deum dici constat: sed quo Scripturæ loco Spiritus sanctus expresse Deus dictus sit, hodieque ignoratur. Equidem non mirarer, si Spiritum sanctum in Scripturis oblique Deum appellari dixisset Basilius: sed, ut mihi videtur, Spiritum sanctum eodem quo Verbum modo in Scripturis Deum appellari [66], nec ipse, nec quisquam alius, nisi fuerit omnino Scripturarum rudis, dicere potuit.

74. Illud Joannis, *Pater major me est* [67], bis in libris *contra Eunomium* explicatur: sed hæc explicatio tam diversa est, ut ejus unus et idem auctor esse non possit. Ait igitur scriptor quarti libri, aliquid dici posse majus aut magnitudine, aut tempore, aut dignitate, aut potentia, aut tanquam causam. Postquam autem dixit Patrem Filio non esse majorem, neque magnitudine, neque tempore, neque dignitate, neque potentia, concludit genitorem genito majorem quoque non esse tanquam causam. Ejus hæc sunt verba (lib. IV, p. 289): Οὔτε ὡς αἴτιος· ἐπεὶ ὁμοίως καὶ αὐτοῦ καὶ ἡμῶν μείζων, εἴπερ γὰρ αὐτοῦ καὶ ἡμῶν αἴτιος. « Nec ut causa [major est Pater Filio]; quoniam pariter et illo et nobis major esset, cum ipsius et nostri esset causa. » Basilius vero eum, quem dixi, Scripturæ locum ita interpretatur, ut asseveranter dicat Patrem Filio majorem esse tanquam causam. Sic autem loquitur lib. primo num. 25: Λείπεται τοίνυν κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον ἐνταῦθα τὸ μεῖζον λέγεσθαι. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπὸ τοῦ Πατρὸς ἡ ἀρχὴ τῷ Υἱῷ, κατὰ τοῦτο μείζων ὁ Πατὴρ, ὡς αἴτιος καὶ ἀρχή. Διὸ καὶ ὁ Κύριος οὕτως εἶπεν· *Ὁ Πατήρ μου μείζων μού ἐστι*, καθὸ Πατὴρ δηλονότι. Τὸ δὲ, Πατὴρ, τί ἄλλο σημαίνει, ἢ οὐχὶ τὸ αἰτία εἶναι καὶ ἀρχὴ τοῦ ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντος; « Reliquum est igitur, ut vox majus hic secundum causæ rationem dicatur. Nam quoniam a Patre origo est Filio, hoc major est Pater, quod causa sit et principium. Quapropter et Dominus sic dixit: *Pater meus major me est*, prout Pater videlicet. Illud autem, Pater, quid aliud indicat, nisi, causam atque originem esse ejus qui ex ipso genitus est? » Postquam autem Basilius paucis ostendit Patrem non dici majorem, neque secundum substantiam, neque secundum molem, statim ita persequitur: Ὑπόλοιπος οὖν ἐστιν ὁ παρ' ἡμῶν λεχθεὶς τοῦ μείζονος τρόπος, ὁ τῆς ἀρχῆς, λέγω, καὶ τῆς αἰτίας. « Superest igitur is, quem nos diximus, majoris modus, principii, inquam, et causæ. » Basilius, quod tam asseveranter dixit, id statim negare non solet; nec puto ejus rei exemplum ullum proferri posse. Malim ergo duos hos *in Eunomium* libros alteri cuivis scriptori tribuere, quam magnum Basilium insuetæ levitatis suspectum reddere. Sed de his satis: nunc de quibusdam Veteris Testamenti locis instituendus sermo est.

75. (*a*) Mirari subit adversam sententiam non aliunde magis infirmari, quam unde maxime confirmari vulgo putatur. Monere ergo juvat, hoc ab adversariis callidissime dici solitum, Basilium in quarto *in Eunomium* libro exsecutum fuisse quod in secundo facturum se promiserat. Basilius enim, inquiunt, pollicebatur in secundo *contra Eunomium* libro, se ab illa Salomonis sententia, *Dominus creavit me* [68], fusius in proprio loco locuturum: quod ab eo in libro quarto factum fuisse censent. Ego quidem non nego hæc promissa esse a Basilio lib. II, num. 20: sed ita sentio, tantum abesse ut hoc eorum sententiam stabiliat, ut eam potius funditus evertat. Et, ut ea de re a quolibet existimari possit,

(*a*) Lege Prologum qui in edit. Paris. positus est ante librum quartum *contra Eunomium*.

[66] Joan. I, 1. [67] Joan. XIV, 28. [68] Prov. VIII, 22.

Digitized by Google

operæ pretium duco quæ in libris secundo et quarto leguntur (p. 256, 293), diligenter inter se comparare. Animadvertendum igitur, Basilium verba hæc Salomonis, *Dominus creavit me*, alio quidem loco aptius diligentiusque sibi examinanda proposuisse : sed tamen hæc ipsa Salomonis verba tam parce tamque indiligenter in quarto *contra Eunomium* libro expenduntur, ut si quis Basilium harum interpretationum faciat auctorem, eum promissis non stetisse fateatur necesse sit. Et vero si quid alicujus momenti legitur in libro quarto, id jam a Basilio præoccupatum fuerat in secundo. Quale est, quod dicitur de scriptore Proverbiorum : nec valde dubito quin libri quarti auctor suam explanationem a Basilio mutuatus sit. Reliqua, quæ pauca sunt, cum tamen Basilius responsionem longam et accuratam promisisse videatur, aut non pertinent ad rem, aut perperam et contra librorum omnium fidem proferuntur. Ad primum genus spectat illud Davidis : *Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ, ὁ Θεός. Cor mundum crea in me, Deus* [69]. Item illud : *Γενοῦ μοι εἰς Θεὸν ὑπερασπιστήν. Esto mihi in Deum protectorem* [70]. Illud quoque : *Ἐγένου μοι εἰς σωτηρίαν. Factus es mihi in salutem* [71]. Uno verbo, quisquis legerit breve hoc quasi fragmentum, in quo auctor locum Proverbiorum explanare instituerat, nequaquam, puto, inficiabitur ipsum sæpe quidvis potius fecisse, quam quod faciendum sibi proposuerat. Ad secundum genus referri posse videtur illud : *Ἐποίησεν υἱοὺς καὶ θυγατέρας. Fecit filios et filias.* Nam in Gen. cap. v non raro legi ἐγέννησεν υἱοὺς καὶ θυγατέρας, « Genuit filios et filias, » scio quidem : sed ubi scriptum inveniatur, ἐποίησεν υἱοὺς καὶ θυγατέρας, « Fecit filios et filias, » nescio. Fortasse scriptor putavit legere sibi licere, ἐποίησεν υἱοὺς καὶ θυγατέρας, quod ita ejus propositum postularet : sed hoc ei quis dederit ? Ejusdem generis sunt et illa (p. 293) : Λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ γεννήματος κτίσμα καὶ ποίημα, ὡς τό· Ἔκτισάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ. « Quin et genitura dicitur creatura et factura, ut illud, Creavi hominem per Deum. » Satis, opinor, omnes norunt non ita legi Gen. iv, 1, « Creavi hominem per Deum : » sed tamen rem paulo diligentius considerari volo. Hoc igitur dicit scriptor, genituram vocari posse et « creaturam facturam : » quod ut probet, locum Geneseos corrumpere veritus non est. Enimvero neque in Bibliis, neque in notis Nobilii, neque in Hexaplis, neque in aliis quæ videre licuit exemplaribus usquam legitur Gen. iv, 1, ἐκτισάμην, « creavi : » sed ubique magno librorum inter se consensu legitur *Ἐκτησάμην, Possedi.* Jam audiamus Basilium, qui hoc ipso Scripturæ testimonio fidelissime ad institutumque accommodatissime usus est lib. II, num. 20. Sic autem loquitur : Ὁ γὰρ εἰπὼν, *Ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ*, οὐχὶ κτίσας τὸν Κάϊν, ἀλλὰ γεννήσας, ταύτῃ φαίνεται χρησάμενος τῇ φωνῇ. « Qui enim dixit, *Possedi hominem per Deum*, constat eum hac voce usum esse, non quod creasset Cain, sed quod genuisset. » Vide igitur, ecce tibi duo homines, quorum alter, ut propositum assequatur, eum, quem dixi, Geneseos locum depravat ; alter vero hunc ipsum locum apte et docte citat. Hic tandem huic disputationi finem imponam, si tamen prius monuero, me, quod res nota sit, non allaturum insignia aliquot exempla, quibus ostendi possit opera aliqua aliis etiam Patribus olim falso tributa fuisse : neque hanc meam opinionem obstinatius defensurum, si eam eruditis hominibus non probari intelligam.

§ XII. *De lucubratiuncula quadam* de Spiritu sancto.

76. Sequitur post quintum *in Eunomium* librum lucubratiuncula quædam *de Spiritu sancto :* de qua nunc more nostro disputare instituimus. Libellus ille non magni est momenti ; nec multum refert cui tribuatur, Basilio, an cuivis alteri scriptori : quoniam tamen mihi non licet quidquam præterire, paucis dicam quod sentio. Arbitror igitur hoc opusculum Basilii non esse : sed cujus sit, certo dicere non queo. Mihi tamen verisimile fit compositum id fuisse ab hoc ipso scriptore, qui ultimos duos *in Eunomium* libros edidit. Et quidem non tanta diligentia scriptus est hic libellus, ut Basilio Magno tribui jure possit : imo potius compositus est indiligentia ea, quæ in eum quem dixi scriptorem optime conveniat. Quod autem dixi, videri hanc lucubratiunculam ab eodem scriptore editam fuisse, qui postremos duos *in Eunomium* libros vulgavit, id ex notis patet. In his enim monuimus ultima quinti libri verba cum primis hujus lucubratiunculæ verbis ita in veteribus quibusdam libris inter se conjungi, ut continua oratione plane legantur : quod certe indicio est hanc lucubratiunculam nihil aliud esse, nisi quinti libri epilogum ab uno et eodem auctore conscriptum. Et hoc inde confirmari potest, quod ut in ultimis duobus *in Eunomium* libris, ita et in illo quoque opusculo Spiritus sanctus Deus vocetur. Qua autem diligentia scriptus sit hic libellus, jam videamus. Ubi auctor de anima pura loquitur, ita scripsit : Προσίτω δὲ ἡσύχῳ τῇ καταστάσει. Ἡσυχον δὲ αὐτῆς ἔστω, μὴ μόνον τὸ περικείμενον σῶμα, καὶ ὁ τοῦ σώματος κλύδων· ἀλλὰ καὶ πᾶν τὸ περιέχον· οὐρανὸς, γῆ, θάλασσα, καὶ τὰ ἐν τούτοις λογικά. « Accedat autem tranquillo statu. Nec solum corpus ejus circumjacens, et æstus corporis tranquilla sint : sed etiam quidquid ambit et circumplectitur, cœlum videlicet, terra, mare, et quæ in iis sunt rationalia. » Quasi vero situm in nobis esset, ut cœlum terraque et mare tranquilla forent. Quod sequitur, ita obscurum est, ut doctissimi duo viri Trapezuntius et Combefisius scriptoris sententiam non assecuti fuisse videantur. Est autem ejusmodi : Καὶ πᾶσα ὑπόστασις δικαίων, καὶ

[69] Psal. L, 12. [70] Psal. XXX, 3. [71] Psal. CXVII, 21.

Digitized by Google

μεγάλων, καὶ μικρῶν, καὶ ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων ἡγίαστα. Καὶ ἄλλη μὲν καὶ ἄλλη κειμένων τῶν σωμάτων, τοῦ μὲν ὧδε, τοῦ δὲ ὧδε, καὶ τῶν ἄλλων δυνάμεων ἀπ' ἀλλήλων ἐχουσῶν τι μέσον. Quis autem horum verborum sensus sit, fortasse ex ea quæ ad hunc locum addita est nota cognosci poterit. Nec A clariora sunt quæ in fine opusculi leguntur. Ita autem loquitur scriptor : Ὁ παρὰ τούτου τοῦ πνεύματος διδασκόμενος, τί εἴπῃ ἐν τῇ τῶν ἀναχρινόντων ἀπολογίᾳ, διδακτὸς Θεοῦ ἀκούει παρὰ τοῦ προφήτου : quæ verba in nota quoque, ut potui, explanare conatus sum.

NOTITIA EX BIBLIOTHECA FABRICII.

(Ed. Harles, tom. IX, Hamburgi 1804.)

I.

Basilius, magnus ille veritatis doctor (*a*) atque doctrinæ imprimis de Spiritu sancto catholicæ vindex et assertor præcipuus, natus Neocæsareæ, quæ ante Mazaca, in Pontica Cappadociæ regione circa A. C. 316 (*b*) parentibus Basilio, communi tum in illis locis virtutis magistro (*c*), et Emmelia : ne de avia Macrina dicam, cujus memoria inter sanctos 14 Januar. (*d*) recolitur, quemadmodum parentum 30 Maii (*e*), frater fuit Gregorii Nysseni, major natu, et Naucratii monachi, Petrique, episcopi Sebasteni, et Macrinæ (*f*), sororis. Eloquentiæ et artium magistros præclaros habuit Antiochiæ, et CPoli Libanium (*g*), Athenis, ubi Juliano (*h*) commilitone in studio bonarum litterarum [et Gregorio Nazianzeno] usus est, Himerium Proæresiumque. Hinc cum in Ecclesia Cæsariensi lectoris, diaconi et presbyteri muneribus functus esset, monasticam vitam prætulit (*i*), simultate ipsi cum episcopo suo Eusebio intercedente (*j*). In Ponti igitur solitudines circ. A. C. 358 secessit, atque ibi Gregorii Nazianzeni suavissima consuetudine est usus (*k*). Reconciliatus inde episcopo suo (*l*), adhuc superstiti adjunctus, et A. C. 370 (*m*) defuncto successit Ecclesiæque suspicatur. Adde Schrœckh. pag. 9 sq. Harl.

(*a*) Ὁ μέγας τῆς ἀληθείας διδάσκαλος, Zachariæ Mytilenæo, pag. 224 edit. Barthii, et καύχημα τῆς Ἐκκλησίας, S. Athanasio *Epist. ad Palladium presb.* tom. I, pag. 734 ; ὁ ἔνθεος τῆς οἰκουμένης φωστήρ, Gennadio epistola *De prædestinat.* Fabr.—Alia testimonia congessit Thom. Pope Blount in *Censura celebrior. auctor.* ed. Genev. pag. 241 sqq.; Garnier in præf. ad tom. I edit. Opp. Basilii summis laudibus eum extollit. Ab Hemsterhusio ad Luciani *Dial. mortuor.* tom. I, pag. 453 ed. Reitzii, dicitur non infrequens Xenophontis imitator, et pag. 389, Pater eloquentissimus. Artis criticæ peritiam ex Basilii scriptis elucere, testatur H. Valesius in libro I *De critica*, cap. 25, pag. 173 sq., subjuncto ejusdem emendationibus, a Burmanno editis. Harl.

(*b*) Vide *Acta sanctor.*, tom. VII Maii, pag. 658. Fabr.—Basilium in lucem editum fuisse Cæsareæ in Cappadocia circ. A. C. 328, Oudinus I, pag. 543, prodit. Garnerius (1) vero in *Vita Basilii* (in tom. III Opp.) pag. XXXVII sqq. operose demonstratum ivit, Basilium Cæsareæ in Cappadocia, sed non in Ponto (ex quo quidem paternum genus, uti maternum ex Cappadocia ducebat) natum esse circa A. Chr. 329, et de parentibus illorumque liberis disputavit uberius. Harl.

(*c*) Ὃν κοινὸν παιδευτὴν ἀρετῆς ὁ Πόντος τηνικαῦτα προὐβάλλετο. Nazianzenus orat. 20, pag. 324. Palladia, quam matrem memorat Basilius epist. 366, non fuit mater, sed cognata, quam matris loco veneratus est.

(*d*) Bollandus in *Actis sanctor.* tom. I Januarii, pag. 952 sq. Meminit aviæ hujus suæ Basilius epist. 79, pag. 895.

(*e*) Papebrochius tom. VII *Act. sanctor. Maii*, pag. 242 seq.

(*f*) Vide Nicephorum X, 19, et Nyssenum in *Elogio Macrinæ*.

(*g*) Sed v. Schrœckh in *Hist. eccl. Christ.* part. XIII, pag. 7 sq. Harl.

(*h*) Basilius epist. 208, ad Julianum imp. [Vide in ed. Garn. tom. III, pag. 122 sqq. II Juliani epp. ad Basilium, et hujus respons. pag. 124 sq. epp. 39-41. Sed Garn. in *Vita*, pag. LXIII, illas dubias esse B Sozomenus VI, 15. Gregorius presbyter, in *Vita* Nazianzeni p. 13, etc. In eremo delectatum esse Philoromi amicitia Basilium, narrat Palladius in *Lausiaca*, pag. 121. Vide et quæ ipse de vita sua monastica Basilius, epist. 79, ubi fratrem Gregorium (Nyssenum) secum vixisse in monasterio ad fluvium Iridem testatur. De Gregorio Nazianzeno autem intelligendus epist. 141, quem σκεῦος ἐκλογῆς καὶ φρέαρ βαθὺ, τὸ τοῦ Χριστοῦ στόμα, appellat. Multa de illius et Basilii amicitia Gregorius presbyter in Nazianzeni *Vita*.

(*i*) Atque Martin. Chemnit. in orat. *De lectione Patrum*, pag. 6, notat, Basilium M. secessui et monachismo plus quam satis esset, tribuisse. Thomassin. quidem in *Discipl. vet. Eccl.*, part. II, lib. I, cap. 46, negat, Basilium verum fuisse monachum, quoniam nec per omnem suam vitam se consecrasset illi ordini, nec omnium suarum facultatum usum abjecisset : sed is satis refutatus est a Garnier. in *Vita Basilii*, pag. XLVI sq. Addi debet, disciplinam monasticam eo tempore nondum æque ac sub finem sæculi IV fuisse constitutam. Conf. Schrœckh. pag. 25, qui tamen, quæ Garn. de migadibus, ascetis, actioni deditis, sentit, nondum certa et explorata esse judicat, et de vita monastica studioque Basilii est copiosus. Basilium fuisse auctorem ordinis cujusdam monastici (atque monachi ordinis S. Basilii, præcipue in Ecclesia Græca, adhuc florent), jure alii negant. V. Schrœckh., pag. 206 sqq. Harl.

(*j*) Baertius *Act. Sanctor.* tom. II Junii, p. 833. D

(*k*) Vide Greg. Nazianz. epigr. 4 in Basilium, apud Lambec. VIII, p. 779 ed. Koll. Harl.

(*l*) Idem Baertius, pag. 859. [Schrœckh. p. 31 sqq., 36, 62 sqq., 70 sqq.]

(*m*) Ab A. C. 371 Basilium fuisse Cæsareensis Cappadociæ episcopum, scribit Saxius in *Onomast.* I, pag. 422, laudatque Pagii *Critic. Baron.* A. C. 369, nr. XVI, pag. 270, it. ad A. C. 370, nr. IX-XIX, pag. 288-295 ; imprimis nr. XXIII, pag. 297, tom. V. Eodem Pagio duce l. c. A. C. 365, nr. VII, pag. 215-217, tom. V, probabile esse judicat Saxius, a Basilio A. 365 epistolam ad senatum Tya-

(1) Imo D Prud. Maranus, qui, D. Garnerio e vivis sublato, editionem absolvendam suscepit Edit.

Digitized by Google

Cæsareensis episcopus ordinatus die 14 Junii (*a*), cum per annos octo (*b*) illud sacrum munus gessisset, diem obiit supremum (*c*) A. C. 379, Calendis Januarii. [De anno quo vita decessit Basilius, vide Assemanni sententiam contrariam vol. VIII, ad edit. vet. vol. VII, p. 231, not. *un*, add. Assemann. in *Biblioth. orientali*, tom. I, p. 52, not. 2, et p. 54 fin., ubi colligit, Basilii mortem ultra A. 378 nequaquam esse promovendam. HARL.]

II. SCRIPTORES VETERES DE S. BASILII VITA ET LAUDIBUS CONSULENDI.

Greg. Nazianzeni oratio 20, quæ dicta est in S. Basilii funere. Ejusdem epigrammata XII in Basilium cum anonymi [vel potius Niceteæ] Græca prosaria expositione, edita a Lambecio VIII, pag. 366-371. [pag. 778 sqq. ed. Kollarii, cujus notas vid. et pag. 782 sqq. de Niceteæ prosaria expositione. HARL.] Epitaphium carmen, quod est quartum decimum ordine, tom. II Opp. Vidend. etiam epist. 38, etc.

Gregorii Nysseni *oratio in laudem Basilii fratris*, ἐπιτάφιος, tom. II, pag. 911.

Ephræmi Syri elogium S. Basilii, ipso superstite adhuc scriptum, ut notavi lib. v, cap. 2. [pag. 231 sq. ed. vet., ubi jam adnotavi, Assemann. negasse contra Fabric. illam Ephræmi laudationem scriptam esse Basilio superstite. Add. Assemanni prol. ad Opp. Ephr. Syri, vol. I, § IX, pag. IX sq. Sed Ephr. Syrus, æque ac Greg. Nyss., nimii sunt ac superstitiosi in laudando Basilio M. HARL.] Adde Combefisii *Bibliothecam concionatoriam*, tom. VII, pag. 9 sq.

Pseudo-Amphilochius (sæculi IX scriptor, ut videtur) *De vita et miraculis S. Basilii*. Dixi de illo lib. v, cap. 8, [pag. 379, in vol. VII, sect. 11, et p. 381, sect. 14; add. Scultet. *Medulla Patrum*, pag. 1043. Leidæ inter codd. Voss. et dicitur in cat. Voss. esse Justini. V. cat. bibl. Leid., pag. 396 fin.] sed jam addo, partem ejus extremam, quæ in Combefisii editione non exstat, vulgatam ex codice Vindobonensi XXXV, a Lambecio, VIII, pag. 366 [pag. 775 Koll.]; adde pag. 382 [pag. 787 sq. Kollariique not., it. pag. 813 sq. De cod. XXXVIII, nr. 20, in c. Augustano. v. Reiser. *cat.* pag. 24. HARL.].

Joannes Damascenus, orat. I, *De imaginibus*, tom. I edit. præclaræ Lequinianæ, pag. 327, laudat Βίον Βασιλείου τοῦ μάκαρος δι' Ἑλλαδίου τοῦ αὐτοῦ μαθητοῦ καὶ διαδόχου τῆς ἱεραρχίας, *Vitam S. Basilii scriptam ab Helladio, discipulo ejus et successore.* Sed illa jam pridem intercidit, licet partem ejus ex Anastasii Bibliothecarii versione legisse se ms. tetur Baronius ad Martyrolog. Rom. ad Kalendas Januarii.

Simeon Metaphrastes, de S. Basilio (quem Græce ms. testatus est se habere Heribertus Rosweidus), et Græcorum Menæa 1 Januar.

Gregorius presbyter in *Vita* Greg. Nazianzeni.

Joannes Euchaitensis (*d*), Philotheus, CPol., Nicolaus Cabasilas, Theodorus Metochita, Matthæus Camariota, in tres hierarchas, qui sunt Basilius, Nazianzenus et Chrysostomus, et quorum memoriam junctim celebrant Græci 30 Januarii. Ex his solus Philotheus editus est; cæteri nisi adhuc feruntur, ut dixi lib. v, c. 11 [vol. VIII, p. 459].

Philostorgius VIII, 11, 12, 13; Socrates IV, 26; Sozomenus VI, 15; *Tripartita* VII, 36; Nicephorus X, 17 sq., etc.

Photius cod. CXLI sq. *Bibliothecæ*.

Hieronymi cap. 116 *S. E.*; Theodoreti IV, 19 et præf. in Canticum; Augustini I *contra Julian. Pelagianum*; Suidæ, Gaudentii Brix., Vincentii Lerinensis, et Theodori Prodromi loca S. Basilii operibus a Parisiensibus præmissa sunt.

III. SCRIPTORES RECENTIORES.

Jo. Baptistæ Mantuani *De vita S. Basilii* libri II, carmine heroico.

Erasmus lib. XXVIII edit. Londinensis, epistola 7, ad Jac. Sadoletum, quæ loco præfationis præmittitur editioni Græcæ Basilii A. 1532. Vide etiam lib. XXIX, epist. 90 seq.

Oratio de S. Basilio inserta tom. III *Declamationum Witebergensium*, pag. 716 seq.

Godfridus Hermantius (Tillemontii *Memoriis*, tunc adhuc ineditis, usus), in *Vita* Basilii et Nazianzeni, Gallice scripta, Paris. 1674 [al. 1679] 4°, duobus voluminibus. Laudat Baertius eaque usum se profitetur, tom. II *Act. sanctor.* Junii, pag. 810. FABR.—Hermantii dicendi ratio et diligentia, præcipue in excerpendis Basilii opp., sunt laudandæ: sed modum is excedit in celebrandis Basilii virtutibus, nec limam artis criticæ historicæ adhibet. HARL.

Tillemontius, tomo IX *Memoriarum historiæ ecclesiasticæ*, edito Paris. 1703, 4°.

Franciscus Baertius in *Vita* Basilii, tom. II *Act. sanctor.* Junii, pag. 807 seqq.

Matthæus Raderus in *Viridario sanctorum*, pag. 24 seqq.

Omitto velut notiss. *Centurias Magdeburgenses*, centuria IV, Baroniumque et alios annalium et historiæ ecclesiasticæ scriptores, atque Eliam du Pin, tomo secundo *Bibliothecæ* suæ, pag. 154 seqq., et

nensem esse scriptam. — Caput S. Basilii tanquam reliquiæ servabatur in magna ecclesia monasterii in monte Atho. V. Montfaucon, *Palæogr. Gr.*, pag. 455. HARL.

(*a*) Hinc Martyrologia Basilii memoriam 14 Junii celebrant, ut Menologia Kalendis Januarii.

(*b*) Nazianzenus de Basilio, epigr. 9, ὀκταετῆ λαὸν θεόφρονος ἤνία τείνας, apud Lambecium VIII, pag. 368 [pag. 782 Kollar.].

(*c*) Baertius loco laudato, pag. 813.

(*d*) Conf. vol. VIII, lib. v, cap. 12, § XIX, de Joanne Mauropode, metropolita Euchaitensi, pag. 627 sqq., et pag. 628, de ejus orat. encomiastica in Basilium M., Gregorium Theologum, et Jo. Chrysostomum; it. pag. 632 de ejus canonibus in festa trium illorum Patrum ecclesiast. HARL.

Digitized by Google

cæteros, qui de scriptoribus ecclesiasticis egere. Antonius Possevinus in *Apparatu sacro* etiam de codicibus scriptorum, Basilii manu exaratis, qui in bibl. Augustana, Messanensi et Monachiensi exstant, monet, atque in versiones varias scriptorum Basilianorum observationes complures cum lectore communicat.

Abrahamus Scultetus parte IV *Medullæ Patrum*, pag. 1043 seqq.

Guil. Caveus in *Vitis primitivorum Patrum Ecclesiæ*, Anglice scriptis, et deinde translatis in linguas Belgicam atque Germanicam, tom. II edit. Germanicæ, pag. 504 - 598. Brem. 1704, 4°.

D. Theophilus Spizelius in *Vetere Academia Jesu Christi*, pag. 73 seq. FABR.

Cave in *Historia litteraria scriptor. eccl.*, tom. I, pag. 238 seqq., ed. Basil.

The clergies Honour; or, the *Lives of S. Basil the Great, arch-bishop of Neo-Cæsarea, and St. Chrysostom, arch-bishop of CPole, drawn by way of Parallel.* London. Printed for W. Cooper. — 1681, 8.

Cas. Oudinus in *Comment. SS. eccles.*, tom. I, pag. 543 seqq., qui se profitetur multa ab El. du Pin vel omissa, vel dissimulata esse animadvertisse, et in cap. primo vitam ac doctrinam S. Basilii, Cæsareæ Cappadocum episcopi, uberius persequitur.

Sam. Basnage in *Anna..*, tom. III, pag. 4, 25 seqq., pag. 29, de tempore quo Basilius creatus fuerit episcopus Cæsar., pag. 32, 56 seqq., 42 seqq., 51, 69, 70.

Jac. Basnage in : *Histoire de l'Eglise*, pag. 613, 633, 641 seqq., 1156 seqq., 1195 seqq.

Arnold in : *Kirchen-und Ketzer-Historie*, part. I, lib. IV, cap. 4, § 37, 38, 39.

Gottlieb Stolle in : *Nachricht von den Leben ....der Kirchenväter*, etc., pag. 359 seqq.

R. Ceiller *Hist. gén. des aut. eccles.*, tom. VI, pag. 60

Apollinare Agresta *Vita del protopatriarca S. Basilio M.* In Messina, nella stamperia di Vicenzo d'Amico, 1681, 4°.

Jo. Ge. Werenberg, *Diss. de prudentia Basilii M. in refutandis hæreticis.* Lipsiæ 1724, 4°.

J. Ge. Walch, *Hist. eccles. N. T.*, pag. 1537 seqq., et passim in *Bibliotheca patristica*; Ienæ 1770, mai. 8.

Dilucidazioni critico-istoriche della vita di santo Basilio M. dal Giuseppe del Pozo. Romæ 1746, 4°.

Hamberger in : *Zuverlæssig. Nachricht.*, tom. II, pag. 804 seqq. Inprimis laudandus est a diligentia, studio curaque in *Vita* Basilii uberius explicanda et colligendis atque melius ordinandis Basilii scriptis.

Jul. Garnier. in *Vita* S. Basilii, præmissa tom. III Opp., pag. XXXVII-CXXXVIII. Basis quidem est Tillemontii narratio, sed sæpius emendata; præterea multas ille res vel certius vel saltem probabilius exposuit : maxime versata est ejus cura in vita, præcipue epistolis aliisque scriptis Basilii secundum temporis rationem in meliorem ordinem redigendis, aut veris a falsis ac suppositiiis discernendis : nec tamen a partium studio aut timiditate quadam in judiciis suis omnino fuit is alienus (*a*).

Æqua lance tam eruditionis, ingenii animique virtutes, quæ insignes in Basilio M. fuerunt, quam infirmitates, disciplina vitæ monasticæ cum primis contractas, ponderavit sobrieque judicavit et vitam scriptaque ac doctrinam Basilii copiose et curate exposuit, nec raro Garnerii sententias rationesque examinavit et rejecit Jo. Matthias Schrœckh in : *Christl. Kirchengeschichte*, part. XIII, pag. 1 - 220.

De præcipuis Basilii scriptis curate egit, et in notis acute libereque judicavit de illis Semler in : *Geschichte der christlichen Glaubenslehre*, præmissa Baumgartenii *Theologiæ polemicæ*, tom. III, pag. 123-168.

Christi. Frider. Rœssler in : *Biblioth. der Kirchenväter*, tom. VII, pag. 1-157, de Basilio M. egit et excerpta dedit, aspersis hinc inde bonis animadversionibus, ex libris III *contra Eunomium*, ex lib. *ad Amphilochium de Spiritu S.*, ex homiliis 1° *Deum non esse auctorem mali*, 2° *De gentilium libris cum fructu legendis*, et 3° *De libero arbitrio*; ex asceticis scriptis, denique ex epistolis; in his præcipue secutus est recensionem Du Pin, qui in secundo tomo *Novæ Bibl.*, pag. 268-312 edit. Lat., eas secundum temporis ordinem disponere atque explicare sustinuit. Sed dolendum est, Rœsslerum caruisse edit. Garnerii, qui multa vidit acutius meliusque disposuit. HARL

IV. ALII BASILII ULTRA XXX.

Basilius abbas S. Lauræ prope Hierosolyma. Vide infra, *Maleinus*.

Basilius, Achridenus. Vide infra, *Thessalonicensis*.

[Basilius, episcopus Alexandriæ, cum 72 episcopis subscripsit Gennadii, patriarchæ CPolit., Epistolæ encyclicæ ad omnes metropolitanos A. C. 459. V. cod. Vindobon. Cæsar. XLIV, et Lambec. *Comment.* VIII, pag. 888 seqq., ibique Kollar. HARL.]

Basilius, Amasenus in Cappadocia episcopus et martyr Nicomediæ A. C. 322, de quo Henschenius in *Actis sanctor.*, tom. III April. 26, pag. 416 seq. Acta illa fabulosa videntur Valesio, pag. 208 ad Euseb. [canticum sacr. in illum d. 26 Apr. V. Lambec. *Comm.* VIII, pag. 210.]

Basilas, sive Basilius arcis Mechææ (*b*) atque ab A. C. 336, quo Marcellum in synodo CPol. depositum constat, Ancyranus episcopus, de quo Hieron. *De scriptor. eccles.*, cap. 89. Plura de eo Tillemon-

(*a*) Recole notam (1) superioris paginæ CCXLI. EDIT.
(*b*) Rectius in pluribus codd. libri Hieronymiani *De scriptoribus eccles.*, cap. 89, legitur, *artis medicinæ*.

Digitized by Google

tius, tom. VI *Memor. ecclesiastic.* Cum Arianis non fecisse, probat D. Ittigius appendice ad lib. *De hæresiarchis sæculi* I *et* II, pag. 453 seqq.

Basilius, Ancyranus episcopus, junior, qui in synodo Nicæna II, A. C. 787, confessionem obtulit, quæ exstat tom. III *Concilior.* edit. Binianæ, pag. 481. FABR. Conf. *Acta sanctor.* m. Mart., Antwerp. 1683, tom. III. Diversus ab Basilio, Ancyrano presbytero.

Basilii, presbyteri Ancyrani, martyrium, Florent. in cod. Laurent. IV, nr. 43, plut. 4. V. Bandini *Cat. codd. Laur.* I, pag. 329 seqq., FABRIC.

Basilius, Antiochenus episcopus, A. C. 456 et 457, cujus meminit Nicephorus XV, 19. Simeonis eremitæ ad eum epistola apud Evagrium, lib. II, cap. 10. Ad eumdem Basilium scripsit Leo imp., et Leo I episcopus Rom. et Baradatus, teste Ephræmo apud Photium cod. CCXXIX, sub fin.—FABR. Laudatur in Nicæna synodo, in cod. XXXIV Coislin. V. Montfauc. *Bibl. Coisl.*, pag. 102. HARL.

[Basilius Armeniacus, calligraphus, A. C. 1066. V. Montfauc. *Palæogr. Gr.*, pag. 53 ac 96; et pag. 9, 35, 63, 76, 80, 303. Adhuc memorantur Basilius Barele, s. *Baleris*, qui scripsit quædam Euripidis; Basilius, lector, scripsit sæculo XII Petri Antiocheni et aliorum epp.; Basilius sacerdos scripsit Origenis opus *in Job.* et Chrysostomi quædam, A. 1448; Basilius Scalidrus, notarius, scripsit A. 1424 Damasceni opp. quædam ib., pag. 35, de notariis, sive arcanorum scribis. HARL.]

Basilius, Aquarum Sextiarum episcopus, cujus meminit Honoratus in *Vita Hilarii Arelat.* cap. 22.

Basilius junior, asceta, cujus *Vitam* scripsit Gregorius, ejus discipulus, clarus temporibus Leonis Sapientis imp. Exstat in *Actis sanctor.*, tom. III April. 26. [Montfauc. in *Palæogr. Gr.*, pag. 323, ex cod. Regio.] Adde Lambecium VIII, pag. 359 [pag. 760 ed. Kollar. de cod. XXXIV, n. LII.]

Basilius, Bicantiorum presbyter, de quo Moschus in *Prato spiritali*, cap. 40.

Basilius Bulgaroctonus (*a*) imperator, ab A. C. 976 ad 1025, decujus novellis constitutionibus dicam libro VI. [Ejus *Antipharmacum* in cod. Laurent. XIX, n. 3, plut. 75. Vide Bandin. *Cat. codd. Gr. Laur.*, III, pag. 167. HARL.]

Basilius Cæsariensis (*b*) junior, cujus inediti commentarii ad orationes Nazianzeni, Constantino Porphyrogeneto dicati, exstant in variis bibliothecis, ut [Flor. Laurent. Vide Bandini *Cat.* I, pag. 536 seqq.] Coisliniana, pag. 296, et in tribus codicibus, pag. 298 seqq. [ubi quoque pag. 299 de ejus ep. ad Constantinum imp., ejus *Vita* in c. Cæs. CLXXXVII. V. Lamb. III, pag. 442. HARL.]

Basilius, Chrysostomi, qui ei libros *De sacerdotio* dicavit, familiaris, jam episcopus circa A. C. 372, adeoque a Seleuciensi, qui annis sexaginta amplius post floruit, haud dubie diversus, licet aliud visum sit viris quibusdam doctis, secutis Photium cod. CLXVIII. Confer Tillemontium, tom. XV *Memor. hist. eccles.*, pag. 340, et quæ infra in Basilio Raphanensi.

[Basilius Jalimbanensis. V. supra vol. IV, pag. 666, not. *o*. HARL.]

Basilius, Irenopolitanus in Cilicia episcopus, a quo Nestoriani dicti Βασιλειανοί, ut notavit Mich. le Quien ad Jo. Damascenum, tom. I, pag. 100. De ejus *Historiæ ecclesiasticæ* libris tribus, Photius cod. XLII. [Add. Phot. cod. XCV.) Vide, quæ dixi lib. V, cap. 1. [vol. VII, pag. 419 et 437, § XXXV.] Ejus opus *contra Archelaum*, Coloniæ in Armenia presbyterum, memorat Suidas: *contra Joannem Scythopolitam*, Photius cod. CVII.

Basilius confessor, episcopus Cretensis et dein Thessalonicensis, de quo Bollandus ad Kalend. Februar., tom. I, pag. 242 seqq. FABR. — Canticum d. 12 April. in S. confessorem Basilium, episcopum Parii in Asia Minore, inter cantica sacra in sanctos totius mensis April. in cod. XII Cæsar. Vindob. de quo V. Lambec. *Comment.* VIII, pag. 208 seqq. HARL.

Consules: Cæcina Decius Basilius (*c*) A. C. 463, et Cæcina Decius Basilius, junior, A. 529; tum Flavius Basilius A. 480, et Flavius Basilius junior, A. 541, ultimus privatorum, qui consulatum ordinarium gesserit, nomenque anno dederit. Vide Victorii *Canonem Paschalem*, pag. 69.

[Basilius, Emessenus episcopus, scr. *Vitam Theodori*, archiepisc. Edesseni, in cod. Taurin. CXLVII. Vid. *Cat. codd. Gr. Taur.*, pag. 238. HARL.]

[Basilius, diaconus et a commentariis, interfuit synodo ab Alexio Comneno congregatæ. V. Montfauc. *Bibl. Coislin.*, pag. 105. — Alius Basilii, diaconi, reliquorumque monachorum supplicatio ad impp. Theodosium et Valentinianum, adversus Nestorium, in concilii Ephesini part. I, pag. 310, ed. Romanæ 1608. V. Assemanni Prolegg. ad Ephr. Syri, Opp., tom. I, pag. X, § XII. HARL.]

Basilius, Ephesi episcopus, A. C. 434-444.

[Ad Basilium, eremitam, scribit Theodor. Studita. V. Montfauc. *Bibl. Coisl.*, pag. 313.

Basilius, Euchaitarum episcopus, et Basilius, episcopus Laristæ, interfuerunt synodo, ab Alexio Comneno congregatæ. V. Montfauc. l. c., pag. 104. HARL.]

Basilius, Hierosolymitanus patriarcha, cujus epistola synodica ad imp. Theophilum, qui ab A. C.

(*a*) Vide Allatium, pag. 230, ad Georg. Acropolitam. [Et Bandin. *Cat. codd. Laur.* III pag. 191, n. 17 et 18.]

(*b*) Vide quæ de illo lib. V, cap. 13, pag. 540. [In vol. VII nov. ed., pag. 431 seqq.] Caveus hunc refert ad A. C. 675, sed junior est, et Constantini Porphyrogeniti ætate scripsit. A Sambuco vocatur Thessalonicensis, sed ipse se Basilii Cæsariensis κοινωνὸν καὶ ὀνόματος καὶ θρόνου appellat

(*c*) Ad hunc scribit Sidonius.

Digitized by Google

829 ad 841 rebus præfuit, exstat in Combefisii *Manipulo orig. CPol.*, pag. 110-143. Paris. 1664, 4°. FABR. Epistola illa synodalis ad imper. Theophilum Iconomachum, pro cultu sacrarum imaginum memoratur et locus excerpitur a Lambecio *Comm. de bibl. Cæsar.*, vol. VIII, pag. 697. Add. pag. 708 seqq., ubi in nota Combefisius carpitur et contextus Gr. beneficio codicis Cæsarei suppletur. Conf. supra vol. VIII, pag. 84, sect. 3. HARL.

[Basilius, Λατινελέγκτης hieromonachus Studita, qui contra Latinos scripsit, memoratus ab Allatio *De consensu*, p. 553 et 624. HARL.]

Basilius Irenopolitanus, perperam a Cilice distinguitur in *Chartophylace* Cavei (qui id recte deinde emendavit) et in *Pandectis* Hendreichii Brandenburgicis.

Basilius, Isauriæ episcopus, idem cum Seleuciensi.

Basilius, Larissæ in Thessalia metropolitanus Baluz., p. 886 *Novæ collect. concil.* [V. de Basilio Euchaitar., etc., notata p. 8 extr.]

Basilius Macedo, imp. ab A. C. 866 ad 889 de cujus κεφαλαίοις παρατνετικοῖς dixi lib. v, c. 5. [vol. VIII, p. 42 sq.] De ejus variis Constitutionibus et legibus, aliisque scriptis, ad jura spectantibus, disserendi locus erit libro VI, quemadmodum et de Novellis Basilii Porphyrogeniti imp.

Basilius, Magnesiæ episcopus, interfuit concilio Nicæno II, tom. III Binii, p. 516.

Basilius magus, de quo Gregorius Magnus lib. I *Dialogor.*, p. 1331 seq., tom. I Opp., et Cassiodorus IV, 2, *Var.*

Basilius Maleinus, S. Lauræ prope Hierosolyma archipresbyter et abbas, cujus ἀσκητικὴ ὑποτύπωσις (*a*), et libellus, quo probat, ascetæ non esse captanda honoraria nec honores ambiendos, ms. Græce in Bodleiana bibl. FABR. *Informatio ascetica*, in bibl. Bodlei. cod. V. Herbert. ibid. inter codd. Th. Roe, n. CCLXIII cod. XVII, *Ascetæ non esse captandos honores.* — Add. ad notam scripta.

[Basilius *abbas*, ἡγούμενος· ad eum scribit Theodorus Studita. V. Montfaucon. *Bibl. Coisl.*, pag. 144, 320, 322, 324, 413. HARL.]

Basilius asceta, Marciani discipulus, a quo conditum monasterium in Seleucobelo, civitate Syriæ, narrat Theodoritus *Histor. religios.* cap. 3, inter discipulos ejus Sabinum, miramque et hujus abstinentiam prædicans. Eumdem cum Basilio Seleuciensi illum facit Baronius ad A. C. 382, n. 68, sed rectius, distinguendum esse, monet Tillemontius tom. XV *Memor.*, p. 341.

[Basilius Manichæus, Sergii discipulus, in Photii narratione de Manichæis repullulantibus, in cod. Coislin. CCLXX, quam edidit Montfauc. in *Bibl. Coisl.*, p. 349 sqq. et Basilius iste nominatur p. 373. HARL.]

[Basilius, medicus, Bogomilorum hæreseos fax et tuba. V. Allatium *De consensu*, pag. 635. De aliis Basiliis medicis v. infra in elencho medicor. vett., vol. XIII, p. 100 sq.; sed conf. ipsum Fabric. in vol. VIII, p. 347 sq. vet. edit. HARL.]

Basilius Megalomites, cujus Ænigmata Græce exstant ms. CXI in bibl. Bodlei. [De Basilio Megalomite v. infra vol. X, p. 538 ed. vet. Ejus *Ænigmata* in codd. bibl. publ. Paris. CMLVIII et MDCXXX. HARL.]

[Basilius, Moldav. princeps, de quo v. Kollar. Supplem. ad Lambecii *Comment.*, pag. 240 sq. HARL.]

Basilius, monachus Cappadox, cujus fertur responsum sive ἀναφορὰ ad Nicetam, metropolitam Thessalonicensem circa A. C. 1200. FABR. ad Basilium v. Bandin. *Cat. codd. Gr. Laur.*, I, pag. 9, n. 86. Monachum scribit Theodor. Studita. V. Montfauc. *Bibl. Coislin.*, pag. 149. Inter melodos Græcos infra, vol. X, pag. 131. Quidam calligraphus sæc. XI. V. Montfauc. *Palæograph. Gr.*, p. 511. HARL.

[Basilii minimi (qui scholia quoque scripsit in Gregorii Nazianz. XVI oratt.) epistolam ad Constantinum Porphyrogen., e cod. Naniano LXIV publicavit Mingarell. in cat. codd. gr. Nan. p. 115 sq. Add. Bandin. in *cat. codd. Gr. Laurent.*, I, p. 536 sqq. HARL.]

[Basilius, episcopus Ναυκλέων, inter subscriptores epistolæ Gennadii encyclicæ a. 459. V. Lambecii *Comment.* et Kollar. not. vol. VIII, p. 894. HARL.]

Basilius Nicomediensis, martyr. Supra in Amaseno. De aliis Basiliis martyribus octo vel novem, Baronius ad Martyrolog. Romanum.

Basilius, patricius et præfectus cubiculi, cujus *Naumachica*, hactenus inedita, dabo Græce infra. FABR. Ad eum scribit Theodorus Studita. V. Montfauc. *Bibl. Coislin.*, pag. 322. HARL.

Basilius Pegoriota, qui inter melodos Græcæ Ecclesiæ laudatur a Leone Allatio, et, qui plura de eo dicet, Urbano Godfrido Sibero [infra vol. X, p. 131].

Basilius Philippensis, cujus homilia in præsentationem B. Virginis in templo, ms. Græce in bibl. Bodlei. [n. CCXXXIV et MMMCCCLXXXIII, et inter codd. Gale n. MMMMMCMXLIX.]

Basilius, Pisidiæ episcopus, Iconomachus, in quem invehuntur Patres synodi VII, actione I, tom. I Binianæ edit. a. 1618, p. 482.

Basilius presbyter, cujus *Vita* auctore incerto in tom. III *Act. sanctor.*, Martii 22, pag. 380. Latine et Græce ad voluminis calcem. FABR. Ad Basilium presbyterum scribit Joan. Chrysostom. V. Montfauc.

(*a*) Ὑποτύπωσις illa sive descriptio vitæ monasticæ Latine exstat in bibliothecis Patrum, interprete Jac. Pontano, tom. XXII edit. Lugd., pag. 750-752. [In indice cod. msti Antonii Eparchi, infra in vol. X, [pag. 479. In codd. bibl. publ. Paris. DCCCLVIII et MDCXXX. — Basilii monachi, præpositi Lauræ Mallinorum, *Capita parænetica ad filium suum*; it. ejusdem et aliorum *Eclogæ legum*, in codd. Escorial., teste Pluero in *Itiner. per Hisp.*, pag. 161. HARL.]

Digitized by Google

Bibl. Coisl., p. 568.— Fuit quoque Basilius presbyter calligraphus sæc XI. HARL.

Basilius, patricius et præfectus prætorio, sub rege Odoacro. Vide Baronium ad A. C. 483, n. 10 seq.

[Basilius, ὁ πρωτόθρονος, citatur inter eos qui scripserunt de vita Joan. Chrysostomi, in cod. Cæsar. XXVII. V. Lambecii *Comment.*, VIII, p. 638. Supra vol. VIII, pag. 457.

Basilius proedrus Mæri subscripsit et interfuit synodo ab Alexio Comneno congregatæ, in cod. XXXVI Coislin. V. Montfauc. *Bibl. Coisl.*, p. 104. HARL.]

[Basilius, rector et papas Blachernarum. V. Montfauc. l. cit. HARL.]

Basilius, Raphanensis in Syria episcopus, qui A. C. 381 synodo CPol. subscripsit. Hunc Basnagius ad A. C. 382, 6, putat esse illum cui Chrysostomus libros *De sacerdotio* inscripsit.

Basilius, *Russiæ* imperator, cujus epistolam de translatione reliquiarum suæ matris citat Allatius contra Hottingerum, p. 177 seq.

Basilius, S. Sabæ archimandrita Romæ, ad quem Theodori Studitæ epistola 33 libri I. [V. Montfauc. *Bibl. Coislin.*, p. 148 et 318. HARL.]

[Basilius Scamandrenus, patriarcha CPolit. A. 1183 — 1186. V. infra vol. X, p. 492. HARL.]

Basilius *Seleuciensis*, de quo infra.

Basilius, episcopus Sycomazanus (al. *Sycaminanus*), qui interfuit synodo CPol. sub Menna A. C. 536.

Basilius, Sylei episcopus, qui interfuit synodo septimæ, sive Nicænæ II, A. C. 787 celebratæ. Vide tom. III Binianæ edit., p. 515.

Basilius Achridenus, circ. A 1155 Barocc. CXI, et archiepiscopus Thessalonicensis, cujus responsio ad epistolam Adriani IV papæ, in *Jure Græco-Rom.*, p. 305 et 307, et apud Allatium *De consensu*, p. 658, et post Joan. Zonaram in Canones concilior. 783. [In cod. Laurent. II, n. 89. V. Bandin. *Cat. codd. Gr.*, I, p. 10.] Ejusdem Basilii ad quæstionem de conjugio duorum fratrum cum amita consobrini, a magno Dyrrachii sacellario propositam exstat in *Jure Græco-Rom.*, p. 309 et 408. FABR. Papæ Adriani in epist. ad Basil. Thessal. et hujus responsio in cod. Cæsar. CXIII, n. 9 et 10, quem et propter varr. lect. et vero, quia utraque epist. in fine aliquanto auctior est, conserendum putat Lamb. V, p. 86 sq. — In eod. cod. n. XI, ibid., p. 88, est Basilii Thess. *Disp. de controversiis fidei inter Latinos et Græcos*, habita Thessalonicæ cum episc. Beneventano, conscripta autem instar dialogi a Niceta monacho. V. not. Kollar. et supra vol. VII, p. 752, ibique not., et infra vol. X, p. 495 vet. ed. Basilius Thessalon. *De gradibus cognationis* in cod. Paris. bibl. publ. MCCCLV, n. 13. HARL.

Basilius Trajanopolitanus in Thracia, qui interfuit concilio Chalcedonensi.

[In Mongitor. *Biblioth. Sicula*, vol. I, p. 99 sq., uberius recensentur vita et scripta Basilii Amabilis Messanensis, ord. Prædicatorum, med. sæc. XVII; Basilii Campanellæ, Panormitani, ejusd. ordinis A. 1617; Basilii Cavarretæ, ord. S. Mariæ de monte Carmelo, circ. A. 1660.

Basilii de Laurentio, ord. S. Basilii. Ejus carmen: *De Basilii M. tesseræ habitusque sub noctis specie pro Panormitani cœnobii translatione eadem in urbe A. 1697 religionisque stemmati alludentis elegiacus triumphus*, Panormi 1697, 4, in *Anton. Magri Notitia monasterii Panormitan. S. Basilii*, p. 42, editum est.

Basilius a Scledo, eremita Camaldulensis montis Coronæ: de quo ejusque scriptis in codd. bibl. S. Michael Venet. V. Mittarell. in Cat. illius bibl., p. 113.

Sed recentioris ætatis Basilii dicti ad nostrum non pertinent institutum. HARL.]

V. CODD. (*a*) ET EDITIONES OPERUM BASILII MAGNI.

Græce.

Basil. 1532, fol., cum præf. Erasmi, apud Hieron. Froben. et Episc. In hac editione sunt homiliæ *in Hexaemeron*, *in Psalmos*, et aliæ variæ homiliæ XXIX; liber *De Spiritu sancto* et Epistolæ. FABR. Plenioremque integramque inscriptionem et plura de hac edit. leges in Maittaire *A. T.*, II, p. 765 (qui

(*a*) Tanta est copia mss. Basilii M., ut verear, ne omnium et singulorum opp. atque epistolarum enumeratione tempus et chartam perdam, saltem pluribus lectoribus fiam molestus. Quare primum generatim indicabo, in quibus bibl. plures codd. Basilii opp. custodiantur. Augustæ Vindel. in bibl. publ. Basilii homiliæ 46. — Commentar. *in Isaiam*. — Epistolæ 348 (ex quo cod. magnam esse factam accessionem ad ed. Wolfgangi Musculi, etc., in prima codicis pagina legitur ascriptum). — Tres ἀντιῤῥητικοὶ *contra Eunomium*. — Ad Amphiloch. Iconens. episcop. — De divinitate Filii capp. XXXII. V. plura in Reiseri indice mss. bibl. Augustanæ, p. 15-21. — Ib. Basilii et aliorum sententiæ, in *Panoplia dogmatica*, p. 22. Ib. hom. de nuntio vitæ remittendo et perfectione, pag. 27.—Protheoria expositionis in Isaiam, pag. 28. — Ib. plures homiliæ, in duob. codd. pag. 50. — Ib. canones, pag. 30. — Ib. quædam homiliæ, pag. 37. — Fragmm. ex Basilio aliisque, bis; et Basilii aliorum expositiones in illud: *ad imaginem et similitudinem suam*, pag. 39 et 40. Dialogus Basilii et Greg. Naz., p. 40 et 41 bis. — Epistolæ, pag. 66 bis. Quanta vis sit codd. Basil. Vindobonæ in bibl. Cæsarea, uno obtutu cognosces in cat. Nessel. in ind. pag. 33-36. Eos *Lambecius* in *Comment.* suis passim, præcipue in vol. III. V. indic. ad illud col. 580-586, tum in vol. IV (ind. col. 523 sq.), vol. V (ind. col. 682-684) copiosius recenset.—In cod. XLIV, n. 23 sqq., sunt varii generis epistolæ; v. Lambec., VIII, pag. 878 sqq., et in aliis codd. ejusdem vol. sunt Basilii liturgica, orationes, epistolæ, etc., et Lambec. aliquoties emendat suppletque aut illustrat ed. Paris. Gr. Latin.— Wratislaviæ in bibl. Rehdinger. non pauca Basilii esse opp. testatur Kranz. in *Memor. bibl. publ. Elisabeth*, pag. 83. — Francofurti in bibl. quondam Uffenbach. fuerunt in codd. VIII, IX et XIII, varia Basilii opusc. de quibus consules Maii *Bibl. MSt. Uffenbach...*, pag. 430, 436 et 498 (Conf. infra ad n. XXV). — Nubem codd. qui sunt in bibl. publ. *Paris.* nec non Coislin. et varia Basilii opp. aut particulas comprehendunt, congestum videbis in ind. ad vol. II *Cat. codd. Paris.* et in ind. ad Montfauc. *Bibl. Coislin.* ex Gr. Basilii opera in cod. Coislin. L. et CCXXX (Montf. *Bibl. Coisl.*,

Digitized by Google

magnam Erasm. præf. partem et ultimam Basilii epist. ad calligraphum in nota recudi fecit); Denis. *Memor. bibl. Garell.*, pag. 347 sq.; Clement. *Bibl. critique*, etc., II, p. 485; Panzer., *A. T.*, vol. VI, p. 285, n. 853. HARL.

Venet. 1535, fol., apud Steph. Sabium, in quo volumine sunt ascetica ethicaque et *De virginitate* et *contra Eunomium* libri quinque, sermones et epp. FABR. Conf. Maittaire *Ann. Typ.* II, pag. 819, qui præfat. ex qua, quos codd. adhibuerit editor, cognosci potest, magnam partem reddidit. HARL.

Basil. 1551, fol. [apud Hieron. Froben. et Nic. Episcopium, ut in calce legitur] cum præfatione Græca Jani Cornarii ad Julium, Numburgensem episcopum. In hac editione continentur: *In Hexaemeron* homiliæ undecim. *In Psalmos* homiliæ XVII. Variæ homiliæ XXIX. Liber *De Spiritu sancto*. [Epistolæ Basilii et Nazianzeni CLXXX. Ἀσκητικῶν λόγοι septem. *De judicio Dei. De fide.* Ἠθικῶν ὅροι LXXX. Ἐρωτημάτων ἀσκητικῶν κατὰ πλάτος ὅροι LV. Ἐρωτημάτων ἀσκητικῶν κατ' ἐπιτομὴν ὅροι CCCXIII. Ἐπιτίμια διάφορα sive pœnæ variæ ecclesiasticæ, delinquentibus monachis et κανονικαῖς constitutæ. Constitutiones asceticæ XXXIV. Epistola ad Chilonem. Alia ad monachum, prævaricatorem. *De baptismo* libri II. Liber Περὶ τοῦ αὐτεξουσίου, *De libero arbitrio*. Alius *De virginitate. De Paradiso* liber et libri V *adversus Eunomium*. [V. Garnerii præf. ad tom. I Opp., pag. IV.]

Latinæ.

[Romæ, 1515, *Opera* M. Basilii *per* Raphaelem Volaterranum *nuper in Latinum conversa*. In fine: *Impressum apud Jac. Mazochium*, etc., fol. De hac ed. v. Maittaire *A. T.* II, p. 264 et Panzer. *A. T.* VIII, pag. 255, n. 92. Copiosius eam edit. recenset Lambacher in *Bibl. antiqua Viṇdobon. civica*, pag. 83, sqq., qui pag. 86 monet, in illa edit. etiam numerari tantum XVI homilias *in Psalmos*, et unicam tantum *in Psalmum* XXVIII, cum in aliis existent binæ in illum; ex quo Combefisii judicium, alteram illam *in psalmum* XXVIII homil. non esse genuinum Basilii fetum, non leviter confirmari censet. — Basilii opuscula varia, Basil. 1494, 4°, citat Maittaira *A. T.*, IV, pag. 570, ex bibl. Adr. Paw; sed fides sit penes auctorem. HARL.]

Paris. 1520, fol., apud Ascensium [opera Jac. Fabri Stapul. V. Panzer., VIII, p. 67.]

Coloniæ 1523 et 1531, fol., apud Cervicornum, quam editionem persequitur Gesnerus in *Bibl.* FABR. Edit. Colon. 1523, quam in manibus habeo, inscripta est

Divi Basilii M. Cæsar. episcopi eruditissima opera, quorum catalogum in sequenti pagella deprehendes. Interpretes Joan. Agyropylus, Georg. Trapezuntius, Raphael. Volaterranus, Rufinus presbyter. Monodia Gregor. Nazianz. 1523. In calce: *Excusa sunt hæc opera in ædibus Eucharii Cervicorni, ære et impendio M. Godefr. Hittorpii, civis Colon. M. Junio fol.* Add. Lambach. l. c., p. 86, qui in nota, *Habentur*, ait, *hic præter opera quæ modo recensuimus ex edit. Romana, libri V contra Eunomium, Georgio Trapezuntio interprete, et regula monacho-*

pag. 118 et 292 sqq.) multa Basilii in opere ascetico in cod. CCXXXII (ib. pag. 294.) — In cod. CCLXXXI, 30, sermones ad monachos, et alia (ib. p. 395), etc. — Nec vacat singula Basilii M. opuscula, etc., quæ in codd. Bodleianis aliisque Britannicis exstant, vel enumerare; et ablegandus mihi est illorum notitiæ cupidus ad indices catal. mss. Angliæ et Hiberniæ subjectos. — Quot codd. qui multi sunt, et varia Basilii opp. continent. serventur in bibl. Escorial. docebit Pluer. in *Itinerar. per Hispan.*, pag. 161, aut qui in aliis multis bibl. reperiantur, indicabit Montfauc. in indice ad *Bibl. biblioth. mss.*—Venetiis in bibl. Marc. in codd. LIII, usque ad cod. LXVI, in *Cat. codd. Gr.*, pag. 36, usque ad 45, curatius memorati, exstant permultæ homiliæ et alia opusc. in his, homiliæ et alia, quæ in edit. monachor. S. Mauri non reperiuntur. De homiliis nonnullis infra agemus: reliqua inedita quorum initia retulit auctor illius Catal. ea esse notantur: in cod. LIII, *In obscuritatem prophetiarum, et quomodo nos oporteat diligenter in eas incumbere.* In cod. LIV, *consolatoria ad infirmos; de administratione, seu regimine in Christo; de misericordia et judicio* (est quoque in cod. LVI, et hujus argumenti homiliam ineditam memorat Montfauc. in *Bibl. Coislin.*, pag. 118).— *Ep. ad Urbicum monachum de continentia.* In cod. LV, *Encomium in præcessorem suum; in Trinitatem* (exstat quoque in cod. LXI); in illud Christi: *Horam illam nemo novit, nisi Pater* (conf. *Bibl. Coislin.*, pag. 293); *in Evangelium Lucæ et in Annam; in Pascha* (est quoque in cod. LXI); *in lacum Gennesareth et in Petrum, apostolum* (ejusdem argumenti homiliam sub Chrysostomi nomine laudat Montf. *Bibl. Coisl.*, p. 131, quæ tamen initio discrepat ab exempl. Veneto); *In memoriam martyrum; homil. in Abraham; ex Evangelio Lucæ in paralyticum; in ordinationem SS. apostolorum.* — In cod. LXII usque ad LXV, sunt Basilii ascetica (cat. pag. 43 sq.). — In cod. DIII Basilii ex proverbiis; capitula VIII in diversas hypotheses, etc.—Taurini in *Bibl.* quondam regia in multis codd. multas epistolas homiliasque aliaque inesse opera, cognosces ex catal. codd. gr. Taurin. V, indic. voc. *Basilius, Cæsar.*— Insignis variorum Basilii librorum, Florentiæ in bibl. Laur. servatorum, numerus designatur a Bandin. in *Cat. codd. Gr. Laur.* Vide ind. ad tom. III, pag. 480 — 482. — De codd. Neapolitan. V. supra. vol. V, in calce. Leidæ in bibl. publ. inter. codd. Bonavent. Vulcanii; ex Basilii appendice ad Naucleri *Chronographiam* (cat. bibl. Leid., pag. 348 fin).— Ib. in bibl. publ. inter mss. vol. membran. pervetus, continens quædam Basilii M., præsertim ascetica, quod vir doctus videtur contulisse ad edit. Basileens., teste confectore cat. bibl. Leid., pag. 234, n. 1. — Ib., pag. 336, n. 47, Basilii *in Hexaemeron*.— Pag. 343, n. 61, Epp. amœbææ Juliani et Basilii, quas testatur Scaliger se vidisse Arabice. — Ibid. pag. 402, n. 7, inter codd. Vossian., *ænigmata Basilii* τοῦ Μαιουμὰν εἰς Κύτι. — Et n. 16, *Basilii* M. ἐκκλησιαστικὴ καὶ μυστικὴ προθεωρία· per interrogationes. — Montfaucon. in *Palæographia Gr.* XLV, laudat cod. Colbertin. CCCCXCIX, membr., qui exhibet Basilii opp. scr. manu Nicetæ, protospatharii, etc., A. Ch. 971 oblatus ecclesiæ martyris Georgii Oriati. — et pag. 287, cod. Romanum P. P. S. Basilii, qui continet Basilii ascetica et quæstiones, et illustrat, quæ notatu digna ad calcem leguntur. Sed hæc sufficiant, ne leges instituti nostri migrem: et de quibusdam opp. codd. passim adhuc locus erit dicendi. HARL.

Digitized by Google

rum, a Rufino conversa. De regula monach. V. infra ad IX, 11. Rufinum esse pessimum interpretem, statuit Huetius *De interpretatione*, libr. II, pag. 246 sq. ed. Stadæ. 1680, 8°. — De ed. Col. 1531. Vide Panzer. *A. T.*, VI, p. 414, n. 609. HARL.

[Paris. 1523. Basilii M. opera ex interpretat. Joan. Argyropuli, G. Trapezuntii, et Raph. Volaterrani. ap. Jod. Badium. fol.; conf. Schoenemann. *Bibl. — Patrum Lat.*, I, p. 619 sq. — De Trapezuntii versione librorum Basilii *contra Eunomium*, ejusque editionibus v. Zeni *Dissert. Vossiane*, tom. II, p. 9, n. VI. — Garnier in præf. ad tom. I Opp., p. IV, memorat edit. Lat. Paris. 1525, fol., ap. Ascensium. HARL.

Basil. 1540, fol., apud Hervagium cum præfat. Wolfgangi Musculi. Hanc editionem præter Gesnerum recenset Bellarminus *De S. E.* et B. Gerhardus in *Patrologia.* FABR. Inscriptio hæc est : *Opera D. Basilii M. — Omnia, sive recens versa, sive ad Græcos archetypos ita collata, per Wolfg. Musculum, Dusanum, ut aliam omnino faciem sumpsisse videantur. Quorum catalogus insequitur præfationem.* Basil. ex off. Hervagiana MDXL, fol. Exempl. est in bibl. acad. Erlang. HARL.

Basil. 1552, fol., edente Jano Cornario.

Basil. 1565, fol., apud Joan. Oporinum, cum eadem Musculi præfatione, qui in hac editione scholia in Psalmos, et enarrationem in sedecim capita Isaiæ, et epistolas quasdam adjunxit. FABR. Late recenset hanc edit. et alia lectu digna de Basilio ejusque scriptis atque interpretibus profert, notatque tria interpretum peccata Joan. Fabric. in *Hist. bibl. suæ*, tom. I, pag. 101 — 106. HARL.

Parisiensis Godfridi Tilmanni 1566, fol., quæ recusa est.

Antwerp. 1568, fol., apud Philippum Nutium. Hanc editionem recenset Possevinus in *Apparatu sacro.* [Add. *Garnier* præfat. cit. p. IV.]

Paris. 1571, fol., apud Sebast. Nivellium : prioribus nitidior, pleniorque et castigatior, quam secuta Parisiensis apud Sonnium A. 1603, fol.

Postrema Antwerpiensis 1616, curante Andrea Schotto, fol., repetita Coloniæ 1618, fol.

Denique Franciscus Combefisius in *Ecclesiaste Græco*, Paris. 1674, forma octava majore, tum in *Bibliotheca concionatoria* ibid., 1662, fol., varias Basil. homilias Latine a se vel recensitas, vel de integro versas Latine edidit.

Germanica.

Ingolstad. 1591, fol., Schweikhardo comite Helfensteiniensi, etc., interprete. [Præf. scripta est Landsbergæ in Bavaria super., 1589.]

Græco-Latinæ.

A. 1618, Paris., fol., 2 voll., ex officina Nivelliana [ap. Claudium Morell. secundum Hamberg. Zuverl. Nachr., II, p. 808]. Hæc insignis et nitida emendataque [et ad codd. Anglicos et Gallicos recensita] editio recensetur a Philippo Labbeo tom. I *De scriptor. eccles.*, pag. 177 seq., ab Hendreichio in Pandectis Brandenburgicis, sed, qui multa confuse ac falso de editionibus Basilii scriptorum tradit. Qui hanc Parisiensem editionem curarunt, Fronto Ducæus et Fed. Morellus, testantur, se usos editione Græca anni 1551, collata cum mss. a Richardo Montacutio. Ducæi notæ, quibus versiones passim castigantur, implent in Appendice tomi II paginas 118; hinc succedunt exiguæ Federici Morelli p. 119 — 126. [Add. Garnier l. c., p. V.]

1638. Paris. ap. Ægid. Morell., fol., 3 voll.; minus nitida minusque emendata, neque ulla re alia auctior. Hanc recenset Casimirus Oudinus in *Supplemento de Scriptoribus eccles.*, p. 42 seq. [tom. I *Comment.*, p. 548 sqq., et ibid., p. 577 sqq.] novam sciagraphiam subjicit ordinis, quo ipse optet opera S. Basilii recudi, ut primo tomo homiliæ, altero libri et tractationes, tertio epistolæ, liturgia et alia quædam, in prioribus non obvia, exhibeantur [proscribendi tamen lib. *De grammatica exercitat.* et *epistola in adversis consolatoria*].

Novam Basilii operum editionem molitus pridem fuit Franciscus Combefis., cumque edendi ipsius vasti operis occasio deesset, castigationes saltim suas ex variis codicibus mss. et observationes varias ad paginas editionis Paris. 1618 vulgare instituit, variaque inedita S. Basilii monumenta passim inseruit. Sed A. 1679, 23 Jun., ætat. 74, operi immortuo Combefisio, observationes illæ eodem adhuc anno publicatæ, et archiep. Parisiensi, Francisco Harlæo, inscriptæ sunt a Vincentio le Fevre, ord. Præd., qui sub nomine *Pauli de Golefer* latere voluit. Titulus operis est : *Basilius magnus ex integro recensitus, textus fide optimorum codicum ubique castigatus, auctus, illustratus, emendatus, versiones recognitæ*, etc. Paris. 1679, 8°, duobus voll. [Conf. Garnerii præf. cit. p. VI.]

Memini et Wilhelmum Ernestum Tentzelium, τὸν μακαρίτην, multis annis, et beatissimum desideratissimumque Godfr. Olearium nostrum aliquando de nova Basilii editione concinnanda cogitasse, et in eam rem varia collegisse subsidia, sed utriusque doctos conatus properans fatum antevertit

Novam nunc S. Basilii editionem eruditi monachi Benedictini, quibus tot præclarissima monumenta ecclesiastica debemus, jubent exspectare ab insignibus sodalibus suis, Juliano Garnierio, Francisco Faverollio et Joan. Jacobo Raverdo, postquam ille, qui ex eodem ordine ornandæ huic spartæ præfectus antea fuerat, Jacobus Lopinus, jam A. 1693, 29 Dec., fatis concessit. [Lopinum antea fuisse præfectum, negat Garnier. præf. ad tom. I, Opp. pag. IV.]

[Prodiit ed. Garnier. quæ huc usque principatum tuetur; alium librorum Basilii ordinem habet, et est inscripta :

Τοῦ — Βασιλείου — — *Sancti Patris nostri Basilii, Cæsareæ Cappadociæ archiepiscopi, Opera omnia, quæ exstant, vel quæ ejus nomine circumferuntur, ad mss. codd. Gallicanos, Vaticanos, Florentinos et*

Digitized by Google

Anglicos, nec non ad antiquiores edit. castigata, multis aucta : nova interpretatione, criticis præfationibus, notis, variis lectionibus illustrata, nova S. Doctoris vita et copiosissimis indicibus locupletata. Opera et studio Domini Juliani Garnier, presbyteri et monachi Benedictini, e congregatione S. Mauri. Tomus primus Paris. typis et sumptibus Joan. Bapt. Coignard, 1721, fol.; tomus secundus, ibid. 1722; tomus tertius (defuncto jam Garnier d. 3 Jun. 1725), opera et studio monachor. ord. S. Benedicti, ibid. 1730. Conf. doctas censuras in *Actis erud. Lips.* A. 1722, p. 465 sqq.; — A. 1731, p. 491 sqq. et p. 537 sqq. — Codd. ad quos exacta est editio, singulis tomis post præfat. indicantur. — Garnier ipse in præf. ad vol. I, pag. v sqq., quid præstiterit, et in quibus superare studuerit laborem meritaque superiorum editorum, late ostendit. Totum autem opus sic distribuit. Complectitur tomus primus homilias *in Hexaemeron* et *in Psalmos*, libros *in Eunomium*, atque commentarium *in Isaiam; secundus*, homilias de diversis, ascetica, librum *De virginitate*, librosque *De baptismo;* tertius, librum *De Spiritu sancto*, epistolas, liturgiam, viginti quatuor sermones Symeonis, magistri ac logothetæ, *vitam Basilii.* Quare in recensendis Basilii M. scriptis ita versabor, ut illum quidem ordinem teneam, ordinem vero in utraque edit. Græco-Latina Parisiensi servatum et a Fabricio indicatum designem, adjiciamque, quæ de singulis notarat Fabricius, quæ autem mihi adnotanda supplendaque videantur, uncinis separem a reliquis. HARL.]

VI. ***Basilii Magni scripta, quæ exstant, in edit. Græco-Latina Paris. Garneriana.***

1. Εἰς τὴν Ἑξαήμερον, *in Hexaemeron homiliæ IX.* [I, p. 1, Garn.] Ex his pleraque ad verbum expressit S. Ambrosius libris VI (*a*) *in Hexaemeron*, qui etiamnum supersunt. *Easdem* Eustathius, *sive* Eustachius (Afer), *vir disertissimus, ita transtulit in Latinum, ut ingenium doctissimi viri* (Basilii) *facundiæ suæ viribus æquiparasse videatur, qui usque ad hominis conditionem novem libros tetendit*, ut notat Cassiodorus cap. 1 *Divinar. Lect.* Quæ versio sorori Syncleticæ, diaconissæ (*b*), ab Eustathio dicata et memorata etiam Sigeberto Gemblacensi cap. 21 *De S. E.* et Bedæ, sive Junilio præf. *in Genesin* [inter Latin. codd. Venet. D. Marc. V. cat. codd. illorum, p. 23 sq.], prodiit Nicolao Fabro curante, exstatque *in Bibliotheca Patrum* Paris. 1654, tom. I, atque in Latinis S. Basilii editionibus novissimis. FABR. — Singularum homiliarum argumenta strictim refert examinatque Schroeckh. l. c., pag. 168 sqq., et 180 sq. Basilium in quosdam quidem libros divinos commentatum esse, negari non potest, ejusque opera in conferendis emendandisque libris sacris laudatur (v. supra vol. III, p. 715); in omnes tamen libros divinos id ab eo factum esse, probari nequit. — Homiliæ *in Hexaemeron* exstant mspt̃æ in XIX codd. Paris., et quidem, Garnierio in præf. pag. VI monente, novem homiliæ in codd. antiquissimis membran., in nonnullis autem recent. chartaceis undecim homiliæ.

Florentiæ in codd. Laurent. XII, n. 2, plut. 10, novem homiliæ *in Hexaem.* — In cod. XVIII, n. 1, plut. 4, duodecim hom. in illud. — In cod. XXVII, n. 3, novem hom. cum scholiis nonnullis margin. Severiani, Gabalorum episcopi, tempore Chrysostomi, Gregorii Nysseni, et anonymi. V. Bandin. *Cat. codd. Gr. Laur.*, I, p. 482, 541 et 550, ubi scholion Severiani ad principium homiliæ speciminis loco retulit.

Venetiis inter codd. bibl. S. Michaelis, sunt Basilii hom. novem genuinæ, et duæ *De structura hominis* spuriæ, ab aliis Gregorio Nysseno attributæ, V. Mittarelli *Bibl. codd. mss. S. Michaelis Venet.*, p. 111 sq. — ibid. in bibl. Marc. cod. LV et LVIII.

Matriti in bibl. regiæ cod. CXXIII, homiliæ XII *in Hexaem.*, quarum tamen tertia in duas est distracta, ita, ut proprie sint XI numerandæ, ut pluribus ostendit Iriarte in Cat. *codd. Gr. Matr.*, pag. 501, qui hunc codicem in ultimis homiliis cum ed. Combefisiana conferendum esse judicat.

Monachii in codd. Bavar. XXXII, XXXIV, CCXLII, CCLI.

Augustæ Vindel. inter codd. Basilii undecim homiliæ in primum Geneseos caput de opificio sex dierum; atque Reiser. in Catal. p. 30 adnotat, in illo codice duas posteriores homilias ascribi Gregorio Nysseno, sed, judice Hoeschelio, perperam propter Nysseni libr. (qui in eodem sequitur cod.) *De hominis structura*, qui ejusdem quidem est argumenti, sed non ejusdem methodi.

Vindob. in codd. Cæs. LXIV, qui multa Basilii opp. continet, n. 1. V. Lambert., III, p. 294. — It. in cod. LXII, n. 1. — Cod. LXIII, n. 1, cum nonnullis schol. margin. — Cod. LXV, n. 1, cod. LXVI. (Lamb., III, p. 285 sq., 289, 314 et 325.)

Leidæ inter codd. Vossianos Eustathius *in Hexaemeron*, et in idem Basilii homiliæ, sed sine fine. V. Cat. bibl. Leid., p. 395, n. 50, et sic in aliis bibliothecis, supra memoratis. In eadem bibl. Leidensi, p. 52 sq., occurrunt *Hexaem.* et aliorum opp. Basilii editt. — In cod. Mosq. bibl. synod. XIV, sunt XLII oratt. Basilii M. quæ jam editæ sunt, et quas designat Matthæi in *Notit. codd. Mosq.*, p. 24 sqq. Ibid. in cod. XV hom. *in Spiritum sanctum.* — In cod. XVIII, 9 homiliæ. — In cod. XX, 51 homil., in his orat. *De perfectione vitæ Monach.*, inedita, quam

(*a*) Homilia prima Basilii respondet primis sex libri primi Ambrosii capitibus, secunda capitibus reliquis quatuor ejusdem libri, tertia libro integro secundo, quarta capitibus quinque, et quinta cæteris duodecim tertii libri; sexta libro quarto, septima libri quinti capitibus prioribus undecim, octava posterioribus, nona denique libro sexto. [Quædam Ambrosii loca illustrat Garnier. præf. ad tom. I, § V.

(*b*) Hæc Syncletice, cujus, ut æqualis suæ, Sedulius in præf. *Operis Paschalis* meminit, non confundenda cum S. Syncletice, antiquiore, de cujus vita dixi inter scripta S. Athanasio supposita lib. V, cap. 2, n. 84. [Vol. VIII, p. 207.]

Digitized by Google

Matth. cum Xiphil. et duabus aliis Basilii orat. A Mosquæ 1775, 4°, in lucem protulit. V. Matth. *Notit.*, etc., p. 30 seq., ibique not. 2. — In codd. XXI et XII permultæ homiliæ. (Matth. pag. 32 seq.) — In cod. XXIII, varia Basilii opp. — In cod. XXXII, n. 30 et 34, fragmenta. HARL.

Dionysii quoque Exigui versionem Caveus, et ante eum Possevinus et Elias du Pin, memorat. Sed vereor, ne Greg. Nyssenus, quem a Dionysio Latine redditum constat, memoriæ eorum obversatus; vel, ut b. doctori meo, Tho. Ittigio, observatum, verba Tilmanni non recte intellecta illos induxerint, ut Basilium quoque ab eo versum affirmarent. Inter recentiores primus Basilium interpretatus est Latine Johannes Argyropulus, cujus versio prodiit B Romæ, apud Jac. Mazoch. 1515. fol. V. Maittaire *A. T.*, II, p. 274, in operibus Basilii, A. 1564, fol. Latine Basileæ vulgatis, et a Godfrido Tilmanno recognita cæteris Latinis ac Græco-Latinis Basilii editionibus occurrit.

Hinc Joachimus Perionius, Paris. 1552, in cujus interpretatione plura notat ac reprehendit Possevinus tom. I *Apparatus sacri*, pag. 184 seq.

Jani Cornarii versionem invenies in editione operum Basilii Latina Basil. 1552, fol. eamque passim præfert Fronto Ducæus in notis ad hoc Basilii opus. FABR. Contra Garnier. in præf. ad tom. I, p. v, ubi de interpretibus Basilii Latinis agit, plura culpat in Cornarii versione, quam ita asperam duramque esse judicat, ut una aut altera pagina præ tædio legi vix C possit. HARL.

Victorini Strigelii interpretatio separatim lucem vidit Lipsiæ 1566, 8°. Laudant Basilium *in Hexaemeron* certatim veteres, Nazianzenus (*a*), Nyssenus (*b*), Hieronymus (*c*), Photius (*d*), Suidas (*e*), aliique. Ante Basilium *in Hexaemeron* qui scripsere, temporis injuria interciderunt omnes præter Philonem Judæum, ut Rhodon, Tatiani discipulus, Hippolytus et Origenes, Hieronymo laudati, Justinusque Martyr, et alii complures, quos Anastasius Sinaita (*f*) commemorat. Post Basilium scriptores hujus argumenti tulere ætatem Græci scriptores, Nyssenus, Eustathius, Anastasius, Joannes Philoponus.

Homilia X et XI de opificio hominis [ap. Garn. I, D p. 323], quæ velut Basilii in Græcis editionibus pluribusque mss., ut in Cæsareo, apud Lambec., III, pag. 122 (*g*) et in versionibus Cornarii, Perionii, Strigelii, atque in Latinis Basilii editionibus plerisque e Wolfg. Musculi, Argyropulum supplere studentis, interpretatione subjiciuntur, in Græco-Latinis omissæ sunt, quoniam multi veterum testantur, Basilium non ulterius progressum, nec de hominis structura tractasse. Tamen illas post longum morbum a Basilio revera additas, eique adeo vindicandas esse contendit Franciscus Combefisius, qui eas e mss. emendavit et supplevit, et cum argumentis quæ in codice regio præfiguntur, in capita distincta, addita nova versione sua notisque, dedit tom. I *Basilii recensiti*, pag. 418 seq., Paris 1679, 8°, subjuncta etiam pag. 524 homilia *De paradiso*, quæ inter diversas est tricesima, et tom I, pag. 625, edit. Græco-Lat. A 1618 legitur. [Gar. I, pag. 347 seqq. orat. III *De hominis structura*, inter spuria Basilii scripta.] Certe homilias X et XI a Greg. Nysseno adjunctas Basilii operi non esse, docet luculentus, quem ab eo supplementi Basiliani loco habemus liber *De opificio hominis*, et inter cujus opera illæ duæ homiliæ tom. I, pag. 139-153 leguntur cum versione Petri Francisci Zini FABR. Homilias XI et XII et *De paradiso* falso tribui Basilio, contra Combefisium, du Pin et alios late docteque ostendit Garnier in præf. ad tom. I, pag. VIII, multis usus argumentis, a diversa styli et sententiarum ratione, et meliorum antiquiorumque codicum auctoritate ab immensaque variarum lectionum silva, quæ in genuinis Basilii opp. haud adeo magna est, sumptis, et ipsius Gregorii Nysseni loco, quem male interpretatus est Combefisius. Tum subjungit quasdam quæstiones, ad loca quædam notatu digna illustranda pertinentes. Add. Riveti lib. III *Critici sacri*, cap. 20, pag. 328, ed. quintæ, et Schroekh l. c., p. 178 sq. — Est in duobus codd. Paris. HARL

[II.] Ὁμιλίαι *Homiliæ XVII in Psalmos* [I, pag. 89 sqq., Garn.] Hoc est, præter unam in Psalmi I initium, proœmii loco præmissam, singulæ in psalmum VII, XXIX (*h*), XXXII, XXXIII, XXXVII, XLIV, XLV, XLVIII, LIX, LXI, et binæ in psalmum XIV, XXVIII, CXIV. Illa, quam proœmii loco præmissam dixi, ex Rufini versione solet præfigi Latine S. Augustini *Enarrationi Psalmorum*, etiam in novissima editione, ab eruditis monachis Benedictinis curata, tomo IV (*i*). Homilias universas septemdecim Latine vertit Godfridus Tilmannus, cum cujus interpretatione exstant in Græco-Latinis et postremis Latinis Basilii editionibus. Ante Tilmannum easdem transtulerant Raphael Volaterranus, cujus versio legitur in Latinis quibusdam editionibus, ut Basileensi 1565 fol., et Janus Cornarius, quæ occurrit in editione Latina A. 1532. Plura ex his homiliis afferuntur in Catena ce produxit Michael Le Quien ad Damascenum, tom. I, pag. 174. Alium ex libro I Fronto Ducæus in limine notarum ad Basilium.

(*a*) Nazianzenus orat. 20 in S. Basilium : Ὅταν τὴν Ἑξαήμερον αὐτοῦ μεταχειρίζωμαι, μετὰ τοῦ κτιστοῦ γίνομαι.

(*b*) Nyssenus *in Hexaem.*, tom. I, pag. 5, cum dixisset se neutiquam velle ἀντιδογματίζειν τῷ ἁγίῳ Βασιλείῳ περὶ τῶν κατὰ τὴν κοσμογονίαν αὐτῷ φιλοσοφηθέντων, subjungit, ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν κεκρατήσθω, καὶ μόνης τῆς θεοπνεύστου διαθήκης τὰ δευτερεῖα φερέσθω.

(*c*) Hieron. *Catalogo*, c. 116, et epist. 55.

(*d*) Photius cod. CXLI.

(*e*) Suidas in Βασίλειος. Vide et Socratem IV, 26.

(*f*) Anastasius VII *in Hexaem.*, cujus verba Græ-

(*g*) Pag. 285 sq., 289, 314, ed. Kollar.; sed in cod. XV, n. 3, orat. Greg. Nysseni *in Genes.* I, 26, male ascribitur Basilio M. quasi ea sit oratio X *in Hexaem.* V. Lambec. III, pag. 314 sq. ibique Kollar. not. HARL.

(*h*) Secundum Hebraicam editionem in psalm. VII, XV, XXIX, XXX, XXXIII, XXXIV, XXXVIII, XLV, XLVI, XLIX, LX, LXII et CXVI.

(*i*) Conf. Fontanini *Histor. litterar. Aquileiens.* Romæ, 1742, 4°, pag. 299. HARL.

Digitized by Google

Græcorum Patrum ad Psalmos Corderiana; non- A nulla etiam præterito Basilii nomine. FABR.— Fuse disserit de illis homiliis Garnier et in monito præmisso pag. 89, et vero in præfat. § VI, pag. XXI sqq. Priore loco paucis observat psalmi XXXVII interpretationem, jam Combefisio suspectam, esse Eusebii, non Basilii fetum; interpretationem psalmi XXVIII, a Combefisio, Tillemontio, Du Pin pro adulterina habitam, esse opus plagiarii, vel potius studiosi cujuspiam, qui se exercere, et Basilium imitari voluerit; in genere, orationes, quæ vere Basilii sunt, ad populum habitas esse, in conventuque publico pronuntiatas; quæcunque autem hanc notam præ se non ferat, eam debere ob id solum suspectam videri: tum animadvertit, commentarium, hactenus Theodoro Heracleotæ attributum, non esse Ba- B silii *in Psalmos* expositionem. Denique adnotat, Ambrosium, cum suos *in Hexaemeron* scriberet libros, etiam Augustinum, permulta ad verbum sumpsisse e Basilio: quæ omnia aliaque copiosius exponit demonstratque in Præfat. l. c., in qua etiam docet, orationem I *in psalmum* XIV haud esse genuinam; notat quædam in explicationibus psalmorum I, VII et XXVIII; judicat de comment. *in Psalmos*, perperam sub nomine Theodori Heracleotæ a Corderio edito, et, multis argumentis atque exemplis allatis, ostendit, esse catenam e multorum Patrum eccles. libris consarcinatam. Idem Garn. edidit pag. 352-377 Basilii homilias, in quibus multa loca ex Eusebio non a Basilio, sed ab alio auctore compilata C sunt, *in psalm.* XIV, aliam ineptam *in psalm.* XXVIII, tum *in psalm.* XXXVII, et *in psalm.* CXV. — Florentiæ in cod. Medic. Laur. VIII, plut. 4, qui XL homil. continet, est n. 5, hom. *in psalm.* XIV, quam Garn. in append. tom. I, p. 352, tanquam Basilio suppositam posuit. Bandin. vero I *Cat. codd. Gr.*, pag. 526, arbitratur ex Laur. illo codice, sæc. XI scripto, argui posse, homil. istam etiam ante illud tempus fuisse Basilio adjudicatam, eique propterea locum assignatum ante sequentem, n. 6 hom. *in partem* XIV *psalmi contra feneratores*, cujus titulus ac prima verba aliam supponant in eumdem psalmum homiliam. — Add. Schroeckh l. c., pag. 181 sqq. — Basilii prologus *in psalm.* repetitus est in *Liturgia antiqua*, Hispanica, Gothica, Isidoriana, D Mozarabica, Toletana mista, illustrata adjectis vetustis monimentis, cum additionibus, etc. (*a*), tom. II, p. 153 sq. — Codices in bibliothecis et catalogis supra memoratis, reperiuntur. Hic paucorum dabo notitiam. Exstant igitur illæ homil. in XVII codicibus bibl. publ. Paris. — Vindobonæ in cod. Cæsar. LXVII, qui permultas Basilii homilias atque epistolas continet, reperiuntur n. 2 homiliæ XVII *in psalm.* I, VII, duæ *in psalm.* XIV, duæ *in psalm.* XXVIII, una *in psalm.* XXIX, XXXII, XXXIII, XXXVII, XLIV, XLV, XLVIII, LIX, LXXI, CXIV et CXV, quarum initia posuit Lambec. in *Comment.*, III, p. 326 sqq. — Eædem eodemque ordine in codd. LXVIII, n. 1. (Lambec. ibid., pag. 339.) — In codd. CCXLIV, n. 10, fragment. homiliæ *in psalm.* XXVIII, notante Kollario ad Lambec. I, p. 237.— In cod. CCXXXVI, n. 5, sunt quatuordecim Basilii orat. (Lambec. V, p. 184 sq.); in his septima inscribitur κατὰ τοκιζόντων, *contra feneratores*, sed Kollar. in nota animadvertit, illam nihil aliud esse, ac Basilii homiliam, initio mutilam, in partem psalmi XIV, et contra feneratores in ed. Garn. tom. I, pag. 107, Add. Kollar. not. ad vol. III, pag. LVII, de cod. XI. — Ex cod. Patrum Basilii Romano specimen Basilii sermonis in septimum psalmum dedit Montfauc. in *Palæogr. Gr.*, p. 283. — Idem in *Bibl. Coislin.* p. 117 sq., aliquot codd., homilias atque epistolas Basilii continentes, recenset, in quibus etiam exstant homiliæ *in Psalmos*: in cod. igitur XLVIII membr., sæc. X, leguntur hom. sexdecim, omissa secunda *in psalm.* XXVIII, homiliæ *in psalm.* XIV, LIX et LXI bis occurrunt. — In codd. XLIX et L sexdecim hom., omissa secunda *in psalm.* XXVIII. — Venetiis in bibl. Marc. sunt, præter multas alias homilias librosque Basilii, hujus homiliæ *in Psalmos* in codd. LIII, LIV, LV, LVI, DLIX et DLXII, teste catalogi auctore, etc. — Edit. Lat. Romanam jam supra memoravimus.

In editione Garner., pag. 207 sqq., sequuntur libri V *contra Eunomium*, inscripti Τοῦ — Βασιλείου — ἀνατρεπτικὸς τοῦ ἀπολογητικοῦ τοῦ δυσσεβοῦς Εὐνομίου. — *Basilii libri quibus impii Eunomii apologeticus evertitur.* Atque Garn. in nota monet, tot esse fere titulos varios quot codd., se autem secutum esse ed. Venet. et meliores codd. — Ἀντιῤῥητικός legitur in cod. Regio secundo; ἀντιῤῥητικῶν λόγ. α' in cod. Colbertino. — In edd. super. Paris. sunt libri illi in tom. II, atque Fabricius in vet. ed. locum illis assignavit *septimum*, et ea quæ sequuntur, de illis notavit. HARL.

[VII.] Ἀντιῤῥητικὸς τοῦ ἀπολογητικοῦ τοῦ δυσσεβοῦς Εὐνομίου, *Adversus apologiam impii Eunomii antirrhetieus, libris quinque*, tom. II, pag. 1. Egregios libros vocat Hieronymus cap. 116 *Catalogi*, et Græcus Hieronymi interpres atque Suidas ἐξαιρέτους λόγους. Laudat etiam Photius cod. CXXXVII, CXXXVIII, ubi Eunomii ἔκθεσιν et ad Basilii libros responsionem, in tres (*b*) distinctam λόγους, sed post illius mortem demum in vulgus datam, commemorat. Ex his Basilii libris tres priores accuratiorem argumentorum Eunomii confutationem continent, quibus quartus deinde et quintus veluti spicilegium quoddam (*c*) a Basilio adjuncti, excutiendis, quæ

(*a*) De hoc opere, Romæ, tom. I, II, typis et sumptibus Hieron. Mainardi 1746, fol., edito, plura leges in Baumgartenii *Nachricht. von merkwürd. Büchern*, tom. V, p. 508 sqq.

(*b*) Philostorgius VIII, 12, quinque libros Eunomii memorat, aitque, Basilium primo lecto βαρυθυμήσαντα λιπεῖν τὸν βίον. Quod postremum mendacii arguit Photius, hæc e Philostorgio referens.

(*c*) Ita malim, quam quod Petavius pag. 107 *Dogm. theol.* de SS. Trinitate: *Nimirum quartus ille liber et quintus tumultuariam locorum argumentorumque silvam et materiam nondum absoluti operis*

Digitized by Google

forte superessent, locis, argumentis ac minutiis. Neque enim assentior iis, qui hos binos posteriores Basilio abjudicant, nulla certa ratione nixi. Nam et in mss. codicibus quamplurimis sub Basilii nomine prioribus sub titulo Ἀποριῶν κατὰ Εὐνομίου (*a*) juncti habentur, et a Græcis sub Basilii nomine (*b*) laudantur, quorum merito plus se tribuere testimonio ait Rich. Simon. lib. III *Hist. criticæ N. T.*, pag. 107, quam Erasmi, Abr. Sculteti et aliorum quorumdam censuris, parum firmiter colligentibus (*c*). Græce primum prodiere tres primi in editione operum Basilii Veneta 1535, fol., posterioribus duobus additis in edit. Basil. 1551, a Jano Cornario. Latine vertit universos quinque Georgius Trapezuntius, cujus interpretatio [multis aliis, judice Garn. anteponenda, et] servata in plerisque Latinis Basilii editionibus, et in utraque Græco-Latina Parisiensi (*d*). Nonnulla in hac versione reprehendit Jac. Billius, quæ in Possevini *Apparatu* possunt videri. Longe plura Ducæus et tom. II *Basilii recensiti* Combefisius. Jani Cornarii interpretatio quinque librorum legitur in editione Latina Basileensi A. 1552, fol. Denique cum versione sua tres et quartum extrema parte truncum vulgavit Theodorus Beza, adjunctis Athanasii dialogis V *De Trinitate*, Anastasii et Cyrilli explicatione fidei et Phœbadio, 1570, 8°, apud H. Stephanum. In tertii libri exordio locum, a Græcis corruptum, notavit Possevinus *Bibliothecæ selectæ* VI, 16, et Allatius *De processione Spiritus sancti*, capite 20, p. 114 seq. Confer Joannis Vecci capita de processione Spiritus sancti in tomo I *Græciæ orthodoxæ* Allatii, p. 225 seq. FABR. — Quinque libri sunt in cod. Vindob. Cæsar. LXIII, II, 3, et LXXXVIII, n. 2 (Lambec. III, p. 290 et 475). — In vol. V, cod. CCLVII, n. 8, est cardinalis Bessarionis ad Alex. Lascarim epistola de processione Spiritus sancti (edita a Petro Arcudio Gr. cum duplici interpretatione Lat. cum opusculis theologicis circa processionem Spiritus sancti Romæ); quod opusculum Kollar. ad Lamb. *Comm.*, V, p. 367, miratur, non consultum fuisse a Garnerio, ad corrigendum locum in Basil. *Contra Eunomium* libro III, p. 277, ἀξιώματι μὲν γάρ, etc., quem Kollar. contendit in recentioribus codd. a Græcis schismaticis fuisse corruptum, et plura in hanc rem disputat. — In cod. XCIX, n. 4, sunt duo fragmenta ex opere *advers. Eunomium* libri V. V Kollar. in Supplem. ad Lamb. *Comm.*, p. 624. — In cod. XII Mosquensi fragm. ex Basilii tertio libro *Antirrhet.* ex opere ad Amphil. et op. *adversus Eunomium*, etc. Vide Matthæi *Notit. cod. Mosquens.*, p. 21. — In cod. Coislin. CXX, fol. 4 ex libro *contra Eunomium de Trinitate*. Vide Montfauc. *Bibl. Coislin.*, p. 193, atque alibi in aliis cod. mss. — In Henr. Canisii *Lection. antiq.* aut *Thesauro monumentorum eccles. et histor.*, cura Jac. Basnage, tom. I, n. 6, p. 169 seq., sunt Latine, Basilii M. *Rationes syllogisticæ contra Arianos*, interpr. Fr. Turriano, et particula operis *Contra Eunomium*, quod ingenitum non substantiam, sed ὕπαρξιν, id est exsistentiam, declaret. Sequuntur, p. 223 seq. appendicis loco opera quædam, Basilio perperam ascripta, adjuncto Eunomii opere.

1. Duæ homiliæ *De opificio hominis* et una *De paradiso*, p. 323 seq., de quibus jam antea ad n. 1 homiliarum egimus uberius.

2. Homiliæ *in psal.* XIV, XXVIII, XXXVII et CXV, pag. 352 seq., de quibus v. Garnier. in Præf. pag. XXXV.

3. *Commentarius* imperfectus *in prophetam Isaiam*. Antequam de illo plura adnotem, ea quæ Fabric. (ubi est n. 6) scripsit, hic ponam. HARL.

continent. Quo minus admirandum est, quædam ibi esse aliter, atque in cæteris meditatis elaboratisque scriptis ab eodem auctore prodita.

(*a*) Vide Combefisii *Basilium recensitum*, tom. II, pag. 27.

(*b*) Ducæum in limine notar. ad lib. I *contra Eunomium*.

(*c*) Beza in præf. ad ed. paulo post laudatam, tres tantum esse Basilii arbitratur, cum tamen, qui quartus numeratur, ut minime inutilem, adjunxit; quintum vero prætermisit. IV autem Græcos edidit, ut ait, multo, quam ante hac, emendatiores. — De illa vero controversia multus est Garnier. in præf., pag. LXIII sqq. § XI, ubi de libris *in Eunomium* agit. Erasmus igitur aliique negant, duos posteriores libros a Basilio esse profectos: atque antiquiorum fuisse hominum illud judicium, vel ex eo patet, quod, observante Garner. in quinto cod., olim Regio, Gr. manu initio libri quarti notatum est, alios negare, illum esse S. Basilii; sed tamen eum non condemnare, quasi absurdi aliquid contineat. Atqui Garn. illorum subscribit sententiæ, quod (multis in hanc sententiam exemplis argumentisque aliis prolatis) verba, dictio, phrasis omniaque peregrinitatis nec subacti judicii notam præ se ferant, et Basilius a se ipso dissentire videatur: tum quia isti duo libri desint in ed. vet. Veneta, et in nonnullis cod. Sed legat velim atque examinet Basilii cupidus Garnierii ipsius argumenta, speciose docteque exposita. Add. Garnierii monitum, libris illis præfixum, pag. 205 sq., et Schroeckh. l. c., qui pag. 37 sqq. summam dedit librorum, et pag. 57 sqq. comprobat Garnierii judicium, librorumque istorum duorum condemnationem. Attamen præter Simon. aliosque, a Fabricio citatos VV. DD, etiam Bellarminus, Fronto Ducæus, Combefisius, Tillemontius, Du Pin, etc., Basilium quinque librorum auctorem faciunt, atque in concilio Florentino ut a Latinis, ita a Græcis, Basilii nomine pariter citantur. Nec desunt codices (ut ad finem hujus sectionis notabimus) in quibus sub Basilii nomine duo illi libri prioribus adduntur. Atque Kollarius ad Lambecii *Comment.* III, pag. 289, not. B., Simonii ac Fabricii sententiam adoptat. At enim Garnieri ac Schroekhii argumenta, quibus νοθεία illorum demonstratur, graviora videntur. HARL.

(*d*) Tertius liber, in quo disseritur de Spiritu sancto ex interpretatione Georgii Trapezunt., reperitur quoque in collectione *Conciliorum*, facta a Petro Crabbe, Minorita, Colon. apud Petr. Quentel, 1538, fol., p. 810, et Romæ per Anton. Bladum, 1526, fol., in actisque concilii œcumenici, sub Eugenio III congregati, teste Apost. Zeno in *Dissertat. Vossiane*, tom. II, pag. 9, n. 6. — *Antirrheticus* a Georgio Trapezuntio Latine versus, præmissa Bessarionis epistola, in cod. Lat. Veneto Marc. XLV. Vide cat. Latin. codd., pag. 23. HARL.

Digitized by Google

[VI.] Ἑρμηνεία, sive (ut alius codex Combef.) Ἐξήγησις *in* XVI *prima capita Isaiæ prophetæ*. Vertere cœpit Erasmus, sed non progressus est ultra proœmium. Basil. 1510, 4°. Cætera a Godfrido Tilmanno, Paris. 1556, fol. translata sunt, qui in apologia præmissa hoc opus adversus Erasmi dubitationes Basilio vindicat testimoniis S. Maximi, Simeonis, Metaphrastæ, Antonii Melissæ et Joannis Damasceni. Confer Michaelem le Quien in notis ad Damascenum, tom. I, p. 366, et Natalem Alex. sæc. IV, p. 140, qui Tarisii Constantinopol. testimonium addit atque Œcumenii [et Garn. p. 377, *in Monito*]; tamen Joannes Drungariensis proœmio Catenæ ms. Patrum Græcorum testatur, jam olim fuisse dubitatum, sitne hoc opus Basilii, necne. Καὶ τοῦτο δὲ κατάδηλον ποιῶ τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ὡς ὁ ἐν ἁγίοις Βασίλειος μέρος τι τῆς ἐν χερσὶ προφητείας ἡρμήνευσεν. Ἥτις ἡρμηνεία παρὰ πολλοῖς ἀμφιβάλλεται. Etiam hodie a multis inter dubia opera censeri, monet Montfauconius præf. *in Eusebium ad Isaiam*, p. 350. *Hodiernis porro scriptoribus hæc dubitandi causa est, silentium nempe Hieronymi, qui cum in omnes, quotquot antea Isaiæ interpretes egerant, accurate recenseat, ne* γρὺ *quidem de Basilii commentario habet. Græcis autem hinc haud dubie suspicio nascebatur, quod stylus commentariorum Basiliano longe absimilis videatur. Remittimus nostris, qui Basilii operum editionem novam adornant.* Cæterum, quæ ab Erasmo versa sunt et *visio prima* a Tilmanno inscribuntur, a p. 802 usque ad verba p. 808 C, ὑπόθεσις τοῦ βιβλίου ἡ φανερὰ καὶ αὐτόθεν δηλωτή. Ἐπειδὴ κατὰ χρόνους γέγονεν ὁ προφήτης, cum commentario in Isaiam nihil habent commune, licet illi præmittantur etiam in aliis codicibus, ut Colbertino MMDXCVI (*a*) (olim Thuanæ bibl.), sed in quo male commentarius ille Eusebio tribuitur. Ex allato autem Joannis Drungariensis testimonio constat etiam, non totum Isaiam, sed partem tantum, ejus prophetiæ a Basilio illustratam commentario fuisse, ut necesse sit errasse Tilmannum, qui sibi persuasit, Erasmum ex Grocini bibliotheca commentarios Basilii in integrum prophetam attulisse : nimis enim leve est, quod adjungit, argumentum : *alias fuerat dicturus, in quot se extenderet capita* (*b*). Novam ex integro versionem hujus operis a viro aliquo docto ac probo parari optat Combefisius, qui plura in Tilmanni versione reprehendit atque castigavit tom. I *Basilii restituti*, p. 417. In epistola 80 Basilii ad Eustathium medicum (*c*), nihil contrarii de Pythonissa Endorea affirmari iis, quæ in commentario ad Isaiæ VIII, p. 1025, de illa disputantur, quilibet intelliget, qui cum Allatio p. 447, ad Eustathium *De engastrimytho* observaverit, verba in epistola Basilii, ψυχαγωγοῦσα τὸν Σαούλ, significare, *quæ Saulis animum* μαγγανείαις *suis moverat*, non, *quæ Saulem ab inferis evocavit*. FABR.

Conf. Oudin. loco antea citato, Riveti *Critici sacri* librum III, p. 332 seq.; Schroeckh. loc. cit, p. 184 seq., in primis Garnier. Præf. ad tom. I, § X, p. XLVII seq., qui illum *Comment.* negant a Basilio M. esse confectum, et Garn. p. LIII-LX docet, comparato Eusebii commentario, a plagiario quodam ex Eusebianis commentariis potissimum compilatum, et magnam operis partem ex illis ad verbum sumptam. Tum p. LXI seq. demonstrat, auctorem e Basilii M. aliorumque scriptorum fragmentis confuse inepteque, nec eleganter opus suum composuisse, et eadem Scripturæ loca bis terque aut amplius explicuisse; ipsum vero Basilium M. non posse tot furtorum suspectum haberi. Denique p. LXIII varia conjectat de auctore, atque commonstrat, opus istud scriptum fuisse ipsa Basilii M. ætate, compositum quidem a Basilio, sed post ejus mortem presbyteri cujusdam opera in lucem prodiisse, et hunc proprio marte elaborasse: saltem auctorem, quisquis est, studuisse Basilium in aliquibus imitari. — At Garn. in *Vita Basilii* (1), cap. XLII, p. 179 seq., retractavit suam sententiam et Basilii nomini vindicavit comment. *in Isaiam*. — Sub Basilii nomine in cod. mss. occurrere illum comment. haud mirum videtur. Sic, ut quosdam nominem, Vindobonæ in cod. LXX, LXXI et LXXII, in quo ascripta sunt in margine antiqua Gr. scholia, ex Eusebii Pamphili aliorumque operibus desumpta. Vide Lambec., III, p. 843 seq. — Augustæ Vindelicorum Basilii comm. *in Isaiam*, et ejusdem Protheoria expositionis in Isaiam. Vide Reiseri Cat., p. 16 et 28. — Monachii in cod. Bavar. XXXI, XXXV et XCV. Vide Cat. cod. Gr., p. 7, 8 et 36. — Venetiis in cod. Naniano XXXV. Vide Cat. cod. Gr., Nan., p. 48. — Ibid. in cod. bibl. Marc. LX. Vide Zanetti Cat. cod. Gr. p. 42. — Florentiæ in cod. Medic.-Laurent. II, plut. 4, de quo copiose disserit Bandin. *Cat. cod. Gr.*, I, p. 518 seq. — In novem cod. bibl. publ. Paris. — Taurini in cod. XXX, n. 1. Vide *Cat. cod Gr. Taur.*, p. 107, etc.

Tum sequitur p. 618 seq. ed. Garn. *Eunomii*

(*a*) Vide Montfauconium l. c., p. 348. FABR. Add. alios cod., a Garner. in not. p. 378 citatos atque collatos. HARL.

(*b*) Possevinus, cum veteres libros Messanensis bibliothecæ recenseret, scripsit in *App.* p. 37, ad calcem operis : Copiosissima in Isaiam prophetam D. Basilii interpretatio. Opus integrum et rarum. Sed Garn. jure dubitat in *Monito* præfixo : et ipsi verisimillimum esse videtur, talem librum integrum nunquam exstitisse. Adde Oudin. l. c., p. 557 seq., qui opinatur, auctorem hujus commentarii videri esse alium Basilium, qui in plerasque Gregorii Nazianz. orat. commentatus est, atque sub Constantino Porphyrog., circ. A. 920 vel 930 floruisse creditur. Tum cod. Anglicos nominat, in quibus id opus exstat. Dein examinat refutatque testimonia veterum et Tillemanni, id Basilio M. asserentis, aliorumque judicia; denique ostendit, illum comment. non pertinere ad Basilium. HARL.

(*c*) Non Basilii, sed Nysseni esse illam epistolam, scribit Natalis Alex., de qua infra.

(1) Harlesii errorem jam notavimus qui Garnerio *Vitam Basilii* tribuit, cum sit Prudentii Marani. ED.

Digitized by Google

apologia, quam confutavit Basilius M. e Fabricii *B. Gr.* repetita. Dein p. 631 seq.

Eustathii in Hexaemeron S. Basilii, Cappadociæ episcopi, Latina metaphrasis, ex Latina opp. Basilii editione Antwerpiensi sumpta, cum variis cod. lectionibus notisque criticis. Calci tomi primi adhærent : 1) Notæ Frontonis Ducæi, Burdegalensis, e soc. Jesu, quæ vero, ipso Garn. monente, nec ad hujus editionem sæpius quadrant, nec possunt ob novam quadrare interpretationem; 2) præcipuæ antiquarum edit. Præfationes; 3) Indices.

In tomo secundo insunt : 1) genuinæ, ex vulgari opinione, homiliæ XXIV, de diversis; 2) Ascetica, quæ genuina habentur; 3) spuria scripta, n. duæ lucubratiunculæ Cotelerianæ; 4) altera Combefisiana; 5) duo *De baptismo* libri; 6) Liturgia, et homiliæ quas transtulit Rufinus e Græco in Latinum. In Prolegomenis agit de illis uberius.

I. Igitur exhibentur homiliæ XXIV. In ed. Paris. super. in primo adhuc tomo numerantur XXXI homiliæ, diversi argumenti, et totidem olim recensebantur n. III, in Fabricii *B. Gr.* HARL.

[III.] 1. Περὶ νηστείας, *De jejunio*. Incipit : Σαλπίσατε, φησὶν, ἐν νεομηνείαις. [Garn. II, p. 1 seq.] Vertit Erasmus (*a*). Solita hæc homilia in Græcorum Ecclesiis legi Dominica Quadragesimæ sive in Εἰσβάσει τῶν νηστειῶν. Separatim prodiit Græce Helmstad. 1666, 4°. FABR. — Homiliæ frequenter reperiuntur in cod. Parisiensibus (vide indicem ad Cat. cod. Par., vol. II, voc. Basilius), in Vindobonensibus Cæsareis, Mosquens. (vide Anton. Schiada, *Cat cod. Gr.* in bibl. synod. Moscuensi, p. 28 seq., cum aliis Basilii operibus) et in aliis. Florentiæ in bibl. Medic.-Laurent., cod. VIII, plut. 4, homiliæ LX cum epigraphe Τοῦ — Βασιλείου — ἠθικά. In his n. 7, sermo 1 *De jejunio*, in ed. Paris. secundo loco positus, et sermo 2 de eodem, in ed. Paris. primo loco collocatus. Plura leges in Bandin. *Cat. cod. Gr. Laur.*, I, p. 525 seq. — In cod. XXVI, n. 20, sermo primus *De jejunio* ex ejus *Moralibus*. — Idem in cod. XXXIII, n. 9, plut. 7, et cod. XVII, n. 1, plut. 4. Vide Bandin. loc. cit., p. 284, 294 et 541. — Ibid. in cod. CXLIII, n. 12, Naniano duæ hom. *De jejunio*, cum aliis quatuor. Vide *Cat. cod. Gr. Nan.*, p. 334. — Apud Montfaucon. in *Bibl. Coislin.*, p. 117 seq., homiliæ diversæ XXXII. In cod. XLVIII, in his *De jejunio* liber III, Νηστείας καὶ ἁγασμοῦ ὁ καιρός (de qua tertia, adulterina, orat. *in jejunium*, vide Garn. Præf. ad tom. II, § X, pag. XXXII seq.) — In cod. XLIX, homiliæ XIX diversæ. — In cod. XV, homiliæ XIV morales, iterum quatuor, et duæ *De jejunio*, Vindobonæ in cod. Cæsar. CCXXXVI, orat. XIV, in his duæ *De jejunio*. Vide Lambec. *Comment.* V, p. 184 seq., etc.

Editiones. — Basilii M. *De jejunio* orat. duæ Gr. et Lat. Erasmo interprete, ap. And. Wechel. 1555, 4°.—Ib. apud Joan. Benenatum 1579, 8°, teste Maittaire *A. T. III*, p. 657 et 777. *De jejunio* orat. II Gr. Paris. ap. Guil. Morel. 1563, 8°. Vide eumdem in indice, p. 117.—Joan. Xiphilini et Basilii M. aliquot orat. ex variis cod. edidit et animadvers. adjecit Cr. Frid. Matthæi. Mosquæ typis univers. Cæsar. 1775, 4° (et Matthæi edidit ex cod. synod. 977 tres Basilii orat. 1) Περὶ τελειότητος βίου μοναχῶν. 2) Περὶ ἐλέους καὶ χρίσεως, sive, ut Matth. vertit *De liberalitate et justitia*; 3) Παραμυθητικὴ ἀσθενοῦντι. Ad. n. seq. HARL.

2. Περὶ νηστείας, *De jejunio secunda*. Incipit : Παρακαλεῖτε, φησὶν, ἱερεῖς, τὸν λαόν. Vertit idem Erasmus. Lecta hæc homilia in Græcis ecclesiis (*b*), τῇ παρασκευῇ τῆς τυρινῆς, sive feria sexta post Cineres (al. pridie diei Cinerum). Prodiit Græce cum priore Lovan. 1563, 4°, et ex interpretatione Erasmi, Friburg. 1532, et ex Petri Galesinii versione Rom. 1587, 4°, et Monachii 1613, in-12. FABR. Vide ad anteced. n. 1 et n. 22. — In Garn. ed. II, p. 10 seq. Is vero istam orat 2 recepit, non quod eam certam atque indubitatam putaret, sed quia a doctis viris talis haberetur; conf. Garn. judicium de illius νοθείᾳ in Præf. p. IV, § 1. HARL.

3. Εἰς τό· *Πρόσεχε σεαυτῷ. In illud* (Deut. XV, 9 : « *Attende tibi ipsi.* » Incipit : Τοῦ λόγου τὴν χρῆσιν δέδωκεν ἡμῖν ὁ κτίσας ἡμᾶς ὁ Θεός. Vertit præter Franciscum Craneveldium, Lovan. 1534, 8°, Godfridus Tilmannus : atque in *Ecclesiaste* suo *Græco* Franciscus Combefisius. Citat S. Maximus ad Dionysium Areopag., tom. I, pag. 29. FABR. Basilii M. orat. in *Attende tibi*, Lat. Francisco Maturantio interprete. Hagenoæ, in ædib. Thom. Anshelmi, Badensis, 1522, 8°. (Maitt. II, p. 626.) — In XXII codd. Paris. bibl. publicæ exstat illa oratio. — Florentiæ in cod. Med. Laurent. XXVI, n. 21 (Bandin. l. c., I, pag. 284.) — In cod. reg. Taurinensi CCCXX, fol. 110, cum orat. *De jejunio*. (*Cat. codd. Gr. Taur.*, p. 399), etc. HARL.

4. Περὶ εὐχαριστίας, *De gratiis Deo agendis*. Incipit : Ἠκούσατε τῶν ῥημάτων τοῦ Ἀποστόλου. [Garnier. II, pag. 24 sqq. Est in II codd. Paris., in cod. Vindob. CCXXXVI, n. 4. V. Lamb. V, pag. 185]. Vertit Godfridus Tilmannus. [V. ad n. sq.]

5. Εἰς τὴν μάρτυρα Ἰουλίτταν, *in Julittam*, quæ martyrium Cæsareæ subiit. Incipit : Ἡ μὲν ὑπόθεσις τῆς Ἐκκλησίας. Meminit Martyrologium Romanum 30 Jul. et Suidas in *Βασίλειος*. Vertit Godfridus Tilmannus et ante Tilmannum Janus Corna-

(*a*) Fallitur Labbeus, qui tom. I *De scriptor. eccles.*, p. 177, homilias XXXI Erasmo interprete exhiberi scribit, cum duas tantum primores Erasmus verterit. Erasmi versionem, non Galesinii, servarunt editiones Latinæ et Græco-Latinæ operum Basilii. Homiliæ octo Basilii ex versione Antonelli, Arcimboldi prodierunt Latine Mediolani 1569, 4°; sed illæ jam mihi non sunt ad manus, uti nec Gallica S. Supplicii (Paris. 1580, 8°) nec Italica Galeazzi Sessæ interpretatio.

(*b*) Vide Combefisii *Basilium recensitum*, tom. I, p. 85, 91. Τυρινὴ Græcis, quæ Latinis Dominica Quinquagesimæ, ut Allatio Cangioque notatum.

Digitized by Google

rius. Occurrit et in *Ecclesiaste Græco* Combefisii. Fabr. In Garn. ed., II, pag. 53 sqq. Conf. Schroeckh. l. c., pag. 191. — Reperitur in XII codd. bibl. publ. Paris. — Item in cod. Vindobon. Cæs. CCXIV, n. 12, *Admonitio de gratiarum actione erga Deum*, f. potius, ut Kollar. adnotat, excerptum ex Basilio homil. *in Julittam*. V. illum et Lambet. *Comm.*, V, pag. 93. Pariter, observante Kollario, longum est fragment. ex or. *in Julittam*, quod in cod. CCXXXVI, n. 4, nempe orat. XI, inter alias oratt. Basilii, in illo cod. servatas ap. Lambec. V, pag. 185, inscribitur *Hom. de gratiarum actione;* hinc sequitur ibid. orat. XII inscripta Λόγος δεύτερος περὶ εὐχαριστίας. Homilia autem *in Julittam* est revera continuatio homiliæ *De gratiarum actione*, pridie habitæ. Vid. Schrœckh. l. c., pag. 191. — Basilii homiliæ *De gratiis Deo agendis*, et *in Julittam* martyrem, Gr. Lovan., ex offic. Rutgeri Rescii, 1533, 8°. — Lat. interprete Huberto Barlando, Philiatrio, Lovan. ex ead. offic. 1541, 8°. V. Maittaire *A. T.*, II, pag. 780, et III, pag. 323. Harl.

6. Περὶ πλεονεξίας, *in illud Lucæ* XII, 18, « *destruam horrea mea,* » etc. *De avaritia* [Garnier. II, p. 43 sqq.] Incipit : Διπλοῦν τὸ εἶδος τῶν πειρασμῶν. Ante Cornarium vertit Raphael Volaterranus, cujus interpretatio in Græco-Latinis editionibus hinc inde emendata a Frontone Ducæo. Volaterrani versio homiliarum Basilii lucem vidit apud Ascensium Paris. 1520, fol., Colon. 1551, fol. [Est in XVI codd. bibl. publ. Paris.]

7. Πρὸς τοὺς πλουτοῦντας, sive Κατὰ πλουτούντων, *In divites*, ad Luc. XVIII, 22. [Garn. II, p. 51 sqq.] Incipit : Εἴρηται καὶ πρώην ἡμῖν. Vertit Volaterranus et Cornarius. [Exstat in XV codd. Paris. bibl. publ.]

8. Ἐν λιμῷ καὶ αὐχμῷ, *tempore famis et siccitatis*, dicta homilia *in divites avaros* [Garn. II, p. 62 sqq.] Incipit : Λέων ἐρεύξεται. Vertit Volaterranus et Cornarius. [Est in XV codd. Paris. bibl. publ. Conf. Schrœckh., p. 67 sq.]

9. Ὅτι οὐκ ἔστιν αἴτιος τῶν κακῶν ὁ Θεός, *quod Deus non est auctor malorum.* [Garn. II, p. 72 sqq.] Incipit : Πολλοὶ τῆς διδασκαλίας οἱ τρόποι. Verterunt Volaterranus et Cornarius. Vidi et Gallicam versionem excusam Rothomag. 1584, 8°. Fabr. Multus est de hac hom. Schrœckh. l. c., p. 194 sqq. — Exstat in XVII codd. bibl. publ. Paris. — Florent. in cod. Laurent. XVI, n. 22, plut. 7. (Bandin. I, p. 284.) Harl.

10. Κατὰ ὀργιζομένων, *De ira*, sive *adversus irascentes* [Garn. II, p. 83.] Incipit : Ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἰατρικῶν παραγγελμάτων. Verterunt iidem Volaterranus et Cornarius. Prodiit et separatim Græce et Lat. Paris. 1587, 4°, cum interpretatione Gentiani Herveti. Fabr. A Maittaire *A. T.*, III, p. 798, edit. sic designatur : *Basilii M. hom. adversus irascentes, Gr. et Lat. interprete Dan. Augentio, cum ejus notis. Lutet. ap. Fed. Morel.* 1587, 4°.— Ibid. vero p. 330 : *Gentiani Herveti oratt. tres, De patientia*, etc., *item ab eo traducti e Græco duo D. Basilii sermones, Adversus irascentes, De invidia; et ab eodem versa e Græco Sophoclis Antigone et Herveti ejusdem epigrr. aliquot.* Lugduni ap. Steph. Doletum. 1541.— Hom. *Advers. iracundos*, Gr. Romæ 1530, 8°, in bibl. Barberinæ cat. p. 118. — Leidæ in bibl. publ. inter mss. ex legato Bonav. Vulcanii sunt adnotatt. in Basilii concionem *Contra irascentes* et Plutarchum *De virtute morali*. V. Cat. bibl. Leid. pag. 347, n. 71. — Add. ad n. 18. — Orat. illa Basilii est in XIX codd. bibl. publ. Paris. Harl.

11. Περὶ φθόνου. *De invidia.* Incipit : Ἀγαθὸς ὁ Θεός. [*Garn.* II, p. 91 sqq.] Verterunt Volaterranus et Cornarius, et Franciscus Craneveldius, Lovan. 1534, 8. Gentianus item Hervetus. Ante hos Nicolaus Perottus. Fabr. De edit. versionis Hervet. v. ad n. anteced. — Basilii M. hom. *De invidia*, Gr. et Lat. ex vers. Daniel. Augentii. Paris. ap. Morel. 1586, 4°. Vid. Pinelli Cat. I, pag. 55. — et Maitt. III, p. 795. — Censorinus — Cebetis tabula per Lodov. Odoax. e Græco conversa ; Plutarchus *De invidia et odio ; Basilii or. De invidia per Nic. Perottum traducta; Basilii epist. De vita solitaria* per Philelphum et Græco traducta, s. l. et a, 4. min. V. Fossii Catal. codd. — Magliab. I, p. 511 sq. De alia edit. Benon. 1497 v. ad n. 24. — Censorinus. — Cebetis tabula — *Basil. De invidia* et *De vita solitaria*, Lat. etc. Venet. per Bernardin. de Vital. 1500, 4°. V. Maitt. IV, pag. 720 sq. — Cel. Panzer. *A. T.*, VII, p. 270, n. 123, versionem Craneveld. et edit. refert ex Val. Andr. *Bibl. Belgic.*, pag. 227, ad A. 1534, 8°. Inscr. est : *Basilii M. homiliæ tres. De utilitate capienda ex gentilium auctorum libris. De invidia. In illud : « Attende tibi ipsi. »* Latine per Franc. Craneveld. Lovan. ex off. Rutgeri Rescii. 1534. — *Basilii M. ac Plutarchi De invidia et discrimine invidiæ et odii, oratt. II.* Leipzk. 1507, 4°. — *Athanasius in Psalm. opusc.* — *Epicteti, Angelo Politiano interprete. Basilii orat. De invidia, Nic. Perotto interprete. Plutarchus*, etc., Argentor. ex off. Matth. Schurer. 1508, 4°. Vide Panzer, VI, pag. 42, n. 131. Exstat in XIX codd. bibl. publ. Paris. Harl.

12. Εἰς τὴν ἀρχὴν τῶν Παροιμιῶν, *In principium Proverbiorum.* [Garn. II, p. 97, etc.] Incipit : Ἀγαθὸς ὁ τῆς εὐπειθείας μισθός. Verterunt Volaterranus et Cornarius. Exstat in XII codd. bibl. publ. Paris. Harl.

13. Προτρεπτικὴ εἰς τὸ ἅγιον Βάπτισμα, *Exhortatio ad baptismum et pœnitentiam.* [Garn. II, p. 113 sqq.] Incipit : Ὁ μὲν σοφὸς Σολομών. Vertit Volaterranus. [Est in XXXV codd. Paris. bibl. publ. et in cod. Coislin. CV, n. 28. V. Montfauc. *Bibl. Coisl.*, p. 179. In Cat. codd. Paris. tom. II, pag. 67, in cod. CDLXXVI, n. 18, scriptum est ab antiqua manu, e stylo judicari posse, orat. illam non esse germanum Basilii fetum. Additur : Neque illud temere ; est enim Cyrilli Hierosol. procatechesis. Harl.]

14. Κατὰ μεθυόντων, *In ebrietatem et luxum.* Ia-

Digitized by Google

cipit : Κινεῖ μέν με πρὸς τὸν λόγον. [Garn. II, pag. 122 sqq.] Vertit Volaterranus, cum cujus interpretatione separatim etiam prodiit hæc homilia Kiloniæ 1675, 4°, adjunctis aliis ebrietatis descriptionibus et accusationibus variorum scriptorum Græcorum Latinorumque. Interpretatus præter Cornarium etiam est Franciscus Craneveldius, Lovan. 1538, 8°, et Simon Stenius. Heidelberg. 1594, 8°. FABR. Secundum Maittaire *A. T.* in indice, p. 117, Craneveldii vers. Lat. prodiit Lovan. ex off. Rutgeri Rescii 1535, 8°.— Eadem Græce, ib. 1533, 8°. Idem testatur cel. Panzer. *A. T.* VII, pag. 269, n. 114, et p. 270, n. 125.—Basilii orat. *in ebrietatem*, Jacobo Fabro interprete, Daventriæ per Theod. Bœrne. 1510, 4°. V. Thott. Catal. VII, pag. 124. — *Descriptio ebrietatis*, in collectione inscripta : *Francofordiense emporium*. Ejus encomium : — — Methysomisia auctore Henr. Stephano. Epigrammata ex anthologia contra ebrietatem, cum Lat. Jos. Scaligeri interpretatione. Libanii *descriptio ebrietatis* et Basilii, Gr. et Lat. Luciani *oratt. pro ebrietate et contra ebrietatem*, etc. typis Henr. Stephani 1574, 8°. — Orat. est in XVI codd. bibl. publ. Paris. — in cod. Taurin. CXVI, fol. 42. V. *Cat. codd. Gr. Taur.*, p. 219, etc. HARL.

15. Περὶ πίστεως, *De fide*, sive *De Trinitate*. Incipit : Θεοῦ μεμνῆσθαι μὲν διηνεκῶς. [Garn. II, pag. 150, etc.] Verterunt Volaterranus et Cornarius. [Est in XVIII codd. Paris. bibl. Add. Lambec., III, p. 337, etc.]

16. Εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου, *In prima verba Evangelii Joannis*. Incipit : Πᾶσα μὲν ἡ τῶν Εὐαγγελίων φωνή. [Garn. II, p. 134, etc.] Verterunt iidem. Citatur a Pachymere Proœm. ad Dionysium Areop. [Est in XV codd. Paris.]

[Sequitur in recensione Fabric. n. 17, hom. Εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα· sed Garnier. rejecit eam pag. 583 inter spuria Basilii opp., ut suo loco pluribus ostendemus. HARL.]

[17. Εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα, *In sanctum baptisma*, spuria homilia.]

18. Εἰς Βαρλαὰμ μάρτυρα, *In Barlaamum*, Antiochenum, *martyrem*. Incipit : Πρότερον μὲν τῶν ἁγίων οἱ θάνατοι. [Garn. II, p. 138 sqq.] Meminit Martyrologium Romanum 19 Nov. Suidas in *Βασίλειος*. Verterunt Volaterranus et Cornarius. Ex Volaterrani versione legitur etiam apud Surium ad 19 Novemb. Quod vero Combefisius tom. I. *Basilii restituti*, p. 182, ait, Chrysostomi in Barlaamum nusquam comparere, fefellit eum memoria ; exstat enim tom. I Operum Chrysostomi edit. Ducæi, p. 783, et tom. V Savil., pag. 493, atque incipit : Συνεκάλεσεν ἡμᾶς εἰς τὴν ἱερὰν ταύτην ἑορτὴν καὶ πανήγυριν ὁ Μακάριος Βαρλαάμ. FABR. Du Pin putabat, hanc orat. ad Chrysostomi phrasin magis accedere, et verisimilius videri,, eam habitam fuisse Antiochiæ. Sed secus videbatur Tillemontio, qui pro Basilio, ejus parente, equis viris dimicat. Garnier. in Præf., § II, pag. IV sqq., multus est de controversia agitata et de ipsa homilia, quam ita elegantem et ornatam esse judicat, ut ejus auctor, quicunque ille fuit, præcipuum locum inter oratores mereri videatur ; comparat eam cum illa, quæ sub Chrysostomi nomine circumfertur, et colligit, utriusque orationis unum et eumdem esse auctorem, ac posteriorem, quasi prioris, Chrysostomo tributæ, epitomen, atque Antiochiæ habitam, Chrysostomo quoque posse vindicari, saltem Basilio non asserendam. Add. Schrœckh. l. c., pag. 190 sq. — Hæc homilia, item *In* XI *martyres ; Contra irascentes*, et illæ *in Lucæ* XII, 18, « *destruam horrea mea*, » atque *in Luc.* XVII, 3, « *attende tibi ipsi*, » sunt etiam in Patusæ *Encyclopædia philolog.* Venet. 1710, 8°, vol. II. — Exstat illa hom. in XII codd. Paris. HARL.

19. Εἰς μάρτυρα Γόρδιον, *In Gordium*, *martyrem*, militem Cæsariensem. Incipit : Νόμος ἐστὶ φύσεως ταῖς μελίσσαις [Garn. II, p. 141 sqq.] Verterunt Volaterranus et Cornarius. Meminit Martyrologium Romanum 3 Jan. Damascenus in *Parallelis* et Suidas in *Βασίλειος*. Exstat etiam Latine apud Bollandum et Surium ad 3 Januar. ex Volaterrani versione. FABR. Reperitur in XVI codd. Paris. — In cod. Taurinensi CXVI, inter variorum orationes in martyres, d. III Jan. (*Cat. codd. Gr. Taur.*, p. 219.) — Pariter in cod. Laurent. XVII, n. 8, plut. 9, sed inter alia variorum opera, in cod. XVI, n. 13, plut. 60. V. Bandin. *Cat. codd. Gr. Laur.*, I, p. 417, et II, pag. 607. — Matriti in cod. LXXXVI regio. V. Iriarti *Cat. codd Gr.*, pag. 454 sq. — In cod. August. Vindel. *In Barlaam*, *In Gordium ; In* XL *martyres ; Contra ebriosos et iracundos* et aliæ Basilii homiliæ. V. Reiser. *Catal.* pag. 30. HARL.

20. Εἰς τοὺς ἁγίους τεσσαράκοντα μάρτυρας. *In* XL *sanctos martyres*. Incipit : Μαρτύρων μνήμης τίς ἂν γένοιτο κόρος τῷ φιλομάρτυρι. [Garn. II, p. 149 sqq. Meminit Martyrologium Rom. 9 Martii, Damascenus in *Parallel.* et Suidas in *Βασίλειος*. Græce cum nov. versione sua et notis edidit Gerhardus Vossius ad Gregorii Thaumaturgi calcem, pag. 75. Moguntiæ 1604, 4°, et Simon Stenius. Heidelberg. 1614, 8°. Vertit et Petrus Morinus, inter cujus opuscula Latine vidit lucem Paris. 1675, 12°, pag. 226. Ante Morinum, Vossium Steniumque verterunt Cornarius, et, cujus versio apud Surium ad 9 Martii, et in Græco-Latinis Basilii editionibus exstat, Volaterranus. Vossii versionem exhibent *Acta Sanctor.*, tom. II Martii, pag. 25. FABR. Homilia *in* XL *martyr.* Græce. Lovan. ex offic. Rutgeri Rescii, 1536, 8°. Add. n. 18. — Est in cod. Naniano CXLIII, n. 13, inter sex homilias Basilii M. (*Cat. codd. Nan. gr.*, p. 334.) — In cod. Coislin. CCCLXVIII, fol. 226. (Montfauc. *Bibl. Coisl.*, p. 565.) — In XXXI codd. bibl. Paris. publ., etc. HARL.

[21. Ῥηθεῖσα ἐν Λαοκίζοις, homilia *dicta in Laocizis* (*a*).]

22. Περὶ ταπεινοφροσύνης, *De humilitate*. Incipit :

(*a*) Garnier. reposuit illam in appendice inter spuria, II, p. 587 sq., et in Præf. § IV, pag. XI sqq.

Digitized by Google

Ὄφειλεν ἄνθρωπος ἐν τῇ παρὰ Θεῷ δόξῃ μεμενηκέναι. [Garn. II, p. 156 sqq. homil. XX.] Verterunt iidem. Fabr. Joan. Casp. Suicer. edidit Ἐμπύρευμα εὐσεβείας, quo continentur miscellanea, in his II Basilii M. homil. *in illud « attende tibi ipsi, »* p. 21, et *De humilitate*, pag. 37. Tiguri. 1681, 12. — Exstat in X codd. et sequens hom. in IX codd. bibl. Paris. Harl.

23. Περὶ τοῦ μὴ προσηλῶσθαι τοῖς βιωτικοῖς, *Non adhærendum esse rebus sæcularibus, et De incendio extra ecclesiam orto.* Incipit: Ἐγὼ μὲν ὤμην. [Garn. II, pag. 165 sqq., hom. XXI.] Verterunt iidem Volaterranus et Cornarius.

24. Πρὸς τοὺς νέους, ὅπως ἂν ἐξ Ἑλληνικῶν ὠφελοῖντο λόγων. *Ad adolescentes* (consobrinos) *de gentilium libris cum fructu legendis.* Incipit: Πολλά με τὰ παρακαλοῦντά ἐστι. [Garn. II, pag. 173 sqq.] Eximiam hanc dissertationem præter Volaterranum, Cornariumque verterunt I° Leonhardus Aretinus (*a*), cujus interpretatio Colutio Salutato dicata, sine loci annique nota ante duo circiter sæcula prodiit in 4° (*b*), nec non Græcis additis, curante Hieron.

contra Tillemontium docet, illam aut spuriam aut saltem suspectam esse habendam, atque auctorem, quisquis est, aut Basilium ipsum voluisse videri, aut certe Basilianum esse studuisse. Quare eam infra secundum ordinem Garner. recensebo. Harl.

(*a*) Antiquas edd. multas, at (etiam in codd. mss. uti postea observabimus), diversis titulis instructas, jam excitavi in *Introd. in Hist. L. Gr.* II, 2, pag. 248 sq. De edd. versionis Latinæ, ab Aretino confectæ, V. Mazzuchelli *Scrittori d' Italia*, vol. II, part. IV, p. 2208. De Leonardo Aretino. V. Fabric. *B. L. med. et inf. æt.*, I, pag. 290 sqq. ed. Mansi Laur. Mehus in *Vita Aretini*, hujus epistolarum, tom. I, Florent. 1741, præmissa; et Freytag. in *Appar. litter.*, II, 843 seqq. ubi plures laudat. Harl.

(*b*) Leon Aret. Lat. versio ms. fuit in bibl. Pinell. V. Catal. III, pag. 357, n. 7952. — Est Vindobon. in cod. Cæsar. CCLXXXV, n. 68. V. Lambec. II, pag. 840. — Venetiis in bibl. Marc. cod. Lat. Cl. V. *Cat. codd. latin. Marc.*, pag. 205. — Ibid. in codd. mss. S. Michael. V. Mittarelli, *Catal.*, pag. 658 sq., qui plures aliarum biblioth. codd. et edd. in quibus varii libri exhibentur tituli, in medium producit, et pag. 111 « prodiit etiam, inquit, versio Brixiæ in vulgarem sermonem A. 1736, » atque Freytag. l. c., pag. 846 sqq. — In cod. Dresdensi Lat. vid. Goez. *Memor. bibl. Dresd.*, I, pag. 362. Aliquot edd. antiquæ, nota aut anni, aut loci, aut utriusque destitutæ, prodierunt. Vetustissima est edit. quæ incipit: *Leonardi Aretini ad Colucium Salutatum Præfatio:* in altero autem folio incipit. *Magni Basilii liber ad juvenes, quantum ex gentilium libris ac litteris proficiant*, 4, s. a. et l. — Audiffred. *De editt. Romanis sæc.* XV, pag. 363, refert edit. s. a. et l. (Romæ typis Georg. Laveri.) *E magno Basilio:* Leonardi Aretini *Traductio ad Colucium:* cum Xenophonte *De tyrannide.* — Est autem illa repetitio antiquioris edit. Venetæ typis Adami de Ambergau, de qua v. eumdem Audiffred., pag. 124 sq. Schelhorn. ad card. Quirini, lib. *De optimorum scriptorum editt.*, etc., pag. 82 sq. Panzer. *A. T.*, IV, pag. 487, n. 2737. — In catal. bibl. ducis de la Vallière, a Guil. de Bure edito, tom. I, n. 388, occurrit: *S. Basilii De liberalibus studiis et ingenuis moribus, per Leon. Aretinum ex Græco in Lat. conversus:* ac Bure addidit, *impress. circa* A. 1480, 4°. — Tum s. l. et a. *M. Basil. De poetarum, oratorum historicorumque ac philosophorum legendis libris*, cum commentariolo M. Jo. Honorii Cubitensis, etc., 4. (Panzer. l. laud., IV, pag. 94, n. 164.) — *De liberalibus studiis et ingenuis moribus liber*, per Leon. Aretin. conversus, s. a. et l. nota Mediolani 1474, 4°. Conf. *Saxii cat. librorum Mediolani editt.*, s. *Histor. litterar.-typograph. Mediol.*, pag. DLX. Panzer, II, p. 98. — Ibid. cum Petri Pauli Vergerii, Justinopolitani, *De ingenuis moribus ac liberal. studiis*, per Phil. Lavaniam 1477, 4°. V. Sax. l. c., pag. DLXVIII. Panzer. II, pag. 27. — Iidem Vergerii et Basilii libri, Mediol. per M. Anton. Zarotum Parmens. 1480, 4° (Panzer IV, pag. 356, n. 159 b.), et per Ulderic. Scinzenzeler. 1488, 4°, quam editionem, Saxio aliisque ignotam, uberius recenset Frid. Otto Menken. in *Miscellan. Lips. novis*, vol. VII, part. I, pag. 138 sqq. Ille suspicatur, vetust. edit. s. l. et a. a Fabricio memoratam, et qua se usum profitetur I. Henr. Majus in præf. ad suam editionem, esse illam ipsam s. a. et l. quam Saxius excusam Mediolani 1474 scribit. Idem alias refert editiones, et copiose agit de Vergerio ejusque utilissimo libro, et de Aretino, hujusque interpretatione, quam valde laudat. Idem nonnullorum VV. DD. errores, ex diversis Basiliani libri inscriptionibus in exemplaribus et scriptis et editis ortos, aperit. Denique comparat edit. Mediolanensem, quæ Aretini epistolam ac versionem multo curatius meliusque reddidit, cum ea, quam Majus curavit, et longum dat diversorum lectionum errorumque indicem. — Sed redeamus ad notitiam editionum antiquarum. Sine anni aut loci nota sæc. XV, prodiit Basilii lib. Leon. Aretino interprete; cum ejus epistola, s. l. et a. 4 (Norimbergæ, typis Jo. Regiomontani). V. Panzer, II, pag. 234. — *De legendis libris sæcularibus:* in fine: *M. Basilius De poetarum, oratorum, legendis libris Ulme impressus.* etc., charact. Jo. Zeineri, 4°, sine anni nota.— Opusculum M. Basilii *ad juvenes* (in fronte fol. *a.* charactere, quo usus est Schoeffer pro Psalterio, A. 1457, et pro Sto Thoma, A. 1467). In fine: *M. Basilius De poetarum — legendis libris Moguntii impressus, et per Mart. Brenningarium, quo facilius intelligatur, rubricis titulisque interstinctus*, 4°, sine anni judicio. Plura leges de rarissima hac edit. in Laire indice librorum ab inventa typographia, etc., part. I, pag. 28 sq. Senonis, 1791, 8°. — *De legendis poetis.* Ad calcem fol. in recto: *Sic finis libelli Basilii est, per A.— H.* (h. e. *Andream Hess*) *Bude.* Fol. verso: *Apologia* (sic) *Socratis incipit.* 4°. min. V. Denis *Annal. typogr.*, Maitt. Supplem., part. II, pag. 506 sq., qui suspicatur, illam ed. esse A. 1473 antiquiorem, et ejusd. *Nachtrag zu seiner Buchdruck. Geschichte Wiens*, pag. 19. — Ab eodem ibid. præter alias edd. vetustas memoratur: *Basilii — opusc. quomodo legendi sint libri sæculares*, etc.; in calce: *Zwollis per me Thymannum Petri Os de Breda*, 4°, s. a. nota. *Liber De studio poetarum et oratorum — (Lipsiæ) per Arnoldum de Colonia.* 4, sine a. nota. V. *Leich. De origine et incrementis typogr.*, Lips., p. 100, imprimis *Freytag. Appar. litter.*, II, pag. 846 sqq., qui citat ed. Brixiæ per Boninum, 1485, 4°. — *Opus divinum*, etc. Florentiæ sine a. nota, in 4°, min., cum Vergerii aliorumque libellis. V. Fossii cat. bibl. Magliabech., tom. I, pag. 271, imprimis, tom. II, pag. 782 sq. — Addita a. et l. nota sæc. XV, prodiit eodem Aretini versio: *Basilii — liber ad juvenes, quantum ex gentilium libris ac litteris.* Venetiis per Bernard. Pictorem 1478, 4°. — *De legendis antiquorum libris.* Paris., 1494, 4°. — Petri Pauli Vergerii *De ingenuis moribus*, — Basilii tractatus *De liberis educandis* cum præf. Guarini. Veron. Mediol. per Udalr. Scinzenzeler. 1495, 4°. V. Panzer., II, pag. 78, n. 467, qui citat Saxium l. c., p. 598 (leg. 597); sed Sax.

Digitized by Google

Brunello, S. I., Romæ 1594, 12 (*a*). 2. Justinus Goblerus, qui cum aliis opusculis consimilis argumenti edidit utraque lingua, notasque addidit Basil. 1537, 8°. 3. Franciscus Craneveldius, qui Latine edidit cum homilia Basilii *De invidia* et in illud : « *Attende tibi ipsi.* » Lovan. 1534, 8°. (*b*) 4. Martinus Hayneccius, qui Lipsiæ 1600, 8°, illam Græce et Latine vulgavit in *Enchiridio ethico*, in quo præterea continentur Basilii brevis hortatiuncula ad virtutes Christianas, Plutarchi *De puerorum institutione et de legendis poetis libelli*, *Herculis bivium* a Prodico descriptum, quale in Xenophontis libro secundo Ἀπομνημονευμάτων Socratis traditur : Isocratis tres orationes morales, et Agapeti *Scheda regia* (*c*). 5. Hugo Grotius cum nova versione sua hanc Basilii orationem castigatam aliquot locis et Plutarchi librum *De legendis poetis* præmisit excerptis e Stobæo Paris. 1623, 4°, in append. p. 80 — 110. Cum eadem versione et librum Plutarchi et oratio- A nem Basilii recudi curavit Joannes Potterus, Oxoniensis episcopus, additis ad calcem voluminis variis lectionibus brevibusque notis. Oxon. 1694, 8°. [V. *Act. erud. Lips.* 1695, pag. 435.] Potteriana editio una cum novis atque eruditis Jo. Henrici Maii, filii, notis recusa Francof. 1714, 4°, ad cujus calcem occurrit etiam diserta et elegans Aretini interpretatio (*d*). Notis addi potuissent, quæ Ducæus in notis ad Basilium, pag. 53 sqq., et Combefisius in *Basilio restituto*, tom. I, pag. 208 seq., monuere. [Contextus Potterianus Græcus sine versione Latina notisque in usum scholarum, (curante Jo. Tob. Krebsio (*e*), typis repetitus est Lipsiæ 1779, 8°. — Recentissima utilisque editio est : *Basilii M. ad adolescentes oratio De modo e litteris Græcis utilitatem percipiendi.* Græce, cum Jul. Garnierii et Frontonis Ducæi animadverss. edidit, præcipuam varietatem lectionis notavit, passim emendavit, notis et indice illustravit M. Frid. Guil. Sturz (profess. B

Basiliani libri mentionem non facit. — Contra Vergerii liber, Basilii liber *De liberalibus studiis* et Plut. *De educandis liberis* cum præf. Guarini, Brixiæ impress. per Baptist. Farsengum. — 1495, 4°, prodiit, teste Denis in *Supplem. annal. typogr.* Maitt. I, p. 399, n. 3365. — Petri Pauli Vergerii *De ingenuis moribus*, una cum commentar. Jo. Bonardi. — Basilii *De legendis antiquorum libris opusc. divinum.* — In fine : *Impressum Venetiis per Jo. Tacuinum de Tridino.* 1497, 4°. V. Mittareli in *Append. ad Bibl. codd. mss. monast. S. Michaelis Venetiarum*, pag. 49, et Panzer., III, p. 416. — Censorinus *De die natalis* Cebetis *Tabula* versa per Lud. Odaxium ; Luciani *Dialogus de virtute* — a Carolo Aretino — in Lat. traductus ; Epicteti *Enchiridion* ab Angelo Politiano versum — Basilii *De liberalibus studiis et ingenuis moribus liber per Leonem Aret. ex Græco in Latinum conversus; Basilii orat. De invidia* e Græco in Lat. conversa per Nic. Perottum ; Plutarchi libell. *De differentia inter odium et invidiam.* In fine : *Impressum Bononiæ per me Benedictum Hectoris Bononiensis*, A. 1497, fol. Vide plura et curatius scripta, quam ab iis, quos Panzer. l. c. I, pag. 234, citat, factum est, apud Fossium l. laud. I, pag. 512 sqq. C

Græce prodiit cod. sæc. xv, Cebetis *tabula*, Basilii M. *orat. Paræneticа ad juvenes*, Πῶς ἂν Ἑλληνικῶν ὠφελοῖντο λόγων. Plutarch. *De pueror. educat.* Xenophontis *Hieron.*, in 8°, sine ullis notis typographicis, probabiliter per Zachar. Calliergum, judicibus Maittaire *A. T.* IV, pag. 752, not. 4, et Fossio l. c., tom. I, pag. 270 et 507.

Sæc. xvi, ex prelo exiit Leon. Aretini aut aliorum VV. DD. versio Lat. Basil. *De legendis libris.* Mutinæ 1500, 4°. (Maitt. IV, pag. 729, ex bibl. Baluz., pag. 281). — *De studio poetarum et oratorum*, Lipsiæ per Jac. Thanner. 1501, 4°. — Cum præf. Leon. Aretini. ib. per Wolfg. Monac. 1503, 4°. — 1508, 4°. — *De legendis antiquorum*, etc. *libris*, cum commentario M. Jo. Honorii Cubitensis. ibid. per Jac. Thanner. 1504, 4°. Vide Leich. in *Annal. typogr.*, Lips., pag. 82. — Et sine illo comm. 1512, 4°. (Denis, *Buchdruck. Gesch. Wiens*, p. 191.) — Sine l. et a. e versione Aretini : in fine insigne typograph. cum litt. *D.* S. charact. Goth. 4. (Panzer. IX, pag. 347.) — Cum præfat. Jac. Wimphelingii per Matthiam Hupsuff. Argentinæ. 1507, 4°. — Interprete Leon. Aretino. Paris. in ædibus Ascensianis. 1508, 4°. — E versione L. Aretini, cum Vergerio, et Isocratis *Paræneси ad Demonicum.* Viennæ per Hieron. Philovallem et Jo. Singren. 1511, 4°. (Thott. *Cat.* pag. 173.) — Cum Vergerii, lib. Plutarch. *De institutione filior.*, etc., omnia correcta et in concinniorem formam reducta per Joan. Baptist. Bonetum Brixian. Brixiæ per Joan. Ant. Brixian., etc. 1511, 4° V. Panzer. VI, p. 340, ex Gras. Merckwürd., p. 245. — Basilii — una cum scholiis per Udalricum Fabri concinniter adjectis. Viennæ Panon. per Jo. Singren. 1518, 4°, quam ed. copiosius recenset Denis in : *Wiens Buchdruck. Gesch.*, pag. 190 sq. Add. Lambacher *Bibl. ant. Vindob. civicam*, p. 88. — *De liberalib. studiis et ingen. mor.*, interpr. Aretino. Lips. per Jac. Thanner. 1515, 4°. — Florent. opera et sumpta Phil. Juntæ. 1516, 8. — Ibid. per hæred. Phil. Juntæ. 1516, 8°. — Ibid. per hæred. Phil. Juntæ 1526, sine anni et loci nota. 4°. (Circ. A. 1508.) V. 8°. — Ibid. Bandini *Annal. Juntar. typogr.*, part. II, p. 108, 202, et inter dubias Juntinas edd. pag. 258 sq. — Paris. ap. Ludov. Grandin. 1543. 8°. — *De instituenda studiorum ratione*, etc., locis quam plurimis e Græco restitutis, ab aliis partim corruptis, partim omissis, lat. Paris. ap. Matthæ. Davidem. 1544, 8°, de qua ed. vid. Maittaire *A. T.*, III, p. 359, not. *d.* — Ibid. ap. Guil. Morel. 1551, 4°. — *Concio ad adolesc. quomodo ex profanis auctoribus utilitas capi possit.* Paris. 1569, 4°, cum notis margin. Bongarsii mss. in bibl. Bernensi. V. hujus cat., tom. I, pag. 253. — Jani Cornarii versio Lat. Francof. 1539, 4. Vid. Denis *Buchdr. Gesch. Wiens*, pag. 191, imprimis *Thesaur. bibliothecal.*, tom. II, Noriberg. 1738, 4°, pag. 200 sq. HARL.

(*a*) Græce. Lovan. ex offic. Barth. Granii. 1550, 8°. — Græce et Lat. ex interpretat. Jani Cornarii. Hannov. 1651, 8°. HARL. D

(*b*) Vide ad n. XI. HARL.

(*c*) It. Luciani Ἔρως s. *Cupido.* Cl. Sturzio in prolegg. ad suam edit., pag. 11, not. E ; videtur ex illa editione expressa esse Helmstadiensis Græca, quæ sine editoris nomine et notis prodiit 1660, 4°. HARL.

(*d*) Sed versionis Aretin. edit. vetustam, ad cujus fidem Majus istam recudi fecit, esse minime probam, sed erroribus pene infinitis oppletam, quibus tollendis Maii nec industria nec acumen suffecisset, pluribus docuit Fr. Otto Mencken in *Miscell. Lips. novis*, vol. VII, part. I, pag. 147 sqq. HARL.

(*e*) Idem Krebsius scripsit prolus. qua lectio auctorum veterum e Basilii M. disciplina commendatur. Lips. 1772, 4°, rec. in ejus opusculis academ. et scholasticis denuo recognitis. Lips. 1778, 8°, p. 398 — 420. HARL.

Digitized by Google

gymnasii Gerani) Geræ 1791, min. 8°. Ad calcem pag. 141 sqq. repetita est Krebsii prolusio modo memorata. — Ille liber est quoque in Jo. Patusæ *Encyclop. philos.*, vol. III init., et locus ex illo in *Lectii Corpore poet. Græcor.* init. HARL.] Laudat hanc Basilii diatribam aliquoties Jo. Damascenus in *Parallelis*, quæ exstat quoque Latine ad calcem *Statuæ Mercurialis*, editæ ab Henrico Julio Scheurl. Helmst. 1636, 8°. Gallice olim convertit Claudius de Pontux. Paris. 1561, 8°. Vide et Ludovici Thomassini *Methodum utendi poetis*, Gallice editam, lib. I, cap. 2. FABR. Anglice vertit Guil. Berker. Londini 1557, 8°. V. Brüggemann, *View*, etc., pag. 413. — Italicæ versiones sunt Jo. Maria Lucchini in : *Orazioni ed. omilie de SS. Giov. Chrisostomo e Basilio*, etc. Florent. 1711, 4°; — separatim (ab Alex. Sirigatto.) Venet. 1635, 8°;—ab alio, Brixiæ. 1736, 12°, rec. in *Operette varie* de canonico Paolo Gagliardi, Bresciano accademico della Crusca : ed. a D. Jo. Bapt. Chiaramonti. In Brescia. 1759, 8°. Vide Paitoni *Bibl. degli autori — volgarizzati*, tom. I, pag. 146 sq. Add. quorumdam codd. notitiam. Exstat in XIX codd. bibl. publ. Paris. — Augustæ Vindel. et aliæ Basilii homiliæ. V. Reiseri Cat. pag. 47, n. 39.—Monachii in cod. Bavar. CXXVIII. V. *Cat. codd. Gr. Bau.*, pag. 54. — Vindobon. in cod. Cæsar. XIV, n. 1 : Βασιλείου λόγος εἰς τοὺς νέους · πῶς ἂν ἐξ Ἑλληνικῶν ὠφελοῖντο λόγων · et n. 2, Leon. Aretini versio Lat. V. Kollar. Supplem. ad Lamb. Comm., p. 152 sq. — In cod. Escorial. V. Pluer. *Itiner. per Hispan.*, pag. 161. — Venetiis in bibl. Marc. LXXV. V. *Cat. codd. Gr. Marc.*, p. 52. — Ibid. in bibl. mss. Michael. V. Mittarell. Cat. illius bibl., p. 111. — Taurini in cod. CCCLVI, sol. 231. V. *Cat. codd. Gr. Taur.*, pag. 484. — Florentiæ in bibl. Medic. Laur., Ὁμιλία εἰς τοὺς νέους, ὅπως ἂν ἐξ Ἑλληνικῶν ὠφελοῖντο λόγων · in cod. VIII, n. 37, plut. 4. — Λόγος συμβουλευτικὸς πρὸς τοὺς νέους, ὅπως ἂν ἐκ τῶν λόγων ὠφελοῖντο, in cod. XXV, plut. 4. V. *Cat. cod. Gr. Laur.*, I, p. 527 et 547. — Ib. in cod. XXIX, n. 6, plut. 58. — In cod. XL, n. 2, plut. 59. Λόγος παραινετικὸς πρὸς τοὺς νέους, πῶς ἂν Ἑλλ. ὠφελ. λόγων. — In cod. LXXIX, n. 2, plut. 89. Vide Band. l. c., II, pag. 472, 571, III, p. 416. — Leidæ inter codd. Vossian. V. *Catal. bibl. publ. Leid.*, p. 398, n. 65. Inscriptiones enim in libris tam Græcis, quam Aretini vers. Latinis mire variare, aliquoties jam observavimus ; atque Menken. l. c., pag. 145, ex Mehusio varias libri in codd. inscriptiones, refert, notatque, auctorem operis : *Mémoires pour servir à l'hist. des hommes ill. dans la rép. des lettres*, tom. XXV, pag. 287, diversitate illa inscriptionum deceptum, Aretino diversas duas opusculorum Basilii interpretationes, alteram *De liberalibus et ingenuis moribus* libelli, alteram libri *De legendis antiquorum libris* male tribuisse ; accommodatam vero esse eorum inscriptionem : *Ad adolescentes de gentilium libris cum fructu legendis.* — At *homiliæ* nomen huic libello convenire nullo modo posse, res ipsa loquitur, adnotante Garnierio in not. ad illum librum, pag. 173. — Copiose pulchreque notat judicatque de illo lib. Schroeckh l. c., pag. 196 sqq. HARL.

[25. Εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν. *In natalem Christi sive Theophania.* Incipit : Χριστοῦ γέννησις (*a*)]

26. Εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Μάμαντα. *In S. martyrem Mamantem.* Incipit : Οὐκ ἀγνοῶ τὸ μέγεθος. [Garn. II, hom. XXIII, pag. 185 sqq.] Meminit Martyrologium Romanum 17 Augusti, et in *Parallelis* Jo. Damascenus. Verterunt Volaterranus et Cornarius, FABR. De tempore quo habita sit, contra Tillemontium disputat Garn. in *Vita*, cap. 36, p. 142 sq. — Exstat in IV codd. Paris. bibl. publ. — Græce prodiit ex typogr. Steph. Prevosteau. Paris. 1599, 4°. HARL.

27. Κατὰ Σαβελλιανῶν καὶ Ἀρείου καὶ τῶν Ἀνομοίων. *Contra Sabellianos, Arium et Anomœos.* Incipit : Μάχεται Ἰουδαϊσμὸς Ἑλληνισμῷ. Verterunt iidem. FABR. In Garnier. ed. est homilia XXIV, pag. 189 sqq., et Garn. adnotat. in cod. II Regio inscriptam esse homil. Κατὰ Σαβελλίου καὶ Ἀρείου καὶ τῶν Ἀνομοίων· καὶ ἀκριβὴς θεολογία περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. — Hom. *in Mamantem, contra Sabellianos* et aliæ Vindob. in cod. Cæs. LXVII, n. 22. sqq., et cod. XC, n. 19. V. Lamber. *Comm.*, III, pag. 332 sqq., et VII, pag. 361. — Paris. in X codd. bibl. publ. — Taurini in cod. CLI. V. cat. Codd. Gr. Taur., pag. 242. — Florent. in cod Laur. XXI, n. 5, et, mutila in fine, in cod. XXVII, n. 5. V Bandin. *Cat. codd. Laur. Gr.*, II, p. 544 et 551.

Homilias Basilii Gallice vertit, additis Asterii homiliis, Francisc. Bellegardeus, Paris. 1693, 8°. — *Omelie scelte di Basilio M.* ex lingua Gr. versæ ab Angelo Maria Ricci. Florent. 1693, 4°. — X oration. variorum Italice versæ ab Jo. Ant. Deluca. Venet. 1760, 8°. V. plura in Paiton. *Bibl. degli autori — volgarizzati*, I, pag. 144 sqq. — In Slavicam linguam conversa est Basilii M. *Institutio ad adolescentes*, et adhæret operi Slavico : Beckwar Mosquæ a mundi ζσθ', A. Chr. ,ᾠψα', 4°. *Des Kirchenlehrers Basilius Predigten und sämtliche Schriften, aus dem Griech. übersetzt von Ios. v. Wendel.* I. — VI tom. Vindobon. 1776-1778, 8°.

Hic desinunt homiliæ, et sequuntur *Ascetica* in edit. Garnier. In vet. ed. Par. et indice Fabr. adhuc sequebantur n. 28, *De pœnitentia ;* n. 29, *Ad eos, qui nos calumniantur*, etc. ; n. 30, *De paradiso* (de qua homilia jam supra ad n. I hom. quædam sunt adnotata), et n. 31, *De libero arbitrio.* De n. 28,

(*a*) Hanc homiliam Tillemontius jam in dubiis posuit, ac Garnier. in præf., § V, pag. XV sqq. multis argumentis ejus νοθείαν contra Combefisium et Du Pin demonstrare studuit. Hinc eam in appendice, pag. 595 sqq. inter dubias spuriasque homilias reposuit, et nos, eum in ordine librorum Basil. secuti, suo loco plura dicemus. HARL.

Digitized by Google

29 et 31, infra in append. ad. Garn. tom. II agemus. Quæ vero Fabric. de n. 30 scripserat, hic repetemus. HARL.

30. Εἰς τὸν παράδεισον. *De paradiso.* Ad Gen. II, 8. Incipit : Νοήσωμεν ἀξίαν Θεοῦ φυτείαν. Vertit Cornarius. Recensitam a se et in capita distinctam exhibet cum versione sua Franc. Combefisius Basilii sui tom. I, pag. 525, velut postremam homiliarum *in Hexaemeron.* Hactenus Fabricius.

[IX.] Ἀσκητικά, *Ascetica*, ubi 1. Προδιαλαλία καὶ διάγνωσις τῶν ἀσκητικῶν ὑποτυπώσεων (*a*). *Prævia allocutio ac dignotio asceticarum informationum* [Garn. II, pag. 199], sive Prologus, qui incipit, Μεγάλα μὲν τοῦ Βασιλέως, pag. 228. Exstat etiam in Latinis quibusdam Chrysostomi editionibus. FABR. Garnier. dedit inscriptionem : Ἀσκητικὴ προδιατύπωσις, *prævia institutio ascetica*, et in nota observat, in Regio cod. primo legi, προδιαλαλία καὶ προδιήγησις τῶν ἀσκητικῶν ὑποτυπώσεων, Combefisium autem nominis similitudine deceptum legisse non προδιήγησις, sed προδιάγνωσις, *prævia notitia.* Denique ab initio Garnier. non dedit cum utraque ed. Parisiensi : Μεγάλα μὲν τοῦ Βασιλέως, sed cum ed. Veneta, utroque combefis. et cod. Regio tertio, καλὰ μὲν τοῦ Βασ. — Sed de Asceticis, num et quænam illorum sunt genuina, quænam sint spuria dubiave, magna lis orta est inter VV. DD., et alii in alia omnia transeunt. Præcipue Bellarminus aliique, qui eamdem profitentur doctrinam, negant, Ascetica pertinere ad Basilium M. quod hic traditiones humanas projiciat nec admittendas ducat. Enimvero Oudinus, pag. 563 sqq., ubi multus est de illis Asceticis illaque controversia, Ascetica seu moralia judicat, genuinum esse atque etiam indubitatum Basilii fetum. Nec tamen omnia quæ hodie Asceticorum nomine comprehendi solent, olim in Asceticis comprehendebantur. Photii quidem ætate (v. cod. CXCI) Basilii opus Ἀσκητικόν duos *De jejunio* ac *De fide* libellos, Moralia et Regulas tum majores, tum minores proprie complectebatur. V. Garnier. in præmisso *Monito*, pag. 198 in primis in Præf. § XI, pag. XXXIV, sqq. Dividit illum paragraphum in novem partes et tot igitur quæstiones, in quibus diversa variorum testimonia et judicia collecta sunt atque examinata, ipsius sententia de auctoritate fideque libellorum subjecta. Quare in parte prima ostendit prævia tria opuscula, n. 1) prævium institutionem asceticam, 2) sermonem asceticum et exhortationem de renuntiatione rerum humanarum, et perfectione spiritali, 3) serm. de ascetica disciplina, quomodo monachum ornari oporteat, auctorem habuisse Basilium. In secunda probare studuit, recte sentire, qui ut libellos *De judicio* ac *fide;* ita Moralia ascribant Basilio. In tertia docet, duos breves libellos, qui post Moralia locari solent, in spuriorum numero esse ponendos. In quarta demonstrare studet, utrarumque regularum, tam breviorum quam longiorum, unum esse eumdemque auctorem. Contra in quinta parte negat, utrasque regulas et constitutiones monasticas uni eidemque auctori esse tribuendas. In sexta parte eorum adoptat ornatque judicium, qui censent, Basilium esse utrarumque regularum auctorem. In septima parte videntur illi constitutiones monasticæ Eustathii Sebasteni opus. In octava, epitimia adjungenda esse spuriis probat. Denique in nona parte expenduntur duo opuscula, quæ Combefisius in suo *Basilio recencito* pro novis ac genuinis edidit, eaque in spuriis numerat. Sed ulteriorem eorum quæ Garn. diligenter collegit et scripsit, commemorationem prohibet institutio ratio. Add. Roessler *Bibliothek*, etc., part. III, p. 89 sqq.

B. Basilii — opera quædam, scil. tractatus Ethicorum ; Ascetica ; *De virginitate* (adjuncto sermone *De paradiso*) ; *contra Eunomium* (additur in fine aliquid contra Sabellianos) ; sermones et epistolæ nonnullæ. Græce : quæ omnia nunc primum impressa sunt per Stephanum de Sabio. Venet. 1535, sol. V. Maittaire *A. T.*, II, p. 819 sq., qui locum ex dedicatione editoris in nota *b* excerptum reddidit.

In Josephi Mariæ Thomasii opere : *Institutiones theologicæ antiquorum Patrum*, etc. Romæ 1709, 1710, 1712. III voll. 8. Sunt in vol. secundo *Basilii* M. Ascetica, liber *De judicio Dei*, *De vera ac pia fide*, nec non ejus Moralia Gr. et Lat.

In codd. sunt modo plures, modo pauciores aut singulæ partes. Sic in codd. LXII, LXIII, LXIV Venet. bibl. Marci sunt Ascetica ; quænam illorum partes in singulis insint codd. cognosces ex *Cat. codd. Gr. Marc.*, pag. 43 sq. — Florentiæ in bibl. Laur. in cod. XXII, 26-28, plut. 5, quædam (Bandin. *Cat. codd. Gr. Laur.*, I, pag. 47). — In codd. XVI, n. 13 *De ascetica disciplina, quomodo oporteat ornari monachum ;* et n. 15, Excerpta ex Asceticis, ex capp. 1, 19, 146 et 306. — In cod. XX, n. 7, plut. 9, ex II sermonibus *De fide ;* sed uterque sermo multo brevior est, quam in ed. Paris. ; tum aliæ partes n. 8—14, 18 et 19 (Band. I, p. 414 et 323 sqq.) — Taurini in cod. XCI quædam partes, quæ curatius indicantur in *Cat. codd. Gr. Taur.*, pag. 182 sq. — Mosquæ in bibl. synod. codd. XXVII, XXVIII, XXIX, quæ sint, designat Matthæi in *Notit. codd. Mosq.*, p. 49, qui ex primo edidit Mosquæ 1775, 4, *Prologum* cum Xiphil. et Basilii oratt. — Monachii in bibl. Bavar. LXXXIX. V. Cat., etc., p. 34. — Quænam singulæ partes exstent in codd. Paris. disces ex indice ad vol. II *Catal. codd. Paris.*, ut de codd. Vindobonn. aliisque (de quibus supra in genere egi) brevitatis studio taceam. HARL.

2. Παραίνεσις περὶ ἀποταγῆς βίου καὶ τελειώσεως πνευματικῆς. *Adhortatio de abdicando sæculo, et*

(*a*) Sic in ms. Regio Prologus ille inscribitur, teste Combefisio, tom. II *Basilii* sui, pag. 85, qui pag. 99 et 106 alios duos prologos e ms. Regio edidit Græce et Latine, de quibus infra, monetque addendam hisce asceticis epistolam Basilii 411.

Digitized by Google

spiritali perfectione. Incipit : Δεῦτε πρὸς μὲ πάντες, pag. 232. [Garn., p. 202 sq].

3. Περὶ ἀσκήσεως, πῶς δεῖ κοσμεῖσθαι τὸν μοναχόν, *De exercitatione monastica, quo se debeat pacto excolere et ornare monachus.* Incipit : Δεῖ τὸν μοναχὸν πρὸ πάντων ἀκτήμονος βίον κεκτῆσθαι. P. 246. [Garn. p. 211, etc.]

4. Περὶ πίστεως, *De fide.* Incipit : Θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ χάριτι. Pag. 249. FABR. Garnier ordinem mutavit, et, præeuntibus Photio, ed. Veneta librisque veteribus, priore loco libell. *De judicio Dei*, p. 215 sq., posteriore autem pag. 223, *De fide* reposuit. Idem in præf. pag. XXXVIII sqq. illos libellos et moralia asserit Basilio, contra Combefisium, duo priores lib. Eustathio ascribentem, fortiter dimicans. Tillemontii quoque dubitationes tollit. HARL.

5. Προοίμιον τῶν Ἠθικῶν περὶ κρίματος Θεοῦ, *proœmium ad Ethica, de judicio Dei.* Incipit : Θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ χρηστότητι. P. 257.

6. Προοίμιον τῶν Ἠθικῶν. Aliud *Proœmium breve ad Ethica*, de his, quæ in sacris litteris vetita jussave sunt. Incipit : Τὰ περὶ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως. Pag. 272.

7. Ἠθικά, *Capita moralia* Christiana, ex meris Novi Testamenti dictis contexta et regulis LXXX sub certis capitibus sive titulis comprehensa. Incipit : Ὅτι δεῖ τοὺς πιστεύοντας τῷ Κυρίῳ μετανοῆσαι πρῶτον. Pag. 273. [Garn. II, pag. 234 sqq.] Quamquam vero nonnulla loca scriptorum sacrorum aliter quandoque citat, quam in vulgatis Novi Fœderis codicibus hodie leguntur, tamen intutum fuerit ex eo illa in his corrigere, ut probe observavit Rich. Simon, tom. III *Hist. criticæ N. T.*, pag. 111, nam non tantum est, quando e memoria citat; sed etiam ad argumentum suum sacrorum scriptorum verba leviter immutata accommodat. FABR. Conf. Schroeckh. l. c., p. 16-24. HARL.

8. Λόγος ἀσκητικός, *De institutione religiosæ vitæ.* Incipit : Ὁ ἄνθρωπος κατ' εἰκόνα Θεοῦ. Pag. 389. [Garn. pag. 318 sqq. Conf. Schroeckh., p. 29 sqq.]

9. Ὑποτύπωσις ἀσκήσεως, καὶ πρόλογος τῶν ὅρων, *Religiosæ vitæ brevis institutio et ad regulas prolusio.* Ita in ms. regis Christianiss. (*a*) inscribitur hoc scriptum, quod in editis non alium titulum habet, quam Λόγος ἀσκητικός. Incipit : Ὁ ἀσκητικὸς βίος, pag. 397. FABR. Garn., II, pag. 323 sqq., qui ex utraque ed. Par. et cod. Combef. dedit inscriptionem : Τοῦ αὐτοῦ λόγος ἀσκητικός, et in nota aliorum codd. titulum indicavit. HARL.

10. Ὅροι κατὰ πλάτος, *Regulæ monachorum fusius disputatæ* per quæstiones et responsiones LV. Incipiunt : Ἐπειδὴ Θεοῦ χάριτι. Pag. 402. FABR. Garn., II, pag. 327 sqq., qui ex codd. (quorum varietates in not. attulit) post πλάτος addidit Προοίμιον. — Regulæ ipsæ : Κεφάλαια τῶν κατὰ πλάτος ὅρων, incipiunt pag. 332. Matriti in cod. CV Regio sunt Basilii M. asceticæ et monasticæ constitutiones pro monachis, a Bessarione, Patre purpurato, in compendium redactæ; de quo cod. multus est Iriarte in *Cat. codd. Gr. Matrit.* pag. 410 sqq., qui ex eo tum indicem, tum prologum Gr. exscripsit. Tum uberius memorat notitiam ac versionem illius opusculi laudati Hispanicam, a Ludovico ab Angelis, Basiliani ordinis monacho, confectam, collato Latino cardinalis Sirleti exemplari; edit. Hispali 1615, 4. — Matriti 1664, 4. — Correct. ib. 1609 et 1669, 8. et cura Franc. de Bejar, ibid. 1736 et 1749, 12. HARL.

11. Ὅροι κατ' ἐπιτομήν, *Regulæ breviores*, quæstionibus et responsionibus CCCXIII. Incipiunt : Ὁ φιλάνθρωπος Θεός, pag. 505. Pridem ante Fumanum verterat Rufinus, cujus versio exstat in Lucæ Holstenii *Codice regularum monasticarum*, Rom. 1661, 4, parte I, pag. 95 seq. Alia apud Rudolph. Hospinianum lib. III *De origine et progressu monachatus*, pag. 69 seq. FABR. Garn., II, pag. 401 sqq., index capitum illorum, pag. 413, sequitur proœmium, et p. 414 sqq. Regulæ ipsæ breviores. In cod. Taurin. XCI regulæ fusius tractatæ et breviores capp. 350 continuo leguntur, in unum corpus redactæ. V. *Catal. codd. Gr. Taur.*, pag. 182. — Quæ de Rufini versione, eam esse contractam Regularum breviorum S. Basilii, cum Labbeo, Dupin, Caveo, Oudino aliisque scripserat Fabricius, ea castigavit Lambacher in *Bibl. antiqua Vindob. civica*, pag. 86 sq., not. *a*, et, monente jam Possevino in *Appar. sacro*, vol. I, pag. 183, animadvertit, a Rufino tam breviores quam fusius disputatas Regulas, neutras tamen integre versas esse : Rufinum inchoasse versionem suam a proœmio, quod Basilius præmiserat Regulis suis brevioribus; ab ipso primo capite incepisse Regulas fusiores, iisque nondum absolutis hinc inde admiscuisse Regulas breviores, adeoque ex utrisque unum opus reddidisse, in centum capita distinctum. Ita etiam judicarunt Hugo Menardus in notis ad *Concordiam regularum*, a S. Benedicto Anianensi abbate initio sæculi IX confectam, p. 56, et Just. Fontaninus in *Historia litteraria Aquileiensi*, lib. V, cap. 1, p. 205 sq., ubi quoque docte recenset editiones interpretationis illius (sæpe paraphraseos potius, multis etiam a Rufino de suo intextis). Copiosius tamen recenset quasdam editt. Rufinianæ regulæ Schœnemann in *Bibl. historico-litter. Patrum Latin.*, tom. I, pag. 619-622. A Maittaire A. T., IV, pag. 710, edit. Veneta 1500, 4, sic citatur : *Regulæ S. Benedicti, S. Basilii, S. Augustinii, et Francisci collect. atque ordinat. per D. Jo. Franc. Brixianum monachum — cura et impensis — Luc. Antonii de Giunta, Florentini, arte et solerti ingenio magistri Jo. de Spira.* Venet. 1500, 4. Adde Bandini *Annal. Juntar. typogr.*, part. I, pag. 7. HARL.

12. Ἐπιτίμια, *Pœnæ* LX in monachos, et XIX adversus monachas delinquentes (εἰς τὰς κανονικάς) constitutæ. Incipit : Εἴ τις ὑγιαίνων τῷ σώματι. Pag. 658. FABR Garn. II, pag. 526 sqq.,

(*a*) Vide Combefisium tom. II, pag. 155.

Digitized by Google

Pœnæ LX in monachos, et pag. 530 sq., *Pœnæ XIX in canonicas*. In præf. pag. LXXIII sqq., § XI, disputat de illis. In editt. Paris. adeoque in recensione Fabric. Epitimia non eodem loco leguntur; sic olim n. 12 pœnæ XI in monachos et XIX adv. canonicas, et n. 14 pœnæ L in monachos et monachas delinquentes, pag. 731 ed. Paris. a. 1638, quas inter Basilii scripta reperit, sed sine titulo auctoris, Janus Cornarius, et Latine interpretatus est. Contra Garnier. omnia Epitimia continuo ordine, ut in cod. Regio, simul edidit, et omnia habuit adulterina. In tres autem classes illa divisit. Prima, priora undecim Garn. editionis Epitimia complectitur; secunda reliqua omnia, usque ad sexagesimum; tertia alterius generis Epitimia, quæ, incerto auctore, inscripta sunt Ἐπιτίμια εἰς τὰς κανονικάς. At in Paris. edit. antiquiore Epitimia primæ et tertiæ classis tanquam genuina posita sunt ante monasticas constitutiones; contra, Epitimia secundæ classis tanquam adulterina post illas rejecta sunt. Quæ omnia in Præf. uberius explicat. Add. Iriart. l. c., pag. 413 sqq. — Pœnæ in monachos delinquentes et in canonicas in cod. Taurin. XCI. V. *Cat. codd. Gr. Taur.*, p. 183, ubi differentia quædam notatur. HARL.

13. Ἀσκητικαὶ διατάξεις πρὸς τοὺς ἐν κοινοβίῳ καὶ καταμόνας ἀσκοῦντας. *Constitutiones monasticæ tam ad cœnobitas quam ad solitarios*. Incip. Τὴν κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίαν ἐπανελόμενος. Pag. 662. [Garn. cui suspectæ sunt, pag. 533 sqq.] Operæ pretium fuerit conferre codicem Cæsareum, de quo Lambecius, III, pag. 123 (*a*). Ascetica hactenus commemorata Latine vertit Adamus Fumanus, cujus interpretationem, Lugd. 1540, fol., apud Gryphium editam, deinde recensuerunt Musculus, Tilmannus, Ducæus. Gallice Godfridus Hermantius Paris. 1672, 8. Dicitur et exstare editio Græca Constitutionum monasticarum cum Italica versione, excusa Romæ 1578, 4, apud Franciscum Zanettum, quam non vidi. Quamvis autem Eustathio Sebasteno a quibusdam olim tributa fuisse constet e Sozomeno III, 13, et Nicephoro IX, 16, XIII, 29, multique etiam recentiores viri docti de auctore dubitent, tamen, ut observat Natalis Alexander, Basilio asseruntur a Gregorio Naz., Hieronymo, Rufino, Cassiano, Justiniano imp. in edicto, et Photio cod. CXLI et CXCI. Confer Ducæi notas ad Basilii tom. II, pag. 28, et Billium ad Nazianzeni orat. 20, nota 60, ubi a Niceta etiam Basilio tribui testatur, et Lambecium, III, pag. 122 sq. [pag. 315 sqq. Kollar.] Θεσμοὺς ἀσκήσεως vocat Gregorius presbyter in *Vita Nazianzeni*, quem una in illis elaborasse innuit. Vide et quæ in utramque partem disputantur a Jo. Georgio Dorscheo in *Indice iniquitatis*, pag. 22 sqq., et Melch. Cornæo in *Judicio iniquitatis Dorscheanæ depulso*, pag. 19-64. FABR. Garnier. in Præf., § XI, pag. LXVI, multis rationibus evincere studuit, non Basilium, sed Eustathium Sebastenum, fuisse Constitutionum monasticarum architectum, et tam antiquiorum qui citantur tanquam pro Basilio testes, loca, quam recentiorum argumenta examinat refellitque. — Cel. Carpzov. in *Progr.* mox citando, p. 1, sentit, Basilii Ascetica fuisse ab Eustathio Sebasteno interpolata. — In n. 14, s. *Pœnarum L*, etc., opusc. desiit tomus secundus edit. Gr. Latinæ a. 1638 [ut in n. VI Fabric. Tomus I editionis Græco Latinæ Nivellianæ 1618, a qua recentior 1638 differt in hoc, quod commentarios *in Isaiam* ponit primo loco in tomo secundo, et primum vicissim claudit libris *Adv. Eunomium*, quos Nivelliana jussit in tomo secundo familiam ducere, teste Fabr. p. 78 ed. vet.] Contra ea tom. II ed. Garnier. adhuc addita sunt tanquam appendix operum Basilii, quæ Garnierio videntur falso Basilio ascripta, et quæ partim, alio tamen loco, etiam inserta sunt tomo II ed. mem. a. 1638.

1. Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, *De Spiritu sancto*. Pag. 583 sqq. Atqui sic rectius inscribitur homilia in ms. bibl. Coislin. (V. Montfaucon. *Catal.* mss., pag. 117) et duobus antiquis libris ap. Garn. Inc. Ὁ βαπτιζόμενος, εἰς Τριάδα βαπτίζεται. In utraque Paris. et apud Fabric. (qui tamen alteram probat inscriptionem), n. 17 inter homilias inscripta est: Εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα. In XV codd. Paris. citatur secundum catal. codic. orat. *in Spiritum S.* Sine inscriptione est illa homilia Florentiæ in cod. Laurent. XII, n. 24, plut. 4. V. Bandin. *Cat. codd. Gr.*, I, pag. 536. Verterunt, ait Fabr., Volaterranus et Cornarius. Prodiit separatim Helmstadii a. 1615, 8, Gr. et Lat., edente Joanne a Fuchl.

2. Ῥηθεῖσα ἐν Λαοδίζοις, *Dicta in Lacizis* homilia in aliquot Scripturæ S. loca et de hominibus non acceptandis, fugiendaque ira, invidia et avaritia. Hinc in cod. secundo Regio, in quo bis reperitur oratio hæc (teste Garn. in nota *a*) inscripta est, Περὶ κρίσεως καὶ περὶ θυμοῦ καὶ ἀγάπης, καὶ πλεονεξίας καὶ φθόνου, ῥηθεῖσα ἐν Λαοδίζοις. Inc. Ἀνταγωνίζεται ὁ ἐχθρός. Garn. II, pag. 587 sqq. Add. eum et de superiore hom. *De Spirit. S.* et de hom. *in Lacizis* habita, Basilio indigna, in præf. § III et IV, pag. X sqq. In ed. Paris. olim et ap. Fabr. numerabatur inter homilias n. 21, et Fabric. addit: « Verterunt Volaterranus et Cornarius. Citat aliquoties Damascenus in *Parallelis*. » — Exstat in cod. Au-

(*a*) Pag. 315 sqq. ed. Kollar. in cod. LXV, n. 5, et n. 4, præcedit scholion Gr. Theodori Studitæ, quo ille contendit, Constitutionum monasticarum, quæ incipiunt, Τὴν κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίαν ἐπανελόμενος, etc., verum auctorem esse Basilium. In cod. Cæsareo divisum est opus in capita triginta, quorum prologus (uti in ed. Garn.) incipit: Τὴν κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίαν ἐπανελόμενος. — In cod. Cæsar. LXXXIX, n. 5 (Lambec. l c., pag. 479) est Constitutionum monastic. cap. 24: *Quod monachus non debeat honores et prærogativas appetere*. — Exstant istæ Constitutt. in VI codd. Paris. — Florentiæ in bibl. Laurent. cod. XX, n. 8, plut. 9 (Bandin. *Cat. codd. Gr.*, I, pag. 423) et capita quædam in aliis illius bibl. codd. HARL.

Digitized by Google

gust. Vindel. teste Reisero in *Indice mss.*, etc., pag. 37. — In 13 codd. bibl. Paris. HARL.

3. Εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν, *In sanctam Christi generationem*, Garn. II, p. 595 sqq.; olim et apud Fabric. n. 25, inter homilias, ad quem num. jam Garnieri de illius νοθείᾳ judicium laudavi. Inc. Χριστοῦ γέννησις. Primum, quæ ibi adnotaverat Fabricius, huc reducam. « Hæc homilia frequenti usu in Ecclesia Græca trita, et in libris Græcorum ecclesiasticis obvia est; unde, diversis lectionibus eam abundare, notat Combefisius. [Sed Garn. in præf. pag. XVIII hac multitudine variarum lectt. arbitratur, confirmari suam sententiam, late expositam, istam orationem esse adulterinam, nec usquam se invenisse, testatur, illam hom. Ecclesiarum usu maxime tritam fuisse. Add. Oudin. l. c., pag. 551 sq. HARL.] — Græce prodiit una cum aliis Lovan. 1537, atque ex recensione Dav. Hœschelii, Augustæ Vindelicor. 1587, 8. [In collectione variarum homiliarum : Ὁμιλίαι θεοφόρων τινῶν Πατέρων. Homiliæ sacræ ex codd. vel nunc primum, vel emendatius editæ : typis Mich. Mangeri, pag. 85. HARL.] — et curante Mich. Prosselio, scholæ Northusanæ rectore. 1633, 8. [— item a Jo. Bened. Carpzov. theologo Helmstad. in Progr. acad. *Basilii Magni oratio de humana Christi generatione.* Græce et Lat. ex recensione Juliani Garnier. In sectiones primum descripta, nova versione, argumento et notulis macta. Helmstadii 1757, 4. In præfat. Carpz. valde laudat hanc homiliam, gravemque judicat et dignam tanto oratore. In contextu quidem Græco constituendo in primis secutus est Garnier., contulit tamen edit. Basileensem a. 1551, et interdum discessit a Garn. tam in verbis quam interpunctione, et in notis sane doctis atque eruditis contra Garnier., pag. 12, 23, 39, 40, etc., de fide hujus orat. pro Basilio disputat. Conf. *Nova Lips. acta erudit.* a. 1759, mens. Jan., pag. 35 sqq. HARL.]

Latine verterunt præter Volaterranum et Cornarium, ac fortassis alios, Georg. Langewithus, Lipsiæ 1575, 8, cum cujus versione eam recudi curavit Christian. Daumius in Homiliis Patrum in festum nativitatis Christi, Cygneæ 1670, 8. Prodiit et cum versione et notis Christiani Wilhelm. Caleni 1669, 4. Alias item binas editiones Helmstadienses hujus orationis a. 1600 et 1645, 4, Daumius memorat, quas non vidi. [Nec vidit illas Carpzov. qui pag. IV Præf. Calenianam edit. valde culpat, et « quod textus, ait, vitiose depravatus, et scabra jejunaque interpretatio Latina est; sic notæ etiam steriles ubique ineptiunt. » HARL.] — Argumenta, quibus hanc homiliam Basilio abjudicat Caveus [vol. I, pag. 242 ed. Basil.] non videntur mihi tam explorata, ut illis assentiri lector debeat. FABR. — Graviora tamen attulit Garnier. Dubius esse videtur, saltem non omnino decernit cl. Schroeckh l. c., pag. 186 sqq. — Exstat Vindobonæ in cod. Cæs. LXXXI, inter sedecim homil. et cod. XC, n. 2, cum aliis quatuor homiliis Basil. V. Lambec. *Comm.*, III, p. 463, ibique Kollar, et pag. 488, etc. Augustæ Vindel. in duobus codd., teste Reiser. in Indice s. Catalogo, etc. p. 8 et 30. — Florentiæ in bibl. Laurent. in cod. XXVI, n. 2, plut. 7. In cod. XVII, n. 3, plut. 9,—et cod. XXXI, n. 7, plut. 10. V. Baudin. *Cat. codd. Gr. Laur.*, I, p. 277, 416 et 495. — Venetiis in codd. Marc. jam memoratis LV, LVI, LVII bis — Cod. LXXV. — Taurini in cod. CXXXV, fol. 53. V. *Cat. codd. Gr. Taur.*, pag. 231.— Paris. in XXIV codd. bibl. publ. — Secundum Montfauc. in *Bibl. Coislin.*, pag. 179 et 423, inter libros Græcor. ecclesiast. in codd. CV, n. 22, et CCCVI, n. 31, — Matriti in cod. regio LXVI, pag. 16, vide Iriart. *Cat. codd. Gr.*, pag. 355. HARL.

4. Περὶ μετανοίας, *De pœnitentia*, pag. 603 sqq. Inc. Τῶν τὴν μετάνοιαν ἀναιρεῖν τολμώντων τὴν ἀλαζονείαν, etc. Garn. in Præf., § VI, pag. XVIII sqq., copiose demonstrat, hanc orat. in qua auctor, quisquis est, non id sibi proposuit, ut auditores suos ad pœnitentiam hortaretur, sed ut Novatianos et Montanistas, pœnitentiam negantes, confutaret, a Basilio non esse scriptam, sed ab episcopo quodam alterius episcopi rogatu. — In prior. edd. Paris. et apud Fabric., qui eam versam esse a Volaterrano et Cornario adnotat, est homilia XXVIII.

5. Πρὸς τοὺς συκοφαντοῦντας ἡμᾶς, ὅτι τρεῖς θεοὺς λέγομεν· *Adversus eos, qui per calumniam dicunt, dici a nobis deos tres.* Inc. Μεγάλη παράκλησις ψυχαῖς διὰ τὸ μισεῖσθαι, etc. Ap. Garn. pag. 609, qui in Præf. § VII, pag. XXII sqq. sustinet ostendere, hanc homil. indignam esse quæ tribuatur Basilio; sed auctorem illius sibi imitandam proposuisse eam orationem quæ inscribitur *Contra Sabellianos et Arium et Anomœos.* Secundum edit. super. Paris. et apud Fabric. numeratur homilia XXVII inter reliquas Basilianas. Vertit eam, notante Fabricio, Janus Cornarius ejusque interpretatio servata est in editt. superioribus Basilii Græco-Latinis.

6. Λόγος περὶ τοῦ αὐτεξουσίου· *De libero arbitrio.* Inc. Οἷς ἐνυπάρχει ὁ θεῖος νόμος, etc. Garn. pag. 613 sqq., nec ei tanti visa est hom. ut novam interpretationem susciperet, sed veterem, hinc inde mutatam, retinuit. In præfat. § VIII, pag. XXVI sqq. (add. § XII fin., pag. LXXVI, negat Basilium illius s. homiliæ, sive, fide duorum codd., *Prologi ascetici* fuisse parentem. Idem sentiunt Oudin. l. c., pag. 552, et Schroeckh l. mem., pag. 188 sq. — Apud Fabric. secundum editt. Paris. numeratur hom. XXXI, isque, « vertit, inquit, Cornarius. Prologus asceticus apud Combefisium pag. 106-119 *Basilii sui recensiti.* » — Exstat illa oratio in tribus codd. Paris. et Florentiæ in cod. Laurent. XX, n. 2, plut. 9. V. Bandin. *Cat. codd. Gr. Laur.*, I, pag. 423. HARL.

7. Λόγος εἰς τό· *Μὴ δῷς ὕπνον σοῖς ὀφθαλμοῖς, μηδὲ ἐπιτυστάξῃς σοῖς βλεφάροις· In illud :* « *Ne dederis somnum oculis tuis, neque indormiten palpebris tuis.* » Inc. Οὐ λυπεῖ με ἐλάττωσις τῶν συνελθόντων. Garn. II, pag. 617; quam quidem orat. Combefisius non indignam habet Basilio. Sed Garn.

Digitized by Google

in *Monito* prævio, pluribus autem et gravioribus in præf. § IX et X, pag XXVIII–XXXIII, prolatis rationibus, contra Combefisium, Cotelerium, Tillemontium et Du Pin, illarum patronos, dimicans, istam et sequentem.

8. Περὶ νηστείας, λόγ. γ'. *De jejunio orat. III* (quæ incipit Νηστείας καὶ ἱλασμοῦ ὁ καιρός, p. 621 sqq.) pro spuriis habuit; sed tamen ita rursus edendas esse censuit, ut Græca et Latina notasque mutua sumeret a Cotelerio. Nam duas istas homilias ediderunt Fr. Combefisius in *Ecclesiaste* suo *Græco*, Paris. 1674, 4, Latine duntaxat, et Jo. Baptista Cotelerius Græce ac Lat. in tom. I *Monumentorum Ecclesiæ Græcæ*, Paris. 1677, 4, pag. 38 - 40. In superioribus editt. Græco-Latinis non exstat or. III *De jejunio*. Hinc Fabric. in vet. edit., § VII, inter B scripta Basilii quæ sub ejus nomine feruntur, sed in edd. Gr.-Lat. non exstant, n. XVIII retulit. — De codd. quibusdam v. ad n. 2, inter homilias, tom. I. HARL.

9. Λόγος εἰς τὴν ὑποτύπωσιν τῆς ἀσκήσεως· *De religiosæ exercitationis informatione sermo.* Inc. Τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προστάσσοντος. Garn. II, pag. 623, ex editione Combefisii in hujus *Basilio recensito*, pag. 98 - 105, recudi fecit, et in præf. § XI, contra Combefisium disputans, probavit fuisse ab aliquo, qui Basilii Regulas diligenter legisset, illam orat. vel potius epistolam Basilio suppositam. In editt. super. Gr.-Lat. non exstat, et a Fabricio in vet. ed. inter ejusmodi omissa scripta n. XXII C memorabatur. — Exstat in VII codd. Paris. HARL.

10. Περὶ βαπτίσματος. *De baptismo.* De hoc opusc. Fabric. qui in vet. edit. numerabat post homilias IV, tom. I edd. super. Gr-Lat. « *De baptismo*, ait, et *de officiis baptizandorum baptizatorumque libri tres*, quorum secundus continet responsionem ad tredecim quæstiones; tertius vero brevior male in editis pag. 670 secundo præmittitur. Vide Combefisium *Basilii restituti* tom. I, p. 249. Vertit Wolfgang. Musculus, Basil. 1540, cujus versio in Græco-Latin. editt. exstat, a Ducæo castigata, et Janus Cornarius. » — A Garnierio, II, p. 624, inter spuria positum est id opus, quod apud illum constat duobus libris; quorum prior distinctus est in tria capp. Atqui tertium caput olim inscribebatur *Liber secundus*. Sed Garn. D in nota pag. 649: « Lucubratiuncula, inquit, quæ sequitur [n. cap. tertium apud illum] rejecta est in Reg. primo post eam commentationem, quæ in impressis libris inscribitur *Liber secundus*, sic ut in eo codice distinguantur tres libri. Res autem non tanti nobis visa est, ut propter ea judicaremus aut tres libros distinguendos esse, aut antiquum ordinem mutandum. » Liber secundus continet XIII quæst. cum totidem responsionibus. De illo opere adulterino Garn. in Præf. § XII, pag. LXXVII, suam amplissimis verbis dixit et gravissimis tuitus est argumentis sententiam, disputans inprimis contra Tillemontium et Du Pin, id Basilio asserentes, atque Combefisium, Eustathio Sebasteno tribuentem. Atque Garnierio assentitur Schroeckh l. c., pag. 203. — Florentiæ in cod. Laurent. a bibliopega inverse compacto, XX, n. 3 - 6, plut. 9, notante Bandinio in *Cat. codd. Gr. Laur.*, I, pag. 423, occurrit 1° sermo I (quod est cap. 1 libri *De baptismo*, pag. 624 ed. Garn.); — 2° Quæstio cum responsione, s. cap. 2, pag. 629 ed. Garn.; — 3° Sermo II, s. 13 quæstion. cum responsionibus, apud Garnier. pag. 652 sqq.; — 4° Sermo tertius, sive caput tertium, pag. 649 Garn. HARL.

11. Λειτουργία. *Liturgia.* Garn. II, pag. 672 sqq. Sed antequam, quæ ille reddidit, enarrem, ea quæ Fabricius in vet. ed. inter scripta, in editt. Basilii M. Gr.-Lat. desiderata n. XX et XXVI scripsit, additis quibusdam observationibus h. l. reponam. HARL.

XXV. Θεία λειτουργία, *divina liturgia* (*a*), cujus codicem Græcum plus quam mille annorum in bibliotheca Barberina reperiri testatur Montfauconus, pag. 210 *Itineris Italici*. Incipit: Ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τὸν οὐράνιον ἄρτον, τὴν τροφὴν, etc.

Græce cum liturgia Jacobi et Chrysostomi, aliisque scriptis liturgicis prodiit Paris. 1560, fol., pag. 43, typis regiis apud Guil. Morellium, et Venetiis 1548, 1601, etc.

Latine ex veteri versione in Rincaviensi S. Joannis monasterio reperta, post Jo. Cochlæum, in *Speculo antiquæ devotionis circa missam*, Moguntiæ 1549, fol., pag. 119 [conf. Ittig. *De bibliothecis Patrum*, pag. 664], edidit Claudius de Sainctes inter *Liturgica Patrum*, Antwerp. 1562, 8. Præterea vertit Gentianus Hervetus Venet. 1548, 8; Antwerp. 1562, 8.

Græce et Latine cum Herveti versione exstat in Auctario Ducæano *Bibliothecæ Patrum Paris.* 1624, fol., tomo II, et in *Bibliotheca Patrum Paris.* 1654, tom. XII, p. 282, ex Græco Demetrii Ducæ, Romæ 1526, 4.

Et cum variis lectionibus notisque Jacobi Goari, in *Euchologio Græcorum illustrato*, Paris. 1647, fol., p. 158 seq. [rec. Venet. 1730; et aliud illius liturgiæ exemplar ex ms. Isidori Pyromali, Smyrnæi, monasterii S. Joann. in insula Pathmo diaconi, p. 180, cum V. L. edit. Latinæ Margarini de la Bigne, p. 184, et not. p. 185.]

[Fabricius infra vol. XIII, § XLIV, pag. 814 sqq., dedit catalogum liturgiarum veter. editarum, et recenset pag. 816 sq. Georgii Cassandri Liturgica. Colon. 1559, 8, et in limine operum, junctim editorum, Paris. 1616, fol., in quibus non integræ quidem liturgiæ veteres, sed argumenta breviter expo-

(*a*) Basilium scripsisse aliquid hujus argumenti, et liturgiam litteris consignasse, non est dubitandum post tot veterum et totius Orientis testimonium. Sed inter tot et tam multas, quæ ab illius tempore Basilii liturgiæ allatæ sunt mutationes et interpolationes, quid demum in ea Basilii sit, certo dicere, vix est opis humanæ. Basilii liturgiam illustrat Allatius exerc. XXV, *contra Creyghtonum*. Vide et *Acta sanctor.* tom. II Junii, pag. 843.

Digitized by Google

sita habentur ex liturgia Chrysostomi per Leonem Tuscum, ex liturgia Basilii et Græca illa, et altera, quam Syri *Anaphoram* vocant; tum recenset pag. 818 sqq. amplissimam *Liturgiarum Orientalium collectionem* ab Eusebio Renaudoto, Paris. 1716, 4, duobus voll. publici juris factam. Fabric. autem observat, Renaudoti versione non tuto ubique stare nos posse, sive causæ suæ inservientis, sive non satis assequentis verum sensum, idque docuisse Mathurinum Veisserium la Croze in *Apologia pro Jobo Ludolfo contra Renaudotium* inserta *Diario litterario Hagensi*, sive *Journal littéraire*, tom. IX, pag. 239 sq. (In thesauro epistolico Lacroziano Renaudoti et ejus controversiæ cum Ludolfo frequens fit mentio. V. tom. I, pag. 136; II, p. 122, 129, 143, 155; III, p. 18 sqq, 126 sq., 153, etc.) — In illa igitur collect. est in tom. I, n. 1, Basilii liturgia a Scialach olim versa (sed Renaudotus novam ex Coptico concinnasse se versionem profitetur) pag. 1, et Renaudoti ad eam comment. pag. 169 - 300 tum ex cod. Paris. bibl. liturgia Alexandrina, initio mutila, p. 57. (a Garn. reddita,) ex cod. Regio Paris. — ac notæ Renaudoti p. 333-352. In tom. II, qui continet *liturgias* ex codd. Syriacis bibl. Colbertinæ s. Seguierianæ mss. Lat. versas a Renaud. est n. 41, *Basilii M.* (sive, ut in cod. Colbertino, *Basilii* et *Gregorii Theologi*) Liturgia s. anaphora, pag. 548, ex Andr. Masii versione, edita Antwerp. 1569, 8. — Renaudoti obss. p. 562.

Λειτουργικὸν σὺν Θεῷ ἁγίῳ, κατὰ τὴν τάξιν τοῦ τυπικοῦ τῆς πανσέπτου Μονῆς τῆς κρυπτοφέρρης, καὶ μὴν κατὰ ἔθος τῶν Ἰταλογραικῶν μοναζόντων τοῦ μεγάλου Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου. Ἐν Ῥώμῃ παρὰ Ἰωάννῃ Βαπτιστῇ τῷ Βουσσέττῳ ,αχπγ' (1683), fol., confectum ab Apollinare Agresta. Vide Baumgarten, *Nachrichten von merkwürdig Büchern*, tom. III, p. 359 sq. — Ibid. p. 357 sq. recensentur Ἀρχιερατικόν· Liber pontificalis Ecclesiæ Græcæ — labore Isaaci Haberti, etc. Paris. 1643, fol., et Goari Εὐχολόγιον, etc., jam a Fabricio memoratum; et pag. 207 sqq., *Liturgia Romana vetus*, tria sacramentaria complectens, Leonianum scilicet, Gelasianum et antiquum: Gregorianum, edente Ludovico Antonio Muratorio, — qui et ipsam cum aliarum gentium liturgiis contulit, ad confirmandam præ cæteris catholicæ Ecclesiæ de Eucharistia doctrinam, etc., Venet. 1748, II voll. fol. In prolegomen. cap. 12 et 13 demonstrasse sibi videtur Muratorius consensum Occidentalium Ecclesiarum cum Romana in doctrina de sacra cœna, et enumerat præcipuas Orientalium liturgias, primoque loco lit. Græcorum, quæ vocetur *Liturgia Basilii M. et Chrysostomi*; tum comparat Basilii liturgiam, inscriptam τῶν προηγιασμένων, et postea Copticam Basilii liturgiam: in cap. 17, inter alia ex missa, quam vocant, Basilii et ejusdem liturgia Gr. Alexandrina et Syriaca sive Coptica ostendere conatur, missam sic dictam esse verum sacrificium, etc. Huc quoque pertinere arbitror opus quod tamen ad manus non habeo:

Jos. Al. Assemanni *Codex liturgicus Ecclesiæ universæ*, in XV libros distributus. Romæ 1749-1763. XII voll. 4. HARL. Add. Zaccariæ *Bibl. Ritualis*, tom. I, p. 12; tom. II, p. 16 sq

Differt ab hac in non paucis liturgia Basilii, quam cum altera Gregorii Naz., et tertia Cyrilli ex codice Arabico (cui Coptica erant adjuncta), versam Latine edidit Victorius Scialach, Accurensis, Maronita e monte Libano, curante Marco Velsero, Augustæ Vindel. 1604, 4, et tom. VI *Bibl. Patrum Paris.* 1654, pag. 75. Incipit: *Domine, qui nosti corda hominum.* [Garn. II, p. 688 sqq., cum vers. Renaudoti.]

Nec non *Anaphora*, quam ex Syriaco dedit Andreas Masius, Antwerp. 1569, atque inde insertam habes tomo IV *Bibl. Patrum Paris.* 1575 et t. VI Paris. 1589, 1654, 1624, fol., atque supplemento Francofurtensi criticorum sacrorum tom. II, p. 439. Brevior est, atque incipit: *Æterne Deus, qui in principio homines creasti ad immortalitatem.* Anaphoræ sive liturgiæ subjicitur *precatio qua consuevit sacris operatus uti apud Deum.* Incipit: *Laudetur essentia quæ omnibus essentiis sublimior est.* [Edit. a Renaudotio, ut paulo ante jam animadverti.]

Apud Petrum Diaconum (*a*) lib. *De incarnatione et gratia Christi*, cap 8, leguntur ex Basilii Cæsariensis *oratione*, sive precatione *sacri altaris*, quam pene universum ait frequentare Orientem, quæ in nulla liturgiæ editione leguntur: *Domine virtutum ac tutamentum, malos, quæsumus, bonos facito, bonos in bonitate conserva: omnia enim potes, et non est qui contradicat tibi, cum enim volueris salvas, et nemo resistit voluntati tuæ.*

XXVI. Basilium τὸν Μέγαν ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῆς λειτουργίας citat Isaacus, magnæ Armeniæ catholicus, sæculi XI scriptor, invectiva 1 in Armenios, p. 341 (tom. II *Auctar. novi* Combefisiani). At, quæ affert, exstant hodie in Θεωρίᾳ μυσταγωγικῇ [Basilio ascripta in duob. codd. Paris. et cod. Escurial.] quæ auctorem habet Germanum, patriarcham CPol. A. Chr. 1255 defunctum, licet illa in codicibus quibusdam nomen Basilii, in aliis Cyrilli Hierosolymitani, præferat, et licet Basilio vindicare eam velit Combefisius in notis p. 420. Incipit: Ἐκκλησία ἐστὶ ναὸς Θεοῦ. FABR.

Ἱστορία μυσταγωγικὴ καὶ ἐκκλησιαστικὴ citatur et exstat in cod. Naniano CCXXVIII, n. 29. V. *Cat. codd. Gr. Nan.*, p. 422. — A Garnier. II, p. 674

(*a*) Inter Fulgentii opera, tom. IX *Bibl. Patrum* edit. Lugd., pag. 198. FABR. Renaudot. quidem in diss. *De liturgiar. Oriental. origine et auctoritate*, tom. I, pag. XXXVIII sq., contra Tillemont. aliosque ostendit, majorem dimidiam ex Fulgentio citatam partem in Gr. liturgia reperiri: sed inde nihil aliud sequi, nisi ut quædam liturgiæ Basilianæ particulæ sint servatæ, atque quænam sint germanæ, dici non posse, sobrie animadvertit cl. Schroeckh, qui l. c., pag. 203-206, de liturgia Bas. agit, et quædam contra Renaudot bene disputat. HARL.

Digitized by Google

sqq., ex Renaudoti opere cit. redditæ sunt tantum prima et tertia; 1° Liturgia S. Basilii Alexandrina, ex cod. Græco-Arabico, initio mutila, Gr. ac Lat. — 2° Liturgia S. Bas. ex Coptico conversa. — In præf. § XIII, p. LXXXV, admodum pauca de Basilii liturgia caute monet, quoniam ab aliis abunde sit de illa in utramque partem disputatum. Adde Riveti *Critici sacri* lib. III, cap. 20, p. 334 sqq. Uberius de illa egit et diversa variorum judicia collegit Oudin. in *Comm.* cit. tom. I, *de Basilio*, cap. 5, p. 572 sqq., ut Renaudoti aliorumque narrationes sententiasque prætermittam. — De cod. bibl. Paris. n. MMMXXIII, bombycino, Græco-Arabico, qui continet liturgiam Basilii Alexandrinam, Coptice versam, cum versione Arabica, sed diversa ab ea quæ occurrit in Copticis codd. plura tradit Renaudot. in Montfauc. *Paleogr. Gr.*, p. 313 sq. — Ibid. inter libros suos Gerasius in diplomate Græco patr. S. Basilii Romæ, post ann. circ. 1135, memorat τὴν ἑρμηνείαν, etc., *interpretationem liturgiæ S. Basilii*. — In bibl. Uffenbach. Francof. fuit in cod. sæc. IX, *Basilii liturgia*, sed non modo ab edita Græca in multis diversa, verum etiam ab ea quam Euseb. Renaudot. in *Collectione liturgiarum Oriental.*, tom. I, p. 57 sqq., ex Regio cod. primus edidit, longe recedens, uti fere nec Coptica nec Syriaca, nec aliæ Basilii liturgiæ invicem conveniunt. Quare J. H. Maius in *Bibl. ms. Uffenbachiana*, p. 497-522, eam Græce cum sua versione Lat. et nonnullis adnotatt. publici juris fecit. — Paris. in bibl. publ. liturgia Gr. exstat in VIII cod. V. *Cat. codd. Paris.*, vol. II; præterea in vol. I enumeratur, p. 57, inter codd. Syriacos, liturgia Basilii et Gregor. Nazianz. cum aliis in cod. LXVIII. — Pag. 72 sq. inter codd. Copticos liturg. una cum interpretatione Arabica, codd. XXIV usque ad XXX, in 4, cod. XXXIX, in 8. — Liturgia Basil. in epitomen redacta, in cod. XXX, fol. — Vindobonæ in cod. Cæs. XC, n. 3, Basilii præceptum ad sacerdotem de divina liturgia, teste Nesselio, *Cat. codd*, part. V, pag. 146. HARL.

12, 13, 14. *Tractatus S. Basilii de consolatione in adversis*, incerto, sed antiquo interprete. Garn. II, p. 697, qui in præf. § XIII, p. LXXXV sq., de hoc et duobus sequentibus opusc. Latinis, quæ apud Fabric. numerantur XIV et XV, latius disserit. HARL. Fabricius autem in veteri edit., n. XIII appendicis Gr.-Lat., p. 195 ed. Paris. a. 1618, « Latine, ait, incipit : *Quemadmodum navis cum undarum tempestate quassatur.* Non est Basilii, nec e Græco versus, sed Latine scriptus a Victore, qui post Rusticum Carthennæ Mauritaniæ in Africa episcopus circa A. Chr. 460 fuit, et hunc consolatorium libellum, qui etiam inter S. Eucherii opera legitur, ad nescio quem Basilium super morte filii scripsit, teste Gennadio cap. 77 *De scriptor. eccles.* Ejusd. Victoris liber *De pœnitentia publicani* inter S. Ambrosii opera lucem vidit, et in ms. Remensi male refertur ad Victorem Tunnensem : liber vero ad Gensericum, Vandalorum regem, *contra Arianos*, Gennadio itidem memoratus, pridem intercidit. Vide Tillemont. tom. XVI *Memor. hist eccles.*, p. 611. » Hactenus FABR. Garnier., qui tria hæc opuscula Græce unquam exstitisse dubitat, e contrario a Latinis composita fuisse pro certo habet, discedit a sententia Fabricii atque Oudini, et negat libellum primum, in quo ne unum quidem verbum de liberorum amissione legatur, illud ipsum opus esse Victoris Cartennensis, quod Gennadius ait, ideo scriptum fuisse a Victore, ut quemdam amicum suum super filii morte consolaretur. Docet, auctorem voluisse omnes consolari calamitosos, præcipue eos qui lepræ morbo afflictabantur. Denique laudat amici cujusdam judicium, illum libellum a Gallo fusse compositum, eo videlicet tempore, quo lepræ lues regiones illas maxime infestaret. De secunda oratiuncula adoptat Garn. Fabricii aliorumque judicium. Tertium denique opusculum affirmat Basilii quidem non esse; sed, aut a quo, aut quo tempore elaboratum sit, plane ignorat. HARL.

[XIV.] *De laude solitariæ vitæ*, Latine. Incipit : *Libet de singularis vitæ meæ meritis*, etc. P. 705. Neque hoc Basilium auctorem habet, sed Petrum Damiani, petitum ex ejus opusculo XI, sive libro *Dominus vobiscum*, cap. 19, tom. III Opp. pag. 103 seq. edit. Paris. 1642, fol.

[XV.] *Admonitio ad filium spiritalem*, Latine, incerto interprete. Incipit : *Audi, fili, admonitionem patris tui*, p. 208. Exstat et in appendice *Codicis regularum monasticarum*, recensita a Luca Holstenio, Rom. 1661, 4, et inter *Paræneticos veteres* cum notis Melchioris Goldasti editos Insulis 1604, 4. De Anglo-Saxonica versione ms. vide catalogum scriptorum septentrionalium in *Thesauro* Georgii Hickelii, pag. 72. FABR.

[15. *Homiliæ* octo Basilii, *quas transtulit Rufinus de Græco in Latinum*, a Garn. II, p. 712 sqq., e duobus veteribus Paris. codd. primum in lucem productæ. Add. ejus Præf. p. LXXXV sq. Conf. Just. Fontanini *Historiæ litterar. Aquileiensis* librum V, cap. 8, pag. 298 sq., qui etiam testatur, probatque, a Rufino octo, non, uti Tillemontius putabat, decem Basilii homilias Latine esse redditas, laudatque cod. Urbinatem LXVII, membr., in bibl. Vaticana, ubi pariter homiliæ VIII Basilianæ a Rufino conversæ cum prologo ad Apronianum leguntur. Octo quoque homiliæ cum Rufini præfat. in librum homiliarum Basilii, sunt in cod. Lat. Dresdensi elect. V. Goetz *Memorabilia bibl. Dresd.*, I, part. IV, p. 362.

Appendicem vol. secundi Garn. excipiunt Frontonis Ducæi in homilias et alia diversi argumenti, in regulas et fusius et brevius tractatas; in libros *De baptismo :* tum breves notæ et animadversiones Federici Morelli in quasdam Basilii homilias; denique indices. In edit. Paris. a. 1618 sunt quoque subjectæ notæ in illa aliaque opera Basilii, et totum opus obsignant variæ lectiones in Ascetica, ex codice perantiquo Gerardi Vossii notatæ ab Andrea Schotto a I edit. Græcam a. 1551.

Digitized by Google

In illa ed. a. 1618, n. XVI, claudit, ut verbis utar Fabricii, appendicem Gennadii Scholarii, patriarchæ CPolit. A. Chr. 1460 denati, dissertatio epistolica *De vitæ termino et prædestinatione* ad Josephum, monachum Thessalonicensem, pro vindicanda sententia S. Basilii, quem magnis inactat elogiis. Incipit : Κλινοπετῆς ἐδεξάμην. « Hanc dissertationem, a Maximo Margunio, Cytherorum episcopo, nactus, primus Græce ediderat David Hœschelius Augustæ Vindel. 1594, 4. Federicus Morellus Latine vertit et Basilii operibus subjunxit, cujus etiam notæ in Basilium p. 95 videantur. » HARL.

[In tomo tertio edit. Garner., post hujus mortem absolutæ, sunt Basilii M. 1° liber *De Spiritu sancto ;* 2° Epistolæ ; 3° Sermones XXIV de moribus, per Symeonem magistrum et logothetam selecti ex omnibus Basilii operibus ; 4° Liber *De virginitate.* In præfatione nonnullæ Basilii opiniones et doctrinæ, præsertim de Spiritu sancto, de traditionibus, Eucharistia, etc., expenduntur, illustrantur atque vindicantur, et auctor sæpe rem habuit cum Sculteto aliisque ad defendenda potissimum suæ disciplinæ placita, et Basilium cum illa conciliandum : frequenter dissentit quoque a Tillemontio. Sed hæc legant examinentque ii ad quorum munus forumque ejusmodi pertinent quæstiones. Tum copiose enarratur *Vita* Basilii, et de ejus scriptis, tam genuinis quam dubiis spuriisque, et tempore quo opera pleraque et epistolæ sint scriptæ, uberius agitur. Posthæc sequuntur Basilii opera.

1. Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· *Liber de Spiritu sancto ad S. Amphilochium, Iconii episcopum.* Cum interpretatione Erasmi, plurimis locis emendata : pag. 1 sqq.; at in ed. Paris. super. p. 142 tomi II, et in vet. Fabric. *Bibl. Gr.* ed. n. VIII. Fabricius autem ea quæ sequuntur scripsit de eo libro : « Hic in capita triginta divisus, atque inde τριάκοντα κεφαλαίων nomine a Joan. Damasceno in libro I, II et III *De imaginibus*, citatus (*a*), quem Basilius scripsit occasione (*b*) Aetianorum, Spiritum sanctum rebus creatis impie accensentium. Latine vertit Erasmus, cujus interpretatio prodiit Basil. 1532, 4 ; Paris. 1532, 8 ; 1580, 8 ; inque editionibus Basilii et tom. VIII operum Erasmi legitur ; vertit et Cornarius in editione Basilii Latina, Basil. 1552, fol. Porro non modo censeo, falli hos, qui istum librum vel partem ejus postremam, Erasmum secuti, Basilio abjudicant, aut suspectam habent ; sed etiam inter pulcherrima illum esse Basilii monumentorum haud dubito ; magisque audiendum Casaubonum *Exerc.* XVI *ad Baron.*, n. XXXIII et XLIII, p. 459 et 490, cui addes Theophilum Raynaudum, p. 24 *Erotematum de bonis et malis libris ;* Natalem Alex., sæc. IV, cap. 6, articulo 19, atque Allatium *contra Creyghtonum*, pag. 510 seq. *Liquet ex Basilii peroratione*, A inquit Combefisius (qui pluribus locis hunc librum emendat illustratque, et Erasmi versionem emendat) tom. II *Basilii recensiti*, p. 84, *librum hunc quasi in mysterio creditum Amphilochio, ea lege, ne in vulgus ederetur, ne quid inde æmuli in eum gravius constituerent : quo factum est, ut is obscurior antiquis manserit, non ut suæ illi auctoritatis quidquam decedat ; inter præcipuas Basilii lucubrationes merito numerandus.* Plura in Erasmi versione etiam castigaverat Joan. Billius, quæ Possevinus in *Apparatu* excerpsit. » Hactenus Fabricius. Conf. Scultet. *Medullam theol. Patrum*, qui p. 1055 magnam libri partem judicat esse Basilio suppositam ; Du Pin *Nouv. Bibl. des auteurs eccl.*, tom. II, p. 181 sq. ; Roesler *Bibl. cit.*, VII part., pag. 44-76. Oudin. *Comment.*, B etc. I. p. 560 sqq., qui, contra Du Pin ejusque asseclas potissimum disputans, cum Cocco, Anglo, in censura scriptorum quorumdam veterum, voc. Basilius, p. 245, Riveto, Erasmo, etc., evincere studet, permagnam operis partem esse interpolatam ; porro Præf. ad tom. III ed. Garn., § III sqq. et in *Vita Basilii*, cap. 30, sect. 6 (ubi ostenditur absolutum fuisse a. 375), et cap. 38, Schrœckh l. cit., qui summam dedit libri, pag. 149-164, et pag. 165-168, caute et moderate de eo judicat. — *Historiæ synodi Nicænæ* — collectæ et accurate descriptæ a Joach. Camerario, Lips. 1552, 8, additur appendix *ex disputatione, quæ ascribitur Basilio*, Cæsareæ episcopo, *De sancto Spiritu.* — Exstat liber mstus Vindobonæ in bibl. Cæsar. LXXV, n. 3 (quem cod. C utilem ad plura loca emendanda censet fore Lambec.) — In cod. LXXXVIII, n. 2. — In cod. XLIV, n. 29, ex cap. 27 et 29 operis *De Spiritu sancto* fragmenta (quæ etiam Gr. et Lat. exstant in Theodori Balsamonis *Syntagmate canonum*, cum ipsius expositione Græca, p. 1029-1036.) V. Lambec. *Comment.* III, pag. 372, 473, et VIII, p. 883. — Ibid. in cod. XII, n. 14, Basilii canon XC, ex libro *De Spiritu sancto* s. fragment. capitis 27 libri *De Spiritu sancto.* V. Kollar. Supplem. ad Lambec., pag. 113. — Eadem duo fragmenta sunt in cod. Taurin. CV. V. *Cat. codd. Taur.*, p. 196. — et in cod. Laurent. XI., n. 37 ac 38. V. Bandin. *Cat. codd. Gr. Laur.*, I, p. 74. — fragmm. in cod. Mo- D squensi XXIII, n. 4. V. Matthæi *Notit. codd. Mosq.*, p. 35. — Liber ipse Venetiis in cod. bibl. Marc. LVIII et LXVI. V. *Cat. codd. Gr. Marc.*, p. 42 et 45. HARL.

2. Ἐπιστολαί, *Epistolæ*, p. 69 sqq., quæ in Garn. edit. secundum temporis ordinem sunt positæ et in tres classes distributæ, quarum prima continet epistolas ante episcopatum scriptas, ab a. 357 usque ad a. 370, quibus adduntur nonnullæ dubiæ, quia videantur ad hoc tempus pertinere ; altera eas quas episcopus scripsit, ab a. 370 ad a. 378 ; tertia epistolas

(*a*) In tribus codd. Paris. additur quoque titulo, ἐν κεφαλαίοις τριάκοντα. HARL.

(*b*) Vide notas Benedictinorum ad S. Ambrosium, tom. II, pag. 647. FABR. Cod reg. quintus Paris. addit κατ' Εὐνομίου· sed in notis ed. Garn. p. 1, dicitur non tam Eunomium quam Pneumatomachos oppugnare Basilius ; quamvis istius quoque impietatem eadem opera subvertat. HARL.

Digitized by Google

las nulla temporis nota signatas, cum pluribus dubiis et spuriis. Numerantur vero in hac ed. CCCLXV. In comment. *De vita Basilii*, de epistolis et tempore quo illæ scriptæ fuerint, quam plurimis locis diligenter agitur. Editor autem pag. 192, post Præf., enumerat multos codd. ad quos exactæ sunt atque emendatæ Basilii epistolæ. In primis laudat tres codd. antiquissimos, Coislinian. n. CCXXXVII, sæc. circiter XI, scriptum; Harlæanum, sæc. X aut XI, et Medic.-Laurent. ab Antonio Maria Salvinio collatum : his tribus, saltem quando inter se consentiunt, plus visum est editori tribuendum, quam aliis omnibus. Primus autem complectitur epistolas 351, Harlæanus 249, Mediceus 323. Alii plures aut pauciores comprehendunt epistolas. Sic cod. Regius MMCCXCIII, olim Mazarin., qui est 500 annorum, complectitur epp. 272; cod. Reg. MMDCCCXCVII, epp. 334; Vaticanus epp. 327; Coislin. CCLXXXVIII, epp. 328; alii paucas et in cod. Regio MCMVIII reperitur *epistola ad Chilonem*. Atque quanta codd. copia epistolarum in bibl. publ. Paris. reperiatur, cognoscere licet ex indice ad *Cat. codd. Paris.*, tom. II, in quo numerari possunt LIX codd. modo plures modo pauciores epistolas *Basilii* comprehendentes. — Monachii in cod. Bavar. CIII sunt 174 epp. Basilii. V. *Catal. codd. Gr.*, p. 40. — Quæ autem Fabricius de epistolis Bas. in tomo II ed. Paris. 1618, n. X, prodidit et adnotavit, ea hic reponam. HARL.

A

B

C

D

X. EPISTOLÆ.

1. *Ad Chilonem discipulum*, Πρὸς Χίλωνα τὸν αὐτοῦ μαθητήν. Incipit : Σωτηρίου πράγματος. P. 735. Vertit Godfridus Tilmannus. FABR. In ed. Garn. epist. XLII, p. 125, ubi in notis animadvertitur hanc epistolam in cod. Mazarin. inscribi, Ὁμιλία πρός, etc.; in cod. autem Regio MMDCCCXCV, hæc legi : Τινὲς τὸν λόγον τοῦτον τοῦ ἁγίου Νείλου εἶναι λέγουσι· *Quidam hanc orationem S. Nili esse dicunt.* In cod. Medic.-Laurent. XX, inter alia Basilii opera est n. 15, plut. 9, *epist. ad Chilonem*, at auctior quam in ed. Garn. Atque Bandin. *Cat. codd. Gr. Laur.*, I, p. 424, ea quæ desunt in edit. excudi fecit. In eod. cod. n. XV fin. sunt epist. XLIV-XLVI; nam duæ ad monachum lapsum, et una ad virginem lapsam. HARL.

2. Νουθεσία πρὸς τοὺς νέους, *Admonitio* brevis *ad juniores* monachos. Incipit : Μάθε σὺ, ὦ μονάζων. P. 744. [Garn. ep. XLIII, p. 130. II.] Vertit idem Tilmannus.

3. Πρὸς μοναχὸν ἐκπεσόντα, *Ad monachum qui exciderat.* Χαίρειν οὐ λέγομεν. Pag. 744. [Garn. ep. XLIV, p. 131.] Vertit Wolfgangus Musculus.

4. Πρὸς μονάζοντα ἐκπεσόντα, *Ad* alium *monachum elapsum.* Incipit : Διττός μοι φόβος. P. 747. [Garn. p. 133, ep. XLV.]

5. Πρὸς παρθένον ἐκπεσοῦσαν, *Ad virginem elapsam.* Incipit : Νῦν καιρὸς ἐκδοῆσαι. P. 749. [Garn. p. 135, ep. XLVI.] Græce et Latine cum Jo. Curterii versione prodiit separatim Paris. 1574, 12. Contra has quinque epistolas, ut Basilio abjudicet, multa disputat in *Indice iniquitatis* Dorscheus, p. 114-172.

6. Πρὸς Ἀμφιλόχιον ἐπιστολαὶ κανονικαὶ γ'. *Ad Amphilochium* Iconii episcopum, *epistolæ canonicæ III*, canones sive constitutiones LXXXV de variis rebus, in ecclesia et inter Christianos observandis, complexæ. Prima incipit : Ἀνοήτῳ, φησὶν, ἐρωτήσαντι. Pag. 757 [p. 268 sqq. Garn. ep. CLXXXVIII, scripta a. 374.] Secunda : Πάλαι πρὸς τὰς παρὰ τῆς εὐλαβείας σου. P. 766. [p. 290 sqq. Garn. ep. CXCIX, scr. a. 375.] Et tertia : Ἀπὸ ὁδοῦ μακρᾶς ἐπανελθών. P. 773 [p. 324 sqq. Garn. ep. CCXVII, scr. a. 375.] Vertit Gentianus Hervetus, et has epistolas et Theodori Balsamonis in eas scholia. Paris. 1561, fol., inter alias Patrum canonicas epistolas post canones apostolorum conciliorumque. Prodierunt Græce et Latine cum Balsamonis scholiis, Paris. 1620, fol. [Conf. Garn. *Vitam Basil.*, cap. 31, 32 et 33, de his aliisque ad Amphil. epistolis. HARL.]

Cum scholiis Joannis Zonaræ, quæ vertit Antonius Salmatia, collegii Ambrosiani doctor, ad calcem operum Gregorii Thaumaturgi, Macarii Ægyptii, et Basilii Seleuciensis. Paris. 1622, fol.

Cum Balsamonis, Zonaræ et Alexii Aristeni scholiis Græce et Latine inter alias canonicas epistolas conciliorumque canones edidit, notasque suas addidit Guil. Beveregius in *Magno Synodico* sive *Pandectis canonum*, Oxon. 1672, fol. [Conf. infr. vol. XI, p. 56 et 57. A Græcis et Lat. interpr. sæpe dissentit rec. editor. tom. III in notis.]

7. Epistolæ ad eumdem Amphilochium fragmentum περὶ τῆς τῶν σιτίων διαφορᾶς, *De differentia ciborum.* Incipit : Τοῖς δὲ κομψοῖς ἐγκρατίταις. Pag. 780 (*a*). Legitur iterum infra epist. CCCCX, p. 1171.

Epistolæ CCCCXXVIII. Fallitur Caveus, qui ait editionem anni 1638 priore Græco-Latina Parisiensi anni 1618 esse auctiorem epistolis plus quam ducentis, quas Rich. Montacutius eruerit. Nam ne unam quidem epistolam habet, quæ non in altera etiam legatur. Ex illis porro CDXXVIII exstant in prioribus Basilii editionibus epistolæ tantum priores CLXXX (*b*) quæ partim a Vincentio Opsopœo Græce vulgatæ erant ex illustris Bilibaldi Pirckai-

(*a*) In ed. Garn. non est fragmentum, sed legitur tom. III, pag. 363, n. 4 epistolæ CCXXXVI, in qua Basilius pergit variis Amphilochii quæstionibus respondere. Conf. Schroeckh l. c., p. 129 sqq., 140 sqq. De quibusdam epp. Lambec. et Kollar. V. p. 511. HARL.

(*b*) Epistolas editionis Græcæ Basil. 1550, fol., variis locis emendat e codicibus Augustanis Dav. Hœschelius ad calcem orationis Damasceni *in transfigurationem Domini*, Augustæ Vindel. 1588, 8, pag. 110, 116, longe plures editis daturum se pollicitus.

Digitized by Google

meri codice (in bibl. regis Hungariæ pridem repo- A sito), Haganoæ 1528, 8, usque ad numerum CXLI. Cæteræ a numero CXLII ad CLXXX ab Aldo Manutio cum aliis variorum epistolis. Venet. 1499, 4 (*a*), in qua collectione etiam occurrit 1, 3, 19, 88 et 89. Illa collectio deinde cum Latina versione prodiit Genev. 1606, fol., sub falso Jacobi Cuiacii nomine. Sed alia versio est, quæ in Latinis et Græco-Latinis editionibus legitur. Obsopœanas varii verterunt, ut primam statim Guil. Budæus, alias Jacobus Mycræus, Rhetus, cujus versionem, Parisiis 1531, 8, excusam, solido Gallico vendi suo tempore notabat Genebrardus, appendice ad *Bibliothecam*, edita a. 1555.

Centesimam octogesimam primam inter canonicas Græcorum epistolas vertit Gentianus Hervetus.

CLXXXII usque ad CCII transtulit Wolfgangus B Musculus, in editione S. Basilii Latina a. 1565.

CCIII et CCIV Flaminius Nobilius a. 1603.

CCV (*b*) Basilii neutiquam est, licet sub ejus nomine afferatur in Actis concil. Nicæni II. Cæteræ usque ad CCIX a Frontone Ducæo additæ sunt ex edit. epistolarum Juliani imp., curata a Bonav. Vulcanio, Lugd. Batav. 1597, 8.

CCX ad CCXIV (*c*) Græce primus e codice Augustano vulgarat David Hœschelius ad calcem notarum ad Phrynichum, Augustæ Vindel. 1601, 4, pag. 150 seqq.

CCXV ad CCCCXVIII neque Græce neque Latine lucem viderant ante editionem Paris. 1618, in qua exstant cum versione Richardi Montacutii, qui eas C ex codicibus Anglicis descripsit et cum sua versione ad Ducæum misit. Ex editione hac recusæ ad verbum sunt in Græco-Latina anni 1638, tomo III. Elias Du Pin quando scribit (*d*), postremas Basilii epistolas ab Hœschelio versas esse, pro Hœschelio Montacutium dicere voluit.

Florentiæ in cod. Laur.-Med. XX, n. 15, est Basilii opusc. Περὶ συνεισάκτων, *De synisactis*, vel subintroductis (de quibus egit Muratorius in diss. de iis, adnexa illius *Anecdotis Gr.*, p. 218.) Inc. Ἀρξώμεθα καὶ ἡμεῖς λαλῆσαι ταῖς τῶν ἁγίων Χριστοῦ δούλων εὐχαῖς. V. Bandin. *Catal. codd. Gr. Laur.*, I, p. 424. Id antea nondum vulgatum Bandin. l. c. pag. 459-466, Gr. fecit publici juris. In cod. tribuitur quidem Basilio; num vero revera sit ejus opus, affirmare certo non audet. Est quoque *De synisactis* commentariolus in Angeli Mariæ Bandini *Græcæ Ecclesiæ Monimentis*. Florent. 1762, 8, vol. III, n. 4.

In ed. Garn. III, pag. 463 seqq., sunt inter spurias epistolas mutuæ epistolæ n. CCCLXI usque ad CCCLXIV Apollinarii et Basilii. Prima incipit: Τῷ δεσπότῃ μου αἰδεσιμωτάτῳ Ἀπολιναρίῳ ὁ Βασίλειος. Πρότερον μέν σοι, etc., atque auctor epistolæ consulit Apollinarium de *usiæ* et *substantiæ* vocabulis ac de *consubstantiali*, ut barbare dici solet. Sed epistolas istas esse supposititias, docet Garnier in *Vita Basilii*, cap. 39 fin., pag. 173. His accedit alia similis fere argumenti, edita et inscripta:

Epistola ad Apollinarem Laodicenum celeberrima de divina essentia, divi Basilii nomine ab Eustathio Sebasteno toto fere Oriente per summum scelus vulgata, ex cod. ms. bibl. Angelicæ Gr. et Lat. nunc primum in lucem prodit, historica narratione et animadversion. illustrata, Romæ 1796, 8. Editor est Leopold Sebastiani. In opere ipso sunt multæ variorum scriptorum eccles. et ab initio LXXXVII Basilii epistolæ, quas excipit epistola nunc a p. 23-29 edita, quam sequitur historia dissensionum inter S. Basilium et Eustathium Sebastenum, atque a pag. 39-fin. animadversiones in epistolam. In Prolegomenis pag. I-LXVIII orthodoxia Patrum eccles. ante concilium Nicænum defenditur. Harl.

Nonnullas Latinorum interpretum hallucinationes emendavit, qui novissime epistolas Basilii ordine temporis, quo scriptæ sunt, digessit vertitque Gallice Paris. 1693, 12: *Lettres de S. Basile le Grand, traduites du grec, disposées en meilleur ordre, avec des notes et les sommaires de chaque lettre.* Interpres Franciscus de Bellegarde.

Epistola I. [II. Garn. p. 70 seqq.] ad Nazianzenum *De vita in solitudine degenda*, ex Latina Guil. hæc epistola; sed ad hominem aulæ vitia hactenus, sub imperatore, quem præ se spernebat Julianus, expertum, quod de Basilio dici omnino non potest. Atque Garn. in *Vita Basilii*, cap. 8, 1, primum dubitat, num Juliani epistolæ ad Basilium sint genuinæ, et Du Pin ac Tillemontii, qui eam epist. a Juliano scriptam putarunt, conjecturas de tempore quo exarata videatur, eo argumento, istam ad Basilium haud missam esse, convellit.

In eod. Mosquens. synod. XLI, n. 9, sunt epistolæ Gregorii Nazianz. et Basilii M. mutuæ, cum ejusdem nonnullis aliis, in his duæ Juliani et Basilii mutuæ. Conf. Matthæi *Notit. codd. Mosq.*, pag. 61. — In cod. Vindobon. Cæsar. CCXCI, n. 2, indice Lambecio *Comm.* V, pag. 518 seq., duæ sunt epistolæ ad Gregor. Nazianz.; sed Kollar. in not. A alteram, quæ incipit: Ὁ ἐφικτῶν εἶναι λέγων τὴν τῶν ὄντων εὕρεσιν, observat scriptam esse a Basilio adversus Eunomium. Est illa epist. XVI, pag. 95 ed. Garn., inscripta, Πρὸς Εὐνόμιον τὸν αἱρετικόν. Atque sic mss. sex. V. editoris notam *a*. Harl.

(*a*) In bibl. Leidensi est exemplar illius edit. variis in locis a Gerardo Falkeburg. emendatum. V. *Cat. bibl. Leid.*, p. 279. Harl.

(*b*) In ed. Garn., p. 462, ep. CCCVI, ex epistola D ad Julianum imperatorem. Præterea epistolæ ad Julian. sunt in ed. Garn. p. 124, ep. XLI, alias ep. CCVIII et CCIX, et p. 431, ep. CCXCIII, alias ep. CLXVI. Harl.

(*c*) Epistolam CCIX integriorem ex codice Bigotiano edidit Combefisius tom. II *Basilii recensiti*, pag. 368, et ex mss. regis Galliæ Cotelerius tom. II *Monumentor. Ecclesiæ Græcæ*, pag. 92 [ep. XLI. Garn. ex codd. pag. 124,] et pars eorum, quæ adnectuntur de Lauso tribuno, legebantur etiam in vulgatis ad calcem epistolæ CCVIII. Etiam illam CCIX, quæ cum CCVIII fere eadem, integriorem legi in codice Cæsareo, notaverat Lambecius lib. v, pag. 246. [pag. 519, cod. CCXCI, 3, Kollar., et cod. CCXCII, 6, p. 524.] adde lib. VIII, pag. 485 seqq. [p. 1014 seqq. ed. Koll. quem vid. de cod LIV.] Epistola CCVI est inter epistolas Juliani duodecima. Fabr. In edit. Garn. est epist. XXXIX, pag. 122, ubi in notis editor, non ergo, ait, ad Basilium scripta

(*d*) Tom. II *Bibl. scriptorum eccles.*, pag. 192 edit. Amst.

Digitized by Google

Budæi versione legitur tomo I ejus operum (*a*). Eadem Græce et Latine cum grammatica vocabulorum interpretatione prodiit separatim Paris. 1657 [1647 ap. Maittair. *A. T.* III, pag. 910] 8. Extremam partem, quæ in editis desideratur, ex ms. Cæsareo Græce dat Lambecius III, p. 149 [cod. LXXV, p. 373 ed. Kollar., cujus notam vide. HARL.]

Epistola XLIII [38 Garn., pag. 115. ubi v. not.] a S. Maximo ad Dionys. Areopag. tom. I, p. 27, citatur ut λόγος Basilii ad fratrem Περὶ διαφορᾶς οὐσίας καὶ ὑποστάσεως. Hanc vertit [Jo. Conon. Patav. 1507, 4. V. Panzer. VIII, pag. 223] et Beatus Rhenanus Paris. 1513. Eadem epistola quibusdam locis interpolata legitur tom. II Nysseni velut ipsius ad Petrum fratrem. [Vide in Greg. Nyss.]

Epistola LXXX [189 Garnier., ibique v. not.] B legitur inter Gregorii Nysseni scripta, tom. II, pag. 438, sub titulo *De S. Trinitate ad Eustathium*, cum versione Laurentii Sifani.

Epistolam CCLXXXIX [93 Garn.] cum versione sua notisque primus Græce edidit Ger. Vossius ad calcem Gregorii Thaumaturgi, Mogunt. 1604, 4.

Basilii et Libanii epistolas mutuas, una cum aliis sex vel septem brevioribus epistolis Græce in tironum usus recudi fecit H. Stephanus 1577, 8, inter epistolia, dialogos, oratiunculas et poematia, e variis scriptoribus collecta. FABR. Basilii et Libanii epistolæ mutuæ, quas magni facit Tillemontius, probatque ut genuinas, maxime dubiæ videntur Garnier. in *Vita Basilii* cap. 39, p. 172 seqq., is tamen illas sparsim edidit, quasdam inter epp. a Basilio in secessu scriptas, quasdam, cum Basil. in presbyterorum cathedra sederet, et alias, postquam episcopus fuerat. Quarum multas p. 452 seqq. dedit. Conf. Schroeckh p. 6 seqq., qui Garn. dubitationi de omnium illarum epist. mutuarum C *ὑποθέσει* quædam opponit; Oudin. l. c., p. 568 sqq., et Rœssler l. c., qui p. 107 seqq. de epistolis Basilii in genere, et de supposititiis quoque agunt. — In : Τῶν Ἑλληνικῶν ἐπιστολῶν ἀνθολογία, Paris. ex typogr. Steph. Prevosteau, hæredis Guil. Morelli, typographi in Græcis regii, in clauso Brunello, 1583, 4. Sunt n. 12 et 13 Libanii ep. ad Basilium, et Basilii ad Olympium. — In Joach. Camerarii collectione epistolarum LXXXVI, Ἐκλογὴ καὶ οἷον ἀπάνθισμα διαφόρων ἐπιστολῶν Ἑλληνικῶν, etc. Tubingæ 1540, 8, D sunt nonnullæ Basilii epistolæ. — In Matth. Dreseri *Gymnasmatum litteraturæ* libris III, Gr. et Lat., Lips. 1574, 8, sunt in libro II Basilii M. tres epistolæ. HARL.

Basilii epistolas quasdam edidit quoque Græce Hieron. Brunellus S. J., Romæ 8, cum aliis aliorum Patrum selectis scriptis et homiliis.

Epistolas sexaginta ex Jo. Jacobi Beureri versione exhibet Abraham Scultetus tom. IV *Medullæ Patrum*, pag. 253 seq.; acceperat autem illas Scultetus a Jano Grutero, quemadmodum Beurero Græcas ex codicibus Augustanis descriptas suppeditaverat Hœschelius. In his legitur etiam epistola ad Apollinarium (*b*), quam, in editionibus Basilii haud obviam, Græce deinde et Latine cum altera ad Apollinarem et duplici Apollinaris responsoria vulgavit Cotelerius tom. II *Monument.*, p. 84. Paris. 1681, 4. Idem alias duas antea ineditas ἀνεπιγράφους, unamque item *ad Libanium* et *ad imp. Theodosium*, unam eodem loco in lucem cum versione sua extulit. [Vide infra ad n. XIX.]

[Garnier tom. III, pag. 66, edidit ex codd. fragmentum epistolæ Basil. ad Theodoram canonicam, Græce cum versione Latina. Illam epistolam integram, at ex Latina incerti cujusdam veteris interpretatione, rudi quidem, sed fida (utpote cum totidem pene verbis expressa auctoris sensum exactissime reddat, adeoque deperditi Græci textus defectum maxima ex parte suppleat), ex cod. membr. circ. sæc. XIII bibl. Monach. congregat. Casinensis Florent. (qui codex ejusdem Basilii ascetica plura complectitur, ab eodem interprete Latine versa) primum in lucem protulit Petr. Aloysius Galletius, ejusdem congregationis abbas, in (Amadutii) *Anecdotis litterar.*, vol. I, Romæ 1773, 8, pag. 27 seqq.[a]. Idem præmisit Græcum textum prioris, quæ jam innotuerat, partis, cum Lat. versione. In cod. Taurin. XCI, fol. 268, est epistola ad Theodoram canonicam : in edit. Benedictin. ep. CLXXIII. V. *Cat. codd. Gr. Taur.*, p. 183. HARL.

Epistolam Basilii CCLVII laudat Nicephorus Gregoras libro XX *Hist.*, p. 620.

Hæc de Basilii epistolis, quibus οὐδὲν ἄμεινον, *nihil præstantius* reperiri ait Suidas, quasque tanquam κανόνα et normam τοῦ ἐπιστολιμαίου χαρακτῆρος commendat Photius cod. CXLIII et epistola CCVII. FABR

Codd. aliquot notitiam subjungam; et plures epi

a Italica versio in cod. Veneto bibl. S. Michael. V. Mittarell. *Cat. illius bibl.* p. 112. — De aliis Lat. edit. vid. supra ad n. II Homiliar. Basil. M. ad Gregor. Naz. epistola. Ejusdem *De ratione vitæ solitariæ* lib., Petro Mosellano interpr. Lips. 1516, 4. Editio Lat. Budæo interprete, *De vita in solitudine agenda*, cum Budæi epistolis Lat. lib. V, et Græcis lib. I, Paris. ap. Jo. Bad. Ascensium 1531, fol., de qua ed. vide Clement. *Bibl. cur.* V, pag. 377. — Basil. — Paris. ap. Guil. Morel. 1562, 8. — Græce, cum Budæi versione. Ibid. ex typogr. Steph. Prevost — in ædibus Jo. Bene-nati, 1581, 4. Plutarch. *De fortuna Romanorum et Alexandri M.* — et Basil. M. *De vita solitaria.* Latine, Budæo interprete, Paris. ap. Senant. 1505, 4. Maittaire II, pag. 172. Basilii et Greg. Nazianz. epistolæ, nunquam antea editæ Gr. Haganoæ 1528, 8. HARL.

(*b*) Ad Apollinarium scripsisse se non diffitetur Basilius, laicus ad laicum. Vide indicem eorum ad quos Basilius scripsit, in Eustathio. FABR. In Harduini Collect. concilior., tom. III, inter acta concilii Constantinopolitani an. 553, in collatione V, est Basilii ad Patrophilum, Ægearum episc., in qua Apollinario scripsisse se non diffitetur. HARL.

(a) Quæ Latine tantum ut anecdota edidit Galletius, hæc totidem verbis Græce et Latine leguntur in epist. 22 S. Basilii, *De perfectione vitæ monasticæ*, p. 98 ed. Bened. EDIT.

Digitized by Google

stolarum codd. inter eos, quos supra laudavi, reperiuntur.

De cod. Augustano Vind., in quo sunt epist. CCCXLVIII, v. Reiser. *Indic. mss. bibl. August.*, p. 16-20. — Ibid. pag. 89. Basilii M. epistola ad quemdam Gregorium, addita nota, ab aliis illam ascribi Gregorio Nazianzeno. — Vindobonæ in cod. Cæs. LXIV, n. 21, sunt epp. XXXIV, quas recensuit Lambec. *Comm.* III, pag. 300 seqq., et Kollarius adnotat epistolam septimam in hoc et quatuor aliis codd. Cæs. inscribi Γρηγορίῳ πρεσβυτέρῳ· non, ut in ed. Basilii Opp. Benedictina, tom. III, pag. 149, ep. LV ex codd. Harlei, et tribus aliis, it. ex edit., Παρηγορίῳ, sed editor in nota observat, in sex codd. et in tribus ad marginem legi Γρηγορίῳ. (Add. Lambec. IV, pag. 481 sq. de cod. LXXIX, in quo n. 12 eadem legitur epistola). — In eodem cod. LXIV (in quo alia multa sunt Basilii opp.), n. 28 (Lamb., III, p. 298), epist. responsoria ad Optimum episcopum. — In cod. LXIII, n. 4, epistolæ XXI Basilii M., Gregorii Nazianz., Antipatri præsidis, et Juliani. (Lamb. ibid., p. 290 sqq.). — In cod. LXVII, præter multas homilias atque epp. Basilii, n. XXI, *Encomium in Meletium*, sub nomine Basilii; sed vide infra ad n. XXX et Lambec. III, p. 331. — N. autem XL, Basilii epist. ad Simpliciam de ipsius eunuchis, et Lambec. p. 336 sqq. excerpsit argumentum hujus epistolæ præmissum scituque dignum, sed omissum quoque in ed. Benedictin., atque locum memorabilem contra eunuchos. — Cod. LXXV continet CCLVIII epistolas cum XII epp. Libanii ad Basilium; de quibus multus est Lambec. III, p. 358-372, et varios errores edit. Gr. Lat. Paris. corrigit. — In cod. CCXCI, n. 1 epistola, non ad Gregorium Naz., ut in cod. proditur, sed adversus Eunomium, ac n. 3, Juliani ep. ad Basilium, hujusque integra responsio; de quibus v. Lambec. atque Kollar. V, p. 518 sqq.

Venetiis in bibl. Marc. cod. LXI, epp. CCLXXIV. « Omnes, ait Zanetti p. 42 *Cat. codd. Gr. Marc.* in edit. novissima monachorum S. Bened. præter eam, quæ posita est sub numero CCLXXIV, hoc titulo: Πρὸς ἀσθενοῦντα παραμυθητική, *Consolatoria ad infirmum*; incipit: Ὁ βίος τῶν ἀνθρώπων βραχύς. Habetur et in cod. LIV. » — Cod. LXXV, epist. ad Simpliciam hæreticam. — Cod. LXXIX, epistolæ CCCXXXVIII, et Juliani epistola; inc. τὸ ἔμφυτον, cum Basilii responsione. — Cod. CXXXIX epist. una ad Julianum, et ep. ad Simpliciam. — Cod. DLXXV. Basilii et Nazianz. epistolæ XXXVII. V. *Catal. codd. Marc.*, p. 52, 55, 80 et 302.

Inter codd. Thom. Gale in *Cat. codd. Angliæ*, II, pag. 188, n. 5945, memoratur Basilii M. epistola nondum edita; sed nec principium illius nec ulla alia notitia additur; an illa, quæ infra n. XXXII memoratur?

Florentiæ in bibl. Medic.-Laurent. in cod. XX, plut. 9, sunt varia Basilii opera; in his n. 15, epp. ad Chilonem, ad Gregorium Theologum, et ad Theodoram canonicam, tum n. 16, epist. ad Amphilochium (ad quem plures sunt epistolæ in variis codd. V indicem ad illum Cat. voc. *Basilius*). Conf. Bandin. *Cat. codd. Gr. Laur.* I, pag. 424. — In cod. VIII, plut. 4, XL homiliæ et IV epp. — In cod. IX exstant XLVII homiliæ, X epp. et liber *De virginitate*. — In cod. XII, n. 18, XXV epistolæ. — In cod. XIV, n. 2, CCCXLIV. V. Bandin. I, pag. 525, 528, 535, 539. In tom. II, in cod. VII, n. 29, plut. 57, initio erant epist. CCLXXIII, sed quædam exciderunt, notante Bandin., p. 547. — In cod. XXXIV, n. 19, epist. Basilii ad Libanium et hujus responsio. — In cod. XVI, n. 3, epist. XXIV, et in cod. XXX, n. 7, plut. 59, ep. XXXIII mutuæ Basilii ac Libanii. V. pag. 454 et 551.

Add. codd. Taurin. XCI, — CV, — CLXVI, — CLXXIX, in *Cat. codd. Gr.* p. 183, 196, 252, 266.

Epistola ad Gregor. præcepta vitæ religiosæ et perfectæ, e Græco in Italicum sermonem translata, et edita Brixiæ 1733, 12. V. Paitoni *Biblioth.*, etc., I, p. 148.

Ep. ad Gregor. Nazianz. Anglice vers. per Rich. Scherrie. Lond. sine a. nota, 8. Vide Brüggemann *View*, etc., p. 412, qui ibid. versiones Anglicas aliorum Basilii opusculorum refert. — Garnier inter spurias epp. recepit quoque pag. 462 sqq. mutuas Libanii et Basilii epistolas, et p. 462 ex Basilii epistola ad Julianum Apostatam, *de S. Trinitate*, etc. tum mutuas Apollinarii Basiliique epp., denique ad Theodosium, de quibus infra ad n. XIX agemus.

Epistolas sequuntur in appendice p. 468 sqq., præmisso monito, Ἠθικοὶ λόγοι κδ', etc., qui ad tom. II in edit. Gr.-Lat. a. 1618, in appendice primo loco ponuntur; de quibus Fabric. in vet. edit. n. XI, hæc, quæ sequuntur, litteris consignavit. HARL.

[XI.] *Sermones XXIV morales* [in append. tom. II edit. Gr.-Lat. 1618] a Simeone magistro et logotheta, excerpti e Basilii scriptis, et centonis in morem compositi λόγοι κδ'. Ἐκλεχθέντες διὰ Συμεὼν τοῦ μαγίστρου καὶ λογοθέτου ἐκ πασῶν τῶν πραγματειῶν τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου, etc. Simeon ille magister, qui etiam Metaphrastes vulgo audit, clarus fuit sub sæculi decimi initium. Loca Basilii e quibus sermones hi contexti sunt in marginibus adnotantur.

1. Περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας, *De virtute et vitio*. Incipit: Ὁ μὲν Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός.

2. Περὶ διδαχῆς καὶ νουθεσίας, *De doctrina et admonitione*. Incipit: Εἰ ἐπὶ τοσαύταις.

3. Περὶ ἀγάπης τῆς πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τὸν πλησίον, *De amore erga Deum et proximum*. Incipit: Τοὺς τῶν βιωτικῶν.

4. Περὶ ἐλεημοσύνης, *De misericordia et benignitate*. Incipit: Εἰ θαυμάζεις τὰ χρήματα.

5. Περὶ πλούτου καὶ πενίας, *De divitiis et paupertate*. Incipit: Τὰ φρέατα ἐξαντλούμενα.

6. Περὶ πλεονεξίας, *De avaritia*. Incipit: Ὅταν εἰς οἰκίαν ἀνδρός.

Digitized by Google

7. Περὶ ἁμαρτίας, *De peccato.* Incipit : Πολὺν, ἀγαπητοί.

8. Περὶ μετανοίας, *De pœnitentia.* Incipit : Διττός μοι φόβος ἐνέσκηψε.

9. Περὶ προσευχῆς, *De precatione.* Incipit : Χρὴ τὴν προσευχήν. Hic sermo cum Nicolai Glaseri versione, junctus duobus libris Chrysostomi *De modo orandi Deum*, prodiit in ejusdem Glaseri *Cynosura pietatis et morum* Græco Latina, Giessæ 1609, 8.

10. Περὶ νηστείας, *De jejunio.* Incipit : Στρατηγοὶ μὲν εἰς παράταξιν.

11. Περὶ θανάτου, *De morte.* Incipit : Ὦ τοῦ θαύματος, ἀγαπητοί. Hanc ex mss. Vaticanis vertit et Latine inter opera Ephræmi Syri edidit Ger. Vossius, tom. I, p. 200.

12. Περὶ λύπης καὶ ἀθυμίας, *De mœrore et tristitia.* Incipit : Ὅταν ἴδω καὶ τὸ κακὸν εὐδοξούμενον.

13. Περὶ ὑπομονῆς καὶ μακροθυμίας, *De patientia et tolerantia.* Incipit : Μηδεὶς ἐξ ὧν ἔπαθε.

14. Περὶ μελλούσης κρίσεως, *De futuro judicio.* Incipit : Ὅταν μέλλῃς ἐπί τινα ὁρμᾷν. Hunc quoque sermonem Latine a se versum exhibet Ger. Vossius tom. I Operum Ephræmi Syri, p. 211.

15. Περὶ ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας, *De principatu et potestate.* Incipit : Καλὸν ἀεὶ, τὸ χεῖρον ὑπὸ τοῦ κρείττονος ἄγεσθαι.

16. Περὶ γαστριμαργίας καὶ μέθης, *De ingluvie et ebrietate.* Incipit : Μονότροπος ὁ τοῦ Χριστιανισμοῦ βίος.

17. Περὶ ὀργῆς καὶ ἔχθρας, *De ira et odio.* Incipit : Μέγιστον κατηγόρημα Χριστιανοῦ.

18. Περὶ φθόνου καὶ βασκανίας, *De livore et invidia.* Incipit : Πολλὴν ἡμῖν ἐμποιεῖ τὴν ἄνοιαν.

19. Περὶ σωφροσύνης καὶ ἀκολασίας, *De temperantia et incontinentia.* Incipit : Ὁ τῶν Μακεδόνων Ἀλέξανδρος.

20. Περὶ ταπεινοφροσύνης καὶ κενοδοξίας, *De humilitate et vana gloria.* Incipit : Ἀμήχανον τὸν μὴ καταδεξάμενον.

21. Περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας καὶ φρονήσεως, *De felicitate ac infortunio;* tum etiam *De prudentia.* Incipit : Οὔτε τὰ δεξιά.

22. Περὶ προνοίας, *De providentia.* Incipit : Τοῦ ἐν τῷ προστάγματι.

23. Περὶ ψυχῆς, *De anima.* Incipit : Τὸ τὴν πᾶσαν σπουδήν.

24. Περὶ τιμῆς γονέων, καὶ γήρως, καὶ νεότητος, *De honore quo afficiendi sunt parentes, de senectute et juventute.* Incipit : Τὸ, Ἐξεγέρθητι, Κύριε.

Prodierunt hi sermones primum Græce e bibl. regis Christianissimi, Paris. apud Guil. Morellum 1556, 8. Hinc a Simone Mailleo, archiepiscopo Turonensi, translati in Latinum sermonem, ibid. 1558, 8. Postea utraque lingua cum nova interpretatione Stanislai Ilovii, Francof. 1598 et 1611, 8. Simonis a Maille interpretatio Latina servata est in Græco-Latinis operum Basilii editionibus. Ex his ethicis, A suspicor, esse homilias novem breviores, quas a Francisco Vergara versas esse Latine narrat Nicolaus Antonius in *Bibl. Hispana.* FABR. Sunt in decem cod. bibl. publ. Paris.

Ultimum locum in tomo III ed. Garn. occupat Περὶ τῆς ἐν παρθενίᾳ ἀληθοῦς ἀφθορίας πρὸς Λητοῖον ἐπίσκοπον Μελιτηνῆς (*a*), *Liber de vera virginitatis integritate ad Letoium, Melitinensem episcopum.* Incipit : Οἱ μὲν πολλοὶ τῶν τὸν νυμφίον, etc. In ed. Paris. a. 1618, tom. I, et a Fabricio in vet. ed. in recensione illius tomi II, V, inter genuina recipitur Basilii opera. Atque Fabricius hæc quæ sequuntur de illo libro notavit : « Vertit Ambrosius Camaldulensis, Venet. 1550, 8. Licet vero Dorscheus noster in *Indice iniquitatis*, pag. 173 sq., et ex ipsis etiam B Rom. Ecclesiæ addictis Natalis Alexander et alii libell. *De virginitate* Basilii esse negent, tamen illi vindicat hoc scriptum, a Suida etiam memoratum, Combefisius testimonio Nazianzeni, qui orat. 20, *De Basilio*, pag. 358, τὰ ἔγγραφα Ipsius de virginibus διατάγματα commemorat. Letoius ille laudatur a Theodorito IV, 2, *Hist.* » Hactenus Fabricius. Atenim Garnier., qui in prævio *Monito* illum librum spurium esse demonstrat ex styli dissimilitudine et imaginibus indecoris, atque quoniam Letoius ille, cui nuncupatus est liber, pluribus post Basilii mortem annis ad dignitatem episcopi Melitinensis pervenit, primum Suidam nihil moratur; deinde Nazianzeni testimonium, quod grave videtur, et quo Combefisius ac Du Pin ad librum Basilio unice asserendum, C nituntur, non de nostro intelligit libro. « Sed, ait, cum Gregorius Basilii scripta laudat, quibus virginitatem vere colere docebat, *Regulas* indicat, quæ nihil prorsus habent, quod non ad optimam excolendæ virginitatis rationem pertineat. Atque etiamsi constaret Basilium singulari opera *De virginitate* scripsisse: verum illud opus desiderandum esset; minime vero illud, quod in manibus habemus affingi ei in tam manifesta styli dissimilitudine ac temporum discrepantia deberet. » Opus tamen, ab antiquitate commendatum, concedit, scriptum esse quarto sæculo, eidemque Letoio nuncupatum Melitinensi, ad quem etiam Gregorii Nysseni exstat epistola canonica. Garnierio assentitur D Schroeckh l. c., pag. 205, sed multo copiosius persequitur idem argumentum Oudin. l. c., pag. 553 sqq., qui primum nominat Bellarminum, Labbeum, Du Pin, Caveumque, qui id opus censent legitimum esse Basilii fetum; dein vero multas rationes, quibus motus Godefr. Hermantius in *Vita Basilii et Gregorii Nazianz.* Gallice scripta, id abnegavit Basilio, refert, probatque et ornat. — Exstat in cod. Naniano Venet. CXXIII, n. 15, de quo v. *Cat. codd. Gr. Nan.*, p. 256 sq., et in codd. Bavar. Monach. XXXII, LXXXIX et XCIII. V. *Cat. codd. Gr. Bav.*, p. 8, 54 et 55. — Dresdæ in bibl. elect. est cod. Latin. qui continet Athanasii et Basilii opp. In his Basilii *De militia monachali* ad quemdam discipulum

(*a*) Vulgo legitur Μελίτης· sed Garnier. fide codd. correxit Μελιτηνῆς.

Digitized by Google

sanum; *De laudibus vitæ solitariæ*; ad Letoium *De vera integritate virginitatis* et quasdam epp. ad Amphilochium, ad Terentium et alias; *De studio gentilium litterar.* lib. et Rufini in librum homil. Basilii Præfationem cum VIII homiliis. V. Goetz. *Memor. bibl. Dresd.*, tom. I, coll. 4, p. 363 sqq.

Hæc sunt opera et genuina et dubia spuriaque, quæ continentur in edit. Garn.-Benedictinorum. Agmen claudunt addenda atque emendanda ad tria volumina; tum selectæ Frontonis Ducæi notæ in librum *De Spiritu sancto*, denique indices.

Ne quid autem eorum quæ Fabric. in vet. ed. adhuc scripserat, in hac ed. desideretur, reliqua hic subjiciam, omissis iis, quæ jam in superioris Garnerianæ edit. recensione reddideram. In appendice igitur ad tom. II edit. Gr. Lat. a. 1618, et apud Fabric. olim, n. XII sqq., adhuc reperiuntur :

XII. Περὶ γραμματικῆς γυμνασίας, *De grammatica exercitatione.* Incipit : Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ..... et δεῖ σε γινώσκειν, ὦ παιδίον. P. 171. Vertit Gilbertus Cognatus, Nozorenus. De hujus libelli editionibus dixi tomo sexto hujus *Bibliothecæ*, pag. 319 et 322, ubi monui etiam, verum auctorem non esse S. Basilium, sed Manuelem Moschopulum, longe recentiorem scriptorem, qui circa sæculi XIV finem claruit. Fabr. Conf. Henr. Vales. *De critica*, lib. I, cap. 25, pag. 173 sq. — In Gilberti Cognati (Cousin) Nozoreni operibus, Basil. 1542, fol., tom. I, n. 1. V. Baumgarten. *Nachricht. von merkwürd. Büchern*, tom. X, p. 48 sqq.

Quæ sequuntur n. XIII, *De consolatione in adversis*; n. XIV, *De laude solitariæ vitæ*, et XV, *Admonitio ad filium spiritalem*, et Garnier. tom. II, inter spuria reposuerat, item n. XVI. *Gennadii diss. epistolica*, atque XVII, *Frontonis Ducæi notæ*, jam supra suis locis explicita sunt. Harl.

VII. *Scripta S. Basilii, vel quæ sub ejus nomine feruntur, sed quæ in editionibus Græco-Latinis non exstant.*

XVIII. *Homilia tertia de jejunio*, [edita a Garnerio in tom. II, inter spuria Basilii scripta, et ego de illa ad n. 2 spuriorum illorum dixi. Harl.]

Homilia in Proverbiorum VI, 4, edita Græce et Latine a Cotelerio in tom. I *Monumentor. Ecclesiæ Græcæ*, p. 28-37. Incipit : Οὐ λυπεῖ με ἐλάττωσις τῶν συνελθόντων. Hanc quoque [ut superiorem] ante Cotelerium verterat Latineque ediderat Franciscus Combefisius in *Ecclesiaste Græco*, qui loca quædam illius illustrat tom. I *Basilii recensiti*, p. 21.

XIX. Ad Apollinarium epistolæ duæ, unaque ad Libanium : ad Theodosium imp. una, et duæ commendatitiæ ad incertum, Græce et Latine editæ ab eodem Cotelerio tom. II *Monumentor.* pag. 84 seq. una cum Apollinarii binis, totidemque Libanii ad Basilium epistolis et una ad eumdem Amphilochii. Paris., 1681, 4. Epistolas mutuas Apollinarii et Basilii ab Arianis vel Apollinaristis confictas esse, non diffitetur ipse Cotelerius, quem, si placet, vide pag. 553. Illi vero ad Theodosium hanc notam additam in ms. reperisse idem p. 559 monet : Ἡ ἐπιστολὴ αὕτη οὔτε ἀπὸ τῶν νοημάτων οὔτε ἀπὸ τῆς φράσεως ἔοικεν εἶναι τοῦ μεγάλου Βασιλείου. Fabr. Garn. III, p. 463. V. supra ubi n. X de epistolis agebatur, ad finem notata, ubi quoque Basilii ep. ad Apollinarem Laodicenum supposititia allata est. — Epistola ad Theodosium imp., ap. Garn. III, p. 466 sq., inter spurias ex Cotelerii *Monum. Eccl. Græcæ*, tom. II, p. 97. Atque in margine notatur, alias legi tantum τῷ βασιλεῖ. Tillemontio quidem videtur hæc epistola juvenem et rhetorem non dedecuisse, isque Theodosium, cui inscripta est epistola, non magnum illum imperatorem intelligit, sed præsidem aliquem Cappadociæ. At in nota animadvertit editor Benedict. in ed. Garn. totam epistolam Basilii stylo atque ingenio repugnare, et alias adducit rationes graves, quibus impugnatur Tillemontii judicium, et litteram esse adulterinam demonstratur. Harl.

XX. *Rationes syllogisticæ contra Arianos, quod Filius sit Deus*, prodiere tomo V *Lectionum antiquarum* Henr. Canisii, pag. 166-171 (*a*), sed Latine tantum, interprete Francisco Turiano, S. J. Ingolstad. 1604, 4. Incip. *Si Filius est natura Deus, et Pater est natura Deus, non est alius Deus Filius.* Fabr. In schol. ad Euthym. Zigabenum citatur ὁ ἱερὸς καὶ μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς Συλλογισμοῖς, atque cl. Matthæi præf. ad Euth. Zigab. comment. *in IV Evangelia*, tom. I, pag. 19, not. 9, suspicatur, intelligi librum, *Rationes syllogist.* etc. Harl.

XXI. *Philocalia* e scriptis Origenis concinnata a Basilio et Nazianzeno, ut dixi lib. V, cap. 1 [pag. 221 sq. vol VII]. Fabr. Codd. in vol. VII cit. memoratis add. cod. Augustan. Vindel. secundum Reiseri indicem mss. bibl. August., p. 38, n. 49, et Medic. Laurent. XV, plut. 4, in quo quæstiones in duo libros partitæ sunt; primi libri quæstiones sunt XXI, secundi autem XII; adnotantur quoque suis locis varia Origenis opera, e quibus auctoritates ad solvendas quæstiones sumptæ sunt. V. plura in Bandini *Cat. codd. Gr. Taur.*, I, pag. 540. In ed. Tarini unico tantum libro, in XXVI capp. distributo, continetur *Philocalia*. Tarini ed., quam in manibus habeo, inscripta est : *Origenis Adamantii Philocalia, de obscuris S. Scripturæ locis, a S. S. P. P. Basilio M.* et *Gregorio Theologo, ex variis Origenis commentariis excerpta. — Omnia nunc primum Græce edita ex bibl. Regia, opera et studio Jo. Tarini, Andegavi, qui ei Latina fecit et notis illustravit.* Lutet. Paris. ap. Sebast. Cramoisy. 1624, 4. Additi sunt libri Zachariæ Scholastici *De mundi opificio* contra philosophos disput.; Anastasii, presbyteri, *De hominis ad imaginem Dei creatione* liber et cele-

(*a*) Sec. vet. ed. Ingolstad. a. 1601-1604, sed in Basnagii repetita mutataque et aucta ed. inscripta : *Thesaurus monumentorum ecclesiast. et historico-rum*, etc., vol. I, Amstel. 1725, fol., n. 6, pag. 169-171. Harl.

Digitized by Google

bres opiniones de anima.— Edit. Tarini Paris. 1618, 4, exstat in *Cat. bibl. Leidensis*, pag. 62. HARL.

XXII. Λόγος εἰς τὴν ὑποτύπωσιν τῆς ἀσκήσεως. In Garn. ed., II, pag. 623. V. supra n. 9. HARL.

XXIII. Basilii et Nazianzeni *Expositio fidei*, edita Latine a Canisio tom. V *Antiquar. Lect.*, p. 177-180 (*a*). Incipit : *Credo in Patrem et Filium et Spiritum S., Trinitatem homousion.*

XXIV. Ἔκθεσις πίστεως ἐν συντόμῳ, *Expositio fidei in compendio*, quæstionibus et responsionibus, edita Græce et Latine a *Stephano le Moyne* in Variis sacris tom. I, p. 147-149. Incipit : Πόσας φύσεις ὁμολογεῖς ἐπὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμουσίου καὶ ἀκτίστου Τριάδος ;

XXV. Θεία λειτουργία.

XXVI. Basilium — ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῆς λειτουργίας. Apud Garn. II, p. 672 sqq. et quæ Fabric. de duobus hisce opp. scripserat, jam supra ad n. 2, tom. II, Garn. inter spuria recepi. HARL.

XXVII. *Scholia in Psalmos centum et quinquaginta.* Græce nondum prodierunt, quod sciam, sed in Latinis editionibus (nam in Græco-Latinis [et Garner.], sunt omissa) exstant e versione Wolfgangi Musculi. Non Basilium habere auctorem, sed ex Basilio, Chrysostomo ac Theodoreto esse collecta, jam multi post Possevinum observarunt. *Commentum Lucumonis, qui sub nomine Basilii mundo illusit*, vocat Rich. Montacutius pag. 83 *Apparatus ad origines ecclesiasticas.*

XXVIII. *Basilii M. supplicationes in S. Pentecosten*, memorat Gabriel Philadelphiensis, apud Allatium, cap. 13 *De purgatorio*, pag. 93. *Precationem* aliam Basilii Græce ms. e codice VIII Barocciano bibl. Bodlei. edidit Henricus Hammondus in *Catechismo practico*, addita Anglica versione. Oxon. 1662, 8 (quæ septima est editio), p. 279, et tomo I Opp. Lond. 1684, fol. Et in Germanica catechismi illius versione Francof. 1696, 8. Eam quoniam brevis est atque Christiano doctore digna, hoc loco cum versione mea Latina ascribam. (*Vide inter Opp. Basilii, t. III.* EDIT.)

A Joach. Camerario edita est : *Disputatio de piis catholicis atque orthodoxis precibus et invocatione numinis divini : et expositæ formulæ harum, tam de sacris, quam aliorum usurpatione, descriptæ Græce et Lat. Accesserunt definitiones præcipuarum rerum, quarum mentio in hac disputatione fit.* Argentor. 1560, 8. In hoc op. reperiuntur, p. 71-92, preces SS. Chrysostomi, Basilii, Gregorii Nazianz., Jo. Damasceni et aliorum, Græce descriptæ ex libello *Precationum* quo Græcæ Ecclesiæ utuntur, et Camerarius appellat Μηνάριον.

Fabricius in vet. ed. alia quædam subjunxerat Gr. cum versione Latina, quæ Græce descripserat J. Christph. Wolfius, cum in Anglia versaretur, ex codd. bibl. Bodleianæ. Sunt autem

1° Basilii precatio dicta ante S. communionem corporis Dominici, ex Nicetæ Choniatæ *Thesauro orthodoxæ fidei :* cod. Bodlei. MLXXXI.

2° Basilii precatio et exorcismus super homine vexato ab impuris spiritibus, ex cod. Barocc. VIII in quo et Epiphanii et aliorum SS. Patrum adjurationes ejusmodi leguntur. Precationem sequitur exorcismi formula. Aliæ exorcismi formulæ reperiuntur in Goari *Euchologio*, p. 335 sq. — In cod. regio Matrit. CV, n. 66, exstat ἀφορκισμὸς τοῦ — Βασιλείου κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων, *Basilii exorcismus adversus spiritus immundos.* Inc. Ὁ Θεὸς τῶν θεῶν, etc. Atque Iriarte in *Cat. codd. Gr. Matrit.*, p. 421 sq., adnotat, hunc Basilii exorcismum et Fabricium VIII, pag. 95 vet. ed. et Goarum *Euchologii* pag. 729, Gr. ac Lat. publicasse, at mutum Matrit. ab utroque excuso bene multis variis lectionibus dissentire; se, rogante Franc. de Bejar, confecisse versionem Lat. et hanc subjectam esse edito opusculo : *S. Basilii Regulæ.* In eod. codice occurrunt quoque plures partim a Goaro libr. cit. editi, partim nondum evulgati similes exorcismi atque precationes Chrysostomi, Gregorii Thaumaturgi, Epiphanii, Gregorii Nazianz., Salomonis et aliorum anonymorum, de quibus multus est Iriart. — *Precatio Basilii* quædam est Vindobon. in cod. Cæsar. XIX. V. Lambec., III, p. 95.

3° *Quæstiones Eunomii et Apolinaris cum responsionibus S. Basilii* ex cod. Cromwell. CXII, pag. 579. Sed quoniam n. 2 sq. *exorcismus* alibi occurrit, eum hic omisi, n. autem 1 et 3 in supplementa, si placebit, conjiciam. HARL.

XXIX. *Pœnitentiale* sive Ἐπιτίμιον εἰς τοὺς παραπίπτοντας καὶ ἁμαρτάνοντας. Incipit : Ἡ προβολὴ τοῦ λογισμοῦ ἀναμάρτητος. Ms. in bibl. Casarea. Vide Lambecium, III, pag. 100. FABR. In cod. LIX, n. 14, p. 265 ed. Kollar., qui in nota observat, diversum esse hoc epitimion ab illis, quæ in Garnieri edit. edita sunt tom. II, p. 526. In hoc autem Kollar. ne umbram quidem Basilii videt. HARL.

XXX. Ἐγκώμιον εἰς Μελέτιον Ἐπίσκοπον, *Encomium funebre Meletii episcopi Antiocheni*, A. C. 381 defuncti. Incipit : Ἠύξησεν ἡμῖν τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀποστόλων. In codicibus quibusdam mss. Basilio tribuitur, ut illo, qui est in bibl. Cæsarea apud Lambecium (*b*), III, p. 129, sed qui Gregorio Nysseno illud testimoniis Socratis v, 9, Sozomeni VII, 10, Nicephori XI, 29, et Martyrologii Rom. 12 Febr. recte vindicat. Legitur etiam inter Nysseni Opera, tom. II, p. 119, licet Meletium Basilius etiam in epistolis non uno loco laudet et contra inimicos causam ejus tueatur

(*a*) Edit. Ingol. Sed in Basnagii *Thesauro monum. eccl.*, tom. I, n. 8, p. 188. In indice cod. Antonii Eparchi, n. LXI, Basilii brevis expositio fidei et quædam contra feminas. Add. n. XXXIII. V. infra, vol. X, p. 481 et 484 ed. vet. HARL.

(*b*) In cod. LXVII (in quo multi sunt Basilii libri), n. 21, p. 331 ed. Kollar., cujus notam conferes. Sed in cod. CVI, n. 13, ap. Lambec. IV, pag. 55, tribuitur illa oratio funebris Gregorio Nysseno. Adde cap. de Greg. Nyss. ad n. 60 Operum tom. I. HARL.

Digitized by Google

XXXI. Ex *homilia commemorationis B. Mariæ virginis*, cujus exemplar in insula Rhodo descriptum habuit Gilbertus Gaulminus, loca Arabice et Latine affert Abraham Ecchellensis in *Eutychio vindicato*, Rom. 1661, 4, p. 226, 216.

XXXII. Caveus testatur, apud Thom. Galeum fuisse mstas. *responsiones* Basilii *ad Eubulum : epistolam* brevem *ad Optatum* quemdam et excerptum *ex epistola ad Neapolitanos* (puto legendum *ad Nicopolitanos*), cum scholiis.

XXXIII. Περὶ φωτίσματος, *De illuminatione* sive *baptismo*. Incipit : Ἤδη μακαριότητος ὁσμὴ πρὸς ὑμᾶς. Sub Basilii nomine exstat in variis codicibus mss., uti duobus bibl. Regiæ Paris., teste Cotelerio ad Clementis *Recognitiones*, III, 67, et in Barocciano CXCI, ut me monuit noster Wolfius. Sed Basilio perperam tribuitur, cum sit *Procatechesis* S. Cyrilli Hierosolymitani, sive Præfatio ejus ad *Catecheses*. Auctor scholii quod in altero codice Regio Cotelerius reperit : Σαφῶς ἡμῖν δείκνυσι ὁ χαραχτὴρ τοῦ προκειμένου λόγου, ὅτι οὐκ ἔστιν τοῦ ἁγίου Βασιλείου. Fabr. N. in cod. CDLXXVI, n. 18, ubi in nota marg. ab antiqua manu abjudicatur Basilio. V. confector. catal., II, p. 67. Harl.

XXXIV. Περὶ τοῦ ὅτι ἀκατάληπτός ἐστιν ὁ Θεός, *Quod Deus sit incomprehensibilis*. Incipit : Σαρκὸς μὲν ὀφθαλμοῖς Θεὸν θεωρῆσαι. Itidem sub Basilii nomine in jam dicto Barocciano cod. CXCI legitur atque in altero CCXXXIX (*a*), sed itidem auctorem habet Cyrillum Hierosolymitanum, inter cujus *Catecheses*, ut eidem laudato Wolfio observatum, nono loco legitur.

Hæc de S. Basilio ejusque scriptis adnotanda mihi succurrerunt, quem Cassiodorus in prooemio *Divinarum Lectionum* refert inter eos, qui totam S. Scripturam explicavere. *Ferunt itaque Scripturas divinas Veteris Novique Testamenti ab ipso principio usque ad finem Græco sermone declarasse Clementem Alexandrinum, cognomento Stromateum, et Cyrillum ejusdem civitatis episcopum, et Joannem Chrysostomum, Gregorium et Basilium, nec non et alios studiosissimos viros, quos Græca facundia concelebrat.*

(*a*) Item in codd. Paris. bibl. publ. CDLXXVI (in quo multa sunt Basilii scripta), n. 33, et CMLXIX, n. 7. Garnier in *Vita Basilii*, p. 185, § V fin. hanc et aliam hom. *De eleemosyna et judicio* inter perditas numeravit.

Ad *spuria* opp. pertinet *interrogatio ad Greg. Nazianz. de Ecclesia et sacerdotibus*, quæ in cod. Vindob. Cæsar. CCXCIII, n. 4, apud Lambec. V. p. 537, tribuitur Basilio M, sed Kollar. in nota docet eam esse nugacis nugivenduli somnium.

De Basilii libro *contra Manichæos* deperdito, quem laudavit Augustinus, v. supra vol. VII, pag. 325. In codd. Paris. MMDCCCLXXIII, n. 4, Basilii interrogata et responsa de charitate, et n. 2, excerpta ex Chrysostomi ac Basilii opp. — MCDV, n. 10, Basilii ad Gregorium fratrem *de mistura triplici observatio brevissima*. — MCX, n. 3, Basilii *explicatio orationis Dominicæ*, etc. Add. Schramm. Supplementa in analysi Opp. SS. Patrum, etc., tom. XII. Ex cod. Musquensi edidit Matthæi homiliam *De perfect. vitæ monach.* V. supra ad n. 1 *de homiliis*. Sed hæc sufficiant, ne extra oleas vagari videamur. Harl.

PRÆCIPUÆ ANTIQUARUM EDITIONUM PRÆFATIONES.

PRÆFATIO EDITIONIS PARISIENSIS,

Quæ prodiit anno 1520.

Reverendissimo Patri ac DD. Stephano Poncherio Senonensium archiepiscopo Jo. Badius Ascensius S.

Jacobus Faber Stapulensis, philosophus insignis, et omni disciplina laudabili extra invidiæ aleam ornatus, tuæque, archiepiscope dignissime, sapientissimæ excellentiæ multis magnisque nominibus (id quod accepi) charus, et (quod certe scio) deditissimus, ubi in adolescentia sua cum experiundi, tum religionis ergo, varias regiones peragrasset, multasque bibliothecas invisisset, perinde ac apes dædaleæ, solerti indagine tanquam e floribus fragrantissimis, optima et liquidissima mella, præstantissima summi cujusque scriptoris opera delegit : eaque onustis alis ad nos usque transvexit. Inter quæ superioribus annis, divi Hilarii, Ægesippi, Nicolai Cusani, et quasdam alias neutiquam pœnitendas lucubrationes ipso auctore emisimus : nuper autem divi Basilii vere Magni monumenta, æterna cedro dignissima, ab urbe Roma ad nos usque perlata, hinc ad negotia sua profecturus prelo nostro commisit, ea stipulatione, ut quanta maxima valerem diligentia, recognita, non seguiter compressa, faustissimo nomini tuo, Pater amplissime, nuncuparem : quatenus incomparabilis viri divina scripta, sapientissimi et potentissimi antistitis præsidio, ab invidulorum defenderentur morsiculis. Operæ siquidem pretium videbar illi, etiam non vulgare facturus, si meis vel importunis precibus exorarem, ut ejus viri, qui unus post Christum Dominum Magni cognomentum vere meruit, et irrefragabilem auctoritatem obtinuit (usque adeo ut non minus apud ipsius, quam olim apud Pythagoræ discipulos pro summa dicti comprobatione suffecerit, si quispiam mutiverit, ipse, vel magister, dixit) ejus præsulis clypeo protegerentur, cujus maxima quondam in primario senatu, et nunc in tota Christianissimi regis curia, auctoritas eloquentissima suffulta sa-

Digitized by Google

pientia prænitet. Accesserunt ad Fabri nostri æquissima mandata Nicolai Beraldi, hominis summa cum scientia tum eloquentia præditi, et magnificentiæ tuæ ut alacris ita indefessi buccinnatoris, exhortationes neutiquam vulgares, quibus quod antea subverebar (nam ne de facie quidem notum opinor) audere cœperim. Boni itaque consules, præsul humanissime, et hujus lucubratiunculæ nostræ dulcissimo præsidio tuo dicatæ protectionem, cum ob Basilii excellentiam, tum ob utrorumque et Fabri et Beraldi nostrorum desideria non aspernabere. Vale. E. chalcographia nostra ad XV Kalend. Decemb. M. D. XX.

PRÆFATIO EDITIONIS HAGANOENSIS

Anni 1528.

Clarissimo viro Domino Bilibaldo Pyrckheimero, Patritio Norinbergensi, Vincentius Obsopœus Sal.

Cum nuper inspiciendum mihi obtulisset ex bibliotheca tua, Bilibalde clariss., Georgius Leutius codicem epistolarum Basilii et Gregorii, quem cum ob litterarum characteras, tum ob vetustatem vehementer videre cupiebam. Est enim, ut mihi conjecturam facienti visum est, ante ducentos aut amplius annos descriptus, inque regis Ungariæ bibliothecam repositus. In eo ergo cum avidissime versarer, cœpi epistolas quoque aliquot excutere, quæ prima statim degustatione (quantum quidem nos in litteris Græcis palati habemus) ita mihi cœperunt arridere, ut magnum nefas ducerem, tantum et tam insignem elegantissimarum epistolarum thesaurum ita defossum esse, ac non omnium potius usui et lectioni obvium et expositum. Sed enim cum animadverterem hujus tam rari codicis pretium nulla tua invidia premi, cum alias tuæ instructissimæ bibliothecæ utriusque linguæ auctores studiosis a te flagitantibus, candidiss. et libentiss. utendos dare soleas, sed potius librarii penuria hactenus in obscuro delituisse, cœpi te per Andream Rutellium familiarem tuum interpellare (ne quid in rebus tuis te invito et nescio facerem aut statuerem) me describendi laborem et tædium libenti animo suscipere et devorare velle, modo meæ voluntati tuus assensus non refragetur. Ibi tu nihil cunctatus, perliberaliter respondisti, summe tibi probari nostrum institutum, atque ut cœptum laborem strenue urgerem, amice cohortatus es. Itaque ego hoc tuo tam liberali responso sum non mediocriter erectus et exhilaratus, tuæque cohortationi non illibenter obsecutus, eas vel hoc nomine diligentius transcripsi, partim quod antea nunquam editas compererim, partim quod sperarem studiosis et candidis lectoribus me non vulgariter gratificaturum, si nostra opera tanti ac tam rari thesauri potirentur. Promiserat quidem Aldus ille optime de litteris meritus, in Epistolio ad Codrum Urceum, quod secundo libro Græcarum epistolarum præfixum est, eas aliquando se editurum. Verum, quid ejus voluntatem ab edendo retraxerit, parum compertum habeo. Paucas saltem Basilii ad Libanium sophistam, et alios nonnullos in secundo volumine edidit, quas nos in hoc libello consulto prætermisimus. Porro autem, qui aliquem fructum harum epistolarum lectione consequentur, eumdem tibi jure optimo acceptum ferendum existimo, deinde non minorem gratiam Joanni Secerio solertissimo typographo habendam, propterea quod illas tua humanitas non gravatim exscribendas dederit, et ille easdem suis impensis et laboribus non parcens, diligentissime excusas invulgaverit. Neque enim vulgarem de litterario profectu illi merentur gratiam, qui id genus auctores in lucem edunt et procudunt. Qua in re et te, jam per multos annos feliciter elaborasse et sudasse conspeximus, dum unum hoc sedulo curas, ut vetustis auctoribus suus restituatur nitor et dignitas. Cæterum præter alia quæ in hisce epistolis continentur et tractantur lectu dignissima, facile videre est, quæ misera sit et perturbata Ecclesiarum conditio, ubi Christianorum unanimis et consentiens per fidem concordia, hæreticorum impiis conflictationibus divulsa fuerit et impugnata. Vixerunt enim eo tempore in Cæsaria Cappadociæ quidem Basilius, Constantinopoli autem Gregorius, quo vehementissime viguit Ariana hæresis, quam sub Constantino Magno Alexandriæ emersisse accepimus, cujus perfidia et malitia tunc Christianismus crudelissime convellebatur. Eas ergo turbas, quibus Ecclesiæ misere infestabantur, quibuscunque simplicium conscientiæ variis erroribus involvebantur, dictu mirum, quibus lamentationibus, quibus lacrymis, quibus denique querimoniis ubique fere deflet Basilius, acerrimus alioqui Arianorum impugnator, dum lacrymans monet, obsecrat, hortatur, ac aliquoties interminatur episcopis, ut relicta inutili et ambitiosa, cumque multis offendiculis conjuncta contentione, Christianorum mentes solo Dei verbo pure et sincere pascant et ductitent, nec eas hæreticorum pestifera et lethali contagione imbuerent, Verbi divini puritatem et simplicitatem adulterantes, et contaminantes: plenæ sunt harum querimoniarum pleræque Basilii epistolæ, quas qui non oscitanter legerit, haud dubie in illis nostri infelicis sæculi miserandam faciem, et statum ad amussim expressum esse videbit. Neque enim minore multorum ruina et offendiculo jam furiunt hæretici Munzerani, et omnium maxime Œcolampadiani, quam olim insaniebant Ariani, Christum in verbis suis (proh impietatem exsecrabilem!) plus quam blasphemo ore mendacem coarguentes, Christianæ pacis concordiam maligne et factiose conscindentes et perturbantes, simplicium conscientias malitiose erroribus non dicendis illaqueantes, dumque rationis ductum et fallibilem carnis sapientiam furiis per præceps acti sequuntur, sacrarum litterarum simplicem sensum ad suas blasphemas et impias mænias comprobandas violenter pertrahunt, adeo ut mihi ex tripode prodita videantur ista verba, quæ nimium graphice de hæreticis protulit Basilius. Ita enim scribit in *Apologia ad Cæsarienses* (et quid vetat Græce ejus verba subjungi cum sint et verissima et elegantissima?): Τοῦτο μὲν αὐτοί, φησίν, ἀεί ἐστιν ἐπιμελές, μὴ ἐκ τῶν θείων Γραφῶν διδάσκειν τὰ; ἀκεραιοτέρας ψυχάς, ἀλλ' ἐκ τῆς ἔξωθεν σοφίας παραχρούεσθαι τὴν ἀλήθειαν. Vide vero quam strictim et compendiose talium hominum mores et conatum tetigerit, quibus profecto nequaquam studio est, ut ex sacris litteris simplicium animas instituant, sed potius externa sapientia ipsam veritatem funditus subvertunt. Sensisti haud dubie hoc ipsum et tu in conflictu cum Œcolampadio (quem longe verius οἰκόσκοτον quis dixerit, cum tantas Ecclesiæ Dei et sacræ Scripturæ offundat tenebras) Sibyllinis folus esse certius. Verum ista præsentis non sunt instituti. Prius tamen quam epistolam claudam, unum hoc reticere nequeo, quandoquidem ipsi adeo Patrum scriptis minuntur, quæ tamen pro more suo falso et temere, ut sacram quoque Scripturam, citant erroneis interpretationibus depravata, subjiciam quidnam de Sacramento corporis et sanguinis Christi idem senserit Basilius, quem ex

Digitized by Google

vetustissimis auctoribus unum esse satis certo constat. Ad hunc enim non modum in eadem *ad Cæsarienses Apologia* scriptum reliquit, super illud Joannis, VI, 58 : Ἐγὼ ζῶ διὰ τὸν Πατέρα, quod usurpabatur ab Arianis in hoc, ut probarent Christum non esse æqualem Patri. Ille ergo inter cætera ita subjungit, exemplum inferens : Καὶ ὅτι τοῦτό ἐστι δηλούμενον, ἐκ τοῦ ἐπιφερομένου εἰσόμεθα, καὶ ὁ τρώγων με, φησὶ, ζήσεται δι' ἐμέ. Τρώγομεν γὰρ αὐτοῦ τὴν σάρκα, καὶ πίνομεν αὐτοῦ τὸ αἷμα, κοινωνοὶ γινόμενοι διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως, καὶ τῆς αἰσθητῆς ζωῆς τοῦ λόγου καὶ τῆς σοφίας. Σάρκα μὲν καὶ αἷμα, πᾶσαν αὐτοῦ τὴν μυστικὴν ἐπιδημίαν ὠνόμασε. Sed facile ariolor, quid ad ista dicturi sint, nempe de spirituali manducatione intelligenda esse (ut homines sunt plus quam cœlestes, plus quam spirituales), et minora hæc esse quam ut hisce verbis quidquam probari aut improbari possit. Næ, si ista dicunt, recte pro spiritus sui vesano et vertiginoso ductu dicunt, quibus quæcunque ab aliis producta fuerint pauca, hoc est, nihili videntur, et nullo spiritu condita. Cæterum quæ ab ipsis in medium allata fuerint, ex opulentissimo ipsissimi spiritus ærario deprompta sunt. Qui enim isti bacchantes et furiosi spiritus moverentur, aut crederent scriptis Basilii, quorum perditam vesaniam nec Christus ipse, nec Paulus, nec tot Patrum consentiens auctoritas ad sanam mentem retrahere potest? Atqui nec propterea ista produximus Œcolampadianis et Munzeranis spiritibus ut crederent, qui nihil prorsus solent credere, nisi quod illorum perfidiæ videbitur consentaneum, nempe, quod cernitur et palpatur, et ratione percipi potest. Quasi vero Basilius non hisce paucis verbis egregium et præclarum præstiterit suæ fidei testimonium, quid de Sacramento recte sentiendum sit, ipsumque illud, si opus fuisset, etiam quam copiosissime ut alia testatus esset. Quis autem credidisset aliquando orituros pestiferos et seditiosos hosce Munzeranos et Œcolampadianos spiritus, qui ita crudeliter et impie Christi verba essent dilaniaturi, discerpturi, et abnegaturi, ut suis blasphemis nugis fidem facerent et statuerent? Atqui ista jam missa faciamus, neque enim humane patitur istorum spirituum intolerabilis arrogantia alicujus mediocris admonitionem, cum summa ingenia moderate non audiant, sed contemptissime quosque fastidiunt, contenti interim quod et Basilius una nobiscum adversus illos de Sacramento sentiat, cujus unius calculum omnibus Munzerano et Œcolampadiano spiritu bacchantium suffragiis anteferendum existimo. Quanquam homini vere Christiano, parum quid hic aut ille dixerit aut senserit, curæ est, cui unius adeo Christi verba, qui solus est via, veritas et vita, quique certus de se dicere possit illud, quod Jovi suo tribuit Homerus : Οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον οὐδ' ἀπατηλὸν οὐδ' ἀτελεύτητόν γ' ὅ τί κεν κεφαλῇ κατανεύσω, vera videntur. Hominum autem eatenus vera, quatenus a Christi verbis non abhorrent et discrepant. Siquidem Evangelium omnis veritatis, imo omnium verborum est amussis et regula, et plane lapis, quod aiunt, Lydius. Nos hac de re jam desinemus, tibi, Bilibalde clarissime, hanc lampada deferentes, qui istam pugnam prior cœpisti, et hactenus non inauspicato Marte depugnasti. Faxit Christus, ut per te et Martinum nostrum incomparabilem illum sacræ doctrinæ vindicem, perque omnes cum Evangelio sentientes, quam primum triumphet veritas, adversariorum impia perfidia et vanitate detecta et profligata. Bene vale, vir clarissime, et nos ut facis ama.

PRÆFATIO EDITIONIS BASILEENSIS

Anni 1532 (*a*).

Des. Erasmus Roterodamus R. D. Jacobo Sadoleto, episcopo Carpentoractensi, S. D.

Prorsus obfirmaram animum, hujus ævi decus Sadolete, statueramque typographorum quamlibet importunis flagitationibus, obsequium præfandi in alienas lucubrationes in posterum omnino pernegare : sed ab hac adamantina, ut mihi quidem videbatur, sententia me transversum abripuit divus Basilius, vir optimo jure dictus Magnus, sed Maximi cognomine dignior. Ex his quæ versa legeram, veluti per nebulam suspiciebam ingenii dotes plane divinas, ac pectus humana conditione majus. Verum simul atque contigit audire Christianum Demosthenem, imo cœlestem oratorem sua lingua loquentem, sic animum meum totum perculit, inflammavitque vere flexanima divinitus afflati Præsulis eloquentia, ut mihi nihil prius curandum duxerim, quam ut inæstimabilis hic thesaurus in publicam utilitatem typis evulgaretur. Etenim si me lusciosum ac frigidulum sic ad pietatis amorem accendit, quanto magis rapiet eos, qui pro ingenii felicitate proque copiosiore doctrina cum perspicaciores habent oculos, tum ad pietatis studium suapte sponte sunt propensiores! Neque enim hunc, ut arbitror, affectum in me genuit arcana quædam ingeniorum cognatio, quemadmodum puerum rapuit olim Horatius, cum ipse nondum scirem quæ res me tantopere delectaret : quid enim affinitatis huic mortalium infimo cum incomparabili heroe? sed omni potens ille spiritus per organum electum suam exerens ἐνέργειαν sic afficit animos nostros. Hæc est enim illa, cujus somnium modo vidit Plato, vere pulcherrima rerum sapientia, quæ spiritualibus oculis conspecta, incredibiles excitat amores sui. Equidem contumeliam esse judico Basilii facundiam cum quoquam eorum comparare, quorum eloquentiam supra modum admirata est Græcia, juxta modum æmulata Italia. Quis enim inter illos sic omnibus dicendi virtutibus excelluit, ut in eo non aliquid vel desideretur vel offendat? Tonat ac fulgurat Pericles, sed sine arte. Attica subtilitate propemodum friget Lysias. Phaloreo suavitatem tribuunt, gravitatem adimunt. Isocrates umbratilis orator affectatis structuræ numeris ac periodis orationis, perdidit illam nativæ dictionis gratiam. Demostheni, quem velut omnibus numeris absolutum eloquentiæ exemplum producit M. Tullius, objectum est quod orationes illius olerent lucernam, nec desunt qui in eo affectus et urbanitatem requirunt. Sed ut maxime aliquis exstiterit, in quo neque naturam neque artem neque exercitationem desideres, quem mihi dabis, qui divi Basilii pectus numine plenum, non dicam æquarit, sed vel mediocri consequatur intervallo? Quem mihi qui tantum philosophiæ, qui omnium disciplinarum circulum cum summa dicendi facultate conjunxerit? Sed, ut dixi, contu-

(*a*) Ex officina Frobeniana, ap. Hieronymum Frobenium et Nicolaum Episcopium. In fronte legitur : *En, amice Lector, thesaurum tibi damus inæstimabilem, D. Basilium Magnum sua lingua disertissime loquentem, quem hactenus habuisti Latine balbutientem. Unum hunc dedit nobis Græcia numeris omnibus absolutum, sive pietatem animi spectes, sive sacræ pariter ac profanæ philosophiæ peritiam, sive divinitus afflatam eloquentiam. Mihi crede, reddet te tibi meliorem, quisquis hunc familiarem habere volet.*

Digitized by Google

meliæ genus est virum divinitus afflatum cum profanis ac nihil aliud quam hominibus conferre. Decentius est divum cum divis componere. Tulit eadem ferme ætas aliquot summa facundia parique doctrina ac pietate viros, Athanasium Alexandrinum episcopum, Gregorium Nazianzenum Basilii Pyladem ac studiorum sodalem, Joannem Chrysostomum et ipsum Basilio familiarem, ac fratrem Gregorium Nyssenum episcopum. Horum suis quisque dotibus summus erat. Athanasius ad docendum accommodatissimus : Nazianzenus floridum et argutum orationis genus amplexus videtur : Chrysostomus licet pulchre suo cognomini respondens alicubi verbis redundat, et in digressionibus videtur immodicus ; Nysseno placuit pia simplicitas. At Philostorgius in tantum prætulit Athanasio Basilium, ut virum alioqui summum cum Basilio collatum scripserit videri puerum. Nazianzenus videbatur cum Basilio paria facturus, ni inter tot ornamenta nævos aliquot interdum haberet inspersos. Argutiarum et externæ sapientiæ affectatio, dictionisque structura ab Isocratis exemplo non abhorrens, nonnihil resipiunt scholam rhetoricam. Cujus rei si quis fidem requirat, in Monodia, quam ab se summa cura elaboratam non dissimulat ipse, videbit multum fabularum e poetis ascitum, videbit et collationem qua Basilium cum Veteris Testamenti claris heroibus committit, duriusculam esse. At in Basilio nescio quid morosulus etiam lector possit desiderare. Manat e sanctissimo pectore, cunctisque humanis cupiditatibus defecato, simplex ac naturalis oratio. Præstantur omnia quæ potest ars, nec ulla tamen usquam artis significatio ; agnoscas ibi summam mundanæ philosophiæ cognitionem, sed nullam prorsus ostentationem. Sentias illum callere disciplinas liberales, et in his mathematicas omneis, sed sic adhiberi, ut nihil aliud quam ancillentur pietati. Divinarum Scripturarum testimonia tam concinne admiscet orationi perpetuæ, ut gemmas purpuræ non assutas, sed ibi natas dicas. Nec in uno tantum genere excellit. Tanta erat ingenii dexteritas ut quocunque se intendisset, felicissime rem gereret. In enarrandis sacrorum voluminum mysteriis, mire διδακτικός, diligens, cautus, apertus, minimèque violentus. Ad genus panegyricum putatur maxime natura fuisse compositus, in quo sic orationem attemperat ad animos auresque multitudinis, ut et imperitis sit perspicuus, et eruditis admirandus. In disputando adversus Eunomium cum admirabilem habeat subtilitatem, nusquam tamen ab orationis perspicuitate recedit : atque intra catholici dogmatis defensionem sese continens, nusquam evagatur in convicia nihil ad causam facientia. Nec sui dissimilis est in opere ad Amphilochium *De Spiritu sancto* : sed quodcunque tractat argumentum, nusquam illum destituit perpetua dictionis lenitas ac jucunditas, eaque non ascita, sed nativa. Adest ubique, juxta nomen illius, regia quædam majestas cum admirabili quadam humanitate conjuncta ; sic invehitur in mores hominum, ut objurgantem etiam possis amare. Qualis erat oratio, talis erat et vita. Hac ingenii dexteritate Eusebium episcopum ambitione tendentem ad seditionem, ex æmulo reddidit amicissimum. Hac Modestum Cæsaris præfectum sic contempsit, ut hominem impium virtutis fulgore raperet in sui admirationem. Hac Eusebium Ponti præfectum devicit dejecitque, ac mox dejecto tulit opem. Hac ipsum imperatorem Valentem, cum ingressus esset ecclesiam, primum in stuporem adegit : mox sapienti colloquio a concepta crudelitate deterruit, atque etiam ab Ariana factione revocavit, nisi quod hujus amabilis libertas construxerat, aliorum pertinax improbitas destruxisset. Animus erat adeo paratus ad martyrium, ut illud munueris etiam exoptaret loco. In scriptis illius nihil usquam obstrepit humani affectus, nusquam suam agit causam. Postremo inest quiddam quod quo nomine sit appellandum nondum inveni. Adest peculiaris gratia quæ nunquam satiat legentem, sed semper sitientem dimittit. Itaque cum mihi persuasissem haud mediocrem utilitatem et sacris studiis et Christianæ pietati accessuram, si non umbra Basilii, sed ipse Basilius in manibus omnium versaretur, persuasi Hieronymo Frobenio atque hujus socio Nicolao Episcopio, ut quidquid ejus pervestigari posset, typis evulgarent. In his enim quæ Basilii titulo Latine versa tenemus, Basilii maxima pars abest. Georgius Trapezuntius, homo doctus, ingenue fatetur sese imparem suscepto negotio, quod neque tanta Romani sermonis adesset facultas, quæ Græci sermonis gratiam elegantiamque referret, nec rei theologicæ tanta peritia, ut ubique rerum quæ tractantur subtilitatem assequeretur. Rufinus nusquam nec elegantem nec bonæ fidei interpretem præstitit. Ut autem de his quæ vertit Raphael Volaterranus aliquod experimentum caperem, visum est cum Græcis conferre, quidquid primum occurrisset. Occurrit autem Homilia *De jejunio*, materiam tractans popularem, nullis difficultatibus involutam. Omitto nunc elegantiam ; qua fide rem gesserit, vide. In primo statim versu, quod est in Græcis, ἐν νεομηνίαις, id est, in initiis mensium, omisit : sed id pensans, mox addidit de suo, quia præceptum in Israel est : idque parum concinne, cum mox sequatur τοῦτο πρόσταγμά ἐστι προφητικόν. Dein quod Græce est τὴν προάγουσαν τῶν ἡμερῶν ἑορτήν, id est, antecellentem cæteris diebus festivitatem, vertit, hanc horum dierum celebritatem. At Basilius allusit ad insignem diem qui præcessit. Rursus quod Græce est, ὑποσημαίνει τὰ ἀναγνώσματα, id est, indicant lectiones, reddit, significare videntur : diminuens, quod auctum voluit Basilius, cum ante dixerit, omni tuba vocalius, omnique musico instrumento significantius. Prætereo minutula, quod pro ἐγνωρίσαμεν, id est, didicimus, vertit, novimus, proque παρωσαμένου, id est, rejiciente, dixit, vituperante. Atque hic rursus ex Isaia LVIII, 3, 4, adjecit interpres : In die, inquit, jejunii convenitis debitores vestros, fora contentionesque exercetis, cum Græca sic habeant, μὴ εἰς κρίσεις καὶ μάχας νηστεύστε, ἀλλὰ λύε, etc., id est, nolite jejunare ad lites et contentiones. Paulo post, quod est, μὴ σκυθρωπάσῃς θεραπευόμενος, id est, ne sis tristis dum curaris, vertit, nemo curatus liberatusque mœret. Rursus, εὐθύμησον, id est, bono sis animo, vertit, gaude si sapis. Paulo post, ἦγε ὡς ἀληθῶς ταύτης τῆς προσηγορίας ἀξία, prorsus omisit, quod ut opinor non intellexit illum alludere ad etymologiam Græcæ vocis νηστεία. Quod idem mox facit in his, ὁ ἀλειψάμενος ἐχρίσατο, ὁ νιψάμενος ἀπεπλύνατο. Dehinc, quod est, ἐπὶ τὰ ἔνδον λάμβανε τῶν μελῶν τὴν νομοθεσίαν, id est, præceptum ad interna membra accommoda, sic vertit, intus unge sancto oleo caput. Item quod est, ἵνα μέτοχος γένῃ Χριστοῦ, perdidit allusionem a chrismate ad Christum. Mox καὶ οὕτω πρόσελθε τῇ νηστείᾳ, id est, ita accede ad jejunium, vertit, hoc modo jejunio appareas. Multa sciens transilio ne molestus sim lectori. Πρόσδραμε, id est, accurre, vertit, prodi : paulo post, πατέρων ἐστὶ κειμήλιον. Πᾶν τὸ ἀρχαιότητι διαφέρον ἐστὶν αἰδέσιμον, id est, a majoribus traditus thesaurus est. Quidquid excellit antiquitate venerabile est. Priorem partem omisit, posteriorem sic reddidit : proverbium est, omne per antiquitatem fieri nobilius. Jam quod continenter sequitur, δυσπήθητι τὴν πολιὰν τῆς νηστείας, id est, revercre canitiem jejunii, vertit, jejunii canitiem diligenter perscrutare. Rursum post versus aliquot, φειδοῖ τῆς σαρκὸς τὴν βρῶσιν ὑποτιθέμενον, in carnis indulgentiam cibum suggerentem, refertur enim ad serpentem, qui præcessit : ille separavit atque ita vertit : parce carni cibum subministrare, ratus φειδοῖ verbum esse, cum sit nomen dandi casu, alioqui esset φείδου. Reliqua quid attinet persequi, cum ex his abunde liqueat, tantum interesse inter Basilium versum, et sua lingua loquentem, quantum inter lusciniam modulantem, et corvum crocitantem ? Equidem fateor et Ruphelis, et Francisci Aretini, et Aniani, aliorumque hujus notæ scriptorum industriæ nos nonnullam

Digitized by Google

debere gratiam : sed quid futurum conjectamus, cum ex ad hunc modum versis auctoribus graves theologi serio proferunt testimonia, ac de catholicæ fidei dogmatibus pronuntiant? Proinde cum omni professioni, tum in primis theologicæ necessarium arbitror, ut aut e fontibus haurire malint, quam e lacunis, aut eorum qui vertere, fidem exploratam habeant. Quanquam inter innumeros, qui hoc operæ susceperunt, quotusquisque est qui non plurimis in locis vel imperitia, vel oscitantia lapsus sit? Quo sane nomine studiosorum omnium favorem meo judicio promeretur officina Frobeniana, quæ prima apud Germanos ausa est Græcum auctorem antea non evulgatum excudere formulis, ab omnium laudatissimo Basilio rem auspicata. Quod si successerit, ut successurum spero, decretum est quotannis huic negotio prælum unum dicare. Dein quod in Vitis Plutarchi tentatum est a quodam utriusque linguæ peritissimo, idem curabitur in Basilio, Chrysostomo, Athanasio, Cyrillo, Gregorio Nazianzeno, et horum similibus auctoribus, licet quædam ita versa videantur, ut appareat minus negotii futurum ei qui denuo vertat ab integro, quam qui depravata restituat. Annon igitur publico omnium bonorum favore digni sunt, qui ad tantam studiorum ac religionis utilitatem et facultates omnes expendunt, et curam vigilantiamque summam impendunt? Verum hic quoque videtur haudquaquam dormire Ate Homerica, quæ per Eridem malum contentiosum inter Italos, Gallos ac Germanos immittere conatur. At quanto consultius erat nos invicem mutuis officiis adjutare : ut qui posterior sit, præcedenti non invideat, sed applaudat; qui prior sequi conanti manum porrigat. Hac admonitione nihil erat opus, si cunctis adesset is animi candor eaque sinceritas, quæ tibi. Nihil enim dubito quin huic honestissimo instituto sis utroque fauturus pollice, aut, ut melius dicam, toto pectore. Atque hac potissimum de causa visum est curare, ut Basilius ille Magnus tui nominis auspicio prodeat in publicum, qui tam admirabili facundia tractas arcana volumina, ut non immerito Latinus Basilius appellari possis. Propitia sit mihi tua modestia, si quod sentio reticere non valeo. Verum hæc scribenti mihi recrudescit dolor, quem gravissimum ex bibliothecæ tuæ panoplethria pridem conceperam. Poterat enim illa ad hoc institutum, quod absque Græcorum voluminum copia geri non potest, magno esse adjumento. Nunc si tua forte bibliotheca Basilium Græcum non habet, hujus saltem accessione supellectilem tuam litterariam augemus. Atque utinam totum Basilium dare licuisset! Libros enim quos divinitus scripsit *in Eunomium*, multum vestigatos nancisci non quivimus. Precor ut Dominus R. amplitudinem tuam studiorum ac rei Christianæ commodis diu servet incolumem. Datum apud Friburgum octavo Kalend. Martias, anno a Christo nato M. D. XXXII.

PRÆFATIO EDITIONIS VENETÆ

Anni 1535.

Reverendissimo in Christo Patri D. Gaspari Contareno, Tit. S. Vitalis S. R. E. presbytero cardinali, Salut. in Domino.

Gratia Domini nostri Jesu Christi et diligentia tua, reverendissime Pater, effectum est, ut beati Basilii Ἀσκητικὸν (quod opus auctor ipse episcoporum sanctissimus et doctissimus pro communi utilitate Ecclesiæ studiose elaboravit) nunc primum editum, nunc primum catholicorum desideriis virorum et mulierum donatum censeri possit : quando antehac tam rari habebantur hujusmodi libri, adeoque difficilis erat eorum inspiciendorum nedum describendorum facultas, ut paucis quibusdam exceptis diligentioribus forte, vel felicioribus, reliqui omnes quamvis docti et pii, vix famam operis hujus vel nomen agnoscerent. Erant quippe pauci, ut diximus, præsertim apud nos, et ii pauci multa cura servabantur in Bibliothecis publicis et in nonnullis monasteriis. Addebatur huic etiam alia difficultas, seu potius negligentia : multi enim cum legissent illa fragmenta a Rufino presbytero Aquilegiensi translata sub appellatione ac titulo Regulæ beati Basilii, nihil amplius cogitantes, neque melius quidquam nec aliter de ea re sensisse, vel scripsisse hunc virum arbitrantes quam quod ipsi in parvo illo ac diminuto libello translatum legerent : illico frigescebant, adeo ut suamet cogitatione decepti, quasi consumpta jam spe, remitterent omne studium diligentius inquirendi. Inter hæc incommoda refulsit nobis gratia Domini per amplitudinem tuam. Ipse enim te, ut negotio tam pio et utili opem ferres, induxit, voluitque tam probitate et humanitate ista tua omnibus prodesse ut velis, quam auctoritate ut possis. Itaque ope atque industria tua tria antiqua exemplaria ex Bibliotheca publica civitatis tuæ, hoc est reipublicæ Venetorum, liberalissime nobis concessa sunt, quibus ad hanc rem quoad vellemus uti liceret : quartum obtinuimus ex monasterio Sanctæ Justinæ Congregationis Cassinensis, studio et diligentia nobilissimi viri atque doctissimi Rainaldi Poli Britanni, qui etiam ex his omnibus codicibus studiose inter se collatis unum elegit, ac per familiarem suum optimum juvenem, quintum nobis describendum diligentissime curavit; quem nos sexto loco acceptum postea non minori diligentia usi, ad hunc modum quem vides, imprimendum curavimus. In collatione autem quatuor exemplariorum uniusque descriptione, ut diximus, quantum fuerit laboratum, quantumque profecerimus, facile judicabit quisquis voluerit hunc nostrum cum quovis alio codice singulariter conferre. Intelliget enim, ut spero, qui ista tentaverit, rem sibi esse cum pluribus codicibus simul: qui tanquam communicato inter se consilio et junctis viribus sextum hunc nostrum non tam adjuvisse et supplevisse videri possint, quam restituisse ex integro ac denuo peperisse. Fuit certe labor noster ingens, sed non injucundus. Comperiebamus enim quotidie fere in singulis aliquid deesse, idque prout cæteri codices arguebant, diligentius complebamus in nostro, experiebamurque illorum quemlibet, ubi forte socium supplevisset in verbo vel in syllaba (ut fit) sive in littera ita affectum, ut non minus ipse alterius auxilio indigeret, nam deerat plerumque in eo non littera tantum aut syllaba, sed sententia integra, neque una tantum, sed plures simul multorum versuum, fiebatque ut plura aliquando quis restitueret censori suo, quam accepisset, plurimumque adjutum se ille fateretur ab eo quem ipse ante correxerat. Ad hæc cum auctor opus suum in partes diviserit, ut dicetur inferius, offendimus quemdam sermonem in medium duarum partium obrepsisse : quem alii codices neque in eo loco, neque alibi omnino habebant, eumque arguebat illegitimum quasi alienos fines occupasset, et operis ipsa divisio et præfatio auctoris, necnon absoluta præceptio et disceptatio præcedentis partis et proœmium subsequentis, quin etiam genus scribendi et disserendi diversum a reliquis scriptis beati Basilii, modusque alius citandi Scripturas apparebat in eo manifestius. Hoc idem evenit in canonicis vocis quæ

Digitized by Google

hic appellantur ἐπιτίμια; nam multo plures inveniebantur descriptæ in uno codice quam in reliquis tribus, apparebatque in pœnis illis diversitas loquendi a primis et nonnullarum dictionum novitas, necnon vocabula quædam peregrina et vulgaria ab eo loco legere incipiebamus, ubi aliorum codicum pœnæ desinebant, hæc tamen, sicut in illo codice invenimus, in fine posita sunt, ne quid deesset his qui etiam talibus recte uti noverunt. Observabatur insuper nonnulla diversitas nunc verborum, nunc sententiarum inter ipsa exemplaria, qua in re quamvis tutius videretur propositum utrumque servandi, et in margine describendi, ut libera facultas daretur lectori eligendi quod vellet; quia tamen hoc in primis hujus voluminis paginis nimis anxie servatum fuisse quibusdam videbatur, rem ita deinceps temperavimus, ut adhibita majori diligentia, minus sæpe in reliquis hoc facere cogeremur. Verumtamen neque in his neque in aliis unquam suppletionibus nostris aut emendationibus etiam syllabarum vel elementorum proprium sensum secuti sumus, sed exemplariorum tantum fidem atque consensum. Sed et in quibusdam eorum, si qua aliquando nobis exorta difficultas, vel quæ non admodum levis videretur dubitatio occurrisset, idem servavimus : nam confestim recurrebamus ad viva exemplaria, hoc est ad viros eruditos non solum litteris ac linguarum peritia, verum etiam sub jugo Christi et in religione assidua exercitatione versatos : quos optime novit diligitque etiam paternitas tua. Hæc tamen non ideo dicimus quia arbitremur nos tali diligentia omnia assecutos, vel quod ignoremus adhuc plurimum loci remanere, in quo sese aliorum industria post conatus nostros exercere possit pro Christi gloria et proximi utilitate; verum ita commemoramus, ut per ea aliquos excitemus ad æmulandum nos bona æmulatione, provocemusque fratres nostros ad id cum charitate supplendum et corrigendum in quo lapsi sumus. Igitur hæc ita se habent; nunc cætera explicemus. Opus ipsum dividitur in partes plures, sed melius est ut prius totum volumen dividamus. In hoc volumine tria opera continentur, inter se quidem diversa, ejusdem tamen auctoris, videlicet primum τῶν ἀσκητικῶν, secundum *De virginitate*, tertium *contra Eunomium*. Primo operi annexus est tractatus *Ethicorum* collectus potissimum ex Evangelio et Apostolo. Secundo *De virginitate* adjungitur sermo *De paradiso*. Tertio additur etiam aliquid in fine *contra Sabellianos*, quæ omnia ab hoc pontifice fuisse composita nemo dubitat. De primo et tertio meminit beatus Hieronymus in libro *De ecclesiasticis scriptoribus*. De secundo beatus Gregorius Nazianzenus in laudibus Basilii sui, quanquam nec primum ibi tacet omnino nec tertium : dum alterum πρακτικούς, alterum ἀντιῤῥητικοὺς λόγους appellat καὶ σοδομητικὸν πῦρ. Itaque ut ad primum redeamus, post prologum et nonnullos sermones ἀσκητικοὺς καὶ παραινετικούς sequitur homologia catholicæ fidei; post hanc tractatus *Ethicorum* quem diximus, cui succedunt etiam alii sermones ἀσκητικοί, inde auctor persequens tractatum τῆς ἀσκήσεως, per interrogationem et responsionem eum bifariam dividit; nam primo agit rem copiosius per responsiones seu definitiones quasdam latiores, quam partem ipse appellat ὅρους κατὰ πλάτος, secundo contractius per responsiones breviores, hanc vocat κατ' ἐπιτομήν : tertio loco ponuntur διατάξεις quas dicere solemus constitutiones, valde quidem utiles et necessariæ tum solitariis, tum etiam cœnobitis. Sequitur deinde epistola ad Chilonem ejusdem prope argumenti, cum alia ad monachum lapsum : postremo ponuntur sermones duo *De baptismo;* nam et hos invenimus in multis exemplaribus. Partes igitur operis τῶν ἀσκητικῶν et quasi membra ipsius fere hæc sunt. Quantæ autem utilitatis et excellentiæ sit hoc opus facile intelligemus, si titulum ipsius attenderimus intentionemque scriptoris; sumitur enim ab ea re in qua versatur, videlicet ab usu atque exercitatione virtutis; si quidem omnis conatus auctoris huc potissimum respicit, ut doceat nos non modo vitia fugere ac virtutem eligere, quod fere omnes faciunt : verum ipsam exercere, ut scilicet electa semel virtute constanter in ea perseveremus, vivendo et operando ut decet; neque enim sufficiebat huic viro malos tantum corrigere atque hortari ad bonum, nisi etiam doceret jam bonos, quo pacto se exercerent, ut fierent meliores. Quamobrem cum reliqui auctores, idemque iste vir summus in aliis homiliis et tractatibus suis interpretando et suadendo virtutis viam tantum ostendat : in hoc opere urget nos, trahitque vehementer ad recte vivendum, ac secundum id quod ostenderat, operandum, docens quanto conatu, quo tempore, quibus modis, quave intentione singula nos facere atque evitare oporteat, ut apud Deum recte vivere judicemur, et in nobis ipsis non tam videri boni, vel dici, quam exsistere valeamus. Multi enim appetunt rectum non recte, faciuntque quod bonum est non bene, quibus per Moysen Dominus dicit : *Juste quod justum est persequeris* [1]. Primo itaque loco in tractatu *Ethicorum* statuit pœnitentiam juxta prædicationem Salvatoris, asserens ab ea necessario incipiendum Christiano, declarans etiam tempus, locum, modumque ipsius et fructus. Deinde distinctis diversis fidelium gradibus docet ordines intra Ecclesiam constitutos persequens singulos, plurimisque sententiis Novi Testamenti in unum collectis atque dispositis, elicit ex iis varia argumenta ad formandos mores et ad cognitionem pertinentia lucidissimæ ac solidissimæ veritatis in obedientiam mandatorum Dei, ubique docens auctoritate non sua, sed Scripturarum, qua in re locus ille maxime excellere videtur, ubi enumeratis fere omnibus Scripturæ locis quibus Dominus monendo vel præcipiendo, ut aliquid fiat, promittit obedientibus præmium vitam æternam : mox e regione alios statuit, recensendo quibus verbis quibusve causis minetur supplicium transgressoribus, prohibendo hoc aut aliud ne fiat. Per quæ hæc omnia unumquemque fidelium deducens in finem proprium professionis suæ, ostendit primo quales esse oporteat eos quibus prædicatio verbi Christi commissa est in Ecclesia et cura gregis ipsius, ut veri præpositi sint, verique episcopi : deinde expressa imagine veræ fidei, ac forma cujuslibet renascentis in Christo, declarat quid proprium fidei, quid proprium Christiani. Hinc interpositis quibusdam sermonibus persequens materiam τῆς ἀσκήσεως, prius nonnulla latius disserit, deinde pressius reliqua, sicut dictum est. Incipiens itaque a duobus præceptis charitatis, in quibus omnis perfectio religionis consistit, docet ea per quæ corpus animumque exercere quis debet ad acquirendam exercendamque charitatem Dei et proximi, deducensque ex ea velut ex fonte quidnam facere vel non facere oporteat militem Christi cupientem post hac in novitate vitæ ambulare, et sublata cruce sequi Dominum suum dicentem : *Qui vult venire post me abneget semetipsum* [2] et reliqua : ostendit primum necessario renuntiandum omnibus quæ in hac vita possidentur, declinandumque a turba, ut Jesus inveniri et retineri possit : relinquenda est enim patria, cognatio, amici; relinquenda negotia, divitiæ, occupationes, familiaritates, atque in primis voluntas propria, sæpius revocans ad memoriam verbum Domini dicentis : *Descendi de cœlo non ut faciam voluntatem meam* [3]; quam certe si feciset errare non poterat. Mox plurimis rationibus commendato instituto religionis et proposito vivendi in monasterio in societate multorum sub jugo Christi : ostendit quomodo fratres instituendi sunt, qui se Domino offerre per hanc viam et consecrare decreverunt, quandiu probandi, quibus laboribus exercendi, quando recipiendi, quo studio regendi et perficiendi, tradens etiam nonnulla de solitariis et de sanctimonialibus

[1] Deut. xvi, 20. [2] Matth. xvi, 24. [3] Joan. vi, 38.

Digitized by Google

feminis quas hic vocat canonicas : quibus in libello *De virginitate* suppletur quidquid in hoc desiderari posset. Illi quoque (ubi semel recepti fuerint) discunt quam fideliter in domo Dei conversari debeant, ut corpus animumque exerceant ad paupertatem retinendam, castitatemque non modo carnis, sed spiritus et cogitationum : necnon ad dimicandum fortiter contra seipsos per obedientiam, ut apposita semel manu ad aratrum retro amplius nunquam respiciant. Hinc de religiosorum studiis atque exercitationibus singillatim loquens, docet quomodo et quandiu orandum, quo ordine psallendum, cur et quomodo manibus operandum, item quanto studio cogitationes regere, iram frenare, a risu et crapula abstinere, quam humiliter fratribus servire, senioribus obedire, seipsos abnegare, ultimum locum eligere oporteat discipulos et imitatores Christi ; addens quomodo infirmiores tolerandi, peccatores corrigendi, ægroti curandi, hospites suscipiendi, quantopere mulierum consortia evitanda, sæculariumque et consanguineorum familiaritates fugiendæ, in quibus potissimum abscondi solent insidiæ et laquei inimici. Multa quoque de cibi et potus abstinentia, de jejuniis, de silentio, de vigiliis aliisque exercitationibus sanctis, et quid dicam, quando neque de vestimento, neque de calceamentis, neque de zona admonere desistit philosophos Christi ? Verum ut ad eas virtutes quæ sunt propriæ Christiani veniamus, quam multa et utilia hic prope semper, imo nonnisi semper atque omnia tradit ad ædificandam in nobis fidem, spem, charitatem, asserens ante omnia exercendam quasi fundamentum vitæ spiritualis patientiam, humilitatem, mansuetudinem, deinde cæteras virtutes, ut in omnibus semper honorificetur Deus, et ædificetur proximus. Multa præterea de oppositis vitiis disseruntur eorumque periculis ac remediis quæ facile legentibus patent. Illud autem in hoc viro mirabile videri potest ob vitæ sanctitatem, excellentemque doctrinam ipsius et multiplicem rerum experientiam, quod, quamvis de quacunque re ei disserere placuisset, nonnisi sapientissime loqui posset : nihilominus videas eum omni conatu fugere et quasi formidare, ne quid ipse per se in hoc opere tradere vel servandum sua auctoritate præcipere cuipiam videatur, adeo in omnibus et per omnia solum prædicat Christum. Præponit enim fere in singulis, de quibus locuturus est, exemplum vel verbum Domini ex Evangelio vel Apostolo, adeo quod, dum aliud agere videtur, in hoc etiam prodest, quod supra ducentos Scripturæ locos legentibus interpretatur, tam commode, tam opportune, tam vere, ut sensum quidem Scripturæ qui per se latebat in littera observatum soluminodo revelare, aliisque ostendere velle videatur, non autem ipse invenire excogitando et disserendo ut fit : nihil omnino neque a seipso, neque ab aliis sibi postulans credi : quo fit, ut quo magis aliquid asserere vel jubere formidat, tanto persuadeat verius, jubeatque vehementius, magisque legentium animos trahat atque accendat in amorem sapientiæ, cum omnes ad eam ita hortetur, ut sola jubeat charitas Christi, quæ in ore ipsius loquitur et spirat in pectore. Habent igitur hinc monachi omnesque religiosi viri et mulieres per ea quæ legunt, quo pacto ad Deum conversi in via ejus tutissime progredi et proficere possint, si doctrinam docentis non spernant, præsertim ubi eos monet nihil proprium possidere, consanguineos suos negligere, sæcularium amicitias fugere, claustrum silentiumque diligere, publicum evitare, nullo modo a congregatione discedere, crucem tollere, tantumque amplecti quam sibi elegerunt in partem, eamque corde et corpore assidue circumferre. Habent prælati et episcopi hinc multa quæ hauriant, quibus greges suos optime regant formentque in Christum. Habent et plebes fidelium (quando nullus gradus, vel sexus, nulla est ætas intra Ecclesiam, quam iste non doceat) quid faciant etiam ipsæ, quidve offerant præpositis suis in obsequium Christi, sive vir, sive mulier, sive liber, sive servus, sive senex, sive adolescens, sive pater, sive filius, omnibus enim loquitur qui in Christo renati Christum induerunt [a], hortando eos post rectam fidem ad patientiam, ad contemptum hujus mundi, ad castigationem carnis, ad imitationem Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi, docens etiam qui habitus, qui vocis modus, quis gestus corporis atque membrorum, quæ verba, qui mores deceant Christianum. Clerici insuper nostri habent ipsi quoque non pauca quæ discant, inter quæ etiam illud, ut non tam facile in privatorum vel sæcularium domibus celebrent divina mysteria. Quin etiam fratres quondam nostri, qui Satanæ calliditate decepti nuper ab Ecclesia catholica discesserunt, et ipsi profecto invenient hic multa quibus ad resipiscendum a suis erroribus, ac ad eamdem sanctam matrem Ecclesiam revertendum plurimum adjuventur, atque illud in primis, scilicet non esse deserendam Ecclesiam Christi propterea quod intra illam et malos plerumque homines esse contingat : tum discent quid eos sapere, quidve sentire oporteat de potestate et unitate Ecclesiæ ; de ecclesiasticis sacramentis, de fide et operibus, de libero voluntatis arbitrio, de religiosis votis, de jejunio, deque aliis multis, modo recte ac diligenter attendant quæ legunt, et errores suos velint magis corrigere quam tueri, a quibus olim eos revocare, tu quoque scribendo et disserendo, optime Pater, non destitisti priusquam vel ipsi te audire, vel tu eos talia docere ob gradum apostolicæ dignitatis tantopere tenereris. Fuisti hactenus membrum corporis, jam vero membrum es capitis, hinc itaque recte intelligis nunc eos quandiu curari possunt ad te multo magis quam prius atque aliter pertinere ; nam quos antehac ad unitatem corporis redire scribendo hortatus es, posthac exemplis atque orationibus tibi expugnandi, monendi, sanandique sunt, ac benignissime pertrahendi, sic tamen ut eosdem, ubi opus fuerit, etiam arguendo et disserendo nihilominus cures, atque intrare compellas, ut si forte ob mores nostros se ipsos ita præciderunt, moribus item nostris, vel saltem alicujus nostrorum revocentur, subjicianturque capiti suo ad obediendum fidei in obsequium Christi. Quamobrem volumen hoc sanctissimi viri dignum quidem semper ingenio et studiis tuis, istorum causa sit, ut temporibus nostris tibi potissimum debeatur, tuque in doctrina ipsius ad prædicandum aliis veritatem sectanda et astruenda invicem debeas plurimum otii adhibere et diligentiæ, non pro reparatione eorum modo qui ceciderunt, verum etiam pro Ecclesiæ catholicæ ædificatione, omniumque fidelium fructu, necnon sanctæ sedis istius ornamento et adjumento, quæ te nuper nihil tale cupientem, neque etiam cogitantem, splendore hujus dignitatis tam legitime, tam rite, tam sancte ad seipsam invitavit, ut in tantis perturbationibus fidei, dissensionibusque ac scandalis inobedientium filiorum adjuta, sicut par est, studiis ac moribus tuis, solidetur in Domino et dirigatur in laudem et gloriam Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi : qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia sæculorum sæcula. Amen.

[a] Galat. III, 27.

Digitized by Google

PRÆFATIO EDITIONIS BASILEENSIS,

Quæ Græce prodiit anno 1551.

Τῷ περιβλεπτοτάτῳ καὶ αἰδεσιμωτάτῳ Ἄρχοντι Ἰουλίῳ, τῆς τῶν Νουμβουργέων Ἐκκλησίας εὐσεβεστάτῳ Ἐπισκόπῳ, Ἰανὸς Κορνάριος ὁ Ζουϊκκαβιεὺς Ἰατρὸς, ὑγιαίνειν.

Οὔτε τῆς ἀρχῆς σου τὸ προτέρημα, οὔτε τῆς ἐπισκοπῆς σου τὸ ἱεράτευμα, ἐμπόδιόν μοι εἶναι ἡγούμην, τοῦ μὴ θαρσαλέως πρὸς τὴν σὴν, Ἰούλιε αἰδεσιμώτατε ἐπίσκοπε, τιμιότητα τοῦτο τὸ γέρας προσφέρειν. Γέρας δέ φημι, ἤτοι δῶρον, τὸ τῶν ἁγίῳ Βασιλείῳ τῷ ἐπίκλην Μεγάλῳ πάλαι ποτὲ γεγραμμένων βιβλίων τεῦχος, νεωστὶ τῇ μὲν ἡμετέρᾳ δεξιότητι συλλελεγμένον, καὶ πρὸς παλαιότατα ἀρχέτυπα ἐπανορθωμένον, τῷ δὲ πόνῳ καὶ εὐφυΐᾳ τοῦ ἐν τῇ πόλει Βασιλείᾳ τυπογράφου Φρονεβίου καὶ τῶν ἑταίρων αὐτοῦ ἐκτετυπωμένον, καὶ τῇ σου τιμιότητι δι' ἡμῶν ἐπιγεγραμμένον καὶ προσπέφωνημένον. Τοῦτο γὰρ τοσοῦτο μᾶλλον χαριέντως σε προσλήψεσθαι ἤλπισα, ὅσον ἐν τῷ νῦν χρόνῳ ἡ ἀληθὴς εὐσέβεια τεθορυβωμένη κυμαίνει, καὶ ποικίλαις, μᾶλλον δὲ πικραῖς ἀμπλακιῶν ἀέλλαις καταιγίζεται. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ Βασιλείου τοιαύτη τις γέγονε τῶν Ἐκκλησιῶν κατάστασις, συμβήσεται μανθάνειν τοῖς ἀναγινώσκουσι ταῦτα τὰ βιβλία, ἤτοι ὅπως κατὰ τὴν ἑκάστου δύναμιν τοσαῦτα κακὰ ἐπανορθωτέον, ἢ ποῖα διαθέσει φορητέον, ἢ πάντως γε παραμύθιον ἔξουσι τῶν ψυχῶν σφετέρων οἱ ταῖς τοῦ ἁγιωτάτου ἀνδρὸς εὐσεβεστάταις γραφαῖς προσδιατρίβοντες. Καὶ γὰρ ταῦτα πάντα οὐκ ἰδίᾳ εἰς τὴν σὴν χάριν ἢ χρῆσιν ἐξεδώκαμεν, ἀλλ' ὥστε ἐκ τῆς σῆς αὐθεντίας προτραπέντας τοὺς τῆς εὐσεβείας τε καὶ τῆς ἀληθινῆς θεολογίας φιλεπιστήμονας πρὸς τούτων τῶν βιβλίων ἀνάγνωσιν προσκαλεῖσθαι, τὸ σὸν παράδειγμα μιμουμένους, ὃς ὄντως πολυΐστωρ τις, καὶ πραγμάτων καὶ πειρασμῶν ἔμπειρος, καὶ γλωσσῶν ἐπιστήμων, καὶ πολλῶν ἤδη ἐτῶν τῇ ἱερατείᾳ ἐπίσημος ἀνὴρ ὤν, πρὸς ταύτην τὴν ἐπισκοπὴν ἀναβέβηκας, πρὸς μεγίστην εἰκότως ἀναβησόμενος, εἰ μὴ ὁ φθόνος, τῶν ἀρετῶν σου σκιὰ, ἐμποδὼν τέως ἔστηκε. Καὶ ταύτην γε ἐν τοῖς μάλιστα αἰτίαν δοκεῖσθαι θέλοιμι, τοῦ προσφωνεῖν με νῦν τῇ σου τιμιότητι τοῦτο τὸ τῶν τοῦ θείου Βασιλείου γραφῶν τεῦχος, καὶ ἔτι ἵνα τὸν Ῥωμαϊκῶς δι' ἡμῶν λαλοῦντα Βασίλειον, ὁμοίως σοι προσφωνηθέντα, ἡ τελειότης σου ἥδιον δεξιῶτο [sic? !]. Ὄφελον δὲ πάντα τὰ ἡμέτερα τοιαῦτα εἶεν, ὡς τῇ σου τελειότητι καὶ εἰς χρῆσιν καὶ εἰς τιμὴν εἶναι δύνασθαι. Ταύτην γὰρ πάντες σοι ὀφείλουσιν, οἳ τὴν ὁμόνοιαν καὶ τὸ συμφέρον τῶν Ἐκκλησιῶν φιλοῦσιν, ἣν δὴ ὁμόνοιαν μάλιστα διὰ τῆς σου συνέσεως, ἐν ταύταις γε χώραις, παρὰ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐλπίζομεν. Ἔρρωσο. Ἐν τῇ τῶν Ζουϊκκαβιέων πόλει, μηνὸς Σεπτεμβρίου τετάρτῃ, ἔτει τῆς θεογονίας ,αφμθ'.

PRÆFATIO EDITIONIS BASILEENSIS

Anno 1566.

Ad Reverendum in Christo et illustrem principem ac dominum D. Julium Numbergensium Ecclesiæ episcopum pientissimum, Jani Cornarii Medici physici Zuiccaviensis in suam divi Basilii operum translationem Præfatio.

Quæ mihi causa fuit olim divi Basilii scripta conquirendi, legendi, ad Latinos transcribendi, et ad publicam omnium utilitatem edendi : ea etiam nuper me invitavit, imo impulit, ut eadem sanctissimi viri scripta in manus resumpserim, ipsaque rursus perlecta, correcta et ad varia vetusta exemplaria emendata, tum Græce tum Latine ex nostra translatione invulganda duxerim : atque id hoc maxime tempore, quo tu, Juli pontifex, his regionibus mihi patriis episcopus datus es : per cujus excellentem doctrinam, altissimam prudentiam, exactissimum judicium, amabilem æquitatem ac moderationem, omnes boni fore sperant, ut Ecclesiarum infelici discordia per annos aliquot misere divexatarum concordia reparetur. Nam cum in hoc pietatem tuam totam versari videam, ut publicæ paci ac concordiæ in Christiana religione copuletur, et non fuerit aliud sæculum a Christianæ religionis initio, in quo tot hæreses, sectæ, ac dissensiones viguissent, ac magna contentione, et sua defendendi pertinacia, se quam latissime quoquo versus per omnem Orientem extendissent, quam id quo Athanasius, Gregorius Nazianzenus et Basilius vixerunt, et hic vel imprimis tot hæresibus ac sectis ad unitatem ac concordiam reducendis, omni studio elaboravit : et si hoc nostrum sæculum illi proximum, sive quis multiplicem sectæ in sectam sectionem consideret, sive contentiosorum pertinaciam, quæ alicubi ad seditionem usque progressa, et civitates jam, et innumeros homines consumpsit : non scio an, quod ad humana auxilia attinet, aliunde aut amplius consilium, aut paratius solatium inveniri possit, quam ex divi Basilii scriptis, et præsertim epistolis, quas concordiæ faciendæ gratia, plurimas ad plurimos episcopos et civitates scripsit : quæ potissima causa et prioris D. Basilii scriptorum, et jam repetitæ eorumdem editionis mihi fuit. Quanquam hujus non levis causa reverenda pietas tua haberi debeat, cui Basilium inscribere ac mittere visum fuit, non ut ardens illius sanctissimi viri studium in reconciliandis ad veram pietatem animis, ipsa in seipsa hinc agnoscat : sed ut multi qui zeli tui pientissimi affectionem, aut non noverunt, aut malevoli maligne de illa sentiunt, hinc cognoscant te revera esse hujus ævi Basilium, qui ex veræ commiserationis ac misericordiæ visceribus, Ecclesiis condoles, dissensiones tollere conaris, unionem ac consensum reparare studes, nunc quidem in hoc loco constitutus vel maxime, sed tamen etiam antea : ita ut nihil unquam omiseris, quod huc facere putares, ut paucorum etiam ac singulorum adeo colloquiis interesse non sis dedignatus, nihil veritus quorumdam impudentia illa ora, nasosque ac rhonchos in quosvis paratos. Nec sane sine fructu hactenus laborasse, nec frustra cucurrisse videris : quod facile, etiam me tacente, testantur qui tuis consiliis acquieverunt. Hæc tempora angusta, difficilia et turbulenta, in quibus tu episcopum agis, dum ego mecum expendo, non diversa ab illa persecutione mihi esse videntur, de qua Basilius in epistola ad Occidentis episcopos sic ait :

Digitized by Google

Persecutio nos apprehendit, fratres venerandissimi, et persecutionum horrendissima. Persecutionem enim patiuntur pastores, ut dispergantur oves gregis [5]: et quod gravissimum est, neque qui malis vexantur, in perfectione martyrii afflictiones suscipiunt, neque populi in martyrum loco hos athletas colunt, propterea quod Christianorum nomen persequentibus incumbit. Unum est crimen quod nunc vehementer damnatur ac punitur, diligens observatio traditionum patrum. Ob hoc fugantur patriis pii, et cætera. Atque eadem de re ad CCCXVIII illos episcopos, qui in Nicæno concilio congregati fuerunt, Basilius et alii Orientis episcopi hæc verba scribunt :

Nobis autem ad manifestum hæreticorum bellum, amplius etiam id quod ab his qui idem sentire videntur exortum est, ad extremam debilitatem Ecclesias perduxit. Ad quæ sane mala etiam maxime vestro auxilio opus habemus, quo hi qui apostolicam fidem confitentur, dissolutis sectis quas excogitaverunt, de cætero auctoritati Ecclesiæ subditi sint, ut integrum fiat corpus Christi, omnibus membris ad integritatem reversis, et non solum apud alios prædicemus bona, id quod nunc facimus, sed etiam nostras ipsorum Ecclesias veterem de recta fide gloriationem recepisse videamus. Revera enim suprema beatitudine dignum est id quod vestræ pietati a Domino datum est, nimirum adulterinum a probo sinceroque ac puro discernere : patrum vero fidem, citra aliquam detractionem prædicare : quam etiam nos suscepimus, et cognovimus ex apostolicis notis efformatam, consentientes et ipsi, et omnibus in concilii scripto regulariter ac legaliter decretis. Hactenus illi.

Ab hac igitur catholica et apostolica Ecclesia qui se separant, diligenter secum expendant, annon a Christi corpore se avellant, cum Ecclesia Dei una catholica Christi sit corpus, et singuli in ipsa comprehensi, tum inter se, tum Christi sint membra. Quapropter mihi imprimis in solatium, sæpe pientissimi viri, et ad pacem, concordiam, et unitatem omnia molientis scripta lego, relego, et exosculor : nec dubito quin etiam aliis eamdem utilitatem exhibitura sint, qui illa in manus sumere volent. Atque utinam contingat, ut multi pii ac boni viri hinc consilia ac auxilia petant, et quisque quantum in se esset huc conferret, quo et ad unius sanctæ catholicæ Ecclesiæ concordiam omnes deveniremus, et idem in Domino sentiremus : id quod juxta regium Prophetam rogare jubentem quæ ad pacem sunt Jerusalem [6], precor ut Deus solus bonus [7] pro sua benigna erga suos voluntate, clementer suis tribuat. Porro quod R. P. T. inscribendum ac mittendum Basilium duxi, non ideo solum feci, ut, velut dixi, pietatis tuæ zelus divi Basilii zelum referens, hinc ab omnibus cognosceretur, sed etiam ut privatam meam erga tuam pietatem affectionem hinc tibi declararem. Memini enim et suavissime recordor illius cognitionis, quæ mihi adolescenti contigit, dum tu item adolescens illum dicendi artis magistrum amantissime amplectereris, quo ego paulo antea Græcæ linguæ doctore usus fueram. Quo tempore non eo solum nomine apud me in admiratione constitutus eras, quod summam generis nobilitatem, et famosas illas majorum tuorum imagines, sub communi præceptore Petro et Mosellano illustrare instituisses : sed non vulgariter etiam a me diligebaris, quod Gregorium Haloandrum conterraneum meum, magnum illum postea jurisconsultum, cum quo a pueris familiariter educatus fueram, tantum quantus ille fuit, tum consiliis, tum sumptibus datis, efficere proposuisses. Mihi enim et patriæ imprimis id tribui a te putabam, quod in illum conferres. Nec hactenus aliquid defuit mihi præter occasionem, quo minus meum erga P. T. animum declararim. Hanc autem jam adeptum me ratus, ut elaberetur mihi non permittere volui, sed sanctissimi viri librorum, aut, ut rectius dicam, Thesauri puri puti ad te missione, publice testatam facere meam erga R. P. T. observantiam : quam nuper adeo Deus optimus maximus his regionibus inter quas et patria mea numeratur, episcopum dedit : qui publicæ rerum pacis et concordiæ ac reconciliationis in religione Christiana reparandæ gratia, omnia facere ac pati paratus est, et hactenus non exigua pericula pertulit. Macte igitur animo, magnanime Juli pontifex, id quod cum Deo cœpisti prospere perfice, et oves tuæ curæ commissas veræ verbi doctrinæ pabulo pasce, et Ecclesiam Dei ad veram Evangelii filii sui unitatem collige. Nos vero inter tuos recense, et nostram hanc Latinam Basilii translationem, et simul Græcorum ejusdem sanctissimi viri operum collectionem, ei sub nomine tuo editionem, ita æstima, velut sint viduæ illius duo illa quæ sola habebat, et in fiscum mittebat minuta. Quæ apud R. P. T. a me deposita, ita haberi cupio, ut intelligat illa, me hanc meam in his edendis operam totam ipsius judicio subjicere, et unius sanctæ catholicæ Ecclesiæ censuram, sive quid revocare, sive immutare in mea translatione, ex negligentia forte, si ita accidit, non certe malignitate admissum, oporteat, minime refugere : et alioqui ea est rerum mearum tenuitas, ut ad præsentem religionis turbatæ statum, nihil amplius conferre queam, nec propria professio medica sinat, quæ jam mihi instans ad se revocat. Valeat reverenda pietas tua. Zuiccavii Kalendis Septembris, anno Christi 1549.

PRÆFATIO EDITIONIS PARISIENSIS,

Quæ prodiit anno 1618.

Bibliopolæ Parisienses Lectori S.

Post editionem operum S. Gregorii Nysseni, ne fratrem frater desereret, Basilii Magni lucubrationes studiosorum hominum votis expetitas utraque lingua in lucem edere conjunctim cupiebamus : cum a viro doctissimo Richardo Montacutio ad nos ex Anglia missa est editio Græca Frobeniana anni 1551, cum manuscriptis codicibus collata, et in margine multis variis lectionibus et emendationibus illustrata, exceptis solis *adversus Eunomium* et asceticis libris, quibus et Latinam editionem nostram addiderat anni 1603, in homiliis *in Psalmos* recognitam, et in commentario *in Isaiam* in triginta vel circiter locis emendatam, una cum Græco ejus libri textu manuscripto, ac ducentis quatuordecim epistolis nondum vulgatis, ab eodem Latinitate donatis. In quibus ne quid esset fortasse, quod catholicis hominibus suspectum esset, quasi non bona fide omnia e libris calamo exaratis repræsentata essent, et ut aliquo etiam cumulo correctiones illæ augerentur, eruditissimos aliquos hujus academiæ viros oravimus, ut excutere illa vellent, et cum Regiæ bibliothecæ libris conferre.

Et quoniam ante annos tredecim notas suas in Latinam Basilii interpretationem ad nos Burdigala mi-

[5] Matth. xxvi, 31. [6] Psal. cxxi, 6. [7] Marc. x, 18.

Digitized by Google

serat vir doctissimus Fronto Ducæus Societatis Jesu theologus, ab eo precibus contendimus, ut eas recensere, et aliquo auctario vellet ornare, quod et fecit, et libros *contra Eunomium* cum Regiæ bibliothecæ codicibus conferri curavit, atque a R. P. Andrea Schotto ejusdem ordinis theologo, varias lectiones et emendationes in libros asceticos impetravit ex libro clarissimi Gerardi Vossii manuscripto collectos : sed et ilsdem notis suis varias correctiones aliorum Basilii operum inspersit, quæ cum manuscriptis Regiæ Christianissimi regis bibliothecæ collata illustravit.

Alias emendationes Latinæ interpretationis ejusdem doctissimi Richardi Montacutii mandatum fuerat operis typographicis, ut his litteris R. M. in margine ascriptis indicarent, quas in multis locis prætermissas dolemus : sed in suis notis quas alibi edere statuit, eum lectores admoniturum speramus.

Interpretum nomina, qui homilias, libros et epistolas verterant multas non expressimus, propterea quod in præcedentibus editionibus Latinis suppressa fuerant, et nobis ignota : pleraque tamen aut a Raphaele Volaterrano, aut a Volfango Musculo putamus fuisse in Latinum sermonem conversa. Sed in iis potissimum quæ a Desiderio Erasmo et eodem Volfango Musculo, versa data erant recensendis, desudandum præcipue fuit, quod merito suspecta sit eorum fides probis viris, cum partim negligentia et nimia ingenii sui confidentia, partim studio partium impediti, minus sincere suas interpretationes publici juris fecerint.

Eustathii versionem homiliarum *in Genesim* in Appendicem non conjecimus, quod bibliothecæ Patrum potius debeatur, una cum ipsius Basilii liturgia, quemadmodum et *Anaphora* ab Andrea Mazia e Syriaco versa, quæ ab altera S. Joannis Chrysostomi liturgia ægre separari potest : cum multas orationes et divini officii partes communes utraque habeat, quas soli Græci ritus sacerdotes miscere aut inter se copulare suis in templis noverunt : et nos speramus propediem Deo favente libros omnes e Græco versos utraque lingua edituros, qui in illa bibliotheca Patrum hactenus Latine tantum lucem aspexerunt.

Addebatur antea in calce operum Basilii commentarius quidam *in Psalmos*, cujus interpretationem Volfangus Musculus pertexuit, et apud Oporinum excudi curavit, Basileæ, an. 1565 ; sed quoniam ut ante multos annos admonuit vir doctiss. Fronto Ducæus apud apparatum Ant. Possevini, verbo Basilius, eum nihil aliud esse quam Epitomen ex homiliis S. J. Chrysostomi et commentario Theodoreti consarcinatam comperimus, merito illum censuimus omittendum : præsertim cum ejus textus Græcus in bibliothecarum mss. codicibus non facile occurrat, qui nihil aliud potest suggerere, quam dictiones Græcas illorum Patrum, vel compendiose junctas, vel otiose repetitas. Nam priores quidem XIV psalmos ille scholiastes commentario suo ex homiliis Chrysostomi collectis flosculis exornavit : in sequentes autem a decimoquinto ad XLII Theodoreti commentarium ad verbum descripsit, cujus versionem cum illa cardinalis Carassæ apud Theodoretum sensu prorsus convenire comperies. Jam quia reperitur homilia Chrysostomi *in psalmum* XLII et reliquos usque ad LI, ex hujus scriptis in compendium redactis, hic collector suam talem texuit. Rursus ubi se destitui Chrysostomi operibus sensit, ad Theodoretum rediit, ejusque factus est amanuensis, et centesimum octavum psalmum, ac reliquos quadraginta duos petitis e Chrysostomi homiliis enarrationibus illustravit.

Exstat etiam asceticorum librorum Epitome, vel certe Regularum fusius et compendiosius expositarum, quam Latinitate donavit Rufinus Aquileiensis, ac librum *De institutis monachorum* appellavit : eaque Coloniæ una cum reliquis in Regulam S. Benedicti commentariis est edita anno 1575 ; sed commodius una cum cæteris Rufini operibus seorsim edetur, præsertim cum ordinem Regularum non servet, quem Basilii opera præ se ferunt, et sæpe non tam interpretem, quam paraphrasten agat, multis de suo etiam intertextis. Præterea Fredericus Morellus professorum regis Christianissimi decanus, ad hanc Regiam Basilii Magni λόγων εὐωχίαν αὐτόματος, ut Menelaus Homericus ad Agamemnonis fratris Epulum, accessit, Ἥδεὲ γὰρ κατὰ θῦμὸν ἀδελφεὸν ὡς ἐπονεῖτε, quare prælo fraterno præesse non gravatus, Græcæ editionis Basilianæ menda quibus scatebat, quod ad interpunctiones et prosodiam spectat, ut e contextu hujus ἐκδόσεως tollerentur, studuit ; interpretum Latinam versionem labefactatam subinde subsidio suo integravit : Græca mutila partim mss. codd. suorum ope, partim conjectura restituere tentavit, ut e notis ipsius ad calcem Appendicis rejectis, animadvertes. Idem quas a Davide Hœschelio Augustano variarum lectionum observationes emendationesque acceperat, recognovit et fideliter exhibuit. Porro novissimis ejusdem litteris rogatus, ut Gennadii epistolam περὶ διορισμοῦ, perelegantem et eruditam, Græce pridem ab ipsomet accurate editam, lacunis tamen et maculis quibusdam affectam, Latine converteret, laborem non recusavit, eoque libentius fecit, quod illo Gennadii scripto apologiam assertionis Basilianæ *De prædestinatione*, atque elogium Basilii gravissimum contineri. Itaque id opusculum, quasi corollarium auctori doctorique nostro acceptissimum, tibi denegare religioni nobis fuit. En litteratorum virorum φιλοβασιλείῳ κοινωφελοῦς εὐσεβείας avidissimorum σύμβολα bono animo benevolenti tibi oblata. In quo *Si quid te adjuvent, curamve levassent, ecquid erit pretii ?* Æquanimitas, φιλοφροσύνη καὶ εὐγνωμοσύνη. Hac mente, utere, fruere hac regali imo divina πανοπλίᾳ. Vive, vale, Lector, ἐπιεικέστατε. Lutetiæ Parisior. Kalendis Martiis CIↃ IↃC XVIII.

ELENCHUS VETERUM LIBRORUM,

Ad quos exacta et emendata sunt Basilii opera quæ in hoc primo volumine (*a*) continentur.

Hexaemeron, seu *Opus sex dierum* collatum est ad eos manuscriptos, qui infra recensentur.

Regius codex 1824 (nunc 476), quem vocamus primum, sicque de reliquis ordine, ita ut qui primo loco ponitur, vocetur primus ; qui secundo, secundus : quæ methodus semper servabitur. Hic liber membranaceus est et antiquissimus.

(*a*) Quod complectuntur tomi I et II nostræ recensionis. EDIT. PATR.

Digitized by Google

Reg. codex 2286, Henrici secundi, jam olim a Ducæo collatus, chartaceus, notæ sat bonæ.
Reg. codex 2287, primo, in charta.
Reg. codex 2287, secundo, jam olim a Combefisio collatus.
Reg. codex 2349, membranaceus et antiquus.
Reg. codex 2892, undecimi sæculi.
Reg. codex 2896, Medicæus, jam olim a Ducæo collatus, in charta.
Reg. codex 2989, in charta, sed bonæ notæ.
Colbertinus codex 3069, membr.
Colbertinus codex 4721, prout inscribitur in fronte primæ paginæ : at in dorso libri inscribitur 1721 bombycinus.
Coislinianus codex 229, membranaceus, vertente IX sæculo vel ineunte X scriptus.
Coislianus codex 235, membranaceus quoque et antiquissimus.
Bodl. codex, a doctissimo viro Joanne Wolfio collatus.

Pro Psalmis.

Reg. codex 1824, membr.
Reg. codex 1906, membr.
Reg. codex 1907, membr.
Reg. codex 2287, tertio, membr. et antiquissimus ac optimæ notæ.
Reg. codex 2289, membr.
Reg. codex 2525, membr.
Colb. codex 457, undecimo sæculo scriptus.
Colb. codex 499.
Colb. codex 1528, membr. quidem et vetustissimus, sed cujus pars maxima legi non potest.
Colb. codex 1934, optimæ notæ, scriptus decimo sæculo.
Colb. codex 2510, membr. et antiquus.
Colb. codex 4275, membr.
Colb. 4490, bomb.
Colb. codex 5102.
Coisl. codex 230, membranaceus quidem et antiquissimus, sed a librario imperito scriptus, ob idque mendosissimus.

Ad emendationem librorum in Eunomium *collati sunt libri qui sequuntur.*

Reg. 1991, in charta, annorum circiter 200.
Reg. 2286, olim collatus a doctissimis duobus viris Ducæo et Combefisio, in charta, sed notæ sat bonæ; annorum circiter 350.
Reg. 2893, membranaceus et notæ optimæ, annorum 500.
Reg. 2896, in charta, annorum circiter 350.
Reg. 3450, in charta, annorum 350.
Reg. 3442, in charta, sed antiquus tamen, annorum 500.
Colb. 4529, prout inscribitur in fronte primæ paginæ : at in dorso libri inscribitur 1529. Membranaceus et notæ perbonæ, undecimo sæculo ineunte scriptus.
Prætereea in hac nostra editione notantur variæ lectiones Anglicorum quorumdam codicum, quos citat vir eruditissimus Ducæus.

Ad emendationem Commentarii in Isaiam *collati sunt codices qui infra notantur.*

Reg. 1909, qui Combefisii est codex recentior, quique jam antea a Ducæo fuerat collatus, papyraceus : quo libro usi sunt typographi Parisienses.
Reg. 2290 (nunc 492), membr., jam olim a Ducæo collatus.
Reg. 2291 (nunc 495), qui antiquior codex est Combefisii, membranaceus et optimæ notæ.
Reg. 2292 (nunc 496), membranaceus et optimæ notæ.
Colb. 402 (nunc 493), notæ optimæ.
Colb. 4184 (nunc 494), notæ quam optimæ.

EXCERPTA

EX ACTIS S. BASILII BOLLANDIANIS.

(Junii t. II, die 14, p. 807.)

—

De duplici festo, Ordinationis apud Latinos, et Obitus apud Græcos.

Magnus Basilius, Cæsareensis in Cappadocia episcopus, duos præcipue in sacris fastis dies habet memoriæ suæ antiquitus consecratos : in Oriente quidem primum Januarii quo obiit, in Occidente vero hunc XIV Junii quo putatur consecratus episcopus, malentibus Latinis primum sui anni diem

Digitized by Google

totum occupare recolendo Dominicæ Circumcisionis mysterio. His recentior Græcorum pietas, sæculo XI addidit tertium ipsi Gregorioque Theologo et Joanni Chrysostomo communiter celebrandum. De hoc differimus agere usque post Acta vitæ fusius explicanda : de prioribus duobus præfari placet. Latinis ergo Martyrologiis hoc XIV Junii ascriptus sanctus Basilius est : non sunt tamen antiquissima illa : tacent enim de Basilio Hieronymiani Martyrologii ecgrapha omnia ; necnon genuinus Beda, omniaque Bedæ vetusta Supplementa, una cum Floro Lugdunensi, ac denique Wandelbertus Prumiensis. Primi in illo nominando, ex communi tamen nescio quo fonte, fuerunt Usuardus et Ado : quorum primus, more suo brevior, ad XVIII Kalendas Julii sic scribit in omnibus fere exemplaribus : « Apud Cæsaream Cappadociæ Natalis S. Basilii episcopi, qui tempore Valentis doctrina et sapientia insignis, omnibusque virtutibus fundatus, mirabiliter effulsit. » Per natalem diem, alium hic intelligere non possumus, quam anniversarium ordinationis, uti sanctus Leo Magnus, sermone tertio in anniversario assumptionis suæ, eum servitutis suæ natalitium diem appellat. Ideo hodiernum Romanum Martyrologium, servatis aliis Usuardi verbis, loco Natalis, ordinationem posuit ; additque quod Ecclesiam adversus Arianos et Macedonianos mira constantia defendit.

2. Ado, cujus priora verba transcripsit ejus abbreviator anonymus, qui sub Bedæ nomine circumfertur, et Baronium aliosque plures fefellit ac fallit, Ado, inquam, ad similem fere Usuardo commemorationem, his verbis conceptam : « Apud Cæsaream Cappadociæ sancti Basilii episcopi, fratris Gregorii et Petri, » prolixiori elogio eumdem sic prosequitur : « Qui cum esset omnibus virtutibus fundatus, et quodam tempore a Valente imperatore in exsilium pro fide cogeretur, exhibitus ad tribunal præfecti, terroribusque (ut illi moris est potestati) et minis maximis agi cœpit, ut nisi præceptis principis obediret, interitum sibi jam jamque speraret impendere. Tunc ille, intrepidus et absque ulla animi perturbatione, hæc sibi minitanti præfecto respondisse fertur : « Atque utinam aliquid mihi esset digni muneris, quod offerrem huic, qui maturius Basilium de nodo follis hujus absolveret. » Cumque daretur ei nox quæ erat media, ad spatium deliberandi, respondisse denuo perhibetur : « Ego crastino ipse ero qui nunc : tu te, utinam non mutares ! » Et illa quidem nocte uxor imperatoris, velut tortoribus tradita, cruciatur ; filius vero, qui eis erat unicus, exstinctus, paternæ impietatis solvit supplicia : ita ut ante lucem missi sint, qui rogarent Basilium ut precibus suis intercederet pro eis, ne etiam ipsi, et quidem multo justius interirent. Sic accidit, ut cum omnes Catholicos expulerit Valens, Basilius usque ad vitæ exitum, intemerato communionis sacramento, in Ecclesia perdurarit. » Hæc ut quoad rem pleraque vera sunt, ita in circumstantiis ab historia multum aberrant ; quod patebit consideranti Acta inferius danda. Ex Adone tamen ostenditur, sanctum Basilium, annis abhinc octingentis coli solere hac decima quarta Junii ; indeque suadetur eadem die consecratum episcopum ; quamvis ignoretur unde hoc Latini acceperint, tacentibus Græcis

3. Usuardi Lubecæ excusi et Florarii Sanctorum auctores, cum forsan ignorarent qua de causa dies hic Basilio sacer haberetur, translationem ejus quamdam, sed omnibus aliis ignotam excogitarunt. Primus : « Apud Cæsaream Cappadociæ, inquit, translatio S. Basilii, episcopi et confessoris. » Florarium iisdem addit, « fratris Gregorii et Petri, qui tempore Valentis imperatoris, doctrina et sapientia insignis ; cum ipse imperator de illius exsilio sententiam vellet scribere, primus, secundus, et tertius calamus fractus est ; unde indignatus chartam fregit. Claruit anno salutis 369. » Manuscriptum S. Gudulæ, non translationi sed elevationi, hujus diei festum ascribit : et recte, si præter ordinarium loquendi modum, per elevationem intelligeret exaltationem ejus in cathedram episcopalem. Additur in eodem Florario elogium, ab aliis Usuardi apographis diversum, nec erroris expers. « Apud Cæsaream Cappadociæ, elevatio beati et magni Basilii, episcopi et confessoris, fratris sancti Gregorii Nazianzeni et Petri : cui Christus cum suis apostolis apparens, ministerium Missæ docuit : et cujus precibus Ephrem Syrus Græce locutus est : quique mortem Juliani Apostatæ per revelationem cognovit, qui vadens ad bellum Persicum, sibi in reditu destructionem Cæsareæ fuerat comminatus. » An intellectus errore, an calami nimium festinantis, Nazianzenus pro Nysseno hic legatur, non facile dixeris. De aliorum hic narratorum veritate statues, cum Acta inferius danda perlegeris.

4. In ritualibus Græcorum libris, hoc die XIV Junii neminem reperio, qui mentionem sancti Basilii faciat, præter Horologium seu Horarium, ad usum monasterii Cryptæ ferratæ et aliorum monasteriorum ordinis S. Basilii, curante eminentissimo cardinale Nerlio, Romæ impressum, ubi legitur divini officii hic titulus : « Sancti Patris nostri Basilii Magni, » deinde præscribitur ordo, plerisque desumptis ex prima Januarii : hac enim in præfato Horario sancti Basilii festum habetur, solemniter peragendum, simul cum festo Circumcisionis. Et de Basilio quidem ad missam hoc canitur troparium : « In omnem terram exivit sonus tuus, ut susciperet sermonem tuum, quo nos divine congruenterque erudivisti, explanans naturam rerum, et mores hominum exornans. Regale sacerdotium, Pater sancte, intercede apud Christum Deum nostrum, ut salventur animæ nostræ. » Huic subjungitur de Circumcisione simile troparium : « Qui sedes in excelsis super thronum instar ignis splendidum, cum Patre æterno et divino tuo Spiritu, dignatus es na-

Digitized by Google

sci in terra ex matre tua intacta Virgine, et circumcidi puer octo dierum : sit gloria optimo consilio tuo, gloria incarnationi tuæ, gloria summæ erga nos demissioni tuæ, unice hominum amator. » Hinc rursus ad Basilium : « Tu basis inconcussa Ecclesiæ, præbens cunctis mortalibus inviolatum refugium, tuaque confirmans dogmata; cœli instar resplendens, sancte Basili. » Similiter et primum vetustiusque officium, descriptum in Menæis, festi atque sancti encomia miscet; et in vesperis quidem habet tres versus similares, ut vocant; quorum primus de sesto ascribitur Byzanti; duo autem de sancto dicuntur esse Basilii et Joannis monachorum, quorum posterior videtur esse Damascenus, idem et auctor canonis prolixi de eodem sancto, cui elogium de vita interponitur hoc disticho præeunte :

Ζῇ Βασίλειος καὶ θανὼν ἐν Κυρίῳ.
Ζῇ καὶ παρ' ἡμῖν ὡς λαλῶν ἐκ τῶν βίβλων.
Basilius, etiam mortuus, Domino vivit;
Nobisque vivit, in suis loquens libris.

Exstat apud Combefisium oratio sancti Amphilochii, Iconiensis episcopi, in Domini circumcisionem, in quo ille sic de sancto Basilio loquitur : « Hic circumcisione, quæ fit in spiritu et divino baptismate, magno animo prædicata, perspicue admodum si quis alius Dei cultor, circumcisionem in carne submovit. Idcirco etiam ejus ad Deum a terra et corpore solutio migratioque, non abs re, neque (ut quis præter rationem fuerit suspicatus) a casu, hodierna die circumcisionis Jesu, media divinæ Christi nativitati baptismoque concurrit; sed velut qui beatissimus vir, in Christi nativitatis baptismique renuntiatione et exaltatione, spiritualem circumcisionem exaltaverit, sacra memoriæ ejus die, una et ipse resolutius, ad Christum exaltari meruit : decretumque fuit ut per id tempus annua ejus memoria celebritasque recoleretur : idcirco universalis per omnes orbis partes sanctorum universorum Ecclesia, sanctissimam ejus sacramque die hac agens glorificansque memoriam, gratissimis Deo laudibus, una Christum, qui gloriosus est in sanctis suis, canticis celebrat et glorificat. »

5. Menæa quoque Venetiis excusa, prima Januarii, ut jam dicere cœpi, officium sancti Basilii solemniter celebrandum, simul cum festo circumcisionis præscribunt, hymnis variis canticisque ad honorem sancti intextum, quibus orthodoxa ejus doctrina, pastoralis sollicitudo, casta conversatio, miraculorum gratia cœlitus concessa, laudantur. Exemplo, reliquis omissis, sint hæc : « Diffusa est gratia in labiis tuis, sancte Pater, et factus pastor Ecclesiæ Christi; docuisti rationales oves credere in Trinitatem, consubstantialem in una deitate. Miraculorum gratia cœlitus exornatus, fraudem idolorum prædicatione confudisti, antistitum princeps, gloria, fulcimen, beatissime Basili, et Patrum omnium doctrinæ exemplar. Fiduciam apud Christum nactus, ipsum deprecare, ut salventur animæ nostræ. »

A Ex metrico etiam Synaxario seu Kalendario dies obitus ejus hoc versu annuntiatur :

Ἰανναυαρίοιο θάνες Βασιλεῖε πρώτῃ.
Ipsis occumbis Jani, Basilie, Kalendis.

Tunc etiam ejusdem festum præcipuo cultu celebratur in sanctissima magna Ecclesia Constantinopoli, uti legitur in fine Elogii historici, quod hoc die recitandum, præscribitur in Menæis excusis. Elogium hoc non caret mendis. Quare, eo omisso, satis habeo producere aliud brevius, sed vetustius et accuratius, ex Menologio Basilii imperatoris, circa annum 984 conscripto hac verborum forma :

B 6. Ὁ ἐν Ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Βασίλειος ἦν ἐπὶ τῆς βασιλείας Οὐάλεντος, ὄντινα Οὐάλεντα τὰ Ἀρείου τοῦ αἱρετικοῦ φρονοῦντα παῤῥησιασάμενος ἤλεγξε, καὶ ἔπεισε παρ' ὀλίγον τὴν αἵρεσιν ἀρνήσασθαι, εἰ μὴ αἰσχυνόμενον αὐτὸν ἔβλεπεν· ὅμως εἰ τὴν αἵρεσιν τελείως οὐκ ἠρνήσατο, τέως καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ προσῆλθε, λειτουργοῦντος τοῦ μεγάλου Βασιλείου, καὶ δῶρα προσέφερεν· ἦν δὲ ὁ μέγας Βασίλειος υἱὸς Βασιλείου τοῦ ἀπὸ τοῦ Πόντου, καὶ Ἐμμελίας τῆς ἀπὸ τῆς Καππαδοκίας, ὅστις ἐν σοφίᾳ καὶ γνώσει πάντας καὶ τοὺς παλαιοὺς ἐνίκησε, κατεξαίρετον δὲ τοσοῦτον ἐγένετο εὐλαβὴς, ὡς καὶ ἀρχιερεὺς γενέσθαι τοῦ θρόνου Καισαρείας, ὅπου καὶ πολλοὺς ἀγῶνας ὑπὲρ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ὑπομείνας, καὶ βασιλεῖς καὶ ὑπάρχους καταπλείξας, καὶ τῶν αἱρετικῶν τὰ στόματα φράξας τοῖς λόγοις, καὶ βιβλία πλεῖστα συγγραψάμενος, καὶ μυρία θαύματα ἐργασάμενος, ἐν εἰρήνῃ πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν. « Sanctus Pater noster Basilius floruit sub Valentis imperio. Valentem vero, Ariana hæresi infectum, Liberius admonendo redarguit, persuasitque propemodum hæresim abjurare, si non sibi id dedecori futurum timuisset : quamvis enim hæresim plene non abjuraverit, accedebat tamen ad ecclesiam, magno Basilio rem divinam faciente, et dona offerebat. Erat vero magnus Basilius filius Basilii Pontici, et Emmeliæ Cappadocis. Vir iste egregius, sapientia et doctrina coævos æque ac antiquos superavit. Pietatis vero erat tam eximiæ, ut in thronum episcopalem Cæsareæ evectus sit, ubi et multa certamina pro orthodoxa fide sustinuit; stuporem simul et terrorem imperatoribus et præfectis incutiens, hæreticorumque ora dicendi vi obturans : ac tandem, cum multos libros scripsisset, et plurima patrasset miracula, in pace migravit ad Dominum. »

7. Neque solum in sacris Græcorum fastis hac die ascriptus est sanctus Basilius; sed tanta festi solemnitas, quæ per Orientem prima Januarii ad ejus venerationem instituta est, occasionem præbuit antiquioribus Martyrologiis Latinis, ejus memoriam saltem aliquam eadem quoque die faciendi. Inter eos Beda supposititius habet, sancti Basilii episcopi. Usuardus Coloniensis, in Cæsarea Cappadociæ depositio sancti Basilii. Maurolycus, in Cæsarea Cappadociæ depositio sancti Basilii episcopi, cujus celebritas decimo octavo Kalendas Julii

Digitized by Google

potissimum recolitur. His, elogium et annum mortis perperam designatum, addens Florarium : « Qui, inquit, tempore Valentis imperatoris doctrina et sapientia insignis, omnibusque virtutibus fundatus, mirabiliter effulsit. Obiit circa annum Domini 383. » Notkerus, a reliquis omnibus diversissimum elogium texens, ad eumdem 1 Januarii : « In Cæsarea, inquit, metropoli Cappadociæ, depositio sancti Basilii episcopi, qui Regulam fratrum et multa alia utilia conscripsit; et, super multa mirabilia quæ fecit, chirographum perditi hominis, quod diabolo fecit, orando recipere meruit; ex diem mortis suæ propter conversionem Joseph Hebræi distulit, et conscriptionem cujusdam nefandi sceleris etiam defunctus abolevit. » Sed hæc ex pseudo-Amphilochio sumpta, quam exiguam fidem mereantur, infra patebit. . . . . .

. . . . . .

De reliquiis S. Basilii Brugas Flandrorum translatis et usque hodie servatis.

Nemini non videbitur admiratione dignum, quod de tam celebris sancti reliquiis vix ulla relicta memoria sit, nulla uspiam facta corporis elevatio, translatiove legatur, cujus monumentum vel historia ad posteros transierit. Tanti tamen thesauri caput, brachium et costam Romæ haberi asserit Pancirolius in reliquiarum Urbis Indiculo, partem vero non exiguam a quingentis minimum annis possidet celeberrima Flandrorum civitas Brugæ, ubi etiam exstat antiquitus ecclesia, sub ejusdem sancti nomine dicata. Fundator fuit Theodoricus Alsatius, Flandrorum ac Viromanduorum comes ab anno 1128 ad 1169 : de qua fundatione Brugis accepimus Philippi filii diploma, datum anno 1187; et a Roberto III Flandriæ comite renovatum, anno 1321, hoc tenore :

« Universis, tam præsentibus quam futuris, præsentes litteras inspecturis, Robertus comes Flandriæ salutem, et rei gestæ noscere veritatem. Ad perpetuam rei memoriam, notum facimus universis : Ut instituta salubriter, nostris et prædecessorum nostrorum temporibus, prudenti et proviso maturoque consilio confirmata per prædecessores nostros, certa quadam notitia propagentur in posteros; ne processu temporis a posterorum memoria, per ineptam oblivionis caliginem, evanescant, litterarum solent indiciis publicis æternari. Nos igitur attendentes, prædecessores nostros, pro suarum ac prædecessorum et successorum suorum animarum salute, Brugis in Burgo, in honorem Dei, beatæ Virginis Mariæ, et sancti Basilii episcopi, ecclesiam ex proprio sumptu ædificatam, ad ibidem Deo per quatuor capellanos inibi institutos in propria persona deserviendum, fundasse, et canonice statuisse : pro quibus reditus et alia ordinarunt provisa, prout in litteris infrascriptis, sigillo quondam bonæ memoriæ domini Philippi, olim Flandriæ comitis, prædecessoris nostri sigillatis, apparebat prima facie, hæc et alia inter cætera plenius continentur. Quas litteras nos vidimus, et diligenter inspici, ac collationem de iis fieri fecimus solerter : quarum tenor talis est :

« Ut in temporibus nostris instituta salubriter et prudenti consilio confirmata, certa quadam notitia propagentur in posteros, ne processu temporis a posterorum memoria per ineptam oblivionis caliginem evanescant, litterarum solent indiciis æternari. Quapropter ego Philippus, Dei gratia Flandriæ comes, tam posteris quam præsentibus, notum esse volo, quod pater meus dignæ memoriæ comes Theodoricus, et mater mea piæ recordationis comitissa Sibilla, divina inspiratione commoti, pro animarum suarum et suorum prædecessorum necnon et successorum salute, Brugis in Castello, in honore Dei et beatæ Virginis Mariæ, et sancti Basilii episcopi, ecclesiam ex proprio sumptu ædificari fecerunt, et ad ibidem Deo serviendum in propria persona, per quatuor capellanos, canonice statuerunt singulis decem libras in festo sancti Martini ex officio Lambini, singulis XXVII solidos ex ministerio Lamberti..... » Sequitur singulorum redituum accurata enumeratio; qua studio brevitatis prætermissa, sic continuatur diploma :

« Ut autem hæc omnia quæ postea supervenerunt vel adhuc supercrescent, rata et inconvulsa permaneant, litterarum custodiæ commiserunt, et privilegii sui munimine firmaverunt : quod longo tempore post eorum decessum, ex communi incendio Brugensi, per incuriam deperiit. Ne autem hoc infortunio, quod bene fecerant eorum amitteret posteritas, quidquid in eo dignum memoria conscriptum fuerat, rescribi et confirmari feci; subscriptis eorum qui interfuerunt nominibus, Gerardi, Brugensis præpositi, Flandriæ cancellarii; Hugonis, decani S. Donatiani; Joannis, Brugensis castellani; Gilberti de Aria. Actum in Maleo, anno incarnati Verbi MCLXXXVII.

« Quarum litterarum effectum nos Robertus, comes Flandriæ supradictus, pro nobis et successoribus nostris, auctoritate nostra principali, perpetuum vigorem et roboris firmitatem volumus obtinere. In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum Curtraci, præsentibus magistro Nicolao de Petra, ecclesiæ Beatæ Mariæ

Digitized by Google

Brugensis præposito; Mag. Henrico Bram, legum professore, canonico Tornacensi; Mag. Christiano, ecclesiæ Harlebecensis præposito; domino Christiano, dicto Matam, decano dictæ Harlebecensis ecclesiæ; Simone Vastun, Flandriæ receptore; et Rogerio, Tomun, consiliario et serviente nostro; die Mercurii, post festum beati Petri ad Vincula, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo primo. » Et bullæ appendebat comitis sigillum in cera alba, et jam fere flava. Inferius scriptum erat: « Facta collatione hujus, cum bulla reservata in sacello Sacri Cruoris Brugis; inveni ego infrascriptus notarius, Brugis quoque residens, copiam hanc cum illa concordare: quod attestor. » Et signatum erat, « Spetael notarius 1671. »

Inter Crucesignatos principes, qui pro recuperanda Terra sancta per Minorem Asiam victores transierunt, et recuperata cæsis barbaris Nicæa, Iconium in Lycaonia, atque Cæsaream in Cappadocia obtinuerunt anno MXCVII, fuit Robertus II, Hierosolymitanus inde dictus, Flandriæ comes. Huic inter prædam potuit obtigisse S. Basilii corpus, quod ille in Flandriam miserit, vel ex Syria post biennium reversus attulerit; quamvis ejus rei nulla exstet memoria. Roberti illius ex sorore Gertrude et Theodorico Alsatiæ Lantgravio nupta, nepos fuit Theodoricus, cognomento Alsatius, post S. Caroli Dani necem vindicatam et abdicatum Guilielmum Normannum, assumptus in comitatum Flandriæ. Hic prænominatam sancti Basilii ecclesiam fundavit dotavitque, princeps pius, et quater in sacram militiam profectus; unde prima vice revertens anno circiter 1139, videtur adduxisse uxorem Sibillam, Hierosolymitani regis Fulconis filiam, cum qua prædictam deinde ædificavit ecclesiam, sanctoque Basilio dicavit; utique vel ob recentem aliquam erga eumdem obligationem, vel causa feicis ex Syria reditus, nisi opinari quis mallet, sancti istius ossa tunc primum allata in Flandriam fuisse ab ipsomet. Ut ut est, idem comes secundam in Orientem expeditionem suscepit an. 1144; indeque an. 1150 reversus Brugas, juxta Meyerum in Annalibus Flandriæ, et septimo Idus Aprilis, incredibili gaudio ac gratulatione a Flandris exceptus, sacerrimi cruoris Christi portionem, in phiala crystallina deportatam, per Leonium Abbam Bertinicum, collocavit in æde Sancti Basilii, ad quam cum ingens undique concursus multaque miracula fierent, atque ita prioris patroni cultus ac veneratio obscuraretur, visum fuerit huic renovandæ, ornandæque pariter collegiatæ et primariæ ecclesiæ conducturum, si in hanc transferrentur sancti Basilii sacra ossa; nisi id malimus factum opinari per præmemoratum Burgi Burgensis incendium, longo tempore post excessum fundatorum, uti loquitur Robertus III; quando restauratis ecclesiis ambabus, placuerit sic dividere reliquias, a Theodorico olim depositas ad S. Basilii, ut hujus ecclesiæ, utpote Palatinæ, manserit sacer cruor; collegiatæ eidemque parochiali, cæteræ ex Asia, Gallia, Italia, Belgioque collectæ, quarum in diplomate Philippi comitis habetur notitia.

Diploma hoc habemus transumptum sub fide publica Claudii Agretti, protonotarii apostolici. Habemus etiam aliud instrumentum translationis alterius, factæ anno 1463; ac denique translationis tertiæ, hoc ipso quo imprimimus anno 1697 celebratæ; quando in veteris capsæ apertione sola inventa narratur reliquia sancti Basilii, una cum litteris in pergameno cum magno sigillo rubro, exhibente effigiem equestrem, et sericis antiquis ligamentis adjunctis, cujus lectura, tam in sigillo quam in pergameno, non potuit fieri, propter nimiam vetustatem. Cum magno profecto posteritatis detrimento, ex tali lectura, si fieri ea potuisset, verosimiliter intellecturæ nomen ac tempus primi translatoris ac donatoris. Oliverius Vredius, inter Brugenses hujus sæculi eruditos jurisconsultos nominatissimus, anno 1639 edidit sigilla comitum Flandriæ, insigni Commentario illustrata. Primus ibi equestris occurrit Balduinus, Insulanus a patria, Pius vero a divino cultu dictus, teste Meyero, et ab anno 1034 ad 1057 potitus comitatu. Cum isto aliisque sequentibus conferre si libeat vetus istud, cujus litteræ evanuerunt, sigillum; fortassis ex majori minorive ruditate equi equitisque, haud inverosimilis formabitur conjectura de ipsius sigilli, et rerum hinc pendentium ætate: ego transeo ad instrumentum anni 1187. cujus hic est tenor:

« In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen. Anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo octuagesimo sexto, VIII Kalendas Junii, in ecclesia Beati Donatiani Brugis, aperta sunt octo scrinia, in quibus inventæ sunt reliquiæ sanctorum quamplurimæ, per manum Philippi Flandrensis et Veromandensis comitis, filii Theodorici comitis, præsente Florentio Hollandiæ comite, et Gerardo nostræ ecclesiæ præposito; item Gerardo, Insulano præposito; et cæteris confratribus nostris aliisque quamplurimis. In uno itaque scrinio, quod sancti Basilii dicitur, inventæ sunt reliquiæ, quæ subscriptæ sunt, veraci testimonio litterarum impositæ.

« Reliquiæ S. Basilii; scilicet ossa.
R. S. Nicolai, os de capite ejus.
R. S. Andreæ. R. S. Georgii.
R. S. Firmini. R. S. Martini.
De linteo Domini, unde pedes apostolorum in cœna tersit.
De petra, ubi Christus fuit, quando jejunavit XL diebus.
R. S. Radegundis.
De S. Silvino, costa una, dens, et digitus unus.
R. S. Sebastiani, de costa ejus.
S. Petri, S. Mariæ.
S. Joannis, S. Vedasti.
De S. Folquino, costa una, et digitus unus.
R. S. Petri, S. Joannis, S. Vedasti.

Digitized by Google

R. S. Cosmæ. S. Peregrini.
De veste Innocentium.
De S. Theodoro. De ligno Domini.
De barba S. Amandi.
R. S. Pauli, S. Remigii, S. Petri.
De monte Calvariæ. De præsepe Domini.
De brachio S. Odulphi. R. Symonis et Judæ.
S. Bartholomæi apostoli.
S. Agnetis virginis. S. Eligii.
De columna, ubi fuit Dominus flagellatus.
De concha, unde lavit pedes apostolorum.
R. S. Mariæ, S. Petri, S. Pauli.
R. S. Gregorii, S. Germani, S. Simplicii.
S. Andreæ. S. Remacli.
R. S. Jonæ prophetæ.
R. S. Cæciliæ digitus. S. Berthæ.
De ligno Domini.
R. S. Bertini. S. Audomari.
S. Scholasticæ. S. Felicii papæ.
De oleo quod benedixit S. Benedictus.
De petra, super qua Dominus stetit.
R. S. Pauli, S. Cyriaci martyrum.
S. Hippolyti mart. S. Gengulphi mart.
S. Pancratii mart. S. Sabinæ virg.
S. Odulphi. S. Gerulphi.
S. Maximi. S. Quintini.
S. Machuti. S. Idebergæ.
S. Martini. S. Gregorii.
De præsepe Domini.
De virga Aaron.
R. S. Jacobi apostoli.
S. Marcellini et S. Geminiani,
De capillis S. Christophori.
De capillis apostolorum Petri et Pauli.
SS. Matthiæ et Andreæ.
S. Joannis evangelistæ. R. S. Felicitatis.
Brachium S. Severiani.

Hæc autem Philippus sigillo suo muniri præcepit.

A tergo inscriptum erat eodem charactere RELIQUIÆ : et additum recentiori manu, VISITATÆ 1186. » Quid autem septem aliis scriniis contineatur, vel quid iis postea factum sit, Brugensibus examinandum relinquo.

De alia reliquiarum sancti Basilii visitatione, et depositione in ornatiorem capsam, testatur registrum Actorum capitularium præfatæ ecclesiæ Sancti Donatiani Brugensis, notatum F folio 246, pag. versa 51 : cujus hoc est extractum : « Die XVIII mensis Aprilis, anno 1463 supradicto, conclusum fuit per dominos capitulum, quatenus dominus suffraganeus R. D. episcopi Tornaci, accepta licentia ab eodem domino episcopo, transferat, quam rectius melius, sacras reliquias sancti Basilii, et alias in veteri capsa exsistentes, et eas reponat in novo feretro, ex auro et argento ob hoc fabricato. Quæ quidem translatio facta fuit anno ab incarnatione Domini 1463, indictione XI, mensis Maii die vero penultima, pontificatus sanctissimi in Christo A Patris et domini nostri, domini Pii divina Providentia papæ II anno quinto, in hac ecclesia Sancti Donatiani Brugensis, scalfaudo bene carpentato, ante doxale; et sacrosanctæ reliquiæ inferius designatæ, nuper ex quadam vetusta capsa, in qua diu ab antea, videlicet de anno Domini 1186, VIII Kal. Junii, Philippo Flandriæ et Veromanduæ comite, Theodorici comitis Flandriæ filio tunc regnante reverenter exstiterant collocatæ, a casu disrupta, extractæ fuerunt per reverendum in Christo Patrem, D. Guilielmum Vasoris, sacræ theologiæ professorem, de ordine Prædicatorum, episcopum Sareptanum; ad hoc a reverendo in Christo Patre et Domino, D. Guilielmo episcopo Tornacensi loci diœcesano, speciale mandatum habente, translatæ, B et in novo feretro, S. Basilii attitulato, in illustrissimorum principum dominorum, Philippi Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, et Limburgiæ ducis; ac Flandriæ, Arthesii, Burgundiæ, Palatini, Hannoniæ, Hollandiæ, et Zelandiæ, ac Namurci comitis, Sacrique Imperii marchionis; dominique Frigiæ, Salinarum et Mechliniæ : Caroli comitis Carolesii, ac de Castrolino et de Bethunia domini; ipsius domini Philippi filii legitimi et hæredis : nec non Joannis ducis Clevensis; reverendique in Christo Patris domini Caroli de Borbonio, archiepiscopi Lugdunensis, primatis Franciæ; Ludovici comitis S. Pauli, illustrisque dominæ Agnetis Burgundiæ, ducissæ Borboniæ, ac Adolphi Clevensis domini de Ravestain, dicti D. ducis Clevensis fratris; ac etiam C reverendorum venerabiliumque in Christo Patrum dominorum Thomæ Assanensis, in partibus Angliæ episcopi, de ordine Prædicatorum; Nicolai abbatis de Eeckhout, Brugensis; et Roberti Watiniensis, ordinis S. Augustini; necnon Nicasii de Puteo, de Bethunia; Joannis de Vassaya, Sonegiensis; Joannis Vincentii, Casletensis; et Caroli de Campis, Thoraltensis ecclesiarum collegiatarum præpositorum; ac Rolandi scriptoris decani, et omnium fere dominorum, hujus ecclesiæ Sancti Donatiani tunc canonicorum aliorumque vivorum ecclesiasticorum, et populi multitudinis præsentia, reverenter et devote reconditæ et reclusæ. »

Exhinc sequitur eadem enumeratio reliquiarum, D nulla addita aut dempta. Ac primum nominantur ossa plurima S. Basilii : quibus postea nihil decessisse, alio forte translatum, non ausim asseverare : cum in ultima translatione non admodum multa ossa reperta sint; nihil autem cæterarum hic rursus nominatarum reliquiarum; specificationem autem harum sequitur nomenclatura canonicorum, qui translationi huic adfuerunt, videlicet :

Presbyteri.

Joannes Mynheere,
Victor de Swavenaerde,
Jacobus Maes,
Ægidius Beversluys,
Philippus Syron,
Balduinus Spoel,

Digitized by Google

Burchardus Kederkin,
Nicolaus Brudimont.

Subdiaconi.

Jacobus de Campis,
Ricardus de Capella,
Henricus de Miret,
Joannes Damiens.

Acolythi.

Carolus Soillot,
Joannes de Feraye,
Et Jacobus de Purgatorio.

Notarii vero fuerunt,

Joannes Flaming,
Jacobus Juvenis.

Tertia translatio reliquiarum sancti Basilii in novam iterum capsam, eamque argenteam, peracta est hac nostra ætate, anno scilicet 1687; celebritate autem majori, si dignitatem personarum excipias, quæ prioribus interfuerunt. Etenim cæremoniæ omnes adhibitæ sunt, quæ solemnitatem reddere poterant augustiorem, exquisitissima musica intercinente. Orationem Latinam habuit R. A. D. Petrus Maes, ejusdem cathedralis ecclesiæ canonicus; Belgicam, ad confertam populi concionem, dixit P. Jacobus Mols, societatis Jesu celeberrimus sui temporis orator. Reliqua tibi dabit ipsum, quod ea super re confectum est, publicum illustrissimi domini episcopi, reliquias transferentis, instrumentum.

B

HUMBERTUS GUILIELMUS, DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA EPISCOPUS BRUGENSIS, PERPETUUS AC HÆREDITARIUS FLANDRIÆ CANCELLARIUS, REGIÆ SUÆ MAJESTATI A CONCILIO STATUS, etc.

C

« Universis et singulis præsentes litteras visuris, seu legi audituris, salutem in Domino. Promotioni cultus sanctorum studiose semper intendimus, scientes Deum omnipotentem in sanctis suis honoratum, sanctorum cultores ad sanctorum in æterna beatitudine societatem disponere, et efficacius perducere. Cum itaque nuper, ex pietate et munifica liberalitate reverendi adm. domini Eugenii de Vicq, decani ecclesiæ cathedralis Sancti Donatiani, absoluto opere novi feretri sacrarum reliquiarum sancti Basilii Magni, Cæsareæ in Cappadocia archiepiscopi et confessoris, singularis patroni, a multis retro sæculis in eadem ecclesia cathedrali asservatarum, et piæ venerationi exhibitarum; adm. reverendi et venerabiles domini, prædictus decanus et capitulum ejusdem ecclesiæ, desiderantes pro posse mandare exsecutioni translationem prædictarum sanctarum reliquiarum, ex antiquo in antedictum novum feretrum, nos debita cum instantia requisierint, id fieri cum solemnitatibus et cæremoniis opportunis ad hoc requisitis.

D

« Hinc est quod nos ea de causa, anno Domini millesimo sexcentesimo atque octogesimo septimo, mensis Junii die XIII, pridie festi ejusdem sancti Basilii, sedente in cathedra sancti Petri Romæ Innocentio papa ejus nominis undecimo, Leopoldo A Augusto imperante, et regnante Carolo secundo Hispaniarum rege, Flandriæ comite, accesserimus supradictam ecclesiam cathedralem, ibidemque pontificalibus induti, cum ministris et lumine, præsente clero ac honorabilioribus viris infra nominatis, et frequenti populo, ante summum altare chori ejusdem ecclesiæ, decantato prius hymno, *Veni creator Spiritus*, cum collecta ejusdem, postquam rev. adm. dominus decanus, alta voce, nomine suo et capituli exposuerit, ac nos iterum rogaverit ut dignaremur reliquias prædictas sancti Basilii transferre de antiquo in novum feretrum; jusserimus ad nos afferri antiquam capsam seu feretrum dictarum reliquiarum sancti Basilii, ante nostrum adventum in mensa a latere evangelii expositum: quod prævia diligenti visitatione reperimus debite occlusum. Apertoque de mandato nostro dicto antiquo feretro, reperta fuit in eo parvula cistula lignea, rubro depicta, vinculis ferreis bene occlusa; in qua reperimus tria ossa, nempe magnam partem spinæ dorsi, cui affixa est schedula pergamena, in verbis continens, RELIQUIÆ SANCTI BASILII ARCHIEPISCOPI; et duo alia, simul involuta gossypio, et obducta albo serico Damasceno, cum litteris in pergameno, cum magno sigillo rubro, exhibente effigiem equestrem, et sericis antiquis ligamentis adjunctis: cujus lectura, tam in sigillo quam in pergameno, non potuit fieri, propter nimiam vetustatem. Dictaque ossa, discooperta et integre inventa, omnibus præsentibus veneranda exposuimus et exhibuimus: ac prædictas reliquias, in corporali alio mundo simul junctas, decenter manibus nostris involvimus, et in præsentia nostra in eodem corporali consui curavimus filis byssinis: ad quas eosdem reverendos admodum ac venerabiles dominos de clero ejusdem ecclesiæ, aliosque notabiliores præsentes, tam ecclesiasticos quam sæculares, ad osculum ante summum altare prædicti chori per ordinem admisimus. Postmodum omnes easdem reliquias, dicto corporali inclusas, in novo serico cæruleo filis sericis ejusdem coloris involvimus. Denique idem involucrum inclusimus novæ cistulæ, ab extra affabre depictæ, et supernæ inscriptæ rubro colore: RELIQUIÆ SANCTI BASILII MAGNI, TRANSLATÆ XIII JUNII 1687; et ab intra coopertæ satino cæruleo (quam prævie juxta præscriptum Pontificalis Romani, cum prædicto novo feretro majori argenteo, benediximus) una cum præsentibus nostris litteris, prædicto pervetusto illi pergameno transfixis, inter duas culcitras ex satino cæruleo ab utraque parte factas, ac copia per nos authenticata et sigillata cujusdam testimonii anni millesimi centesimi octogesimi sexti VIII Kal. Junii; qua patet, per Philippum, filium Theodorici comitem Flandriæ, in præsentia Florentii comitis Hollandiæ, Gerardi præpositi Sancti Donatiani, item Gerardi præpositi insulani, et reliqui cleri ecclesiæ Sancti Donatiani, prædictas reliquias sancti Basilii Magni, aliasque complures fuisse visitatas debitis cæremoniis, et sigillo ejusdem comitis Flandriæ,

Digitized by Google

adjuncto, apposito antedictæ novæ cistulæ sigillo nostro, ab utroque latere in cera rubra.

« Acta fuerunt hæc in choro sæpe dictæ ecclesiæ cathedralis Sancti Donatiani Brugis, anno, mense, et die, quibus supra, præsentibus in eadem solemni translatione admodum reverendis et venerabilibus dominis, videlicet nobili domino Eugenio de Vicq, J. U. L. prædictæ ecclesiæ decano; D. Joanne Pinckel, S. T. L. archidiacono; D. Jacobo de Crits, cantore; D. Joanne de Blissy, S. T. L. archipresbytero; D. Joanne Francisco de Baillencourt, J. V. L. nobili D. Joanne van Volden, J. V. L. D. Francisco van Torre, D. Claudio Agretti, J. V. D. nobili D. Roberto Alexandro de Haynin, J. U. D. Alberto Claysman, J. U. L. nobili D. Carolo Triest, J. U. L. D. Henrico Mortel, D. Joanne Bapt. Besœte, J. U. L. D. Nicolao Rosignol, D. Gaspare Gelson, D. Theodoro Benoit, nobili D. Alexandro van Volden, J. V. L. D. Carolo Alexio de Baillencourt, J. V. L. D. Joanne Bapt. vanden Bogaerde, D. Ludovico Collaert, D. Petro Maes, J. V. L. nobili D. Guilielmo Josepho Alverado y Braceamonte, nobili D. Jacobo Francisco de Aranda, J. V. L. D. Petro Stalpaert; canonicis, presbyteris ac reliquo ejusdem chori clerico; necnon adm. reverendis et venerabilibus dominis, DD. Placido Ockerhout, et Martino Colle, S. Andreæ et Dunensium respective abbatibus; D. Judoco Ranst J. V. L. et decano ecclesiæ cathedralis S. Bavonis Gandavi; reverendis patribus Carolo Claesman et Jacobo Mols, presbyteris Societatis Jesu.

Præsentibus etiam aut invitatis prænobilibus, generosis ac honorabilibus viris DD. excellentissimo domino Procopio de Lalein, ex comitibus de Hooghstrate, comite de Renebourg, a consilio militari suæ majestatis et superintendente militiæ provinciæ Flandriæ; nobili D. Ferdinando Augustino de Vicq, toparcha de Meulevelt et Desmarreis, civitatis Brugensis sculteto: nobili D. Francisco Nans, Toparcha de Meetkerckhove, Brugensium burgimagistro primario; nobili D. Claudio de Corte, Brugensium burgimagistro secundario; nobili Christophoro van Volden, primo Brugensium graphiario; nobili Philiberto van Volden, toparcha de Crengert, Franconatensium consule primario; nobili D. Nicolao d'Heere, Franconatensium consule; consultissimo domino Jacobo de Steenberge, Franconatensium graphiario primario; generosissimo viro D. Ambrosio de Præcipiano comite de Soye, regiæ suæ majestati a consiliis bellicis et militiæ præfecto; generosissimo viro D. Alberto de Merode, comite de Wattou et Thian, tribuno legionis pedestris præsidii Brugensis, nobili Jacobo de Croonendale, vice comite de Vlieringe, toparcha de Breethaut; nobili D. Philippo Alberto de Vicq, barone de Cumtigh, toparcha de Vissennacq; nobili D. Joanne Carillo, toparcha de Cauwerbourg; nobili D. Carole Gillon, toparcha de Snellegem; et in præsentia plurimorum reverendorum atque honorabilium utriusque ordinis virorum. In quorum omnium fidem ac testimonium has litteras propria manu signavimus, necnon majori nostro sigillo, et secretarii nostri signatura, communiri jussimus.

H. G. EPISCOPUS BRUGENSIS. »

Infra, *de mandato illustrissimi ac reverendissimi Dñi episcopi præfati.*

Brouckmans secretar. 1687.

DE VITA S. BASILII APOCRYPHA,

Et sancto Amphilochio episcopo Iconiensi perperam imputata.

Quemadmodum nemo curavit sancti Gregorii Nazianzeni Vitam scribere, tum cum adhuc recens esset actorum ejus memoria; sed primus Gregorius quidam presbyter sæculo circiter X id opus assumpsit, tam infeliciter, ut ejus scriptio indigna sit visa quæ apud nos recuderetur, sic neque sanctus Basilius scriptorem ætatis propinquæ et idoneæ scientiæ reperit; sæculo autem VIII vel IX, prodiit aliquis, vel ficti nominis Amphilochius, ausus aliquid tam digno argumento parum conveniens: cui tamen postremis his sæculis magnam auctoritatem contulit S. Amphilochius, Iconiensis episcopus ipsique sancto familiarissimus, facilius creditus Basilii vitam scripsisse, quia hujus encomium aliquod, quod supra nobis Prologi loco fuit, reliquisse posteris sciebatur; omni haud dubie fide dignissimum. Decepit ea res plerosque sequioris ævi scriptores, puta S. Notkerum in suo Martyrologio, ut dixi Comm. pr. n. 7; Sigebertum Gemblacensem, in *Catalogo illustrium scriptorum;* Petrum episcopum Equilinum, in *Catalogo sanctorum*, lib. II, cap. 28; Vincentium Bellovacencem, in *Speculo historico*, lib. XIV, cap. 78, 79 et 80; S. Antoninum, parte II, tit. 9, cap. 5, § 8; Sixtum Senensem, lib. IV *Bibliothecæ sanctæ*, omnes a Rosweido citatos ad Vitas Patrum pag. 162; omnibus autem præivit Ursus, S. R. E. subdiaconus, Vitæ illius interpres sæculo IX, ut mox dicetur.

2. Istis tamen omnibus cautior Baronius, effloreseente paulatim critices majoribus neglectæ studio, in Notis ad Romanum Martyrologium, II Januarii ait: « Exstat Amphilochii nomine scripta Vita Basilii, quæ tamen, ex prudentiorum omnium sententia, alterius cujuspiam potius quam Amphilo-

Digitized by Google

chii, æqualis Basilio, esse putatur; cum aliqua illic habeantur, quæ illi minus convenire videntur. » Et in *Annalibus* ad an. 378, « quæ Amphilochii falso nomine fertur *Vita Basilii*, haud digna satis habetur quæ eruditorum auribus ingeratur; nisi adeo sint perspicaces, ut in iis quæ sint vera a falsis disquirere ac secernere valeant. Complura enim ibi vera esse, inficias nemo iverit; ut ea præsertim, quæ ab ambobus Gregoriis, Nazianzeno atque Nysseno, necnon ex Ephrem esse noscuntur accepta, vel ab Helladio mutuatus est auctor. » Hactenus Baronius: cui, ut assentior, vera esse quæ a pseudo-Amphilochio ex auctoribus idoneis translata sunt in Vitam istam, ita vel inde patere existimo, hæc Amphilochii non esse; cum autem aliorum, quæ in illa narrantur, falsitas retegi facile possit, consequens erit nihil in ea esse Amphilochii. Unde merito Bellarminus *De script. eccles.* in *Amphilochio* ait: « Exstat, quidem, sub nomine Amphilochii, *Vita S. Basilii Magni*, sed haud dubie falsa vel supposititia. » Rationes deinde profert, quales nos suo quasque loco expendemus.

3. His omnibus perpensis mirari mihi liceat cum Godefrido Hermantio, hoc etiam sæculo inventum esse virum eruditum, qui vellet pro Vita ista Amphilochio vindicanda apologiam scribere; nempe R. P. Franciscum Combefisium. Hic tamen ita defendendam illam suscipit, ut fabulis interpolatam fateatur; in quo forsan reipsa non dissentit a Baronio. Etenim cum retulisset auctores, inter se hac in causa dissentientes, quos et nos supra retulimus, sic prosequitur: « Ego, ut paucis dicam, arbitror, potuisse viros eminentissimos, majori reverentia habere πραγματείαν, tot jam sæculis et apud doctissimos obtinentem; nec, quia quædam vel in re, vel in modo et circumstantiis offendebant, totam repudiare et auctori impingere, eoque accusare falsi, falsoque assumpti tanti nominis, quo ipse mendacia coloraret. Forte enim non pauca defendi potuerint: quædam ostendi vitiata ab antiquariis, et tum conjectura, tum ex fide codicum restitui; ut vix pauci nævi restaverint, si tamen, nævi; quibus tam grande corpus, tamque grandis ævi, tot præcipue tritum manibus, quandoque etiam impolitioribus, haud facile caruerit. Vita est Patris monachorum in Oriente, quam innumerabiles ascetæ, majori quandoque pietate quam scientia exscripserint; cui proinde suum aliquid ascripsisse possint; ut non ea forsan puritate ad nos venerit, quæ fuit ab Amphilochio edita, sive phrasim spectemus, sive ipsam rerum narrationem; quæ minus continua, multisque discreta titulis, non ita cohærentibus, nisi castigata manu calamoque, ascititia aliqua et πληρώματα, non respuerit. Plura sane et pleraque æquus lector, assuetusque Amphilochiano stylo, non indigna Amphilochio deprehenderit; in primis usum illum Scripturæ facilem, pia devotaque allusione; qua neque historiam texens, stylumque omnino planum et simplicem affectans, abstinere potuit. Plura subinde explicando litteram, nullius tamen præjudicio. » Hæ Combefisii rationes postmodum expendendæ erunt: interim, cum fateatur Acta ista qualiacunque a monachis, per quorum manus transierunt, fabellis interpolata esse; qua in re, quæso, dissentit a Baronio? qui monet, in iisdem Actis vera a falsis discerni debere. Erit itaque operæ pretium rursus qualemcunque Amphilochium, seposito omni præjudicio, examinare; ut quæsita cum omni sinceritate veritas inveniri possit

4. Ursus S. R. E. subdiaconus, qui Græcam istam *Basilii Vitam* primus Latinitate donasse scitur, vixit temporibus Anastasii Bibliothecarii. Exstat enim, teste Rosweydo, Romæ in bibliotheca Vallicellana codex ms. qui continet Vitam illam per Ursum; ex eoque exemplar suum, aut saltem priora octo capita, cum præfatione Rosweydus accepit. Continet præterea præfatus codex miracula quædam sancti Basilii, quæ creduntur ab Helladio episcopo Cæsareensi conscripta, in Latinum pariter versa ab Anastasio Bibliothecario; hujusque ibidem legitur Præfatio ad Ursum supra memoratum: vixit autem Anastasius Bibliothecarius sub Nicolao I, qui sedit ab anno 858 ad annum 867. Vix Ursus Vitam Amphilochianam elucubraverat, cum illico, ut credibile est, a pluribus, præsertim monachis, requisita est descriptaque: a quibusdam etiam in compendium redacta, ab aliis ad formam lectionum in ecclesia recitandarum aptata; nonnullis mutatis, additis, omissis, qualia habemus exemplaria ex bibliotheca Vallicellana duo, ex Casinensi unum, omnia scripta charactere Longobardico. Vallicellanum utrumque Prologo caret, eum tamen quem Ursi interpretationi a se editæ, Rosweydus præfixit, ipse accepit ex eadem bibliotheca Vallicellana: sed et utrumque ms. in multis est ab editione Rosweydiana diversum. Exstat igitur et tertium in eadem bibliotheca Ursianæ versionis exemplar, quod Rosweydus ex eoque Surius typis vulgarunt, addita interpretis Præfatione

5. Casinense exemplar Prologum habet Ursi subdiaconi, omnino alium ab eo, quem Rosweydus edidit, dignum hic dari; eo quod videatur genuina Ursi scriptio esse, præ Rosweydiana, et quod mentionem faciat ejus, cujus rogatu ipsam Vitam dedit Latinitati, scilicet Gregorii II ducis Neapolitani, de quo, apud Ughellum t. VI, c. 113, Bonitus subdiaconus ait, quod fuit « nepos et proles, frater et pater Parthenopensium ducum. » Is itaque sic habet: « Incipit Prologus in Vitam sancti Basilii archiepiscopi et confessoris. Postquam Lucifer ille procax de cœlesti gloria demersus est, et invidiæ stimulis incitatus, de paradisi amœnitate, per sævissimum anguem, protoplastum expulit; veluti stomachus languens vitales fastidit dapes, ita omne genus humanum cœleste atque intellectuale convivium ignorabat. Sed pius ille sator atque redemptor humanæ miseriæ condoluit pio affectu, et de coelis per vir-

Digitized by Google

ginea viscera in convallem hujus mundi descendit : ac humanum genus, quod olim æmulatoris dolo deceptum fuerat, coæterno Deo Patri reconciliare cupiens, incontemplabilem ignem sancti Spiritus misericorditer accendit : de quo nimirum igne primitus valde conflagrati sunt sancti prophetæ, post illos sancti apostoli, martyres, confessores, virgines, et omnes utriusque sexus sancti, qui usque ad metam carnis, pro ejus dilectionis ardore, ipso duce, viriliter dimicarunt : de quibus nimirum agminibus sanctis Basilius exstitit sanctus, qui sine effusione sanguinis martyr effectus est. Cujus vitam et præclara miracula, cogis me Ursum, omnium Christianorum ultimum infimumque sacerdotem, o Gregori clarissime, filius atque nepos, frater patruusque ducum : nec non et loci servator Neapoleos, quo de Attica in Latinam linguam transferam, et in gremio sanctæ matris Ecclesiæ fideli famine consignem.

6. « Nos vero animadvertimus nostram inertiam et multo magis peccatorum pondere titubamus, ne sub tanto onere succumbamus; et tam sancto et admirabili viro magis ridiculum quam laudem proponamus. Sed tu, clarissime, cum nos renitentes multumque repugnantes conspicis, ais, quia Dominus ab initio non cum philosophis, nec rhetoribus tragicisque, nec cum physicis locutionem, sed cum ruricolis ac piscatoribus et idiotis orationem habuit; et multo magis puritatem spiritus prospectat, quam dialecticorum rhetorumque tendiculas ac phalerata commenta. Nos vero ubi vestrum affectum consideravimus, tandem, magis vi quam sponte inclinati, perreximus ad dominum Nicolaum, præsulem peritissimum Græcorum atque philosophum, et secundum vestrum votum de Græca in Latinam linguam fideliter, quod injunxeratis, transtulimus. Humiliter ergo veniam a lectoribus postulamus, ut quidquid ineptum invenerint sagacius corrigant, et ignoscant ætati puerili fragilitatique humanæ, et magis obedientiæ, quam audaciæ temeritatis ascribant. Attamen si quis garrula voce in clamationem proruperit, indicet prius ipse nobis, quis unquam, fuit tanti ingenii, et quis tam A amplo famine præpotens, aut tam profusa facundus loquacitate, ut sermonem valeret reddere sermoni (sicut nos, non sponte, sed inviti fecimus), et non omnes vires grammaticæ artis suffocaret : quando et ipsi qui gesta sanctorum conscripserunt, magis sensus quam verba scripsere, sicuti majores nostri referunt. Interea obnixe quæsumus, ut fidem dictis adhibeatis, per omnia credentes, quia veraciter talem illam transtulimus, qualem illam scriptam ab Amphilochio præsule Iconiensi, qui magnæ auctoritatis est, in Græcorum commentis invenimus. Credere vero ne dubitetis, quia in illa invenietis animæ ferculum, et galeam clypeumque, quem vestro hosti opponatis, et illo devicto, summum Regem facie ad faciem videatis; adjuvante utique ipso, cui : B

Arcibus in summis una est cum Patre potestas;
Par splendor, communis apex, sociale cacumen,
Æquus honor, virtus eadem, sine tempore regnum;
Semper principium, sceptrum juge, gloria consors,
Majestas similis, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

7. Hactenus Ursus subdiaconus : cujus interpretationem parum exactam esse queritur Combefisius, nescio an dicendus ipse exactus magis. Obscuriori certe ut plurimum phrasi utitur : contextum tamen ampliorem præfert; quia hunc vel integrum Ursum non habuit, vel quædam minus credibilia sponte prætermisit. Novam ego versionem darem, si eam auctor mereretur. Nunc, cum ostendere velim, esse Vitam omnino apocrypham, et C Combefisium eam excusare volentem refutare; æquum est ut novam ipsius versionem sequar, omisso tamen textu Græco : qui, dum apud ipsum columnatim impressus legi potest, exiguo fructu augeret molem operis. Si quæras cur scriptura tam apocrypha non contemnatur ac prætermittatur tota, sicut prætermissa est Vita Nazianzeni, de qua præfatus sum, causam esse intelligas plurium rerum narrationes, passim ex hac Vita descriptas ab auctoribus, quas examinari distinctius, solidiusque refutari puto rei litterariæ interesse : quapropter adnotationes etiam et censuræ prolixiores erunt, quam alias mereretur fictio tam palpabilis.

VITA APOCRYPHA

Interprete R. P. Francisco Combefisio ordinis Prædicatorum.

—

PROLOGUS.

Charissimi, non fuit absonum, ut devoti filii super paterno obitu contristarentur; utque justas ei lacrymas indulgerent, quod omnes (1) hactenus of- D ficiose egimus. Enimvero postquam luctus caliginem, sicut scriptum est, excussimus, et ad gratam supplicationem, universorum Domino, vero Deo nostro Christo rependendam, paribus studiis exci-

(1) Quandiu, quæso, duravit hic luctus ? Si Vita hæc ab Amphilochio scripta est, oporteret saltem per triennium durasse; scripta quippe est post funebrem orationem, cujus infra auctor meminit, di

Digitized by Google

tati sumus; operæ pretium duximus, tum illustrem vitam, tum vera magnaque pastoris nostri et doctoris Basilii miracula (ut ne diutino tractu temporis profundæ oblivioni tradi ea contingat) scripto consignare. Cum enim tres sacratissimi divinique viri, Gregorius (2), inquam, theologia clarus; alterque et ipse Gregorius, urbis Nyssæorum decantatus episcopus (3); nec non eremi præfectus beatissimus Ephrem, aliique, aliis aliisque epitaphicis sermonibus tanti viri memoriam illustraverint; visum est et mihi, tanquam abortivo, ut cum Apostolo loquar (*a*), ubi præ manibus accepissem, quæ utrique illi magni viri narratione fuerant prosecuti, supplere quæ deessent. Debitum repræsentando, pro devoti filii ratione; et velut qui, ut existimatis, ab initio assectatus, accuratam notitiam (4) acceperim. Novit enim, novit etiam nubes solem tegere; longaque corporis successio (5), bonas facile narrationes, oblivioni tradiderit.

Quod igitur magnus ille mundoque quam celebris Basilius, Pater noster, absens esset, sapientissimus ille pontifex, ille cœlestium virtutum sodalis, clarus sermone penetrabilisque, magister Ecclesiæ, solida rectorum dogmatum columna, is (6), inquam, qui sapienter hominum mores instituit, qui rerum naturam enucleatius explanavit, qui infensissimum Trinitatis Julianum Apostatam suis precibus prostravit; qui Valentis os blasphemum obstruxit; qui Arianorum pravam doctrinam hæresimque perspicue expugnavit; qui Christianorum sanam fidem dilucide stabilivit. Dux ille princepsque sapientissimus gentis sanctæ, pastor acceptabilis populi, Ecclesiæ regale sacerdotium, Christi ovium varius aries, divinæ fidei magister inclytus; magnis et vivus et post obitum miraculis clarus; post conscitam, ut dictum est, Juliano Deo odibili, ejus precibus mortem; illi, inquam, qui cornu in altum extulerat, et adversus Deum locutus fuerat iniquitatem; cujus (7) avus Valens, indigne purpuram imperialem suscepit, Arianorumque pravo dogmati patronus fuit, ad illustrem nostram Cæsareensem metropolim, una cum pastore urbem subversurus venit. Ut autem res gesta sit, et quam ob causam, non est præsentis temporis narrare. Sed ad propositum redeamus, ejus ab utero ad finem usque virtutes prosecuturi.

CAPUT I.

Adolescentia Basilii et studia Athenis. Eubuli philosophi conversio.

Basilius solus in terra, æquali claruit tum vita, sermonum ornatu eruditioneque decora, tum sermone ac vi dicendi, doctrinaque vitam exhilarante sapientia divina: qui Christo dederit omnia, animam, corpus, sermonem, manus; propter quod etiam errorem gentilium, velut aranearum telas, disrupit. Hic septem annorum factus, litteris imbuendus a parentibus traditur (8). Cum autem quinquennio operam doctrinæ artisque præceptionem a Nazianzeno: illam autem ipso non n.. tertio a morte Basilii anno pronuntiavit. Quin imo, si ab Amphilochio scripta hæc Vita est, scriptam esse oportet post aliam suam orationem, quam in festo Circumcisionis Domini eodemque sancti Basilii, de eodem sacratissimo mysterio eodemque sancto habuit; in qua cum præclaras Basilii virtutes perstrinxisset, ita prosequitur: « Hæc, inquam, omnia sacris divini Gregorii sermonibus abunde arbitror ac sapienter tradita; supervacaneumque existimavi longiori in præsentiarum oratione disserere. » Cur, amabo, si Vitam Basilii Amphilochius, ante hanc orationem habitam, scripserit; cum mentionem Gregorianæ orationis faceret, nullo verbo addidit, se quoque de Basilii Actis scripsisse, quod maxime conveniens et opportunum tempori orationique videbatur? Dicendum itaque erit auctorem, post festum Circumcisionis et pronuntiatum Basilii encomium, ad hujus Vitam prolixiorem scribendam accessisse, ideoque ejus mentionem non fecisse. At eo casu oportebit luctum Basilii funebrem, a quo desumitur exordium, per quinquennium durasse: quod paradoxum est. Et qui potuit a tali luctu verus Amphilochius orationem exordiri, tanquam in eam usque diem durante; cum multo ante, in oratione de Circumcisione, quasi omnis doloris oblitus, hæc læta verba palam usurpasset: « Nos interim divini Patris memoriam hodie honoremus canticis, divinitusque inspiratis laudibus magistri virtutes condigno prosequamur plausu. » Hinc itaque patet, exordium hoc Amphilochio inepte affictum.

(2) Excusat se Nazianzenus initio orationis 20, quod « multo serius quam tempus postulabat, ac post multos alios, qui res Basilii privatim publiceque laudibus ornarunt, » ad eum laudandum accesserit. Quia vero hoc loco mentionem facit Amphilochius Nazianzeni de Basilio scribentis, intuli supra, ante hunc illum scripsisse, ex quo reliqua sequuntur absurda.

(3) Videtur hic de vita functo loqui auctor, cum tamen verus Amphilochius paucis mensibus Nysseno supervixerit; quod si hic ultimis vitæ mensibus scripserit, oportebit eum quatuordecim annis post Basilii mortem scripsisse, quod male cohæret cum præfationis initio.

(4) Potuitne magis accuratam habere notitiam pseudo-Amphilochius, quam Nazianzenus aut Nyssenus? Potuitne Nazianzenus aliquid gravioris momenti præterire?

(5) Potuitne longa temporum esse successio, inter Basilium et Amphilochium, qui cœvi fuerunt?

(6) Hæc et quæ sequuntur, videntur magna ex parte e *Menæis* desumpta, vel hæc inde aucta sunt.

(7) Græce Οὐάλης ὁ τούτου θεῖος. Ursus subdiaconus, primus Amphilochii interpres, hæc omisit, vel quia minus intellexit, vel quia manifestum agnovit errorem. *Avum* vertit Combefisius. Verum θεῖος *avunculum* potius vel *patruum* significat. Deinde idem Combefisius conjectando interrogat, an natura talis fuerit, saltem ex matre? At ego pariter dubitando interrogo, qua ratione Basilina, Juliani mater, filia aut soror fuerit Valentis, ut hic sensu saltem aliquo θεῖος dici possit. Sed confugit Combefisius ad sensum metaphoricum, dicitque, Valentem Juliani avunculum aut avum vocari, non quia eum affinitatis aut consanguinitatis gradu, sed quia malitia et in Christianos sævitia præcessit. Verum quo exemplo monstrabitur talis metaphora in usu unquam fuisse? Ego existimo inscitiam pseudo-Amphilochii hinc argui manifeste.

(8) Quibusnam vero traditus est a parentibus? Non alios præceptores in pueritia et adolescentia Basilius habuit quam parentes suos; ut ex

(*a*) I Cor. xv, 8.

Digitized by Google

nibus posuisset, nec in eis molliorem se exhibuisset, plurimum scientiæ philosophicæ fructum, naturæ et ingenii facilitate, consequitur.

Relicta igitur postmodum patria (erat enim Cappadox genere), eloquentiæ matrem Athenas (9) petit; multaque cum castitate, tum continentia et sobrietate ornatus, profanæ et Græcanicæ sapientiæ præceptorem adit, Eubulum nomine (10); sicque seipsum disciplinis tradidit, ut esset tum præceptoribus, tum condiscipulis admirationi. Fuerunt enim studiorum socii Magnus Gregorius, factus Nazianzenus episcopus (11), qui et annis circiter duodecim apostolicæ sedis (12) gubernacula tenuit; Julianus quoque, non ita pridem Christianus (13), et Libanius (14). Sic autem omnibus admirabilis vir posuit in corde suo non sumere panem et vinum (15), donec assistente superna Providentia, divinæ sapientiæ arcana penetraret. Commoratus autem in disciplinis annis quindecim, cum Græcanicam omnem sapientiam ad finem decurrisset, astronomiamque et geometriam, ac optima quæque collegisset, ac nec iis tamen ullo modo omnium Creatorem (16) invenire posset; quadam nocte vigilanti divinus splendor infit, ut cujusque religionis scripturam percurreret (17). Surgens ergo profectus est in Ægyptum, et accedens ad quemdam archimandritam, Porphyrium nomine, petivit sibi dari libros sacros, quibus divina dogmata perdisceret. Porro A hoc consecutus, mansit illic, sese oblectans meditatione divinorum eloquiorum, aqua et oleribus victitans. Anno autem integro ibidem commoratus, verbumque veritatis fide considerans, intelligensque quod illa, si eam velimus scrutari, fluctuet, petivit se dimitti Hierosolymam voti causa, ac ejus loci inspecturum miracula. At ille, apprecatus bene, dimisit eum.

Rediens autem (18) ubi Græcorum philosophia fuerat institutus, cœpit verbis flectere multos philosophos, Christoque multitudinem gentium, demonstrata eis salutis via, offerre. Quæsivit autem et præceptorem suum Eubulum (is enim dux verbi et eloquentiæ præses erat), quo in laborum ipsius remunerationem, inculpatæ eum fidei admovere B tentaret; sic plane, ut eo rectam ad fidem currente, ceu magistrum sequerentur quotquot philosophi in eam concessissent. Cum autem in omnibus eum scholis requisisset, offendit in suburbio quodam disputantem, sociis quoque aliis philosophis: nihil enim aliud studebant, quam ut dicerent et audirent aliquid novi.

Cum ergo dissereret, instans imminensque Basilius, ipsum corripuit. Tum aliquis eorum qui erant cum ipso, ad eum: « Corripuit te quidam, o philosophe » At ille: « Vel Deus, vel Basilius. » Cum ergo eum agnovisset, eosque qui aderant dimisisset, mansit cum Basilio, ac tres dies jejuni perse-

ipsius Nazianzeni testimonio dicitur in *Vita*, num. 9 et 10. C

(9) Non recte saltem Athenas petit, hæsit enim aliquandiu Constantinopoli. Nec credibile est, duodennem patria excessisse, quod tamen hic affirmari videtur.

(10) Eubulum a nullo alio inter Athenienses doctores numeratum reperio, nedum inter Basilii magistros.

(11) Gregorius Nazianzenus a patria, non ab episcopatu dictus, ordinatus quidem fuerat episcopus Sasimorum, sed titulo tenus; patris autem sui vicarius duntaxat Nazianzi, venit inde Constantinopolim, labenti Ecclesiæ subventurus; ubi fidem orthodoxam in sua *Anastasia* resuscitavit; episcopatum vero thronum non nisi paucis mensibus insedit. Neque error tam gravis in Amphilochio excusari potest, *Menæorum* auctoritate, quam affert Combefisius. Quamvis ea die 30 Januarii, duodecim Constantinopolitani episcopatus annos Gregorio tribuant, potuerunt eorum auctores errare, diu post rem gestam scribentes: sed errare in eo non potuisset Amphilochius, tum temporis Iconiensis episcopus, qui pene coram oculis suis omnia spectavit, quæ circa episcopatum Constantinopolitanum gesta sunt a Gregorio. Itaque vel pseudo-Amphilochius errare *Menæa* fecit, si prius scripserit; vel si serius, errorem ex *Menæis* in sua scripta retulit. D

(12) Cathedræ apostolicæ nomine hic intelligitur Constantinopolitana, quatenus S. Andreas apostolus Byzantinam Ecclesiam fundasse creditur: sed quia hæc opinio, ignota priscis sæculis, non nisi diu post fundatam Constantinopolim credi cœpit, pseudo-Dorothei commentario nixa, uti ostendit Janningus 4 Junii § 5 et 6 de S. Metrophane, ante quem nullus probatur episcopus Byzantii fuisse; apparet hæc non esse Amphilochii; idemque probat gravissimus error, ea in cathedra constantinopolitanæ Ecclesiæ curam ut summum triennii gessit.

(13) Melius, saltem quoad ad historiam, vertit Ursus subdiaconus, apud Rosweydum, dicens quod Julianus, ad breve tempus, Christianus fuit

(14) Libanius, nec condiscipulus, nec magister Basilii fuit Athenis: sed aliqua inter eos Constantinopoli intercessit familiaritas.

(15) Si solum dixisset, « non sumere vinum » tolerabile foret; potuisset enim aqua sola et pane vitam sustentare: verum cum panis usum, sustentationi tam necessarium, excluserit, videtur propositum istud seu votum tam indiscretum fuisse, ut in Basilium cadere non potuerit.

(16) Perabsurde fingeretur hic Basilius, cum Athenis esset, omnium Creatorem ignorasse: quippe qui prima fidei mysteria, ut in *Vita* ejus, capite 1, dicitur, et a Macrina avia sua, et a matre Emmelia puer didicerat, nec unquam immutaverat. Quapropter sic Combefisius locum explicuit, ut in profanis scientiis nihil invenerit, quod ad Dei cultum perduceret, quamvis Creatorem omnium non ignoraret.

(17) Ursi interpretatio habet, « ut nostræ religionis Scripturam percurreret: » sed ad hoc opus non erat ut abiret in Ægyptum, eam petiturus a Porphyrio archimandrita, necdum aliunde noto: nam illam Athenis sibi comparare poterat, quo cum impio Juliano ad legendos libros sacros accessit; sed et ex domo paterna habere Scripturam poterat, ea enim utebatur Emmelia, ad instruendam Macrinam filiam suam, teste Nysseno in *Vita*.

(18) Peregrinatum se esse in Ægyptum et Hierosolymam, testatur ipse Basilius ep. 79: sed postea rediisse ipsum Athenas, apparet manifeste falsum, consideranti *Vitam* supra datam.

Digitized by Google

verantes (19), mutuo conferebant. Interrogavit itaque Eubulus Basilium : « Quæ est definitio philosophiæ (20), Basili? » Qui ait : « Prima definitio philosophiæ, meditatio mortis. » Ille vero admirans ait : « Quis est mundus? » Respondit : « Ille qui est supra mundum. Et quidem dulces sunt mundi sermones, ipse vero mundus vehementer amarus, quando quis eidem animi vitiosa affectione adhæserit : et alia est voluptas corporis, alia naturæ incorporeæ : nec fieri potest, ut simul aliquis utramque habeat : nam nemo potest duobus dominis servire. Cæterum, quantum possumus, frangamus esurientibus scientiæ panem; et eos, qui citra vitium et culpam sunt sine tecto, per virtutem sub tectum ducamus. Quod si etiam viderimus nudum, operiamus, nec domesticos seminis despexerimus. »

Cum hæc dixisset, eique Salvatoris in nos media pœnitentia benignitatem, seu in imagine, parabolice expressisset, tres tabellas pro foribus animi menti proponit : unam quidem supra fores, quæ exhiberet virtutem, nempe prudentiam, fortitudinem, justitiam, temperantiam; in sinistra vero parte deceptionem; circum ipsam autem intemperantiam, luxuriam, ebrietatem, impudentiam, pigritiam, calumniam, linguositatem, adulationem, et tale quoddam vitiorum examen : pœnitentiam autem decenti habitu, lene ridentem, blandam et mansuetam; adversarios quidem sui populi reprimentem, sed qui necessarii essent. Juxta hanc vero abstinentiam, sagacitatem, modestiam, honestatem, pudorem, humanitatem, ac multorum bonorum plebem. Porro sensus hujus historiæ videntibus quidem cautio est, audientibus vero meliora æmulandi occasio.

« Hæc sane et ego videns admiratus sum, et in hoc ductus sum, Eubule. Sunt quippe in nobis, non imagines neque ænigmata, sed ipsa liquida veritas ad salutem adducens. Resurgemus enim omnes, hi in vitam æternam, et hi in opprobrium et confusionem sempiternam; et astabimus ante tribunal Christi, quemadmodum docent nos magniloqui prophetæ, Isaias, Jeremias, Ezechiel, atque Daniel; David item rex, divinusque Paulus; post hos denique ipse Dominus dator pœnitentiæ et remunerator ejusdem, perquisivit ovem perditam; qui cum multis divitiis sinu paterno abstractum filium, iisque luxuriose absumptis postea redeuntem et fame tabescentem, sincere amplexatur; honestans splendida veste, et annulo epuloque opiparo : filio item, qui nihil peccaverat, auctor est, ut ne ferat indigne, sed indulgeat ut fratri. Sic nimia Dominus effusus bonitate, iis qui venerunt circa horam undecimam, æqualem mercedem tribuit. Donabit et ipse pœnitentibus nobis, et ex aqua et spiritu regenerationem suscipientibus, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus iis qui diligunt ipsum (a). »

Eubulus ergo, cum in animum hæc induxisset, ait (21) : « Conemur igitur, Basili, quod tu jubes. Verum hæc quidem ad rationem pœnitentiæ spectaverint, modo autem mihi eloquere, quod nuper percunctabar divinum sacramentum (22), quod nimirum ad urbem Hierosolymorum, quidam illucescere aiunt; forte vero mecum lustrans, alicujus sancti consuetudinem obtinueris. Cæterum ne, Basili, divina dogmata discere cupienti, narrare distuleris. » At ille ait : « Audivi de Jerusalem : nihil vero minus æstimavi quam cœlum : ut neque villam ipsi vicinam nomine Bethlehem, quæ cæcutientium oculorum decussa caligine iisdemque mundatis, ad meliorem vitæ rationem vitamque verissimam, transmutata est. Quod porro unius Dei cultores, antiquiores sint Græcis et universis nationibus, docemus vere ex divinis eloquiis. Nam a primum plasmato homine nomine Adam, ad usque Noe tempora, sub quo diluvium, fuerunt decem generationes, anni MMCCXLII. Pariter quoque a diluvio usque ad Abraham, generationes decem, anni MVIII; Abraham autem erat annorum LXXV, cum ex Mesopotamia transmigravit in terram Chanaan, ubi annis XXV demoratus, genuit Isaac; Isaac autem cum vixisset annos sexaginta, duos progignit filios. Ex iis vero Jacob, annorum factus CXXX, descendit in Ægyptum cum duodecim filiis et nepotibus suis numero LXXV.

« Cum autem Abraham et ejus semen fuisset accola in terra Ægypti annis CCXV, fuissetque multiplicatum, in tribus duodecim censitum est, et in sexaginta virorum millia computatum. Et quidem Levi abnepotes fuerunt Moyses et Aaron, quorum hic quidem sacerdotio prælatus est; Moyses autem ad principatum provectus. Is anno vitæ LXXX mare Rubrum calcat, et educit populum de Ægypto. Floruit hic Moyses temporibus Inachi, qui primus in Græcia regnavit. Sic sunt Judæi antiquiores Græcis, nec leges habent minus veteres. Quod enim Deum unum colerent et cognoscerent, paterna acceperunt traditione : legislatio autem, post tres dies profectionis ex Ægypto divina voce datur. Morati autem sunt in deserto annis quadraginta. Sub Jesu principe fuerunt annis XXV; sub judicibus vero annis

(19) Fuisset hæc non parva philosophi inurbanitas si hospitem ad se peregre advenientem, triduum jejunare permisisset. Et quis credat, ab ethnico philosopho, tantum repente conceptum jejunandi desiderium?

(20) Erudite ostendit Combefisius, totum hunc Basilii cum Eubulo sermonem, fundatum esse in philosophia Platonica et sacra Scriptura. At ne vel sic mihi persuadebit, eum unquam a Basilio prolatum, aut satis apte ad mentem sancti esse confictum.

(21) Lacunam hic magnam implevit Combefisius, ex uno antiquiori Regio codice, reliquis desiderantibus describens alteram partem catecheseos.

(22) Baptismum intelligit, quem quidem Jerosolymis vel in Jordane devotionis causa suscipiebant.

(a) I Cor. II, 9.

Digitized by Google

CCCCLIV ad usque regnum Saulis, qui primus illi populo rex creatus est; sub quo, anno primo regni ipsius, magnus David natus est. Similiter ab Abraham usque ad Davidem generationes XIV, anni MXXIV. A Davide autem usque ad transmigrationem Babylonis, generationes XIV, anni MIX. A transmigratione vero Babylonis usque ad Darium, anni XXV. A regno autem Darii usque ad Jesum filium Josedec, anni XLIX. A Jesu filio Josedec usque ad Jesum, qui dicitur Christus, anni CCCCXXXIV; simul autem computando, secundum seriem temporum, invenimus ab homine primum formato, usque ad Christum, annos MMMMMMLX.

« Nascitur itaque Dominus Jesus Christus ex tribu Juda, ex semine David, quod spectat ad carnem, sub finem dierum sesquimillesimo anno, XXIV Augusti imperatoris, mense Decembri, XXV ipsius (23) Indictionis X die sexta. A Christi porro nativitate, usque ad Constantinum Magnum imperatorem et virum religiosum, fuerunt anni CCLIX. Cum ergo Judæa gens tanto tempore sit antiquior, quomodo non erubuit Plato, primum et secundum diluvium enarrans? Quondam porro natura nostra, universo totique illi accensebatur: eramus enim et ipsi, in rationalium ovium centenario comprehensi. Postquam vero una illa ovis, natura nostra, serpentis fraude, cœlesti statione depulsa est, non amplius idem ille numerus in grege non errantium memoratur, sed nominantur nonaginta novem. Venit igitur Christus, Filius Dei vivi, quærere et salvum facere quod perierat: utque rerum non consistentium vanitate perditum hominem humeris impositum, exsistentibus rebus verisque postliminio redderet, quo rursum Dominicus numerus unus fieret, Idcirco Evangelii scriptor Joannes, paternam piscationem omniaque creata relinquens, aerem item transiliens, nec solem moratus nec lunam; celsissima vero cœli superans, temporaque prætergressus est et sæcula; sed et Moyses, principio illo omisso: non enim dixit, in principio fecit, ut qui non induxit creaturam; sed creatorem annuntiavit. Ubi enim est creatura, quispiam fecit; ubi vero generatio erat, ex eo qui est. Qui enim est, eum genuit qui est. Quid igitur evangelista? *In principio erat Verbum* (a): quia nihil aliud erat, præter ipsum qui est ex Patre, qui semper est, habens coæternum Spiritum sanctum. Erat in principio. Quid mihi annumeras sæcula? Erat ipse in principio: sunt omnia post ipsum, siquidem et omnia per ipsum. *In principio erat Verbum.* Erat, neque proferebatur. Verbum erat, nec syllabis componebatur. Erat Verbum illud, nec fuit linguæ fluxus: solus Filius unigenitusque et veritas a Patre, nulla corruptione genitus. Quemadmodum verbum nostrum et sermo, in lucem profert latens animi consilium, ita et Dei Filius occultum in Patre manifestavit orbi terrarum prææternum sacramentum. Quemadmodum verbum procedens, nec dicentem nudum relinquit, et replet audientem (sic enim adit audientem, ut non discedat a discente), ita et Divi Verbum, quod est in Patre ob naturæ communionem, nobisque unitum propter gratiæ largitatem, exsistens Deus, quod spectat ad naturam; Verbum autem appellatione et cognomine.

« Quemadmodum enim Joannes, cum natura esset homo, ratione tamen prædicationis vox clamans vocatus est (b); ita et Dei Filius, Deus de Deo, appellatus est Verbum, propter liberam a fluxione generationem. *In principio erat Verbum*, haudquaquam vero Verbum non subsistens. Verba alia et sermones Dei, præcepta sunt et justificationes; at unigenitus Filius sermo est, non syllabis verborumque sono pronuntiatus, sed sermo et verbum, verborum fontes largiens; quemadmodum ait: Si quis audit sermones meos, habet vitam æternam. Cum Joannes dicat, *In principio;* Paulus vero, *Secundum carnem, qui est super omnia Deus* (c); Petrus quoque: *Tu es Christus Filius Dei vivi* (d); David vero: *Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient* (e); et ipse Dominus; *Ego sum lux mundi*, et veritas, et ostium regni cœlorum (f). Si ergo est quid creatum, quomodo est auctor et creator temporum et sæculorum? *Omnia per ipsum facta sunt* (g). Nam sexta die creavit hominem, qua etiam fecit quadrupedia et reptilia; quinta autem volatilia cœli, et pisces maris; quarta, solem et lunam; tertia, aquas

(23) In hunc locum ita commentatur Combefisius: « Absurdius est, quam ut quis tantillum sapiens de Constantiniana hoc Indictione potuerit accipere: quia hanc Christi nativitas præcessit CCC circiter annis: ac neque de aliis, si quæ vel veritate asseruntur vel confinguntur, puta Augustana, Antoniana, etc. Perspicacius ergo intuenti, statim occurrerit Indictio Judaica, quam sibi auctor, instar Constantinianæ, confingat et numeret, a perfecta liberatione Judæorum a servitute Macedonica; quomodo Constantinus et Patres Nicæni, numeratam volverunt Constantinianam illam, a vindicata Christiana religione et exstincto Maxentio: sic enim invenietur natus Dominus ad Indictionem decimam, ut ex Genebrardo et aliis quisque facile cognoverit. Ubique Amphilochius scite alludit. » Ita Combefisius. Verum, cum eruditi plerique conveniant, exiguum aut nullum ante Constantini Magni tempora Indictionum usum fuisse, nescio unde Macedonicam Indictionem, aut Judaicam Combefisius acceperit? Certe Basilius et Amphilochius, si Indictionem aliquam, inter computandum, nominare voluissent; non aliam nominassent, præter vulgarem et Constantinianam, quam solam noverant. Errorem itaque ascribamus oscitantiæ pseudo-Amphilochii, nihil inter priora et sua tempora discernentis; ut reliqua hujus chronologiæ absurda prætereamus.

(a) Joan. I, 1.
(b) Marc. I, 3.
(c) Rom. IX, 5.
(d) Matth. XVI, 16.
(e) Psal. CI, 28.
(f) Joan. VIII, 12; XIV, 6; X, 9.
(g) Joan. I, 3.

Digitized by Google

divisit, fecitque ut arida appareret; secunda, hocce firmamentum, quod capiti supereminet, condidit; prima denique, cœlum et terram deduxit in naturam rerum; fecit lucem, diem statuit, initium temporum definivit. Si igitur est creatura, illi assigna tempus; atque ita eodem cum creatis habeto ordine. Nam quod sine tempore est, increatum est; quod vero est absque principio, æternum est: solus autem Deus est æternus, deitate inseparabili in tribus subsistentiis: sunt ergo tria sancta, tria simul sancta, tria æterna, tria coæterna, tria consubstantialia, tria efficacia, tria subsistentia, sibi invicem coexsistentia. Vocatur hæc Trinitas sancta; una harmonia, una deitas, ejusdem essentiæ, ejusdem virtutis, ejusdem substantiæ ac naturæ: similis ex simili, æqualem Patris et Filii et Spiritus sancti gratiam faciens, unam substantiam, unam deitatem, unam dominationem, unam voluntatem, unum regnum, unam Ecclesiam, unam fidem, unum baptisma. Est hic Deus universorum: hic Christi Pater, hic Jesus Christus: unus ille de sancta Trinitate: hic ille qui descendit et ascendit, quique considet Patri, nec separatur a nobis.

« Is animos nostros custodiens, spem nostram inconcussam servavit et immortalem, simulque a mortuis peccatis ad cœlestem ipsius gloriam levavit, dignatusque fuit, ut in nubibus, in occursum ejus rapiamur in aerem; nostraque nomina libro vitæ ascripsit; præstitit vero, ut in eum credamus, qui a mortuis surrexit, ipsum autem de cœlis exspectemus, qui sursum cum Patre est, et hic est nobiscum, qui cujusque actionem et fidei robur videt. Nec enim, quia abest carne, idcirco non præsentem existimaveris; adest enim medius spiritu, audiens quæ de ipso verba proferuntur, videns intos animi sensus, atque corda et renes scrutans: qui etiam modo promptus est, ut et nos omnesque homines, qui erraverunt et pœnitent, Patri offerat per sacrum baptisma, dicatque: Ecce ego et pueri, quos mihi Deus dedit, cui gloria in sæcula. Amen.

« En tibi trado fidem, quam ediderunt et una voce confessi sunt sancti Patres, qui Nicæam convenerunt. » Eubulus autem dixit: « O Basili, cœlestis doctor, Trinitatis propugnator, pari robore præco; per te credo in unum Deum omnipotentem, et quæ sequuntur; exspecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi sæculi. Amen. Opere autem tibi ostendo fidem, quæ est in me: omnibusque meis facultatibus in manibus tuis datis, residuo vitæ meæ tempore, si placitum in conspectu Dei fuerit, tecum ero, suscepta regeneratione ex aqua et Spiritu sancto. » Ait autem Basilius: « Benedictus Dominus Deus noster, amodo et usque in sæculum, o Eubule, qui lumen verum menti tuæ effudit, teque ab errore plurium deorum in cognitionem misericordiæ suæ transtulit. Ex quo autem, ut dixisti, mecum esse vis, ostendam tibi quomodo saluti nostræ provideamus, a sæculi hujus vinculis liberi. Venundemus itaque nostra omnia, et conferamus in egenos: sicque demum ad sanctam civitatem pergentes, factique ipsi inspectores miraculorum quæ illic visuntur, consequemur fiduciam apud Deum. » Cum sic ergo ambo res suas pie distribuissent, solaque ex eis indumenta baptismo opportuna emissent, Hierosolymam profecti sunt, convertentes ad Dominum multam gentilium multitudinem. »

CAPUT II.

Susceptus baptismus, diaconatus, episcopatus: Juliani mors, Libanii conversio.

Cum autem Antiochiam pervenissent, diverterunt ad stabulum quoddam. Filius porro stabularii, nomine Philoxenus, in multa anxietate præ foribus sedebat. Erat autem hic discipulus Libanii sophistæ, a quo versus Homeri oratione soluta reddendos acceperat: eoque in multa constitutus afflictione et consilii inops, tristis dolebat. Contuitus eum Basilius, ait ad ipsum: « Cur sic mœstus es, o juvenis? » At ille: « Quæ mihi utilitas, si dixero tibi? » Instante autem Basilio, et fore promittente ut quid prodesset, dixit ille, tum sophistam, tum versus; quodque ea causa animo anxius esset. At Basilius acceptis versibus, eorum cœpit translationem dicere. Stupens vero juvenis, et quam maxime lætus, rogabat ut hæc scripto exponeret: is porro solutionem triplici versione scripsit. Puer autem suscepit versus gaudens, pergensque diluculo ad Libanium, tradit ei versuum translationem. Accipiens autem Libanius, et super translatione vehementius admirans, dixit: « Per Dei (24) providentiam, nullus ævi hujus sapientum tale quid potest interpretari; unde ergo horum novus artifex? » Ait adolescens: « Peregrinus quidam, veniens heri ad hospitium, eorum mihi solutionem promptissime enucleavit. »

Nihil ergo cunctatus Libanius, cursu ad hospitium venit: cumque Basilium cum Eubulo vidisset et agnovisset, velut tactus de cœlo pro insperato adventu factus est. Rogavit ergo ut in domum suam diverterent; ac voti compos, orabat ut etiam cibos conditos et delicatiores sumerent: at illi pane et aqua modice satiati, pro sua illa et apud eos obtinente consuetudine, gratias egerunt Deo universorum et bonorum largitori. Actutum ergo cœpit Libanius cum illis disputare, et rhetorum nugas prætendere: at illi proposuerunt sermonem de fide. Libanius autem dicta percipiens gustansque: « Nondum, inquit, est tempus hujus negotii: jubente autem Providentia, non est qui resistat. Sed quia

(24) Libanius impius idololatra, et usque ad finem vitæ pertinax in sua impietate, si jurare voluisset, non per divinam Providentiam, sed per Jovem, Fortunam, aut gentilium deorum aliquem jurasset. Exstat ejus oratio de vita sua, in qua nihil divinæ Providentiæ, sed omnia quæ sibi evenerant, mala et bona, Fortunæ attribuit.

Digitized by Google

plurimum mihi profuisti, o Basili, ne etiam juvenes qui apud me educantur alloqui recuses. » Is vero nulla mora, congregatos illos docuit (25) mentis munditiam corporisque apathiam; decoram habitus compositionem, incessum lenem, vocem temperatam, cibum et potum absque perturbatione; coram senioribus silentium, coram sapientioribus auditum; erga superiores obedientiam, erga æquales minoresque charitatem non simulatam; a vanis et carnalibus negotiorumque facessendorum studiosis abstrahi; pauca loqui, multa vero cogitare; non esse audaciores sermone, non loquaciores; non esse ad risum præcipites, pudore honestari; non colloqui impudicis mulieribus; esse visu vultuque demisso, animo autem sursum erecto; fugere contradictiones, non persequi dignitatem magistri, nihili facere quod omnes habeant honori, nec proficientes quærere humanam laudem: quod si quis vestrum aliis etiam prodesse potest, a Deo mercedem exspectet et æternorum bonorum vicissitudinem, in Christo Jesu Domino nostro. His Basilius ad Libanii discipulos dictis, omnibusque admirationi habitus, una cum Eubulo prosecutus est iter.

Cum itaque Hierosolymam pervenissent, omnemque locum sacrum fide et desiderio perlustrassent, et in eis Deum qui est super omnia adorassent; manifesti sunt episcopo civitatis, nomine Maximo. Huic vero accedentes, postulaverunt ut divinam regenerationem in Jordane fluvio liceret consequi. Eos vir ille sanctus ubi plenos fide vidisset, implet ipsorum petitionem, sociisque fidelibus viris, venit ad Jordanem. Cum vero Basilius ad ripam accesA sisset, humi se jactat; et cum lacrymis et clamore valido signum sibi fidei revelari poscebat: moxque cum tremore surgens vestes exuit, ac cum eis plane deponit veterem hominem. Sic demum descendens in aquam, precabatur: et accedens sacerdos eum baptizavit (26). Et ecce fulgur ignis præfulsit eis, egressaque ex eo columba in Jordanem descendit, ac turbata aqua in cœlum avolavit: qui vero astabant tremore correpti, Deum glorificaverunt. Porro Basilius, suscepto baptismate, de aqua exivit, omnesque ad preces hortatus est. Admirans autem Maximus Basilii fidem, precibusque super eum fusis, resurrectionis Christi vestibus induit. Baptizavit autem et Eubulum, tingensque sacro unguento, tradidit vivificam communionem. Rogavit autem B Basilius Dei sacerdotem, ut apprecante ipso, cibum sibi liceret sumere: quod et obtinuit. Tum Basilius: « Jesu Christe Deus noster, credo evangelicæ voci tuæ, et spero in tua bonitate (27), manducando et bibendo victurum me adversantem nobis diabolum auxilio Spiritus sancti. » Stupens autem Dei sacerdos super fide ejus, reversus est cum illis in sanctam civitatem. Annum vero ibi commoratus cum Eubulo, communi consilio venit Antiochiam. Porro Basilius a Meletio (28), ejusdem urbis episcopo, ad diaconi ordinem promotus, librumque (29) Proverbiorum interpretatus, admirationi fuit.

Non multo post profectus est, una cum Eubulo, in Cappadocum provinciam; cumque Cæsareensem C urbem essent ingressuri, in visione noctis revelatum est ejusdem tunc urbis episcopo (30), Leontio nomine, horum adventus; quodque Basilius ejus

(25) Hæc, et quæ sequuntur, optima sunt, ac Basilio digna: sed parum apte proponuntur juvenibus ethnicis, quamvis philosophis: nam ex eorum principiis erui non possunt.

(26) Quærit Combefisius, cur Basilius, pie ac sancte educatus a parentibus et avia Macrina, tandiu baptismum distulerit: tum congruentes quasdam rationes affert, ob quas id fieri potuerit. Et revera grandioris forsan ætatis erat, cum baptizatus est: sed non in Jordane. Ego enim in *Vita Basilii*, capite primo, et quarto, ipsius sancti testimonio ostendi, eum non a Maximo Hierosolymorum episcopo baptizatum in Jordane, sed in patria sua Cæsareæ a Dianio, istius urbis episcopo, aut saltem ante episcopatum susceptum presbytero. Adeoque baptismum Basilii Hierosolymitanum, merum esse pseudo-Amphilochii commentum. Et propterea minime necesse est aliis hujus baptismi explicandis circumstantiis immorari.

(27) Hunc locum ita interpretatus est Ursus subdiaconus apud Rosweydum: « Et rogavit Basilium Dei sacerdos, post orationem sumere cibum: quod et fecit, dicens: Domine Jesu Christe, Deus noster, ita credo evangelicæ voci tuæ et spero in benignitate tua, ut manducans et bibens vincam resistentem mihi diabolum, cooperatione Spiritus sancti tui. » Nescio ego, ubi in Evangelio scriptum sit, manducando et bibendo vinci diabolum; sed bene, quod genus aliquod dæmoniorum non ejiciatur, nisi in oratione et jejunio. Credo itaque dicere voluisse pseudo-Amphilochium, frugalem corporis refectionem non obesse confidentibus in Deum, quo minus diabolum vincere possint, gratia Spiritus S.

(28) Basilium unquam diaconum fuisse negat Hermantius, ob silentium Nazianzeni; qui ante sacerdotium, solum ordinem et officium lectoris ei attribuit, idque in Ecclesia Cæsareensi. Ut autem verosimile non est, sanctum contra canones, aut transiisse ab una Ecclesia ad aliam, aut ab alio quam proprio episcopo ordinatum, ita quoque est incredibile a Meletio episcopo Antiocheno creatum fuisse diaconum: quamvis id scripserit Socrates et Nicephorus; hic quidem illius auctoritate deceptus, ille autem synonymia alterius Basilii, sancto Joanni Chrysostomo familiaris.

(29) Librum Proverbiorum interpretatus est, non Antiochiæ diaconus, sed Cæsareæ presbyter factus. D

(30) Pro Leontio Ursus apud Rosweydum habet Eusebium: verum pro Eusebio, Leontium restituit Combefisius, et in hunc locum ita commentatur: « Leontium restituimus ex duplici Regio codice majoris et fidei et antiquitatis; nec ulla veritate consistit, quod cum impressis habebat alter codex « Eusebium: » ante cujus episcopatum constat fuisse Basilium Cæsareæ, et valde notum; ut etiam diversorum studiis sit pro eo inter ambos certatum, multisque, ac præcipue monachis, ad eam sedem deposcentibus Basilium, cum vi quadam populari eidem fuit præfectus Eusebius, ut res pene in schisma abierit, vixque ipsi suffragatores episcopi ratam habuerint suam illam electionem et ordinationem: ac uno annitente patre Gregorio, Nazianzeno episcopo, ægre admodum obtinuerit: de qua re multis ipse in Basilio. Porro fuit Leontius ille vir clarissimus, de quo Martyrologium Romanum 13 Januarii: « Cæsareæ in Cappadocia S. Leontii

Digitized by Google

successor futurus esset. Qui expergefactus a somno, accepit principem sacerdotalis ministerii, quosdamque pios de clero; et misit ad orientalem portam urbis, dicens eis visionem. Cum ergo abiissent ad portam, occurrerunt ingredientibus, visosque agnoverunt : at illi rogarunt deduci ad episcopum. Ingressos autem illos cum aspexisset sanctissimus episcopus, ex visionis similitudine in stuporem actus, Deo gratias egit; quæsivitque unde venirent, et quo irent, ac quinam vocarentur. Cum vero didicisset, jussit ministris ut congrua eis ad requiem præberent : ii autem ad insigne adductis cœnaculum, quidquid fovendis erat, protulerunt. Porro vir sanctus, accersitis eadem hora cleri et civitatis primoribus, enarravit illis, quæ sibi a Deo revelata essent. Ii vero una ad eum voce : « Vere et hoc congruit mundæ tuæ vitæ, ut divino nobis calculo revelaretur, quis post te pontificalem thronum ornaturus esset : unde nihil moratus, fac quod lubet. » At ille advocato Basilio una cum Eubulo, cœpit scrutari cum eis Scripturas sacras : miratusque in ipsis repositæ sapientiæ pelagus, bonos parastatas ac adjutores habuit. Cum (31) itaque non multo post, episcopus migrasset e vita, qui synodum agebant episcopi, aperte Spiritu sancto eligunt Basilium ad episcopalem thronum. Ordinatus vero, sapientissima Dei providentia, gubernabat Ecclesiam.

Post aliquod vero tempus postulavit a Deo, quo sibi gratiam et sapientiam et intellectum concederet, ut suis ipse verbis, incruentum Deo sacrificium offerret; utque in ipsum Spiritus sancti adventus fieret. Post sex autem dies, velut in mentis excessu Spiritus sancti præsentia factus, ubi advenit dies septima, ad horas (32) singulas Deo ministrare cœpit, diu noctuque defunctus precum officio. Astans enim Dominus in visione cum apostolis, pane et vino in sacro altari propositis, Basilium excitavit dicens : « Secundum petitionem tuam repleatur os tuum laude, ut tuis ipse verbis incruentum sacrificium offeras (33). » At ille non ferens oculis visionem, surrexit tremebundus; accedensque ad sacrum altare, cœpit dicere, ita in charta scribens : *Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam, Domine Deus noster* (a), qui nos creasti et duxisti ad hanc vitam; ac reliquas sacræ liturgiæ preces. Post precum vero finem elevavit panem, intense orans, et dicens : « Attende, Domine Jesu Christe, Deus noster, de sancto habitaculo tuo, et veni ad sanctificandum nos, qui sursum cum

« episcopi, qui sub Licinio adversus gentiles, et sub « Constantino adversus Arianos plurimum decertavit. » Subscripsit concilio Ancyrano, ac subinde Nicæno. Potuit vir sanctus grandæva ætate, ceu in subsidium adversus Arianos, destinatum designatumque cœlesti oraculo successorem, suscipere Basilium diaconum. Quid enim oraculi illius veritati decedit, quod non proximus successerit; suaque potius modestia, quam malis civium suorum studiis semel iterumque, tum Hermogeni, tum Eusebio posthabitus, vix tandem tertius a Leontio thronum illum conscenderit ?..... Videtur ergo Amphilochius voluisse tacere, quos oraculum tacuisset; ac velut sanctorum episcoporum seriem texere, suppressis nonnullis aliquantulum invidiosis, quæ etiam ipso velut proœmio subindicasset; in illa Basilii absentia, quæ Valenti et Arianis animos addidisset, spemque evertendæ cum episcopo (nempe Eusebio minus æquo Basilio, ob illud in ipsum propensius studium civium) urbis Cæsareæ : quam Amphilochii et oraculi profunditatem non penetrans imperitus aliquis, male Eusebium, cui proxime successisset, substituit S. Leontio. » Ita Combefisius. Ad Leontium quod attinet (nam reliqua tantisper missa facio, donec de iis sit agendi locus), ad Leontium, inquam, quod attinet; non poterat is redeuntem Athenis aut Hierosolymis excipere Basilium : nam sanctus ipse profitetur se, a Dianio, post Hermogenem Leontii successore, admotum sacro ministerio fuisse, seu ordinatum lectorem. Dianius vero, qui circa annum 362 obiit, Cæsareensem episcopatum annis viginti tenuit, circa 341 ordinatus episcopus, et ut talis sequenti anno assistens conciliabulo Antiocheno : inter quem et Leontium, si Hermogeni paucos saltem annos concesseris, non poterit ille vidisse Basilium, nisi admodum juvenem : nempe antequam studiorum causa Cæsarea discederet. Si igitur Amphilochius, non Eusebium, ut recte ostendit Combefisius, sed Leontium scripserit, plures sane difficultates historicæ supersunt, præter immediatam post Leontium successionem : in qua repertam difficultatem sublatam ille credidit, vaticinium de mediata solum interpretando. Verum cum ineptum existimet, vaticinium istud attribui Eusebio, eo quod hic Basilium, cui vix in episcopali electione prælatus fuerat, dicatur interrogasse quo nomine vocaretur; id ut revera absurdum est in Eusebio, nihil minus displicere debet in Leontio; qui similiter a pseudo-Amphilochio introducitur interrogans Basilium de nomine quem ante paucos annos videre et audire debuisset, quotidie Scripturas sacras populo prælegentem. Cum enim, teste Nazianzeno, Basilius longo tempore ante sacerdotium in munere lectoris libros sacros populo prælegerit, nemo negabit id quoque diaconatum præcessisse, si unquam eum susceperit. Ita in multas difficultates incidimus, si fabulas velimus facere historias.

(31) Hunc locum si quis perpenderit, judicabit, ut existimo, non posse eum apte intelligi de mediata successione Basilii post Leontium, tribus interjectis episcopis, quorum unus viginti saltem annis sedit.

(32) Dies pro horis Ursus posuit, contra fidem, ut ait Combefisius, antiquorum exemplarium : sed ille absurdum existimabat ad singulas horas sacrificare, ideoque dies interpretatus est : hic vero maluit improprium sacrificium orationum et bonorum operum intelligere.

(33) Quam certum est a Basilio liturgiam sacram conscriptam esse, tam incertum est quid nunc præcise ipsius sit, in iis quæ exstant sub ejus nomine Liturgiis. Nec mirum est tanto temporis spatio, quædam immutata esse, quædam addita, quædam etiam sublata. Certe verba ista, *Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam*, in nullis Basilianæ Liturgiæ exemplaribus reperiuntur. Oratio vero, « Domine Deus noster, » etc., et altera, « Attende, Domine, » exstant in prænominata Liturgia; secunda, etiam in Liturgia S. Joannis Chrysostomi.

(a) Psal. LXX, 8.

Digitized by Google

Patre sedes, et hic nobiscum invisibiliter versaris; et dignare potenti manu tua nobis impertiri sacra mysteria, et per nos toti populo. » Deinde: « Sancta sanctis. » Populus: « Unus Sanctus, unus Dominus Jesus Christus, in gloriam Dei Patris. Amen. » Cumque panem divisisset in tres partes, unam quidem cum multo timore et veneratione sumpsit; alteram vero una secum sepeliendam servavit (34); tertiam denique in columba (35) aurea depositam, desuper sacrum altare suspendit.

Eubulus autem et cleri princeps, simul stantes pro foribus templi, videbant in templo lumen spiritale, virosque gloriosos amictu candido, ac vocem populi glorificantis Dominum, nec non astantem altari Basilium: perculsique ex visione, proruerunt in faciem fusis lacrymis, et glorificantes Dominum. Egresso autem Basilio, ceciderunt ad pedes ejus, et adoraverunt ipsum. At ille quæsivit causam adorationis et adventus eorum. Illi vero dixerunt mirabile spectaculum, quod vidissent in templo. Tunc Basilius, Deo ferventer actis gratiis, hujuscemodi eis mirabilia enarravit: et advocato aurifice fecit columbam de auro mundo, inque ea portionem deposuit; et super sacram mensam, velut figuram sacræ illius columbæ, quæ in Domini baptismo in Jordane apparuisset, suspendit. Iis porro ita gestis, et ubi is habiturum se verbum exhortationis ad populum promisisset, congregata est multitudo infinita ad ecclesiam, in quibus etiam magnus ille exercitator et monachus Ephrem, de quo postmodum narraturi sumus; ut nimirum ex divina apparitione, ipse inspector factus sit præclari Patris nostri Basilii.

Cum itaque res sacra ageretur, Hebræus quidam, velut Christianus, seipsum populo immiscuit, officii et missæ ordinem, Dominicæque communionis exploraturus. Videt vero in Basilii manibus puerulum velut membratim incidi (36); et cum sumerent omnes, etiam ipse accessit, datumque quod veritate caro esset accepit: cum venit ad calicem, et ipsum plenum sanguine, de eoque etiam participavit. Cum vero de utrisque servasset reliquias, domum abiens, uxori, ad faciendam verbis fidem, ostendit, narrans quæ propriis ipse oculis vidisset. Persuasus ergo esse revera horrendum et mirabile Christianorum sacramentum, in crastinum adit Basilium, supplex orans, ut sine mora acciperet Christi signaculum. Qui nihil cunctatus, solitis vero gratiis ei habitis, qui vult omnes salvos fieri, credentem in Dominum cum omni domo sua baptizavit.

Cumque sanctus egrederetur, accedit ad eum mulierecula, orans ut ejus haberet curam, velut qui apud provinciæ præsidem auctoritate valeret. At ille accepta charta, hæc in ea præsidi exaravit: « Adiit me mulier paupercula, dicens posse me apud te. Si ergo possum, ostende. » Traditque chartam mulieri: illa vero profecta reddidit epistolam præsidi. At ille ubi legit, ista rescripsit: « Volui, Pater sancte, vestri causa miserari mulierem, sed non potui; quod ærario publico obnoxia sit. » Basilius autem scribit secundo: « Siquidem voluisti, nec potuisti, bene fuerit: sin autem potuisti et noluisti, te Deus in egenorum rediget chorum, ut non possis cum volueris. » Acciditque ut rei scriptura, res evaserit. Non diu enim post, indignationem imperatoris expertus, circumagebatur vinctus, iis facturus satis quos injuria affecisset. Tunc miser, supplex Basilio efficitur, rogatque ut precibus offensum placet imperatoris animum (37): quod et fecit. Post sextum enim diem venit typus,

(34) Juvat hoc loco audire Rosweydum. « Fuit olim, inquit, quorumdam consuetudo, ut eucharistiam etiam mortuis ingererent et consepelirent: quam abrogavit concilium Carthaginense tertium canone sexto. » Ilic vero talis est: « Placuit ut corporibus defunctorum eucharistia non detur: dictum est enim a Domino: *Accipite et edite* (*a*): cadavera autem nec accipere possunt nec edere. Cavendum est etiam ne mortuos baptizari posse fratrum infirmitas credat, cum eucharistiam mortuis dari animadverterent. » Subscripsit huic concilio S. Augustinus. Addit ibidem etiam Rosweydus, quod idem repetitur in concilio Hipponensi, canone quinto; et in concilio Antissiodorensi anno DXL, canone 12; et in concilio generali sexto..... ubi canon 83 ita habet... « Nemo mortuorum corporibus eucharistiam communicet. Scriptum est enim, *Accipite et comedite*: mortuorum autem corpora non possunt accipere, nec comedere. » Hactenus Rosweydus. An igitur fecerit id Basilius, quod sæculo sequenti prohibendum concilia censuerunt? Combefisius ait, Basilium id fecisse singulari instinctu divino. Verum quidni tam ineptus fuerit pseudo-Amphilochius, ut abusum, suo tempore forsan non ubique sublatum, tam pium crediderit, ut Basilio affingi posset?

(35) Columbas olim super altaria et super baptisteria, in memoriam Spiritus sancti appensas fuisse, probat Rosweydus in hunc locum, ex epistola cleri Antiocheni ad Joannem Constantinopolitanum episcopum, contra Severum episcopum suum hæreticum: « Columbas aureas et argenteas in formam Spiritus sancti super divina lavacra et altaria appensas, una cum aliis sibi appropriavit, dicens, non oportere in specie columbæ Spiritum sanctum nominare. »

(36) Historiam hanc opusculo 58, cap. 11, refert D. Thomas. Verum si animadvertisset Doctor angelicus, in Græcorum ecclesiis, sacerdotem sacrificantem non videri a populo, dubitasset forsan, num id quod de Basilio narrat, alteri cuidam episcopo aut sacerdoti Latino contigerit. Rosweydus in hunc locum, ex Paschasio, libro *De corpore et sanguine Domini*, dicit similem historiam contigisse Plego presbytero. Nos 23 Aprilis tomo III, pag. 144, narramus similem visionem, oblatam Saraceno cuidam, violare volenti templum S. Georgii Megalomartyris: at nisi ritus divinæ liturgiæ, apud Coptos Christianos, diversus fuerit a ritu Græcorum, vacillabit miraculi fides, ob easdem quas jam attuli rationes; aut dicendum esset, Christum apparuisse in hostia nondum consecrata; non quia præsens realiter erat, sed quia ista in memoriam passionis ejus sacra lancea dividebatur in partes, mox in verum corpus ejus per consecrationem convertendas.

(37) Deest, inquit Combefisius, hoc caput cum tribus sequentibus, in versione Ursi; potius tamen

(*a*) Matth. XXVI, 26.

Digitized by Google

quo liber ab abducentibus satellitio dimitteretur : ille vero exhibitam in ipso humanitatem non ignorans, accedit ad Basilium gratias agens : advocata autem femina, duplum ei si quid debebat, ex propriis ipse reddidit.

Circa id tempus cum Julianus (38), odiosissimus imperator, adversus Persas proficisceretur, venit in partes Cæsareensium : Basilius autem, una ei cum sociis, obviam processit. Eum intuitus imperator, dixit : « Te philosophia vici, Basili. » Respondit vero Basilius : « Utinam philosophum egisses ! » Tunc sanctus tres ei panes obtulit, ex annona, quam inferebat. At ille, pro muneris parvitate ratus se injuria affectum, jussit satellitibus ut panes quidem acciperent, eorum autem loco fenum darent.

A Quo accepto, ait Basilius : « Nos quidem tibi, imperator, ex iis attulimus, quibus vescimur ; tu autem ex iis retribuisti, quibus bruta jumenta alis, id quidem affectata irrisionis specie ; sed qui nolens in hujusce prati pascua (39) nos mittas. » Audiens autem Julianus, quod velut imperator gratiam suam revocare non posset, furore percitus ait ad illum : « Equidem prati pascua tibi mea donavit majestas ; cæterum ubi subactis Persis iterum divertero, tuam civitatem solo æquatam arabo : ut fructifera potius efficiatur, quam hominibus edendis educandisque comparata : haud enim decepti a te populi impudentiam nescio : ut impotentes invidia, Fortunam quam ego deam (40) adoro, postquam ei libavi, omni prorsus honore, minuerint. » His au-

omisisse videtur, victus operis prolixitate, quam quia codices ipsius id desideraverint. Cur, quæso, prolixitate codicum suorum vinceretur Ursus, si hi capita ista habuerint ? Neque primum caret omni difficultate, quamvis id putet Combefisius : parum quippe credibile videtur, exauctoratum præsidem, et ad vincula damnatum, Basilii apud imperatorem Julianum aut Constantium intercessionem postulasse, et per eam dignitati restitutum.

(38) Hæc de Juliano imperatore omissa sunt ab Urso subdiacono, et merito omittenda erant ei, qui *Vitam* hanc Basilii vellet facere credibilem. At Combefisius, volens hunc et alios anachronismos excusare, dicit in hac Vita nihil ordine temporis narrari. Adeoque, quamvis adventus Juliani Cæsaream hic narretur, ac si contigisset post episcopalem Basilii consecrationem ; nihil impedire quominus referri possit ad anteriora tempora, cum nempe Basilius pro Eusebio episcopo latente, defuncto, aut saltem alia de causa absente, tanquam primarius inter presbyteros et episcopi vicarius Ecclesiam Cæsareensem administraret. Magnum quippe erat Basilii nomen, etiam antequam sacerdotio fungeretur apud Cappadocas et nationes exteras, ut ex Nazianzeno affirmat Combefisius : ipsaque Cæsareensis civitas eum tanquam conditorem suum et conservatorem suspiciebat. Deinde, inquit idem, nihil narratur tota hac historia factum a Basilio, quod a presbytero et episcopi vicario peragi non potuerit ; nec, nisi semel, Basilius vocatur episcopus. Potuit autem facile ἀντὶ ἱερέως pro ἀρχιερέως a librario quopiam describi ; vel etiam potuit ἀρχιερεύς recte vocari presbyter, qui officio et jurisdictione, ut vocant, episcopi fungeretur : sic certe unum episcopi vicariique tribunal agnoscimus ; et gesta vicarii ipsius episcopi gesta nuncupamus. Ita Combefisius hunc anachronismum excusare nititur : quam feliciter judicet lector. Nemo saltem mihi facile persuadebit, non fuisse mentem auctoris in hac Vita describenda, servare ordinem temporis. Certe capita capitibus annectuntur inchoanturque iis loquendi formulis, quibus uti solemus cum inter narrandum ordinem temporis prosequimur. Ita numero 32, postquam dixit a Basilio convocatum populum ad ecclesiam auditurum verbum Dei, sequentem numerum 33, quo narratur Judæi conversio, sic inchoat : « Cum itaque res sacra ageretur, » etc. Quis non colliget ex hoc loquendi modo, conversionem Judæi evenisse inter rem divinam, post habitum ad populum sermonem ? Et postquam hunc numerum in Judæi baptismate conclusit, ad sequentem 34 sic transit : « Cumque sanctus egrederetur. » Contendit tamen Combefisius, quidquid hoc numero narratur, ad anteriora tempora posse et debere referri. At quomodo ? nisi contra modum loquendi usitatum, vim verbis inferamus. Quin ut id concedamus Combefisio, qua ratione Basilius dici poterit vicarius fuisse Eusebii, vivente Juliano ? Mortui, inquit ille, aut latentis, aut aliter absentis. Absentem tandiu unquam fuisse a suo episcopatu Eusebium, ut vicario indiguerit, gratis asseritur et negatur. Juliano præmortuum esse, falsum omnino est : constat namque ex Nazianzeno vixisse illum initio Valentis. Quin capere non possum, quomodo id in mentem venerit Combefisio : argumentum enim, quo ostenditur Basilius non fuisse imperante Juliano episcopus, inde desumitur, quod sub Valente adhuc in vivis esset Eusebius. Nec aptius est effugium per Eusebii latebras : cur enim hic latuisset veniente Cæsaream Juliano ? Incurrerant quidem Apostatæ odium Cæsareenses, everso Fortunæ templo ; sed minis et multa pecuniaria plerumque sæviebat ille, ut præ reliquis Cæsareensibus, nihil sibi timere deberet Eusebius. Quod si tamen judicasset expedire tantisper iracundi imperatoris oculos subterfugere, saltem nihil opus erat latere post discessum Juliani, imo post necem ipsius, quam dicitur nuntiasse Libanius ; et pro quo tempore Basilius vocatur pontifex, non ita sane appellandus ab Amphilochio, si vicarius solum fuisset. Nam non distinguere inter episcopum et ejus vicarium imperitis quandoque possit contingere, non vero rerum ecclesiasticarum apprime gnaro. Librarii errorem quod spectat, gratis hic quoque supponitur, nullo allato codice in quo aliter legatur, nullo urgente argumento. Manet itaque anachronismus, prodens quam impudenter auctor Amphilochium mentitus sit.

(39) « Videtur consuetudinis fuisse... ut vel acceptio vel traditio nonnullarum frugum cujusvis fundi, ad quem imperator advenisset, aut occupatio haberetur, aut missio in possessionem : ut deinceps vel principi cederet, si is quidquam de alicujus privati agro sumpsisset ; vel in jus alterius, velut principe donante transiret, si ipse de agro ad ipsum spectante, eo modo aliquid donasset. » Ita Combefisius, probans exemplo Eudoxiæ, simili ratione excusantis, ablatam viduæ Theognistæ vineam.

(40) Vix dubito, quin auctor hujus *Vitæ*, quiscunque demum fuerit, incerto relatu et mutatis rerum circumstantiis ea audiverit, quæ a Sozomeno ita narrantur, lib. v, cap. 4 : « Sub idem tempus imperator Julianus, Cæsaream ad montem Argium sitam, urbem amplam, locupletem, et regionis Cappadociæ primariam, ex numero civitatum delevit, et Cæsaris privavit nomine ; quod quidem nomen regnante Claudio, cum Maza jam ante appellata fuisset, obtinuerat. Nam contra cives ejus civitatis dudum gravissimum odium conceperat ; tum quod omnes fidem Christianam profiterentur, tum quod olim templa Jovis urbis patroni, et patrii Apollinis

Digitized by Google

tem dictis abiit in Persidem : Basilius vero ingressus civitatem, accitaque universa populi multitudine, denuntiavit imperatoris verba, bonique consilii auctor efficitur dicens : « Nihili, fratres, pecuniam facientes, vestram curate salutem ; ut, si etiam tyranno illi imperatori concedatur tempus, eum muneribus molliamus. » At illi in suas quisque abeuntes domos, sua singuli, tum in auro et argento, lapillorum item immensam multitudinem, suis ipsi manibus attulerunt. Is vero eorum perspecta alacritate animoque ad obsequendum facili, accepta deposuit in ecclesiæ armario, singulorum inscriptis nominibus, dicens : Potest destinatorum Dominus et illum interficere, et vestram vobis substantiam restituere.

Mox ergo jubet ut clerus universusque civitatis populus, cum mulieribus et parvulis, in montem Didymi, ubi perquam venerabile Dei genitricis templum honori habetur et colitur, ascendant ; tresque dies jejuni, orationi instent ; ac Deum, ut A scelesti imperatoris consilium dissipet, rogent. Illis itaque orantibus, et contrito corde pervigilibus, videt in (41) somnis Basilius multitudinem cœlestis militiæ, hic illic in monte ; mediamque illorum, in sede gloriosa, muliebri habitu feminam, sic affantem astantes illos viros magnificos : « Vocate mihi Mercurium, ibitque ut Julianum interficiat, qui in Filium meum et Dominum Jesum inique egit. » Sanctus vero, suis omnibus armis instructus, jubente illa, præsto adveniens, confestim ivit. Accersito autem Basilio tradidit ei librum, quo tota creationis narratio scripta esset, postremumque hominis a Deo formatio. Porro libri initio hæc erat scriptio : « Dic, » in fine autem, ubi hominis formatio habebatur : « Parce. » Suscipiens autem librum legit B coram illa, usque ad illam subscriptionem, « Parce ; » statimque metu pariter et gaudio actus, tomum decussit.

Ejusdem porro rationis, etiam Libanius (42) sophista, ipsa nocte somnium vidit, cum Juliano in

diruissent. Quin etiam universæ civitati graviter succensuit iratusque est, minatusque quod templum Fortunæ, quod solum eo regnante supererat, a Christianis eversum esset : atque gentiles, qui in ea urbe pauci numero erant, valde incusavit, quod illud facinus ulti non fuissent : et si forte calamitatis aliquid ideo subeundum esset, quod id non libentibus animis pro Fortuna tulissent : omnes præterea opes omnemque pecuniam ecclesiarum, tum in Cæsarea, tum in confiniis ejus positarum, diligenter vestigari inque medium afferri, atque statim trecentas libras auri ærario publico solvi, et clericos omnes in numerum militum, qui præfecto illius regionis parebant, ascribi jussit ; quæ res et plurimum sumptus requirit, et in exercitibus Romanis magno probro ducitur. Itemque multitudinem Christianorum, una cum uxoribus et liberis, censeri ; et non aliter atque in pagis fieri solet, tributa pensitare mandavit ; cum jurejurando comminatus, neque ab ira se, neque ab affligenda civitate temperaturum, neque permissurum Galilæis (sic enim Christianos per contumeliam appellare solebat) capita sua cervicibus retinere, nisi delubra idolorum quamprimum de integro exstruerent. Cujus minæ fortasse reipsa expletæ fuissent, nisi celerius e vita migrasset. » Hæc, inquam, pseudo-Amphilochio, diu post rem gestam scribenti, confuso rumore audita, occasionem dare potuerunt comminiscendi ea quæ de adventu Juliani Cæsaream et Basilii cum eo congressu narrata sunt. At neque ex Sozomeno sequitur Julianum Cæsareæ D unquam fuisse : potuerunt enim omnia, quæ Sozomenus facta dicit, ab imperatore apostata per litteras ad præfectos mandari, et ab his deduci ad exsecutionem. Imo, si Nicephoro Calisto credimus, non est verosimile, Julianum unquam fuisse Cæsareæ : ita enim iste de impio lib. XI, cap. 4 : « Quas autem civitates in Christi religione ardentiores esse sciret, infestus eis fuit, neque ad eas divertere voluit. Et persæpe cum legationes ad eum, propter casum aliquem qui incidisset, provinciales mitterent, preces eorum rejecit. »

(41) Cum pluribus sanctis per varias orbis partes Juliani interitus divinitus innotuerit, non foret creditu difficile, etiam Basilio, in solitudine Pontica versanti, impii interitum per revelationem innotuisse, nisi contrarium suaderet ipsius sancti et Nazianzeni silentium. Nam cum simul contra Apostatam, post necem ejus, scripta sua elucubrarint, quomodo id poterant præterire silentio, si quid ejusmodi factum fuisset ? Apparitionis autem hic narratæ vacillat fides, propter episcopatus anachronismum, qui etiam reperitur ex alia simili legenda, in *Chronico Alexandrino* ad annum 363, hoc tenore : « Eadem nocte (quæ post Juliani mortem prima fuit) somnium vidit sanctissimus Basilius, Cæsareæ episcopus, cœlos apertos et Salvatorem Christum in throno sedentem, magnoque clamore dicentem : Mercuri, abi, occide Julianum imperatorem, illum hostem Christianorum. Sanctus autem Mercurius, stans coram Domino lorica ferrea indutus, audito mandato evanuit. Rursus deinde visus est astare coram Domino, exclamans : Julianus imperator interfectus, mortuus est, ut imperasti, Domine. Territus eo clamore episcopus Basilius e somno excitatur : illum enim colebat Julianus imperator, ut virum eruditum et studiorum socium, crebriusque ad illum epistolas mittebat. Descendens deinde idem Basilius episcopus in ædem sacram ad preces matutinas, universo advocato clero, visionis arcanum aperuit, et quod interfectus esset Julianus imperator, hacque nocte obiisset : ii vero episcopum rogarunt ut hæc reticeret neminique enuntiaret. »

(42) Libanium sophistam cum Juliano in Perside fuisse, non facile credam ; multo minus quæstoris munus obiisse : neque enim ad tale munus aptus fuisse videtur Libanius, sophistarum more talia parum curans, dummodo sibi esset bene : quamvis teste Eunapio non esset impar administrandæ reipublicæ, et causis civilibus idoneus, etiam ad audendum perficiendumque alia nonnulla, quæ in theatro spectatorum animos delinire ac recreare possent. Cum enim sequentes imperatores amplissimum illi dignitatis gradum detulissent (nam salutatum palatio præfectum eo honore fungi jusserant), noluit accipere, dictitans, sophistam illo majorem esse. Equidem nescio qua auctoritate asserat Eunapius, sequentes Julianum imperatores amplissimas dignitates Libanio obtulisse, cum Jovinianus ipsum occidere voluerit, et imperante Theodosio senex esset. Quis autem credat quod hic ultimus, qui nec militem in exercitu habere volebat non baptizatum, voluisset impium idololatram evehere ad dignitates? Nec de Valente, quamvis Ariano, credibile est quod voluisset honoribus cumulare tam familiarem amicum Juliani Apostatæ, cujus impietatem

Digitized by Google

Perside exsistens, ac quæstoris munus obiens. Basilius ergo ex visione stupens, soloque Eubulo excitato, descendit cum eo in civitatem, venitque ad sancti martyris Mercurii martyrium, in quo et ipse et arma ejus posita erant : cumque quæsisset, non sunt inventa. Advocato autem custode, percunctabatur ubinam gentium essent. Is vero sacramento respondit, fuisse vesperi, ubi pro more continue servarentur. Certo igitur persuasus Basilius, veram esse visionem, Deoque data gloria, qui non despicit confidentes in ipsum, ardore multo gaudioque inexplicabili, dormientibus adhuc omnibus, rediit quam A citius ad montem : excitansque quos illic reliquerat et ad preces hortatus, faustum in voce exsultationis factæ sibi divinitus revelationis nuntium attulit, quod nocte illa tyrannus sublatus fuisset : peractisque communibus omnium votis, gratiarum actionibus, reversus est in civitatem, jubens omnibus, ut in magna ecclesia positi, divinæ liturgiæ participes fierent.

Hoc autem ita peracto, ipsoque elevante sancta (43), non est factum signum, ut moris erat, ut ni-mirum columba moveretur. Ipso vero cogitante quidnam rei esset, vidit unum de ventilantibus

ita detestatus fuerat, ut præelegerit cingulo militari potius, quam Christiano nomini renuntiare. Si tamen credamus Eunapio, recusatam a Libanio præfecturam palatii, quomodo hic admittere voluisset quæstoris munus? Audiamus nunc de seipso loquentem Libanium, quid sibi contigerit in Juliani Persica expeditione. « Quod ad reliquum tempus, quod hinc effluxit, inquit, usque ad expeditionem adversus Persas, alios alio pacto affecit : sed mihi majus apud illum amoris attulit : siquidem perseveravit hoc in ore habere : Munus tibi conferam excedens, quod non quemadmodum alia fugere possem. Quare cum cœnavissemus (coactus enim ab illo fueram), Mi homo, inquit, tempus est ut munus accipias. Equidem conjicere non poteram quidnam istud foret; ille vero subjecit : Videris mihi in oratorum album ob sermones transcriptus, ob actiones vero in philosophorum numerum relatus. Iis dictis oblectatus sum, ut olim Lycurgus ob responsum Dei oraculare de se ipso : enimvero hæc ab eo, qui cum diis conversabatur, dicta fuerant. Porro præmissis e senatu, qui precarentur ut Tarsensibus dimitterentur crimina, dixit, se concessurum urbi Cilicum, si Deus ipsum servaret : et profecto mihi perspicuum est, inquit, quid ad hæc eventurum sit, ut in legatione functuro spem vestram collocetis : hunc autem ipsum illuc proficisci mecum oportebit. Tum amplexatus lacrymantem non lacrymans, jam Persarum mala cernens, postremis litteris scriptis, finibus imperii excessit, agros depopulans, castella et propugnacula capiens, fluvios trajiciens, muros concutiens, urbes expugnans : atque horum singula nullus nuntiavit; sed nos gaudio spectantium gaudebamus, ea quæ jam fiebant, porro etiam factum iri credentes, cum in virum inspiceremus. Verum fortuna suas partes egit. Nam cum exercitus cædibus et fuga Persarum ovaret, certaminibus gymnicis et equestribus, quæ a propugnaculis spectabant Ctesiphontis habitatores, cum muri crassitudini confidere non possent, et Medus decrevisset legatione et muneribus supplicare (quippe a ratione alienum esse censebat, cum viro, qui deus quidam erat, pugnare), jam legatis equos conscendentibus, prudentissimi regis virtus, hasta lumbo proscisso, rigavit sanguine ab eo qui vicerat effuso, terram hostium superatorum : effecitque eum qui terrore cohorruerat, persequentium dominum : quandoquidem a transfuga quodam discere Persæ licuerat, in quo fortunæ statu esset. Nobis autem Antiochensibus hominum certe nemo, sed terræmotus calamitatis indices fuerant, qui urbes Palæstinæ Syriæ quasdam ex parte, quasdam totas subverterant. Etenim Deus nobis cladibus magnis magnum infortunium significare videbatur : optantibus vero nobisne vera opinaremur, acerbum tristis nuntii telum aures penetravit, Julianum illum in sandapila ferri, et sceptrum a nescio quo obtineri; Armeniam autem Persarum esse, et quantumcunque agrorum reliquorum velleat. Quapropter statim in ensem oculos conjeci, quasi vita B acerbior omni jugulatione futura esset. » Ita Libanius in oratione De vita sua. Atque ex his colligitur Libanium, nec quæstorem Juliani fuisse, nec comitem in expeditione Persica, nec vidisse somnium mortis ejus præsagium; sed necem Apostatæ et cladem Romanorum Antiochiæ duntaxat intellexisse, simulque spectasse in sandapila deferri cadaver, sepeliendum Tarsi Ciliciæ. Videtur porro pseudo-Amphilochius ejusmodi somnium affingendi Libanio occasionem sumpsisse ex Sozomeno, qui lib. VI, cap. 2, de aliquo ex Juliani necessariis ista narrat : « Dicitur eum, cum ad Julianum qui erat in Perside, ire maturaret, in loco quodam, qui erat in via publica situs, diversatum; et ædium penuria coactum, in ecclesia quæ ibi erat dormivisse, et secundum quietem vel rem gestam vidisse, vel saltem somniasse complures ex apostolis et prophetis in unum coactis, graviter de imperatoris contumelia adversus ecclesias facta, conquestos esse, inivisseque consilium, quid in hac causa faciendum esset. Ac cum ea de re esset deliberatum, C et adhuc eorum animi velut in dubio versari viderentur, duos e medio surgentes cohortatos reliquos ut bono animo essent, propereque, tanquam ad delendum Juliani imperium, e concilio egressos. Hominem illum, qui has res tam admirabiles contemplatus fuerat, iter de cætero neglexisse : atque dum metu perculsus, hæsitaret, quis hujus visionis exitus futurus esset, secundo eodem in loco somnium cepisse, vidisseque eumdem apostolorum et prophetarum conventum : atque ex improviso, velut e via in concilium ingressos illos, qui superiore nocte ad Julianum expugnandum abierant, cæteris-que nuntiasse eum occisum esse. » Putarit forsan pseudo-Amphilochius, istum de quo hic agit Sozomenus, Juliani necessarium; cui talis visio obtigerat, fuisse Libanium sophistam; in quo ipsum, si hoc senserit, errasse manifestum est ex eodem Sozomeno, qui lib. VI, cap. 1, aliam Libanii opinionem de Juliani morte refert. Combefisii conjectura est, duos fuisse Libanios, quæstorem unum, alterum sophistam : et hic sophistæ nomen quæstori temere additum a librario quodam. Ita ille credibilem hanc narrationem reddere nititur, temeraria, ut mihi quidem videtur, conjectura, qua plures fabellæ a fabulositate eximerentur. Interim fatetur ipse, hæc nullo modo de Libanio sophista intelligi posse.

(43) Ænigmati mihi simile est, dum locus audientium, tam prope ad altare statuitur, ut inde in sacrarium mulier posset introspicere. Unde Combefisius putat designari locum, fidelibus mulieribus destinatum : sed neque hic, saltem in majoribus ecclesiis, tam prope ad altare erat. De motu columbæ in signum adventus Spiritus sancti, alibi mihi invenio, nec satis intelligo an sponte et miraculose moveretur, an vero a ministro, ut apud nos pulsatur campana; et si miraculose, an omnibus passim id fieret, an Basilio tantum. Si Basilio tantum, miror nihil tam singularis miraculi memi-

Digitized by Google

nibus posuisset, nec in eis molliorem se exhibuisset, plurimum scientiæ philosophicæ fructum, naturæ et ingenii facilitate, consequitur.

Relicta igitur postmodum patria (erat enim Cappadox genere), eloquentiæ matrem Athenas (9) petit; multaque cum castitate, tum continentia et sobrietate ornatus, profanæ et Græcanicæ sapientiæ præceptorem adit, Eubulum nomine (10); sicque seipsum disciplinis tradidit, ut esset tum præceptoribus, tum condiscipulis admirationi. Fuerunt enim studiorum socii Magnus Gregorius, factus Nazianzenus episcopus (11), qui et annis circiter duodecim apostolicæ sedis (12) gubernacula tenuit; Julianus quoque, non ita pridem Christianus (13), et Libanius (14). Sic autem omnibus admirabilis vir posuit in corde suo non sumere panem et vinum (15), donec assistente superna Providentia, divinæ sapientiæ arcana penetraret. Commoratus autem in disciplinis annis quindecim, cum Græcanicam omnem sapientiam ad finem decurrisset, astronomiamque et geometriam, ac optima quæque collegisset, ac nec iis tamen ullo modo omnium Creatorem (16) invenire posset; quadam nocte vigilanti divinus splendor infit, ut cujusque religionis scripturam percurreret (17). Surgens ergo profectus est in Ægyptum, et accedens ad quemdam archimandritam, Porphyrium nomine, petivit sibi dari libros sacros, quibus divina dogmata perdisceret. Porro A hoc consecutus, mansit illic, sese oblectans meditatione divinorum eloquiorum, aqua et oleribus victitans. Anno autem integro ibidem commoratus, verbumque veritatis fide considerans, intelligensque quod illa, si eam velimus scrutari, fluctuet, petivit se dimitti Hierosolymam voti causa, ac ejus loci inspecturum miracula. At ille, apprecatus bene, dimisit eum.

Rediens autem (18) ubi Græcorum philosophia fuerat institutus, cœpit verbis flectere multos philosophos, Christoque multitudinem gentium, demonstrata eis salutis via, offerre. Quæsivit autem et præceptorem suum Eubulum (is enim dux verbi et eloquentiæ præses erat), quo in laborum ipsius remunerationem, inculpatæ eum fidei admovere B tentaret; sic plane, ut eo rectam ad fidem currente, ceu magistrum sequerentur quotquot philosophi in eam concessissent. Cum autem in omnibus eum scholis requisisset, offendit in suburbio quodam disputantem, sociis quoque aliis philosophis: nihil enim aliud studebant, quam ut dicerent et audirent aliquid novi.

Cum ergo dissereret, instans imminensque Basilius, ipsum corripuit. Tum aliquis eorum qui erant cum ipso, ad eum: « Corripuit te quidam, o philosophe » At ille: « Vel Deus, vel Basilius. » Cum ergo eum agnovisset, eosque qui aderant dimisisset, mansit cum Basilio, ac tres dies jejuni perse-

ipsius Nazianzeni testimonio dicitur in *Vita*, num. 9 et 10. C

(9) Non recte saltem Athenas petit, hæsit enim aliquandiu Constantinopoli. Nec credibile est, duodennem patria excessisse, quod tamen hic affirmari videtur.

(10) Eubulum a nullo alio inter Athenienses doctores numeratum reperio, nedum inter Basilii magistros.

(11) Gregorius Nazianzenus a patria, non ab episcopatu dictus, ordinatus quidem fuerat episcopus Sasimorum, sed titulo tenus; patris autem sui vicarius duntaxat Nazianzi, venit inde Constantinopolim, labenti Ecclesiæ subventurus; ubi fidem orthodoxam in sua *Anastasia* resuscitavit; episcopatum vero thronum non nisi paucis mensibus insedit. Neque error tam gravis in Amphilochio excusari potest, *Menæorum* auctoritate, quam affert Combefisius. Quamvis ea die 30 Januarii, duodecim Constantinopolitani episcopatus annos Gregorio tribuant, potuerunt eorum auctores errare, diu post rem gestam scribentes: sed errare in eo non potuisset Amphilochius, tum temporis Iconiensis episcopus, qui pene coram oculis suis omnia spectavit, quæ circa episcopatum Constantinopolitanum gesta sunt a Gregorio. Itaque vel pseudo-Amphilochius errare *Menæa* fecit, si prius scripserit; vel si serius, errorem ex *Menæis* in sua scripta retulit. D

(12) Cathedræ apostolicæ nomine hic intelligitur Constantinopolitana, quatenus S. Andreas apostolus Byzantinam Ecclesiam fundasse creditur: sed quia hæc opinio, ignota priscis sæculis, non nisi diu post fundatam Constantinopolim credi cœpit, pseudo-Dorothei commentario nixa, uti ostendit Janningus 4 Junii § 5 et 6 de S. Metrophane, ante quem nullus probatur episcopus Byzantii fuisse; apparet hæc non esse Amphilochii; idemque probat gravissimus error, ea in cathedra constantinopolitanæ Ecclesiæ curam ut summum triennii gessit.

(13) Melius, saltem quoad ad historiam, vertit Ursus subdiaconus, apud Rosweydum, dicens quod Julianus, ad breve tempus, Christianus fuit

(14) Libanius, nec condiscipulus, nec magister Basilii fuit Athenis: sed aliqua inter eos Constantinopoli intercessit familiaritas.

(15) Si solum dixisset, « non sumere vinum » tolerabile foret; potuisset enim aqua sola et pane vitam sustentare: verum cum panis usum, sustentationi tam necessarium, excluserit, videtur propositum istud seu votum tam indiscretum fuisse, ut in Basilium cadere non potuerit.

(16) Perabsurde fingeretur hic Basilius, cum Athenis esset, omnium Creatorem ignorasse: quippe qui prima fidei mysteria, ut in *Vita* ejus, capite 1, dicitur, et a Macrina avia sua, et a matre Emmelia puer didicerat, nec unquam immutaverat. Quapropter sic Combefisius locum explicuit, ut in profanis scientiis nihil invenerit, quod ad Dei cultum perduceret, quamvis Creatorem omnium non ignoraret.

(17) Ursi interpretatio habet, « ut nostræ religionis Scripturam percurreret: » sed ad hoc opus non erat ut abiret in Ægyptum, eam petiturus a Porphyrio archimandrita, necdum aliunde noto: nam illam Athenis sibi comparare poterat, quo cum impio Juliano ad legendos libros sacros accessit; sed et ex domo paterna habere Scripturam poterat, ea enim utebatur Emmelia, ad instruendam Macrinam filiam suam, teste Nysseno in *Vita*.

(18) Peregrinatum se esse in Ægyptum et Hierosolymam, testatur ipse Basilius ep. 79: sed postea rediisse ipsum Athenas, apparet manifeste falsum, consideranti *Vitam* supra datam.

Digitized by Google

veranies (19), mutuo conferebant. Interrogavit itaque Eubulus Basilium : « Quæ est definitio philosophiæ (20), Basili? » Qui ait : « Prima definitio philosophiæ, meditatio mortis. » Ille vero admirans ait : « Quis est mundus? » Respondit : « Ille qui est supra mundum. Et quidem dulces sunt mundi sermones, ipse vero mundus vehementer amarus, quando quis eidem animi vitiosa affectione adhæserit : et alia est voluptas corporis, alia naturæ incorporeæ : nec fieri potest, ut simul aliquis utramque habeat : nam nemo potest duobus dominis servire. Cæterum, quantum possumus, frangamus esurientibus scientiæ panem; et eos, qui citra vitium et culpam sunt sine tecto, per virtutem sub tectum ducamus. Quod si etiam viderimus nudum, operiamus, nec domesticos seminis despexerimus. »

Cum hæc dixisset, eique Salvatoris in nos media pœnitentia benignitatem, seu in imagine, parabolice expressisset, tres tabellas pro foribus animi menti proponit : unam quidem supra fores, quæ exhiberet virtutem, nempe prudentiam, fortitudinem, justitiam, temperantiam; in sinistra vero parte deceptionem; circum ipsam autem intemperantiam, luxuriam, ebrietatem, impudentiam, pigritiam, calumniam, linguositatem, adulationem, et tale quoddam vitiorum examen : pœnitentiam autem decenti habitu, lene ridentem, blandam et mansuetam; adversarios quidem sui populi reprimentem, sed qui necessarii essent. Juxta hanc vero abstinentiam, sagacitatem, modestiam, honestatem, pudorem, humanitatem, ac multorum bonorum plebem. Porro sensus hujus historiæ videntibus quidem cautio est, audientibus vero meliora æmulandi occasio.

« Hæc sane et ego videns admiratus sum, et in hoc ductus sum, Eubule. Sunt quippe in nobis, non imagines neque ænigmata, sed ipsa liquida veritas ad salutem adducens. Resurgemus enim omnes, hi in vitam æternam, et hi in opprobrium et confusionem sempiternam; et astabimus ante tribunal Christi, quemadmodum docent nos magniloqui prophetæ, Isaias, Jeremias, Ezechiel, atque Daniel; David item rex, divinusque Paulus; post hos denique ipse Dominus dator pœnitentiæ et remunerator ejusdem, perquisivit ovem perditam; qui cum multis divitiis sinu paterno abstractum filium, iisque luxuriose absumptis postea redeuntem et fame tabescentem, sincere amplexatur; honestans splendida veste, et annulo epuloque opiparo : filio item, qui nihil peccaverat, auctor est, ut ne ferat indigne, sed indulgeat ut fratri. Sic nimia Dominus effusus bonitate, iis qui venerunt circa horam undecimam, æqualem mercedem tribuit. Donabit et ipse pœnitentibus nobis, et ex aqua et spiritu regenerationem suscipientibus, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus iis qui diligunt ipsum (a). »

Eubulus ergo, cum in animum hæc induxisset, ait (21) : « Conemur igitur, Basili, quod tu jubes. Verum hæc quidem ad rationem pœnitentiæ spectaverint, modo autem mihi eloquere, quod nuper percunctabar divinum sacramentum (22), quod nimirum ad urbem Hierosolymorum, quidam illucescere aiunt; forte vero mecum lustrans, alicujus sancti consuetudinem obtinueris. Cæterum ne, Basili, divina dogmata discere cupienti, narrare distuleris. » At ille ait : « Audivi de Jerusalem : nihil vero minus æstimavi quam cœlum : ut neque villam ipsi vicinam nomine Bethlehem, quæ cæcutientium oculorum decussa caligine iisdemque mundatis, ad meliorem vitæ rationem vitamque verissimam, transmutata est. Quod porro unius Dei cultores, antiquiores sint Græcis et universis nationibus, docemus vere ex divinis eloquiis. Nam a primum plasmato homine nomine Adam, ad usque Noe tempora, sub quo diluvium, fuerunt decem generationes, anni MMCCXLII. Pariter quoque a diluvio usque ad Abraham, generationes decem, anni MVIII; Abraham autem erat annorum LXXV, cum ex Mesopotamia transmigravit in terram Chanaan, ubi annis XXV demoratus, genuit Isaac; Isaac autem cum vixisset annos sexaginta, duos progignit filios. Ex iis vero Jacob, annorum factus CXXX, descendit in Ægyptum cum duodecim filiis et nepotibus suis numero LXXV.

« Cum autem Abraham et ejus semen fuisset accola in terra Ægypti annis CCXV, fuissetque multiplicatum, in tribus duodecim censitum est, et in sexaginta virorum millia computatum. Et quidem Levi abnepotes fuerunt Moyses et Aaron, quorum hic quidem sacerdotio prælatus est; Moyses autem ad principatum provectus. Is anno vitæ LXXX mare Rubrum calcat, et educit populum de Ægypto. Floruit hic Moyses temporibus Inachi, qui primus in Græcia regnavit. Sic sunt Judæi antiquiores Græcis, nec leges habent minus veteres. Quod enim Deum unum colerent et cognoscerent, paterna acceperunt traditione : legislatio autem, post tres dies profectionis ex Ægypto divina voce datur. Morati autem sunt in deserto annis quadraginta. Sub Jesu principe fuerunt annis XXV; sub judicibus vero annis

(19) Fuisset hæc non parva philosophi inurbanitas si hospitem ad se peregre advenientem, triduum jejunare permisisset. Et quis credat, ab ethnico philosopho, tantum repente conceptum jejunandi desiderium?

(20) Erudite ostendit Combefisius, totum hunc Basilii cum Eubulo sermonem, fundatum esse in philosophia Platonica et sacra Scriptura. At ne vel sic mihi persuadebit, eum unquam a Basilio prolatum, aut satis apte ad mentem sancti esse confictum.

(21) Lacunam hic magnam implevit Combefisius, ex uno antiquiori Regio codice, reliquis desiderantibus describens alteram partem catecheseos.

(22) Baptismum intelligit, quem quidem Jerosolymis vel in Jordane devotionis causa suscipiebant.

(a) I Cor. II, 9.

Digitized by Google

CCCCLIV ad usque regnum Saulis, qui primus illi populo rex creatus est; sub quo, anno primo regni ipsius, magnus David natus est. Similiter ab Abraham usque ad Davidem generationes XIV, anni MXXIV. A Davide autem usque ad transmigrationem Babylonis, generationes XIV, anni MIX. A transmigratione vero Babylonis usque ad Darium, anni XXV. A regno autem Darii usque ad Jesum filium Josedec, anni XLIX. A Jesu filio Josedec usque ad Jesum, qui dicitur Christus, anni CCCCXXXIV; simul autem computando, secundum seriem temporum, invenimus ab homine primum formato, usque ad Christum, annos MMMMMMLX.

« Nascitur itaque Dominus Jesus Christus ex tribu Juda, ex semine David, quod spectat ad carnem, sub finem dierum sesquimillesimo anno, XXIV Augusti imperatoris, mense Decembri, XXV ipsius (23) Indictionis X die sexta. A Christi porro nativitate, usque ad Constantinum Magnum imperatorem et virum religiosum, fuerunt anni CCLIX. Cum ergo Judæa gens tanto tempore sit antiquior, quomodo non erubuit Plato, primum et secundum diluvium enarrans? Quondam porro natura nostra, universo totique illi accensebatur: eramus enim et ipsi, in rationalium ovium centenario comprehensi. Postquam vero una illa ovis, natura nostra, serpentis fraude, cœlesti statione depulsa est, non amplius idem ille numerus in grege non errantium memoratur, sed nominantur nonaginta novem. Venit igitur Christus, Filius Dei vivi, quærere et salvum facere quod perierat: utque rerum non consistentium vanitate perditum hominem humeris impositum, existentibus rebus verisque postliminio redderet, quo rursum Dominicus numerus unus fieret. Idcirco Evangelii scriptor Joannes, paternam piscationem omniaque creata relinquens, aerem item transiliens, nec solem moratus nec lunam; celsissima vero cœli superans, temporaque prætergressus est et sæcula; sed et Moyses, principio illo omisso: non enim dixit, in principio fecit, ut qui non induxit creaturam; sed creatorem annuntiavit. Ubi enim est creatura, quispiam fecit; ubi vero generatio erat, ex eo qui est. Qui enim est, eum genuit qui est. Quid igitur evangelista? *In principio erat Verbum* (a): quia nihil aliud erat, præter ipsum qui est ex Patre, qui semper est, habens coæternum Spiritum sanctum. Erat in principio. Quid mihi annumeras sæcula? Erat ipse in principio: sunt omnia post ipsum, siquidem et omnia per ipsum. *In principio erat Verbum*. Erat, neque proferebatur. Verbum erat, nec syllabis componebatur. Erat Verbum illud, nec fuit linguæ fluxus: solus Filius unigenitusque et veritas a Patre, nulla corruptione genitus. Quemadmodum verbum nostrum et sermo, in lucem profert latens animi consilium, ita et Dei Filius occultum in Patre manifestavit orbi terrarum prææternum sacramentum. Quemadmodum verbum procedens, nec dicentem nudum relinquit, et replet audientem (sic enim adit audientem, ut non discedat a discente), ita et Divi Verbum, quod est in Patre ob naturæ communionem, nobisque unitum propter gratiæ largitatem, exsistens Deus, quod spectat ad naturam; Verbum autem appellatione et cognomine.

« Quemadmodum enim Joannes, cum natura esset homo, ratione tamen prædicationis vox clamans vocatus est (b); ita et Dei Filius, Deus de Deo, appellatus est Verbum, propter liberam a fluxione generationem. *In principio erat Verbum*, haudquaquam vero Verbum non subsistens. Verba alia et sermones Dei, præcepta sunt et justificationes; at unigenitus Filius sermo est, non syllabis verborumque sono pronuntiatus, sed sermo et verbum, verborum fontes largiens; quemadmodum ait: Si quis audit sermones meos, habet vitam æternam. Cum Joannes dicat, *In principio;* Paulus vero, *Secundum carnem, qui est super omnia Deus* (c); Petrus quoque: *Tu es Christus Filius Dei vivi* (d); David vero: *Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient* (e); et ipse Dominus: *Ego sum lux mundi*, et veritas, et ostium regni cœlorum (f). Si ergo est quid creatum, quomodo est auctor et creator temporum et sæculorum? *Omnia per ipsum facta sunt* (g). Nam sexta die creavit hominem, qua etiam fecit quadrupedia et reptilia; quinta autem volatilia cœli, et pisces maris; quarta, solem et lunam; tertia, aquas

(23) In hunc locum ita commentatur Combefisius: « Absurdius est, quam ut quis tantillum sapiens de Constantiniana hoc Indictione potuerit accipere: quia hanc Christi nativitas præcessit ccc circiter annis: ac neque de aliis, si quæ vel veritate asseruntur vel confinguntur, puta Augustana, Antoniana, etc. Perspicacius ergo intuenti, statim occurrerit Indictio Judaica, quam sibi auctor, instar Constantinianæ, confingat et numeret, a perfecta liberatione Judæorum a servitute Macedonica; quomodo Constantinus et Patres Nicæni, numeratam voluerunt Constantinianam illam, a vindicata Christiana religione et exstincto Maxentio: sic enim invenietur natus Dominus ad Indictionem decimam, ut ex Genebrardo et aliis quisque facile cognoverit. Ubique Amphilochius scite alludit. » Ita Combefisius. Verum, cum eruditi plerique conveniant, exiguum aut nullum ante Constantini Magni tempora Indictionum usum fuisse, nescio unde Macedonicam Indictionem, aut Judaicam Combefisius acceperit? Certe Basilius et Amphilochius, si Indictionem aliquam, inter computandum, nominare voluissent; non aliam nominassent, præter vulgarem et Constantinianam, quam solam noverant. Errorem itaque ascribamus oscitantiæ pseudo-Amphilochii, nihil inter priora et sua tempora discernentis; ut reliqua hujus chronologiæ absurda prætereamus.

(a) Joan. I, 1.
(b) Marc. I, 3.
(c) Rom. IX, 5.
(d) Matth. XVI, 16.
(e) Psal. CI, 28.
(f) Joan. VIII, 12; XIV, 6; X, 9.
(g) Joan. I, 3.

Digitized by Google

divisit, fecitque ut arida appareret; secunda, hocce firmamentum, quod capiti supereminet, condidit; prima denique, cœlum et terram deduxit in naturam rerum; fecit lucem, diem statuit, initium temporum definivit. Si igitur est creatura, illi assigna tempus; atque ita eodem cum creatis habeto ordine. Nam quod sine tempore est, increatum est; quod vero est absque principio, æternum est: solus autem Deus est æternus, deitate inseparabili in tribus subsistentiis: sunt ergo tria sancta, tria simul sancta, tria æterna, tria coæterna, tria consubstantialia, tria efficacia, tria subsistentia, sibi invicem coexsistentia. Vocatur hæc Trinitas sancta; una harmonia, una deitas, ejusdem essentiæ, ejusdem virtutis, ejusdem substantiæ ac naturæ: similis ex simili, æqualem Patris et Filii et Spiritus sancti gratiam faciens, unam substantiam, unam deitatem, unam dominationem, unam voluntatem, unum regnum, unam Ecclesiam, unam fidem, unum baptisma. Est hic Deus universorum: hic Christi Pater, hic Jesus Christus: unus ille de sancta Trinitate: hic ille qui descendit et ascendit, quique considet Patri, nec separatur a nobis.

« Is animos nostros custodiens, spem nostram inconcussam servavit et immortalem, simulque a mortuis peccatis ad cœlestem ipsius gloriam levavit, dignatusque fuit, ut in nubibus, in occursum ejus rapiamur in aerem; nostraque nomina libro vitæ ascripsit; præstitit vero, ut in eum credamus, qui a mortuis surrexit, ipsum autem de cœlis exspectemus, qui sursum cum Patre est, et hic est nobiscum, qui cujusque actionem et fidei robur videt. Nec enim, quia abest carne, idcirco non præsentem existimaveris; adest enim medius spiritu, audiens quæ de ipso verba proferuntur, videns tuos animi sensus, atque corda et renes scrutans: qui etiam modo promptus est, ut et nos omnesque homines, qui erraverunt et pœnitent, Patri offerat per sacrum baptisma, dicatque: Ecce ego et pueri, quos mihi Deus dedit, cui gloria in sæcula. Amen.

« En tibi trado fidem, quam ediderunt et una voce confessi sunt sancti Patres, qui Nicæam convenerunt. » Eubulus autem dixit: « O Basili, cœlestis doctor, Trinitatis propugnator, pari robore præco; per te credo in unum Deum omnipotentem, et quæ sequuntur; exspecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi sæculi. Amen. Opere autem tibi ostendo fidem, quæ est in me: omnibusque meis facultatibus in manibus tuis datis, residuo vitæ meæ tempore, si placitum in conspectu Dei fuerit, tecum ero, suscepta regeneratione ex aqua et Spiritu sancto. » Ait autem Basilius: « Benedictus Dominus Deus noster, amodo et usque in sæculum, o Eubule, qui lumen verum menti tuæ effudit, teque ab errore plurium deorum in cognitionem misericordiæ suæ transtulit. Ex quo autem, ut dixisti, mecum esse vis, ostendam tibi quomodo saluti nostræ provideamus, a sæculi hujus vinculis liberi. Venundemus itaque nostra omnia, et conferamus in egenos: sicque demum ad sanctam civitatem pergentes, factique ipsi inspectores miraculorum quæ illic visuntur, consequemur fiduciam apud Deum. » Cum sic ergo ambo res suas pie distribuissent, solaque ex eis indumenta baptismo opportuna emissent, Hierosolymam profecti sunt, convertentes ad Dominum multam gentilium multitudinem. »

CAPUT II.

Susceptus baptismus, diaconatus, episcopatus: Juliani mors, Libanii conversio.

Cum autem Antiochiam pervenissent, diverterunt ad stabulum quoddam. Filius porro stabularii, nomine Philoxenus, in multa anxietate præ foribus sedebat. Erat autem hic discipulus Libanii sophistæ, a quo versus Homeri oratione soluta reddendos acceperat: eoque in multa constitutus afflictione et consilii inops, tristis dolebat. Contuitus eum Basilius, ait ad ipsum: « Cur sic mœstus es, o juvenis? » At ille: « Quæ mihi utilitas, si dixero tibi? » Instante autem Basilio, et fore promittente ut quid prodesset, dixit ille, tum sophistam, tum versus; quodque ea causa animo anxius esset. At Basilius acceptis versibus, eorum cœpit translationem dicere. Stupens vero juvenis, et quam maxime lætus, rogabat ut hæc scripto exponeret: is porro solutionem triplici versione scripsit. Puer autem suscepit versus gaudens, pergensque diluculo ad Libanium, tradit ei versuum translationem. Accipiens autem Libanius, et super translatione vehementius admirans, dixit: « Per Dei (24) providentiam, nullus ævi hujus sapientum tale quid potest interpretari; unde ergo horum novus artifex? » Ait adolescens: « Peregrinus quidam, veniens heri ad hospitium, eorum mihi solutionem promptissime enucleavit. »

Nihil ergo cunctatus Libanius, cursu ad hospitium venit: cumque Basilium cum Eubulo vidisset et agnovisset, velut tactus de cœlo pro insperato adventu factus est. Rogavit ergo ut in domum suam diverterent; ac voti compos, orabat ut etiam cibos conditos et delicatiores sumerent: at illi pane et aqua modice satiati, pro sua illa et apud eos obtinente consuetudine, gratias egerunt Deo universorum et bonorum largitori. Actutum ergo cœpit Libanius cum illis disputare, et rhetorum nugas prætendere: at illi proposuerunt sermonem de fide. Libanius autem dicta percipiens gustansque: « Nondum, inquit, est tempus hujus negotii: jubente autem Providentia, non est qui resistat. Sed quia

(24) Libanius impius idololatra, et usque ad finem vitæ pertinax in sua impietate, si jurare voluisset, non per divinam Providentiam, sed per Jovem, Fortunam, aut gentilium deorum aliquem jurasset. Exstat ejus oratio de vita sua, in qua nihil divinæ Providentiæ, sed omnia quæ sibi evenerant, mala et bona, Fortunæ attribuit.

Digitized by Google

plurimum mihi profuisti, o Basili, ne etiam juvenes qui apud me educantur alloqui recuses. » Is vero nulla mora, congregatos illos docuit (25) mentis munditiam corporisque apathiam; decoram habitus compositionem, incessum lenem, vocem temperatam, cibum et potum absque perturbatione; coram senioribus silentium, coram sapientioribus auditum; erga superiores obedientiam, erga æquales minoresque charitatem non simulatam; a vanis et carnalibus negotiorumque facessendorum studiosis abstrahi; pauca loqui, multa vero cogitare; non esse audaciores sermone, non loquaciores; non esse ad risum præcipites, pudore honestari; non colloqui impudicis mulieribus; esse visu vultuque demisso, animo autem sursum erecto; fugere contradictiones, non persequi dignitatem magistri, nihili facere quod omnes habeant honori, nec proficientes quærere humanam laudem: quod si quis vestrum aliis etiam prodesse potest, a Deo mercedem exspectet et æternorum bonorum vicissitudinem, in Christo Jesu Domino nostro. His Basilius ad Libanii discipulos dictis, omnibusque admirationi habitus, una cum Eubulo prosecutus est iter.

Cum itaque Hierosolymam pervenissent, omnemque locum sacrum fide et desiderio perlustrassent, et in eis Deum qui est super omnia adorassent; manifesti sunt episcopo civitatis, nomine Maximo. Huic vero accedentes, postulaverunt ut divinam regenerationem in Jordane fluvio liceret consequi. Eos vir ille sanctus ubi plenos fide vidisset, implet ipsorum petitionem, sociisque fidelibus viris, venit ad Jordanem. Cum vero Basilius ad ripam accessisset, humi se jactat; et cum lacrymis et clamore valido signum sibi fidei revelari poscebat: moxque cum tremore surgens vestes exuit, ac cum eis plane deponit veterem hominem. Sic demum descendens in aquam, precabatur: et accedens sacerdos eum baptizavit (26). Et ecce fulgur ignis præfulsit eis, egressaque ex eo columba in Jordanem descendit, ac turbata aqua in cœlum avolavit: qui vero astabant tremore correpti, Deum glorificaverunt. Porro Basilius, suscepto baptismate, de aqua exivit, omnesque ad preces hortatus est. Admirans autem Maximus Basilii fidem, precibusque super eum fusis, resurrectionis Christi vestibus induit. Baptizavit autem et Eubulum, tingensque sacro unguento, tradidit vivificam communionem. Rogavit autem Basilius Dei sacerdotem, ut apprecante ipso, cibum sibi liceret sumere: quod et obtinuit. Tum Basilius: « Jesu Christe Deus noster, credo evangelicæ voci tuæ, et spero in tua bonitate (27), manducando et bibendo victurum me adversantem nobis diabolum auxilio Spiritus sancti. » Stupens autem Dei sacerdos super fide ejus, reversus est cum illis in sanctam civitatem. Annum vero ibi commoratus cum Eubulo, communi consilio venit Antiochiam. Porro Basilius a Meletio (28), ejusdem urbis episcopo, ad diaconi ordinem promotus, librumque (29) Proverbiorum interpretatus, admirationi fuit.

Non multo post profectus est, una cum Eubulo, in Cappadocum provinciam; cumque Cæsareensem urbem essent ingressuri, in visione noctis revelatum est ejusdem tunc urbis episcopo (30), Leontio nomine, horum adventus; quodque Basilius ejus

(25) Hæc, et quæ sequuntur, optima sunt, ac Basilio digna: sed parum apte proponuntur juvenibus ethnicis, quamvis philosophis: nam ex eorum principiis erui non possunt.

(26) Quærit Combefisius, cur Basilius, pie ac sancte educatus a parentibus et avia Macrina, tandiu baptismum distulerit: tum congruentes quasdam rationes affert, ob quas id fieri potuerit. Et revera grandioris forsan ætatis erat, cum baptizatus est: sed non in Jordane. Ego enim in *Vita Basilii*, capite primo, et quarto, ipsius sancti testimonio ostendi, eum non a Maximo Hierosolymorum episcopo baptizatum in Jordane, sed in patria sua Cæsareæ a Dianio, istius urbis episcopo, aut saltem ante episcopatum susceptum presbytero. Adeoque baptismum Basilii Hierosolymitanum, merum esse pseudo-Amphilochii commentum. Et propterea minime necesse est aliis hujus baptismi explicandis circumstantiis immorari.

(27) Hunc locum ita interpretatus est Ursus subdiaconus apud Rosweydum: « Et rogavit Basilium Dei sacerdos, post orationem sumere cibum: quod et fecit, dicens: Domine Jesu Christe, Deus noster, ita credo evangelicæ voci tuæ et spero in benignitate tua, ut manducans et bibens vincam resistentem nobis diabolum, cooperatione Spiritus sancti tui. » Nescio ego, ubi in Evangelio scriptum sit, manducando et bibendo vinci diabolum; sed bene, quod genus aliquod dæmoniorum non ejiciatur, nisi in oratione et jejunio. Credo itaque dicere voluisse pseudo-Amphilochium, frugalem corporis refectionem non obesse confidentibus in Deum, quo minus diabolum vincere possint, gratia Spiritus S.

(28) Basilium unquam diaconum fuisse negat Hermantius, ob silentium Nazianzeni; qui ante sacerdotium, solum ordinem et officium lectoris ei attribuit, idque in Ecclesia Cæsareensi. Ut autem verosimile non est, sanctum contra canones, aut transiisse ab una Ecclesia ad aliam, aut ab alio quam proprio episcopo ordinatum, ita quoque est incredibile a Meletio episcopo Antiocheno creatum fuisse diaconum: quamvis id scripserit Socrates et Nicephorus; hic quidem illius auctoritate deceptus, ille autem synonymia alterius Basilii, sancto Joanni Chrysostomo familiaris.

(29) Librum Proverbiorum interpretatus est, non Antiochiæ diaconus, sed Cæsareæ presbyter factus.

(30) Pro Leontio Ursus apud Rosweydum habet Eusebium: verum pro Eusebio, Leontium restituit Combefisius, et in hunc locum ita commentatur: « Leontium restituimus ex duplici Regio codice majoris et fidei et antiquitatis; nec ulla veritate consistit, quod cum impressis habebat alter codex « Eusebium: » ante cujus episcopatum constat fuisse Basilium Cæsareæ, et valde notum; ut etiam diversorum studiis sit pro eo inter ambos certatum, multisque, ac præcipue monachis, ad eam sedem deposcentibus Basilium, cum vi quadam populari eidem fuit præfectus Eusebius, ut res pene in schisma abierit, vixque ipsi suffragatores episcopi ratam habuerint suam illam electionem et ordinationem: ac uno annitente patre Gregorio, Nazianzeno episcopo, ægre admodum obtinuerit: de qua re multis ipse in Basilio. Porro fuit Leontius ille vir clarissimus, de quo Martyrologium Romanum 13 Januarii: « Cæsareæ in Cappadocia S. Leontii

Digitized by Google

successor futurus esset. Qui expergefactus a somno, accepit principem sacerdotalis ministerii, quosdamque pios de clero; et misit ad orientalem portam urbis, dicens eis visionem. Cum ergo abiissent ad portam, occurrerunt ingredientibus, visosque agnoverunt : at illi rogarunt deduci ad episcopum. Ingressos autem illos cum aspexisset sanctissimus episcopus, ex visionis similitudine in stuporem actus, Deo gratias egit; quæsivitque unde venirent, et quo irent, ac quinam vocarentur. Cum vero didicisset, jussit ministris ut congrua eis ad requiem præberent : ii autem ad insigne adductis cœnaculum, quidquid fovendis erat, protulerunt. Porro vir sanctus, accersitis eadem hora cleri et civitatis primoribus, enarravit illis, quæ sibi a Deo revelata essent. Ii vero una ad eum voce : « Vere et hoc congruit mundæ tuæ vitæ, ut divino nobis calculo revelaretur, quis post te pontificalem thronum ornaturus esset : unde nihil moratus, fac quod lubet. » At ille advocato Basilio una cum Eubulo, cœpit scrutari cum eis Scripturas sacras : miratusque in ipsis repositæ sapientiæ pelagus, bonos parastatas ac adjutores habuit. Cum (31) itaque non multo post, episcopus migrasset e vita, qui synodum agebant episcopi, agente Spiritu sancto elegunt Basilium ad episcopalem thronum. Ordinatus vero, sapientissima Dei providentia, gubernabat Ecclesiam.

Post aliquod vero tempus postulavit a Deo, quo sibi gratiam et sapientiam et intellectum concederet, ut suis ipse verbis, incruentum Deo sacrificium offerret; utque in ipsum Spiritus sancti adventus fieret. Post sex autem dies, velut in mentis excessu Spiritus sancti præsentia factus, ubi advenit dies septima, ad horas (32) singulas Deo ministrare cœpit, diu noctuque defunctus precum officio. Astans enim Dominus in visione cum apostolis, pane et vino in sacro altari propositis, Basilium excitavit dicens : « Secundum petitionem tuam repleatur os tuum laude, ut tuis ipse verbis incruentum sacrificium offeras (33). » At ille non ferens oculis visionem, surrexit tremebundus; accedensque ad sacrum altare, cœpit dicere, ita in charta scribens : *Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam, Domine Deus noster* (a), qui nos creasti et duxisti ad hanc vitam; ac reliquas sacræ liturgiæ preces. Post precum vero finem elevavit panem, intense orans, et dicens : « Attende, Domine Jesu Christe, Deus noster, de sancto habitaculo tuo, et veni ad sanctificandum nos, qui sursum cum

« episcopi, qui sub Licinio adversus gentiles, et sub « Constantino adversus Arianos plurimum decertavit. » Subscripsit concilio Ancyrano, ac subinde Nicæno. Potuit vir sanctus grandæva ætate, ceu in subsidium adversus Arianos, destinatum designatumque cœlesti oraculo successorem, suscipere Basilium diaconum. Quid enim oraculi illius veritati decedit, quod non proximus successerit; suaque potius modestia, quam malis civium suorum studiis semel iterumque, tum Hermogeni, tum Eusebio posthabitus, vix tandem tertius a Leontio thronum illum conscenderit ?..... Videtur ergo Amphilochius voluisse tacere, quos oraculum tacuisset; ac velut sanctorum episcoporum seriem texere, suppressis nonnullis aliquantulum invidiosis, quæ etiam ipso velut proœmio subindicasset; in illa Basilii absentia, quæ Valenti et Arianis animos addidisset, spemque evertendæ cum episcopo (nempe Eusebio minus æquo Basilio, ob illud in ipsum propensius studium civium) urbis Cæsareæ : quam Amphilochii et oraculi profunditatem non penetrans imperitus aliquis, male Eusebium, cui proxime successisset, substituit S. Leontio. » Ita Combefisius. Ad Leontium quod attinet (nam reliqua tantisper missa facio, donec de iis sit agendi locus), ad Leontium, inquam, quod attinet; non poterat is redeuntem Athenis aut Hierosolymis excipere Basilium : nam sanctus ipse profitetur se, a Dianio, post Hermogenem Leontii successore, admotum sacro ministerio fuisse, seu ordinatum lectorem. Dianius vero, qui circa annum 362 obiit, Cæsareensem episcopatum annis viginti tenuit, circa 341 ordinatus episcopus, et ut talis sequenti anno assistens conciliabulo Antiocheno : inter quem et Leontium, si Hermogeni paucos saltem annos concesseris, non poterit ille vidisse Basilium, nisi admodum juvenem : nempe antequam studiorum causa Cæsarea discederet. Si igitur Amphilochius, non Eusebium, ut recte ostendit Combefisius, sed Leontium scripserit, plures sane difficultates historicæ supersunt, præter immediatam post Leontium successionem : in qua repertam difficultatem sublatam ille credidit, vaticinium de mediata solum interpretando. Verum cum ineptum existimet, vaticinium istud attribui Eusebio, eo quod hic Basilium, cui vix in episcopali electione prælatus fuerat, dicatur interrogasse quo nomine vocaretur; id ut revera absurdum est in Eusebio, nihil minus displicere debet in Leontio; qui similiter a pseudo-Amphilochio introducitur interrogans Basilium de nomine quem ante paucos annos videre et audire debuisset, quotidie Scripturas sacras populo prælegentem. Cum enim, teste Nazianzeno, Basilius longo tempore ante sacerdotium in munere lectoris libros sacros populo prælegerit, nemo negabit id quoque diaconatum præcessisse, si unquam eum susceperit. Ita in multas difficultates incidimus, si fabulas velimus facere historias.

(31) Hunc locum si quis perpenderit, judicabit, ut existimo, non posse eum apte intelligi de mediata successione Basilii post Leontium, tribus interjectis episcopis, quorum unus viginti saltem annis sedit.

(32) Dies pro horis Ursus posuit, contra fidem, ut ait Combefisius, antiquorum exemplarium : sed ille absurdum existimabat ad singulas horas sacrificare, ideoque dies interpretatus est : hic vero maluit improprium sacrificium orationum et bonorum operum intelligere.

(33) Quam certum est a Basilio liturgiam sacram conscriptam esse, tam incertum est quid nunc præcise ipsius sit, in iis quæ exstant sub ejus nomine Liturgiis. Nec mirum est tanto temporis spatio, quædam immutata esse, quædam addita, quædam etiam sublata. Certe verba ista, *Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam*, in nullis Basilianæ Liturgiæ exemplaribus reperiuntur. Oratio vero, « Domine Deus noster, » etc., et altera, « Attende, Domine, » exstant in prænominata Liturgia; secunda, etiam in Liturgia S. Joannis Chrysostomi.

(a) Psal. LXX, 8.

Digitized by Google

Patre sedes, et hic nobiscum invisibiliter versaris; et dignare potenti manu tua nobis impertiri sacra mysteria, et per nos toti populo. » Deinde : « Sancta sanctis. » Populus : « Unus Sanctus, unus Dominus Jesus Christus, in gloriam Dei Patris. Amen. » Cumque panem divisisset in tres partes, unam quidem cum multo timore et veneratione sumpsit ; alteram vero una secum sepeliendam servavit (34); tertiam denique in columba (35) aurea depositam, desuper sacrum altare suspendit.

Eubulus autem et cleri princeps, simul stantes pro foribus templi, videbant in templo lumen spiritale, virosque gloriosos amictu candido, ac vocem populi glorificantis Dominum, nec non astantem altari Basilium : perculsique ex visione, proruerunt in faciem fusis lacrymis, et glorificantes Dominum. Egresso autem Basilio, ceciderunt ad pedes ejus, et adoraverunt ipsum. At ille quæsivit causam adorationis et adventus eorum. Illi vero dixerunt mirabile spectaculum, quod vidissent in templo. Tunc Basilius, Deo ferventer actis gratiis, hujuscemodi eis mirabilia enarravit : et advocato aurifice fecit columbam de auro mundo, inque ea portionem deposuit; et super sacram mensam, velut figuram sacræ illius columbæ, quæ in Domini baptismo in Jordane apparuisset, suspendit. Iis porro ita gestis, et ubi is habiturum se verbum exhortationis ad populum promisisset, congregata est multitudo infinita ad ecclesiam, in quibus etiam magnus ille exercitator et monachus Ephrem, de quo postmodum narraturi sumus; ut nimirum ex divina apparitione, ipse inspector factus sit præclari Patris nostri Basilii.

Cum itaque res sacra ageretur, Hebræus quidam, velut Christianus, seipsum populo immiscuit, officii et missæ ordinem, Dominicæque communionis exploraturus. Videt vero in Basilii manibus puerulum velut membratim incidi (36); et cum sumerent omnes, etiam ipse accessit, datumque quod veritate caro esset accepit : cum venit ad calicem, et ipsum plenum sanguine, de eoque etiam participavit. Cum vero de utrisque servasset reliquias, domum abiens, uxori, ad faciendam verbis fidem, ostendit, narrans quæ propriis ipse oculis vidisset. Persuasus ergo esse revera horrendum et mirabile Christianorum sacramentum, in crastinum adit Basilium, supplex orans, ut sine mora acciperet Christi signaculum. Qui nihil cunctatus, solitis vero gratiis ei habitis, qui vult omnes salvos fieri, credentem in Dominum cum omni domo sua baptizavit.

Cumque sanctus egrederetur, accedit ad eum muliercula, orans ut ejus haberet curam, velut qui apud provinciæ præsidem auctoritate valeret. At ille accepta charta, hæc in ea præsidi exaravit : « Adiit me mulier paupercula, dicens posse me apud te. Si ergo possum, ostende. » Traditque chartam mulieri : illa vero profecta reddidit epistolam præsidi. At ille ubi legit, ista rescripsit : « Volui, Pater sancte, vestri causa miserari mulierem, sed non potui; quod ærario publico obnoxia sit. » Basilius autem scribit secundo : « Siquidem voluisti, nec potuisti, bene fuerit : sin autem potuisti et noluisti, te Deus in egenorum rediget chorum, ut non possis cum volueris. » Acciditque ut rei scriptura, res evaserit. Non diu enim post, indignationem imperatoris expertus, circumagebatur vinctus, iis facturus satis quos injuria affecisset. Tunc miser, supplex Basilio efficitur, rogatque ut precibus offensum placet imperatoris animum (37) : quod et fecit. Post sextum enim diem venit typus,

(34) Juvat hoc loco audire Rosweydum. « Fuit olim, inquit, quorumdam consuetudo, ut eucharistiam etiam mortuis ingererent et consepelirent : quam abrogavit concilium Carthaginense tertium canone sexto. » Hic vero talis est : « Placuit ut corporibus defunctorum eucharistia non detur : dictum est enim a Domino : *Accipite et edite* (*a*) : cadavera autem nec accipere possunt nec edere. Cavendum est etiam ne mortuos baptizari posse fratrum infirmitas credat, cum eucharistiam mortuis dari animadverterent. » Subscripsit huic concilio S. Augustinus. Addit ibidem etiam Rosweydus, quod idem repetitur in concilio Hipponensi, canone quinto ; et in concilio Antissiodorensi anno DXL, canone 12 ; et in concilio generali sexto..... ubi canon 83 ita habet... « Nemo mortuorum corporibus eucharistiam communicet. Scriptum est enim, *Accipite et comedite :* mortuorum autem corpora non possunt accipere, nec comedere. » Hactenus Rosweydus. An igitur fecerit id Basilius, quod sæculo sequenti prohibendum concilia censuerunt? Combefisius ait, Basilium id fecisse singulari instinctu divino. Verum quidni tam ineptus fuerit pseudo-Amphilochius, ut abusum, suo tempore forsan non ubique sublatum, tam pium crediderit, ut Basilio affingi posset ?

(35) Columbas olim super altaria et super baptisteria, in memoriam Spiritus sancti appensas fuisse, probat Rosweydus in hunc locum, ex epistola cleri Antiocheni ad Joannem Constantinopolitanum episcopum, contra Severum episcopum sunm hæreticum : « Columbas aureas et argenteas in formam Spiritus sancti super divina lavacra et altaria appensas, una cum aliis sibi appropriavit, dicens, non oportere in specie columbæ Spiritum sanctum nominare. »

(36) Historiam hanc opusculo 58, cap. 11, refert D. Thomas. Verum si animadvertisset Doctor angelicus, in Græcorum ecclesiis, sacerdotem sacrificantem non videri a populo, dubitasset forsan, num id quod de Basilio narrat, alteri cuidam episcopo aut sacerdoti Latino contigerit. Rosweydus in hunc locum, ex Paschasio, libro *De corpore et sanguine Domini*, dicit similem historiam contigisse Plego presbytero. Nos 23 Aprilis tomo III, pag. 144, narramus similem visionem, oblatam Saraceno cuidam, violare volenti templum S. Georgii Megalomartyris : at nisi ritus divinæ liturgiæ, apud Coptos Christianos, diversus fuerit a ritu Græcorum, vacillabit miraculi fides, ob easdem quas jam attuli rationes ; aut dicendum esset, Christum apparuisse in hostia nondum consecrata ; non quia præsens realiter erat, sed quia ista in memoriam passionis ejus sacra lancea dividebatur in partes, mox in verum corpus ejus per consecrationem convertendas.

(37) Deest, inquit Combefisius, hoc caput cum tribus sequentibus, in versione Ursi ; potius tamen

(*a*) Matth. XXVI, 26.

Digitized by Google

quo liber ad abducentibus satellitio dimitteretur : ille vero exhibitam in ipso humanitatem non ignorans, accedit ad Basilium gratias agens : advocata autem femina, duplum ei si quid debebat, ex propriis ipse reddidit.

Circa id tempus cum Julianus (38), odiosissimus imperator, adversus Persas proficisceretur, venit in partes Cæsareensium : Basilius autem, una ei cum sociis, obviam processit. Eum intuitus imperator, dixit : « Te philosophia vici, Basili. » Respondit vero Basilius : « Utinam philosophum egisses ! » Tunc sanctus tres ei panes obtulit, ex annona, quam inferebat. At ille, pro muneris parvitate ratus se injuria affectum, jussit satellitibus ut panes quidem acciperent, eorum autem loco fenum darent. A Quo accepto, ait Basilius : « Nos quidem tibi, imperator, ex iis attulimus, quibus vescimur ; tu autem ex iis retribuisti, quibus bruta jumenta alis, id quidem affectata irrisionis specie ; sed qui nolens in hujusce prati pascua (39) nos mittas. » Audiens autem Julianus, quod velut imperator gratiam suam revocare non posset, furore percitus ait ad illum : « Equidem prati pascua tibi mea donavit majestas ; cæterum ubi subactis Persis iterum divertero, tuam civitatem solo æquatam arabo : ut fructifera potius efficiatur, quam hominibus edendis educandisque comparata : haud enim decepti a te populi impudentiam nescio : ut impotentes invidia, Fortunam quam ego deam (40) adoro, postquam ei libavi, omni prorsus honore, minuerint. » His au-

omisisse videtur, victus operis prolixitate, quam quia codices ipsius id desideraverint. Cur, quæso, prolixitate codicum suorum vinceretur Ursus, si hi capita ista habuerint ? Neque primum caret omni difficultate, quamvis id putet Combefisius : parum quippe credibile videtur, exauctoratum præsidem, et ad vincula damnatum, Basilii apud imperatorem Julianum aut Constantium intercessionem postulasse, et per eam dignitati restitutum.

(38) Hæc de Juliano imperatore omissa sunt ab Urso subdiacono, et merito omittenda erant ei, qui *Vitam* hanc Basilii vellet facere credibilem. At Combefisius, volens hunc et alios anachronismos excusare, dicit in hac Vita nihil ordine temporis narrari. Adeoque, quamvis adventus Juliani Cæsaream hic narretur, ac si contigisset post episcopalem Basilii consecrationem ; nihil impedire quominus referri possit ad anteriora tempora, cum nempe Basilius pro Eusebio episcopo latente, defuncto, aut saltem alia de causa absente, tanquam primarius inter presbyteros et episcopi vicarius Ecclesiam Cæsareensem administraret. Magnum quippe erat Basilii nomen, etiam antequam sacerdotio fungeretur apud Cappadocas et nationes exteras, ut ex Nazianzeno affirmat Combefisius : ipsaque Cæsareensis civitas eum tanquam conditorem suum et conservatorem suspiciebat. Deinde, inquit idem, nihil narratur tota hac historia factum a Basilio, quod a presbytero et episcopi vicario peragi non potuerit ; nec, nisi semel, Basilius vocatur episcopus. Potuit autem facile ἀντὶ ἱερέως pro ἀρχιερέως a librario quopiam describi ; vel etiam potuit ἀρχιερεύς recte vocari presbyter, qui officio et jurisdictione, ut vocant, episcopi fungeretur : sic certe unum episcopi vicariique tribunal agnoscimus ; et gesta vicarii ipsius episcopi gesta nuncupamus. Ita Combefisius hunc anachronismum excusare nititur : quam feliciter judicet lector. Nemo saltem mihi facile persuadebit, non fuisse mentem auctoris in hac Vita describenda, servare ordinem temporis. Certe capita capitibus annectuntur inchoanturque iis loquendi formulis, quibus uti solemus cum inter narrandum ordinem temporis prosequimur. Ita numero 32, postquam dixit a Basilio convocatum populum ad ecclesiam auditurum verbum Dei, sequentem numerum 33, quo narratur Judæi conversio, sic inchoat : « Cum itaque res sacra ageretur, » etc. Quis non colliget ex hoc loquendi modo, conversionem Judæi evenisse inter rem divinam, post habitum ad populum sermonem ? Et postquam hunc numerum in Judæi baptismate conclusit, ad sequentem 34 sic transit : « Cumque sanctus egrederetur. » Contendit tamen Combefisius, quidquid hoc numero narratur, ad anteriora tempora posse et debere referri. At quomodo ? nisi contra modum loquendi usitatum, vim verbis inferamus. Quin ut id concedamus Combefisio, qua ratione Basilius dici poterit vicarius fuisse Eusebii, vivente Juliano ? Mortui, inquit ille, aut latentis, aut aliter absentis. Absentem tandiu unquam fuisse a suo episcopatu Eusebium, ut vicario indiguerit, gratis asseritur et negatur. Juliano præmortuum esse, falsum omnino est : constat namque ex Nazianzeno vixisse illum initio Valentis. Quin capere non possum, quomodo id in mentem venerit Combefisio : argumentum enim, quo ostenditur Basilius non fuisse imperante Juliano episcopus, inde desumitur, quod sub Valente adhuc in vivis esset Eusebius. Nec aptius est effugium per Eusebii latebras : cur enim hic latuisset veniente Cæsaream Juliano ? Incurrerant quidem Apostatæ odium Cæsareenses, everso Fortunæ templo ; sed minis et multa pecuniaria plerumque sæviebat ille, ut præ reliquis Cæsareensibus, nihil sibi timere deberet Eusebius. Quod si tamen judicasset expedire tantisper iracundi imperatoris oculos subterfugere, saltem nihil opus erat latere post discessum Juliani, imo post necem ipsius, quam dicitur nuntiasse Libanius ; et pro quo tempore Basilius vocatur pontifex, non ita sane appellandus ab Amphilochio, si vicarius solum fuisset. Nam non distinguere inter episcopum et ejus vicarium imperitis quandoque possit contingere, non vero rerum ecclesiasticarum apprime gnaro. Librarii errorem quod spectat, gratis hic quoque supponitur, nullo allato codice in quo aliter legatur, nullo urgente argumento. Manet itaque anachronismus, prodens quam impudenter auctor Amphilochium mentitus sit.

(39) « Videtur consuetudinis fuisse... ut vel acceptio vel traditio nonnullarum frugum cujusvis fundi, ad quem imperator advenisset, aut occupatio haberetur, aut missio in possessionem : ut deinceps vel principi cederet, si is quidquam de alicujus privati agro sumpsisset ; vel in jus alterius, velut principe donante transiret, si ipse de agro ad ipsum spectante, eo modo aliquid donasset. » Ita Combefisius, probans exemplo Eudoxiæ, simili ratione excusantis, ablatam viduæ Theognistæ vineam.

(40) Vix dubito, quin auctor hujus *Vitæ*, quiscunque demum fuerit, incerto relatu et mutatis rerum circumstantiis ea audiverit, quæ a Sozomeno ita narrantur, lib. v, cap. 4 : « Sub idem tempus imperator Julianus, Cæsaream ad montem Argium sitam, urbem amplam, locupletem, et regionis Cappadociæ primariam, ex numero civitatum delevit, et Cæsaris privavit nomine ; quod quidem nomen regnante Claudio, cum Maza jam ante appellata fuisset, obtinuerat. Nam contra cives ejus civitatis dudum gravissimum odium conceperat ; tum quod omnes fidem Christianam profiterentur, tum quod olim templa Jovis urbis patroni, et patrii Apollinis

Digitized by Google

tem dictis abiit in Persidem : Basilius vero ingressus civitatem, accitaque universa populi multitudine, denuntiavit imperatoris verba, bonique consilii auctor efficitur dicens : « Nihili, fratres, pecuniam facientes, vestram curate salutem; ut, si etiam tyranno illi imperatori concedatur tempus, eum muneribus molliamus. » At illi in suas quisque abeuntes domos, sua singuli, tum in auro et argento, lapillorum item immensam multitudinem, suis ipsi manibus attulerunt. Is vero eorum perspecta alacritate animoque ad obsequendum facili, accepta deposuit in ecclesiæ armario, singulorum inscriptis nominibus, dicens : Potest destinatorum Dominus et illum interficere, et vestram vobis substantiam restituere.

Mox ergo jubet ut clerus universusque civitatis populus, cum mulieribus et parvulis, in montem Didymi, ubi perquam venerabile Dei genitricis templum honori habetur et colitur, ascendant; tresque dies jejuni, orationi instent; ac Deum, ut A scelesti imperatoris consilium dissipet, rogent. Illis itaque orantibus, et contrito corde pervigilibus, videt in (41) somnis Basilius multitudinem cœlestis militiæ, hic illic in monte; mediamque illorum, in sede gloriosa, muliebri habitu feminam, sic affantem astantes illos viros magnificos : « Vocate mihi Mercurium, ibitque ut Julianum interficiat, qui in Filium meum et Dominum Jesum inique egit. » Sanctus vero, suis omnibus armis instructus, jubente illa, præsto adveniens, confestim ivit. Accersito autem Basilio tradidit ei librum, quo tota creationis narratio scripta esset, postremumque hominis a Deo formatio. Porro libri initio hæc erat scriptio : « Dic, » in fine autem, ubi hominis formatio habebatur : « Parce. » Suscipiens autem librum legit B coram illa, usque ad illam subscriptionem, « Parce; » statimque metu pariter et gaudio actus, tomum decussit.

Ejusdem porro rationis, etiam Libanius (42) sophista, ipsa nocte somnium vidit, cum Juliano in

diruissent. Quin etiam universæ civitati graviter succensuit iratusque est, minatusque quod templum Fortunæ, quod solum eo regnante supererat, a Christianis eversum esset : atque gentiles, qui in ea urbe pauci numero erant, valde incusavit, quod illud facinus ulti non fuissent : et si forte calamitatis aliquid ideo subeundum esset, quod id non libentibus animis pro Fortuna tulissent : omnes præterea opes omnemque pecuniam ecclesiarum, tum in Cæsarea, tum in confiniis ejus positarum, diligenter vestigari inque medium afferri, atque statim trecentas libras auri ærario publico solvi, et clericos omnes in numerum militum, qui præfecto illius regionis parebant, ascribi jussit; quæ res et plurimum sumptus requirit, et in exercitibus Romanis magno probro ducitur. Itemque multitudinem Christianorum, una cum uxoribus et liberis, censeri; et non aliter atque in pagis fieri solet, tributa pensitare mandavit; cum jurejurando comminatus, neque ab ira se, neque ab affligenda civitate temperaturum, neque permissurum Galilæis (sic enim Christianos per contumeliam appellare solebat) capita sua cervicibus retinere, nisi delubra idolorum quamprimum de integro exstruerent. Cujus minæ fortasse reipsa expletæ fuissent, nisi celerius e vita migrasset. » Hæc, inquam, pseudo-Amphilochio, diu post rem gestam scribenti, confuso rumore audita, occasionem dare potuerunt comminiscendi ea quæ de adventu Juliani Cæsaream et Basilii cum eo congressu narrata sunt. At neque ex Sozomeno sequitur Julianum Cæsareæ unquam fuisse : potuerunt enim omnia, quæ Sozomenus facta dicit, ab imperatore apostata per litteras ad præfectos mandari, et ab his deduci ad exsecutionem. Imo, si Nicephoro Calisto credimus, non est verosimile, Julianum unquam fuisse Cæsareæ : ita enim iste de impio lib. XI, cap. 4 : « Quas autem civitates in Christi religione ardentiores esse sciret, infestus eis fuit, neque ad eas divertere voluit. Et persæpe cum legationes ad eum, propter casum aliquem qui incidisset, provinciales mitterent, preces eorum rejecit. »

(41) Cum pluribus sanctis per varias orbis partes Juliani interitus divinitus innotuerit, non foret creditu difficile, etiam Basilio, in solitudine Pontica versanti, impii interitum per revelationem innotuisse, nisi contrarium suaderet ipsius sancti et Nazianzeni silentium. Nam cum simul contra Apostatam, post necem ejus, scripta sua elucubrarint, quomodo id poterant præterire silentio, si quid ejusmodi factum fuisset? Apparitionis autem hic narratæ vacillat fides, propter episcopatus anachronismum, qui etiam reperitur ex alia simili legenda, in *Chronico Alexandrino* ad annum 363, hoc tenore : « Eadem nocte (quæ post Juliani mortem prima fuit) somnium vidit sanctissimus Basilius, Cæsareæ episcopus, cœlos apertos et Salvatorem Christum in throno sedentem, magnoque clamore C dicentem : Mercuri, abi, occide Julianum imperatorem, illum hostem Christianorum. Sanctus autem Mercurius, stans coram Domino lorica ferrea indutus, audito mandato evanuit. Rursus deinde visus est astare coram Domino, exclamans : Julianus imperator interfectus, mortuus est, ut imperasti, Domine. Territus eo clamore episcopus Basilius e somno excitatur : illum enim colebat Julianus imperator, ut virum eruditum et studiorum socium, crebriusque ad illum epistolas mittebat. Descendens deinde idem Basilius episcopus in ædem sacram ad preces matutinas, universo advocato clero, visionis arcanum aperuit, et quod interfectus esset Julianus imperator, hacque nocte obiisset : ii vero episcopum rogarunt ut hæc reticeret neminique enuntiaret. »

(42) Libanium sophistam cum Juliano in Perside fuisse, non facile credam; multo minus quæstoris munus obiisse : neque enim ad tale munus aptus fuisse videtur Libanius, sophistarum more talia parum curans, dummodo sibi esset bene : quamvis teste Eunapio non esset impar administrandæ reipublicæ, et causis civilibus idoneus, etiam ad audiendum perficiendumque alia nonnulla, quæ in theatro spectatorum animos delinire ac recreare possent. Cum enim sequentes imperatores amplissimum illi dignitatis gradum detulissent (nam salutatum palatio præfectum eo honore fungi jusserant), noluit accipere, dictitans, sophistam illo majorem esse. Equidem nescio qua auctoritate asserat Eunapius, sequentes Julianum imperatores amplissimas dignitates Libanio obtulisse, cum Jovinianus ipsum occidere voluerit, et imperante Theodosio senex esset. Quis autem credat quod hic ultimus, qui nec militem in exercitu habere volebat non baptizatum, voluisset impium idololatram evehere ad dignitates? Nec de Valente, quamvis Ariano, credibile est quod voluisset honoribus cumulare tam familiarem amicum Juliani Apostatæ, cujus impietatem

Digitized by Google

Perside exsistens, ac quæstoris munus obiens. Basilius ergo ex visione stupens, soloque Eubulo excitato, descendit cum eo in civitatem, venitque ad sancti martyris Mercurii martyrium, in quo et ipse et arma ejus posita erant : cumque quæsisset, non sunt inventa. Advocato autem custode, percunctabatur ubinam gentium essent. Is vero sacramento respondit, fuisse vesperi, ubi pro more continue servarentur. Certo igitur persuasus Basilius, veram esse visionem, Deoque data gloria, qui non despicit confidentes in ipsum, ardore multo gaudioque inexplicabili, dormientibus adhuc omnibus, rediit quam A citius ad montem : excitansque quos illic reliquerat et ad preces hortatus, faustum in voce exsultationis factæ sibi divinitus revelationis nuntium attulit, quod nocte illa tyrannus sublatus fuisset : peractisque communibus omnium votis, gratiarum actionibus, reversus est in civitatem, jubens omnibus, ut in magna ecclesia positi, divinæ liturgiæ participes fierent.

Hoc autem ita peracto, ipsoque elevante sancta (43), non est factum signum, ut moris erat, ut nimirum columba moveretur. Ipso vero cogitante quidnam rei esset, vidit unum de ventilantibus

ita detestatus fuerat, ut præelegerit cingulo militari potius, quam Christiano nomini renuntiare. Si tamen credamus Eunapio, recusatam a Libanio præfecturam palatii, quomodo hic admittere voluisset quæstoris munus? Audiamus nunc de seipso loquentem Libanium, quid sibi contigerit in Juliani Persica expeditione. « Quod ad reliquum tempus, quod hinc effluxit, inquit, usque ad expeditionem adversus Persas, alios alio pacto affecit : sed mihi majus apud illum amoris attulit : siquidem perseveravit hoc in ore habere : Munus tibi conferam excedens, quod non quemadmodum alia fugere possem. Quare cum cœnavissemus (coactus enim ab illo fueram), Mi homo, inquit, tempus est ut munus accipias. Equidem conjicere non poteram quidnam istud foret; ille vero subjecit : Videris mihi in oratorum album ob sermones transcriptus, ob actiones vero in philosophorum numerum relatus. His dictis oblectatus sum, ut olim Lycurgus ob responsum Dei oraculare de se ipso : enimvero hæc ab eo, qui cum diis conversabatur, dicta fuerant. Porro præmissis e senatu, qui precarentur ut C Tarsensibus dimitterentur crimina, dixit, se concessurum urbi Cilicum, si Deus ipsum servaret : et profecto mihi perspicuum est, inquit, quid ad hæc eventurum sit, ut in legatione functuro spem vestram collocetis : hunc autem ipsum illuc proficisci mecum oportebit. Tum amplexatus lacrymantem non lacrymans, jam Persarum mala cernens, postremis litteris scriptis, finibus imperii excessit, agros depopulans, castella et propugnacula capiens, fluvios trajiciens, muros concutiens, urbes expugnans : atque horum singula nullus nuntiavit; sed nos gaudio spectantium gaudebamus, ea quæ jam fiebant, porro etiam factum iri credentes, cum in virum inspiceremus. Verum fortuna suas partes egit. Nam cum exercitus cædibus et fuga Persarum ovaret, certaminibus gymnicis et equestribus, quæ a propugnaculis spectabant Ctesiphontis habitatores, cum muri crassitudini confidere non possent, et Medus decrevisset legatione et muneribus supplicare (quippe a ratione alienum esse censebat, cum D viro, qui deus quidam erat, pugnare), jam legatis equos conscendentibus, prudentissimi regis virtus, hasta lumbo proscisso, rigavit sanguine ab eo qui vicerat effuso, terram hostium superatorum : effecitque eum qui terrore cohorruerat, persequentium dominum : quandoquidem a transfuga quodam discere Persæ licuerat, in quo fortunæ statu esset. Nobis autem Antiochensibus hominum certe nemo, sed terræmotus calamitatis indices fuerant, qui urbes Palæstinæ Syriæ quasdam ex parte, quasdam totas subverterant. Etenim Deus nobis cladibus magnis magnum infortunium significare videbatur : optantibus vero nobisne vera opinaremur, acerbum tristis nuntii telum aures penetravit, Julianum illum in sandapila ferri, et sceptrum a nescio quo obtineri; Armeniam autem Persarum esse, et quantumcunque agrorum reliquorum velleat. Quapropter statim in ensem oculos conjeci, quasi vita B acerbior omni jugulatione futura esset. » Ita Libanius in oratione De vita sua. Atque ex his colligitur Libanium, nec quæstorem Juliani fuisse, nec comitem in expeditione Persica, nec vidisse somnium mortis ejus præsagium; sed necem Apostatæ et cladem Romanorum Antiochiæ duntaxat intellexisse, simulque spectasse in sandapila deferri cadaver, sepeliendum Tarsi Ciliciæ. Videtur porro pseudo-Amphilochius ejusmodi somnium affingendi Libanio occasionem sumpsisse ex Sozomeno, qui lib. VI, cap. 2, de aliquo ex Juliani necessariis ista narrat : « Dicitur eum, cum ad Julianum qui erat in Perside, ire maturaret, in loco quodam, qui erat in via publica situs, diversatum; et ædium penuria coactum, in ecclesia quæ ibi erat dormivisse, et secundum quietem vel rem gestam vidisse, vel saltem somniasse complures ex apostolis et prophetis in unum coactis, graviter de imperatoris contumelia adversus ecclesias facta, conquestos esse, inivisseque consilium, quid in hac causa faciendum esset. Ac cum ea de re esset deliberatum, et adhuc eorum animi velut in dubio versari viderentur, duos e medio surgentes cohortatos reliquos ut bono animo essent, propereque, tanquam ad delendum Juliani imperium, e concilio egressos. Hominem illum, qui has res tam admirabiles contemplatus fuerat, iter de cætero neglexisse : atque dum metu perculsus, hæsitaret, quis hujus visionis exitus futurus esset, secundo eodem in loco somnium cepisse, vidisseque eumdem apostolorum et prophetarum conventum : atque ex improviso, velut e via in concilium ingressos illos, qui superiore nocte ad Julianum expugnandum abierant, cæterisque nuntiasse eum occisum esse. » Putarit forsan pseudo-Amphilochius, istum de quo hic agit Sozomenus, Juliani necessarium; cui talis visio obtigerat, fuisse Libanium sophistam; in quo ipsum, si hoc senserit, errasse manifestum est ex eodem Sozomeno, qui lib. VI, cap. 1, aliam Libanii opinionem de Juliani morte refert. Combefisii conjectura est, duos fuisse Libanios, quæstorem unum, alterum sophistam : et hic sophistæ nomen quæstori temere additum a librario quodam. Ita ille credibilem hanc narrationem reddere nititur, temerariam, ut mihi quidem videtur, conjectura, qua plures fabellæ a fabulositate eximerentur. Interim fatetur ipse, hæc nullo modo de Libanio sophista intelligi posse.

(43) Ænigmati mihi simile est, dum locus audientium, tam prope ad altare statuitur, ut inde in sacrarium mulier posset introspicere. Unde Combefisius putat designari locum, fidelibus mulieribus destinatum : sed neque hic, saltem in majoribus ecclesiis, tam prope ad altare erat. De motu columbæ in signum adventus Spiritus sancti, alibi nihil invenio, nec satis intelligo an sponte et miraculose moveretur, an vero a ministro, ut apud nos pulsatur campana; et si miraculose, an omnibus passim id fieret, an Basilio tantum. Si Basilio tantum, miror nihil tam singularis miraculi memi-

Digitized by Google

diaconis annuentem mulieri, aspicienti de superioribus deorsum, ac inclinanti in eum : quem is gradu motum, intra ecclesiam servari præcepit. Cumque sic Spiritus sancti adventum signo visibili percepisset, jussit ut populus universus dies septem in ecclesia permaneret. Diacono autem jejuniis et vigiliis mancipato, quod ei abundantius erat ad egenorum sublevandam inopiam dari mandavit; utque sic offensum Numen placaret, hisque demum expiatus, ministerium sacrum præsumeret, jussit. Confestim vero præcepit suspendi vela in loco audientium, injungens mulieribus, ut si quæ deprehensa esset, quandiu sacra peragerentur, extra vela despicere, de ecclesia pelleretur et extra communionem fieret. Sub finem porro septem dierum, celebri totius populi conventu, cum festum ageretur, essentque omnes in ecclesia congregati; en (44) tibi Libanius, Juliani quæstor, fuga lapsus, civitatem ingressus, ubi populi in ecclesia frequentiam didicit, eo accessit, odiosissimam Juliani tyranni mortem annuntians; genibusque pontificis advolutus, Christi signaculum rogat accipere : quod consecutus, factus est Basilio contubernalis una cum Eubulo.

Sequenti autem die jussit omnibus, ut suas quisque pecunias reciperent. At illi una voce ad ipsum : « Quibus animo constitutum erat, ut ad civitatis amoliendam eversionem, mortali eas imperatori præberemus, potiori jure debuerimus offerre immortali imperatori, qui nos a tanto periculo redemit. Ecce vero sunt universa in manibus tuis, facito ut tibi Dominus jusserit. » Ille miratus magnum fidelissimi populi animum, tertiam partem illis præbuit; ex reliquis vero sacrarium totum cum (45) ciborio induit; cumque altare auro mundo et lapillis ornasset, advocata civium multitudine, mensaque sacra sanctificata, jussit triduo festum agi. Cum autem hæc ita peragerentur, quidam necdum gentilitio errore absoluti, eum conveniunt, dicentes : « Ecce precibus tuis civitatem, captivitati mancipandam, liberasti, Deique tui templum magnificentissime exornasti; unum superest, ut plenam nobis virtutis divinæ facias fidem. » At ille, ubi brevi sermone ostensa via salutis, suasisset et fidei rudimentis instituisset, baptismo tinxit. Cum autem sacra Quadragesima advenisset, divinam illam operis sex dierum expositionem populo enarrans, plurimam tum Hebræorum tum gentilium multitudinem Christo obtulit.

CAPUT III.

Decretum exsilii sub Valente impeditum, hujus filii interitus. Chirographum magicum dæmoni extortum. Anastasii presbyteri sanctitas. Adventus S. Ephrem ad Basilium.

Quidam igitur de relictis gentilibus (46), quin et ex Arianis calumniam apud Valentem imperatorem Basilio struunt, tanquam fidem Consubstantialis gloria efferret, Arianorum autem hæresim abominaretur et despueret. Iis ob animi levitatem persuasus Valens, illum ad se Antiochiam accersit. Cum autem Anastasius (47) quæstor advenisset Cæsaream, Basilioque injuncta sibi ab imperatore exposuisset, ait Basilius : « Etiam ego, fili, ante non paucos dies cognovi, quomodo imperator, stultis hominibus fidem habens, deportationis meæ typum exaraturus, tres contriverit calamos; atque insensati calami, impotentem illius impetum inhibuerint (cujus tota cupiditas est, ut veritas obscuretur, et mendacium obtineat), secum melius actum iri existimantes, ut confringerentur, quam ut iniquæ ejus sententiæ deservirent. »

Ubi igitur advenit Antiochiam, ad præfectorum tribunal adducitur. Interrogatus autem, cur fidem imperatoris minus amplecteretur, respondit multa cum libertate Dei hierarcha : « Absit ut viam veritatis deseram, Arianorumque errorem et hæresim amplectar : quippe didici a Patribus, Consubstantialis fidem amplecti, et honori habere. » Ubi præfectus mortem ei minatus esset, ait Basilius : « Fa-

nisse Nazianzenum et Nyssenum : si omnibus, magis mirum, nullam alibi exstare ejus rei memoriam.

(44) Sepositа quæ gratis affertur a Combefisio conjectura de duobus Libaniis, omnino falsum est sophistam unquam conversum fuisse, aut post mortem Juliani venisse Cæsaream : nam Antiochiæ ejus orationem funebrem dixit, ut ipse de se testatur. « Visum est, inquiens, partium mearum esse, ut funebri oratione fato functum cohonestarem. » Præterea narrat se vitæ periculum Joviniano incurrisse, quia nimium laudabat Julianum. « Postea rursus, inquit, vir barbarus irritavit in me principem; cum diceret, me finem non facere lugendi plagam ejus qui occubuerat. Proinde imperator male me perdere cogitabat, mœroris pœnam exigens. Sed vir quidam probus Cappadox, condiscipulus olim meus, qui magnus erat apud illum, intercessit. » Mirum tamen non sit, pseudo-Amphilochium credidisse, Libanium sophistam ad fidem conversum, ob amicitiam quam Basilius per litteras cum eo coluit, tanquam cum sophista et viro erudito.

(45) Ciborium, umbraculum altaris, quatuor columnis innixum, cujus apud Anastasium in *Vitis pontificum* creberrima mentio, de hoc vide Cangium in utroque Glossario, Græco ac Latino-Barbaro, sæpe etiam Cyborium scribitur; et hanc originariam esse scriptionem vix dubito, ἀπὸ τοῦ Κύβου. « cubo, » propter formam cubicam, id est, quadratam.

(46) Ad gentiles parum spectabat, sive consubstantialis fidem defenderet Basilius, sive non. Cæterum quæ hic acta narrantur Valentem inter et Basilium illiusque ministros desiderantur apud Rosweydum, et longe aliter data fuerunt ex Nazianzeno in Vita.

(47) Anastasium præfectum vel quæstorem, ubi nominatum invenerit auctor, equidem ignoro. Alii omnes præfectum Modestum vocant, isque tam notus fuit vero Amphilochio, ut in nomine ejus errare non potuerit. At Combefisius, cum sæpius tentata sit sub Valente Basilii constantia, putat, inter varios adhibitos ministros, aliquem aut prætorem aut exactorem fuisse, Anastasium, ob auctoritatem scilicet Amphilochii

Digitized by Google

xit Deus, ut pro veritate absolvar vinculis corporis : nam diu est ex quo id cupio; nisi tamen ipsi molliores estis in præstandis promissis. » Porro præfectus pugnacem viri renitentiam et immobilitatem propositi imperatori significans, ait : « Victi sumus, imperator : vir enim minis superior est, inflexibili duroque et saxeo animo. »

Cum autem imperator ira effervescens deliberaret, quo eum mortis genere interfecturus esset; contigit ut ejus filius in morbum divinitus illatum incideret, ita ut medici spem salutis abjicerent. Porro mater imperatori supplex accidens, dixit : « Quam male erga Deum ejusque sacerdotem Basilium habes ! En moritur et ipse puer. » His auditis, imperator Basilium accersivit, aitque ad illum : « Si vera sunt quæ doces, iisque Deus delectatur, precibus tuis filii mei morbum depuleris. » Tunc ille : « Si credideris rectæ fidei, imperator, teque Ecclesiæ Dei adjunxeris, vivet filius tuus. » Illo promittente, primo suo adventu, Magnus Basilius, nulla mora, morbum leviorem fecit. Qui autem imperatori asseclæ erant hæretici episcopi, victoriæ probrum non ferentes, auctores fuerunt ne a sententia discederet, sed se religioni eorum adjungeret, perque ipsos puero sanitatem pararet. Quo facto, mox puer in manibus illorum animam efflavit. Ubi porro quæstor hæc vidisset, post mortem Valentis, res viri præclare gestas Valentiniano imperatori (48) nuntiavit. Ille audiens stupensque, glorificavit Deum : multis porro pecuniis eidem quæstori datis, misit ad Basilium in usum egenorum (49). Basilius autem magnum imperatoris animum suspiciens probansque, pias domos tum in urbe, tum in singulis provinciæ partibus exstruxit, refocillandis infirmis; iisque viros multos, et mulieres puerosque, plurimam eis curam levamenque adhibens, in lectis posuit. Ubi vero imperator audivit, multos reditus in eorum sumptus et sustentationem, Christi hierarcham et pontificem ceu patrem honori habens, largitione dedit.

Helladius (50) sanctæ recordationis, qui ipse inspector et minister fuit miraculorum ab ipso patratorum, quique post obitum conserti honore apostolis Basilii, ejus sedem successor accepit, vir admirandus, omnique virtute cumulatissime ornatus, mihi retulit. Senator quidam, vir fidelis, Proterius nomine, cum ad sacra et venerauda loca una cum filia sua perrexisset, velletque illic puellam tondere, atque in sacram aliquam monasticam ædem traditam Deo sacrificium offerre; æmulatus homicida ille ab initio diabolus divinos viri mores Deoque acceptum propositum; concitavit senatoris famulum quemdam, inque puellæ amorem succendit. Is porro, indignus qui rem tantam moliretur, veritusque vel attingere quod erat propositum, alloquitur unum ex detestandis maleficis, multam summam auri præbiturum pollicitus, modo ipso agente in potestatem puellam acciperet. Veneficus vero ait ad eum : « O homo, impar ad hoc virium exsisto : sed si vis mittam te ad provisorem meum diabolum, et ille faciet voluntatem tuam, si tu modo voluntatem ejus feceris. » Qui dixit ad eum : « Quæcunque dixerit mihi, faciam. » Ait ille : « Abrenuntias Christo in scriptis ? » Dicit ei : « Etiam. » Porro ad eum iniquitatis operarius : « Si ad hoc paratus es, cooperator tibi efficiar. » Ille autem ad ipsum : « Paratus sum, tantum ut consequar desiderium. »

Cum itaque maleficii minister epistolam conscripsisset ad diabolum, ei tradidit hoc tenore et sententia : « Quoniam par est, ut tanquam domino et provisori meo studeam, enitarque ut a Christiana religione abstractus amicitiæ tuæ admoveam, quo tua pars impleatur; misi ad te præsentium latorem, puellæ cupiditate sauciatum; impensiusque rogo ut voti compos fiat; quo et in hoc glorier, majorique alacritate tuos amatores congregem. » Data vero ei epistola, dixit : « Vade tali hora noctis, et sta supra monumentum Pagani hominis, chartamque tolle in aera; et præsto erunt, qui te ducturi sunt ad diabolum. » Is tota promptitudine quod injunctum erat gerens, in miserabilem illam erupit vocem, diaboli invocata ope. Continuo autem astiterunt principes potestatis tenebrarum, spiritus nequitiæ; magnoque gaudio deceptum suscipientes, in locum abduxerunt ubi diabolus erat, atque ostendunt sedentem in solio excelso, quem spiritus nequam in orbem circumstarent. Acceptis vero venefici litteris, ait ad miserum : « Credis in me ? » Ait : « Credo. » Ait ille : « Nega Christum tuum. » Dixit ille : « Nego. » Ait ipsi diabolus : « Scelesti estis vos Christiani, et quidem quando me opus habetis, venitis ad me : ubi autem assecuti estis quod est in votis, me negatis, et acceditis ad Christum vestrum; qui cum

(48) Valentinianum juniorem intelligendum hic monet Combefisius; senior enim ante Valentem obiit.

(49) Fundi, a Valente Basilio ad hospitalis sustentationem dati, forsan occasionem hæc comminiscendi præbuerunt : neque enim post Valentis obitum tandiu in vivis Basilius fuit, ut ea facere moraliter potuerit, quæ fecisse dicitur post acceptas a Valentiniano pecunias.

(50) Helladium Basilii in episcopatu successorem fuisse, omnibus est indubitatum : Vitam decessoris ab illo conscriptam, credimus (ut par est) S. Joanni Damasceno, qui utinam ad nos tantum transmisisset thesaurum ! eum enim videtur præ oculis habuisse, cum locum inde unum descripsit in oratione pro sacris imaginibus. An vero ea, quæ hic narrantur, ex Helladio sint, lector judicet. Potuit enim fieri, ut eo quo pseudo-Amphilochius scripsit tempore, fragmenta quædam Helladii exstarent, quæ ipse retulerit in Basilium suum. Quod attinet ad Proterii filiam, a dæmone in amorem juvenis concitatam, simile quid contigisse B. Mariæ Antiochenæ referimus tomo VII Maii, die 29, pag. 52. Mihi tamen verosimilius est, eumdem qui Amphilochium mentitus est mentiri etiam Helladium potuisse.

Digitized by Google

sit bonus, vos suscipit. Enimvero fac scripto tum Christi tui et baptismatis spontaneam abrenuntiationem, tum liberam in me in sæcula cautionem, quodque mecum sis futurus in die judicii, mecum parata mihi æterna percepturus supplicia, moxque impleo vota tua. » At ille manu propria scriptum edidit, quale fuerat rogatus.

Post hæc vero animarum vitiator draco destinat dæmones fornicationi præpositos, iique puellam in viri amorem incendunt. Illa autem seipsam in solum jactans, cœpit clamare ad patrem : « Miserere mei infelicis, quam hujus pueri desiderium dirius excruciat. Compatere visceribus tuis; ostende in me unigenitam tuam, affectum paternum ; mihique conjugio copula adolescentem, quem elegi; quod si nolis præstare, videbis brevi amarissima sublatam morte, Deoque rationem pro me dabis in die judicii. » Pater autem cum lacrymis dicebat : « Heu mihi peccatori ! Quid hoc miseræ meæ filiæ accidit? quis meum thesaurum deprædatus est ? quis filiæ meæ injuriam intulit ? quis dulce oculorum meorum lumen exstinxit? Equidem, qui te Christo sponso cœlesti desponsare statuissem, angelorumque contubernalem facere, ac in eo posuissem studium ut in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus cantares Deo, per te consecuturum me salutem sperabam; tu autem in lasciviæ œstrum insanisti. Sine ut, sicut volo, inito pacto, Deo conciliem, nec meam ad inferos cum tristitia deducas senectutem, ac neque parentum tuorum nobilitatem confusione operias. » At illa floccipendens patris verba, perseverabat clamans : « Pater, aut fac desiderium meum, aut post pusillum videbis mortuam. » Pater itaque in magna animi angustia constitutus, abundantiorique tristitia absorptus, amicorumque consiliis acquiescens; monentibus illis ac dicentibus, præstare voti compotem fieri, quam ut sibi ipsa vim inferret ; consensit indulgere magis desiderio filiæ, quam ut se malæ exitiosæque neci traderet. Adducto itaque quæsito adolescente, filiaque ac facultatibus omnibus eum impertitus, dixit : « Salva sis, filia, vere misera; multum postmodum pœnitens lacrymaberis, cum nihil pœnitendo proficies. »

Porro nefando conjugio celebrato, impletaque diabolica fabula, nec multo lapso tempore, observantibus quibusdam deprehensum est, quod adolescens non ingrederetur ecclesiam, neque immortalia vivificaque sacramenta attingeret : dictumque est miserandæ uxori ejus : « Noveris quia maritus tuus, quem elegisti, non est Christianus, sed extraneus a fide et penitus alienus. » Illa igitur tenebris et dolore plena, jactavit se in pavimentum ; cœpitque seipsam unguibus laniare, et tundere pectus, atque clamare : « Nemo unquam, qui parentibus inobediens fuit, salvus factus est. Quid exspectabam misera ? Quis patri meo annuntiabit confusionem meam ? Heu me infelicem ! in quod perditionis barathrum descendi ? ut quid sum nata ? aut cur nata, non statim abrepta sum ? » Cum ergo vir ejus, errore deceptus, sic ejulantem novisset, venit ad eam, asseverans non ita esse. Illa non nihil refrigerii ex verbis ejus delusoriis capiens, ait ad illum : « Si me et miserabilem meam animam vis certiorem reddere, cras, ambobus pari consensu in ecclesiam profectis, præsente me intemerata sacramenta sumas, sicque poteris facere certam fidem et satisfacere. » Tunc ille coactus dixit quod rei caput erat.

Protinus ergo, muliebri infirmitate deposita bonoque consilio inito, currit illa ad pastorem et discipulum Christi Basilium, clamore adversus impietatem sublato : « Miserere mei miseræ, sancte Dei; miserere mei, Christi discipule, quæ cum dæmonibus contractum feci : miserere mei, quæ patri meo inobediens fui. » Sanctus vero ad illam : « Quid tibi accidit, mulier ? » At illa docet quid res habeat. Porro Dei sanctus, accersito puero, quærebat ab illo num ita esset. Respondit ille cum lacrymis : « Etiam, sancte Dei : nam etsi ego tacuero, opera mea clamabunt ; » enarratque et ipse ab initio ad finem usque provectam diaboli fraudem. Tunc ait ei sanctus : « Vis ad Deum nostrum converti ? » Qui ait : « Etiam volo, sed non possum. » Dicit ei sanctus : « Quid ita ? » Respondit adolescens dicens : « Scripto abrenuntiavi Christo, et fœdus pepigi cum diabolo. » Dicit ei sanctus : « Ne tibi sit curæ : bonus est Deus et pœnitentiam agentem suscepturus est : agit enim pœnitentiam super malitiis nostris. » Porro puella ad ejus se pedes projiciens, obsecrabat verbis evangelicis : « Domini et Dei nostri discipule, si quid potes, adjuva nos. » Dicit sanctus ad puerum : « Credis salvus fieri ? » Ait ille : « *Credo, Domine ; adjuva incredulitatem meam* (*a*). » Et confestim apprehensa ejus manu, et facto super illum Christi signaculo, fusaque oratione, reclusit quodam loco, intra sacra septa : dataque regula, cum tres dies una laborasset et se afflixisset, eum invisit, aitque illi : « Quomodo habes, fili ? » At ille ait : « In magna sum, domine et serve Dei, necessitate : non enim fero clamores eorum, et terrores jaculaque, et missos lapides : tenentes enim manu propria editam schedam, mecum pugnant, dicentes : Tu venisti ad nos; non nos ad te. » Ait illi sanctus : « Ne timeas, fili : tantum crede; et data ei esca modica, factoque rursum super eum Christi signaculo et oratione, inclusit denuo. » Post paucos vero dies visitavit et dixit : « Quomodo habes, fili ? » Ait : « Pater sancte, a longe clamores illorum et minas audio : nam non video eos. » Et rursus, dato ei cibo et fusis precibus, clausit ostium, et discessit. Quadragesimo demum die eum adiens, ait illi : « Quomodo habes, frater ? » Respondit ille : « Bene, sancte Dei : vidi

(*a*) Marc. IX, 23.

Digitized by Google

enim te hodie in somnis pugnantem pro me, et vincentem diabolum. » Mox ergo, facta de more oratione, eduxit illum, et duxit in cubiculum suum. Mane autem facto, ubi convocasset tum sanctum et venerabilem clerum, tum monasteria universumque Christi amantem populum, dixit illis : « Filii mei dilecti, agamus omnes gratias Domino : ecce enim ovem perditam Pastor bonus, impositam humeris reducturus est ad Ecclesiam. Et nos oportet pervigilem ducere noctem, et deprecari ejus bonitatem, ut ne vincat ille animarum corruptor. » Hoc autem facto, prompteque et alacriter congregato populo, totam noctem, una cum bono pastore, Deum deprecantur; clamantes pro eo cum lacrymis : Domine, miserere. Atque diluculo collecta cum ipso universa populi multitudine, assumit eum sanctus : tenensque dexteram, cum psalmis et hymnis ducebat ad sanctam Dei ecclesiam.

Ecce vero diabolus, qui semper invidet, nec vitam nostram a tristitia liberam sustinet, cum tota exitiosa virtute sua adest; comprehensumque invisibili quadam ratione puerum voluit rapere de manu sancti : cœpitque puer clamare : « Serve Dei, adjuva me. » Porro in tantum processit impudens renitentia, ut ipsum divinum Basilium una impelleret et contorqueret. Conversus itaque sanctus ad diabolum, ait : « Impudentissime et animarum lues, pater tenebrarum et perditionis, non tibi sufficit, quam tibi ipse tibique subjectis acquisivisti, perditio tua? non cessas etiam Dei figmento infestus esse? » Diabolus vero dixit ad eum : « Mihi facis injuriam, Basili : » ita plane, ut multi voces ejus audirent. At sanctus Dei ad ipsum : « Increpat te Dominus, diabole. » Ille vero ad eum : « Mihi facis injuriam, Basili : non ego ad ipsum abii, sed ipse ad me. Abrenuntiavit Christo suo, mecumque iniit fœdus; et ecce ejus scripturam præ manibus habeo, delaturus in die judicii coram communi judice. » Sanctus autem Domini dixit : « Benedictus Dominus Deus meus : non deponet populus iste manus de excelso cœli, donec scripturam reddas. » Et conversus dixit plebi : « Tollite omnes vestras manus in excelsum, clamantes cum lacrymis : Domine, miserere. » Cumque populus staret ad longum tempus extensis manibus in cœlum, ecce scriptum adolescentis, in aere deportatum, atque in eximii pastoris nostri manus depositum venit. Suscepto autem illo, gratias agens Deo, vehementiusque gavisus cum populo universo, dixit ad adolescentem : « Cognoscis, frater, libellum? » Ille vero ad ipsum : « Etiam, sancte Dei : manus propriæ scriptio est. » Porro disrupta scriptura induxit in ecclesiam, admissoque ad sacrum missæ sacrificium, perceptionem sanctorum Christi donorum indulsit. Facto vero vir sanctus magno convivio, universum Christi amantem populum officiose habuit et fovit. Ducto autem adolescente, et instructo, ac ei congrua data regula, reddidit uxori, indesinenter glorificantem et benedicentem Deum.

Etiam vero mihi hoc narravit præfatus egregius vir Helladius. Die quadam sanctus Pater noster et magnus Basilius, illustrato mentis oculo, profectus de civitate, nemini dicens quo esset iturus : priorque ipse egressus, et nos omnes præcedens, dixit nobis : « Filii mei, sequimini me, ut mecum videatis Dei gloriam : exque discipulis admiremur magistrum. » Mox ergo ut communis Pater noster de nostra civitate proficisci cœpit, agnovit virtute sanctissimi Spiritus, Anastasius presbyter (51); et dixit suæ, uxori quidem nomine, usu autem sorori : « Ego vado ad culturam agri, domina mi soror, sed surge et orna domum tuam; et circa nonam accepto thuribulo et cereis, occurre sola S. Basilio archiepiscopo : venit enim, ut in nostram peccatorum domum divertat. » Illa tremens super sermonis novitate, fecit quod docta erat. Erat porro hæc virgo honeste versata : nam cum annos quadraginta exegisset in illo conjugio, mysteriumque servasset, in opinione hominum sterilis erat. Cum autem debita modestia nobis obviam processisset, congruamque adorationem impertisset; primum quidem benedicitur a sancto Patre nostro, tum vero ait illi : « Quomodo habes, domina Theognia? » Illa stupens ex nominis appellatione, ad eum : « Bene, sancte Dei. » Dicit illi sanctus Pater noster · « Ubi est dominus Athanasius presbyter, frater tuus? » Dicit illi : « Maritus meus est, domine, et ivit ad colendam terram. » At ille : « In domo tua est, neque fatigeris. » Perculsa igitur mulier in verbo isto, non tantum quod ex nomine appellasset, sed etiam quod uxorem quidem nomine, usu autem sororem, Deo afflatus Pater noster dixisset; vehementique admiratione attonita, ac timore tenta, cecidit in terram, clamans et dicens : « Sancte Dei, ora pro me peccatrice, quia res magnas et admirandas in te contueor. » Tum ille, fusis super illam precibus, primus ibat. Venientibus autem nobis in domum presbyteri, etiam ipse obviam factus; honorabiles viri pedes deosculatur : at ille ei in Domino osculum dedit. Ait vero illi presbyter : « Unde hoc mihi, ut venerit sanctus Domini mei ad me? » Pater autem noster ait illi : « Bene te inveni, Christi discipule : eamus, et rem sacram faciamus. » Erat enim ipse presbyter quotidie jejunans, et (præterquam Sabbato et die Dominica) nihil contingens nisi panem et aquam.

Cumque perrexissemus in sanctam Dei eccle-

(51) Historiæ hujus imposturam non immerito patefieri putamus ex eo, quod omnia, quasi per pios dolos, ut comicis mos est, descripta sint; quæ a gravitate Basilii in agendo, et Helladii in scribendo abhorrent. Quin, ostendat Combefisius, si possit, quomodo Anastasius presbyter, tam sanctus et Deo plenus, possit excusari mendacio; cum supra narratur dixisse uxori suæ : *Ego vado ad culturam agri*, et tamen inscia illa domi manserit; ubi paulo infra dicitur inventus a Basilio : et mox jussus Anastasius aperire ostium conclavis, in quo servabatur homo ulcerosus, dixit esse necessaria domus.

Digitized by Google

siam, præcepit presbytero ut missam celebraret. Ille autem ait ad eum : « Sancte Dei, ut doces, quod minus est a meliori benedicitur. » Dicit ei sanctus Pater noster : « Ad reliquas tuas omnes virtutes, obedientia accedat. » Consentiens autem presbyter, astitit ad sacra missarum. Porro tempore elevationis vivifici corporis Domini nostri Jesu Christi, vidit sanctus Dei et quidam de dignis, sanctissimum Spiritum, descendentem in specie ignis, circumdantemque presbyterum et sanctum altare. Cumque communicassemus, et Deo egissemus gratias, rediimus in domum presbyteri, cibo-que sumpto, dixit illi sanctus Dei : « Refer mihi unde thesaurus iste ; et quæ est vita tua ? » Dicit ei presbyter : « Ego, sancte Dei, homo peccator sum, publicis tributis obnoxius. » Sunt porro duo juga boum ; unum quidem ego mino ; alterum vero meus mercenarius ; et alterum quidem in ministerium cedit hospitum ; alterum autem in obsequium tributorum : estque consamula hæc uxor mea, hospitibus ministrans et mihi. » Ait illi sanctus : « Voca illam sororem, juxta quod est ; mihique edicito reliquas tuas virtutes. » Dicit ei presbyter : « Non habeo quidquam boni super terram, ab omni virtute extraneus sum. « Dicit ei communis Pater noster : « Surge, et eamus simul. » Ducit vero eum in cellam unam domus ejus, et ait illi : « Aperi januam. » At ille : « Ne, sancte Dei, ne jusseris ingredi : quoniam usus est domus. » Ait ei sanctus : « Etiam ego veni ad hunc usum. » Cumque nollet presbyter aperire portam, sermone aperuit admirabilis Pater noster : ingressusque morbidum illic hominem et ulcerosum, cui pleraque corporis membra defluerent, invenit, uno sciente presbytero et sorore ejus. Dicit ei sanctus Pater noster : « Ut quid voluisti celare thesaurum tuum istum ? » Dicit ei presbyter : « Promptus est, domine, et injuriosus, timuique ne forte in verbo offenderet. » Dicit ei Pater noster : « Bene circa ipsum certasti : sine vero ut et ego hac nocte illi ministrem ; quo per te etiam mercedem consequar. » Dimisso autem sancto in cella cum ulceroso, cui morbi vis vel vocem ademerat, clauso ostio, discessimus. Qui autem vulneribus medebatur, fusis super eum tota nocte precibus, supplicans Deo, qui morbum omnem et languorem sanat, curavit illum. Presbyter autem qui foris nobiscum erat, ait : « Gloria tibi, Deus, qui facis voluntatem timentium te, et deprecationem eorum exaudis ; en medicus sanum fecit infirmum. » Et statim clamavit sanctus, ut portam aperiremus, eduxitque ulcerosum integre sanum, non habentem cicatricem in corpore suo, expedite loquentem, et glorificantem Deum. Hoc autem grandi miraculo facto, reversi sumus in nostram civitatem cum gaudio, laudantes et benedicentes Deum.

Fratres, narrationem volo facere (52) de magno et celebri Basilio, et Ephrem Syro (53). Et ea quidem quæ spectant ad Patrem nostrum, ipse vidi ; quæ autem ad sanctum et eximium Ephrem, ex veraci ejus ore audivi : sic autem habent. Ubi celebris ille Ephrem, agens in deserto, qua ex Spiritus sancti illustratione vidisset, qua ex desiderio et percunctatione didicisset admiranda Patris nostri Basilii opera ; Deum intente jugiterque orabat, ut ipsi revelaret, qualis Magnus Basilius esset. In extasim ergo raptus, videt columnam ignis, cujus vertex attingebat cœlum : voxque de cœlo audita, dicens : « Ephrem, Ephrem : quemadmodum vidisti columnam ignis, ejusmodi est Magnus Basilius. » Et statim adhibito interprete, velut rudis linguæ Græcæ, venit ad magnam ecclesiam celebris urbis Cæsareæ : ad quam ipsa magna Epiphaniorum solemnitate perveniens, clamque ingressus, vidit procedentem Magnum Basilium ; aitque socio suo : « In vanum, puto, laboravimus. Frater iste enim, in tanto gradu positus, non est qualem vidi. » Conspiciebat enim amictum stola candida, sacrumque circa ipsum clerum, albis indutum et ei obsequentem. Stans ergo in secreto loco ecclesiæ, cœpit velut de proposito desperare, dicens intra se : « Nos qui portavimus pondus diei et æstus nihil profecimus ; hic autem, in tanto comitatu, et honore humano, est columna ignis ? Plane miror. » Hæc itaque ipso cogitante, misit ad eum sanctus archidiaconum suum, dicens : « Vade ad portam quæ respicit occidentem, ibique in ecclesiæ angulo reperies abbatem, cucullam habentem in capite, cum quodam alio, raribarbium, pusillum, et cætera vultus ejus ; dicesque ei : Quæso, ingredere in sacrarium : vocat te archiepiscopus. » Archidiaconus autem, discissa multo labore populi multitudine, venit ad locum ubi S. Ephrem consisterat, et ait illi : « Benedic, domine ; velis ingredi in sacrarium ; vocat enim te Pater tuus archiepiscopus. » Ubi autem intellexit per interpretem quod dicebatur, excusavit dicens : « Erras, frater ; nos homines peregrini sumus et ei ignoti. » Rediens autem archidiaconus, renuntiavit Magno Basilio. Porro dum Basilius libros sacros exponit populo, videt S. Ephrem linguam igneam, ejus ore loquentem. Aitque rursum Magnus Basilius archidiacono : « Vade, et dic ei : Domine Ephrem, velis ingredi ad sacrum altare : vocat te archiepiscopus. » Et abiens ad eum archidiaconus, ejusque vestigiis impresso osculo, dixit illi : « Domine Ephrem, quæso, te accersit Pater tuus archiepiscopus, ut ingrediaris in presbyterium. » Sanctus ergo super his atto-

(52) Videtur hic rursus narrationem resumere pseudo-Amphilochius.

(53) Congressus Ephrem cum Basilio dabitur infra ad Vitam ejus, ex Nysseno et ipso Ephrem, omnino aliter quam hic narretur ; ex quibus colligere lector poterit, quænam hic referantur omissa ab Ephrem et Nysseno ; judicabitque, an verosimile sit, omittenda fuisse, si contigissent ; exempli causa, de apparitione columnæ ignis.

Digitized by Google

nitus dedit gloriam Deo; ac reverentiam faciens, excipiensque ait : « Vere Magnus Basilius. Vere columna ignis Basilius. Vere per os ejus loquitur Spiritus sanctus. » Rogavit vero archidiaconum ut responderet, opportunius, post peractam rem sacram, salutaturum in secretario.

Post missam vero ingressus Basilius secretarium, eo S. Ephrem accersendum curavit; dansque in Domino osculum, ait : « Bene venisti, Pater filiorum deserti : bene venisti, qui in eo discipulorum Christi numerum auxisti, et dæmones expulisti. » Sed quorsum eum tibi laborem suscepisti, o Pater ? Venisti invisurus hominem peccatorem : largiatur tibi mercedem Deus, juxta tuum laborem. » Ubi porro venerabilis Ephrem omnia in corde suo nata dictaque socio abbati respondens enarrasset, communionem in sacras manus suas accepit; Basilioque, pro hospitii religione, excipiente convivio, ait S. Ephrem : « Pater, summe honorande, unam abs te deposco gratiam, et hanc mihi annuas velim. » Ad quem Basilius : « Jube, dic quæ videntur; multum enim debeo, maxime ob tui ad me adventus assumptum laborem. » Et honorabilis Ephrem ad ipsum : « Novi, Pater sancte, fore ut, si quæ a Deo poposceris, ipse præbeat. Cupio autem pro me roges, ut Græce loqui possim. » Cui Basilius : « Rem postulasti excedentem vires. Quia nihilominus fide petisti, veni, Pater venerabilissime eremique præposite, et Dominum rogemus : potens enim est, ut faciat voluntatem tuam : nam scriptum est : *Voluntatem timentium se faciet, et deprecationem eorum exaudiet, et salvos faciet eos* (*a*). » Cum autem diu orassent, ait Magnus Basilius : « Cur, domine Ephrem, sacram sacerdotii ordinationem, tibi congruam, non accipis ? » Cui Ephrem per interpretem : « Quia peccator sum. » Respondit ei Magnus Basilius : « Utinam et ego talis peccator essem ! » Dixitque ad eum : « Flectamus genua. » Et cum humi prostrati essent, imposuit hierarcha manus sancto Ephrem; recitansque orationem diaconi, dicit ad ipsum : « Quæso te, nos erige. » Atque tunc soluta et expedita ejus lingua, dixit S. Ephrem clare lingua Græca : « Salva, miserere, resuscita, et custodi nos, Deus, tua gratia. » Et impleta est Scriptura : *Tunc saliet sicut cervus claudus, et aperta erit lingua balbutientium* (*b*). Cumque ille ex tempore omnia Græce loqueretur, ipsa hora glorificaverunt Deum, qui omnia potest et exaudit preces timentium ipsum. Spiritali itaque lætitia cum illis triduo refectus, ordinatisque interprete in diaconum, et ipso in presbyterum (54), eos dimisit in pace, glorificantes Deum, in omnibus quæ viderant, sicut dictum est ad eos.

CAPUT IV.

Restituta orthodoxis Nicænis ecclesia. Castitas Petri Sebasteni probata. Peccatrices et Judæi conversio. Mors.

Post Valentis Deo exosi adventum ad nos, qui avus (55) fuit Juliani Apostatæ, revertente ipso ad beatissimam Constantini urbem ac transeunte Nicæam; accesserunt ad eum principes Arianæ hæresis, flagitaruntque, consubstantialitatis assertores sancta catholica ecclesia deturbari, eisque ipsam tradi. Porro tyrannus et indignus purpura, qui exsecrandæ illorum hæresis antesignanum ageret, petitis annuit; depulsoque militari manu orthodoxo populo, ecclesiam tradidit Arianis. Mœrens itaque animo pius omnis populus, diu noctuque orabant Deum, ut ne ejus ecclesia stabulum fieret et sentina hæreseon. Pergit itaque Nicæam communis Ecclesiarum præses Basilius, ad quem concurrens universa orthodoxorum multitudo, multo clamore expostulant imperatoris injuriam. At ille ad eos : « Ne, dilecti filii, ploraveritis : haudquaquam enim istud Deus in finem permittet : sustinete vero longanimes ipsius misericordiam. »

Porro, Ingressus Constantinopolim, ubi Valentem imperatorem vidisset, dixit : « O imperator, *Honor regis judicium diligit* (*c*) : aitque Sapientia, *Judicium regis justitia* (*d*). Cur ergo præsumpsit tua dominatio, orthodoxis sua ipsorum ecclesia pulsis male sanos in fide in eam mittere ? » Ait Valens ad eum : « Rursumne, Basili, ad contumeliam versus es ? Ea res tibi non congruit. » Ait sanctus : « Congruit mihi, ut pro justitia bonoque etiam moriar. » Imperator ad eum : « Vade, tu esto inter utrosque judex : vide tamen, ut ne affectioni ad populum tuum concesseris : non enim decet. » Ait ille imperatori : « Si habueris quo reprehendas judicium meum, juste et me exsilio relega, et illos expelle, ecclesiamque victoribus tribue. » Abiens itaque Nicæam cum litteris Valentis, admonuit Arianos et dixit : « Ecce imperator mihi injunxit, dicens : Vade et juste inter Arianos, et qui sapiunt consubstantialitatem, super ecclesia, quam armata ipsi manu rapuistis, judica. » At illi : « Sed ex imperatoris sententia. » Tum ille : « Venite, ipsique et orthodoxi; clausaque, et utrorumque sigillis munita ecclesia, datisque custodibus, vos primi euntes,

(54) Prædecessores nostri 1 Februarii, in Commentario prævio ad acta S. Ephrem Syri § 3, de gradu ejus ecclesiastico disputantes, judicarunt nihil obesse, quo minus presbyter ordinatus credi posset, si constaret Vitam hanc ab Amphilochio scriptam esse : nam objectis a Baronio satisfacit Combefisius hic. Verum cum hæc Acta Amphilochii non sint, nullum superest fundamentum asserendi Ephrem presbyterum fuisse : potuit enim ab hoc auctore, aut alio simili, decipi auctor Menologii Basilii imperatoris.

(55) De hoc pseudo-Amphilochii errore egi ad Prologum : ubi noto quod hæc historia de ecclesia Nicæna, orthodoxis restituta sub Valente, omissa est ab Urso apud Rosweydum.

(*a*) Psal. CXLIV, 19.
(*b*) Isa. XXXV, 6.
(*c*) Psal. XCVIII, 4.
(*d*) Prov. XVI, 13.

Digitized by Google

precamini diebus tribus, et tribus noctibus, tumque ad ecclesiam proficiscimini. Quod si illa precibus vestris aperta vobis patuerit, maneat æternum vestri juris; sin vero, etiam ipsi noctem unam ducemus pervigilem, ibimusque cum psalmis supplicando ad præfatam ecclesiam; et siquidem nobis patuerit, erit nostra in perpetuum : sin vero neque nobis fuerit aperta, sic rursum vestra erit, utque vestram acceperitis. » Placuit autem sermo ejus coram Arianis; qui vero videbantur esse orthodoxi, velut non juste judicasset, reprehendebant. Multa itaque cautione ab utrisque adhibita, dati sunt custodes, qui diligentia omni custodirent sanctissimam ecclesiam. Cum itaque, juxta sancti Patris nostri Basilii decretum, Ariani tres illos dies noctesque precati essent, ac cum supplicatione ad sanctam Dei ecclesiam progressi essent, sicque a mane usque ad sextam fecissent, clamantes illud : « Domine, miserere, » non est aperta ecclesia : fractaque animi contentione, abierunt re infecta.

Ait autem sanctus Basilius (56) : « Ecce fecistis ut constitutum erat : nec, ut accepi, vobis aperta est ecclesia : adhuc et ipsi precabimur noctem unam, et supplicando processerimus : quod si nec nobis fuerit aperta ecclesia, eam ipsi accipite juxta judicium meum. » Assumens itaque sanctus Pater noster et Ecclesiæ præses, populum orthodoxum, cum mulieribus et parvulis, foras civitatem egreditur, in templum sancti et gloriosi martyris Diomedis; expletaque nocte pervigili, ac matutinis precibus absolutis, populum reducit, cantans illud : « Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis : » ingrediturque sanctæ ecclesiæ ferulam (57),

qua etiam Ariani intraverant. Aitque populo : « Tollite manus vestras in sublime cœli, contentoque animo clamate : Domine, miserere. » Tum consignato populo, silentium indicit; terque sanctæ ecclesiæ portas signat, et ait : « Benedictus Deus Christianorum, in sæcula sæculorum. Amen. » Hac porro oratione contriti sunt vectes, et claves confractæ cum pessulis; apertæque sunt januæ forti aura, et ad muros illisæ : ipseque deiloquus in illa verba : *Tollite portas, principes, vestras, et eleramini, portæ æternales* (*a*), orthodoxo populo comite, ingressus est in sanctam Dei ecclesiam : expletoque missæ officio, dimisit populum cum lætitia et pace, glorificantem Deum, qui non despexit confidentes in ipsum : innumera autem Arianorum multitudo, novo illo miraculo confirmata, abrenuntiavit hæresi, ac in orthodoxam fidem concessit. Ubi vero imperator rescivit quod gestum erat, vituperavit quidem Arianæ hæresis nequitiam, nihil habens quo sancti et divina sapientis Patris nostri Basilii judicium carperet (nam, inquit, etiam vobis amplius gratificavit), ipse tamen, jam olim motus sensibus cæcatusque cordis oculos, neque sic ut ad Dominum converteretur adjecit; sed mansit inflexus et obstinatus, tradens in bello spiritum, post magnam cladem ambustus in paleario, in partibus Thraciæ; eoque modo traditus est æterno igni, in sæculum sæculi cruciandus.

Bene (58) olim divinus David, ceu perenni insculptum æri, immortali fama publicum fecit, dicens : *Generatio rectorum benedicetur : gloria et divitiæ in domo eorum* (*b*). Vere enim generatio recta et semen longævum et gentilitas omnis Deo

(56) Quam amplam habuisset Nyssenus materiam pro funebri simul et encomiastica oratione, qua fratrem Basilium Eliæ comparasset, sanctum illum introducens cum Arianis pro ecclesia Nicæna decertantem, tanquam alterum Eliam cum sacerdotibus Baal super holocausto! Verum estne hæc credibilis historia, si fuerit ignota Nysseno?

(57) Ferula vestibulum, seu potius porticus ad ingressum ecclesiæ.

(58) Caput hoc, inquit Combefisius, ex unico codice repræsentamus, desiderante alio. Etenim meretur, si quod aliud, ad fabulas relegari; non quod continentiæ probatio per ignem nunquam fuerit adhibita (dicitur enim tali miraculo probata uxoris virginitas a S. Demetrio inter patriarchas Alexandrinos duodecimo; et ab abbate quodam, in Vita S. Joannis Eleemosynarii 23 Januarii numer. 85); sed quod tot fabulis et ineptiis exornatum sit, ut suam palam faciat falsitatem. Nam, ut omittam quæ consideranti patent, nunquam vivente Basilio Petrus Sebastenum episcopatum gessit, ordinatus anno saltem uno post mortem fratris : nunquam Petrus Sebastenus episcopus sponsam aut uxorem habuit : sed, a prima ætate per Macrinam sororem pie educatus et institutus, solitariam vitam et virginitatem coluit; ut in Vita ipsius Petri a prædecessoribus meis ostensum est 9 Januarii. At Combefisius, certus Vitam hanc, saltem ut credibilem, creditis obtrudere, sicut alterum Libanium sophistam, alterum quæstorem Juliani excogitarat; ita nunc alterum inter fratres Basilii comminiscitur Petrum, inter liberos post Macrinam primum, qui ante episcopatum Sebastenum, uxorem habuerit; et alterum natu minimum, et prolem sanctorum parentum duodecimam (credo decimam dicere voluisse) monasticam vitam professum. Forsitan vir iste eruditus voluit, hac sua cogitatione, historiæ peritis proponere disputandi materiam : et ostendere quam difficile sit, argumentis, ut aiunt, positivis convincere eum, qui obfirmavit animum aliquid, quamvis paradoxum et omnibus inauditum, sustinere. Certum quidem est Basilii patris et Emmeliæ liberos decem omnino fuisse; ex istis quatuor fratres tantum novimus, teste Nysseno in Vita Macrinæ : ex quatuor fratribus, is qui secundum Basilium natu maximus erat, Naucratius vocabatur : locus igitur non est alteri Petro, nisi quinque fratres, contra testimonium Nysseni, numeres. Nec tamen propterea credibilis conjectura fieri potest, alteri præterquam juniori nomen inditum Petro fuisse : si enim alter in ea familia vixisset Petrus, cum ultimus prodiret in lucem, verosimiliter hic aliud nomen accepisset. Quin, ut concedamus Combefisio, alterum fuisse Petrum fratrem Basilii, qui prius matrimonio junctus, factus deinde sit episcopus Sebastenus; potuit id solum post mortem Basilii evenisse : nam ipso florente, Eustathius istam Ecclesiam turbavit, non minus quam gubernavit. Adde præterea silentium omnium antiquorum : nec unam quidem a Basilio aut Gregorio exstare ad ipsum epistolam; nullam in tot scriptis mentionem. Quid quod ipse pseudo-Amphilochius, in fine hujus Vitæ, tres solum Basilii fratres numeret, interque eos unum solum Petrum Sebastenum?

(*a*) Psal. XXIII, 7, 9.

(*b*) Psal. III, 2, 3.

Digitized by Google

placita. Quod itaque in Petro, Patris nostri Basilii fratre, post Macrinam omnium magistram luci primum edito, gestum est signum seu miraculum, corroborante Domino nostro Jesu Christo, enarrare statuo. Petrus hic, secundus ille Petrus, ille post Petrum principem illum Petrus; sacerdotalem Sebastenæ civitatis, benigna Dei nostri et Patris luminum providentia, adeptus sedem; cum propria adesset, uxore quidem nuncupatione, usu vero sorore. Eo Ecclesiam illam sapienter administrante, æmulatio turbatoribus animis excitantibus orta est: populum enim provocarunt dicentes, nefas esse ut episcopus suæ uxori cohabitaret; multaque consiliati contra normam sacrorum canonum ad nostrum pastorem, orbe autem toto celebratissimum Basilium, quid res haberet informaturi, venerunt. Ille gaudio abundantiori profusus, ait: « Bene, filii, veneritis: vado vobiscum ad rei probationem. » Profectusque ibat cum illis ad Sebastenam metropolim: Petrus autem ipsius frater, adventu ejus cognito, ei occurrit ab octo milliaribus; exhibitaque debita reverentia, ac in Domino osculatus, gratiose subridens dixit fratri suo et Patri nostro Basilio: « Tanquam ad latronem exiisti, domine frater, cum turba, ut me caperes (*a*). »

Cum autem essemus ingressi in urbem Sebastenam, fuissemusque precati in venerabilissimo templo Martyrum, multiplici corona illustrium quadraginta, ascendentibus nobis ad sacram episcopi demum, salutavit ille dominam sponsam; et ait illi: « Salve, vera mea sponsa, seu potius Christi: tui causa totus nobis hic labor assumptus est. » Ait illa: « Sum in manibus tuis, honorabilissime Pater. Dominus occasiones facit: magno enim desiderio teneor amplexandi pretiosos tuos pedes: cujus rei compos effecta, gratias ago Domino meo. Faciet ergo, maximo mihi prosequendus honore meus Pater, in filiam suam, quæcunque voluerit. » Aitque ille fratri: « Rogo te, domine mi frater, ut una cum domina sponsa mea dormias in sanctissima ecclesia. » At ille ad eum: « Faciam quidquid jusseris, sicut debeo: fecitque. » Assumens ergo sanctus Pater noster nonnullos Deo afflatos et spiritales viros, quinque numero, ex quibus unus rem probe norat; etiam ipse in sancta ecclesia dormivit. Circa mediam autem noctem illos suscitans a somno ait: « Quid videtis circa fratrem meum? » At illi: « Videmus novum miraculum. » Ille vero: « Quodnam illud? » Responderunt: « Videmus angelos, ventilantes lectum ejus inculpabilem. » Ait autem sanctus Pater noster Basilius: « Nemini dixeritis quod vidistis. »

Sequenti vero mane reversis nobis ad episcopum, dixit: « Tempus est, domina mi sponsa, seu potius Christi, ut quod quæritur in palam fiat. » At illa: « Sum in manibus tuis, honorabilissime Pater. » Porro jussit sanctus Dei, ut modius ferreus afferretur, plenus ardentissimis lampadibus, aitque: « Explica, domina mi sponsa, pallium tuum: » et explicavit. Aitque iis qui bajulabant: « Mittite in ipsum flammatissimas lampades; » miseruntque. Tum ait sponsæ: « Tene in hoc maphorio, donec tibi dicam. » Aitque: « Afferte adhuc lampadem aliam accensissimam: » attuleruntque. Tum ille fratri: « Explica, domine frater, penulam tuam: » et explicavit. Tum ille: « Mittite in ipsum: » et miserunt. Cum vero diutissime tenerent sic accensas lampades et starent, in stuporem actus populus super eo quod videbatur, clamare cœpit et dicere: « Dominus conservabit sanctos suos, et beatos illos faciet in terra (*b*). » Projeceruntque accensas lampades; nec erat in eis vel fumi odor, neque vestimenta illorum ambusta sunt. Tunc adducens quinque sanctos viros, ait illis: « Edicite quod vidistis in sanctissima ecclesia. » Narraveruntque populo, ut vidissent sanctos angelos, ventilantes inculpatum eorum cubile: et glorificaverunt Deum, qui facit mirabilia magna et inscrutabilia. Cumque sanctus Pater noster Basilius pacem in Domino dixisset, reversi sumus in nostram civitatem, *glorificantes Deum, qui dedit potestatem talem hominibus* (*c*).

Fuit temporibus sanctissimi ac beatissimi archiepiscopi Basilii, hæredis illius regni Christi, vasis electionis illius qui portavit Christi nomen coram gentibus et regibus et filiis Israel, sicut divinus et beatus Apostolus (*d*), mulier quædam, divitiis et nobilitate clara, reliquisque ad vanæ hujus vitæ obsequia comparatis supra omnes elata. Hæc statum vidualem amplexa, turpiter potestate abusa, seipsam gulæ luxuriæque mancipavit; nihil habens quo placeret Deo, sed seipsam instar porcorum volutans in luxuriæ cœno. Tandem itaque, dispensante Deo, immensa sua peccata animo repetens, menteque cœlitus illustrata, atque seorsim tacite agens, pensare cœpit multitudinem suorum peccatorum: dixitque lamentabiliter plorans: « Heu! me peccatricem et luxuriosam! quomodo immensa quæ peccavi confitebor et expiabo? Templum Spiritus sancti pollui; habitantem in corpore animam coinquinavi: Heu me! projecta sum. Num sicut meretrix illa dicam: « Miserere mei? » aut sicut Publicanus: « Peccavi, » cum præsertim post baptismum peccaverim? Qui vero certior fiam, quod Deus pœnitentem suscipiet? » Hæc porro ipsa cogitante, is *qui vult omnes salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire* (*e*), et neminem vult perire, in memoriam ei revocat, quæ a juventute deliquerat: sedensque, sua ipsius, a juvenili adusque senilem ætatem, peccata scripsit in charta: novissimum autem scripsit, quod dicebat magnum peccatum;

(*a*) Marc. XIV, 48.
(*b*) Psal. XL, 3.
(*c*) Matth. IX, 8
(*d*) Act. IX, 15.
(*e*) I Tim II, 4.

Digitized by Google

chartamque bulla plumbea obsignavit (59). Captato autem opportuno tempore, cum sanctus Basilius ad preces solitas in ecclesiam proficisceretur, clam præcurrens ad pedes ejus chartam projecit : seque in faciem ad ipsius pedes jactans, clamabat dicens : « Miserere mei, sancte Dei, quæ supra omnes sum peccatrix. » Stans autem beatus ille Christi famulus, ab ea perquirebat causam gemituum. Tum illa : « Ecce, domine, mea omnia peccata et crimina in charta hac scripsi, et obsignavi : tu vero, sancte Dei, ne signaculum bullamque moveris; sed solis precibus ea dele (60). Qui enim hanc mihi cogitationem dedit, plane obaudiet pro me orantem. » Magnus porro Basilius chartam elevans, et aspiciens in cœlum ait : « Tuum, Domine, solius est opus istud : qui enim tollis peccatum mundi, facilius quoque unius hujus animæ crimina deleveris : omnia quippe nostra delicta apud te numerata sunt : tua vero misericordia immensa est, et impervestigabilis. » His autem dictis, ingressus est ecclesiam, tenens chartam, seque jactans coram altari, totam noctem pervigilem in precibus egit; inque crastinum, per tota missarum solemnia, Deum obnixius oravit.

Post factam autem missionem, accersivit mulierem; tradensque chartam, ait : « Audistin' mulier, quod nemo possit peccata dimittere, nisi solus Deus? » Ait illa : « Audivi, Pater, teque ideo ad intercedendum apud misericordissimum Deum sollicitavi. » Atque his dictis, chartam aperuit, totamque deletam invenit : quanquam non expuncto grandis illius peccati piaculo. Videns autem illa, concidit animo, tundensque pectus manibus, corruit ad pedes ejus, cum clamore dicens : « Miserere mei, serve Dei altissimi : et qua ratione pro meis omnibus peccatis decertasti, ac fuisti exauditus, eadem quoque pro isto supplica, planeque obliterabitur. » Lacrymatus vero commiserationis affectu archiepiscopus, dixit : « Surge, mulier, nam et ego homo peccator sum, qui et ipse indulgentia indigeam. Qui delevit peccata tua, quot voluit delevit; potestque, qui mundi peccatum tollit, etiam hoc a te peccatum tollere. Si modo deinceps te a peccato continueris, viasque Domini ambulaveris, non solum consequeris veniam, verum etiam gloria dignaberis. Vade ergo in desertum, inveniesque virum sanctum, inter omnes Patres celebrem, Ephrem (61) nomine. Huic trade chartam, isque orabit, et Deum propitium tibi faciet. »

At illa valedicens sancto, cucurrit ad desertum : confectoque longo itinere, pervenit ad prænonstratum locum magni illius eremitæ; pulsansque ad januam clamabat dicens : « Miserere mei, sancte Dei. » Ille præscius spiritu quam ob causam venisset, ait illi : « Exi a me, mulier, quia homo peccator sum, indigens et ipse adjutorio. » At illa jactavit chartam, dicens : « Misit me ad te archiepiscopus Basilius, ut Deum pro me depreceris, quo peccatum in charta positum deleatur : delevit enim, ipsa precatus, reliqua. Tu vero ne pigriteris pro unico ad Deum intercedere, siquidem ad te missa sum. » Tunc ad eam sanctus Dei : « Ne, filia, ne ita : qui enim pro multis illis peccatis potuit Deum placare, etiam pro uno quod superat, facilius quam ego poterit. Vade ergo, ne tardaveris, ut pervenias ad ipsum, priusquam a corpore migraverit. » Illa valedicens sancto, rediit Cæsaream. Cumque ingrederetur in civitatem, occurrit sancti Basilii corpori, quod efferebatur : eoque viso se in terram jactare cœpit; ac, velut sanctum in jus vocaret, dixit : « Heu me, sancte Dei, idcirco me in desertum misisti, ut liber a molestia proficiscereris : et ecce, re infecta, tam immenso itinere frustra confecto, redii. Videat Deus, et judicet inter me et te : quod cum ipse potuisses Deum propitium facere, me direxeris ad alium. » His cum clamore dictis, projecit chartam super capulum, rem minutatim universo populo narrans. Porro unus de clero, scire volens quam grande esset illud peccatum, sustulit chartam; apertamque, totam deletam invenit; ac voce magna clamavit ad feminam, dicens : « O mulier, munda est charta et expuncta. Quid vero, Dei in te inenarrabilem misericordiam ignorans, affligeris? » Viso itaque insigni miraculo, populus universus Deum glorificavit, qui in terra potestatem habet dimittendi peccata : quippe tantam servis suis concessit gratiam, ut etiam post mortem languorem omnem sanent omnemque debilitatem, quin etiam ut peccata fideliter accedentium remittant.

Joseph, præstans peritia artis medicæ, valde probatus clarusque in illa fuit, summam quamdam adeptus ex pulsibus judicii certitudinem; ut nullo

(59) Græce μολίβδῳ ἐβούλλωσεν : « plumbo bullavit, » verbum barbarum medii ævi, quo Amphilochius, eruditus Græca eloquentia, minime usus fuisset. Et fatetur Combefisius hac in Vita, subinde verba ejusmodi occurrere; quomodo autem hæc operis novitatem non arguant, ut idem ait, ipse viderit.

(60) Simile factum mulieris invenitur in Vita S. Joannis Eleemosynarii 23 Januarii cap. 15, quod forsan occasione præbuit pseudo-Amphilochio, hoc de Basilio miraculum comminiscendi. Quidquid sit, recte monet Combefisius, factum istud non trahendum in exemplum, quod si solum in hac apocrypha Basilii Vita haberetur, merito computarem inter pias fabulas. Sed quod a Leontio scriptum refertur in Vita S. Joannis Eleemosynarii, pro ea quam meretur fidem, potest benigne explicari; si dicatur sanctus, mulierem, peccatum confiteri erubescentem, induxisse ut scripto istud exponeret in charta, sigillo obsignata, adeoque a nemine legenda, eo consilio, ut deinde persuaderet facilius, permitteret chartam a se solo aperiri et legi, atque ita cum minori erubescentia peccatum suum confiteretur; sed cum sanctus vita excessisset, antequam id perficere posset, post mortem apparuerit; et tanquam minister sacramenti extraordinarius confitentem absolverit; atque in signum vere remissi peccati, eo deleto chartam restituerit.

(61) S. Ephrem ante S. Basilium mortuum esse, supra diximus ex meliori auctore.

Digitized by Google

errore, ante tertium quintumve diem, morituros præsciret; utque verbo dicam, tantus erat, ut et medicis et philosophis invidiam moveret. Deo autem afflatus Pater noster, divina præsciens illustratione quod in eo gerendum erat, ipsum impensius diligebat, crebriusque ad congressum vocabat; docens planam regiamque veritatis viam incedere. Cum itaque non raro hortaretur, moneretque ut abscederet a scelesta religione, Christumque baptismate sacro indueret; non admisit, dicens: « In qua natus sum fide, in ea et moriar. » At sanctus Dei ad ipsum: « Persuasum habe, Joseph, fore ut neque ego, neque tu vitæ præsentis turbinibus absoluti migremus, donec Dominus meus per aquam et spiritum te regeneraverit: fieri enim nequit, ut quis sine his intret in regnum Dei. Nonne etiam patres vestri baptizati sunt in Moyse, et in nube et in mari, biberuntque de spirituali consequente petra? Petra autem erat Christus (*a*), qui novissimis diebus de Virgine incarnatus est, et propter nostram salutem factus homo, operatusque est miracula et morte a patribus vestris in carne affectus; sepultusque, die tertia resurrexit; et ascendit in cœlum, sedetque ad dexteram Patris: qui etiam venturus est, in magna gloria cum angelis, judicaturus vivos et mortuos, et unicuique redditurus juxta opera ejus. Itaque nequit fieri, ut dictum est, ut quis intret in regnum Dei, nisi per aquam et spiritum, et nisi vivifica antitypa (62) intemerati corporis et sanguinis Christi sumpserit. »

Cumque sanctus talibus hortationibus uteretur, non sustinebat ipsum audire. Ubi autem ei placuit, qui eum segregaverat ab utero matris suæ, ut susciperet sacratissimum baptisma, eum vir sanctus jam vitæ hujus turbinibus eximendus, accersivit, prætextu nimirum scientiæ medicæ, aitque illi: « Quid tibi de me videtur? » Ille, ex pulsu sentiens ejus vires proximam minari mortem, jussit domesticis, ut opportunas sepulturæ vestes emerent: « Nam, inquit, cito citius moriturus est. » Ait ad eum magnus Basilius: « Nescis quid dicas. » Dicit illi Joseph Hebræus: « Credas, domine, sol hodie cum sole occidet. » Ait illi sanctus: « Quid vero si non ante mane moriar? » Dixit Hebræus: « Non potest hoc esse: vix enim post horam erit anima tua in te. Verum dispone de tua Ecclesia et de rebus tuis: non enim, te vivo, dies hodie tenebrescet. » Ait ei sanctus: « Quid si venero usque ad sextam mane, quid es acturus? » Respondit ille: « Moriar. » Ait sanctus: « Etiam. Moriaris peccato, vivas autem Christo meo. » Dicit ille: « Scio quid velis, et faciam quod jubes, Pater sancte; si fuerit quod ais, terribili me sacramento obstringens fore, ut, si in crastinum vixeris, baptismum suscipiam. » Rogavit ergo Deum admirandus Pater, ut ad salutem hominis sibi accessionem concederet, utque mulierem re infecta a S. Ephrem redeuntem susciperet. Voti autem compos effectus sanctus (63), mittit mane et accersit Hebræum. Ipse non credens, venit, plane existimans morti concessisse. Videns vero vivum, factusque in exstasim, et ruens ad pedes ejus, ait: « In veritate confiteor, magnum esse Deum Christianorum: quodque non sit alius Deus præter ipsum. Abrenuntio itaque inimicæ Christo religioni Judæorum, meque veritati fideliter adjungo. Jube ergo, honorande Pater, ut sine dilatione ipse omnisque domus mea Christi consigner signaculo. » Ait illi sanctus: « Ipse intingam manibus meis cum tota domo. »

Rursumque accedens medicus, apprehensaque ejus dextera, ait: « Elanguerunt tuæ vires, domine: naturaque extremum debilitata fatiscit. » Ait sanctus: « Habemus naturæ auctorem, qui nobis addat vires. » Surgensque gressu contendit ad ecclesiam, et sub omnium præsentia, eum fidei sacramento tinxit, et domum ejus totam: vocavitque nomen ejus, Joannem: impertitusque vivifica sacramenta, eum assumpsit et reduxit ad cubiculum suum: ciboque apposito, docuit quæ spectant ad vitam æternam, adjungens suo ovili novum militem cum uxore et filiis. Quod vero reliquum vitæ fuit, sacras ædes et hospitia pauperum lustrans, quæ sibi fuerunt donata a medico, et quæ de propriis reliqua erant, donavit. Circa nonam autem præsto fuit ad sacrificia missarum in sacratissima ecclesia, una cum cleri et civitatis primoribus: cum quibus percepto iterum pane, dimisit eos, ac valedicens et deosculans in osculo sancto dimisit eos, novum Christi pugilem universosque commendans Christo. Testamento autem sepeliri sanxit, cum tertia illa portione datæ sibi a Deo communionis. Recumbensque in lecto, cum Eucharistia adhuc in ore, reddidit spiritum Domino; adjunctusque est pontificibus pontifex ille, et prædicatoribus magnum illud sermonis tonitru. Videns autem fidelis ex Hebræo medicus, ita Dei hominem et pontificem magnum Basilium quievisse, quomodo dixerat, proruens in ejus pectus cum lacrymis dicebat: « Revera, Dei famule Basili, neque modo fuisses mortuus, nisi voluisses. »

Postridie autem convenit universa multitudo; ejusque corpori pretioso, quod totam materiæ obnitentiam superaverat, in sacratissimam ecclesiam illato, justa fecerunt, omni unguentorum thymiamatumque obsequio. Audiens vero et Gregorius, Nazianzenus episcopus (64), adfuit et ipse festinus:

(62) An verus Amphilochius non fuisset clarius locutus de reali Christi præsentia in Eucharistia, præsertim ubi Judæus instituitur?

(63) Refert Nazianzenus oratione 20, Basilium sub finem vitæ ad aliquod tempus ita sibi restitutum fuisse, ut quosdam sacris ordinibus initiare potuerit: quidni et potuisset hunc Josephum solemniter in ecclesia baptizare? Verum, ut factum id fuisse credamus, non sufficit pseudo-Amphilochii auctoritas.

(64) Gregorium Theologum non interfuisse morti

(*a*) I Cor. x, 4.

Digitized by Google

videnque pretiosas reliquias, in eas procidens, diuque lamentatus, hortatus ad preces populum, congruis honoribus gloriosam magni pontificis memoriam prosecutus est, in hymnis et canticis spiritualibus; duodecim episcopis qui concurrerant, civiumque multitudine, sociam adhibentibus operam. Deposueruntque ipsum in capulo, in templo sancti martyris Eupsychii; ubi etiam Leontius, ejus in episcopatu antecessor, cum sacerdotibus aliis dormit. Requievit autem, qui angelicam vitæ rationem in terris instituerat Basilius, prima Januarii anni (65) quinti Valentis et Valentiniani; A relicta Ecclesiis, quam Spiritus sancti virtute conscripsit composuitque, mundæ suæ vitæ monumentum, librorum supellectili, ad gloriam et laudem Domini nostri Jesu Christi : cum quo Patri gloria, una cum sancto et vivifico Spiritu; nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen. Habuit autem Basilius et tres fratres : Gregorium Nyssenum, Petrum Sebastenum, et Naucratium qui fuit monachus. Magnus vero Basilius octo annis defunctus episcopatu, peregrinatus est ad Dominum; postquam pravam omnem doctrinam hæreticorum, instar silvestrium ferarum, solo patrio abegisset (66).

aut funeri S. Basilii, colligitur ex epistola illius 57, qua Nyssenum in morte fratris sui consolatur : malo autem Vitam hanc Amphilochio, quam illam epistolam Theologo abjudicare, ut facit Combefisius.

(65) De tempore quo sanctus obiit, pluribus actum in Comm. prævio numero 67.

(66) Hactenus Vita S. Basilii Amphilochio attributa, a Combefisio ex duplici manuscripto edita; sæpius tamen ante, ut dixi supra, a diversis diversimode scripta, diversam fortunam et mutationem subiit : quod scire juvat, et Rosweydum de ea quam ipse edidit, legere hæc scribentem : « Ita eam Roma ex congregatione Oratorii accepi, interprete Urso S. R. E. subdiacono. Quæ plane convenit cum ea, quæ hactenus barbaro et rudi stylo, incerto interprete, in Vitis Patrum est divulgata. Nisi quod in ea in fine addatur seu interseratur historia, de Joseph Hebræo medico, et morte Basilii, quæ hic deest. In hac contra habes caput 3, quomodo Basilius Antiochiam pervenerit, et Libanii discipulos instruxerit, quod caput deest in Vitis Patrum; ut appareat Vitam hanc olim per varia fragmenta descriptam et translatam. Integram Vitam Basilii, Græce scriptam et Amphilochii nomine insignitam, accepi Parisiis ex bibliotheca Regia, quam jam olim vertit nescio qui; cujus interpretationem habeo ex codice Marchianensi vetustissimo (quæ stylo convenit cum ea quæ in Vitis Patrum est) rudem plane et impolitam : in Græco tamen exemplari caput unum est, De miraculo Basilii in Petrum fratrem suum, et ejus uxorem, quod etiam in illa versione deest. Græca hæc Vita, et Latina vetus innominati interpretis versio, continet hæc præterea capita, quæ et in hac Vita Basilii, interprete Urso, et in illa quæ in Vitis Patrum hactenus fuit, desunt; de mystica revelatione et morte Apostatæ Juliani. Item de scriptura quam muliercula fecit : ad hæc, quomodo Spiritus sancti adventum vidit, et de quodam diacono et Libanio sophista. Præterea, De quibusdam gentilibus, et interpretatione Hexameri. Deinde quomodo ductus est Antiochiam, et de filio Valentis. Denique, de Valente Deo odibili, seu apertione ecclesiæ in Nicæa. Surius, offensus impolitia veteris versionis, quam ms. integram habuit, excepto capite jam dicto de Petro fratre Basilii, eam stylo Latiniore reformavit, et tomo suo primo de Vitis sanctorum 1 Januarii inseruit. Sed quia ipsi exemplar Græcum defuit, dum insistit confragosis veteris versionis vestigiis, non potuit non subinde cespitare. »

NICOLAI RAYÆI

TRACTATUS PRÆLIMINARIS

De acoluthia officii canonici pro Ecclesiis orientalibus Græcorum in solemni commemoratione trium doctorum

BASILII, NAZIANZENI ET CHRYSOSTOMI.

(*Acta SS. Bolland.*, Junii tom. II, p. XIII.)

PRÆFATIO.

1. Simul ac primum me P. Danieli Papebrochio ejusque sociis, ad prosequenda sanctorum Acta ex moderatorum imperio adjunxeram, rogatus fui, ut commemorationis in titulo expositæ historiam e Græca Latinam facerem, eruditissimo P. Francisci Baertii de Magni Basilii vita tractatui, jam tunc maxima ex parte impresso, inserendam. Id ego præstiti eo modo, quo ibi octavo et tricesimo capite in hoc secundo Junii tomo legitur. Atque ea occasione incidi in Rituales Græcorum libros multos ac varios; eosque cœpi et evolvere curiosius, et cum nostris Latinorum conferre. Cum autem Ecclesiam Græcam a Latina hic non modice discrepare animadverterem, operæ pretium esse existimavi totam seriem divini officii, apud Græcos celebrioribus diebus usitati, a nemine, quod

Digitized by Google

sciam, usque adhuc pro dignitate explicatam, ponere ob oculos, et quasi perpetuo commentario illustrare.

2. Et vero si hic opus est appositione exempli, sicut revera opus est, non videor mihi deligere posse ullum aptius, quam officium illud, quod ponitur in solemni commemoratione trium doctorum Græcorum, Basilii, Nazianzeni et Chrysostomi: tum quia a præcipuo hujus tomi argumento, vita, inquam, Magni Basilii alienum non est; tum quia, uti *Menæa* testantur, superat quidquid in illo genere editum est hactenus, et in posterum edetur. Hoc tam præstans horarum canonicarum officium acceptum referre debemus Joanni Euchaitorum antistiti, qui quo major esset populi erga institutam a se trium illorum doctorum celebritatem religio, hoc officium pro sua industria concinnavit, quotannis in Græca Ecclesia die 30 Januarii recitandum: quod cernere est tam ex Typico S. Sabæ, quam ex *Menæis*. *Menæorum* verba invenies in nostris S. Basilii Actis, capite jam supra dicto. Quamobrem satis habebo huc proferre verba solius Typici: Ἐσπέρας οὖν ἐν τῇ ἀγρυπνίᾳ ψάλλομεν ἀκολουθίαν τὸν γεγονυῖαν παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου μητροπολίτου Εὐχαίτων. « Vespere in pervigilio canimus acoluthian sanctorum (Basilii Magni, Gregorii Theologi, et Joannis Chrysostomi) compositam a sancto Patre nostro Joanne metropolita Euchaitorum. »

3. Ubi obiter et quasi per transennam observare potest eruditus lector, officium divinum a Græcis ἀκολουθίαν appellari: non aliam fortasse ob causam, quam quod omnes ejus partes aptissime cohærescant inter se, et aliæ alias consequantur: quippe quod « consequi » est apud Latinos, hoc est apud Græcos ἀκολουθεῖν. Ut autem res tota clarius intelligatur, placet quædam nomina eo spectantia, et passim in quocunque de peculiaribus sanctis officio recurrentia, ante explicare. Mihi enim verissimum videri solet illud, quod scite omnino sapienterque in *Cratylo* pronuntiavit Plato: qui rerum nomina penitius perviderit, eumdem et res itidem ipsas funditus exploratas compertasque habiturum.

—

DISSERTATIO PRÆVIA.

De quibusdam generatim ad acoluthiam Græcorum spectantibus.

—

§ I. *Quid sit* echus *sive* tonus *et quotuplex*; *quid* troparium, sticherum *et* stichus; *quid* idiomelum.

4. Quemadmodum in Ecclesia Latina, sic et in Græca, officium divinum concinitur modulate. Perperam tamen existimavit Meursius ἦχος, quæ vox in rituum Græcorum codicibus recurrit frequentissime, significare « canticum. » Meursii erratum confutant Jacobus Goarus et Leo Allatius: hic in dissertatione I *De libris ecclesiasticis Græcorum*, pag. 66, ille in *Euchologio*, pag. 206, ubi sic loquitur: « Proprie ἦχος, in cantu Græco ecclesiastico, idem est quod « tonus » in Latino. Habent autem Græci suos octo tonos, a quibus libellus Ὀκτώηχος, id est, « continens octo tonos, » dicitur. Quatuor toni priores simplicem appellationem sunt nacti: ἦχος α', primus; ἦχος β', secundus; ἦχος γ', tertius; ἦχος δ', quartus. Quatuor posteriores disparem sortiuntur denominationem: quintus enim est ἦχος πλαγίου πρώτου, scribiturque ἦχος πλ. α', tonus obliquus primus: sextus est ἦχος πλ. β', hoc est πλαγίου δευτέρου, tonus obliquus secundus. Tertius dicitur ἦχος βαρύς, tonus gravis, propter moram et vocis gravitatem inter illum canendum, quanquam dicatur etiam ἦχος πλ. γ'. Ultimus est ἦχος πλ. δ', tonus obliquus 4. » Eadem repetuntur pag. 435 et additur: « Toni primi quatuor vocantur a musices studiosis, principales et recti. Alii, minus præcipui, obliqui, ministri; eorumque a primis in eo stat discrimen, quod vocibus quatuor, seu sonis διὰ τεσσάρων, vel si mavis una quarta sub principali descendunt. »

5. Neque dissentit Allatius: qui cum in prædicta dissertatione, pag. 54, eamdem tonorum partitionem, brevius quidem, sed minus distincte exposuisset; de eorum libro sive octœcho dicere aggreditur: et « Canones omnes, inquit, sive troparia, et quæcunque aliæ cantiones in hoc libro contentæ, ita dispositæ sunt, ut quæ primo tono concinuntur, omnia simul primum sibi locum occupent; quæ secundo, secundum; quæ tertio, tertium: et sic de singulis, donec ad obliquum quarti perveniatur, qui inter tonos ultimus, ultimum quoque sibi locum vindicat, et cantiones eo modulatæ ac commensuratæ, ultimo quoque loco reponantur. Continet autem tantum troparia et canones, qui a primis vesperis Dominicæ ad finem usque missæ canuntur, et octo Dominicis pro tonorum numero finitur. Singuli toni tres habent canones. Primum, ἀναστάσιμον, qui in resurrectionis Dominicæ; secundum, σταυροαναστάσιμον, qui in Crucis et Resurrectionis; tertium, qui in Mariæ Virginis laudibus celebrandis, versantur. Et hæc in octœchis antiquis habebantur. In recentioribus modo additur pro singulis tonis canon, qui in μεσονυκτίου vel μεσονυκτικοῦ, mediæ scilicet noctis officio, cani suevit; et quod de Trinitate pertractet, triadicus dicitur. »

6. Libri isti Græcis ecclesiasticis valde commodi

Digitized by Google

sunt, imo pene necessarii; nam, ut testatur Goarus pag. 434, « libros totis musicis exaratos inter cantandum rarissime conspiciunt, vel etiam habent Græci : communesque ideo, et verbis et cantu, memoriæ tenaciter infigunt hymnos, ad quorum normam alios pari syllabarum numero constantes cantando inflectunt; ideoque eorum primordia canticis aliis inscribunt, ut ad eorum regulam, sequentes indicent esse decantandos. » Versus autem, qui in hunc finem æquali syllabarum numero alligantur, dicuntur στιχηρὰ προσόμοια, Papebrochius versus similares appellare consuevit. Hinc intelligitur quid sibi velint ea quæ leguntur statim in ipsa inscriptione promissi officii. Ψάλλομεν στιχηρὰ προσόμοια. Ἦχος δ'. Ὡς γενναῖον ἐν μάρτυσιν. At vero non quilibet versus στιχηρὰ vocitantur; sed soli illi qui paulo longiores sunt, et ab Hymnographo ecclesiastico conscripti. Nam versus breviores, et e Psalmis Davidicis, vel aliis Scripturæ locis excerpti, appellantur στίχοι. Hinc oritur στιχολογία, quæ est alterna Psalmorum Davidicorum per versus recitatio. Non possum tamen assentire Cangio, qui putat στίχος, *versiculum*, et στιχηρὸν *versum*, Latine reddi posse. Cum enim (ut ex jam dictis constat, et animadvertit ipse Cangius) στίχος Scripturæ verbis, et στιχηρὸν verbis Hymnographi contexantur, hæ voces *versus* et *versiculus* istud discrimen haud satis declarant. Nolo tamen λογομαχεῖν, sive contendere de nomine. Quapropter modo intelligi me sciam, hasce Græcanicas voces in posterum ita Latine interpretabor. Porro στιχηρὰ alia sunt προσόμοια, alia ἰδιόμελα. Quæ sint προσόμοια, dictum nunc est. Ἰδιόμελα vero sunt ea στιχηρὰ, quæ (ut ait doctus Ligaridus apud Goarum p. 206) peculiari sibi, gravi nempe et concinna, voce recitanda sunt, quasi ἴδιον μέλος, id est, propriam modulationem habentia.

7. Objicietur fortasse huic definitioni Codinus, in libro *De officialibus palatii CP.* et *De officiis magnæ Ecclesiæ*, cap. 7, n. 23, dicens : Εἰσέρχονται καὶ οἱ ψάλται..... καὶ ψάλλουσιν ἰδιόμελον τῆς ἑορτῆς· quod ita vertit noster Gretserus : « Ingrediuntur etiam cantores, canuntque festi proprium canticum. » Unde videtur posse concludi, canticum aliquod nuncupari ἰδιόμελον, quia festo proprium sit, non vero quia peculiarem sibi modulationem vindicet. Per hæc sane Codini verba scrupulus, fateor, mihi injectus fuit non levis; sed evanuit, quando vidi plura esse stichera festo congruentia, quæ non inscribuntur ἰδιόμελα. Ne longius abeamus; fideles tuos oculos, Lector, in horum trium præsulum officium intende: et licet stichera omnia sint huic festo propria quam quæ maxime, tamen non invenias alia inscribi ἰδιόμελα præter stichera Nili Xanthopuli, id quod nobis argumento debet esse, non propterea canticum aliquod apud Græcos dici ἰδιόμελον, quia festo proprium est, sed quia peculiari et a cæteris discreto sono accinitur. Ad objectum locum quod attinet, is nobis nequaquam officit: neque enim quidquam aliud ibi vult Codinus, quam super mensam imperatoris a cantoribus concini idem illud ἰδιόμελον, quod eo die canitur in ecclesia. Huc accedit, quod ἰδιόμελον ibidem in margine exponitur proprii cantus canticum. Atque hæc marginalis expositio recurrit denuo cap. 10, num. 5, ubi narrat idem Codinus, quibus cæremoniis festo Palmarum « in ambulacrum veniat lampadarius, lampadem ferens, totumque festi proprium canticum decantans, » Græce tantum est ψάλλων ὅλον τὸ ἰδιόμελον prætermisso verbo, τῆς ἑορτῆς. Jam vero quid est, amabo, « proprii cantus canticum, » nisi canticum peculiari ac proprio modulandi genere cantandum?

§ II. *Unde dicta* troparia *et* hirmi ; *quis horum usus.*

8. A stichéris ad troparia veniamus. Troparium, inquit Goarus pag. 32, vox generica est, et cunctis canticis in Ecclesia Græca receptis communis; Modulum ubique interpretamur... Quoad sui compositionem Latinis Antiphonis similis est : quamvis antiphonam ulla ratione interpretari nequeamus. Hanc vocem sic explicat laudatus Ligaridus, tanquam si τροπαιάριον, ἀπὸ τοῦ τροπαίου, derivetur; et sit quasi Pæan sive hymnus, in quo canatur victoria; vel in quibus οἱ τρόποι, id est, mores alicujus sancti referantur. Verum Goar existimans ἀπὸ τοῦ τρέπειν vertere, vel propinquius ἀπὸ τροπῆς conversione originem duci ; « Sive dicas, inquit, ob vocem in cantando varie versam et inflexam, » (quæ mihi ratio est, ut modulum semper reddiderim) « sive, quia canonarcha, dum troparium illud per commata suggerit, » (raro namque pulpitis astant Græci) « modo in chorum hunc, modo in alium τρέπεται, sive vertitur. » Superest sententia alia, sed quæ plene intelligi ante non potest, quam vis ac natura hirmi declarata fuerit.

9. « Hirmus porro, » ut est apud Allatium loc. cit. pag. 98, « est hymnus sive troparium, a quo reliquorum tropariorum, quæ in ea ode canerentur, consequentia et series ducebatur. Idque ita esse notarunt viri docti, ex Simeonis Thessalonicensis archiepiscopi libro *De templo, sacerdote et mystagogia*. Addi potest Zonaras, comment. in canones Anastasimos Damasceni, in proœmio: Εἱρμὸς δὲ λέγεται ὡς ἀκολουθίαν τινὰ, καὶ τάξιν μέλους, καὶ ἁρμονίας διδοὺς τοῖς μετ' αὐτοῦ τροπαρίοις. Πρὸς γὰρ τὸ τῶν εἱρμῶν μέλος κἀκεῖνα ῥυθμίζονται, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀναφερόμενα ἁρμόζονταί τε καὶ ψάλλονται, καὶ τῇ ἁρμονίᾳ τοῦ μελῳδήματος ἐκείνου ἀκολουθοῦσιν, ἢ ὅτι συνείρει καὶ συμπλέκει ἑαυτῷ κατὰ τὸ μέλος ὁ εἱρμὸς τὸ τροπάριον. « Hirmus appellatur, eo quod seriem quamdam et connexionem et ordinem cantus et consonantiæ tribuat consequentibus post se troparii. Nam ad cantum hirmorum conformantur, et attemperantur etiam troparia, et de-

Digitized by Google

cantantur non sine relatione ad hirmos, quorum itidem melodiam et sonum imitantur. Vel inde hirmus nomen habet, quod contrahat et connectat sibi in melodia et cantu troparium. » Et certe Εἴρω, a quo hirmus deducitur, significat *trabo* et *necto*, ut patet ex illo, quod Hesiodus in *Theogonia* de Musis cecinit :

. . . . . τοί Διὶ πατρὶ
Ὕμνεῦσαι τέρπουσι μέγαν νόον ἐντὸς Ὀλύμπου,
Εἰρεῦσαι τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα,
Φωνῇ ὁμηρεῦσαι.

. . . . . *Hominum patrem atque deorum*
Laudantes, magnam mentem exhilarant in Olympo;
Nectentes præsentia, præterita atque futura,
Gutture fundentes cantum.

Et quamvis Boninus Mombritius, patritius Mediolanensis, in sua elegantissima *Theogoniæ* versione, non videatur sensum Hesiodi satis expressisse, dum vertit :

. . . . . *Illæ*
Laude animum patris exhilarant : plerumque canentes,
Quæ sint, quæ fuerint, et quæ ventura trahantur;

tamen a significatione verbi Εἴρω neutiquam recessit.

10. Hirmus ergo, quoad licet assequi, sequentes modulos ad suam musicam inflexionem trahit, atque ideo non male a Goaro redditur *tractus*. Tractum autem cum dico, nolim equidem cum aliquo apud Allatium existimes, hirmum a tractu Ecclesiæ Latinæ non differre. Etenim, ut Gretserus noster tom. III, de cruce, pag. 2328 observavit, Latinorum tractus a trahendo dictus est, non eo quidem quod sit norma ad quam concinantur subsequentia (nam Latinorum tractus talis norma non est), sed quod tractim cantetur. Igitur cum Græcorum hirmus canon sit ac regula sequentium tropariorum, tractus Latinorum non item; consequens est, ut alterum ab altero differre pronuntiemus. Est autem inter Græcorum libros ecclesiasticos aliquis, qui hirmos, secundum octo tonorum varietatem collectos, continet, atque ideo εἱρμολόγιον dicitur.

11. Hisce explicatis videtur mihi jam redeundum ad troparia, et commemoranda sententia Cangii, qui Zonaram secutus, ait inde troparia appellari, « quod ad modos hirmorum τρέπονται, vertuntur et inflectuntur. » Zonaræ verba, quæ a Cangio in hanc sententiam adducuntur, hæc sunt : Τροπάρια λέγονται, ὡς πρὸς τοὺς εἱρμοὺς τρεπόμενα, καὶ τὴν ἀναφορὰν τοῦ μέλους πρὸς ἐκείνους ποιούμενα· ἢ καὶ τρέποντα τὴν φωνὴν τῶν ᾀδόντων πρὸς τὸ μέλος καὶ τὸν ῥυθμὸν τῶν εἱρμῶν. Εἰ μὴ γὰρ πρὸς ἐκείνους ὁ τῶν αὐτὰ ψαλλόντων φθόγγος εὐθύνοιτο, οὐκ εὔρυθμον ἔσται τὸ μέλος, οὐδὲ ἐναρμόνιον, οὐδὲ μέλος ἂν γένοιτο, ἀλλ' ἀπηχὲς καὶ ἀνάρμοστον φώνημα : « Troparia vocantur, ut quæ ad hirmos vertuntur eosque respiciunt tanquam modulationis subsidium : vel etiam, quæ vertunt canentium voces ad modos numerosque hirmorum. Nisi enim ad eorum normam vox psallentium exigatur, neque concinnus erit cantus, neque suavis harmonia, neque melodia poterit appellari, sed vociferatio inconcinna et inamœna. » Zonaræ consentit Arcadius, consentit Gretserus. Sed si hoc ita sit, tria satis mirari non possum. Unum est, quod hirmus ab Allatio inter troparia reponatur. Alterum, quod Cangius etiam Ἰδιόμελον affirmet esse troparium. Tertium denique quod idem Cangius cum Goaro, troparium definiat « vocem genericam et cunctis canticis, in Ecclesia Græca receptis, communem. » Etenim tradita a Zonara tropariorum definitio, non complectitur tanquam sua membra aut hirmum aut idiomelum, utpote quæ ad nullius hirmi numeros inflectuntur. Qui igitur idiomelum et hirmus troparia esse dicuntur? Qui vox illa *troparium* communis est omnibus Ecclesiæ cantionibus?

12. Hæreo incertus animi, neque tamen me possum adducere, ut viros in rituum Græcorum scientia apprime versatos, et hoc nomine per totum orbem terrarum celebres, autumem loqui pugnantia, et hic a vero abesse. Quid igitur? Ut hæ eorum locutiones duntaxat in speciem pugnantes concilientur inter se, totaque tropariorum natura intelligatur, ego quidem sic statuo : quamlibet in Ecclesia Græca cantionem communi nomine appellari troparium, vel ob vocem, quæ inter cantandum multiplici ac diverso modo inflectitur; vel etiam ob canonarcham, qui dum per commata cantionem aliquam suggerit, varium vertitur in chorum; ita ut troparium sit veluti genus ad plures cantionum differentias sive formas pertinens. Atque alterutro sensu, vel potius utroque, et idiomela et hirmi et stichera et stichi, et cantiones reliquæ omnes jure merito nuncupantur troparia. An enim cantio potest esse ulla, in quam utraque illa ratio non conveniat? Quanquam cantiones illæ aliæ sive moduli, qui inter canendum hirmis attemperantur, non solum propter alterutram vel utramque rationem, sed etiam propter illam tertiam a Zonara allatam, commune nomen troparii sibi vindicent, tanquam peculiare et proprium, idque per antonomasiam aut per excellentiam.

§ III. *Quid* contacium, *quis ejus inventor; quid* canon, *et quotuplex.*

13. Duplex illa significatio, quam voci *troparium* supra dedimus, modo generica, modo specifica, si admittatur, plana sunt omnia, nihil in doctissimorum hominum locutionibus pugnans, nihil ambiguum. Et vero admittetur sine ulla controversia ab iis, qui norunt similes homonymias in ecclesiastico Græcorum sermone esse complures. Vocabula alia ut præteream, unum κοντάκιον quam multa significat! quam diversa! Significat aliud in commentatione, aliud in divino horarum officio, aliud in liturgia, iterum in ordinatione aliud atque aliud. Has significationes singulas, in Ἀρχιερατικῷ, sive libro pontificali Ecclesiæ Græcæ, operose perque erudite explicat Isaacius Habertus, doctor Sorbonicus, tunc abbas S. Mariæ de Allodiis, postea Vabrensis epi-

Digitized by Google

scopus, quem avidus sciendi lector potest consulere: longum est enim afferre omnia. At vero cum hic Græcorum ἀκολουθίαν evolvendam susceperim, necesse est dicere, quid, κοντάκιον, saltem in ea significet. « In oratione, » inquit ibi Habertus pag. 59, « seu divini horarum officii recitatione vel decantatione, contacium est genus quoddam modulatum hymni seu cantici ecclesiastici, cæteris simplicius, iisque brevius, quale singulis diebus festis proprium est: unde ἱΚοντάκιον τῆς ἡμέρας contacium diei vocatur. » Tum subjicit exemplum contacii ejus diei in quo de contacio scribebat, qui erat dies sacer sancto Georgio. Non est in animo exemplum illud transcribere, quia aliud in officio horum trium sanctorum mox inventurus est lector.

14. Porro ex hac Haberti descriptione effici cogique potest, contacium profluere a dictione κοντός, rem brevem significante. Neque vero placet Ligaridius, qui audet ἀπὸ τοῦ κοντοῦ ab hasta sive jaculo deducere κοντάκιον, perinde quasi foret contacium oratio quam vocamus jaculatoriam. Non enim κοντός jaculum proprie significat; licet Joannes Morinus *De sacris ordinationibus* pag. 230, id velle probare videatur ex illo Homeri versiculo *Odyss.* I:

Αὐτὰρ ἐγὼ χείρεσσι λαβὼν περιμήκεα κοντόν.

Hunc Homeri locum si Morinus adiisset, vidisset luce clarius, κοντός non esse jaculum, sed prælongam perticam qua minora navigia impelluntur, Latine quoque *contus* dictam; ibi enim facit Homerus Ulyssem narrare, quomodo appropinquantem ad littus Polyphemum detruserit, arrepto immani conto.

15. Sed juvat iterum audire Habertum sic prosequentem: « Hæc autem contacia inventa sunt circa annum Domini quingentesimum, sub Anastasio imperatore. Inventa, inquam, divinitus a Romano (Emeseno) diacono; qui, dum in quadam Deiparæ ecclesia τὴν παννυχίδα, sacras vigilias perageret, ut narratur in Menæo Græcorum (die 1 Octobris); Τὸ χάρισμα, inquit, τῆς συνάξεως (legendum συντάξεως) τῶν κονταχίων ἔλαβεν, ἐπιφανείσης αὐτῷ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου κατ' ὄναρ, καὶ τόμον χάρτου ἐπιδούσης καὶ κελευσάσης αὐτὸν καταφαγεῖν. Ἔδοξεν οὖν ἀνοῖξαι τὸ στόμα καὶ καταπιεῖν τὸν χάρτην· (ἦν δὲ ἡ ἑορτὴ τοῦ Χριστοῦ γενεῶν), καὶ εὐθέως ἐξυπνος γενόμενος, ἀναβὰς ἐν τῷ ἄμβωνι, ἤρξατο ψάλλειν· Ἡ Παρθένος σήμερον τὸν ὑπερούσιον τίκτει. Καὶ ποιήσας καὶ τῶν λοιπῶν ἑορτῶν τὰ κοντάκια, ἀλλὰ δὴ καὶ τῶν ἐπισήμων ἁγίων, ὡς εἶναι τὸ πλῆθος τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων κονταχίων ὑπὲρ τὰ χίλια, ἐν εἰρήνῃ ἐτελειώθη. « Romanus diaconus gratiam compositionis contaciorum faciendorum accepit, cum in somnis apparuisset ipsi sanctissima Dei Genitrix, eique tomum seu partem chartæ tradidisset, manducare jubens. Visus est ergo os aperire et chartam absorbere (erat autem natalis Christi dies), atque confestim somno solutus, ambonem conscendens cantare cœpit: Hodie Virgo supersubstantialem parit. Atque ubi reliquarum solemnitatum, sed et illustrium sanctorum contacia perfecit, ita ut contaciorum ab ipso compositorum copia millenarium excedat, in pace vitam finivit. »

16. Verum (id quod pace viri tanti dixerim) hæc *Menæorum* verba indicant quidem, contacia, a sancto Romano composita fuisse quam plurima; sed ab ipso fuisse primum adinventa non indicant. Præterea sancti Romani festum in *Menæis* sic indicitur: Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ῥωμανοῦ ποιητοῦ τῶν κονταχίων. Ubi observandum est, ποιητοῦ τῶν κονταχίων, poetæ sive conditoris contaciorum dici; non εὑρετοῦ inventoris, quo pacto loqui *Menæa* debuissent, si voluissent contaciorum inventionem D. Romano attribuere. Miror sane acutissimum Habertum ad hæc non advertisse animum, non advertisse Morinum, non Gretserum, non viros alios eruditos. Atque hæc mihi disputanti venit in mentem Ligaridii, qui teste Goaro, inventorem troparium facit Chrysostomum. An Ligaridius habeat auctorem idoneum, non scio. Hoc scio, circa ætatem Chrysostomi in usu fuisse troparia; quia Cedrenus memorat, anno octavo Leonis Magni imperatoris, Anthymum ac Timoclem troparium poetas innotuisse. Molesta fortasse lectori acciderit hæc qualis qualis ad inventores digressio, quare ad propositum revertamur. Contacium ergo subsequitur Οἶκος, qui a Goaro p. 67 describitur: « Hymni genus in Dei vel sancti alicujus laudem ita constructum, ut quasi compagem, ædificium, fabricamque virtutum ejus et gloriæ videatur componere: et ideo κονταχίῳ opponitur, ut eo amplius et diffusius. » Explicationis clarioris causa, subdit Goar: « Itali quoque sua poemata habent: *stanze* sua lingua, id est domus sive habitacula dicta. »

17. Ὠδὴ autem vel canticum quid sit, notius videtur esse, quam ut hic a me explicari debeat. Quis enim Mosis, Habacuc aliorumque prophetarum cantica ignoret? Solent autem novem Scripturæ sacræ cantica, secundum ordinem et ferias, in Matutino recitare Græci. Primum quidem Dominica et feria II, canticum Mosis (quod exstat Exodi XV, et in Romano Breviario seria V, ad Laudes), Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ, ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται, *Cantemus Domino: gloriose enim magnificatus est.* Secundum (quod est Mosis canticum alterum, ex Deuter. XXXII, et in Breviario Romano ponitur Sabbato ad Laudes), incipitque Πρόσεχε, οὐρανὲ, καὶ λαλήσω· *Audite, cœli, quæ loquor*, et cantatur hoc a Græcis feria III. Tertium, Ἐστερεώθη ἡ καρδία μου ἐν Κυρίῳ, *Exsultavit cor meum in Domino*, nempe canticum Annæ, ascribitur feriæ IV, sicut et apud Latinos. Quartum, Κύριε, εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, *Domine, audivi auditionem tuam*, canticum scilicet Habacuc, a Latinis feria sexta dici solitum, feria V usurpatur a Græcis. Quintum, quod est canticum Isaiæ, non illud quidem quod est Isaiæ XII, et incipit, *Confitebor tibi, Domine*, proponitur-

Digitized by Google

que in Romano Breviario feria II, ad Laudes; sed quod Isaiæ cap. XXVI, v. 9, incipit in Vulgata : *Anima mea desideravit te in nocte*, Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου πρὸς σὲ, ὁ Θεός · hoc, inquam Isaiæ canticum alterum apud Græcos proprium est feriæ VI. Sabbato vero sextum, Ἐδόησα ἐν θλίψει μου πρὸς Κύριον, sive canticum Jonæ, *Clamavi de tribulatione mea ad Dominum ;* et septimum, Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, *Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum*. Reliqua duo, scilicet beatæ Mariæ Virginis et Zachariæ prophetæ, alio tempore decantantur.

18. Atque hæc novem cantica integra, in eum quem jam recensui ordinem redacta, reperire est in νέῳ Ἀνθολογίῳ sive novo Florilegio Antonii Arcudii, continuo post Psalterium : « Secundum autem illorum, Πρόσεχε, οὐρανὲ, καὶ λαλήσω, quia correptionibus et minis in pervicaces et perduelles Hebræos tonat, omissum idcirco toto anni decursu, solo Quadragesimæ magnæ tempore lugubri, quo comminationibus et tristis augurii vocibus peccatores terret Ecclesia, cantandum resumit. » Ita Goarus, allegans Horologii typum. Ἰστέον, ὅτι ἡ δευτέρα ᾠδὴ οὐδέποτε στιχολογεῖται, εἰ μὴ ἐν μόνῃ τῇ μεγάλῃ Τεσσαρακοστῇ κατὰ τὴν τρίτην. Sciendum quod 2 canticum nunquam per versus recitatur, nisi Quadragesimæ magnæ tertiis feriis.

19. Hæc de scripturæ canticis. Progredior jam ad canonem, quæ est pars Officii Græci bene magna. Quippe « canones (ut loquitur Cangius) in Ecclesia Græca dicuntur hymni (ex perpetuo odarum et tropariorum ordine ac serie ita appellati), qui post Psalmos Davidicos, precesque, et alia troparia, antequam finiantur divina officia, quæ nocturno tempore domi aut in ecclesiis exiguntur, cani aut recitari solent. Zonaras ad Canones Anastasimos Damasceni : Κανὼν λέγεται, ὅτι ὡρισμένον καὶ τετυπωμένον ἔχει τὸ μέτρον ἐννέα ᾠδαῖς συντελούμενον. Canones igitur dividuntur in novem odas; inter quas tamen secunda nullibi apparet, sed componentis in pectore remanet; post 4 vero oden canon interrumpitur ταῖς Ἀναγνώσεσι. Tum enim lectiones de Vitis sanctorum, quorum eo die commemoratio celebratur, aut de diei historia, altiori voce ab sacerdote vel ab alio leguntur : quibus finitis reliquæ canonis odæ percurruntur. Neque unus canon in uno officio semper dicitur, sed interdum duo vel tres, raro quatuor, pro plurium illo die festivitatum concursu, intermiscentur. Quamvis vero canonibus odæ tribuantur novem, non ita tamen illud perpetuum est, ut aliquando numerus earum non imminuatur. Quandoque enim tribus vel quatuor tantum odis intercluditur : unde canonibus nomen τριῳδίου et τετραῳδίου. » Triodii tamen nomen latius patet : nam (ut pluribus et erudite demonstrat Allatius *De libris ecclesiast. Græc.* dissert. 1, pag. 71), non solum canonem ex tribus constantem odis complectitur, verum etiam librum ipsum, in quem hujuscemodi canones relati sunt, et qui idcirco libris ecclesiasticis accensetur.

20. Pergit Cangius et ait : « Canones præterea ex materia quam tractant nomina sumpsere. Alii enim ἀναστάσιμοι dicuntur, quod de Christi resurrectione agant; σταυρώσιμοι, qui de cruce; νεκρώσιμοι et ἀναπαύσιμοι, qui de mortuis; σταυρονεκρώσιμοι, qui de cruce et mortuis; παρακλητικοί, qui de solamine animarum; ἱκετήριοι, supplicatorii; τριαδικοί, qui de Trinitate; δογματικοί, qui de dogmatibus agunt, et sic de reliquis; canones itaque in odas dividuntur, odæ in troparia, ex quibus componuntur. Singulæ namque (ut habet alio loco idem Cangius ex Allatio) troparia continent plura aut pauciora, cum eorum numerus determinatus non sit. Troparia porro quandoque libera aut vaga relinquuntur; quandoque primis litteris, quasi annulis in verbis veluti catenula inseruntur, quam acrostichida auctores vocant. Non ab omnibus tamen illa colligendi ratio et modus servatur. Quidam alphabeti ordinem servant, ita ut primum canonis troparium ab A incipiat, et in Ω demum desinat. Alii in acrostichide Θεοτόκια (troparia sunt odarum postrema, in honorem Virginis concinnata) includunt. Alii extra eam suo modo agi ferrique canones suos sinunt. »

21. Alii primis tropariorum litteris aliquam sententiam contexunt; alphabetum alii, et tunc dicitur canon κατὰ ἀλφάβητον : et exemplum alphabeticæ acrostichiæ exhibet Paracleticum p. 16. Aliorum exempla varia exhibet aliquoties Papebrochius, occasione sanctorum quorumdam, aliam fere historiam vel encomium non habentium. Longe pulcherrimum dat nobis trium doctorum Græcorum officium, quod jam paramus illustrare, exprimens primus clementis hunc versum iambicum :

Τρισήλιον φῶς, τρεῖς ἀνῆψεν ἡλίους.

Hujus sensum Latine reddam alibi, totidem litteris totidemque tropariis seu strophis. Et vero, ne postea hæreas, oportet prænoneam, tantum abesse, ut ejusmodi acrostichides semper continuentur et proxime cohæreant inter se, ut interjectos et dispersos habeant et hirmos et troparia, martyrica, theotocia, aliaque, quibus exactis resumitur canon : qui si duplex est, ut est sæpe, alterius canoni continuationi præponitur vox ἄλλος, plerumque vero tam unius quam alterius canonis odæ distinguuntur per numeros litteris alphabeti signatos hoc modo, ᾠδὴ α', β', γ', etc. Quæ omnia appositione promissi exempli clariora evadent.

22. At quinam fuere canonum auctores? Infinitum est recensere omnes, neque id nostri ratio instituti postulat; cum eos omnes novisse ad Græcorum acoluthiam intelligendam nihil intersit. Præcipuos lectori suggeret typici caput 6, quod hic præteriri haud potest. Ἰστέον δὲ καὶ τοῦτο, ὡς, εἴπερ ἔχει τὸ Μηναῖον ἐν μνήμῃ ἁγίου τινὸς κανόνας τῶν διαφόρων ποιητῶν, εἰ μέν ἐστι κανων τοῦ κῦρ Κοσμᾶ, προχριτέος· εἰ δὲ τοῦ κῦρ Ἰωάννου καὶ ἑτέρου, τοῦ Ἰωάν-

Digitized by Google

νον προκρίνεται· εἰ δὲ τοῦ κῦρ Θεοφάνους καὶ ἑτέρων, ὁ τοῦ κῦρ Θεοφάνους προκρίνεται· προτιμητέος γάρ ἐστι τῶν ἄλλων· εἰ δὲ τοῦ κῦρ Ἰωσὴφ, οὗτος τῶν λοιπῶν προτετίμηται ποιητῶν· τούτων δὲ μὴ ὄντων, οἱ τοῦ κῦρ Ἰωάννου· αὐτῶν δὲ μὴ τυγχανόντων, οἱ τοῦ κῦρ Θεοφάνους· ἀπόντων δὲ τούτων, οἱ τοῦ κῦρ Ἰωσὴφ τῶν λοιπῶν ἀπόντων προκρίνονται. « Hoc quoque sciendum est, si *Menæum* habet in memoriam alicujus S., canones diversorum poetarum, si canon adfuerit domni Cosmæ, hunc aliis præferendum; si domni Joannis et aliorum, eum qui Joannis est præferri; si domni Theophanis et aliorum, D. Theophanis præferri, ille enim ante alios honorandus est; si D. Josephi, hunc reliquis poetis anteponi; si cæteri defuerint, D. Joannis; si hi quoque defuerint, D. Theophanis; si hi etiam, D. Josephi cæteris omnibus anteponi. »

23. Ex dictis non tantum colligitur, qui quibus in canonum concursu anteponantur; verum etiam, quinam sint eorum auctores præcipui. Talium insignem catenam videre est ante *Triodium*, anno 1601, excusum Venetiis, opera et studio Maximi Cytherorum in Cypro episcopi. Ibi spectatur in fronte imago, titulum libri complectens, sumpta ex quodam manuscripto, duorum aut trium sæculorum ætatem habente: in qua imagine, ministerio trium geniorum minorum duorumque majorum angelorum utrinque stantium, circumducitur quasi torques seu catena annulorum viginti novem, mutuo se complectentium, dependens ex summo uno ornatorique toreumate, Christum Dominum repræsentante; cum hoc per extimos angelorum lateralium humeros defluente versiculo:

Οἱ τὰ μέλη πλέξαντες ὕμνων ἐνθέων,
Hymnorum modulos hi composuere sacrorum.

Juvat hujus catenæ explicationem jam a P. Papebrochio ad diem 30 Aprilis, tom. III, p. 788, exorsam, istic recognoscere atque corrigere, juxta meliores notitias postea acceptas.

24. Uniuscujusque sacri poetæ icon dimidia, proprio habitus et ordinis schemate distincta, intra prædictos annulos repræsentatur. Et, ne vaga exerret conjectura, adduntur circum caput nomina, ut solent in nummis: atque ita ex dextro latere descendunt, Germanus, patriarcha Constantinopolitanus, qui colitur 12 Maii, fidei causa sub Leone Armeno sede sua ejectus: Sophronius, patriarcha Hierosolymitanus, de cujus opera, in restituendis Menæis cum S. Joanne Damasceno impensa, egimus 11 Martii: Philotheus patriarcha Constantinopolitanus, ab anno MCCCLXII usque ad LXXV ejusdem sæculi: quem licet Wangnerechius noster, in libro *De Mariana Græcorum pietate*, ac Leo Allatius merito sugillent, non solum schismatis titulo, sed etiam hæreseos in Georgio Palama, Thaboritici luminis assertore, laudatæ, ne tamen ejus opera omnia, in laudem sanctorum variorum et locupletationem sacrorum hymnorum composita, exsecranda putemus; facit ejusdem ad unionem Romanam accessio anno MCCCLXVII patriarchatus sui quinto, in eaque (ut opinari licet) perseverantia usque ad finem, id est usque ad annum MCCCLXXXV.

25. Philotheo in ista Catena succedit Andreas Cretensis archiepiscopus, de quo, tanquam magni Canonis auctore, quædam diximus 2 Aprilis, agentes de S. Maria Ægyptiaca et infra dicemus. Colitur 4 Julii aut Junii. Quintus in hoc dextri lateris ordine Joannes Euchaitarum metropolitæ, est auctor, ut diximus, ejus officii quod hic tractamus. Sequitur Georgius Nicomediæ archiepiscopus: cui varias panegyres, ad Metaphrasten imperite traductas, restituit Allatius, pluribus de eo agens in Diatriba de Georgiis: quo autem vixerit tempore, necdum comperimus. Proximi Georgio et inter episcopos ultimi notantur Methodius, Cyprianus, Anatolius: omnes nobis ignoti. Quis enim postremo loco relatum credat esse S. Anatolium, sub Theodosio Juniore Constantinopolitanum patriarcham? Primum liceret verosimilius credere esse eum, qui sub S. Theodora orthodoxiam restituit; sed tunc debuisset præponi Philotheo et cæteris intermediis. Claudunt porro hanc seriem scriptores ex ordine sæculari quinque, Leo Despotes, Leo Magister, Basilius Pegoriotes, Justinus, Sergius: de quibus nihil docere possum.

Catenam prælaudatam in sinistro latere implent ex ordine monastico scriptores quatuordecim. In his nobis cogniti sunt, Joannes Damascenus, et cum hoc pariter educatus Cosmas, postea Majumæ episcopus, de quo agemus 14 Octobris; Joseph, communiter Hymnographus dictus, cujus Vitam dedimus III Aprilis; Theophanes, cognomento Graptus, ob frontem contumeliosis versibus ab iconomacho Theophilo exaratam, qui XI Octobris solus, et rursum cum fratre Theodoro XXVII Decembris commemoratur. Cæteri nobis ignoti sunt, Byzantius, Stephanus Hagiopolites, Georgius Siceliotes, Simeon, Philotheus, Arsenius, Babylas, Ephrem Cariæ, Andreas Pyrrhus sive Rufus, et Studites. Quis autem hic per antonomasiam ita dictus? An magnus Theodorus? At inter primos locari meretur?

26. Infra omnes, et quasi geminæ seriei vinculum, ponitur Cassia, de qua Theodorus Prodromus apud Allatium dissert. 1 de libris eccles. Græcorum pag. 75, agens de canone Sabbati sancti: « Opus quidem est, inquit, ad quintam ipsam oden Marci episcopi Hydruntini; ab ea usque ad nonam, magni poetæ Cosmæ; sed multo ante (Marcum) ut ex non scripta traditione discimus, mulier quædam nobilis, casta et virgo, cui nomen Cassiæ, ejusmodi modulationis prima fuit auctor, et canonem ipsum absolvit. Qui vero eam subsecuti sunt, melos admirati, indignum nihilominus judicantes muliebribus sermonibus heroïs illius Cosmæ cantiones conjungere, Melos tradentes Marco, et hirmos

Digitized by Google

consignantes, tropariorum compositionem illi soli commiserunt. » Idem de Marco, Cosmæ poema supplente, apud eumdem Allatium dicit Nicephorus Callistus, addens, quod ille id operis susceperit, ex sapientissimi imperatoris Leonis mandato. Atqui Leo Sapiens, sive Philosophus, imperavit in confiniis noni ac decimi sæculi : Cosmas autem cum Joanne Damasceno floruit sæculo octavo dimidio : unde consequitur, ut Cassia, inter Cosmam et Marcum media, non amplius uno sæculo Marcum præcesserit; citra controversiam orthodoxa, et sanctiore spiritu afflata, quam illa quondam celeberrima Sappho, ut Græcia Christiana gentili Græciæ se in hoc quidem cederet; digna illo profecto, de qua plura sciantur. Scirentur autem plura fortassis, si inveniretur prælaudati Allatii tractatus De melodis Græcorum, opus allegatum ab auctore pag. 82 citatæ Dissertationis, ubi satis habet eorumdem nomina dare usquè ad septuaginta et unum, eaque non omnia, qualia huc transcribere non gravabor.

27. « Sunt autem, Anatolius, Andreas Cretensis, Andreas Pyrrhus, Anthimus, Athanasius, Basilius monachus, Basilius Pegoriota, Byzas sive Byzantius, Cassia sive Cassiana sive Icasia, Christophorus protoasecreta, Clemens, Constantinus Porphyrogenneta, Cosmas, Cyprianus monachus, David, Demetrius, Dorotheus monachus, Emmanuel Palæolaurita, Emmanuel Phile, Ephrem, Euthymius monachus, Gabriel, Georgius Nicomediensis, Georgius Siculus, Germanus patriarcha Constantinopolitanus, Hierotheus monachus, Ignatius, Joannes archiepiscopus, Joannes Damascenus, Joannes Euchaita cognomento Mauropus, Joannes Stauracius, Joannes Zonaras, Josephus Studita, Justinus Decadio, Leo imperator, Leo magister, Leo Peganius, Marcus monachus, Mauroleo, Methodius patr. CP. Metrophanes, Michael Psellus, Nicephorus Callistus, Nicetas Heracleota, Nicetas Stechatius, Nicolaus, Nilus Xantopolus, Paulus Ammonius, Philippus, Philotheus patr. CP. Photius monachus, Photius patr. CP., Procopius chartophylax, Romanus, Stephanus Hagiopolita, Stephanus Sabaita, Sergius Hagiopolita, Sophronius patr. Hierosol., Theodorus Cœtonita, Theodorus Studita, Theodosius Lascaris, Theodosius Syceota, Theophanes, Theophilus imperator, Timocles. »

28. Hactenus Allatius, sed ordine nullo : quem ego, ut commodior esset, alphabeticum feci; libentius utiliusque chronologicum daturus, si de singulis haberentur documenta idonea. Et hæc alia possit esse causa optandi, ut alicunde prodeat prælaudatus de Græcorum melodis tractatus. Interim iisdem merito adnumerandus suggeritur nominatus supra Theodorus Prodromus qui ipsos canones primus commentando exposuit; Nicephoro Blemmidæ, in orat. 1 de process. S. Spiritus, ideo dictus ὁ τῶν ἱερῶν Κανόνων πρῶτος σαφηνιστής. Est et aliud, de quo te monitum, lector, velim; nimirum quod auctorum nomina singula singulis canonibus præfigi solent, tametsi interdum taceantur, quandoque etiam acrostichidi innecti ad finem. Atque hæc de communibus canonibus dicta sunto.

§ IV. *De Magno canone, doxologiis, theotociis, catabasia, et apolytico.*

29. In triodio exstat alius quoque canon, qui magnus appellatur, tum quia abundat exquisitis gravissimisque sententiis; tum quia, cum cæteri canones triginta, aut paulo amplius, troparia contineant, iste ad ducenta et quinquaginta progreditur. Quod significatur hisce Triodii verbis : Λέγεται δὲ μέγας κανών, ἴσως ἄν τις εἴποι, καὶ κατ' αὐτὰς ἐννοίας καὶ τὰ ἐνθυμήματα... καὶ ὅτι, τῶν λοιπῶν κανόνων, ἀνὰ τριάκοντα καὶ μικρόν τι πρὸς τροπάρια ἐχόντων, οὗτος εἰς διακόσια καὶ πεντήκοντα πρόεισιν. Sed quidni ejus canonis auctorem et argumentum ex eodem illo Triodio declarem? Τοῦτον τῶν ὄντως κανόνων μέγιστον ἁπάντων ἀρίστως καὶ τεχνηέντως ἡρμόσατο, καὶ συνέγραψεν ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Ἀνδρέας, ὁ ἀρχιεπίσκοπος Κρήτης, ὁ καὶ Ἱεροσολυμίτης ὀνομαζόμενος, ὃς ὥρμητο μὲν ἐκ Δαμασκοῦ..... Πᾶσαν γὰρ Παλαιᾶς καὶ Νέας ἱστορίαν Διαθήκης ἐρανισάμενος, καὶ ἀθροίσας, τὸ παρὸν ἡρμόσατο μέλος, ἀπὸ Ἀδὰμ δηλαδὴ μέχρι καὶ αὐτῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως, καὶ τοῦ τῶν ἀποστόλων κηρύγματος. Προτρέπεται γοῦν διὰ τούτου πᾶσαν ψυχήν, ὅσα μὲν ἀγαθὰ τῆς ἱστορίας ζηλοῦν καὶ μιμεῖσθαι πρὸς δύναμιν· ὅσα δὲ τῶν φαύλων ἀποφεύγειν, καὶ ἀεὶ πρὸς Θεὸν ἀνατρέχειν διὰ μετανοίας, διὰ δακρύων, καὶ ἐξομολογήσεως, καὶ τῆς ἄλλης δηλονότι εὐχαριστήσεως. Ἱλὴν εἰς τοσοῦτόν ἐστιν εὕρους καὶ ἐμμελής, ὡς καὶ αὐτὴν τὴν σκληροτέραν ψυχὴν ἱκανῶς μαλάξαι, καὶ πρὸς ἀνάληψιν ἀγαθοῦ διεγεῖραι, εἰ μόνον μετὰ συντετριμμένης καρδίας καὶ προσοχῆς ἀνηκούστης ψάλλοιτο. Quod sic Latine reddo :

« Hunc vere ex omnibus canonibus maximum, optime artificioseque texuit atque conscripsit sanctus Pater noster Andreas, Cretensis archiepiscopus, cognomento Hierosolymitanus, ex Damasco oriundus.... Universa enim antiqui et novi fœderis historia, coacta in unum, ab Adamo usque ad Christi ascensum apostolorumque prædicationem, hoc perpetuum canticum deduxit. Adhortatur ergo per hoc omnem animam, ut quæ in historiarum monumentis cernit esse bona et laudabilia, ea pro viribus sectetur; quæ mala, fugiat et aversetur; semperque ad Deum recurrat per resipiscentiam, per lacrymas, per delictorum confessionem, et per alia hujusmodi placandi divini numinis adjumenta. Etenim hic canon tam fluidus est tamque argutus, ut mentem etiam duriorem satis emolliat, et ad sequendum honestum decorumque excitet, modo animo contrito et debita cum attentione psallatur. » Quæ quidem attentio ne desit, cantatur lente, sono lugubri, et ternis ad troparia singula prostrationibus.

30. Tempus autem, quo Magnus ille canon in ec-

Digitized by Google

clesia recitandus est totus (nam per partes recitatur prima Quadragesimæ hebdomada), assignatur in triodio aliisque libris ecclesiasticis ἡ πέμπτη τῆς πέμπτης ἑβδομάδος τῆς Τεσσαρακοστῆς, hoc est, « feria quinta quintæ hebdomadæ quadragesimalis, » quæ hanc ob causam a Græcis peculiari appellatione dicitur festum τοῦ μεγάλου κανόνος, interdum etiam πέμπτη τοῦ κανόνος. Unde non immerito a Gretsero nostro reprehenditur Junius, quod dicat, festum magni canonis esse Dominicam orthodoxiæ. « Errat, inquit Gretserus, more suo solemni; nam Dominica orthodoxiæ erat prima Dominica Quadragesimæ : » quæ ratio plana fit cum ex aliis, tum maxime ex typico S. Sabæ cap. 42, cujus titulus est, Διάταξις τῆς πρώτης κυριακῆς τῶν ἁγίων νηστειῶν, ἤτοι τῆς ὀρθοδοξίας. « Ordo primæ Dominicæ sanctorum jejuniorum vel orthodoxiæ. » Prima quoque verba illius capitis hæc sunt : τῇ κυριακῇ τῆς ὀρθοδοξίας. Quid vero Junium in hunc errorem rapuerit, mihi quidem non est divinatu difficile. Agedum, faciamus periculum. Prima illa Quadragesimæ Dominica (quam ex restituto imaginum sacrarum cultu, et hæreticis profligatis ὀρθοδοξίας, quasi rectæ fidei nominant) veræ rectæque fidei professionem emittunt Græci, et singula religionis capita, palam et in aperto, voce alta confitentur, sectariosque et eorum hæreses longo ordine iteratis anathematis damnant.

31. Hæc apud Philotheum patriarcham Constantinopolitanum aliumve legerat fortasse Junius; cumque novisset, plurium conciliorum sanctiones et anathematismos vocari canones, venit ipsi in mentem cogitare, Magnum canonem esse longam illam sacrorum dogmatum atque anathematum seriem, quam modo diximus. His autem ita constitutis, censen' fieri potuisse, ut Junius prima Dominica Quadragesimæ festum Magni canonis agi non arbitraretur? En igitur stirps ac semen Juniani erroris longe verisimillimum; et simul addisce, quantum periculum errandi adeant illi, qui ante de aliqua re dicunt sententiam, quam intelligunt quid sit id de quo disputetur. Nos disputaturi mox de Θεοτοκίοις, periculum istud formidare minime debemus; quia Θεοτόκιον quid sit, jam nunc instituimus dicere; nempe ultimum odarum sive canticorum troparium, quo aliquod Virginis matris præconium, et quidem accommodatum tempori, continetur. Solet autem in officiis ecclesiasticis contracta hac nota θ non raro depingi; et ante penultimum troparium τὸ, *Δόξα Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι*, *Gloria Patri, et Filio et Spiritui sancto* contracte hac figura notatum conspicitur; sequensque versiculus, *Καὶ νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων*, *Et nunc et semper et in sæcula sæculorum*, τῷ Θεοτοκίῳ semper præmittitur. Non possum quin hic etiam verbo adnotem, *Gloria Patri* a Græcis dici Δοξολογίαν μικράν, sive glorificationem minorem ad differentiam hymni angelici, *Gloria in excelsis*, quæ dicitur Δοξολογία μεγάλη sive glorificatio major. Præter duplicem istam Δοξολογίαν, majorem et minorem, est et tertia, Τρισάγιον dicta a ter repetita voce Ἅγιος, nempe Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς, *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nostri*. Quando autem et quomodo sit ille trisagii hymnus introductus, erudite disputat Habertus in *Libro Pontificali* ante citato, pag. 64.

32. Sed me revocant Θεοτόκια, quæ unde nōmen invenerint, ignorari non potest, nisi ab eo cui ignota est Nestoriana perfidia : paucis ergo id expediam. Tortuosus ille coluber (sic ab Alexandrino Cyrillo nominatur Nestorius) beatissimam Virginem Mariam pernegabat esse Θεοτόκον sive Deiparam; asserebatque potius Χριστοτόκος et ἀνθρωποτόκον, seu « Christiparam et hominis genitricem » esse dicendam. Hanc impietatem non tulerunt Catholici. Ergo variæ contra Nestorium coguntur synodi, ejusque hæresim condemnant; et inter alias Ephesina, quæ sic fulminat : Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ διὰ τοῦτο Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Παρθένον (γεγέννηκε γὰρ σαρκικῶς σάρκα γεγονότα τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον)· ἀνάθεμα ἔστω. « Si quis non confitetur Emmanuelem verum Deum esse, et ob id sanctam Virginem Dei genitricem (genuit enim illa incarnatum Dei Verbum secundum carnem), anathema sit. » Ex hoc autem tempore vox Θεοτόκος in explicando Incarnationis mysterio obtinuit eumdem usum ac principatum, quem in mysterio Trinitatis ante obtinuerat vox ὁμοούσιος. Ut enim in Trinitatis mysterio tota fidei catholicæ ratio atque professio uno consubstantialis vocabulo contineri putabatur; adeo ut tanquam tessera quædam haberetur, quæ fœderati sociatique Catholici mutuo sese discernebant ab hostibus, et contrarias sibi invicem Sabellii et Arii hæreses una plaga conficiebant; sic ad profitendam distinctius Incarnationem, præcipuum in voce Θεοτόκος momentum a Catholicis constitutum est; et quam isti in tuenda illa voce constantes, tam eadem oppugnanda pervicaces adversarii fuere. Atque ea causa impulit Græcos, ut preces et obsecrationes, quibus divini officii tempore opem magnæ Matris implorant, Θεοτόκια appellandas censuerint. Scita profecto et utilis appellatio : nam quotiescunque vel titulum harum precum intuebantur (intuebantur autem sæpissime), non poterat non ipsis venire in mentem, et fidem profiteri orthodoxam, et impietatem Nestorii exsecrari. Mitto dicere quantopere ex tam multis tamque variis Θεοτοκίοις, in quovis horarum officio recitari solitis, Mariana pietas Græcorum eluceat : hoc enim peculiari opere facere incœpit noster Simon Wagnerecchius, editis Centuriis quinque chiliadis primæ ejusmodi theotociorum, aliis cœpta continuanda relinquens.

33. Θεοτοκίοις interdum subnectitur καταβασία. Sed de hac voce altum silent auctores omnes, quos mihi videre unquam licuit, præter unum Cangium. Hic fatetur ejus vim ac significationem

Digitized by Google

nescire se, facitque conjecturam aliquam ex significatione vocis ἀνάβασις, ita scribens : « Quid hac voce Græci intelligant, nondum sum assecutus, nisi ut ἀναβαθμοί fuerint ἀναβάσεις καρδίας seu εὐσεβεῖς περὶ Θεοῦ λογισμοί, ut loquitur Suidas, » hoc est, ascensus animi seu piæ cogitationes de Deo : « ita καταβάσεις fuerint quasi descensus, seu de humana fragilitate cogitationes. » Sicut ubique, ita et hic summam viri eruditionem veneror, pari modestiæ conjunctam ; ista tamen ipsius conjectura videtur mihi ne probabilis quidem

34. Cur autem ita videatur, cognoscere ut possit lector, quasi ea quæ oculis cernuntur, sufficiet illi vel unicus modulus ex iis, quibus in secuturo officio Καταβασία inscribitur, sic procedens : Τὸ στερέωμα τῶν ἐπὶ σοὶ πεποιθότων στερέωσον, Κύριε, τὴν Ἐκκλησίαν, ἣν ἐκτήσω τῷ τιμίῳ σου αἵματι. « Firmamentum confidentium in te, Domine, firma Ecclesiam, quam acquisivisti pretioso tuo sanguine. » Huc animum, huc oculos, lector. Quidquamne est in hoc modulo quod memoriam excitet ad cogitationem fragilitatis humanæ ? Atqui hujusmodi sunt moduli cæteri omnes, quibus vox ista prælegitur, ut postea constabit. Igitur alio convertenda mens est, alia facienda conjectura. Ego, ut quod sentio in re obscura, id libere proloquar, Καταβασία non puto esse troparii modulive genus, sed aliquam proprietatem toni ; ita ut idem sit quod vocis depressio, demissio, et (si musicis placet) etiam descensio Hanc mihi mentem injecit Hagiopolites ille seu liber ms. de musica ecclesiastica Græcorum, qui apud laudatum Cangium verbo φωνή inter toni proprietates novemdecim, collocat octavo loco κατάβασμα. Nam apud Græcos nihilo plus mihi videtur interesse inter καταβασίαν et κατάβασμα, quam inter descensionem et descensum apud Latinos. Sequitur ergo ut καταβασία in officio ecclesiastico rectius dicatur esse quasi signum aliquod, quo indicetur cantori, proximum troparium succinendum esse depressa voce minusque elata.

35. Neque minus difficile est dicere, quid sit Ἐξαποστειλάριον. Est quidem modulus aliquis sive troparium ; sed per quid ab aliis differat, variæ sunt maximeque discrepantes sententiæ : quas paucis videtur complexus esse Goarus pag. 27, ita interrogans : « Num ille hymnus est, ad quem concinendum in chori gremium mittitur aliquis ? An talis alius qui in sancti vel mysterii alicujus memoriam ἐξαποστέλλεται, emittatur ? Num potius is est qui mittendam Spiritus sancti gratiam advocet ? vel denique qui, juxta docti Ligaridii sensum, fere semper de apostolorum in orbem dispersione et prædicatione, aperte vel subobscure memoriam habeat ? » Certe longe videtur probabilius, inquit Cangius, ita appellatum ejusmodi hymnum a voce Ἐξαπόστειλον, quæ in iis fere semper occurrit, ut est oratio illa in liturgia Præsanctificatorum, id est, missa in qua jam antea consecratum corpus Christi sumitur. Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐξαπόστειλον ἡμῖν δύναμιν ἐξ ὕψους ἁγίου σου, καὶ ἐνίσχυσον ἡμᾶς προσφέρειν σοι θυσίαν ἀναιμάκτην, etc. « Domine Deus noster, emitte nobis de excelso sancto tuo virtutem ; et corrobora nos, ut tibi offeramus hostiam incruentam, » etc. At vero cum vox illa ἐξαπόστειλον non occurrat in modulis illis omnibus, non video quomodo hæc Cangii sententia, tanquam probabilior, admitti queat.

36, 37. Tam multum molestiæ non facessit vox ἀπολυτίκιον. Hanc breviter ac recte explicat doctissimus Euchologii interpres Goarus pag. 32. « Finis officii ἀπόλυσις est, sive dimissio : Modulus ille qui terminando officio idoneus censetur, ἀπολυτίκιον est : et quia varii sunt hujusmodi versus, is qui diei illius proprius est, ἀπολυτίκιον τῆς ἡμέρας audit ; et vocem aliam, στιχηρὸν videlicet, subaudiendam postulat. » Et pag. 121 adjungit, « non tantum officii completi fini, verum et parti ejus prolixiori, signanter ab altera diversæ, suam ἀπόλυσιν et terminum assignari. » Hic vox ipsa ἀπόλυσις me commonet ut missum quoque faciam lectorem, jam forte fatigatum legenda nimis longa circa terminos solos dissertatione. Verum, cum sit in more positum institutoque Græcorum, ut pronuntiata Ἀπολύσεως formula, quandoque aliquid superaddant ; dabis mihi hanc veniam, erudite lector, ut ego hic quoque superaddam aliquid de Typico, ejusque historia. Typicum liber Græcorum ecclesiasticus est, qui quid quoquo die in ecclesia tempore divini officii recitandum agendumve sit, facili methodo præscribit. Varia autem initio fuere Typica, ita ut essent tot ferme quot ecclesiæ. Sed tandem labentibus sæculis primas obtinuit illud, quod S. Sabæ nomine insignitur, et quod sanctus ille abbas, a SS. Euthymio et Theoctisto acceptum, suis monachis Hierosolymitanis præscripsit, unde et Hierosolymiticum a nonnullis dicitur. Porro, cum barbarorum incursione intercidisset, restitutum est studio ac labore S. Sophronii patriarchæ Hierosolymitani ; deinde et a S. Joanne Damasceno rerum theologicarum peritissimo innovatum fuit, et ab omnibus pene admissum, ut refert Symeon Thessalonicensis in Dialogo contra hæreses. Atque hoc est illud Typicum, quod mihi in hac re longe obscurissima, nullius trita vestigiis, facem prælaturum confido, et quod hic reperies a me sæpenumero nominari. Impressum autem illud habetur Venetiis una cum plerisque hujusmodi libris anno 1603 apud Antonium Pinellum, sicut illud multa accuratione emendaverat Josaphat hieromonachus, ex Andro oriundus, sanctissimo domno Gabriele patriarchalem thronum obtinente. Atqui Gabriel Flamma patriarchatum Venetiis obtinuit juxta Ughellum ab anno 1584, ineunte Januario ad 14 Julii anni sequentis ; unde intelligas curam illam annis octodecim prius impensam operi, quam illud typis admoveretur. Si quæ vox alia obscurior occurrat, eam in Commentarii serie explicabimus.

Digitized by Google

ACOLUTHIA TRIPLICIS FESTI

Ex Typico, Menæis, aliisque Ritualibus Græcis impressis, interprete Nicolao Rayæo societatis Jesu.

—

CAPUT PRIMUM.

De minoribus Vesperis.

38. Exploratis jam iis omnibus, ex quibus officium Græcum, veluti ex totidem principiis ac elementis constituitur; proximum est, ut totum triplicis festi officium repræsentem, ad fidem liberandam meam. Facio autem initium a Vesperis, quas scito apud Græcos diebus singulis esse binas. Aliæ namque majores sunt, minores aliæ. De minoribus agit Typicum S. Sabæ, cap. 1, ubi statim post hunc titulum, Εἴδησις τοῦ μικροῦ ἑσπερινοῦ, hoc est, « Notitia minorum vesperarum, » sic habet: Πρὸ τοῦ δῦναι τὸν ἥλιον, ἤγουν περὶ ὥραν δεκάτην τῆς ἡμέρας, ἀνέρχεται ὁ κανδηλάπτης, καὶ ποιεῖ μετάνοιαν τῷ προεστῶτι, καὶ κατελθὼν σημαίνει τὸ μικρόν. « Ante solis occasum, videlicet circa horam diei decimam, ascendit candelaptes, corporisque inclinatione veneratur præsidem seu abbatem; et postquam descendit, pulsat signum minus. »

39. De hoc signo antequam dicere instituo, de ipso candelapte pauca dicam, ut omne errandi periculum avertatur. Sane Meursius et Gretserus noster, quanquam florerent uterque linguæ Græcæ scientia, tamen hujus notionem nominis assecuti non sunt, propterea quod radici sive nomini Græco κανδήλα notionem eamdem subjectam esse putarent, atque Latino *candela;* in quo errabant vehementer. Quippe τὸ *κανδήλα* significat lampadem, sicuti possum demonstrare ex variis scriptorum monumentis. Inprimis Hierosolymitanorum patriarcha S. Sophronius, in *Vita SS. Cyri et Joannis* ait: Καὶ μικρὸν τοῦ τῆς κανδήλας ἐλαίου τῆς ἄνω πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος εἰκόνος ἁπτομένης λαβὼν εἰς ληκύθιον. « Et aliquantulum olei ex lampade ante Servatoris imaginem ardente excipiens in lecythum. » Item citatum Typicum cap. 19, ad diem 16 Januarii: Δίδοται δὲ καὶ ἅγιον ἔλαιον τοῖς ἀδελφοῖς ἐκ τῆς κανδήλας τοῦ ἁγίου. « Datur et sanctum oleum fratribus ex sancti lampade. » Alia ut præteream, testatur Cangius dici apud Codinum, de Antiquitatibus Constantinopolitanis, κανδήλα ὑαλίνη, hoc est, « lampas vitrea. » Unde Goarus pag. 560, Meursium et Gretserum jure merito coarguit; asseritque, τὸ κανδηλάπτης duci, non a candelis, sed a lampadibus accendendis. At vero, quoniam est in Pentecostario ὁ κανδηλάπτης ἅπτει τὰ κηρία πάντα καὶ τὰς κανδήλας, « candelaptes accendit cereos omnes ac lampades, » malim ego candelapten interpretari eum, A qui accendendis in templo luminibus præest. Et sic muneris istius ratio plene cumulateque exprimitur.

40. Quod Typicum supra dicit, candelapten etiam signo convocare populum, id non opinor universim verum esse: cum Cyrillus Scythopolitanus, Joannes Moschus, et Theodorus Studita eas partes canonarchæ tribuere videantur. Verba Moschi et Studitæ referam inferius aliud agens. Imo vero qui hoc signum edit, is a Codino cap. 1, pentade 5 (si tamen hoc caput Codini sit), λαοσυνάκτης, seu coactor populi, appellatur, et inter munia ecclesiastica ponitur tanquam peculiare aliquod, a cæterisque sejunctum: tantum abest, ut candelaptes id sibi semper ac ubique vindicet. Quapropter non temere ego existimaverim, duo illa munia, λαοσυνάκτου et κανδηλάπτου, alibi B in duos distribui homines, alibi coire in unum. Jam vero cum Typicum S. Sabæ affirmet, signum a candelapte dari, quis non videat in ipsius Laura unum solum utroque isto munere functum esse? Atque ecce via facilis et expedita adducendi in concordiam codices, qui prima fronte sibi mutuo adversari videntur.

41. Nunc de signo, quo Græci ad templum convocantur, dicendum est, et audiendus Allatius, qui in dissertatione de recentiorum Græcorum templis pag. 101, sic infit: « Campanas et campanaria (ita illi campanilia vocant) etiam apud Græcos, postremis saltem temporibus, in usu fuisse, habeo ex multis, sed præcipue ex Georgii Pachymeræ *Historia*, qui earum sæpius meminit, lib. VII. Τοῦ δ' αὐτοῦ μηνὸς μετὰ τὴν τριακοστὴν τοῦ πρὸς ἑσπέραν, ἐντεθεὶς λίκνῳ ὁ Ἰωσὴφ, μόνον οὐκ ἄπνους ὤν, παλλῶν περὶ ἑκάτερα παρεπομένων, καὶ ἐπευφημούντων τὰ προπεμπτήρια ἐφ' ὕμνοις καὶ κρότοις ἀνθρώπων, ἔτι δὲ καὶ τῶν τῆς ἐκκλησίας συνακτηρίων κωδώνων, εἰς τὸ πατριαρχεῖον ἀνάγεται. Οἱ δὲ τοῦ κλήρου, μόλις τὴν ἑσπερινὴν ὑμνῳδίαν καθ' ἑαυτοὺς ἐκτελέσαντες, ἐπεὶ ὄρθρος ἦν, καὶ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἀπήντων, κατὰ τὸ σύνηθές σφισιν, ἑαυτοῖς ἄδατον τὸν ναὸν κατενόουν, ὡς μηδὲ σημάντροις καὶ κώδωσιν ἠθροισμένοι. « Hoc eodem mense, post diem tricesimum, cum advesperasceret, lecticæ impositus Joseph, tantum non exanimis, multis hinc atque illinc concomitantibus, et præeunti pompæ applaudentibus, non sine laudibus et strepitu hominum, nec non ecclesiæ campanis, quæ populum advocare solent,

Digitized by Google

« reboantibus, in patriarchium deducitur. Qui autem « ex clero erant, vix vespertinis laudibus sejunctim « absolutis, cum matutinum tempus adesset, et pro « more in ecclesiam convenissent, inaccessum sibi « templum esse videbant tanquam qui neque campa- « nis neque tintinnabulis fuissent congregati. » Huc addit Allatius loco præcitato, ex Michaelis Pselli oratione nondum edita ad Constantinum monomachum testimonium tale : Ἀλλ' οὐ πάντη τερφθήσῃ τοῖς ὀφθαλμοῖς, οὐδὲ ἐφ' ὅλοις προμειδιάσεις τοῖς ὁρωμένοις· ἐξεγερεῖ γάρ σε μέσης νυκτὸς ὁ κώδων ὁ ἱερὸς, καὶ θείοις ἐνστηλωθήσῃ ἐδάφεσιν. « Sed non omni ex parte oculis delectaberis, nec in omnibus visibilibus gaudebis : excitabit enim te media nocte sacrum tintinnabulum, et sacris incumbes pavimentis. »

42. Ex his duobus testimoniis recte conficit Allatius, campanas postremis temporibus, id est circa ann. MXL in usu fuisse apud Græcos ; quanquam putem ego fuisse multo ante. Etenim hunc Græcos accepisse a Venetis sub annum DCCCLXXIV auctor est Andreas Dandulus, in chronico ms. et ex eo Sabellicus *Ennead.* 9, lib. I. Sed direpto postmodum (ut prosequitur Allatius, pag. 102) « imperii capite Byzantio, ditioneque reliqua Græcorum a Turcis occupata, campanarum usus in urbibus, in quibus ipsi degunt, intermissus est, ne per aerem palantes animas, timor incussus, quiete qua fruuntur, expoliet. Ita fanatici illi homines, ex ethnicorum gentiliumque nugamentis, de animabus philosophantur. Quapropter sacerdotes Græci ligneo instrumento, ad Græcos in ecclesiam convocandos, utuntur. Id est lignum binarum decempedarum longitudine, duorum digitorum crassitudine, latitudine quatuor, quam optime dedolatum, non fissum aut rimosum, quod manu sinistra medium tenens sacerdos vel alius (qui Λαοσυνάκτου munus obire debet) dextra malleo ex eodem ligno, cursim hinc inde transcurrens, modo in unam partem, modo in alteram, prope vel eminus ab ipsa sinistra, ita lignum deverberat, ut ictum, nunc plenum, nunc gravem, nunc acutum, nunc crebrum, nunc extensum edens, perfecta musices scientia auribus suavissime moduletur ; et hoc σημαντήριον nuncupatur, magisque proprio nomine χειροσήμαντρον, quod manibus teneatur iisque pulsetur, ad differentiam alterius magni, quod μέγας σήμαντρον dicitur, ex eodem ligno, et in turribus sive campanariis, catenis ferreis suis extremitatibus appenditur. Illud est insigni magnitudine, ut quandoque sex palmos latitudo, unum crassitudo, triginta longitudo exæquet, malleoque pro magnitudine semanterii pulsetur. »

43. Hactenus Allatius, a quo Hieronymus Magius non nihil discrepat, in illo libro quem de Tintinnabulis apud Byzantios, inter compedes scripsit. Ibi enim cap. 15 affirmat, semanterium duobus pulsari malleis, neque adeo teneri manu. Juvat subjicere ipsius verba quæ hæc sunt : « Simandrum esse scias ligneam tabulam.... Capita foramina habent non- A nulla, non magna admodum, sed pennæ anserinæ calamove scriptorio pervia. In medio tenuem funiculum continet. Qui populum ad templum est convocaturus... ante fores templi vel edito loco tabulam prænotatam malleis duobus ligneis pulsat, non sine aliqua ratione musica, atque interim in gyrum sensim volvitur : qua re fit, ut gravior cum non ingrata raucedine sonus emittatur. Tabula, non qua latior, sed qua arctior est, quasi libræ scapus in sinistro pulsantis humero quiescit ; ac ne pulsando dilabatur, funiculo prædicto mordicus apprehenso retinetur : manibus enim non licet, tum quod, ea apprehensa, sono non parum decedit ; tum quia utraque manus malleo impeditur. Ambabus enim manibus pulsatur hinc inde, ut nunc quædam frequentamenta, nunc quasdam pausas audias. » B

44. Cum autem dicit Magius illam tabulam non posse teneri manibus, eo quod ea sic apprehensa necesse sit multum de sono decedere, videbitur fortasse aliquibus rejiciendus esse Allatius, qui eam manu sinistra teneri affirmat, et nihilominus suavissimum edere concentum. At facile dissipatur ista ratio : quippe si manu apprehendatur, non ipsa immediate tabula, sed funiculus ille quo tabula in medio libratur et paribus examinatur ponderibus, tam clarus editur sonus, quam si apprehendatur dentibus : quid enim ad sonum interest, manibus-ne an dentibus funiculus iste teneatur ? Et vero mirum est, hoc non succurrisse Magio, delineanti formam hagiosideri, quod (ut videre est capite sequenti) retinetur manu, funiculum apprehendente. An forte putavit in hagiosidero non intercludi senum, intercludi autem in illo alio, quod jam tractamus, semanterio ligneo ? Inepta et ridicula isthæc esset opinio : quæ enim hujusce discriminis ratio adinveniri posset ? Huc accedit quod potius minuatur sonus, quando percussa tabula pulsantis in humero conquiescit, uti fieri ait Magius. Hic igitur nihil est quod nos cogat ad Allatium deserendum ; nihil etiam cur fides abrogetur Magio, qui quæ hic refert, suis ipsemet usurpavit oculis : atque adeo non erit impudentiæ judicare, locis vel temporibus diversam fuisse pulsandi semanterii rationem. Lignum vero, ex quo conficitur semanterium, prædurum est et a Græcis σφενδάκη appellatur : Corrupte, inquit Allatius, eo quod non aliud fuerit, ut ipse quidem existimat, quam σφένδαμνος Theophrasti, et acer Plinii. Rectene an secus hic censeat, non habeo dicere C D

45. Hoc dico, usum hujuscemodi lignorum esse antiquissimum : id enim colligitur ex concilio Nicæno II, act. 4, ubi Euthymius diaconus et monachus pro episcopo Gothiæ hæc legit, ex miraculis S. Anastasii martyris. Φέρε δὴ καὶ τὰ ἐν Καισαρίᾳ τῆς Παλαιστίνης γενόμενα ὑπὸ τοῦ ἁγίου κατὰ τὸ δυνατὸν ἱστορήσωμεν· Πλησιάσαντος ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει τοῦ ἁγίου λειψάνου, γνωστὸν γέγονε πάσῃ τῇ πόλει· καὶ εὐφροσύνης μεγάλης πλησθέντες ἅπαντες,

Digitized by Google

ἀναστάντες, τά τε ἱερὰ ξύλα σημάναντες, συνηθροίσθησαν ἅπαντες ἐν τῷ πανσέπτῳ ναῷ τῆς Θεοτόκου, ἐπιλεγομένῳ τῆς Νέας. « Eia nunc, et ea quæ apud Cæsaream Palæstinæ a S. Anastasio facta sunt, quoad ejus fieri potest, enarremus. Cum ad sanctam civitatem appropinquassent sancti reliquiæ, id innotuit universæ civitati, et lætitia magna impleti sunt omnes. Et surgentes sacraque ligna percutientes convenerunt in summe venerandum Delparæ templum, quod dicitur Novæ. » Ligni itidem meminit Joannes Moschus, in *Prato Spirit.* cap. 11 : Κρούσαντος τοῦ κανονάρχου τὸ ξύλον, ἐφ' ᾧ πάντας τοὺς ἀδελφοὺς συναχθῆναι. « Canonarcha lignum pulsante ad omnes fratres congregandos. » Et Theodorus Studita, in carminibus quibus alloquitur canonarcham : A

Σάλπιζε καιρῷ τὸ ξύλον, καθὸ δέοι.
Et tempore et rite, ut tuba, ligno cane.

Alios locos congessit Allatius, congessit et Cangius, quos potest curiosus lector consulere. Mihi satis debet esse hic paucis ostendisse, quid sit signum minus, quid majus. Extra hæc duo signa sunt et alia, quæ secuturo capite locum invenient suum. Jam enim signum minus nos ad templum Græcorum vocat, ut in minoribus vesperis et spectemus congregatos fratres, et sacerdotem intonantem audiamus.

46. Sic ergo prosequitur Typicum : Συναχθέντων τῶν ἀδελφῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἄρχεται ὁ ἱερεύς. Congregatis in ecclesia fratribus incipit sacerdos.

B

—

SACERDOS.

Benedictus Deus noster, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

PRÆSES ECCLESIÆ.

Venite, adoremus.

47. Et psallit psalmum proœmiacum, Benedic, anima mea, Dominum. Domine Deus meus, tranquilla et submissa voce. Et eodem modo dicitur psalmus, Domine, clamavi, tono dominicali. Recitantur versiculi tres. Et psalluntur versus prosomii sive similares toni 3, sicut Ὡς γενναῖον ἐν μάρτυσιν.

VERSUS SIMILARES.

48. Christi charitate, Basili, ascendens in altum, contemplatus es recondita ipsius ac divina C mysteria, quæ tanquam pietatis præco sapiens detexisti et manifestasti populis. Quare pete, o sancte, a pernicie periculisque liberari illos qui fideliter sequuntur tua dogmata.

49. Sermonum tuorum ac dogmatum sapientia, sancte Gregori, solvisti vincula hæresum ; et orthodoxæ fidei concordia conjunxisti bonos, agnoscentes et laudantes Christum : a quo pete liberari a pernicie periculisque illos, qui fideliter suscipiunt tua divinitus dictata dogmata.

50. Christus te posuit firmum firmamentum Ecclesiæ suæ, Pater sancte, divina locute Chrysostome, ut eam servares immobilem atque inexpugnabilem adversus inimicorum impetus, et ut peteres letiferis animorum perturbationibus liberari D eos, qui sitiunt tuorum sermonum sententiarumque pelagus.

51. Trinitatis selectos flores, pratique immortalis unguentum exhalantes, atque jucundissimos intelligibilis solis radios, et divinis suis luminibus illuminantes terram, celebremus Joannem Magnum, divinum theologum Gregorium, et alta quadam mente præditum Basilium.

Gloria. Tonus obliquus ♩.

Homines Dei et fideles servi, sacerdotes Domini, viri desideriorum, vasa electionis, columnæ et

ΙΕΡΕΥΣ.

Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΕΚΚΛΗΣΙΑΡΧΗΣ.

Δεῦτε, προσκυνήσωμεν.

Καὶ ψάλλει τὸν προοιμιακὸν ψαλμὸν τὸ, Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον· Κύριε ὁ Θεός μου, ἠσύχῳ φωνῇ καὶ ἡρεμαίᾳ. Εἶθ' οὕτως λέγομεν τὸ, Κύριε, ἐκέκραξα, εἰς τὸν ἦχον τῆς κυριακῆς. Ἱστῶμεν δὲ στίχους δ'. Καὶ ψάλλομεν στιχηρὰ προσόμοια ἦχου δ' πρὸς τὸ Ὡς γενναῖον ἐν μάρτυσιν.

ΣΤΙΧΗΡΑ ΠΡΟΣΟΜΟΙΑ.

Ἐν τῷ ὕψει, Βασίλειε, τῆς Χριστοῦ ἀγαπήσεως ἀναβὰς κατώπτευσας τὰ ἀπόῤῥητα αὐτοῦ καὶ θεῖα μυστήρια, ἅπερ ἀνεκάλυψας καὶ ἐτράνωσας λαοῖς, εὐσεβείας ὡς κῆρυξ σοφός. Διὸ πρέσβευε ἐκ φθορᾶς καὶ κινδύνων λυτρωθῆναι τοὺς πιστῶς ἑφεπομένους τοῖς σοῖς δόγμασιν, ὅσιε.

Τοὺς συνδέσμους διέλυσας τῶν αἱρέσεων, ὅσιε, τῇ σοφίᾳ τῶν λόγων καὶ δογμάτων σου, καὶ εἰς ὁμόνοιαν ἤθροισας ὀρθοδόξου πίστεως τοὺς εὐγνώμονας, Χριστὸν εὐφημοῦντας, Γρηγόριε, ὃν ἱκέτευε ἐκ φθορᾶς κινδύνων λυτρωθῆναι τοὺς πιστῶς προσδεχομένους τὰ σὰ θεόφθογγα δόγματα.

Ἀῤῥαγῆ σε θεμέλιον ὁ Χριστὸς ἐπεστήριξε τῇ αὐτοῦ Ἐκκλησίᾳ, Πάτερ ὅσιε, τηροῦντα ταύτην ἀσάλευτον, καὶ ἀκαταμάχητον τῶν ἐχθρῶν ταῖς προσβολαῖς, θεορῥῆμον Χρυσόστομε, καὶ πρεσβεύοντα ἐκ παθῶν ψυχοφθόρων λυτρωθῆναι τοὺς διψῶντας τῶν σῶν λόγων καὶ νοημάτων τὸ πέλαγος.

Τῆς Τριάδος ἐκλόγια, ἀκηράτου λειμῶνός τε ἄνθη, τὰ μυρίπνοα καὶ τερπνότατα, τοῦ νοητοῦ ὡς ὑπάρχοντας ἀκτῖνας ἡλίου, καὶ φωτίζοντας τὴν γῆν ταῖς αὐτῶν θείαις λάμψεσιν, εὐφημήσωμεν Ἰωάννην τὸν μέγαν σὺν τῷ θείῳ θεολόγῳ Γρηγορίῳ καὶ τὸν ὑψίνουν Βασίλειον.

Δόξα. Ἦχος πλ. β'.

Ἄνθρωποι τοῦ Θεοῦ καὶ πιστοὶ οἰκέται, λειτουργοὶ Κυρίου, ἄνδρες ἐπιθυμιῶν, σκεύη ἐκλογῆς, στῦλοι

Digitized by Google

καὶ στηρίγματα τῆς Ἐκκλησίας, βασιλείας κληρονόμοι, μὴ παρασιωπᾶτε τοῦ βοᾶν ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς Κύριον.

A fulcimenta Ecclesiæ, regni hæredes, ne cessetis pro nobis clamare ad Dominum.

Καὶ νῦν Θεοτόκιον.

Et nunc. Mariale.

Θεοτόκε, σὺ εἶ ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή.

Dei Genitrix, tu es vitis vera.

Comm. 52. Hic videtur recitari oratio Φῶς ἱλαρὸν, saltem quantum possum conjicere ex cap. 1 Typici. Eam autem orationem exhibeo integram, prout exstat apud Goarum pag. 32 Euchologii.

Φῶς ἱλαρὸν ἁγίας δόξης ἀθανάτου Πατρὸς, οὐρανίου, ἁγίου, μάκαρος, Ἰησοῦ Χριστὲ, ἐλθόντες ἐπὶ τὴν τοῦ ἡλίου δύσιν, ἰδόντες φῶς ἑσπερινὸν, ὑμνοῦμεν Πατέρα, Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, Θεόν. Ἄξιόν σε ἐν πᾶσι καιροῖς ὑμνεῖσθαι φωναῖς αἰσίαις, Υἱὲ Θεοῦ, ὁ διδοὺς ζωήν· διὸ ὁ κόσμος σε δοξάζει

Lumen jucundum sanctæ gloriæ immortalis Patris, cœlestis, sancti, beati, Jesu Christe, provecti ad solis occasum, et cernentes lucem serotinam, laudamus Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, Deum. Æquum est te, Fili Dei, largitor vitæ, omni celebrare tempore; ideoque te mundus totus laudibus prosequitur.

B

Comm. 53. Deinde cantatur psalmus, Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, « Dominus regnavit : » sed quis præcise ex tribus psalmis ita incipientibus, non indicat Typicum. Tum dicitur oratio, Καταξίωσον, quam in antiquis Græcorum Ritualibus diu frustra quæsivi. Quare visum fuit eam describere ex Horologio Cryptæ Ferratæ, impresso Romæ anno 1677. Sic ergo sonat.

Καταξίωσον, Κύριε, ἐν τῇ ἑσπέρᾳ ταύτῃ ἀναμαρτήτους φυλαχθῆναι ἡμᾶς. Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε, ὁ Θεὸς Πατέρων ἡμῶν, καὶ αἰνετὸν καὶ δεδοξασμένον τὸ ὄνομά σου εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Dignare, Domine, hoc vespere sine peccato nos custodire. Benedictus es, Domine, Deus Patrum nostrorum; et laudabile et gloriosum nomen tuum in sæcula. Amen.

Comm. Verum an eamdem illam orationem adhibuerint antiquiores Græci, dubito; quia hoc Horologium habet plurima, quæ sunt ritibus Latinorum potius quam Græcorum conformia. Post orationem καταξίωσον, quæcunque demum illa fuerit, videntur dici sequentia.

Εἰς τὸν στίχον στιχηρὰ προσόμοια. Ἦχος πλ. β', Τριήμερος ἀνέστης, Χριστέ.

54. Ad versiculum versus similares. Ton. obl. 2, sicut Τριήμερος ἀνέστης, Χριστέ.

Ἡ χάρις ὑπερίσχυσεν, ἡ πίστις ἐπεκράτησεν, ἐπληρώθη πάντα γνώσεως Θεοῦ, διὰ τῶν ἀποστόλων, διὰ τῶν διδασκάλων, καὶ σωτηρίαν ἐπλουτήσαμεν.

Gratia prævaluit, exsuperavit fides, scientia Dei impleta sunt omnia, per apostolos, atque doctores, et nos salute locupletati sumus.

Στίχος. Καυχήσονται ὅσιοι ἐν δόξῃ.

C

55. Versic. Exsultabunt sancti in gloria.

Οὐράνια μυστήρια, ἀνθρώπινα μαθήματα, χαρισμάτων συνδρομὴ παντοδαπῶν μετὰ κατορθωμάτων νικώντων πάντα λόγον, τοὺς τρεῖς ἁγίους ἐθαυμάστωσαν.

Cœlestia arcana, humanæ scientiæ, concursus gratiarum omnis generis cum recte factis, superantibus omnem orationem, hos tres sanctos admirabiles fecere.

Στίχος. Οἱ ἱερεῖς σου, Κύριε, ἐνδύσονται δικαιοσύνην.

56. Versic. Sacerdotes tui, Domine, induent justitiam.

Βασίλειος ὁ ἔνθεος νοῦς, Γρηγόριος ἡ θεία φωνὴ, Ἰωάννης ὁ παγκόσμιος λαμπτὴρ, οἱ τρεῖς τῆς ἀνωτάτω θεράποντες Τριάδος καὶ λειτουργοὶ συνδοξαζέσθωσαν.

Basilius mens Deo plena, Gregorius divina vox, Joannes omni ex parte ornatum candelabrum, tres ministri supremæ Trinitatis ac sacerdotes conglorificentur.

Δόξα. Ἦχος αὐτός.

Gloria. Tonus idem.

Εὖ, δοῦλοι ἀγαθοὶ καὶ πιστοὶ, εὖ, ἐργάται τοῦ ἀμπελῶνος Χριστοῦ, οἱ καὶ τὸ βάρος τῆς ἡμέρας βαστάσαντες, καὶ τὸ δεδομένον τάλαντον αὐξήσαντες, καὶ τοῖς μεθ' ὑμῶν ἐλθοῦσι μὴ φθονήσαντες. Διὸ ἠνοίκται D πύλη βασιλείας ὑμῖν. Εἰσελθόντες οὖν εἰς τὴν χαρὰν τοῦ ποιήσαντος, πρεσβεύσατε ὑπὲρ ἡμῶν, ἅγιοι διδάσκαλοι.

57. Servi boni et fideles, seduli operarii in Christi vinea, qui portastis pondus diei, et datum talentum auxistis, neque invidistis post vos venientibus. Ideo vobis aperta est regni janua. Intrantes igitur in gaudium Conditoris, orate pro nobis, sancti doctores.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Et nunc. Mariale.

Οὐδεὶς προστρέχων ἐπὶ σοὶ κατῃσχυμμένος ἀπὸ σοῦ ἐκπορεύεται, ἀγνὴ Παρθένε Θεοτόκε· ἀλλ' αἰτεῖται τὴν χάριν, καὶ λαμβάνει τὸ δώρημα πρὸς τὸ συμφέρον τῆς αἰτήσεως.

Nemo accurrens ad te, pura Virgo Genitrix Dei, derelictus abs te discedit; sed petit gratiam, et donum accipit petitioni conveniens.

Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου. Τὸ Τρισάγιον.

Nunc dimittis servum tuum. Trisagium, de quo num. 31.

ΑΠΟΛΥΤΙΚΙΟΝ.

DIMISSORIUM.

Οἱ τῶν ἀποστόλων ὁμότροποι, καὶ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλοι, τῷ Δεσπότῃ τῶν ὅλων πρεσβεύσατε εἰρή-

58. Iisdem quibus apostoli moribus præditi, doctores universi orbis, orate universorum Domi-

Digitized by Google

num, ut mundo tribuat pacem, et animabus nostris magnam misericordiam.

A νην τῇ οἰκουμένῃ δωρήσασθαι, καὶ ταῖς ψυχαῖς τὸ μέγα ἔλεος.

Post hæc fit ἀπόλυσις sive dimissio.

CAPUT SECUNDUM.

De majoribus vesperis.

59. Hæ Vesperæ fiunt statim post occasum solis; et quidem cum majori celebritate cæremoniaque quam illæ aliæ, de quibus jam egimus; atque hæc causa est, quare majores nominentur. Sed cum ex ipso fonte aquæ bibantur purius, juvat Typicum consulere capite 2, cujus titulus est Εἴδησις τοῦ μεγάλου ἑσπερινοῦ, καὶ τῆς ἀγρυπνίας διάταξις· « Notitia majorum Vesperarum, et vigiliarum ordo. » Ibi autem sic habet.

Aliquanto post solis occasum, abit candelaptes, et exhibet reverentiam præsuli. Deinde redit et lente pulsat Bareas, recitans psalmum centesimum decimum octavum.

Μετὰ τὸ δῦναι τὸν ἥλιον μικρὸν, ἀπέρχεται ὁ κανδηλάπτης. καὶ ποιεῖ μετάνοιαν τῷ προεστῶτι. Εἶτα ἀνέρχεται καὶ κρούει τὰς Βαρέας σχολαίως, ψάλλων τὸν Ἄμωμον.

60. Comm. Hic psalmus quia incipit a verbis Μακάριοι οἱ ἄμωμοι, « Beati immaculati, » propterea Græcis dicitur Ἄμωμος, id est, « Immaculatus. » Pulsare autem Βαρέας nihil videtur esse aliud, quam, ut Allatius et Goarus interpretantur, edere sonos graviores, certoque intervallo temporis intermissos; quomodo in campanarum nostratum extrema pulsatione ad conciones ecclesiasticas fieri assolet, quodque « tinnire » dicimus. Sic autem prosequitur Typicum.

Hisce peractis discedit et accendit lampades, et verso thuribulo eas reponit in medium ecclesiæ, post candelabra instructa cereis. Postea egrediens, semanterium pulsat majus, deinde ferreum.

B Μετὰ δὲ τὸ πλήρωμα τούτων ἀπέρχεται καὶ ἅπτει τὰς κανδήλας, καὶ τρεπίσας τὸν θυμιατὸν, τίθησι λαμπάδας μετὰ κηρομανουάλια εἰς τὸ μέσον τῆς ἐκκλησίας. Ἔπειτα ἐξερχόμενος σημαίνει τὸ μέγα, εἶτα τὸ σιδηροῦν.

Comm. 61. Majus semanterium, quid sit, n. 42 diximus: restat ut hic de ferreo pauca disseramus. Semanterium ferreum, quod ab aliquibus etiam χαλκοῦν sive æneum appellatur, est ferrea lamina, crassitudine tres digitos vel plures exæquans, longitudine brachium, et paululum recurva in formam arcus, e catenis pendens pro foribus templi; quæ locis variis ferreo percussa malleo suaviter resonat. Ita me docent Allatius, Goarus et Petrus Belonius. Certe ego existimo hujus semanterii sonum non posse esse admodum dissimilem sono illi, quem nostrates edunt, quando ferreis malleolis pulsant instrumentum illud musicum, quod ex longa semper decrescentium lamellarum serie constituitur.

62. Porro illud Græcorum ferramentum, quod usibus sacris adhibetur, Ἁγιοσιδήρουν a nonnullis dicitur, nominatim ab Hieronymo Magio.

« Agiosiderum, » inquit Magius ille (potius scripsisset *hagiosiderum*) « hac forma vidimus. Ferrea erat lamina, quatuor digitorum latitudine, sexdecim vero longitudine, funiculo in medio librata. Hæc ferreo malleo ternis interpolatis vicibus ab homine pulsari solet, qui sacerdotem, Eucharistiam ad ægrotos lecioque decumbentes deferentem, solet præcedere, ut inter transeundum quisque rei admoneatur. » Sed eum candelapte revertamur ad templum.

Reversus candelaptes stat ante portas sanctas.

C Ὑποστρέψας, inquit Typicum, ἵσταται κατενώπιον τῶν ἁγίων θυρῶν.

Comm. 63. Hæ autem portæ, ut ait Goarus pag. 24, « sunt τοῦ βήματος, et ad sacrum altare recta iter aperiunt, nomenque hujusmodi sunt sortitæ, quia sancta mysteria per eas proferuntur: vel quia per illa transitum habet Rex omnium et dominorum Dominus, Βασιλικὰ etiam audire meruerunt. » Sed Goarus, « portas sanctas » confundens cum « basilicis, » vehementer errat. Cum enim Marcus Hieromonachus, de dubiis Typicis cap. 96, dicat: Θυμιᾷ τὸν ἕτερον ἀρχόμενος ἀπὸ τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ κατερχόμενος μέχρι τῶν βασιλικῶν πυλῶν, ποιῶν καὶ ἐν αὐτῷ, ὥσπερ καὶ εἰς τὸν ἕτερον. « Alium incensat incipiens a sanctis portis, et perveniens ad basilicas portas usque, id idem quod in alio perficiens: » et paucis interpositis: Πληρώσας δὲ τὸ θυμιᾷν, καὶ μέλλων εἰσιέναι ἐν τῷ ναῷ, χαράττει σταυρὸν ἔμπροσθεν τῶν βασιλικῶν πυλῶν· Fine incensandi facto, ingressurus in templum, ante portas basilicas crucem designat. » Cum, inquam, hæc dicat ille Marcus, quis est qui non videat portas sanctas a basilicis esse diversas? Id idem colligas ex Leone Grammatico, in Michaele Theophili F. pag. 466, Μέχρι δὲ τῶν βασιλικῶν πυλῶν ἐλθὼν ὁ βασιλεὺς, οὐκ ἀπέθετο τὸ στέφος, καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς βασιλεῦσι, ἀλλὰ μετ' αὐτοῦ εἰσῆλθε μέχρι τῶν ἁγίων θυρῶν. « Cum imperator ad basilicas portas pervenisset, non deponebat coronam, ut erat in more positum institutoque imperatorum; sed cum ea usque ad sanctas portas penetravit. »

64. Ergo per portas basilicas introitur in templum, per sanctas in βῆμα, sive sacrum aditum, id est, illum templi locum, ubi consistunt sacerdotes, et quem nulli laico ingredi fas erat, præterquam imperatori, cui licuit ibi dona offerre omnium Conditori, idque ex antiquissima traditione, ut est in synodo Trullana, can. 69 Stante ergo candelapte ante sanctas portas,

65. Surgens sacerdos inclinat corpus præfecto, sive abbati, vel versus locum ipsius, videlicet si præsens non sit: et postquam recessit, inclinat sese tertio ante sanctas portas, et semel versus considentium fratrum choros.

Ὁ ἱερεὺς ἀναστὰς ποιεῖ μετάνοιαν τῷ ἡγουμένῳ, ἢ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ, δηλονότι μὴ ἐνδημοῦντος· καὶ ἀπελθὼν, ποιεῖ μετανοίας γ' ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ εἰς τοὺς χοροὺς πρὸς μίαν τῶν ἀδελφῶν καθημένων.

Comm. Choros, nimirum dextrum sinistrumque, quomodo etiam apud nos chori psallentium utrinque consident.

Digitized by Google

Εἰσελθὼν δὲ καὶ εἰς τὸ ἅγιον βῆμα, λέγει τὴν εὐχὴν τοῦ θυμιάματος καθ' ἑαυτόν. A

66. Ingressus autem sanctum aditum dicit secreto orationem ad incensationem dici solitam.

Comm. Hanc, hic in Typico omissam, Goarus exhibet sequentibus verbis.

Κατεύθυνον τὴν προσευχήν ἡμῶν, ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου, καὶ πρόσδεξαι αὐτὴν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας.

Dirige orationem nostram, ut incensum in conspectu tuo, et suscipe eam in odorem suavitatis.

Certe hæc oratio a Goaro exhibetur pag. 29, neque aliam ego uspiam inveni.

Ὁ δὲ κανδηλάπτης ἐκφωνεῖ, Κελεύσατε, γεγωνοτέρᾳ φωνῇ, κρατῶν καὶ τὴν λαμπάδα ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ.

Tum candelaptes, manu præferens lampadem, exclamat clariore voce, Jubete.

Comm. « Quo verbo non jubet (inquit Goarus loco jam citato) ut sacerdote adveniente cuncti surgant: quin potius humilitatis modestiæque demonstrandæ studio, rogat ut jubeant, quasi aliis imperaturi; ut assurgant. » Rem non omnino absimilem facit apud Latinos lector, qui, juxta Petrum Damianum, lib. *Dominus vobiscum* appellato, cap. 2, « benedictionem a sacerdote dum petit, non rogat ut benedicat; sed ut benedicere jubeat quempiam alium. »

Θυμιάσας δὲ ὁ ἱερεὺς σταυροειδῶς τὴν ἁγίαν τράπεζαν καὶ ὅλον τὸ θυσιαστήριον, ἐξέρχεται διὰ τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ ποιήσας σταυρὸν μετὰ τοῦ θυμιατοῦ κατενώπιον τοῦ ἱλαστηρίου, ἀπέρχεται, καὶ θυμιᾷ τὴν εἰκόνα τοῦ ἁγίου, εἶτα κατὰ τὸν καθηγούμενον, καὶ εἰς τοὺς δύο χοροὺς κατὰ τάξιν, τῆς λαμπάδος δηλονότι προπορευομένης αὐτοῦ. Ὁ δὲ ἐξελθὼν καὶ εἰς τοὺς νάρθηκας, καὶ θυμιάσας κἀνταῦθα τοὺς ἀδελφοὺς κατὰ τάξιν ὑποστρέφει. B

67. Cum sacerdos in formam crucis incensavit sanctam mensam totumque altare, egreditur sanctis portis, et thuribulo ante cancellos bematis formata cruce, abit et incensat imaginem sancti (vel illius qui est ecclesiæ tutelaris, vel cujus festum agitur), deinde incensat præsidem: et duos choros servato ordine, nimirum lampade eum præeunte. Postquam autem egressus est in narthecem, atque ibi ordine incensavit fratres, revertitur.

68. Comm. Jucundum hic forte lectori fuerit intelligere, quid sit templi νάρθηξ. Est ergo proprie narthex locus pœnitentibus, catechumenisque atque energumenis assignatus. At dicere ubi ille fuerit, extrane an intra ecclesiam, hoc opus, hic labor est: id tamen conabor declarare brevitate quanta potero maxima.

Allatius quidem Narthecem qui et πρόναος dicitur, quasi « anterius templum, » iisdem quibus ecclesiam muris circumscribit, ponitque intra illam: sed Goarus ponit extra, et censet esse ecclesiæ « vestibulum, propylæum » seu « porticum » (*porticale* vulgus appellat) quæ ædis sacræ portis obversatur. Uterque pro se affert auctoritates non leves. Verum puto ego, hanc opinionum varietatem natam esse ex eo, quod non satis observaverint Græcorum ecclesias, alias esse catholicas, quæ scilicet utrique sexui universim patent; alias monasticas, quæ solis viris, si virorum; vel solis mulieribus, si sanctimonialium sint. Nam prioribus narthex exterior est, posterioribus non item; uti pluribus ostendit eruditus Cangius, ex quo juvat pauca delibare.

69. Postquam præclarus ille auctor, in *Glossario mediæ et infimæ Græcitatis* dixisset, « narthecem esse porticum ante templi vestibulum, sic dictam quod ferulæ speciem præferat, cum in latitudinem ad ipsius ædis faciem diducatur; esseque extra ædem, si ecclesias catholicas spectemus, » id quod lib. III *Constantinopolis Christianæ*, num. 18, probat ex Procopio, Codino, Theoriano, Silentiario et aliis; statim subdit: « In monachorum vero ecclesiis aliter se res habet. Eæ enim in tres partes dividuntur: in βῆμα seu Sacrarium, suis cancellis disparatum; in ναόν, in quo monachi consistunt, suis pariter cancellis divisum a reliqua æde, quam νάρθηκα appellant, quod iis νάρθηκος vicem præstet, licet non sit revera νάρθηξ, ut qui intra ipsam ædem exstet illiusque septa: in qua tamen νάρθηκος figuram retinet, cum excepto bemate, potiorem ædis partem obtineat ναὸν, seu monachorum chorus; reliqua parte, ut dixi, in angustum contracta, et in latitudinem diducta, eaque sæcularibus permissa, tamquam eo instar pœnitentium accedentibus, cum iis intra ναὸν consistere non liceat.... Atque eam ferme etiam monasticarum ecclesiarum formam semper fuisse apud nos seu Latinos, facile concedat, quisquis attentius veteres ejusmodi monasticas ædes consideraverit; in quibus monachorum chorum, quem capsum ecclesiæ vocabant (ut quidam volunt) potiorem ædis partem occupare animadverteret, reliqua sæcularibus seu κοσμικοῖς patente. Quidquid igitur in iis monachorum ecclesiis extra narthecem est, ἐξωνάρθηξ et ξώστης corrupte dicitur, ædis scilicet vestibulum, ubi in ecclesiis catholicis νάρθηξ collocari solet, in cujus discrimen, interiorem narthecem, Ἐσωνάρθηκα vocant. » Hæc Cangius, quibus scite egregieque positis, et conciliantur discrepantes doctorum sententiæ, et facile intelliguntur ea quæ prosequitur Typicum.

Καὶ εἰσελθὼν εἴσω τῆς βασιλικῆς πύλης, χαράττει μετὰ τοῦ θυμιατοῦ σταυρόν. C

70. Et intrans portam basilicam, sive regiam, thuribulo crucem effingit.

Comm. Quippe quod ante diximus, per portas basilicas patere aditum in templum, id de templo catholico intellectum volo, non de monastico; quia in monasteriorum templis (quale erat illud pro quo scriptum est hoc Typicum), portæ basilicæ non sunt portæ exteriores et omnium maximæ; sed interiores, et quæ e narthece ducunt ad ναὸν sive chorum. Quid opus est pluribus? Porta basilica in hoc ipso Typico intra monasticam ecclesiam manifeste constituitur. Id quod patebit etiam ex sequentibus. Quapropter Typici seriem repetamus.

Καὶ ἐκφωνεῖ μεγαλοφώνως τὸ, Κύριε, εὐλόγησον, καὶ θυμιᾷ αὖθις τὸν προεστῶτα ἢ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ, εἶτα τὸν ἅγιον.

71. Et elata voce exclamat: Benedic, Domine: et incensat iterum præsidem vel ipsius locum, deinde sanctum.

Digitized by Google

Comm. De hoc sancto ante verba fecimus, et ejus imago conspicua est in præcipua chori sede, ideoque εἰκὼν στασιδίου τοῦ ἡγουμένου nuncupatur.

Et ingressus in sanctum bema, ter signum crucis exprimit thuribulo. Ita demum exclamat : Gloria sanctæ et vivificæ et individuæ Trinitati, semper, nunc, et in perpetuum, et in sæcula sæculorum.

A Καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸ ἅγιον βῆμα, ἵσταται ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης, καὶ ποιεῖ σταυροὺς τρεῖς μετὰ τοῦ θυμιατοῦ, τελευταῖον ἐκφωνεῖ οὕτως· Δόξα τῇ ἁγίᾳ καὶ ὁμοουσίῳ καὶ ζωοποιῷ καὶ ἀδιαιρέτῳ Τριάδι πάντοτε, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

72. Et dicto Amen, incipit præses vel ecclesiarcha : Venite, adoremus et procidamus ante Christum regem nostrum Deum, dicentes illud bis elata voce nec sine cantu. Tum iterum : Venite, adoremus et procidamus ante Christum regem nostrum Deum, dicentes et illud semel. Deinde sic : Venite, adoremus et procidamus ante ipsum Christum regem et Deum nostrum.

Καὶ μετὰ τὸ Ἀμὴν ἄρχεται ὁ προεστὼς ἢ ὁ ἐκκλησιάρχης· Δεῦτε, προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν Χριστῷ τῷ βασιλεῖ ἡμῶν Θεῷ, λέγοντες αὐτὸ δὶς μεγαλοφώνως καὶ μετὰ μέλους. Εἶτα πάλιν· Δεῦτε, προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν Χριστῷ τῷ βασιλεῖ ἡμῶν Θεῷ, λέγοντες καὶ τοῦτο ἅπαξ. Εἶτα οὕτως· Δεῦτε, προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν αὐτῷ Χριστῷ, τῷ βασιλεῖ καὶ τῷ Θεῷ ἡμῶν.

Postea incipit ecclesiarcha voce clariore et tono obliquo quarto (*psalmum* CIII) : Benedic, anima mea, B Dominum, concinentibus reliquis fratribus, lente et cum aliqua modulatione.

Εἶτα ἄρχεται ὁ ἐκκλησιάρχης γεγωνοτέρᾳ φωνῇ εἰς ἦχον πλ. δ', τὸ, Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον, ἀργῶς καὶ μετὰ μέλους, συμψαλλόντων αὐτῷ καὶ τῶν λοιπῶν ἀδελφῶν.

73. Sacerdos cum candelapte egressus e sacro adyto, factaque ante sanctas portas reverentia, pariter ac versus alternos choros abit ad suum sedile, ibique stat.

Ὁ δὲ ἱερεὺς μετὰ τοῦ κανδηλάπτου, ἐξελθὼν τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, καὶ ποιήσας μετάνοιαν κατενώπιον τῶν ἁγίων θυρῶν, ὡσαύτως καὶ εἰς τοὺς χοροὺς πρὸς μίαν ἀπερχόμενος, ἵσταται εἰς τὸ στασίδιον αὐτοῦ.

Comm. Hic observa, Græcos non nisi raro in ecclesiis sedere, et sedilia esse illis erecta, ut propemodum semper stantes perseverent, et χειρονομίᾳ, id est manuum gesticulatione, moderando cantui vacent innixi interim brachia in sedilium fulcris. Unde factum est, ut sedilia ista dicantur Græce Στασίδια a « stando » et erecto corporis statu potius, quam a sedendo.

Quando pervenimus ad versiculum Aperiente te manuum tuam, exhibet ecclesiarcha reverentiam præsidi sive abbati, et repetit versiculum, magis efferens vocem. Absoluto autem psalmo, collecta major dicitur a diacono.

Ὅτε δὲ φθάσωμεν τὸν στίχον, Ἀνοίξαντός σου τὴν χεῖρα, ποιεῖ ὁ ἐκκλησιάρχης μετάνοιαν τῷ ἡγουμένῳ, καὶ ἀναφωνεῖ τὸν στίχον ὑψηλότερον· πληρωμένου δὲ τοῦ ψαλμοῦ, γίνεται συναπτὴ μεγάλη ὑπὸ τοῦ διακόνου.

74. Comm. Exstat hæc in Euchologio pag. 37, et apud S. Maximum patriarcham Constantinopolitanum, in libro cui titulus, *Liturgia explicata*, et impresso Venetiis apud Jo. Antonium Julianum.

In pace Dominum precemur. Chorus : Domine, miserere.

C Ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Ὁ χορός· Κύριε, ἐλέησον.

Pro superna pace, et animarum nostrarum salute, Dominum precemur. Ch. Domine, miserere.

Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης, καὶ τῆς σωτηρίας τῶν ψυχῶν ἡμῶν, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Χ. Κύριε, ἐλέησον.

Pro pace totius mundi, sanctarum Dei Ecclesiarum statu prospero, et omnium concordia, Dominum precemur. Ch. Domine, miserere.

Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος κόσμου, εὐσταθείας τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησιῶν, καὶ τῆς τῶν πάντων ἑνώσεως, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Χ. Κύριε, ἐλέησον.

Pro sancta hac domo, et omnibus cum pietate et Dei timore in eam intrantibus, Dominum precemur. Ch. Domine, miserere.

Ὑπὲρ τοῦ ἁγίου οἴκου τούτου, καὶ τῶν μετὰ πίστεως, εὐλαβείας, καὶ φόβου Θεοῦ εἰσιόντων ἐν αὐτῷ, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Χ. Κύριε, ἐλέησον.

Pro archiepiscopo nostro N., venerando presbyterio, ordine diaconorum in Christo, omni clero et populo, Dominum precemur. Ch. Domine, miserere.

Ὑπὲρ τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, ὁ δεῖνος, τοῦ τιμίου πρεσβυτερίου, τῆς ἐν Χριστῷ διακονίας, παντὸς τοῦ κλήρου καὶ τοῦ λαοῦ, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Χ. Κύριε, ἐλέησον.

Pro hoc sancto monasterio, universa civitate, et regione, et pro omnibus fidelibus in ipsis habitantibus, Dominum precemur. Ch. Domine, miserere.

Ὑπὲρ τῆς ἁγίας μονῆς ταύτης, πάσης πόλεως, χώρας, καὶ τῶν πίστει οἰκούντων ἐν αὐταῖς, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Χ. Κύριε, ἐλέησον.

Pro aeris temperie, fructuum terræ ubertate, et tranquillis anni tempestatibus obtinendis Dominum precemur. Ch. Domine, miserere.

Ὑπὲρ εὐκρασίας ἀέρων, εὐφορίας τῶν καρπῶν τῆς γῆς, καὶ καιρῶν εἰρηνικῶν, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Χ. Κύριε, ἐλέησον.

Digitized by Google

Ὑπὲρ πλεόντων, ὁδοιπορούντων, νοσούντων, καμνόντων, αἰχμαλώτων, καὶ τῆς σωτηρίας αὐτῶν, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Χ. Κύριε, ἐλέησον.

Pro navigantibus, iter agentibus, infirmis, laborantibus, captivis, et eorum salute, Dominum precemur. Ch. Domine, miserere.

Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς ἀπὸ πάσης θλίψεως, ὀργῆς, καὶ ἀνάγκης, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Χ. Κύριε, ἐλέησον.

Ut liberemur ab omni ærumna, plaga, et necessitate, Dominum precemur. Ch. Domine, miserere.

Ἀντιλάβου, σῶσον, ἐλέησον, καὶ διαφύλαξον ἡμᾶς, ὁ Θεὸς, τῇ σῇ χάριτι. Χ. Κύριε, ἐλέησον.

Suscipe, serva, miserere et custodi nos, Deus, tua gratia. Ch. Domine, miserere.

Τῆς παναγίας, ἀχράντου, ὑπερευλογημένης, ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ ἀεὶ Παρθένου Μαρίας, μετὰ πάντων τῶν ἁγίων μνημονεύσαντες, ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν Χριστῷ τῷ Θεῷ παραθώμεθα. Χ. Σοὶ, Κύριε.

Sanctissimæ, intemeratæ, super omnes benedictæ, gloriosæ Dominæ nostræ Deiparæ, et semper virginis Mariæ ac omnium sanctorum memoriam agentes, nos ipsos, et invicem, et vitam nostram Christo Deo commendemus : Ch. Tibi, Domine.

Καὶ ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεύς· Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

75. Et exclamat sacerdos : Quia convenit tibi omnis gloria, honor et adoratio, Patri, et Filio, et Spiritui sancto : nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

Ἰστέον δὲ, ὅτι, ὅταν λέγομεν τὸ, Ἀνοίξαντός σου τὴν χεῖρα, ὁ ἱερεὺς ἀπελθὼν λέγει τὰς εὐχὰς τοῦ λυχνικοῦ, ἱστάμενος ἀσκεπὴς ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν.

Sciendum autem est, quod quando dicimus versiculum Aperiente te manum, sacerdos habeat et recitet orationes lucernarii stans detectus ante sanctas fores.

Comm. Ex hoc loco conficitur, Ἑσπερινόν inter et λυχνικόν discrimen esse non modicum. Quippe ἑσπερινόν est, totum officium vespertinum, λυχνικόν vero seu « lucernarium » est tantum aliqua ejus pars, seu pauculæ orationes, quas non gravabor describere.

ΕΥΧΗ Α'.

Κύριε οἰκτίρμον καὶ ἐλεῆμον, μακρόθυμε, καὶ πολυέλεε, ἐνώτισαι τὴν προσευχὴν ἡμῶν, καὶ πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεως ἡμῶν· ποίησον μεθ' ἡμῶν σημεῖον εἰς ἀγαθόν· ὁδήγησον ἡμᾶς ἐν τῇ ὁδῷ σου, τοῦ πορεύεσθαι ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου· εὐφρανον τὰς καρδίας ἡμῶν εἰς τὸ φοβεῖσθαι τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον· διότι μέγας εἶ σὺ καὶ ποιῶν θαυμάσια· σὺ εἶ Θεὸς μόνος, καὶ οὐκ ἔστιν ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς, Κύριε, δυνατὸς ἐν ἐλέει, καὶ ἀγαθὸς ἐν ἰσχύϊ, εἰς τὸ βοηθεῖν, καὶ παρακαλεῖν, καὶ σώζειν πάντας τοὺς ἐλπίζοντας εἰς ὀνομά σου τὸ ἅγιον· ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ORATIO I.

76. Domine misericors et benigne, longanimis et multum clemens, auribus percipe deprecationem nostram, et attende voci orationis nostræ, fac nobiscum signum in bonum ; deduc nos in via tua, ut in veritate tua ambulemus. Exhilara corda nostra, ut timeamus nomen sanctum tuum, quia magnus es tu, et faciens mirabilia ; tu es Deus solus, et non est similis tui in diis, Domine, potens in misericordia et bonus in virtute, ut succurras et consoleris et serves omnes sperantes in nomine tuo. Quia convenit tibi omnis gloria, honor et adoratio, Patri et Filio et sancto Spiritui : nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

ΕΥΧΗ Β'.

Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς ἡμᾶς, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς ἡμᾶς· ἀλλὰ ποίησον μεθ' ἡμῶν κατὰ τὴν ἐπιείκειάν σου, ἰατρὲ καὶ θεραπευτὰ τῶν ψυχῶν ἡμῶν· ὁδήγησον ἡμᾶς ἐπὶ λιμένα θελήματός σου· φώτισον τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν καρδιῶν ἡμῶν εἰς ἐπίγνωσιν τῆς σῆς ἀληθείας· καὶ δώρησαι ἡμῖν τὸ λοιπὸν τῆς παρούσης ἡμέρας εἰρηνικὸν καὶ ἀναμάρτητον, καὶ πάντα τὸν χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν, πρεσβείαις τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ORATIO II.

77. Domine, ne in furore tuo arguas nos, neque in ira tua corripias nos : sed fac nobiscum secundum misericordiam tuam, medice et curator animarum nostrarum ; perduc nos ad portum voluntatis tuæ ; oculos cordium nostrorum illumina in tuæ veritatis agnitionem, atque hujusce diei reliquum, omneque vitæ nostræ tempus pacificum, et a peccato liberum esse largire, intercessionibus sanctæ Dei Genitricis et omnium sanctorum. Quia tua est potestas, tuum est regnum et virtus et gloria, Patris et Filii et sancti Spiritus, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΕΥΧΗ Γ'.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, μνήσθητι ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ἀχρείων δούλων σου, ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαι ἡμᾶς τὸ ἅγιον ὄνομά σου· καὶ μὴ καταισχύνῃς ἡμᾶς

ORATIO III.

78. Domine Deus noster, memento nostri peccatorum et inutilium servorum tuorum, cum invocamus sanctum nomen tuum ; et ne confundas nos

Digitized by Google

a misericordiæ tuæ exspectatione; sed omnia ad salutem facientia postulata concede; et fac ut amemus et timeamus te ex toto corde, et in omnibus voluntatem tuam exsequamur. Quia bonus et hominum amans Deus es, tibique gloriam rependimus, Patri, et Filio, et sancto Spiritui, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A ἀπὸ τῆς προσδοκίας τοῦ ἐλέους σου, ἀλλὰ χάρισαι ἡμῖν, Κύριε, πάντα τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα, καὶ ἀξίωσον ἡμᾶς ἀγαπᾷν καὶ φοβεῖσθαί σε ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἡμῶν, καὶ ποιεῖν ἐν πᾶσι τὸ θέλημά σου. Ὅτι ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις, καί σοι τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

ORATIO IV.

79, 80. Qui non tacituris laudibus et nunquam finienda glorificatione a sanctis virtutibus celebraris; imple os nostrum laude tua, ut nomini tuo sancto reddamus magnificentiam: et cum omnibus qui te in veritate timent, et mandata tua observant, partem et sortem nobis impertire, precibus sanctæ Deiparæ et omnium sanctorum tuorum. Quia convenit tibi omnis gloria, honor et adoratio, Patri, et Filio, et sancto Spiritui, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΕΥΧΗ Δ'.

B Ὁ τοῖς ἀσιγήτοις ὕμνοις καὶ ἀπαύστοις δοξολογίαις ὑπὸ τῶν ἁγίων δυνάμεων ἀνυμνούμενος, πλήρωσον τὸ στόμα ἡμῶν τῆς αἰνέσεώς σου, τοῦ δοῦναι μεγαλοσύνην τῷ ὀνόματί σου τῷ ἁγίῳ· καὶ δὸς ἡμῖν μερίδα καὶ κλῆρον μετὰ πάντων τῶν φοβουμένων σε ἐν ἀληθείᾳ, καὶ φυλασσόντων τὰς ἐντολάς σου, πρεσβείαις τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ πάντων τῶν ἁγίων σου. Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ORATIO V.

81. Domine, Domine, qui illibata tua manu continues omnia, qui longanimis es super nos omnes, et qui super nostris vitiis pœnitentiam agis; reminiscere miserationum tuarum et misericordiæ tuæ; respice nos in bonitate tua, et concede, ut et reliquo hujus diei tempore varias maligni machinationes effugere tua gratia valeamus. Custodi vitam nostram ab insidiis liberam, gratia sanctissimi tui Spiritus, misericordia et benignitate unigeniti tui C Filii, cum quo benedictus es, cum sanctissimo et bono et vivifico tuo Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

ΕΥΧΗ Ε'.

Κύριε, Κύριε, ὁ τῇ ἀχράντῳ σου παλάμῃ συνέχων τὰ σύμπαντα, μακροθυμῶν ἐπὶ πάντας ἡμᾶς, καὶ μετανοῶν ἐπὶ ταῖς κακίαις ἡμῶν, μνήσθητι τῶν οἰκτιρμῶν σου καὶ τοῦ ἐλέους σου· ἐπίσκεψαι ἡμᾶς ἐν τῇ ἀγαθότητί σου, καὶ δὸς ἡμῖν διαφυγεῖν καὶ τὸ λοιπὸν τῆς παρούσης ἡμέρας τῇ σῇ χάριτι ἐκ τῶν τοῦ πονηροῦ ποικίλων μηχανημάτων. Ἀνεπιβούλευτον τὴν ζωὴν ἡμῶν διαφύλαξον τῇ χάριτι τοῦ παναγίου σου Πνεύματος, ἐλέει καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ORATIO VI.

82. Deus magne et admirabilis, qui ineffabili bonitate et abundante providentia cuncta administras; qui datis nobis hujus mundi bonis, etiam promissum regnum nobis obstrinxisti; qui præterita diei parte per concessa bona nos deduxisti: da nobis ut residuam quoque partem inculpate coram sancta gloria tua transigere possimus, et te solum bonum et benignum Deum nostrum collaudare. Quia tu es Deus noster, et tibi gloriam referimus, Patri, et Filio, et sancto Spiritui, nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΕΥΧΗ Ϛ'.

Ὁ Θεὸς μέγας καὶ θαυμαστὸς, ὁ ἀνεκδιηγήτῳ ἀγαθωσύνῃ καὶ πλουσίᾳ προνοίᾳ διοικῶν τὰ σύμπαντα, ὁ καὶ τὰ ἐγκόσμια ἀγαθὰ ἡμῖν δωρησάμενος, καὶ κατεγγυήσας ἡμῖν τὴν ἐπηγγελμένην βασιλείαν· διὰ τῆς ἤδη κεχαρισμένων ἀγαθῶν ὁδοποιήσας ἡμῖν, καὶ τῆς ἡμέρας τὸ παρελθὸν μέρος ἀπὸ παντὸς ἐκκλῖναι κακοῦ· δώρησαι ἡμῖν καὶ τὸ ὑπόλοιπον ἀμέμπτως ἐκτελέσαι ἐνώπιον τῆς ἁγίας δόξης σου, ὑμνεῖν σε τὸν μόνον ἀγαθὸν καὶ φιλάνθρωπον Θεὸν ἡμῶν. Ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ D Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ORATIO VII.

83, 84. Deus magne et excelse, qui solus habes immortalitatem; qui lucem habitas inaccessam; qui creaturam omnem in sapientia condidisti; qui divisisti lucem a tenebris; qui constituisti solem ut præesset diei, lunam vero ac stellas ut præessent nocti; qui nos peccatores et hac hora præoccupare faciem tuam in confessione, et vespertinas tibi laudes offerre voluisti; ipse benigne dirige orationem nostram, sicut incensum in conspectu tuo, et eam in odorem suavitatis admitte. Sed et præsentem vesperam et sequentem noctem nobis tribue pacificam. Lucis armis indue nos. Libera nos a ti-

ΕΥΧΗ Ζ'.

Ὁ Θεὸς μέγας καὶ ὕψιστος, ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ὁ πᾶσαν τὴν κτίσιν ἐν σοφίᾳ δημιουργήσας, ὁ διαχωρίσας ἀναμέσον τοῦ φωτὸς καὶ ἀναμέσον τοῦ σκότους, καὶ τὸν ἥλιον θέμενος εἰς ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας, σελήνην δὲ καὶ ἀστέρας εἰς ἐξουσίαν τῆς νυκτὸς, ὁ καταξιώσας ἡμᾶς τοὺς ἁμαρτωλοὺς καὶ ἐπὶ τῆς παρούσης ὥρας προφθάσαι τὸ πρόσωπόν σου ἐν ἐξομολογήσει, καὶ τὴν ἑσπερινήν σοι δοξολογίαν προσαγαγεῖν· αὐτὸς, φιλάνθρωπε, κατεύθυνον τὴν προσευχὴν ἡμῶν ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου, καὶ πρόσδεξαι αὐτὴν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας· παράσχου δὲ ἡμῖν τὴν παροῦσαν ἑσπέραν καὶ τὴν ἐπιοῦσαν

Digitized by Google

νυκτα εἰρηνικήν. Ἔνδυσον ἡμᾶς ὅπλα φωτός. Ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ φόβου νυκτερινοῦ, καὶ παντὸς πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου· καὶ δὸς τὸν ὕπνον, ὃν εἰς ἀνάπαυσιν τῇ ἀσθενείᾳ ἡμῶν ἐδωρήσω, πάσης διαβολικῆς φαντασίας ἀπηλλαγμένον. Ναί, Δέσποτα, τῶν ἀγαθῶν χορηγέ, ἵνα καὶ ἐπὶ ταῖς κοίταις ἡμῶν κατανυγόμενοι, μνημονεύωμεν ἐν νυκτὶ τοῦ ὀνόματός σου, καὶ τῇ μελέτῃ τῶν σῶν ἐντολῶν καταυγαζόμενοι, ἐν ἀγαλλιάσει ψυχῆς, διαναστῶμεν πρὸς δοξολογίαν τῆς σῆς ἀγαθότητος, δεήσεις καὶ ἱκεσίας τῇ σῇ εὐσπλαγχνίᾳ προσάγοντες ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ σου, ὃν ταῖς πρεσβείαις τῆς ἁγίας Θεοτόκου ἐν ἐλέει ἐπίσκεψαι. Ὅτι ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. A

more nocturno, et omni negotio perambulante in tenebris. Somnum, quem in nostræ infirmitatis requiem dedisti, da ab omni diabolica cogitatione liberum. Ita, Domine, bonorum largitor; ut in cubilibus nostris compuncti, meminerimus noctu nominis tui; et commentatione mandatorum tuorum illustrati, in animi exsultatione, ad dicendam bonitatis tuæ gloriam, exsurgamus; preces et supplicationes tuæ misericordiæ offerentes, pro peccatis propriis et cuncti populi tui, quem precibus sanctæ Dei Genitricis clementer protege, quia bonus et hominum amans Deus es, tibique gloriam rependimus, Patri, et Filio, et Spiritui sancto; nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Jam vero nos Typicum revocat, sic habens. B

Εἶτα στιχολογοῦμεν τὸ κάθισμα, ἤγουν τὸ, *Μακάριος ἀνὴρ*, μετὰ μέλους εἰς ἦχον πλ. δ'.

85. Postea, recitatur κάθισμα, *Beatus vir*, cum modulatione ad tonum obliquum quartum.

Comm. Hic autem non puto unicum illum psalmum jam dictum recitandum esse; sed insuper septem sequentes, sive octo primos. Καθίσματα enim apud Græcos vocantur divisiones seu sectiones totius Psalterii, eaque sunt numero viginti. Ac primum quidem Κάθισμα continet Psalmos octo, a I ad VIII; secundum a IX ad XVI; tertium a XVII ad XXIII; quartum a XXIV ad XXXI; quintum a XXXII ad XXXVI; sextum a XXXVII ad XLV; septimum a XLVI ad LIV; octavum a LV ad LXIII; nonum a LXIV ad LXIX; decimum a LXX ad LXXVI; undecimum a LXXVII ad LXXXIV; duodecimum a LXXXV ad XC; decimum tertium a XCI ad C; decimum quartum a CI ad CIV; decimum quintum a CV ad CVIII; decimum sextum a CIX ad CXVII; decimum septimum solum habet psalmum CXVIII, *Beati immaculati:* quo completur istud Κάθισμα propter prolixitatem; decimum octavum, a CXIX ad CXXXI; decimum nonum a CXXXII ad CXLII; vicesimum reliquos usque ad CL. Ita post Meursium Cangius, additque singula ista Καθίσματα dividi in tres partes, quæ cum, « Gloria Patri, » terminantur, aliter ac fit in Ecclesia Latina, quæ dictam doxologiam post singulos psalmos recitat. Dividitur pariter, decimum septimum cathisma in tres partes, quæ eadem glorificatione terminantur. Illiusmodi autem cathismatum divisiones dicuntur στάσεις. Igitur dum Typicum dicit, recitandum esse κάθισμα τὸ Μακάριος, octo primos psalmos recitandos esse insinuat. Alia item significatio est vocis κάθισμα. Sed de illa agendi ansa dabitur secuturo capite.

Εἰς δὲ τὸν γ' ψαλμὸν ἀναῤῥοῦμεν μικρὸν τὸ δεύτερον καὶ τρίτον ἀντίφωνον εἰς τὸν ἦχον τῆς ἡμέρας. C

86. Ad psalmum tertium dicimus secundum et tertium Antiphonum tono diei.

87. Comm. Hic noto, quod, quamvis « antiphona et antiphonum, » ab uno et eodem Græco vocabulo originem trahant, tamen hoc apud Græcos non sonat idem, quod illa apud Latinos. « Antiphona » namque (ut est apud Goarum pag. 123) est sententia vel modulus cuilibet psalmo decantato adjunctus, et quasi ex apposito respondens. « Antiphonum » autem, ut hic usurpatur, sunt plures versus psalmi unius, ad quorum singulos, una et eadem fit semper ab altero choro responsio. Et propter hanc unam et reciprocam sententiam semper illatam, Ἀντίφωνον quasi vox oppositа seu vocis oppositio vocatur. Ἀντίφωνον autem (quale unum ad Matutinum proleram) dividitur in primum, secundum et tertium. Primum est in quo post singulos versus recitatur, Ταῖς πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου, Σῶτερ, σῶσον ἡμᾶς. « Precibus Deiparæ, Servator, serva nos. » Secundum, in quo recitatur post versus singulos, Ταῖς πρεσβείαις τῶν ἁγίων σῶσον ἡμᾶς. « Precibus sanctorum serva nos. » Tertium denique in quo singulis versibus subjungitur aliquis solemnitatem utcumque exprimens, ut in die Paschatis, Σῶσον ἡμᾶς, Υἱὲ Θεοῦ, ὁ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, ψάλλοντάς σοι, Ἀλληλούϊα. « Fili Dei, qui resurrexisti a mortuis, serva nos, qui laudamus te, Alleluia. » Et in hoc festo trium doctorum: Σῶσον ἡμᾶς, Υἱὲ Θεοῦ μονογενὲς, ὁ ἐν ἁγίοις θαυμαστὸς, ψάλλοντάς σοι, Ἀλληλούϊα. « Fili Dei unigenite, qui es mirabilis in sanctis, serva nos, qui laudamus te, Alleluia.

Ἐν ἑκάστῳ δὲ ἀντιφώνῳ ποιεῖ ὁ διάκονος μικρὰν συναπτήν. D

In unoquoque antiphono dicit diaconus collectam parvam, quæ hæc est:

Ἔτι καὶ ἔτι ἐν εἰρήνῃ, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Ὁ χορός· Κύριε, ἐλέησον.

88. Iterum iterumque in pace Dominum deprecemur. Chorus: Domine, miserere.

Ἀντιλάβου, σῶσον, ἐλέησον, καὶ διαφύλαξον ἡμᾶς, ὁ Θεός, τῇ σῇ χάριτι. Χ. Κύριε, ἐλέησον.

Suscipe, serva, miserere et custodi nos, Deus, tua gratia. Ch. Domine, miserere.

Τῆς παναγίας, ἀχράντου, ὑπερευλογημένης, ἐνδόξου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀεὶ Παρθένου Μαρίας, μετὰ πάντων τῶν ἁγίων μνημονεύσαντες, ἑαυτοὺς, καὶ ἀλλήλους, καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν, Χριστῷ Θεῷ παραθώμεθα. Χ. Σοὶ, Κύριε. Καὶ ὁ ἱερεὺς ἐκφωνεῖ· Ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν

Sanctissimæ, intemeratæ, super omnes benedictæ, gloriosæ Dominæ nostræ Deiparæ et semper virginis Mariæ cum omnibus sanctis memoriam recolentes, nos ipsos, et invicem et totam vitam nostram, Christo Deo commendemus. Ch. Tibi, Domine. Et succlamat sacerdos: Quia

Digitized by Google

tua est potentia, et tuum est regnum et virtus et gloria Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Ch. Amen.

A ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ὁ χορ. Ἀμήν.

Solita psalmorum recitatione jam absoluta, designatus monachus canonarcha, tonum suggerit et psallimus Domine, clamavi, juxta tonum in octoecho occurrentem.

Ὁ δὲ ταχθεὶς μοναχὸς κανονάρχης μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῆς συνήθους στιχολογίας λέγει τὸν ἦχον, καὶ ψάλλομεν, Κύριε, ἐκέκραξα, εἰς τὸν τυχόντα ἦχον τῆς ὀκτωήχου.

89. Comm. Suggerit autem canonarches tonum illum stans in medio ecclesiæ, ut me docet Philotheus patriarcha Constantinopolitanus in Ordine sacri ministerii.

Posthæc sacerdos vel diaconus (ut moris est) thus adolet, consuetam exhibens reverentiam antistiti vel abbati. Nos vero recitamus versiculos decem, ab Educ a custodia.

Εἶτα θυμιᾷ ὁ ἱερεὺς, ἢ διάκονος, ὡς ἔθος ἐστὶ, ποιῶν τὴν συνήθη μετάνοιαν τῷ καθηγουμένῳ. Ἡμεῖς δὲ ἱστῶμεν στίχους ι' ἀπὸ τοῦ, Ἐξάγαγε ἐκ φυλακῆς.

90. Comm. Est hic ultimus versiculus psalmi CXLI; ut ergo habeantur versiculi decem, continuantur cantus per novem primos versiculos psalmi sequentis. At vero, festo trium doctorum, non recitantur nisi versiculi octo, quemadmodum videre est ex Menæis, ubi et dicuntur post illos versiculos, psalli versus sive stichera Prosomœa tono tertio sicut Ὡς γενναῖον ἐν μάρτυσιν. Scito assignari tantum quatuor, sed dicenda bis, ut sint quasi octo, ut indicant Menæa subjiciendo singulis in rubrica vocem δίς, « bis. » In Typico autem idem sic exprimitur: Ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ ἱστῶμεν στιχηρὰ η', δευτεροῦντες αὐτά. « Hoc die canimus versiculos octo, ipsos duplicantes, » scilicet stichera illa quatuor quæ in Menæis habentur, ut sequitur.

91. Instrumenta gratiæ; Spiritus citharas; insignes Evangelii tubas: terrificum et altum resonantia in cœlo tonitrua, Deique gloriam annuntiantia finibus terræ; præcones trigeminos magnæ Trinitatis, Joannem et Basilium cum Gregorio digne honoremus. Bis.

B Τὰ τῆς χάριτος ὄργανα, τὰς κιθάρας τοῦ Πνεύματος, τὰς εὐσήμους σάλπιγγας τοῦ κηρύγματος, τὰς φοβερὸν καὶ ἐξάκουστον ἐξ ὕψους ἠχούσας βροντὰς, καὶ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ γνωριζούσας τοῖς πέρασι· τοὺς τρεῖς κήρυκας τῆς μεγάλης Τριάδος, Ἰωάννην καὶ Βασίλειον ἀξίως σὺν Γρηγορίῳ τιμήσωμεν. Δίς.

92. Trinitatis propugnatores; pietatis defensores; post illos duodecim, tres apostoli; flumina aquam vivam vehentia ex Edem, et faciem terræ divino ac vivifico fluxu rigantia; magna elementa, fidem veluti aliquam fabricam constituentia, jure merito honorentur. Bis.

Τῆς Τριάδος οἱ πρόμαχοι, εὐσεβείας οἱ πρόβολοι, οἱ μετὰ τοὺς δώδεκα τρεῖς ἀπόστολοι, οἱ ἐξ Ἐδὲμ ἀναβλύζοντες τὸ ζῶν ὕδωρ ποταμοὶ, καὶ τὸ πρόσωπον τῆς γῆς ζωηρρύτως ποτίζοντες θείοις ῥεύμασι· τὰ μεγάλα στοιχεῖα, τὰ τὴν πίστιν ὥσπερ κτίσιν συστῶντα, ἀξιοχρέως τιμάσθωσαν. Δίς.

93. Non sunt loquelæ, inquit, neque sermones quorum non audiantur voces eorum. Nam in omnem terram et mare exivit istorum divino afflatorum Numine et sapientium magistrorum sonus: unde ipsorum legibus optime in fidei integritate continentur et conservantur fines orbis terræ. Bis.

Οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ, οὐδὲ λόγοι λεγόμενοι, ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν· εἰς πᾶσαν γῆν γὰρ καὶ θάλασσαν ὁ φθόγγος ἐξέδραμε τῶν ἐνθέων καὶ σοφῶν C διδασκάλων τῆς κτίσεως· ὅθεν ἄριστα τοῖς αὐτῶν θείοις νόμοις συγκρατεῖται καὶ συνέχεται πρὸς μίαν ὀρθοδοξίαν τὰ πέρατα. Δίς.

94. Spiritus organa, veritatis buccinas, Verbi Dei oratores lætis prosequamur canticis; et eorum dogmata sequentes, rogitemus eos supplices, ut pro ea, quam habent apud Dominum, fiducia, petant firmam pacem in perpetuum mundo dari, nobis autem veniam. Bis.

Τὰ τοῦ Πνεύματος ὄργανα, ἀληθείας τὰς σάλπιγγας, τοὺς τοῦ Λόγου ῥήτορας, εὐφημήσωμεν φωναῖς ᾀσμάτων, τοῖς αὐτῶν οἱ ἐπόμενοι· ἱκετεύοντες αὐτοὺς, παῤῥησίαν ὡς ἔχοντας πρὸς τὸν Κύριον, δωρηθῆναι εἰρήνην σταθηρὰν μὲν εἰς ἀεὶ τῇ οἰκουμένῃ, ἡμῖν δὲ πᾶσι συγχώρησιν. Δίς.

Gloria. Tonus obliquus 2.

Δόξα. Ἦχος πλ. β'.

95. Mysticas hodie celebremus Spiritus tubas, Deo impletos Patres, modulatos in medio Ecclesiæ concinnum theologiæ melos, scilicet unam Trinitatem immutabilem, essentiamque ac divinitatem; domitores Arii, et orthodoxorum antesignanos, continenter orantes Dominum, ut nostrarum animarum miserescat.

Τὰς μυστικὰς σήμερον τοῦ Πνεύματος σάλπιγγας, τοὺς θεοφόρους Πατέρας ἀνευφήμησωμεν, τοὺς μελῳδήσαντας ἐν μέσῳ τῆς Ἐκκλησίας μέλος ἐναρμονίου θεολογίας, Τριάδα μίαν ἀπαράλλακτον οὐσίαν τε καὶ D θεότητα, τοὺς καθαιρέτας Ἀρείου καὶ ὀρθοδόξων προμάχους, τοὺς πρεσβεύοντας πάντοτε Κυρίῳ ἐλεηθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Et nunc. Mariale.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

96. Quis te, Virgo sanctissima, non beatam prædicet? Quis non celebret tuum sine viri opem partum? Quippe qui ante omne tempus ex Patre effulsit Filius unigenitus, ille idem ex te, purissima, prodivit, ineffabiliter incarnatus; natura Deus exsi-

Τίς μὴ μακαρίσει σε, παναγία Παρθένε; Τίς μὴ ἀνυμνήσει σου τὸν ἀλόχευτον τόκον; Ὁ γὰρ ἀχρόνως ἐκ Πατρὸς ἐκλάμψας Υἱὸς μονογενὴς, ὁ αὐτὸς ἐκ σοῦ τῆς ἁγνῆς προῆλθεν, ἀφράστως σαρκωθείς· φύσει Θεὸς ὑπάρχων, καὶ φύσει γενόμενος ἄνθρωπος δι'

Digitized by Google

ἡμᾶς· οὐκ εἰς δυάδα προσωπων τεμνόμενος, ἀλλ' ἐν δυάδι φύσεων ἀσυγχύτως γνωριζόμενος. Αὐτὸν ἱκέτευε, σεμνὴ παμμακάριστε ἐλεηθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν. A

stens, et natura factus homo propter nos; non in duas divisus personas, sed in duabus naturis inconfusibiliter cognoscendus. Hunc ora, o augusta et beatissima, ut nostrarum animarum misereatur.

97. Habe jam iterum verba Typici, ut discas, quæ fiant post decantata hæc stichera :

Ἀπέρχεται ὁ ἱερεὺς καὶ ὁ διάκονος, καὶ ποιοῦσι μετάνοιαν τῷ προεστῶτι, ἢ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ, ὡς προείρηται, καὶ ἀλλάσσουσι τὴν ἱερατικὴν στολὴν ἐν τῷ διακονικῷ. Καὶ ἐξελθόντες ἐν τῷ ναῷ εἰσοδεύουσι μετὰ τοῦ θυμιατοῦ, τῶν λαμπάδων προπορευομένων αὐτούς. Οἱ δὲ ἀδελφοὶ πάντες ἀποσκεπάζονται ἑνουμένων τῶν δύο χορῶν.

Secedunt sacerdos et diaconus faciuntque reverentiam præsidi, aut versus ipsius locum, ut ante dictum est, et mutant sacram stolam in diaconico. Et exeuntes ad templum introeunt cum incenso, præcedentibus ipsos lampadibus. Fratres autem omnes teguntur, in unum coeuntibus duobus choris.

98. Comm. Quod nos « sacristiam » appellamus, « diaconicum » Græcis dicitur : ideo fortasse, quod diaconorum primitus esset in ea sedes et consessus; vel potius, quod hic locus eorum curæ præcipue commissus fuerit. In eo enim non solum quæ ad ecclesiæ vasa et sacerdotales vestes spectant, priusquam sacra perageretur liturgia, seu divinum ac ecclesiasticum officium, munia obibant diaconi; sed et considebant pro muneris sui ratione. Isidorus Mercator Διακονικόν « secretarium » vertit; et congruente quidem Agathensi concilio, cujus 66 canon hic est : « Quoniam non oportet insacratos ministros licentiam habere in secretarium (quod Græci diaconicon appellant) ingredi et contingere vasa Dominica. » Atqui « secretarium » idem est, quod apud nos « sacristia » barbare nuncupatur : de quo qui dubitat, adeat cardinalem Bona lib. 1 *Rerum liturgicarum* cap. 24, num. 2, Διακονικόν tamen, sicut et « secretarium » in aliis præterea usurpatur significationibus, quas non est hujus loci explicare.

99. Ingressus autem sacerdotis in templum, supra descriptus ex Typico, non est simplex quidam ingressus; sed ingressus qui fit cum sacris codicibus, quibus diacono a sacerdote traditis, egreditur ille e porta diaconici; et elevatos ante faciem deferens, subsequente sacerdote, viam quamdam sinuosam tenet; qua peragrata ante sanctas fores uterque sistit, ut sacerdos recitet τὴν εἰσόδου εὐχήν, id est, « Introitus orationem, » quam Constantinopolitanus patriarcha S. Germanus, loco antea citato, nobis exhibet et ita sonat.

Ἑσπέρας, καὶ πρωΐ, καὶ μεσημβρίας αἰνοῦμεν, εὐλογοῦμεν, εὐχαριστοῦμεν, καὶ δεόμεθά σου, Δέσποτα τῶν ἁπάντων, κατεύθυνον τὴν προσευχὴν ἡμῶν ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου. Καὶ μὴ ἐκκλίνῃς τὰς καρδίας ἡμῶν εἰς λόγους ἢ εἰς λογισμοὺς πονηρίας, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἐκ πάντων τῶν θηρευόντων τὰς ψυχὰς ἡμῶν· ὅτι πρὸς σὲ, Κύριε, Κύριε, οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν, καὶ ἐπὶ σοὶ ἠλπίσαμεν· μὴ καταισχύνῃς ἡμᾶς, ὁ Θεὸς ἡμῶν. Ὅτι πρέπει σοὶ πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. B

100. Vespere, et mane, et meridie laudamus, benedicimus, gratias agimus, et oramus te, omnium Domine : dirige orationem nostram sicut incensum in conspectu tuo; et ne inclines corda nostra in verba vel cogitationes nequitiæ, sed libera nos ab omnibus venantibus animas nostras : quia ad te, Domine, Domine, oculi nostri, et in te speravimus; ne confundas nos, Deus noster. Quia convenit tibi omnis gloria, honor et adoratio, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Εἶτα εὐλογεῖ τὴν εἴσοδον, λέγων·

Εὐλογημένη ἡ εἴσοδος τῶν ἁγίων σου πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καί.

Et benedicit introitum dicens :

Benedictus sit introitus sanctorum tuorum ubique, nunc et semper, etc.

Εἶτα ὁ διάκονος, χαράττων σταυρὸν μετὰ τοῦ θυμιατοῦ, λέγει· Σοφία, ὀρθοί· καὶ ἡμεῖς τὸ, Φῶς ἱλαρόν. C

101. Posthæc diaconus, thuribulo efformata cruce, dicit, Sapientia, recti. Nos autem : Lumen jucundum.

Comm. Reliqua supple ex capite primo, de Minoribus vesperis. Hic vero notaverim ex Joanne Morino, diaconum dicentem Σοφία, « Sapientia, » verosimiliter digitum intendere in codicem sacrum : et sic a præsentibus exigere attentionem præstandam iis, quæ inde recitabuntur. Pauci quidam cum S. Germano legunt Σοφία ὀρθή. « Sapientia recta. »

Μετὰ δὲ τὴν εἴσοδον ὁ ταχθεὶς μοναχὸς, βαλὼν τὴν συνήθη μετάνοιαν τῷ προεστῶτι, ψάλλει τῆς ἡμέρας προκείμενον δίστιχον· Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν. Στίχος α'. Ἐνεδύσατο Κύριος δύναμιν. Στίχος β'. Καὶ γὰρ ἐστερέωσεν. Στραφεὶς δὲ ὁ ἱερεὺς πρὸς δυσμὰς, δεδεμένας ἔχων τὰς χεῖρας, ἵσταται περιμένων τὴν πλήρωσιν τοῦ προκειμένου. Εἶτα βάλλει μετάνοιαν, καὶ ἀπέρχεται εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ.

102. Post introitum vero, designatus ad id monachus, præmissa solita corporis inflexione versus præsidem sive abbatem, canit propositum diei distichum, et dicit, Dominus regnavit. Versiculus 1, Indutus est Dominus. Versiculus 2, Etenim firmavit. Interim conversus ad occidentem sacerdos, et junctas habens manus, propositi finem opperitur. Mox exhibet reverentiam, et in locum discedit suum.

103. Comm. Ecclesia quidem Græca singulis totius anni feriis singula disticha attribuit : non tamen in quolibet officio videtur post Introitum et diei distichon etiam dici *Dominus regnavit*, cum supradictis versiculis, sed tantum in Vesperis Sabbati. Est enim apud S. Germanum : Εἰ δὲ ἔστι Σάββατον ἑσπέρας, λέγει

Digitized by Google

τὸ, Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν. « Si sint Vesperæ Sabbati, dicit, *Dominus regnavit*, » etc. Propterea ego existimo, pauculas illas voces in Veneto illo quo utor S. Sabæ Typico prætermissas esse, incuria typothetarum et correctorum. Qua in opinione non mediocriter confirmor, videns in Menæis, imo et in Typico ipso, pro hac trium doctorum solemnitate, assignari statim post diei propositum tria ἀναγνώσματα, hoc est, tres « lectiones. » Prima est ex Deuteronomii capite I, incipitque a versu 8, et sistit in versu 17. Altera est ex capite X libri ejusdem, et incipiendo a quarto decimo versu complectitur reliquos omnes præter ultimum. Tertia denique petitur ex Sapientiæ III, continet decem priores versus illius capitis. Nos autem ad se denuo revocat Typicum dicens :

103. Absoluto proposito diaconus facit consuetam prolixam.

Μετὰ δὲ τὸ προκείμενον ὁ διάκονος ποιεῖ τὴν συνήθη ἐκτενῆ.

Comm. Subintellige vocem « orationem, » vel « precationem » εὐχὴν, vel δέησιν, vel ἱκεσίαν, quemadmodum Act. XII, dicitur, *προσευχὴ ἐκτενὴς*. *Oratio sine intermissione*, fusa esse ab Ecclesia ad Deum, pro Petro in carcerem conjecto ; estque similiis « Litaniis » nostris, quibus chorus, vel populus respondens, identidem interponit, « Miserere nobis, Ora pro nobis, Te rogamus, audi nos. » Sed age, sic orantem diaconum, eique succinentem chorum audiamus, apud S. Germanum. Dicit diaconus :

Dicamus omnes ex tota anima ; et ex tota mente dicamus. Chorus : Domine, miserere.

A Εἴπωμεν πάντες ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας εἴπωμεν. Ὁ χορός· Κύριε, ἐλέησον.

Domine præpotens, Deus patrum nostrorum, oramus te, exaudi et miserere. Ch. Domine, miserere.

Κύριε παντόκρατορ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, δεόμεθά σου, ἐπάκουσον καὶ ἐλέησον. Χ. Κύριε, ἐλέησον.

Miserere nostri, Deus, secundum magnam misericordiam tuam ; oramus te, exaudi et miserere. Ch. Domine, miserere.

Ἐλέησον ἡμᾶς, ὁ Θεός, κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου· δεόμεθά σου, ἐπάκουσον καὶ ἐλέησον. Χ. Κύριε, ἐλέησον.

Adhuc oramus pro piissimis et a Deo servatis imperatoribus nostris, pro eorum imperio, victoria, perseverantia, pace, valetudine, incolumitate ; et ut Dominus Deus noster ipsos magis adjuvet, prosperet in omnibus, ipsorumque pedibus subjiciat omnem inimicum atque hostem. Ch. Domine, miserere.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ θεοφυλάκτων βασιλέων ἡμῶν, κράτους, νίκης, διαμονῆς, εἰρήνης, ὑγείας, σωτηρίας αὐτῶν, καὶ τοῦ Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν ἐπὶ πλέον συνεργῆσαι, κατευοδῶσαι αὐτοὺς ἐν πᾶσι, καὶ ὑποτάξαι ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν πάντα ἐχθρὸν καὶ πολέμιον. Χ. Κύριε, ἐλέησον.

B

Adhuc oramus pro archiepiscopo nostro N. et cuncta nostra in Christo fraternitate. Ch. Domine, miserere.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, ὁ δεῖνος, καὶ πάσης τῆς ἐν Χριστῷ ἡμῶν ἀδελφότητος. Χ. Κύριε, ἐλέησον.

Adhuc oramus pro beatis semperque memorandis hujus sanctæ ædis conditoribus. Ch. Domine, miserere.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τῶν μακαρίων καὶ ἀειμνήστων κτητόρων τῆς ἁγίας μονῆς ταύτης. Χ. Κύριε, ἐλέησον.

Adhuc oramus pro misericordia, vita, pace, sanitate, salute, protectione, venia, et remissione peccatorum servorum Dei, fratrum hujusce sancti monasterii. Ch. Domine, miserere.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ ἐλέους, ζωῆς, εἰρήνης, ὑγείας, σωτηρίας, ἐπισκέψεως, συγχωρήσεως καὶ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν, τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, τῶν ἀδελφῶν τῆς ἁγίας μονῆς ταύτης. Χ. Κύριε, ἐλέησον.

Adhuc oramus pro referentibus fructum et bona facientibus in hoc sancto et omni ex parte augusto templo, laborantibus, canentibus ; et pro circumstante populo, a te magnam et affluentem misericordiam exspectante. Populus : In multos annos, Domine. Tum effert vocem sacerdos : Quia misericors et benignus erga homines Deus es, et tibi gloriam impertimur, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Chorus : Amen. Et populus dicit : Dignare, Domine.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τῶν καρποφορούντων, καὶ καλλιεργούντων ἐν τῷ ἁγίῳ καὶ πανσέπτῳ ναῷ τούτῳ, κοπιώντων, ψαλλόντων, καὶ ὑπὲρ τοῦ περιεστῶτος λαοῦ, τοῦ ἀπεκδεχομένου τὸ παρὰ σοῦ μέγα καὶ πλούσιον ἔλεος. Ὁ λαός· Εἰς πολλὰ ἔτη, Δέσποτα. Ἐκφώνως ὁ ἱερεύς· Ὅτι ἐλέημων καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις, καί σοι τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Χ. Ἀμήν. Καὶ ὁ λαός· Κατάξίωσον, Κύριε.

C

104. Iterum diaconus : Compleamus vespertinam nostram precationem Domino. Ch. Domine, miserere.

Ὁ διάκονος πάλιν· Πληρώσωμεν τὴν ἑσπερινὴν δέησιν ἡμῶν τῷ Κυρίῳ. Ὁ χορ. Κύριε, ἐλέησον.

Suscipe, serva, miserere et custodi nos, Deus, tua gratia. Ch. Domine, miserere.

Ἀντιλάβου, σῶσον, ἐλέησον καὶ διαφύλαξον ἡμᾶς, ὁ Θεὸς, τῇ σῇ χάριτι. Χ. Κύριε, ἐλέησον.

Vesperam omnem perfectam, sanctam, pacifi-

Τὴν ἑσπέραν πᾶσαν τελείαν, ἁγίαν, εἰρηνικὴν

Digitized by Google

καὶ ἀναμάρτητον παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτησώμεθα. Χ. Παράσχου, Κύριε.

Ἄγγελον εἰρήνης, πιστὸν ὁδηγὸν, φύλακα τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν, παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτησώμεθα. Χ. Παράσχου, Κύριε

Συγγνώμην καὶ ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν καὶ πλημμελημάτων ἡμῶν παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτησώμεθα. Χ. Παράσχου, Κύριε.

Τὰ καλὰ καὶ συμφέροντα ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, καὶ εἰρήνην τῷ κόσμῳ, παρὰ τοῦ Κύριου αἰτησώμεθα. Χ. Παράσχου, Κύριε.

Τὸν ὑπόλοιπον χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐν εἰρήνῃ καὶ μετανοίᾳ ἐκτελέσαι παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτησώμεθα. Ὁ χορ. Παράσχου, Κύριε.

Χριστιανὰ τὰ τέλη τῆς ζωῆς ἡμῶν, ἀνώδυνα, ἀνεπαίσχυντα, εἰρηνικὰ, καὶ καλὴν ἀπολογίαν τὴν ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ βήματος, παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτησώμεθα. Χ. Παράσχου, Κύριε.

Τῆς παναγίας, ἀχράντου, ὑπερευλογημένης, ἐνδόξου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, μετὰ πάντων τῶν ἁγίων μνημονεύσαντες, ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους, καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν, Χριστῷ τῷ Θεῷ παραθώμεθα. Χ. Σοὶ, Κύριε.

Καὶ ὁ ἱερεὺς ἐκφώνως· Ὅτι ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις, καί σοι τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Χ. Ἀμήν. Ὁ ἱερεύς· Εἰρήνη πᾶσι. Χ. Καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου. Ὁ διάκ. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ Κυρίῳ κλίνατε. Ὁ χορ. Σοὶ, Κύριε.

Καὶ λέγει ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχὴν μυστικῶς.

Comm. Hæc Oratio, Κεφαλοκλισίας, sive « capitis inclinationis » nuncupatur, et ita sonat :

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ κλίνας οὐρανοὺς καὶ καταβὰς ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, ἔπιδε ἐπὶ τοὺς δούλους σου, καὶ ἐπὶ τὴν κληρονομίαν σου· σοὶ γὰρ τῷ φοβερῷ καὶ φιλανθρώπῳ κριτῇ οἱ σοὶ δοῦλοι ὑπέκλιναν τὰς κεφαλὰς, τοὺς δὲ αὐτῶν ὑπέταξαν αὐχένας, οὐ τὴν ἐξ ἀνθρώπων ἀναμένοντες βοήθειαν, ἀλλὰ τὸ σὸν περιμένοντες ἔλεος, καὶ τὴν σὴν ὑποδεχόμενοι σωτηρίαν· οὓς διαφύλαξον ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ κατὰ τὴν παροῦσαν ἑσπέραν, καὶ τὴν προσιοῦσαν νύκτα, ἀπὸ παντὸς ἐχθροῦ, ἀπὸ πάσης ἀντικειμένης ἐνεργείας, διαλογισμῶν ματαίων, καὶ ἐνθυμήσεων. Εἶτα ἐκφωνεῖ : Εἴη τὸ κράτος τῆς βασιλείας σου εὐλογημένον καὶ δεδοξασμένον, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

cam et peccati expertem a Domino flagitemus. Ch. Tribue, Domine.

Angelum pacis, fidelem ducem, custodem animarum et corporum nostrorum a Domino flagitemus. Ch. Tribue, Domine.

Veniam et remissionem peccatorum et delictorum nostrorum a Domino flagitemus. Ch. Tribue, Domine.

Bona et animis nostris conducentia, ac mundo pacem a Domino flagitemus. Ch. Tribue, Domine.

Reliquum vitæ nostræ tempus transigi in pace et pœnitentia, flagitemus. Ch. Tribue, Domine.

Christianos vitæ nostræ terminos, sine dolore, sine confusione, tranquillos, et bonam defensionem in tremendo Christi tribunali, a Domino flagitemus. Chorus : Tribue, Domine.

Sanctissimæ, intemeratæ, super omnes benedictæ, gloriosæ Dominæ nostræ Deiparæ semperque virginis Mariæ ac omnium sanctorum memoriam agentes, nos ipsos, et invicem, et vitam nostram totam Christo Deo commendemus. Ch. Tibi, Domine.

105. Et sacerdos elatiore voce succinit : Quia bonus et amans hominum Deus exsistis, et tibi gloriam attribuimus, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Chorus. Amen. Sacerdos : Pax omnibus. Ch. Et cum spiritu tuo. Diaconus : Humiliate capita vestra Deo. Chorus : Tibi, Domine.

Et sacerdos secreto dicit orationem

Domine Deus noster, qui inclinatis cœlis propter salutem humani generis descendisti, respice famulos tuos et hæreditatem tuam : tibi enim, tremendo simul ac benigno judici, tui famuli inclinarunt capita, et suas submiserunt cervices ; non ab hominibus sperantes auxilium, sed tuam præstolantes misericordiam, et tuam salutem exspectantes : quos custodi omni tempore et hoc præsenti vespere, et hac secutura nocte ab omni inimico, ab omni diabolica machinatione, a cogitationibus vanis, et pravis affectibus. Deinde altiori tono dicit : Sit regni tui potentia benedicta et glorificata, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Prosequitur Typicum.

Εἶθ' οὕτω ψάλλομεν τὰ ἰδιόμελα τοῦ κατὰ τὴν ἡμέραν ἁγίου, λιτανεύοντες ἐν τῷ νάρθηκι, τοῦ ἱερέως καὶ τοῦ διακόνου προπορευομένων μετὰ θυμιατοῦ καὶ λαμπάδων.

106. Tum psallimus idiomela illius sancti qui eo die colitur, facientes processionem in narthece, præeuntibus sacerdote et diacono cum thuribulo ac lampadibus.

Comm. Hinc adverte, erudite lector, has voces Λιτὴ, Λιτανεία et Λιτανεύειν, apud Græcos ecclesiasticos non usurpari in primæva sua significatione, quæ est « preces » et « precari; » sed in alia. Sonat enim circuitum illum, quem Latini ecclesiastici « processionem » nuncupant. Quid, quod etiam hi hoc nomen « Litania » non raro sic usurpent : quippe (ut Anastasium, Aimoinum, aliosque multos tacitus præteream) audi Magnum Gregorium epist. 2, lib. II, jubentem tempore mortalitatis fieri septem processiones divisim secundum status, uno die : « Litania clericorum (inquit) exeat ab ecclesia B. Joannis Baptistæ ;

Digitized by Google

litania virorum, ab ecclesia B. martyris Marcelli ; litania monachorum, ab ecclesia martyrum Joannis et Pauli ; litania ancillarum Dei, ab ecclesia BB. martyrum Cosmæ et Damiani ; litania feminarum conjugatarum, ab ecclesia B. primi martyris Stephani ; litania viduarum, ab ecclesia martyris Vitalis ; litania pauperum et infantium, ab ecclesia B. martyris Cæciliæ. » Ubi τὸ « litania » aliud nihil præter processionem significat. Die autem his tribus doctoribus sacro in λιτῇ sive processione recitabantur sequentia στιχηρὰ ἰδιόμελα Nili Xanthopuli.

Tonus 2.

A

Ἦχος β'.

107. Huc agite, cœlestis Trinitatis cultores ; collaudemus terrestrem trinitatem divinorum antistitum : Gregorium cognomento Theologum, Basilium ducentem a regno nomen, et a gratia Joannem ; imos gurgites sapientiæ ; Spiritus marina fluenta ; fontes aquæ vividæ jugiterque salientis ; lucidas margaritas ; terrestria luminaria ; Ecclesiæ gubernacula ; splendidorum fructuum feraces arbores ; administros gratiæ ; os Christi ; vindices Trinitatis ; ab eadem sine ullius interventu illustratos ; et assidue pro nostris animabus orantes.

Δεῦτε, τῆς οὐρανίου Τριάδος οἱ λατρευταὶ, τὴν ἐπίγειον τριάδα τῶν θείων ἱεραρχῶν εὐφημήσωμεν, τὸν Γρηγόριον τῆς θεολογίας τὸν ἐπώνυμον, τὸν Βασίλειον τῆς βασιλείας τὸν φερώνυμον, καὶ Ἰωάννην τὸν ὄντως χαριτώνυμον, τοὺς τῆς σοφίας βυθοὺς, τοῦ Πνεύματος τὰ ῥεῖθρα τὰ ὠκεανικὰ, τὰς πηγὰς τὰς ἀεὶ βλυζούσας, τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν τὸ ἀλλόμενον, τοὺς διαυγεῖς μαργαρίτας, τοὺς ἐπιγείους φωστῆρας, τῆς Ἐκκλησίας τοὺς οἴακας, τὰ ἀγλαόκαρπα δένδρα, τοὺς οἰκονόμους τῆς χάριτος, Χριστοῦ τὸ στόμα, καὶ τῆς Τριάδος τοὺς ὑπερμάχους, τοὺς ἐξ αὐτῆς ἀμέσως ἐλλαμπομένους, καὶ πρεσβεύοντας ἀπαύστως ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Idem tonus.

Ὁ αὐτός.

B

108. Accensos ab igne inevitabili carbones fideliter prædicemus, qui per illos collustrati sumus. Hi enim, per eam quam habebant cum eodem conjunctionem inflammati, evaserunt mundi lumina ; vitalemque pauperibus virtutem largientes, Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, pie promulgarunt : quos et nos compellemus : Salve Trinitatis trinitas, rerum divinarum intelligens.

Τοὺς ἀναφθέντας ἄνθρακας ἐκ τοῦ ἀστέκτου πυρὸς οἱ διὰ αὐτῶν φωτισθέντες πιστῶς ἀνευφημήσωμεν· οὗτοι γὰρ τῇ πρὸς αὐτὸ ἑνώσει ἐκπυρωθέντες, φωστῆρες τοῦ κόσμου ἐγένοντο, ζωτικὴ τοῖς πτωχοῖς χρηματίζοντες δύναμις, Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ Πνεῦμα ἅγιον εὐσεβῶς ἀνακηρύττοντες, οἷς καὶ ἡμεῖς προσείπωμεν· Χαίροις, Τριάδος τριὰς ἡ θεόσοφος.

Tonus obl. 2.

Ἦχος πλ. β'.

109. Triplicatam Davidis fundam, Salomonis funiculum coccineum, Verbi flagellum triplex, sapientes præsules, Basilium magnum, Gregorium divinum, Joannem aureo tonantem ore, fideliter prædicemus. Nam Goliathum, qui animo cernitur et mente intelligitur, angulari lapide prostraverunt, fidem adduxerunt ad concordiam, eamque purpureo C Christi sanguine, quasi vallo aliquo munierunt ; et Deo quæstum facientes, hæresiarchas a Christi divino grege longissime repulerunt, sua dicendi scribendique vi : quin imo fidem hodiedum sustentant, et a Domino postulant animabus nostris misericordiam.

Τοῦ Δαβὶδ τὴν σφενδόνην τὴν τρίπλοκον, τοῦ Σαλομῶντος σπαρτίον τὸ κόκκινον, τὸ τοῦ Λόγου φραγγέλιον τρίπλοκον, τοὺς σοφοὺς ἱεράρχας, Βασίλειον τὸν μέγαν, Γρηγόριον τὸν θεῖον, Ἰωάννην Χρυσόστομον πιστῶς ἀνευφημήσωμεν. Τὸν νοητὸν γὰρ Γολιὰθ τῷ ἀκρογωνιαίῳ λίθῳ καταβαλόντες, τὴν πίστιν πρὸς ὁμόνοιαν ἤγαγον, τῷ ἐρυθραίῳ τοῦ Χριστοῦ περιτειχίσαντες αἵματι, καὶ τοὺς θεοκαπήλους αἱρεσιάρχας τῶν περιβόλων τῆς θείας τοῦ Χριστοῦ ποιμνης μακρὰν ἀπελάσαντες διὰ τῶν λόγων, καὶ ἔτι τὴν πίστιν στηρίζουσι, καὶ πρεσβεύουσι Κυρίῳ ἐλεηθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Tonus obl. 4.

Ἦχος πλ. δ'.

110. Apparuit gratia Dei omnibus hominibus, erudiens nos per præceptores illos, ut emendatis moribus vitæque consuetudine, mentem nostram luce divinæ cognitionis illuminemus. Idcirco clamemus : Trinitas sancta, rerum omnium domina, horum trium pastorum tuorum precibus hunc tuum gregem in secura pace custodi, ab omni molestia libera, et ad salutem perduc sempiternam, benigna D cum sis.

Ἐπεφάνη ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις, παιδεύουσα ἡμᾶς, διὰ τῶν διδασκάλων τὰ ἤθη κοσμηθέντας, τοὺς τρόπους βελτιωθέντας, θεογνωσίας αἴγλῃ τὸν νοῦν περιλαμφθῆναι· διὸ κράξωμεν· Τριὰς ἁγία, κυρία τοῦ παντὸς, ταῖς τῶν τριῶν σου ποιμένων προσευχαῖς τὸ σὸν ποίμνιον τοῦτο ἐν εἰρήνῃ συντήρησον ἀσφαλῶς καὶ ἀλύπως, καὶ σῶσον ὡς φιλάνθρωπος.

Tonus obl. 2.

Ἦχος πλ. β'.

111. Sancta et adoranda Trinitas, gloria sit sapienti providentiæ tuæ, quia hominibus largita es e numero hominum tria magna luminaria efferentia agnitionis tuæ facem, ejusque fulgore salutarem tuam ac venerandam voluntatem tanquam de specula significantia. Quo quidem lumine locu-

Τριὰς ἁγία καὶ προσκυνητὴ, δόξα τῇ σοφῇ προνοίᾳ σου, ὅτι τρεῖς σοὺς μεγάλους φωστῆρας τοῖς ἀνθρώποις ἐξ ἀνθρώπων ἐχάρισας, τῷ φωτὶ λαμπαδοχοῦντας τῆς σῆς ἐπιγνώσεως, καὶ τῇ αἴγλῃ φρυκτωροῦντας τῶν σωτηρίων σου καὶ σεπτῶν θελημάτων· δι' ὧν ἡ οἰκουμένη φῶς γνώσεως πλουτοῦσα, τὴν σὴν

Digitized by Google

δόξαν αὐγάζεται, καὶ πρὸς τὴν βασιλείαν σου τὴν μακαρίαν σπεύδει. Τούτων ἡμᾶς ταῖς θείαις ὑπακούειν πείθουσα διδασκαλίαις, καὶ αὐτὴ τῶν εὐχῶν ὑτὲρ ἡμῶν ἐπάκουσον, ὡς Θεὸς πανοικτίρμων, καὶ τὰς ψυχὰς ἡμῶν σῶσον, φιλάνθρωπε.

A pletatus orbis, tuam cum admiratione contemplatur gloriam, et ad tui regni beatitatem contendit. Cum igitur horum divina instituta tenere nos jubeas, tu vicissim audi eorumdem pro nobis vota; ut Deus plane misericors, et ut benignus, serva animas nostras.

Δόξα. Ἦχος πλ. β'.

Τοὺς ἱεράρχας, τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν Πατέρων κλέος, τῆς πίστεως τοὺς πύργους, καὶ τῶν πιστῶν διδασκάλους καὶ φύλακας, συνελθόντες, ὦ φιλέορτοι, ἁσματικοῖς ἐγκωμίοις ὑμνήσωμεν, λέγοντες· Χαίροις, τῆς Ἐκκλησίας φωστὴρ, Βασίλειε σοφὲ, καὶ στῦλε ἀπερίτρεπτε· χαίροις, ὁ νοῦς ὁ οὐράνιος, ἀρχιερεῦ μέγιστε, θεολόγε Γρηγόριε· χαίροις, ὦ χρυσολόγε πάγχρυσε Ἰωάννη, ὁ τῆς μετανοίας διαπρύσιος κῆρυξ. Ἀλλ', ὦ Πατέρες τρισόλβιοι, μὴ παύσησθε ἀεὶ πρεσβεύειν Χριστῷ ὑπὲρ τῶν πίστει καὶ πόθῳ τελούντων ὑμῶν τὴν πανίερον καὶ θείαν πανήγυριν.

Gloria. Tonus obl. 2.

112. Hierarchas Christi et Patrum decus, turres fidei et fidelium magistros atque custodes, o vos omnes quibus cordi est hæc celebritas, coacti in unum, canoris extollamus laudibus, dicentes: Salve, Ecclesiæ luminare, Basili sapiens, et columna immobilis. Salve, mens cœlestis, maxime antistes, theologe Gregori. Salve, o aureo potens sermone, prorsus auree Joannes, ad resipiscentiam hortator vehemens. Agite, o ter beati Patres, ne intermittite orare Christum pro nobis, qui cum fide et studio agimus hunc vestro nomine sacrosanctum atque divinum diem.

Καὶ νῦν εοτόκιον.

Ὁ αὐτός.

Et nunc. Mariale.

Idem tonus.

Τὴν τῶν παρθένων καλλονὴν καὶ χαρμονὴν τῶν νόων, τὴν μόνην Θεοτόκον, καὶ τῶν πιστῶν ἀῤῥαγὲς περιτείχισμα, συνελθόντες, ὦ φιλέορτοι, ἁσματικοῖς ἐγκωμίοις ὑμνήσωμεν λέγοντες· Χαίροις, Παρθενομῆτορ ἁγνὴ, λυχνία χρυσαυγὴς, καὶ πύλη ἐπουράνιε· χαίροις, σκηνὴ ἁγιάσματος, ἡ τὸν Θεὸν χωρήσασα ἐν μήτρᾳ σου, πανάχραντε· χαίροις, τῶν οὐρανίων ταγμάτων ὑπερτέρα ἁπάντων ἀσυγκρίτως· διὸ, μητράνανδρε Δέσποινα, μὴ λίπῃς φρουροῦσα τοὺς δούλους σου, τοὺς ἀνυμνοῦντάς σε πίστει καὶ πόθῳ ἀεὶ, καὶ τὸν τόκον σου προσκυνοῦντας τὸν ἄσπορον.

113. Virginum decuset lætitiam mentium, solam Deiparam, et firmum fidelium vallum, o celebritatum amantes, modulatis præconiis efferamus, dicentes: Salve, Virgo, parens purissima, candelabrum lucens ut aureum, et porta cœlestis; salve, tabernaculum sanctificationis; salve, incontaminata, cujus uterus fuit capax Dei, salve, quæ es cunctis cœli ordinibus sine ulla comparatione superior. Ideo ne cesses, Domina et sine viro Mater, custodire famulos tuos, qui te semper cum fide et desiderio laudant: et qui tuum fetum adorant sine virili conceptum semine.

Μετὰ ταῦτα ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεὺς εἰς ἐπήκοον πάντων.

114. Post hæc exclamat sacerdos, sic ut cuncti audiant.

Comm. Et ita quidem Typicum S. Sabæ, sed S. Germanus, loco jam plus vice simplici allegato, ait id sacerdotem tantummodo facere absente diacono. Ipsius autem verba ascribere non fuerit forte omnino inutile.

Μετὰ ταῦτα λέγει ὁ διάκονος, εἴπερ τύχῃ· εἰ δ' οὐ τύχῃ, λέγει ὁ ἱερεύς·

Posthæc dicit diaconus, si adsit; sin minus, dicit sacerdos:

Σῶσον, ὁ Θεὸς, τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον κληρονομίαν σου. Ἐπίσκεψαι τὸν κόσμον σου ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς. Ὕψωσον κέρας Χριστιανῶν ὀρθοδόξων, καὶ κατάπεμψον ἐφ' ἡμᾶς τὰ ἐλέη σου τὰ πλούσια. Πρεσβείαις τῆς παναχράντου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας· τῶν τιμίων ἐπουρανίων δυνάμεων ἀσωμάτων· τοῦ τιμίου ἐνδόξου προφήτου, προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου· τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων· τοῦ ἁγίου τοῦδε, καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων, ἱκετεύομέν σε, πολυέλεε Κύριε, ἐπάκουσον ἡμῶν δεομένων σου, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς.

115. Salva, Deus, populum tuum, et benedic hæreditati tuæ. Visita orbem tuum in misericordia et miserationibus. Extolle cornu Christianorum orthodoxorum, et abundantes misericordias tuas ad nos demitte. Precibus intemeratæ Dominæ nostræ Deiparæ semperque virginis Mariæ; venerandarum cœlestium et incorporearum virtutum; honorabilis ac gloriosi prophetæ, præcursoris et Baptistæ Joannis; sanctorum, gloriosorum et celeberrimorum apostolorum, sancti N. (illius verisimiliter cujus festa lux agitur) et omnium sanctorum tuorum, quæsumus te, multum misericors Domine, exaudi nos te deprecantes, et miserere nostri.

Οἱ δὲ ἀδελφοὶ λένουσι τὸ, Κύριε, ἐλέησον, μ'.

Fratres autem dicunt (vel, ut S. Germanus, chorus primus), Domine, miserere: quadragies.

Καὶ πάλιν ὁ ἱερεὺς ἐκφωνεῖ· Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ θεοφυλάκτων βασιλέων ἡμῶν, κράτους, νίκης, διαμονῆς, εἰρήνης, ὑγείας, σωτηρίας, ἐπισκέψεως, καὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, καὶ τοῦ Κύριον

115*. Et iterum exclamat sacerdos: Adhuc oramus pro piissimis et a Deo servatis imperatoribus nostris, pro ipsorum imperio, victoria, stabilitate, pace, valetudine, protectione, venia peccatorum et

Digitized by Google

ut Dominus Deus noster ipsos magis adjuvet, prosperet in omnibus, ipsorumque pedibus subjiciat omnem inimicum et hostem. Dicamus. Fratres vero dicunt (vel ut est apud S. Germanum, chorus secundus), Domine, miserere, tricies.

116. Et iterum exclamat sacerdos :

Adhuc oramus pro archiepiscopo vel episcopo N. et omni in Christo fraternitate nostra, et pro omni Christiana anima, afflicta et mœrore oppressa, divinæque misericordiæ ac opis indiga; pro hujus sanctæ domus, et in ea habitantium protectione; pro totius orbis pace ac tranquillitate; pro statu prospero sanctarum Dei Ecclesiarum; pro salute et auxilio patrum et fratrum nostrorum, cum studio ac timore Dei laborantium et ministrantium; pro derelictis et iter facientibus; pro ægrotantium medela; pro dormitione, requie, beata memoria, et venia peccatorum impetranda animabus defunctorum patrum ac fratrum nostrorum, hic et ubique terrarum pie sepultorum fidelium; pro captivorum libertate, pro fratribus nostris qui sunt in ministeriis, et omnibus qui ministrant et ministraverunt in hac æde sancta. Dicamus. Fratres autem dicunt quinquagies, Domine, miserere.

117. Adhuc oramus ut sancta hæc ædes, omnis urbs et regio a peste, fame, terræ motu, inundatione, igne, gladio, alienigenarum incursu, intestino bello, et repentina morte liberentur; ut bonus et hominum amans Deus noster, fiat nobis propitius, clemens et reconciliatu facilis, ut avertat omnem iram contra nos motam, justisque suis comminationibus nos eripiat, et misereatur nostri. Et dicitur, Domine, miserere, quadragies.

118. Adhuc oramus, ut Dominus Deus noster exaudiat vocem deprecationis nostrum peccatorum, et misereatur nostri. Domine, miserere, bis et vicesies. Posthæc quorum vult vivorum ac mortuorum memoriam agit, et denuo exclamat sacerdos :

Exaudi nos, Deus servator noster, spes omnium finium terræ et in mari longe : ac propitius, propitius esto peccatis nostris, et miserere nostri. Misericors enim Deus, et humanus es : et tibi gloriam referimus, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen. Et statim subdit : Pax omnibus. Fratres autem : Et spiritui tuo. Sacerdos (vel, ut S. Germanus, diaconus), Capita vestra Domino inclinate. Et cunctis inclinantibus capita seque incurvantibus versus terram, bene precatur sacerdos contenta voce dicens hanc orationem :

119. Dominator multum misericors, Domine Jesu Christe, Deus noster, precibus intemeratæ Dominæ nostræ Deiparæ semperque virginis Mariæ; venerandarum et cœlestium virtutum incor-

A τὸν Θεὸν ἡμῶν ἐπὶ πλεῖον συνεργῆσαι, κατευοδῶσαι αὐτοὺς ἐν πᾶσι, καὶ ὑποτάξαι ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν πάντα ἐχθρὸν καὶ πολέμιον. Εἴπωμεν. Οἱ δὲ ἀδελφοὶ τὸ, Κύριε, ἐλέησον, λ'.

Καὶ πάλιν ὁ ἱερεὺς ἐκφωνεῖ·

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, ἢ ἐπισκόπου, τοῦ δεῖνος, καὶ πάσης τῆς ἐν Χριστῷ ἡμῶν ἀδελφότητος, καὶ ὑπὲρ πάσης ψυχῆς Χριστιανῶν θλιβουμένης τε καὶ καταπονουμένης, ἐλέους Θεοῦ καὶ βοηθείας ἐπιδεομένης· σκέπης τοῦ ἁγίου οἴκου τούτου καὶ τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῷ, εἰρήνης καὶ καταστάσεως τοῦ σύμπαντος κόσμου, εὐσταθείας τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησιῶν· σωτηρίας καὶ βοηθείας τῶν μετὰ σπουδῆς καὶ φόβου Θεοῦ κοπιώντων καὶ B διακονούντων πατέρων καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν· ὑπὲρ τῶν ἀπολειφθέντων καὶ τῶν ἐν ἀποδημίαις ὄντων· ἰάσεως τῶν ἐν ἀσθενείαις κατακειμένων· ὑπὲρ κοιμήσεως, ἀνέσεως, μακαρίας μνήμης, καὶ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν τῶν προαπελθόντων πατέρων καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν, τῶν ἐνθάδε εὐσεβῶς κειμένων καὶ ἀπανταχοῦ ὀρθοδόξων· ὑπὲρ ἀναῤῥύσεως τῶν αἰχμαλώτων, καὶ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, τῶν ἐν ταῖς διακονίαις ὄντων, καὶ πάντων τῶν διακονούντων καὶ διακονησάντων ἐν τῇ ἁγίᾳ μονῇ ταύτῃ. Εἴπωμεν. Οἱ δὲ ἀδελφοὶ τὸ, Κύριε, ἐλέησον, ν'.

Εἶτα δεόμεθα ὑπὲρ τοῦ διαφυλαχθῆναι τὴν ἁγίαν μονὴν ταύτην, καὶ πᾶσαν πόλιν, καὶ χώραν ἀπὸ λοιμοῦ, λιμοῦ, σεισμοῦ, καταποντισμοῦ, πυρὸς, μαχαίρας, ἐπιδρομῆς ἀλλοφύλων, καὶ ἐμφυλίου πολέμου, C καὶ αἰφνιδίου θανάτου. Ὑπὲρ τοῦ ἵλεων, εὐμενῆ καὶ εὐδιάλλακτον γενέσθαι τὸν ἀγαθὸν καὶ φιλάνθρωπον Θεὸν ἡμῶν, τοῦ ἀποστρέψαι πᾶσαν ὀργὴν τὴν καθ' ἡμῶν κινουμένην, καὶ ῥύσασθαι ἡμᾶς τῆς ἐπικειμένης δικαίας αὐτοῦ ἀπειλῆς, καὶ ἐλεῆσαι ἡμᾶς. Τὸ, Κύριε, ἐλέησον, μ'.

Εἶτα δεόμεθα καὶ ὑπὲρ τοῦ εἰσακοῦσαι Κύριον τὸν Θεὸν τῆς φωνῆς τῆς δεήσεως ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ἐλεῆσαι ἡμᾶς. Τὸ, Κύριε, ἐλέησον, ιβ'. Εἶτα μνημονεύει οὓς θέλει ζῶντας καὶ τεθνεῶτας· καὶ πάλιν ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεύς·

Ἐπάκουσον ἡμῶν, ὁ Θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς καὶ τῶν ἐν θα- D λάσσῃ μακράν· καὶ ἵλεως, ἵλεως γενοῦ ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς. Ἐλεήμων γὰρ καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Καὶ εὐθὺς τὸ, Εἰρήνη πᾶσι. Καὶ οἱ ἀδελφοί· Καὶ τῷ πνεύματί σου. Ὁ ἱερεύς· Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ Κυρίῳ κλίνατε. Καὶ πάντων κλινόντων τὰς κεφαλὰς, καὶ ἐπὶ γῆς κεκυφότων, ἐπεύχεται ὁ ἱερεὺς μεγαλοφώνως λέγων τὴν εὐχὴν ταύτην·

Δέσποτα πολυέλεε, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, πρεσβείαις τῆς παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας· τῶν τιμίων καὶ ἐπουρανίων δυνάμεων ἀσωμάτων· τοῦ τιμίου ἐνδόξου

Digitized by Google

προφήτου, προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου· τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, τοῦ ἁγίου τοῦδε, καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων, εὐπρόσδεκτον ποίησον τὴν δέησιν ἡμῶν· δώρησαι ἡμῖν τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων ἡμῶν· σκέπασον ἡμᾶς ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου· ἀποδίωξον ἀφ' ἡμῶν πάντα ἐχθρὸν καὶ πολέμιον· εἰρήνευσον τὴν ζωὴν ἡμῶν· Κύριε, ἐλέησον ἡμᾶς καὶ τὸν κόσμον σου, καὶ σῶσον τὰς ψυχὰς ἡμῶν, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

A porearum, venerandi ac gloriosi prophetæ; præcursoris et Baptistæ Joannis; sanctorum gloriosorum et percelebrium apostolorum; sancti N. et omnium sanctorum tuorum, acceptam redde orationem nostram, nobis tribue nostrorum delictorum veniam; sub tegmine alarum tuarum protege nos, omnem inimicum et hostem a nobis propulsa, vitam nostram contine in pace; Domine, miserere nostri atque orbis tui, et serva animas nostras, utpote qui es bonus et hominum amator.

Εἶτα ἀρχόμεθα τὰ στιχηρὰ τοῦ στίχου, καὶ ψάλλοντες εἰσερχόμεθα ἐν τῷ ναῷ, ἐπᾴδοντες καὶ τοὺς τυχόντας στίχους αὐτῶν.

120. Hisce absolutis incipimus stichera versiculi, et psallentes templum ingredimur accinentes etiam versiculos tali die occurrentes.

Comm. Sed antequam ad illa stichera animum applicemus, meum esse intelligo, ut dicam ea quæ de propositis jam orationibus ac precibus dicenda restant. Atque ante omnia, in prima et ultima oratione, prout apud S. Germanum exstant, multo plurimum sanctorum patrocinia implorantur, quam prout exstant in Typico. Quippe post hæc verba, Καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, « Et celeberrimorum apostolorum, » sequitur in utraque oratione series aliorum sanctorum bene longa, et in prima quidem oratione, num. 115, fit singularis mentio.

Τῶν ἐν ἁγίοις Πατέρων ἡμῶν καὶ οἰκουμενικῶν μεγάλων διδασκάλων καὶ ἱεραρχῶν, Βασιλείου τοῦ Μεγάλου, Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, καὶ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου· τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς Νικολάου, ἀρχιεπισκόπου Μύρων τῆς Λυκίας τοῦ θαυματουργοῦ, τῶν ἁγίων, ἐνδόξων καὶ καλλινίκων μαρτύρων, τῶν ὁσίων καὶ θεοφόρων Πατέρων ἡμῶν, τῶν ἁγίων καὶ δικαίων Θεοπατόρων Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης, τοῦ ἁγίου τῆς μονῆς.

B Sanctorum Patrum nostrorum, et universalium magnorum doctorum ac pontificum Basilii Magni, Gregorii Theologi et Joannis Chrysostomi; sancti Nicolai, Myræ in Lycia archiepiscopi et miraculorum patratoris; sanctorum, gloriosorum et victoriis inclytorum martyrum; divorum et deiferorum Patrum nostrorum; sanctorum et justorum Dei parentum Joachim et Annæ; sancti hujus aedis.

Series autem quæ in ultima oratione num. 119, adjungitur, post supra dicta verba, hæc est:

Τῶν ἁγίων, ἐνδόξων καὶ καλλινίκων μαρτύρων· τῶν ὁσίων καὶ θεοφόρων Πατέρων ἡμῶν· τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Νικολάου, ἀρχιεπισκόπου Μύρων τῆς Λυκίας τοῦ θαυματουργοῦ· τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Γεωργίου τοῦ τροπαιοφόρου· τοῦ ἁγίου τοῦ δεῖνος, οὗ καὶ τὴν μνήμην ἐπιτελοῦμεν· τῶν ἁγίων καὶ δικαίων Θεοπατόρων Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης.

C Sanctorum, gloriosorum et victoriis inclytorum martyrum; divorum et deiferorum Patrum nostrorum; sancti Patris nostri Nicolai, archiepiscopi Myræ in Lycia, miraculorum patratoris; sancti, gloriosi et magni martyris Georgii tropæa referentis; sancti N. cujus agimus memoriam; sanctorum et justorum Dei parentum Joachim et Annæ.

121. Neque hoc prætermittendum est, in utraque oratione, statim post hæc verba: Πρεσβείας τῆς παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου, apud S. Germanum poni, δυνάμει τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, id est, « virtute honorandæ et vivificæ crucis. » Reliqui vero supra memorati genitivi, cum hac voce προστασίαις sive « patrociniis, » ibidem copulantur. Præterea S. Germani Acoluthiæ cum Typico non satis convenit de vicibus, quibus a choro dicendum est Κύριε, ἐλέησον· ubi enim in Typico scribitur λ', sive trigesies, ibi apud S. Germanum scribitur tantum γ', sive ter. Testatur tamen Goarus, etiam antiquos codices habere λ'. Denique monachi, ab episcoporum jurisdictione exempti, non nominant episcopum in prece num. 116, posita, sed suum abbatem sive præpositum, hoc modo: Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν τοῦ δούλου τοῦ Θεοῦ ὁ. δεῖνος. « Adhuc oramus pro venia peccatorum servi Dei N., » quibus verbis ostendunt quam submisse de suo genere vivendi sentiant. Atque hæc sunt quæ hic paucis adnotanda esse existimavi.

122. Nunc ramemus ad templum, audituri stichera hujus diei. Sunt autem illa προσόμοια et a Nilo Xanthopulo scripta, ut indicant Menæa.

Ἦχος πλ. α', πρὸς Χαίροις ἀσκητικῶν.

D Tonus obl. 1, sicut Χαίροις ἀσκητικῶν.

Χαίροις, ἱεραρχῶν ἡ τριάς, τῆς Ἐκκλησίας τὰ μεγάλα προπύργια, οἱ στῦλοι τῆς εὐσεβείας, ὁ τῶν πιστῶν ἑδρασμός, τῶν αἱρετιζόντων ἡ κατάπτωσις, Χριστοῦ οἱ ποιμάναντες τὸν λαὸν τοῖς θείοις δόγμασι, καὶ ταῖς ποικίλαις ἀρεταῖς οἱ ἐκθρέψαντες, οἱ τῆς χάριτος διαπρύσιοι κήρυκες, νόμους οἱ προεκθέμενοι Χριστοῦ τῷ πληρώματι, οἱ ὁδηγοὶ πρὸς τὰ ἄνω, τοῦ παραδείσου αἱ εἴσοδοι· Χριστὸν καταπέμψαι ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν αἰτεῖτε τὸ μέγα ἔλεος.

Salvete, hierarcharum trias, magna Ecclesiæ propugnacula, columnæ pietatis, fidelium firmamentum, hæreticorum ruina; divinis institutionibus pascentes Christianum populum, eumque variis nutrientes virtutibus; excelsi gratiæ præcones, interpretes legum in plenitudine Christi, ad superna ductores, paradisi introitus: orate Christum, ut magnam animabus nostris largiatur misericordiam.

Στίχος. Ὅσιοι καυχήσονται ἐν δόξῃ.

Versiculus. Exsultabunt sancti in gloria.

Χαίροις, ἱεραρχῶν ἡ τριάς, οὐρανοβάμονες, ἐπί-

125. Salvete, hierarcharum trias, gradientes

Digitized by Google

in cœlo, terreni angeli, salus mundi, hominum lætitia, doctores orbis, propugnatores verbi, periti medici morborum tum animi tum corporis, Spiritus perennia flumina, eruditione universam terræ faciem inundantia, theologi, bases, aureo insignes idiomate, divino Spiritu afflati; orate Christum, ut magnam animabus nostris largiatur misericordiam.

Versiculus. Sacerdotes tui, Domine, induent justitiam.

124. Salvete, hierarcharum trias, terrestris firmamenti sol, radii, et de triplicis solis lumine accensæ faces, in obscuris versantium illuminatio, flores suave olentes, pulcherrima paradisi amœnitas, tu Theologe Gregori, tu erudite Basili, tu Chrysostome, Spiritus tabulæ a Deo exaratæ, distenta salutis lacte ubera, ornamenta sapientiæ; Christo supplicate, ut magnam nobis tribuat misericordiam.

Gloria. Tonus idem.

125. Canamus tubis, tripudiemus ut facere festo die convenit, et gestiamus lætitia, cœtu publico in nostrorum gratiam doctorum coacto. Reges ac principes concurrant, et hierarchas cum plausu excipiant, non secus ac tres immensos fluvios dogmatum; tres Calirrhoæ fonti similes, Spiritus aquam vivam in perpetuum fundentes. O pastores ac magistri, una celebremus tres adorandæ Trinitatis interpretes: philosophi, ut sapientes; presbyteri, ut pastores; peccatores, ut patronos; pauperes, ut locupletatores; afflicti, ut consolatores; viatores, ut comites; navigantes, ut gubernatores; reliqui omnes, ut ubique et in quavis necessitate ardenter præoccupantes. Et dum laudibus divinos illos efferimus antistites, dicamus: Doctores sanctissimi, maturate eripere fideles ex hujusce vitæ offendiculis, et nos æternis liberare ærumnis.

Et nunc. Germani patriarchæ Theotocion simile.

126. Canamus tubis, quia Regina omnium, mater Virgo, benevola est, et benedictionibus coronat laudatores suos. Reges ac principes concurrant, atque excitato plausu venerentur reginam, quæ peperit regem, gaudentem a morte victos benigne solvere. Pastores ac magistri, Pastoris boni sanctissimam genitricem una efferamus laudibus. Candelabrum aureum, illuminantem nubem, excelsiorem cherubim, animatam arcam, speciosum Altissimi solium, urnam auream receptricem mannæ, vitalem Verbi tabulam, omnium Christianorum perfugium sacro celebrantes carmine, sic dicamus: Palatium Verbi, nos humiles cœlorum regno dignare, non est enim quidquam, quod te intercedente fieri non possit.

127. Iterum repetendum est ad contextum Typici.

Deinde, Nunc dimittis, Trisagion, sanctissima Trinitas, Pater noster. Exclamat autem sa-

A γειοι ἄγγελοι, τοῦ κόσμου ἡ σωτηρία, ἡ τῶν ἀνθρώπων χαρὰ, καὶ τῆς οἰκουμένης οἱ διδάσκαλοι, τοῦ λόγου οἱ πρόμαχοι, ἰατροὶ ἐπιστήμονες τῶν νοσημάτων τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, οἱ ἀείῤῥοοι ποταμοὶ οἱ τοῦ Πνεύματος, λόγοις οἱ καταρδεύσαντες τῆς γῆς ἅπαν πρόσωπον, οἱ θεολόγοι, αἱ βάσεις, οἱ χρυσολόγοι, οἱ ἔνθεοι· Χριστὸν καταπέμψαι ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν αἰτεῖτε τὸ μέγα ἔλεος.

Στίχος. Οἱ ἱερεῖς σου, Κύριε, ἐνδύσονται δικαιοσύνην.

Χαίροις, ἱεραρχῶν ἡ τριὰς, τοῦ ἐπιγείου στερεώματος ἥλιος, ἀκτῖνες, καὶ δᾳδουχίαι ἐκ τριπλοῦ αὐγῆς, τῶν ἐσκοτισμένων ἡ ἀνάβλεψις, τὰ ἄνθη τὰ εὔοσμα, τοῦ παραδείσου τὰ κάλλιστα, ὁ θεολόγος Γρηγόριος, ὁ σοφός τε Βασίλειος, ὁ Χρυσόστομος, B τὰ πυξία τοῦ Πνεύματος, πλάκες αἱ θεοχάρακτοι, μαζοὶ οἱ ἐκβλύζοντες τῆς σωτηρίας τὸ γάλα, τὸ τῆς σοφίας τὸ ἀγλάϊσμα· Χριστὸν δυσωπεῖτε ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν δοθῆναι τὸ μέγα ἔλεος.

Δόξα. Ἦχος ὁ αὐτός.

Σαλπίσωμεν ἐν σάλπιγγι ᾄσμάτων, χορεύσωμεν ἑόρτια, καὶ σκιρτήσωμεν ἀγαλλόμενοι ἐν τῇ πανδήμῳ πανηγύρει τῶν διδασκάλων ἡμῶν. Βασιλεῖς καὶ ἄρχοντες συντρεχέτωσαν, καὶ τοὺς ἱεράρχας κροτήτωσαν ἐν ὕμνοις, ὡς δογμάτων βλύσαντας ποταμοὺς ὑπερμεγέθεις, τρεῖς καλλιῤῥόας ἀειζώους τοῦ Πνεύματος. Ποιμένες καὶ διδάσκαλοι, τοὺς τῆς σεπτῆς Τριάδος τρισσοὺς ἱερομύστας συνελθόντες εὐφημήσωμεν. Οἱ φιλόσοφοι τοὺς σοφοὺς, οἱ ἱερεῖς τοὺς ποιμένας, οἱ ἁμαρτωλοὶ τοὺς προστάτας, οἱ πένητες τοὺς C πλουτιστὰς, οἱ ἐν θλίψεσι τοὺς παραμυθοῦντας, οἱ ὁδοιπόροι τοὺς συνοδίτας, οἱ ἐν θαλάσσῃ τοὺς κυβερνήτας, οἱ πάντες τοὺς πανταχοῦ θερμῶς προφθάνοντας· θείους ἀρχιεράρχας ἐγκωμιάζοντες οὕτως εἴπωμεν· Πανάγιοι διδάσκαλοι, σπεύσατε ἐξελεῖν τοὺς πιστοὺς ἐκ τῶν τοῦ βίου σκανδάλων, καὶ ῥῦσαι κολάσεων τῶν αἰωνίων ἡμᾶς.

Καὶ νῦν. Γερμανοῦ πατριάρχου Θεοτόκιον ὅμοιον.

Σαλπίσωμεν ἐν σάλπιγγι ᾀσμάτων· προκύψασα γὰρ ἡ παντάνασσα Μητροπάρθενος ταῖς εὐλογίαις καταστέφει τοὺς εὐφημοῦντας αὐτήν. Βασιλεῖς καὶ ἄρχοντες συντρεχέτωσαν, καὶ τὴν βασιλίδα κροτήτωσαν ἐν ὕμνοις, βασιλέα τέξασαν τοὺς θανάτῳ κρα- D τουμένους πρὶν ἀπολῦσαι φιλανθρώπως εὐδοκήσαντα. Ποιμένες καὶ διδάσκαλοι, τὴν τοῦ καλοῦ ποιμένος ὑπεράγιον Μητέρα συνελθόντες εὐφημήσωμεν· τὴν λυχνίαν τὴν χρυσαυγῆ, τὴν φωτοφόρον νεφέλην, τὴν τῶν χερουβὶμ ὑπερτέραν, τὴν ἔμψυχον κιβωτὸν, τὸν περίμορφον τοῦ Δεσπότου θρόνον, τὴν μανναδόχον χρυσέαν στάμνον, τὴν ζωηφόρον τοῦ Λόγου πλάκα, ἁπάντων τῶν Χριστιανῶν τὸ καταφύγιον, ᾄσμασι θεηγόροις ἐγκωμιάζοντες, οὕτως εἴπωμεν· Παλάτιον τοῦ Λόγου, ἀξίωσον τοὺς ταπεινοὺς ἡμᾶς τῆς οὐρανῶν βασιλείας· οὐδὲν γὰρ ἀδύνατον τῇ μεσιτείᾳ σου.

Εἶτα τὸ, Νῦν ἀπολύεις, τὸ τρισάγιον τὸ, πανα- γία Τριὰς, σὺν τῷ Πάτερ ἡμῶν. Ἐκφωνεῖ ὁ

Digitized by Google

ἱερεύς· Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Καὶ ἡμεῖς τὸ ἀπολυτίκιον, ἢ τὸ, Θεοτόκε Παρθένε, λέγοντες αὐτὸ ἐκ γ'. »

A cerdos : Quia tuum est regnum, virtus et gloria, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen. Nos autem Apolyticion, vel, Deipara Virgo, ter recitamus.

Comm. Primo hic notatur recitandum Canticum Simeonis, quo Latini Completorium suum claudunt. Trisagion exhibui num. 31. Oratio ad sanctissimam Trinitatem dirigenda, in Euchologio sic integra ponitur :

Παναγία Τριὰς, ἐλέησον ἡμᾶς· Κύριε, ἱλάσθητι ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, Δέσποτα, συγχώρησον ταῖς ἀνομίαις ἡμῶν· Ἅγιε, ἐπίσκεψαι καὶ ἴασαι τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου.

Sacrosancta Trinitas, miserere nostri; Domine, propitius esto peccatis nostris; Dominator, remitte iniquitates nostras; Sancte, respice et sana infirmitates nostras, propter nomen tuum.

128. Comm. Quod ad duo ista vocabula attinet, Deipara Virgo; ea Salutationi Angelicæ addidit Ecclesia Orientalis post condemnationem Nestorii, qui, ut num. 32 vidimus, eam tantum Χριστοτόκον dicendam esse pugnabat. Græci itaque Mariam Θεοτόκον salutant, priusquam κεχαριτωμένην sive « gratia plenam; » nec celant causam istiusmodi salutationis; nam hisce Elisabethæ verbis, Εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου, « Benedictus fructus ventris tui, » statim subjungunt : Ὅτι Σωτῆρα ἔτεκες τῶν ψυχῶν ἡμῶν, « Quia Servatorem genuisti animarum nostrarum. » Non tamen opinor Angelicam illam Salutationem hic totam recitandam fuisse a Græcis antiquioribus, licet ea tota habeatur in aliquo recentiore horologio, quia ritus salutationem illam connectendi cum Oratione Dominica non admodum antiquus est; ut licet cernere ex iis, quæ a doctissimo viro, Joanne Mabilione, in Præfatione ad sæculum decimum § 6, afferuntur. Sed hoc tribus doctoribus sacro die; recitatur sequens Ἀπολυτίκιον.

Ἀπολυτίκιον. Ἦχος α'.

Τοὺς τρεῖς μεγίστους φωστῆρας τῆς τρισηλίου Θεότητος, τοὺς τὴν οἰκουμένην ἀκτῖσι δογμάτων πυρσεύσαντας, τοὺς μελιῤῥύτους ποταμοὺς τῆς σοφίας, τοὺς τὴν κτίσιν πᾶσαν θεογνωσίας νάμασι καταρδεύσαντας, Βασίλειον τὸν Μέγαν, καὶ τὸν θεολόγον Γρηγόριον, σὺν τῷ κλεινῷ Ἰωάννῃ τῷ τὴν γλῶτταν χρυσορῥήμονι, πάντες οἱ τῶν λόγων αὐτῶν ἐραστὰι συνελθόντες, ὕμνοις τιμήσωμεν· αὐτοὶ γὰρ τῇ Τριάδι ὑπὲρ ἡμῶν ἀεὶ πρεσβεύουσιν.

B Dimissorium. Tonus 1.

129. Tria maxima divinitatis, tanquam solis triplicis luminaria, orbem totum suis divinorum documentorum radiis, quasi de alta specula illustrantia, mellifluos amnes sapientiæ, omnem creaturam irrigantes divinæ cognitionis latice; Basilium Magnum, Theologum Gregorium, et inclytum Joannem, aureum illud eloquentiæ flumen, consensu pari honoremus omnes qui eorum scripta adamamus. Etenim Trinitati pro nobis semper supplicant.

Ἕτερον. Ἦχος δ'.

Ὡς τῶν ἀποστόλων ὁμότροποι, καὶ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλοι, τῷ Δεσπότῃ τῶν ὅλων πρεσβεύσατε, εἰρήνην τῇ οἰκουμένῃ δωρήσασθαι, καὶ ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν τὸ μέγα ἔλεος.

Aliud. Tonus 4.

Iisdem quibus apostoli præditi moribus, ac doctores orbis, Dominum universorum orate, ut et mundo pacem, et nobis misericordiam magnam impartiatur. C

130. Sequitur benedictio panis, vini et olei : et pro communi quidem pane diebus solemnioribus apponi paximatia, id est panes biscoctos tradit Goar : credo quia tunc panem recentem coqui festi solemnitas prohibebat. Olei autem non meminit S. Germanus. De ipsa vero prædictorum benedictione, sic loquitur Typicon :

Ὁ δὲ κελλαρίτης προτίθησιν ἐν τῷ ἀναλογίῳ ἄρτους ε', ἐξ ὧν ἐσθίομεν ἐν τῇ τραπέζῃ· ὡσαύτως καὶ στάμνον οἴνου τοῦ καλλίστου, καὶ ὀλίγον ἔλαιον εἰς ἄγγος τι. Ὁ δὲ ἱερεὺς, λαβὼν ἄρτον ἕνα ἐπὶ χεῖρας, καὶ τυπώσας ἐν αὐτῷ σταυρὸν, ἐπεύχεται τὴν εὐχὴν ταύτην ἐκφώνως·

Promus condus exponit in pulpito panes quinque, quibus in mensa vescimur. Apponit quoque amphoram plenam vini generosissimi, et modicum oleum in aliquo vase. Tum sacerdos, accipiens panem unum in manus, in eoque formans signum crucis, fundit elata voce hanc orationem :

Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ εὐλογήσας τοὺς πέντε ἄρτους, καὶ πεντακισχιλίους χορτάσας, αὐτὸς εὐλόγησον καὶ τοὺς ἄρτους τούτους, τὸν σῖτον, τὸν οἶνον, καὶ τὸ ἔλαιον· καὶ πλήθυνον αὐτὰ ἐν τῇ ἁγίᾳ μονῇ σου καὶ εἰς τὸν κόσμον σου ἅπαντα· καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν μεταλαμβάνοντας πιστοὺς ἁγίασον· ὅτι σὺ εἶ ὁ εὐλογῶν καὶ ἁγιάζων τὰ σύμπαντα, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

131. Domine Jesu Christe, Deus noster, qui quinque panibus benedictis, quinque millia hominum satiasti; idem hos panes, frumentum, vinum et oleum benedic, et hæc multiplica in hac sancta habitatione, et per universum tuum orbem, ex iisque comesturos fideles sanctifica, quia tu benedicis et sanctificas omnia, Christe Deus noster; tibi enim gloriam tribuimus, cum tuo ingenito Patre, et omnino sancto et bono ac vivifico tuo Spiritu, nunc, et in sæcula sæculorum. D

Καὶ μετὰ τὸ Ἀμήν, λέγομεν λγ' ψαλμὸν, τὸ,

132. Et dicto Amen, recitamus tertium et tri-

Digitized by Google

cesimum psalmum, Benedicam Dominum in omni tempore : usque ad hæc verba : Non minuentur omni bono. Sacerdos vero digressus stat pro sanctis foribus, occidentem respiciens, et finita ea parte psalmi orat, dicens : Benedictio Domini sit super vos ubique, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A Εὐλογήσω τὸν Κύριον ἐν παντὶ [καιρῷ, ἕως τοῦ, Οὐκ ἐλαττωθήσονται παντὸς ἀγαθοῦ. Ὁ δὲ ἱερεὺς, ἀπελθὼν, ἵσταται ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, βλέπων πρὸς δυσμάς. Μετὰ δὲ τὴν συμπλήρωσιν τοῦ ψαλμοῦ ἐπεύχεται ὁ ἱερεὺς, λέγων· Εὐλογία Κυρίου ἐφ' ὑμᾶς πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

133. Comm. Hic, ut S. Germanus quidem ait, γίνεται ἀπόλυσις, fit dimissio : sed, ut Typicum, εὐθέως ἀνάγνωσις εἰς τὸν Πραξαπόστολον, id est « confestim succedit lectio Praxapostoli. » Est autem Πραξαπόστολος liber Græcorum ecclesiasticus, qui sic appellatur, inquit Petrus Lambecius, lib. v *de Bibliotheca Cæsarea*, pag. 287, quod potior majorque illius pars ex Actibus apostolorum et Epistolis S. Pauli concinnata sit. Atque ea causa est cur etiam dicatur simpliciter, Ἀπόστολος. Hoc sane insignitus titulo in lucem prodiit Venetiis anno MDCVII, quæ impressio exstat in Museo nostro. Res illo ecclesiastico libro contentas præterea, aliquis ignotus auctor apud Leonem Allatium Dissertat. 1 de libris ecclesiast. Græcorum, expressit carmine iambico, quod ego non transcribo, partim quia longiusculum est, partim quia eæ res facile cognosci queunt ex verbis Typici, huc necessario alia de causa transcribendis.

134. Sciendum est, quod a Dominica Paschatis usque ad Dominicam Sanctorum Omnium, pro lectione majorum Vesperarum, leguntur tantummodo Acta apostolorum ; reliquis totius anni Dominicis septem catholicæ, et quatuordecim S. Pauli Epistolæ, et Joannis Apocalypsis.

B Ἰστέον, ὅτι ἀπὸ τῆς Κυριακῆς τοῦ Πάσχα μέχρι τῶν Ἁγίων πάντων εἰς τὴν τοιαύτην ἀνάγνωσιν, λέγω δὴ τοῦ μεγάλου ἑσπερινοῦ, αἱ Πράξεις τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἀναγινώσκονται μόναι· εἰς δὲ τὰς λοιπὰς Κυριακὰς τοῦ ὅλου χρόνου αἱ ἑπτὰ Καθολικαὶ, καὶ αἱ ιδ' τοῦ ἁγίου Παύλου Ἐπιστολαὶ, καὶ ἡ Ἀποκάλυψις Ἰωάννου.

135. Jam vero, ut minutissima quæque studiosissime persequar, sequentia quoque observata velim. Primo, quod dictæ Scripturæ, non secus atque in Latinorum Ecclesia, leguntur cum titulo et nomine auctoris. Deinde quod lectionibus Actuum apostolorum et Apocalypseos præmittuntur hæ particulæ, Ἐν τοῖς ἡμέραις ἐκείναις, sive in diebus illis ; nisi forte initium libri fuerit, vel aliqua nota temporis in genuino textu apposita, inveniatur. Tertio, quod apostolorum Epistolis, præfigitur, vox ἀδελφοί, Fratres, si ad plures scripta fuerint ; sin autem ad unum tantum, illius, ad quem scriptæ sunt, nomen præponitur, addito dulcissimo Filii vocabulo, e. g. : Τέκνον Τιμόθεε, Τέκνον Τίτε, « Fili Timothee, Fili Tite. » De Dominica quoque Sanctorum Omnium, superius memorata, scire convenit, eam esse primam post Pentecosten. Id patet ex Callisto, qui in Synaxario sic fatur : Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ Κυριακῇ μετὰ τὴν Πεντηκοστὴν τὴν τῶν ἁπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης, ἐν Ἀσίᾳ, Λιβύῃ καὶ Εὐρώπῃ, βορρᾷ νοτῷ, Ἁγίων πάντων ἑορτὴν ἑορτάζομεν· « Eadem die Dominica post Pentecosten, ubique per universum orbem exsistentium, in Asia, Libya, et Europa, Austroque ac Septentrione, Sanctorum Omnium festum agitamus. » Edita est etiam Oratio Leonis imperatoris, ubi sic legitur : Κυριακῇ μετὰ τὴν Πεντηκοστὴν εἰς τοὺς ἁπανταχοῦ γῆς Ἁγίους πάντας, ὅτι τὸν ἀλάστορα τοῦ γένους ἡμῶν οἰκείοις αὐλοις κατέβαλον, καὶ ἡ παγκόσμιος Ἐκκλησία τούτους τιμᾷ· « Dominica post Pentecosten, universæ terræ, sanctos, quia generi nostro infestum dæmonem suis in certaminibus vicerunt, universa Ecclesia honorat. »

136. Roges fortasse quid supradicto pane benedicto fiat. Id nos edocebit Typicum, quod sic habet :

Promus condus frangit panes et dat fratribus; consimiliter de eodem calice vini, ad vigiliarum molestiam perferendam ; sicut jam inde ab initio Patres nobis nostri tradiderunt.

C Ὁ κελλαρίτης, διακλάσας τοὺς ἄρτους, ἐπιδίδωσι τοῖς ἀδελφοῖς· ὡσαύτως καὶ ἀπὸ ἑνὸς ποτηρίου οἴνου διὰ τὸν κόπον τῆς ἀγρυπνίας, ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς παρελάβομεν ἀπὸ τῶν ἁγίων Πατέρων.

Comm. Neque vero hæc a Patribus instituta cæremonia videtur vacare mysterio : quid enim ad excitandam memoriam illius oraculi, Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei (*a*), potest esse aptius, quid magis accommodatum, quam sacrorum voluminum lectionem cum esu panis conjungere ? Mitto illum in Orientali Ecclesia panis esum gerere speciem quamdam ac similitudinem antiquæ agapes, et ad seriem Typici revolvor : ubi mox nominandi diaconitæ, intelliguntur monasteriorum famuli, religiosis pariter votis obstricti, quos conversos ex usu antiquo, alii ex recentiori laicos dicunt, de quibus in hoc vigiliarum ordine sic legitur :

137. Diaconitæ igitur, facta solita reverentia ante sanctas januas et versus alternos choros, egrediuntur. Ab illa autem hora nemini fas est aquam bibere, propter perceptionem incontaminatorum mysteriorum. Benedictus autem panis est præservativus a quibuscunque malis, si cum fide sumatur.

D Οἱ οὖν διακονηταὶ, ποιήσαντες τὴν συνήθη μετάνοιαν ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν καὶ εἰς τοὺς χοροὺς πρὸς μίαν, ἐξέρχονται. Ἀπὸ δὲ τῆς ὥρας ἐκείνης οὐκ ἔχει τις ἐξουσίαν πιεῖν ὕδωρ, διὰ τὴν μετάληψιν τῶν ἀχράντων μυστηρίων. Ὁ δὲ εὐλογητὸς ἄρτος ἐστὶν ἀλεξιτήριος παντοίων κακῶν, εἰ μετὰ πίστεως λαμβάνοιτο.

138. Comm. Ultima hæc verba cum nequeant de pane alio intelligi, quam de illo qui antea quasi ad cœnulam illatus et distributus fuisse dicitur ; dubitari possit, an indicta omnibus posthæc abstinentia etiam aquæ, propter participationem incontaminatorum mysteriorum, ad benedicti istius panis præsentem sumptionem, an potius ad faciendam sequenti die Eucharistiæ communionem referatur. Hoc quidem ultimum mihi videtur verosimilius ; quia nomine ἀχράντων μυστηρίων intelliguntur communiter mysteria corporis et sanguinis Domini ; et hæ tam solemnes Vesperæ cum subsequenti pervigilio, præparatio quæ-

(*a*) Matth. IV, 4.

Digitized by Google

dam erant festis subsequens : nam egressis conversis, ad pervigilandum in ecclesia remanebant monachi clericique, ad ejusmodi laborem delibatis pane ac vino corroborati.

Quod tamen ad reverentiam, etiam communi, sed ita ut supra benedicto pani vinoque habendam, et utilitatem inde capiendam attinet; illa probatur etiam S. Augustino doctori Latino, qui lib. II *De pecc. remiss.* de illo pane, vel (ut alii volunt) de sale catechumenis dari solito, sic loquitur : Quamvis non sit corpus Christi sanctus est tamen, et sanctior quam cibi quibus alimur, quoniam sacramentum est.

139. Nihil necesse arbitror, ut hic aliquantulum digrediar moneamque D. Augustinum hoc loco sacramenti nomine, non intelligere vere ac proprie dictum sacramentum, sive signum sensibile atque symbolicum gratiæ sanctificantis, a Deo stabiliter institutum, ut usu suo hominem sanctificet. Quippe cum dicat illum precibus consecratum panem vel salem porrigi catechumenis; qui in theologico pulvere exercitatus est lector, facile pervidet, etiam me tacente, Augustinum hic nomine sacramenti tantum intelligere ritum aliquem ecclesiasticum, sive, ut verbis scholæ utar, aliquod sacramentale, quod gratiam sanctificantem ex operato opere conferre non potest, quanquam quasi ex opere operato possit aliquos effectus inferiores conferre tam quoad corpus, quam quoad animum. Id quod de hoc pane, sacerdotis precibus consecrato, diserte pronuntiat Typicum, ut supra, num. 137, vidimus.

140, 141. Sed hujus panis vis ac virtus distinctius describitur in Hincmari archiepiscopi Rhemensis capitulis, quæ presbyteris suis dedit anno DCCCLV, et exstant apud Philippum Labbeum tom. VIII *Conc.* col. 570, ubi cap. 7 legitur hæc panis benedictio : « Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, benedicere digneris hunc panem tua sancta et spirituali benedictione; ut sit omnibus cum fide et reverentia ac gratiarum tuarum actione sumentibus, salus mentis et corporis, atque contra omnes morbos, et universim cunctorum inimicorum insidias tutamentum. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, panem vitæ, qui de cœlo descendit, et dat vitam ac salutem mundo, et tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti, per omnia sæcula sæculorum. Amen. » Quæ quidem oratio continetur etiam can. 9 Namnetensis concilii, ut videre est apud eumdem Labbeum tom. IX *Concil.* col. 470. Hic porro benedictus panis in Græcorum Vesperis, ita distribui solitus, vocatur proprio nomine κατάκλαστος, a fractione, ut significetur esse diversus a pane illo benedicto, qui in liturgia sive missæ sacrificio distribuebatur iis, qui ob impedimentum quodpiam communicare non poterant; talis panis dicebatur ἀντίδωρον, quasi ἀντὶ τῶν ἁγίων δώρων, seu vice divinæ eucharistiæ et sacræ communionis. Et vero ἀντίδωρον erat panis προθέσεως, sive panis ille sacer, ex quo pars aliqua ad conficiendam eucharistiam desecta erat, et Pachymeræ lib. V *Hist.* cap. 8, dicitur θεῖος ἄρτος, id est, « divinus panis. » Κατάκλαστος talis προθέσεως panis non erat, ut ex ante dictis patet. Nullus itaque Meursius, nullus Casaubonus duo illa benedicti panis genera confundat. Verum de hoc pane benedicto satis. Quare abeuntibus fratribus laicis, nos remaneamus in templo, ut cum reliquis etiam τῷ ὄρθρῳ sive matutino officio, cæremoniisque in eo adhiberi solitis interesse possimus.

CAPUT TERTIUM.

De officio matutino.

142. Matutinum in Græcanica Ecclesia Ὄρθρος dicitur. De eo agit Typicum in ultima parte capitis secundi, quod jam commentati sumus. Attamen, ne caput istud in immensum excresceret, visum fuit illud partiri. Sic ergo infit Typicum :

Μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ Πραξαποστόλου, εὐλογοῦντος τοῦ ἱερέως, ἀπαρχόμεθα τοῦ ἑξαψάλμου. A Post Praxapostoli lectionem, bene precante sacerdote, auspicamur hexapsalmum.

143. Comm. Ita dicitur continuatio sex psalmorum : qui hoc loco erant psalmi III, XXXVIII, LXII, LXXXVIII, CII, CXLII, quantum quidem possum ex Antonii Arcadii Horologio conjicere. Hexapsalmus ergo recitatur statim post lectionem sacram, intellige si agendæ sint vigiliæ, ut agendæ sunt hoc die, cujus exponimus officium. Nam, si vigiliæ agendæ non sint, sacra lectione finita, ad suam quisque cellam recipit se, et dat quieti; donec semanterii pulsibus a candelapte revocetur ad templum. Quod autem tunc sit matutinæ precis initium, quæ cæremoniæ, quæ ratio pulsandi semanterii, quæ thuris adolendi, qui ritus reverentiarum, sat clare explicat hoc idem Typicum cap. 10. Quanquam et tum, cum aguntur vigiliæ, semanterium pulsetur, eo videlicet tempore quo dicuntur sex assignati psalmi. Atque id significat Typicum : postquam enim instituerat de illis psalmis sermonem, dicit :

« Καὶ ὁ μὲν κανδηλάπτης, ἑτοιμάσας τὸν θυμιατὸν, ἐξέρχεται, καὶ σημαίνει τὸ μέγα· ὁ δὲ ἱερεὺς θυμιᾷ. Ὅταν οὖν ἄρξηται ὁ προεστὼς τοῦ ρδ' ψαλμοῦ, ἤγουν τὸ, » Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον, « λέγει ὁ αὐτὸς ἱερεὺς τὰς εὐχὰς τοῦ ὄρθρου, ἱστάμενος ἀσκεπὴς ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν. » B Et candelaptes quidem, apparato thuribulo, egreditur pulsatque semanterium majus, et sacerdos incensat. Quando vero præses sive abbas inchoavit CIII psalmum, scilicet Benedic, anima mea, Domino, dicit sacerdos, orationes matutini, stans detecto capite ante sanctas fores.

144. Comm. Non invenio orationes illas in Typico, sed apud S. Germanum invenio, omnino duodecim : fortassis pro numero totidem horarum; quas nox præsumitur absumpsisse absque divinis laudibus, respectu diurnarum quibus cum hoc officio datur initium, licet ea horarum partitio inæqualis ad usus civiles parum aut nihil faciat : ipsæ autem orationes hæ sunt.

ΕΥΧΗ Α'. C ORATIO I.

Εὐχαριστοῦμέν σοι, Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, τῷ ἐξαναστήσαντι ἡμᾶς ἐκ τῶν κοιτῶν ἡμῶν, καὶ ἐμβαλόντι εἰς τὸ στόμα ἡμῶν λόγον αἰνέσεως, τοῦ προσκυνεῖν καὶ ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον. Καὶ δεόμεθα σοῦ οἰκτιρμοῦ, οἷς πάντοτε ἐχρήσω περὶ τὴν ἡμετέ- Agimus tibi gratias, Domine Deus noster, qui nos excitasti e nostris cubilibus, et verba laudis immisisti in os nostrum, ut adoremus et invocemus nomen sanctum tuum, et misericordiam tuam, qua semper circa vitam nostram usus es. Preca-

Digitized by Google

mur te, mitte et nunc auxilium tuum super astantes coram facie gloriæ tuæ, ut copiosam a te miserationem exspectemus : iisque tibi cum timore et charitate servientibus, inenarrabilem tuam bonitatem laudare concede. Quia convenit tibi omnis gloria, honor et adoratio, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO II.

145. De nocte noster spiritus ad te vigilat, Deus noster, quia præcepta tua lumen sunt super terram. Doce nos justitiam et sanctitatem in timore perficere. Te enim ut nostrum verum Deum colimus. Inclina aurem tuam, et audi nos; et memento, Domine, præsentium, eorumque nominatim, qui una nobiscum comprecantur, et virtute tua eos salvos fac. Benedic populum tuum, et hæreditatem tuam sanctifica; orbi tuo, Ecclesiis tuis, sacerdotibus, imperatoribus nostris, et cuncto populo pacem concede. Quia benedictum, gloriosum, venerandum et magnificum est nomen tuum, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen

ORATIO III.

146. De nocte spiritus noster ad te vigilat, Deus, quia præcepta tua lumen sunt. Doce nos, Deus, justitiam tuam, mandata tua, justificationes tuas. Illumina mentium nostrarum oculos, ne forte in peccatis ad mortem obdormiamus. Caliginem omnem a cordibus nostris dispelle. Præbe nobis justitiæ solem, nostramque vitam ab omni tentatione liberam sub sigillo Spiritus sancti tui custodi. Dirige gressus nostros in viam pacis. Da nobis videre diluculum et diem in exsultatione, ut te matutinis concelebremus laudibus. Quia tua est potentia, et tuum est regnum, et virtus et gloria, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO IV.

147. Domine Deus, sancte et incomprehensibilis, qui dixisti ut e tenebris lux splendesceret, qui nos refecisti somno nocturno, et iterum ad laudationem supplicationemque bonitatis tuæ excitasti, tua ipsius permotus misericordia, nos, adorantes te, et quantas possumus tibi gratias referentes, etiam nunc suscipe; omniaque quæ ad salutem faciunt, postulata concede. Filios lucis et diei, tuorumque æternorum bonorum hæredes, nos constitue. In multitudine miserationum tuarum, Domine, recordare cuncti populi tui, præsentium et una nobiscum comprecantium, omniumque fratrum nostrorum, vel terra vel mari vel quocumque alio dominationis tuæ loco tua clementia et auxilio indigentium; omnibusque impende magnam misericordiam tuam, ut tam quoad animam quam quoad corpus salvi, glorificemus cum fiducia admirabile ac benedictum nomen tuum, Patris, et Filii, et

A ραν ζωὴν, καὶ νῦν ἐξαπόστειλον τὴν βοήθειάν σου ἐπὶ τοὺς ἑστῶτας πρὸ προσώπου τῆς ἁγίας δόξης σου, καὶ ἀπεκδεχομένους τὸ παρὰ σοῦ πλούσιον ἔλεος· καὶ δὸς αὐτοῖς, μετὰ φόβου καὶ ἀγάπης πάντοτέ σοι λατρεύοντας, αἰνεῖν τὴν ἀνεκδιήγητόν σου ἀγαθότητα. Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΕΥΧΗ Β'.

Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμα ἡμῶν πρὸς σὲ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, διότι φῶς τὰ προστάγματά σου ἐπὶ τῆς γῆς. Δικαιοσύνην καὶ ἁγιασμὸν ἐπιτελεῖν ἐν τῷ φόβῳ σου συνέτισον ἡμᾶς. Σὲ γὰρ δοξάζομεν τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν ἡμῶν. Κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπάκουσον ἡμῶν· καὶ μνήσθητι, Κύριε, τῶν συμπαρόντων καὶ B συνευχομένων ἡμῖν πάντων κατ' ὄνομα, καὶ σῶσον αὐτοὺς τῇ δυνάμει σου. Εὐλόγησον τὸν λαόν σου, καὶ ἁγίασον τὴν κληρονομίαν σου· εἰρήνην τῷ κόσμῳ σου δώρησαι, ταῖς Ἐκκλησίαις σου, τοῖς ἱερεῦσι, τοῖς βασιλεῦσιν ἡμῶν, καὶ παντὶ τῷ λαῷ σου. Ὅτι εὐλόγηται καὶ δεδόξασται τὸ πάντιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΕΥΧΗ Γ'.

Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμα ἡμῶν πρὸς σὲ, ὁ Θεὸς, διότι φῶς τὰ προστάγματά σου. Δίδαξον ἡμᾶς, ὁ Θεὸς, τὴν δικαιοσύνην σου, καὶ τὰς ἐντολάς σου, καὶ τὰ δικαιώματά σου. Φώτισον τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν διανοιῶν ἡμῶν, μήποτε ὑπνώσωμεν ἐν ἁμαρτίαις εἰς C θάνατον. Ἀπέλασον πάντα ζόφον ἀπὸ τῶν καρδιῶν ἡμῶν. Χάρισαι ἡμῖν τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον, καὶ ἀνεπηρέαστον τὴν ζωὴν ἡμῶν διαφύλαξον ἐν τῇ σφραγῖδι τοῦ ἁγίου σου Πνεύματος. Κατεύθυνον τὰ διαβήματα ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης. Δὸς ἡμῖν ἰδεῖν τὸν ὄρθρον καὶ τὴν ἡμέραν ἐν ἀγαλλιάσει, ἵνα σοι τὰς ἐωθινὰς ἀναπέμπωμεν εὐχάς. Ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ δύναμις καὶ ἡ δόξα, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΕΥΧΗ Δ'

Δέσποτα ὁ Θεὸς, ὁ ἅγιος καὶ ἀκατάληπτος, ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, ὁ ἀναπαύσας ἡμᾶς ἐν τῷ τῆς νυκτὸς ὕπνῳ, καὶ διαναστήσας πρὸς δοξολογίαν καὶ ἱκεσίαν τῆς σῆς ἀγαθότητος, δυσωπούμενος ὑπὸ D τῆς ἰδίας σου εὐσπλαγχνίας, πρόσδεξαι ἡμᾶς καὶ νῦν προσκυνοῦντάς σε, καὶ κατὰ δύναμιν εὐχαριστοῦντάς σοι· δώρησαι ἡμῖν πάντα τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα. Ἀνάδειξον ἡμᾶς υἱοὺς φωτὸς καὶ ἡμέρας, καὶ κληρονόμους τῶν αἰωνίων σου ἀγαθῶν. Μνήσθητι, Κύριε, ἐν τῷ πλήθει τῶν οἰκτιρμῶν σου, καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ σου, τῶν συμπαρόντων καὶ συνευχομένων ἡμῖν, καὶ πάντων τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, τῶν ἐν γῇ, τῶν ἐν θαλάσσῃ, τῶν ἐν παντὶ τόπῳ τῆς ἐπιστασίας σου, δεομένων τῆς φιλανθρωπίας καὶ βοηθείας· καὶ πᾶσι χορήγησον τὸ μέγα σου ἔλεος, ἵνα σεσωσμένοι ψυχῇ τε καὶ σώματι πάντοτε διαμένοντες, μετὰ παῤῥησίας δοξάζωμεν τὸ θαυμαστὸν καὶ εὐλογημένον ὄνομά σου, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου

Digitized by Google

Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΕΥΧΗ Ε'.

Ἀγαθῶν θησαυρὲ, πηγὴ ἀένναος, Πάτερ ἅγιε, θαυμαστοποιὲ, παντοδύναμε καὶ παντόκρατορ, πάντες σε προσκυνοῦμεν· καὶ σοῦ δεόμεθα, τὰ σὰ ἐλέη καὶ τοὺς σοὺς οἰκτιρμοὺς ἐπικαλούμενοι εἰς βοήθειαν καὶ ἀντίληψιν τῆς ἡμετέρας ταπεινώσεως. Μνήσθητι, Κύριε, τῶν σῶν ἱκετῶν. Πρόσδεξαι πάντων ἡμῶν τὰς ἐωθινὰς δεήσεις ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου, καὶ μηδένα ἡμῶν ἀδόκιμον ποιήσῃς, ἀλλὰ πάντας ἡμᾶς περιποίησαι διὰ τῶν οἰκτιρμῶν σου. Μνήσθητι, Κύριε, τῶν ἀγρυπνούντων καὶ ψαλλόντων εἰς δόξαν σὴν, καὶ τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Γενοῦ αὐτῶν βοηθὸς καὶ ἀντιλήπτωρ. Πρόσδεξαι αὐτῶν τὰς ἱκεσίας εἰς τὸ ὑπερουράνιον καὶ νοερόν σου θυσιαστήριον. Ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΕΥΧΗ Ϛ'.

Εὐχαριστοῦμέν σοι, Κύριε, ὁ Θεὸς τῶν σωτηρίων ἡμῶν, ὅτι πάντα ποιεῖς εἰς εὐεργεσίαν τῆς ζωῆς ἡμῶν, ἵνα διαπαντὸς πρὸς σὲ ἀποβλέπωμεν τὸν σωτῆρα καὶ εὐεργέτην τῶν ἡμετέρων ψυχῶν· διανέπαυσας ἡμᾶς ἐν τῷ παρελθόντι τῆς νυκτὸς μέτρῳ, καὶ ἐξήγειρας ἡμᾶς ἐκ τῶν κοιτῶν ἡμῶν, καὶ ἔστησας εἰς προσκύνησιν τοῦ τιμίου ὀνόματός σου. Διὸ δεόμεθά σου, Κύριε, δὸς ἡμῖν χάριν καὶ δύναμιν, ἵνα καταξιωθῶμεν ψάλλειν σοι συνετῶς, καὶ προσεύχεσθαι ἀδιαλείπτως, ἐν φόβῳ καὶ τρόμῳ τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργαζόμενοι διὰ τῆς ἀντιλήψεως τοῦ Χριστοῦ σου. Μνήσθητι, Κύριε, καὶ ἐν νυκτὶ πρὸς σὲ βοώντων. Ἐπάκουσον αὐτῶν, καὶ ἐλέησον, καὶ σύντριψον ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν τοὺς ἀοράτους καὶ πολεμίους ἐχθρούς. Σὺ γὰρ εἶ ὁ βασιλεὺς τῆς εἰρήνης, καὶ σωτὴρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν· καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν

ΕΥΧΗ Ζ'.

Ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ ἐξαναστήσας ἡμᾶς ἐκ τῶν κοιτῶν ἡμῶν, καὶ ἐπισυναγαγὼν ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς· δὸς ἡμῖν χάριν ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος ἡμῶν, καὶ πρόσδεξαι ἡμῶν τὰς κατὰ δύναμιν εὐχαριστίας, καὶ δίδαξον ἡμᾶς τὰ δικαιώματά σου· ὅτι προσεύξασθαι καθ' ὃ δεῖ οὐκ οἴδαμεν, ἐὰν μὴ σὺ, Κύριε, τῷ Πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ ὁδηγήσῃς ἡμᾶς. Διὸ δεόμεθά σου, εἴ τι ἡμάρτομεν μέχρι τῆς παρούσης ὥρας ἐν λόγῳ, ἢ ἔργῳ, ἢ κατὰ διάνοιαν, ἑκουσίως ἢ ἀκουσίως, ἄνες, ἄφες, συγχώρησον· *ἐὰν γὰρ ἀνομίας παρατηρήσῃς, Κύριε, Κύριε, τίς ὑποστήσεται;* Ὅτι παρὰ σοὶ ἡ ἀπολύτρωσις, σὺ εἶ μόνος ἅγιος βοηθὸς, κραταιὸς ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς ἡμῶν, καὶ ἐν σοὶ ἡ ὕμνησις ἡμῶν διαπαντός. Εἴη τὸ κράτος τῆς βασιλείας σου εὐλογη-

A Spiritus sancti, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO V.

148. Bonorum thesaure, fons perennis, Pater sancte, mirandorum artifex, qui omnia potes, omnibus imperas, te omnes adoramus, et deprecamur te, misericordiam tuam et miserationes tuas exposcentes, in subsidium ac defensionem humilitatis nostræ. Supplicum tuorum memento, Domine; matutinas nostrum omnium preces suscipe, sicut incensum in conspectu tuo; neque quemquam e nobis reproba, sed per misericordiam tuam nos omnes conserva. Memento, Domine, vigilantium et psallentium ad gloriam tuam, et unigeniti Filii tui ac Dei nostri, et sancti Spiritus. Eorum adjutor esto atque propugnator: eorum preces in cœleste tuum et intellectuale altare recipe. Quia tu es Deus noster, et tibi gloriam referimus, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO VI.

149. Agimus tibi gratias, salutarium nostrorum Deus, quia, ut te nostrarum animarum servatorem beneficum identidem respiciamus, condis omnia ad vitæ nostræ beneficium. Et quia nos, præterita noctis parte refocillatos, excitatosque iterum e cubilibus, ad honorandi nominis tui adorationem erexisti; propterea quæsumus te, Domine, largire nobis gratiam ac robur; ut Christi tui ope, cum metu et tremore nostram salutem operantes; tibi scite psallere et indesinenter supplicare valeamus. Memento etiam, Domine, eorum qui te de nocte invocant: exaudi eos et miserere, sub eorumque pedibus hostes invisibiles atque infestos contere. Tu enim es rex pacis, et servator nostrarum animarum; tibique gloriam rependimus, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO VII.

150. Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui nos e nostris thalamis suscitatos ad horam orationis congregasti, da nobis gratiam in patefactione oris, et suscipe quas tibi pro viribus grates referimus, et nos edoce justificationes tuas; quia nisi tu, Domine, nos tuo Spiritu sancto direxeris, non possumus orare prout oportet. Ideo rogamus te, ut si quid peccavimus usque ad præsentem horam, verbo, vel opere, vel cogitatione, sponte vel coacte, remittas, condones, indulgeas, quia *si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit? Quoniam apud te redemptio est* (a); tu solus es auxiliator sanctus, vitæ nostræ defensor præpotens; et ad te tota nostra laudatio refertur. Benedicta sit et glorificata regni tui potestas, Patris, et Filii, et

(a) Psal. CXXIX, 3, 7.

Digitized by Google

Spiritus sancti, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO VIII.

151. Domine Deus noster, qui nos, torpore somni dissipato, vocatione sancta convocasti, ut et manus extolleremus noctu, et tibi confiteremur super judicia justitiæ tuæ; suscipe orationes nostras, postulationes, confessiones, nocturnos cultus; et tribue nobis, o Deus, inconfusam fidem, spem firmam, charitatem sine fictione. Benedic nostros introitus et exitus, actiones, opera, sermones atque cogitationes; et nos ineffabilem bonitatem tuam laudantes, celebrantes, benedicentes, ad principium diei pervenire concede. Quia benedictum est sacrosanctum nomen tuum, et glorificatum regnum Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO IX.

152. In cordibus nostris, Domine, incorruptum divinæ tuæ cognitionis lumen benignus accende; et aperi mentis nostræ oculos ad considerationem prædicationis evangelicæ. Timorem beatorum tuorum mandatorum nobis immitte, ut, omnibus carnalibus concupiscentiis conculcatis, spiritalem conversationem sectemur, sapiendo et faciendo omnia quæ tuæ placita sunt voluntati. Quia tu es sanctificatio et illuminatio nostra; et tibi gloriam rependimus, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO X.

153. Domine Deus noster, qui per pœnitentiam hominibus remissionem tribuisti, et nobis locum agnitionis peccatorum atque confessionis in prophetæ Davidis pœnitentia ad veniam commonstrasti; ipse, Domine, nobis in multa ac gravia delicta miserere, secundum magnam misericordiam tuam; et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitates nostras, quia tibi peccavimus, Domine, qui incerta et occulta cordis hominum pernovisti, et qui solus habes potestatem remittendi peccata. Cor mundum crea in nobis, et spiritu principali confirma nos, et manifesta nobis lætitiam salutaris tui: ne projicias nos a facie tua (*a*); sed placeat tibi, bono et benigno, ut usque ad nostrum extremum halitum offeramus tibi sacrificium justitiæ, et oblationem super sancta tua altaria; misericordia, miserationibus, et benignitate unigeniti tui Filii, quocum benedictus es, cum sanctissimo et bono et vivifico tuo Spiritu nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XI.

154. Deus, Deus noster, qui intellectus et rationis participes Virtutes tua voluntate condidisti, quæsumus te atque obtestamur, suscipe nostram

(*a*) Psal. L, 12, 13.

μένον καὶ δεδοξασμένον, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΕΥΧΗ Η'.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τὴν τοῦ ὕπνου ῥαθυμίαν ἀποσκεδάσας ἀφ' ἡμῶν, καὶ συγκαλέσας ἡμᾶς κλήσει ἁγίᾳ, καὶ ἐν νυκτὶ ἐπᾶραι τὰς χεῖρας ἡμῶν, καὶ ἐξομολογεῖσθαί σοι ἐπὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου· πρόσδεξαι τὰς δεήσεις ἡμῶν, τὰς ἐντεύξεις, τὰς ἐξομολογήσεις, τὰς νυκτερινὰς λατρείας· καὶ χάρισαι ἡμῖν, ὁ Θεὸς, πίστιν ἀκαταίσχυντον, ἐλπίδα βεβαίαν, ἀγάπην ἀνυπόκριτον. Εὐλόγησον ἡμῶν εἰσόδους καὶ ἐξόδους, πράξεις, ἔργα, λόγους, ἐνθυμήσεις· καὶ δὸς ἡμῖν καταντῆσαι εἰς τὰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας αἰνοῦντας, ὑμνοῦντας, εὐλογοῦντας τῆς σῆς ἀῤῥάστου χρηστότητος τὴν ἀγαθότητα. Ὅτι ηὐλόγηται τὸ πάναγιόν σου ὄνομα, καὶ δεδόξασταί σου ἡ βασιλεία, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΕΥΧΗ Θ'.

Λάμψον, Δέσποτα φιλάνθρωπε, ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν τὸ τῆς σῆς θεογνωσίας φῶς ἀκήρατον, καὶ τοὺς τῆς διανοίας ἡμῶν ὀφθαλμοὺς διάνοιξον εἰς τὴν τῶν εὐαγγελικῶν σου κηρυγμάτων κατανόησιν· ἔνθες ἡμῖν καὶ τῶν μακαρίων σου ἐντολῶν φόβον, ἵνα, πάσας τὰς σαρκικὰς ἐπιθυμίας καταπατήσαντες, πνευματικὴν πολιτείαν μετέλθωμεν, πάντα τὰ πρὸς εὐαρέστησιν τὴν σὴν καὶ φρονοῦντες καὶ πράττοντες. Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἁγιασμὸς καὶ ὁ φωτισμὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΕΥΧΗ Ι'.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τὴν διὰ μετανοίας ἄφεσιν τοῖς ἀνθρώποις δωρησάμενος, καὶ τόπον ἡμῖν ἐπιγνώσεως ἁμαρτημάτων καὶ ἐξομολογήσεως τὴν τοῦ προφήτου Δαβὶδ μετάνοιαν πρὸς συγχώρησιν ὑποδείξας· αὐτὸς, Δέσποτα, πολλοῖς ἡμᾶς καὶ μεγάλοις περιπεπτωκότας πλημμελήμασιν ἐλέησον, κατὰ τὸ μέγα σου ἔλεος καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου. Ἐξάλειψον τὰ ἀνομήματα ἡμῶν, ὅτι σοὶ ἡμάρτομεν, Κύριε, τῷ καὶ τὰ ἄδηλα καὶ κρύφια τῆς καρδίας τῶν ἀνθρώπων γινώσκοντι, καὶ μόνῳ ἔχοντι ἐξουσίαν ἀφιέναι ἁμαρτίας. Καρδίαν δὲ καθαρὰν κτίσας ἐν ἡμῖν, καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ στηρίξας ἡμᾶς, καὶ τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου σου γνωρίσας ἡμῖν, μὴ ἀπορρίψῃς ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ προσώπου σου· ἀλλ' εὐδόκησον, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, μέχρι τῆς ἐσχάτης ἡμῶν ἀναπνοῆς, προσφέρειν σοι θυσίαν δικαιοσύνης, καὶ ἀναφορὰν ἐν τοῖς ἁγίοις σου θυσιαστηρίοις, ἐλέει, οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΕΥΧΗ ΙΑ'.

Ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τὰς νοερὰς καὶ λογικὰς ὑποστησάμενος Δυνάμεις τῷ σῷ θελήματι· σοῦ δεόμεθα, καὶ σὲ ἱκετεύομεν, πρόσδεξαι ἡμῶν καὶ τῶν

Digitized by Google

κτισμάτων σου πάντων την κατὰ δύναμιν δοξολογίαν, καὶ ταῖς πλουσίας τῆς σῆς ἀγαθότητος ἀντάμειψαι δωρεαῖς· ὅτι σοὶ κάμπτει πᾶν γόνυ, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων· καὶ πᾶσα πνοὴ καὶ κτίσις ὑμνεῖ τὴν ἀκατάληπτόν σου δόξαν· μόνος γὰρ εἶ Θεὸς ἀληθινὸς καὶ πολυέλεος. Ὅτι σὲ αἰνοῦσι πᾶσαι αἱ Δυνάμεις τῶν οὐρανῶν, καὶ σοὶ δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A omniumque tuarum creaturarum glorificationem, uniuscujusque viribus congruentem, et affluentia bonitatis tuæ dona repende; quia tibi omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium et infernorum; omnisque spiritus ac creatura celebrat incomprehensibilem gloriam tuam. Quia te laudant omnes Virtutes cœlorum, et nos tibi gloriam reddimus, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen

ΕΥΧΗ ΙΒ'.

Αἰνοῦμεν, ὑμνοῦμεν, εὐλογοῦμεν καὶ εὐχαριστοῦμέν σοι, ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, ὅτι παρήγαγες τὴν σκιὰν τῆς νυκτὸς, καὶ ἔδειξας ἡμῖν πάλιν τὸ φῶς τῆς ἡμέρας. Ἀλλ' ἱκετεύομεν τὴν σὴν ἀγαθότητα, ἱλάσθητι ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, καὶ πρόσδεξαι τὴν δέησιν ἡμῶν ἐν τῇ μεγάλῃ σου εὐσπλαγχνίᾳ· ὅτι πρὸς σὲ καταφεύγομεν, τὸν ἐλεήμονα καὶ παντοδύναμον Θεόν. Λάμψον ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν τὸν ἀληθινὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης σου, φώτισον τὸν νοῦν ἡμῶν, καὶ τὰς αἰσθήσεις ὅλας διατήρησον, ἵνα, ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατοῦντες τὴν ὁδὸν τῶν ἐντολῶν σου, καταντήσωμεν εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ὅτι παρὰ σοί ἐστιν ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς· καὶ ἐν ἀπολαύσει γενέσθαι καταξιωθῶμεν τοῦ ἀπροσίτου φωτὸς, ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ORATIO XII.

155. Laudamus, celebramus, benedicimus et gratias agimus tibi, Deus patrum nostrorum, quod dissipaveris umbram noctis, et nobis diei lumen iterum ostenderis. Verum bonitatem tuam obsecramus, propitius esto peccatis nostris, et pro magna misericordia tua nostras preces admitte: quia ad te confugimus, misericordem et omnipotentem Deum. In cordibus nostris solem justitiæ tuæ accende, mentem nostram illumina, omnesque sensus conserva, ut tanquam in die per viam mandatorum tuorum pulchre ambulantes, ad vitam perveniamus æternam, quia fons vitæ apud te est; et lumine inaccesso perfrui mereamur, quia tu Deus noster es, et tibi reddimus gloriam, Patri, et Filio, et sancto Spiritui, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Εἶτα λέγει τὴν μεγάλην συναπτήν. Μετὰ δὲ τὴν ἐκφώνησιν, ψάλλεται· Ὁ Θεὸς Κύριος.

156. « Deinde recitat magnam collectam. Et post exclamationem canit: Deus Dominus.

Comm. Magna illa collecta et exclamatio eadem est, quam dedimus supra num. 72, in majoribus Vesperis, adeoque supervacaneum esset eam hic totam repetere. Ad τὸ, Ὁ Θεὸς Κύριος, quod attinet, forte illi subnectendum est ex Horologio: καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν εὐλογήμενος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου: « Et apparuit nobis, benedictus qui venit in nomine Domini. » Typicum autem S. Sabæ dicit illud cani, non a sacerdote, sed a designato monacho: verba hæc sunt:

Εἶθ' οὕτως ὁ ταχθεὶς μοναχὸς ἀφ' ἑσπέρας εἰς τὸ προκείμενον τῆς ἡμέρας, ποιήσας τὴν συνήθη μετάνοιαν τῷ ἡγουμένῳ, ψάλλει τὸ, *Θεὸς Κύριος.*

157. Absolutaj exclamatione, statutus jam inde a Vesperis monachus, ad diei propositum, facta abbati reverentia, canit: *Deus Dominus.*

Comm. Post στιχολογιαν sequuntur stichera sanctorum, quorum festa hic agitur. Est autem hic notandum, quod ea troparia quæ in Menæis vocantur καθίσματα, non eo sensu hic vocentur, quo illa accepimus supra num. 85, sed longe alio. Hoc nimirum, quod sint cantica, quæ sedendo persolvuntur, ut cantoribus aliquid levaminis concedatur. Potest itaque κάθισμα Latine reddi *sessio.* Habe igitur hujus officii cathismata.

Μετὰ τὴν α' στιχολογίαν κάθισμα.

Ἦχος δ', πρὸς Ταχὺ προκατάλαβε.

Post primam stichologiam sessio.

Tonus 4, sicut Ταχὺ προκατάλαβε.

Φωστῆρες ὑπέρλαμπροι τῆς Ἐκκλησίας Χριστοῦ, τὸν κόσμον ἐφωτίσατε ταῖς διδαχαῖς ὑμῶν· Πατέρες θεόσοφοι, πήξαντες τὰς αἱρέσεις πάντων τῶν κακοδόξων, σβέσαντες τὰς φλογώδεις τῶν βλασφήμων συγχύσεις. Διὸ, ὡς ἱεράρχαι Χριστοῦ, πρεσβεύσατε σωθῆναι ἡμᾶς.

158. Ecclesiæ corusca luminaria, doctrinis vestris collustrastis orbem; confixis omnibus prave sentientium hæresibus, flammeas conturbationes impietatis exstinxistis, Patres divinorum periti. Qua de causa, veluti Christi hierarchæ, nostram incolumitatem exposcite.

Δόξα. Τὸ αὐτό. Καὶ νῦν.

Gloria. Idem sticheron repetitur. Et nunc.

Θεοτόκιον ὅμοιον.

Mariale simile, sive eidem tono attemperandum.

Παρθένε πανύμνητε, Μῆτερ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, θεόνυμφε καὶ ἀπειρόγαμε, πιστῶν ἡ ἀντίληψις, ῥῦσαι παντὸς κινδύνου καὶ παντοίας ἀνάγκης, δέσποινα Θεοτόκε, τοὺς ἐν πίστει πόθῳ τῇ σκέπῃ σου προσφεύγοντας, μόνη θεόνυμφε.

Virgo summe laudabilis, Mater Christi Dei, divina sponsa et conjugalis ignara commercii, fidelium defensio, ab omni discrimine et omni genere necessitatis expedi, domina Deipara, fideles qui ardenter in clientelam se tuam conferunt, tu quæ sola Dei sponsa es.

Μετὰ τὴν β' στιχολογίαν κάθισμα.

Post 2 stichologiam sessio.

Digitized by Google

Tonus 4, sicut Κατεπλάγη Ἰωσήφ.

A Ἦχος δ'. Κατεπλάγη Ἰωσήφ.

159. Vos, veluti sapientes apes, in prato Scripturarum circumvolitantes, lectissimum quemque flosculum diligentissime depasti, cunctis fidelibus mel vestrorum dogmatum simul ac lautissimum epulum apponitis. Et propterea quilibet perfusus dulcedine, exclamat cum gaudio : Vos vestris laudatoribus etiam post mortem adestis.

Ἐν λειμῶνι τῶν Γραφῶν, καθάπερ μέλισσαι σοφοὶ, προσιπτάμενοι ὑμεῖς, περιεθρέψασθε καλῶς καὶ τῶν ἀνθέων τὰ ἄριστα, καὶ τὸ μέλι πᾶσι τοῖς πιστοῖς τῶν διδαγμάτων ὑμῶν προτίθεσθε ὁμοῦ εἰς πανδαισίαν αὐτῶν· καὶ διὰ τοῦτο ἅπας γλυκαινόμενος μετ' εὐφροσύνης κραυγάζει· Πάρεστε πάλιν καὶ μετὰ πότμον τοῖς ὑμᾶς εὐφημοῦσι, μακάριοι.

Gloria. Idem sticheron repetitur. Et nunc.

Δόξα. Τὸ αὐτό. Καὶ νῦν.

Mariale simile.

Θεοτόκιον ὅμοιον.

Maximis ego perturbationum jactatus occulte tempestatibus, te, o casta, ardenter invoco : ne sinas perire miserum me, tu quæ abyssum misericordiæ genuisti. Præter te spem nullam aliam habeo. Igitur confisus in te, non præbebo inimicis materiam gaudii et risus : etenim potes, quodcunque vis, ut Mater illius qui est omnium Deus.

Τρικυμίαις τῶν παθῶν ἀσυνείδητως ἐγω χειμαζόμενος, ἀγνὴ, ἐπικαλοῦμαί σε θερμῶς· μή με παρίδῃς τὸν δείλαιον ἀπολέσθαι, ἄβυσσον ἐλέους ἡ τέξασα. Πλὴν σοῦ γὰρ ἄλλην ἐλπίδα οὐ κέκτημαι. Μὴ οὖν ἐχθροῖς ἐπίχαρμα καὶ γέλως ὁ πεποιθώς σοι ὀφθήσομαι· καὶ γὰρ ἰσχύεις ὅσα καὶ βούλει, ὡς Μήτηρ οὖσα τοῦ πάντων Θεοῦ. B

160. Comm. Antequam fiat tertia sessio, recitatur psalmus CXXXIV : Αἰνεῖτε τὸ ὄνομα Κυρίου, « Laudate nomen Domini, » et in fine cujuslibet versiculi annectitur, « Alleluia. » Hic psalmus a Græcis dicitur πολυέλεος, quia dum canitur, et accinitur psalmus alius, CXXXV videlicet, Ἐξομολογεῖτε τῷ Κυρίῳ τὸν Κύριον, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. « Confitemini Domino Dominum, quoniam in sæculum misericordia ejus. » Quemadmodum igitur hymnus ille, in quo vox ἅγιος ter repetitur, dicitur τρισάγιον; ita etiam psalmus CXXXIV, solitus copulari cum psalmo CXXXV, in quo sæpe, imo in singulis versiculis repetitur vox ἔλεος, sibi πολυελέου nomen merito ascivit. Haud equidem scio, quid passus sit Allatius, dum agens de origine ac radice hujus nominis, locutus est sub disjunctione : Πολυέλεος (inquit Dissert. 1 de libris Eccles. Græc. pag. 13 et 14), nomen habet ab eo quod eodem tempore psalmus alius (jam dictus) accinitur; vel quod tunc cereis et luminibus lampadis, in medio Ecclesiæ ante Sancta sanctorum appensæ, quæ vocatur πολυέλεος, psalmus ille recitatur. Hic, *bonus dormitat Homerus*. Etenim, quanquam Allatio gratis concederem πολυκάνδηλον, id est, coronam illam quæ ex templi fornice pendet, compluribus lychnis instructa, appellari apud Græcos etiam πολυέλαιον; tamen psalmus ille nomen Polyelei inde trahere non potest; quia ἔλαιον, « oleum, » scribitur per *ai*, quomodo Polyeleos non scribit ipse Allatius. Quapropter non relinquitur locus dubitationi, quin polyeleos proveniat ab ἔλεος « misericordia, » adeoque a jam dicto psalmo, in quo ἔλεος, « misericordia, » tam frequenter iteratur. Quando autem non est tanta solemnitas, tunc loco psalmi πολυελέου, dicitur psalmus ἄμωμος « Immaculatus, » de quo vide num. 60, et, ἐν ᾧ (ut dicit Typicum), θυμιᾷ ὁ ἱερεὺς, καὶ καθ' ἓν Δόξα ποιεῖ συναπτὴν μικράν. « Et in quo sacerdos thus adolet, et ad unumquodque *Gloria* facit collectam minorem, » num. 88 propositam. Hoc ipsum et in psalmo qui Πολυέλεος dicitur, fieri existimo, cum hic in majori solemnitate recitetur.

Post psalmum polyeleon sessio.

Μετὰ τὸν πολυέλεον κάθισμα.

Tonus 4, sicut Ἐπεφάνης σήμερον.

Ἦχος δ', Ἐπεφάνης σήμερον. C

161. Sapientes doctores orbis, qui in terra Deum glorificaverunt opere et oratione, hodie extollantur, ut nostræ salutis conciliatores.

Οἱ σοφοὶ διδάσκαλοι τῆς οἰκουμένης, οἱ Θεὸν δοξάσαντες ἔργοις καὶ λόγοις ἐπὶ γῆς, μεγαλυνέσθωσαν σήμερον, ὡς σωτηρίας ἡμῖν ὄντες πρόξενοι.

Gloria. Sticheron simile.

Δόξα. Ὅμοιον.

Hodie celebrat Ecclesia augustam memoriam trium doctorum : etenim illi Ecclesiam divinis institutis stabilivere.

Ἑορτάζει σήμερον ἡ Ἐκκλησία τὴν σεπτὴν πανήγυριν τῶν διδασκάλων τῶν τριῶν· καὶ γὰρ αὐτοὶ ἐστερέωσαν τὴν Ἐκκλησίαν τοῖς θείοις δόγμασι.

Et nunc. Mariale simile.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον ὅμοιον.

Tutela inexpugnabilis miserorum, et velox defensio in te sperantium, erue me a periculis : tu enim omnium auxilium es.

Προστασία ἄμαχε τῶν θλιβομένων, καὶ θερμὴ ἀντίληψις τῶν πεποιθότων ἐπὶ σὲ, ἀπὸ κινδύνων με λύτρωσαι· σὺ γὰρ ὑπάρξεις ἡ πάντων βοήθεια.

Psalmi graduales.

Οἱ ἀναβαθμοί.

Antiphonum primum quarti toni.

Τὸ α' ἀντίφωνον τοῦ τετάρτου ἤχου. D

162. Comm. Quid sit Antiphonum in Ecclesia Græcorum, sat fuse, opinor, num. 87 declaravimus. Hic accipe ibidem promissum exemplum. Prius tamen ex Typico annotabo, a candelapte pulsari semanterium ferreum, tempore quo illi psalmi graduales concinuntur. Verba Typici hæc sunt : Οἱ ἀναβαθμοὶ, ἐν οἷς ἀπέρχεται ὁ κανδηλάπτης, καὶ σημαίνει τὸ σιδηροῦν. Absolutis autem hisce psalmis, succedit Antiphonum primum, propositum diei sive versiculus, troparium Πᾶσα πνοὴ dictum.

ANTIPHONUM I.

ANTIΦΩΝΟΝ Α'.

Bonum est confiteri Domino, et psallere nomini tuo, Altissime (*a*). Precibus Deiparæ, Servator, serva nos.

Ἀγαθὸν τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Κυρίῳ, καὶ ψάλλειν τῷ ὀνόματί σου, Ὕψιστε.. Ταῖς πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου, Σῶτερ, σῶσον ἡμᾶς.

Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, et

Τοῦ ἀναγέλλειν τὸ πρωὶ τὸ ἔλεός σου, καὶ

(*a*) Psal. XCI, 2.

Digitized by Google

τὴν ἀλήθειάν σου κατα νύκτα. Ταῖς πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου.

A veritatem tuam per noctem (*a*). Precibus Deiparæ, etc.

Ὅτι εὐθὺς Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ. Ταῖς πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου.

Quoniam rectus Dominus Deus noster, et non est iniquitas in eo (*b*). Precibus Deiparæ, etc.

Δόξα καὶ νῦν. Ταῖς πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου.

Gloria. Et nunc. Precibus Deiparæ, etc.

163. Comm. Hoc, ταῖς πρεσβείαις, etc., ultima vice dicitur a duobus choris simul et maiore contentione vocis, ut habet Pentecostarium.

ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Οἱ ἱερεῖς σου, Κύριε, ἐνδύνονται δικαιοσύνην.

Τὸ στόμα μου λαλήσει σοφίαν.

Ὁ διάκονος· Τοῦ Κυρίου δεηθωμεν.

Ὁ ἱερεὺς ἐκφώνως· Ὅτι ἅγιος ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ἁγίοις ἐπαναπαύει· καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

PROPOSITUM.

Sacerdotes tui, Domine, induent justitiam (*c*).

Os meum loquetur sapientiam (*d*).

Diaconus : Dominum oremus.

Sacerdos elata voce : Quia sanctus Deus noster est, et sanctis delectatur : et tibi gloriam reddimus, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, et nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν Κύριον· αἰνεῖτε ἐκ τῶν οὐρανῶν, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ὑψίστοις. Σοὶ πρέπει ὕμνος τῷ Θεῷ.

Omnis spiritus laudet Dominum (*e*) ; laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis (*f*). Te Deum decet hymnus. »

Καὶ ποιεῖ ὁ ἱερεὺς μικρὰν συναπτήν.

B Et sacerdos facit parvam collectam.

Comm. Qualem scilicet habes in majoribus Vesperis num. 88. Post hanc autem exclamans, diaconus quidem secundum S. Germanum ; secundum Typicum vero ipse sacerdos, ait :

Ὑπὲρ τοῦ καταξιωθῆναι ἡμᾶς ἀκούειν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

164. Ut simus digni qui sanctum Evangelium audiamus, Dominum oremus.

Comm. Hic legitur evangelium occurrens. Sed prius, saltem secundum Philotheum, dicitur a diacono Σοφία, ὀρθοὶ ἀκούσωμεν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου. Sapientia, recti audiamus sanctum Evangelium. Sacerdos autem dicto Εἰρήνη πᾶσι, Pax omnibus, subinfert : Τοῦ κατὰ τόνδε ἁγίου Εὐαγγελίου τὸ ἀνάγνωσμα. Evangelii secundum N. lectio. Respondet populus : Δόξα σοι, Κύριε, δόξα σοι. Gloria tibi, Domine, gloria tibi. Diaconus, Προσέχωμεν. Attendamus. Quibus autem diebus unumquodque Evangelium legatur, docet Typicum cap. 8, et Evangelistarium, sive liber, in quo ad hunc usum exarata sunt Evangelia. Post lectionem Evangelii.

Δόξα. ἦχος β'.

C Gloria. Tonus 2.

Ταῖς τῶν διδασκάλων πρεσβείαις ἐλεῆμον, ἐξάλειψον τὰ πλήθη τῶν ἡμῶν ἐγκλημάτων. Καὶ νῦν.

Doctorum precibus misericors, dele multitudinem delictorum nostrorum. Et nunc.

Ταῖς τῆς Θεοτόκου πρεσβείαις ἐλέησόν με, ὁ Θεός.

Deiparæ precibus, miserere mei, Deus.

Καὶ τὸ στιχηρὸν τῶν ἁγίων. Ἦχος πλ. β'.

Versus sanctorum. Tonus obliquus 2.

Ἐξεχύθη ἡ χάρις ἐν χείλεσιν ὑμῶν, ὅσιοι Πατέρες· καὶ γεγόνατε ποιμένες τῆς τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας, διδάσκοντες τὰ λογικὰ πρόβατα πιστεύειν εἰς Τριάδα ὁμοούσιον ἐν μιᾷ θεότητι.

Diffusa est gratia in labiis vestris (*g*), Patres sancti ; et facti estis pastores Ecclesiæ Christi, docentes rationales oves credere Trinitatem consubstantialem in una deitate.

Πᾶσα πνοή. Εὐαγγέλιον κατὰ Λουκᾶν. Εἶπεν ὁ Κύριος· Ὁ ἀκούων ὑμῶν ἐμοῦ ἀκούει.

Omnis spiritus, ut antea. Evangelium secundum Lucam : Qui vos audit, me audit (*h*).

165. Comm. Hinc videtur posse colligi : diebus festis duplex in Matutino legi apud Græcos Evangelium, alterum occurrens, quod ἑωθινὸν appellatur, alterum quod ὁσιακόν. Sed quæres, diaconusne legat Evangelium, an sacerdos ipse ? Typicum, dum dicit, λέγομεν τὸ ἑωθινὸν Εὐαγγέλιον, dicimus matutinum Evangelium, loquitur obscurius, quam ut hanc quæstionem inde possimus dirimere. Patriarcha Philotheus quoque et S. Germanus, in contrarias partes distrahuntur. Hic enim a diacono evangelium recitari affirmat, ille a sacerdote. Locum Philothei commentans Goarus sic fatur : « In missa diaconus, in matutinis evangelium sacerdos recitat, ut quos in missa sacramentis est cibaturus, prius verbo Dei pascat. Utrobique vero curam omnium cœlesti cibo pascendorum in se suscipere profitetur, ad Christi exemplum, qui prius verbo, quam corporis sacramento, Ecclesiam pavit. Nec usus iste ab Ecclesia Latina omnino alienus est : adhuc enim mos iste viget inter D. Benedicti filios et sequaces, ut finitis matutinis lectionibus, abbas vel superior, evangelium integrum pronuntiet. » Nunc redeamus ad Typicum, tamen ante observa apud Græcos, in liturgia sive missa non legi idem evangelium quod in horis canonicis : nam hoc die in missa legitur evangelium secundum Matthæum, quod incipit, *Vos estis lux mundi* (*i*).

(*a*) Psal. xci, 3.
(*b*) Ibid. 15.
(*c*) Psal. cxxxi, 9.
(*d*) Psal. xlviii, 4.
(*e*) Psal. cl, 6.
(*f*) Psal. cxlviii, 1.
(*g*) Psal. xliv, 3.
(*h*) Luc x, 16.
(*i*) Matth. v, 14.

Digitized by Google

166. Post osculum evangelii dicit sacerdos : Salva, Deus, populum tuum et benedic hæreditati tuæ. Domine, miserere, duodecies. Et exclamatio : Misericordia et miserationibus et benignitate unigeniti tui Filii, quocum benedictus es, cum sanctissimo et bono vivifico tuo Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen. Et inchoamus canones.

A Μετὰ τὸν ἀσπασμὸν τοῦ εὐαγγελίου, λέγει ὁ ἱερεύς· Σῶσον, ὁ Θεὸς, τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου. Κύριε, ἐλέησον, ιβ'. Καὶ ἐκφώνησις· Ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Καὶ ἀρχόμεθα τῶν κανόνων.

167. Comm. Verum antequam trium doctorum canones, a Joanne Euchaita concinnatos, subjiciamus sub aspectum, observandum est, S. Germanum non significare dicendum duodecies, Domine, miserere; sed verbis Εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου, confestim subnectit sequentia dicenda a diacono.

Respice orbem tuum in misericordia et miserationibus. Exalta cornu Christianorum orthodoxorum, et demitte super nos tuas affluentes misericordias. Precibus illibatæ Dominæ nostræ, Genitricis Dei semperque virginis Mariæ; virtute venerandæ et vivificæ crucis, patrociniis cœlestium incorporearumque Potestatum; venerandi, gloriosique prophetæ, præcursoris et Baptistæ Joannis; sanctorum gloriosorum et celeberrimorum apostolorum; sanctorum, gloriosorum et victoriis inclytorum martyrum, et reliqua sicut litaniæ inscribuntur.

B Ἐπίσκεψαι τὸν κόσμον σου ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς. Ὕψωσον κέρας Χριστιανῶν ὀρθοδόξων, καὶ κατάπεμψον ἐφ' ἡμᾶς τὰ ἐλέη σου τὰ πλούσια· πρεσβείαις τῆς παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας· δυνάμει τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ· προστασίαις τῶν ἐπουρανίων Δυνάμεων ἀσωμάτων, τοῦ τιμίου ἐνδόξου προφήτου, προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου, τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ καλλινίκων μαρτύρων· καὶ τὰ λοιπὰ τούτων, ὡς ἐν τῇ λιτῇ γένοαπται.

168. Comm. Hæc omnia ait S. Germanus dici a diacono, cui tandem succinat sacerdos, exclamando ut supra. Non fuerit, porro injucundum hic annotare et ritum et tempus, quo a fratribus osculum sancto evangelio imprimitur. Sic ergo scribit patriarcha Philotheus in *Ordine sacri ministerii :*

Sacerdos, demissa casula, sanctum evangelium ante pectus deferens, egreditur, et in medio templo stat. Lector autem, vel qui a cæremoniis est, stat ipsi a dextris, tenens candelabrum cum cereo accenso; et osculum sancto evangelio de more figitur a fratribus.

C Ὁ ἱερεὺς, χαλάσας τὸ φαιλόνιον, καὶ βαστάζων τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον ἔμπροσθεν τοῦ στήθους, ἐξέρχεται καὶ ἵσταται εἰς τὴν μέσην τοῦ ναοῦ· καὶ ἀναγνώστης ἢ ὁ εὐταξίας ἵσταται δεξιόθεν αὐτοῦ, κατέχων μανουάλιον μετὰ λαμπάδος ἡμμένης· καὶ γίνεται ὁ ἀσπασμὸς τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου παρὰ τῶν ἀδελφῶν συνήθως.

169. Comm. Illis autem osculantibus, canitur Troparium quod incipit, Ἀνάστασιν Χριστοῦ θεασάμενοι, et ἔστι Κυριακὴ δηλονότι, καὶ ὁ πεντηκοστὸς μετὰ μέλους, id est, Resurrectionem Christi contemplati, videlicet, si dies Dominica fuerit; quando etiam canunt psalmum quinquagesimum : nam, ut idem Philotheus dicit postea, exosculatio evangelii festis aliis prætermittitur, nisi forte in Dominicam inciderint. Verba ejus Græca hæc sunt : Ἐν ἄλλῃ δὲ ἑορτῇ οὐ γίνεται ὁ ἀσπασμὸς, εἰ μὴ μόνον ἐν Κυριακῇ. Igitur, nisi hoc trium doctorum festum incidat in Dominicam, statim post, Σῶσον, ὁ Θεός. Dicuntur canones cum hirmis, canones autem in hoc officio tres sunt, unus de Deipara, alii duo de sanctis, omnes ejusdem Joannis metropolitæ Euchaitorum onus : sed medius solus acrosticbicus : unde facile est singulorum partes a partibus aliorum discernere.

CANON DEIPARÆ.

Opus Joannis Euchaitæ.

ODE 1. Tonus 2. Hirmus.

D Ο ΚΑΝΩΝ ΤΗΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ,

Ποίημα Ἰωάννου Εὐχαίτων.

ΩΔΗ α'. Ἦχος β'. Ὁ εἱρμός.

170. Huc huc, populi, canamus carmen Christo Deo, dividenti mare, et ducenti populum quem liberavit a servitute Ægyptiorum, quoniam glorificatus est.

Δεῦτε, λαοί, ᾄσωμεν ᾆσμα Χριστῷ τῷ Θεῷ, τῷ διελόντι θάλασσαν, καὶ ὁδηγήσαντι τὸν λαὸν, ὃν ἀνῆκε δουλείας Αἰγυπτίων, ὅτι δεδόξασται.

A gravibus tam corporis quam animæ periculis et mortis et lapsibus, o incontaminata, eripe me, qui pie confiteor esse te proprie puram Dei Genitricem.

Τὸν εὐσεβῶς σε **Θεοτόκον** κυρίως ἀγνὴν ὁμολογοῦντα, Ἄχραντε, ψυχῆς καὶ σώματος χαλεπῶν ἐκ κινδύνων καὶ νόσων, καὶ πταισμάτων σύ με διάσωσον.

Integram gratiarum abyssum in te reconditam esse agnoscimus. Propterea, o Deipara, qui ad te prompto et erecto animo confugimus, divino tuo patrocinio servamur.

Ὅλην ἐν σοὶ τῶν χαρισμάτων ἄβυσσον ἀποκειμένην ἐγνωμεν. Διὸ προσφεύγοντες, Θεοτόκε, προθύμως τῇ σκέπῃ σου τῇ θείᾳ διασωζόμεθα.

Pro nobis celebrantibus te, castissima, ora Incarnatum ex impolluto tuo et pretioso sanguine, ut simus a delictis et amaris ægrotationibus immunes.

Ὑπὲρ ἡμῶν τῶν σε ὑμνούντων δυσώπησον τὸν σαρκωθέντα, πάναγνε, ἐκ τῶν ἀχράντων σου καὶ τιμίων αἱμάτων, ῥυσθῆναι ἐκ πταισμάτων καὶ νοσημάτων πικρῶν.

Digitized by Google

ΕΤΕΡΟΣ ΚΑΝΩΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ,

A

Οὗ ἡ ἀκροστιχίς

Τρισήλιον φῶς, τρεῖς ἀνῆψεν ἡλίον.

Ποίημα τοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου.

ΩΔΗ α'. Ἦχος καὶ εἱρμὸς ὁ αὐτός.

Τίς ἀμοιβή, τίς ἀνταπόδοσις πρέπουσα τοῖς ἡμετέροις, ἄνθρωποι, προσενεχθήσεται παρ' ἡμῶν εὐεργέταις, δι' ὧν πρὸς τὸ εὖ εἶναι χειραγωγούμενοι;

Ῥητορικαὶ γλῶσσαι, καὶ τέχναι, καὶ μέθοδοι, καὶ πᾶσα λόγων δύναμις νῦν εἰς ὑπόθεσιν συμπνείσθωσαν μίαν, καὶ τοὺς τετιμηκότας ἀντιτιμάσθωσαν.

Ἴδιον μὲν οὐδὲν ἠνέσχοντο κτήσασθαι ἐν γῇ οἱ οὐρανόφρονες, φύλακες δ' ὤφθησαν τοῦ κοινοῦ καὶ προστάται· κοινῶν οὖν καὶ τῶν ὕμνων καταξιούσθωσαν. Θεοτόκιον.

B

Σὲ τὴν κοινὴν φιλοτιμίαν, Πανάμωμε, τῆς ἡμετέρας φύσεως πάντες δοξάζομεν, χεῖλος ἓν γεγονότες, καὶ συμφωνίαν μίαν ἀποτελέσαντες.

ΕΤΕΡΟΣ ΚΑΝΩΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ.

Ποίημα τοῦ αὐτοῦ.

ΩΔΗ α'. Ἦχος πλ. δ'. Ἁρματηλάτην Φαραώ.

Digitized by Google

precibus Basilii, Gregorii et Joannis, et castæ Dei Genitricis, non separer a tua gloria.

ταῖς Βασιλείου πρεσβείαις, Γρηγορίου καὶ Ἰωάννου, καὶ τῆς ἁγνῆς Θεοτόκου, μὴ χωρισθῶ τῆς σῆς δόξης.

Mariale simile.

Θεοτόκιον ὅμοιον.

Auro implicata turris, duodecim muris circumsepta civitas, e solaribus stiriis coagmentatum solium, regalis sedes, prodigium fugiens aciem intelligendi, quomodo lacte tuo nutris Dominum ?

Χρυσοπλοκώτατε πύργε, καὶ δωδεκάτειχε πόλις, ἡλιοστάλακτε θρόνε, καθέδρα τοῦ βασιλέως, ἀκατανόητον θαῦμα, πῶς γαλουχεῖς τὸν Δεσπότην;

Oportet autem scire, quod ad oden nonam fiat inclinatio corporis usque ad terram, idque a duobus choris simul.

Δεῖ δὲ εἰδέναι, ὅτι εἰς τὴν θ' ᾠδὴν ποιοῦμεν μετάνοιαν ἕως εἰς γῆν, οἱ δύο χοροὶ ὁμοῦ.

202. Comm. Hæc corporis inclinatio, quæ fit ad terram usque, appellatur passim in Ritualibus Græcorum libris Μετάνοια μεγάλη, « reverentia major : » illa quæ usque ad terram non fit, appellatur ibidem μικρά « minor, » quandoque etiam ἡ συνήθης μετάνοια « reverentia consueta. » Unde quælibet « inclinatio corporis » dicitur simpliciter μετάνοια. Et hæc quidem vox μετάνοια, ex primæva sua institutione, « pœnitentiam » significat : sed jam apud monachos Græcos significat quoque dictam reverentiam ; propterea quod, cum humilis sit et laboriosa, in mulctam pœnamque peccatorum a Græcis imponi soleat. Et vero quod corpus non parum debilitetur hujusmodi incurvationibus, patet ex illo ptochoprodromi in hegumenum ex cod. ms. Τὰ γόνατά μου ἠσθένησαν ἀπὸ τῆς μετανοίας, « Genua mihi debilitata sunt ex incurvatione. » Consule Joannem Morinum, tum de disciplina in administratione sacramenti pœnitentiæ fol. 4, tum etiam de sacris Ecclesiæ ordinationibus fol. 225, partis 2. Imo vero sequioris ætatis scriptores Latini ab ea ratione loquendi non abhorrent ; neque in monasticis scriptoribus quidquam usitatius est. Sic Petrus Venerab. in statutis Ordinis Cluniacensis, cap. 4, ait : « Atque illis metanœis, quæ quotidiano usu in capitulo fiunt, et vulgo veniæ nominantur. » Et cap. 53, « frequentibus metanœis vel genuflexionibus. » Hieronymus monachus Camald. in *Vita S. Romualdi abbatis*, n. 67, « docebat eos ut.... disciplinas flagellorum in cella facerent, metanœas et genuflexiones frequentantes. » Consimilia habent alii. Jam vero quod veniæ sint hujuscemodi incurvationes corporis, constat apud omnes. Hinc et in *Chronico Laurisham.* exstat hic versiculus :

Per venias centum verrunt barbis pavimentum.

CAPUT QUARTUM.

De Laudibus.

203. Apud Græcos Laudes nunquam disjunguntur a Matutino, sed sunt ejus pars : imo etiam passim communi nomine ὄρθρος nominantur ; ex iisque una cum majoribus Vesperis tota ἀγρυπνίας sive Vigiliarum ratio constituitur. Attamen propter causam illam, quam initio antecedentis capitis proposuimus, judicavimus expedire, ut hic de illis seorsim ageremus, adductis verbis Typici et Menæorum. Atque ante omnia non fuerit ἀπροσδιόνυσον sive inutile observare, illam divini officii partem, quam nos hactenus ὄρθρον sive Matutinum vocavimus, ab aliquibus vocari etiam μεσονύκτιον, quod media nocte persolvatur, et Laudes contrario ab iisdem vocari ὄρθρον, eo quod circa auroram concinantur : neque male, si etymologia spectanda sit. Ut ut est, communius nomine ὄρθρος intelligitur ea divini officii pars, quæ ex μεσονυκτίῳ et αἴνοις, id est « ex Matutino et Laudibus » coalescit. Nunc ad verba Typici veniamus.

204. Ad Laudes, Omnis spiritus. Recitamus versus quatuor ; et psallimus versus similares tono secundo, sicut Ποίοις εὐφημιῶν.

Εἰς τοὺς αἴνους, Πᾶσα πνοή. Ἱστῶμεν στιχηρὰ δ' · καὶ ψάλλομεν στιχηρὰ προσόμοια. Ἦχος β', πρὸς Ποίοις εὐφημιῶν.

Comm. Πᾶσα πνοή quomodo continuetur, ante satis superque declaratum legisti. Postea recitantur psalmi Davidici CXLVIII, CXLIX et CL, ut patet ex Hirmologio : et in Hirmologium id non indicaret, pateret ex illis verbis, εἰς τοὺς αἴνους, « ad Laudes ; » quia psalmi illi ob sæpe reiteratam vocem αἰνεῖτε, « laudate, » αἶνοι, « Laudes » vocitantur. Versus autem similares, huic diei proprii, hi sunt, prout exstant in Menæis.

VERSUS SIMILARES.

Tonus 2. Sicut Ποίοις εὐφημιῶν.

205. Quibus laudum coronis coronabimus doctores, divisos quidem ætatibus, sed spiritu conjunctos, divinorumque hominum antesignanos, numero pares Trinitati, ejusque cultores : fulgentia totius orbis luminaria, columnas Ecclesiæ, victores quos coronis gloriæ coronat Christus Deus noster, magnam habens misericordiam ?

Qua carminum celebritate canemus deiferos, cœlestiumque arcanorum gnaros, et præcones rectæ fidei, ac sincerissimos theologos : magnum sacrorum interpretem Basilium, divinum et divina explicantem Gregorium, atque Joannem eximium, lingua aureum ; quos pro meritis glorificavit Trinitas, Dominus noster, habens magnam misericordiam ?

ΣΤΙΧΗΡΑ ΠΡΟΣΟΜΟΙΑ.

Ἦχος β'. Ποίοις εὐφημιῶν.

Ποίοις εὐφημιῶν στέμμασι στεφανωσωμεν τοὺς διδασκάλους, τοὺς διῃρημένους τοῖς σώμασι, καὶ συνημμένους τῷ πνεύματι, τοὺς τῶν θεοφόρων προστάτας, Τριάδος τοὺς ἰσαρίθμους καὶ θεράποντας, φωστῆρας τῆς οἰκουμένης διαλάμποντας, τῆς Ἐκκλησίας τοὺς στύλους, οὓς στεφάνοις δόξης νικήσαντας στεφανοῖ Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ ἔχων τὸ μέγα ἔλεος ;

Ποίοις ὑμνῳδιῶν κάλλεσιν ἀναδήσωμεν τοὺς θεοφόρους, τοὺς οὐρανομύστας καὶ κήρυκας τῆς ὀρθοδοξίας ὑπάρχοντας, τοὺς ἀκραιφνεστάτους θεολόγους, τὸν μέγαν ἱεροφάντορα Βασίλειον, τὸν θεῖον καὶ θεορρήμονα Γρηγόριον, καὶ Ἰωάννην τὸν πάνυ, τὸν χρυσοῦν τὴν γλῶτταν, οὓς ἐδόξασεν ἡ Τριάς, ἀξίως ὁ Κύριος, ὁ ἔχων τὸ μέγα ἔλεος·

Digitized by Google

Ποίοις ἐγκωμίων ῥήμασιν ἐπαινέσωμεν τοὺς A ἱεράρχας, τοὺς ἰσαποστόλους ἐν χάριτι, καὶ ὁμοτίμους χαρίσμασι, τοὺς τῆς ἀσεβείας καταλυτὰς, σωτῆρας καὶ ὁδηγοὺς λόγῳ καὶ πράγματι, ποιμένας, χριστομιμήτους διὰ πίστεως, τοὺς ἐπιγείους ἀγγέλους, βροτοὺς οὐρανίους, οὓς ἐτίμησεν ὁ Χριστὸς, τῆς δόξης ὁ Κύριος, ὁ ἔχων τὸ μέγα ἔλεος;

Ποίοις εὐφημιῶν στέμμασι καταστέψωμεν τὸν χρυσολόγον, ἅμα Βασιλείῳ Γρηγόριον, τὰ σεπτὰ δοχεῖα τοῦ Πνεύματος, τοὺς στερρροὺς τῆς πίστεως προμάχους, τοὺς στύλους τῆς Ἐκκλησίας, πιστῶν στήριγμα ἁπάντων, ἁμαρτανόντων παραμύθιον, πηγὰς βλυζούσας τὸ νᾶμα, ἐξ οὗ ἀρυόμενοι ἡδυνόμεθα ταῖς ψυχαῖς, αἰτοῦντες συγχώρησιν σφαλμάτων καὶ μέγα ἔλεος; Δόξα.

Ἦχος ὁ αὐτὸς, πρὸς τὸ, Σήμερον ὁ Χριστός. B

Σήμερον αἱ ψυχαὶ τῶν γηγενῶν ὑψοῦνται, ἐκ γηΐνων σήμερον οὐράνιοι γίνονται τῶν ἁγίων ἐν τῇ μνήμῃ· αἱ γὰρ πύλαι τῶν οὐρανῶν ἐπαίρονται, καὶ ἡμῖν τὰ τοῦ Δεσπότου γνωρίζονται· οἱ λόγοι τοὺς λόγους κηρύττουσι, καὶ αἱ γλῶσσαι τὰ θαύματα μέλπουσιν. Ἡμεῖς δὲ πρὸς τὸν Σωτῆρα βοῶμεν· Δόξα σοι Χριστῷ τῷ Θεῷ· τοῖς γὰρ πιστοῖς εἰρήνη διὰ τούτων ἐγεγόνει.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον ὅμοιον.

Σήμερον ὁ Χριστὸς ἐν τῷ ναῷ προσφέρεται ὡς βρέφος· σήμερον ὑπὸ νόμον γίνεται ὁ Μωϋσεῖ διδοὺς τὸν νόμον· τῶν ἀγγέλων αἱ στρατιαὶ τεθάμβηνται, ἐν ἀγκάλαις γηραιαῖς κατεχόμενον τὸν συνέχοντα πάντα θεώμεναι. Συμεὼν, εὐλαβείας πλησθεὶς καὶ χαρᾶς, C ἐβόα· Νῦν ἀπολύεις με, Σῶτερ, ἐκ τῆς ἐπικήρου ζωῆς πρὸς τὴν ἀγήρω λῆξιν· εἶδον γάρ σε, καὶ εὐφράνθην.

Δοξολογία μεγάλη καὶ ἀπόλυσις. Δίδοται δὲ καὶ ἅγιον ἔλαιον τοῖς ἀδελφοῖς.

Quibus præconiorum verbis laudabimus sacrorum principes, gratia et honore æquales apostolis, eversores impietatis, servatores et viæ duces verbo ac facto, pastores, Christi per fidem imitatores, terrestres angelos, homines cœlestes, quos honora vit Christus, gloriæ Dominus, habens magnam misericordiam?

Quibus laudationum coronis cingemus, verba aurea proloquentem, et cum Basilio Gregorium, augusta receptacula Spiritus, stabiles fidei propugnatores, columnas Ecclesiæ, fidelium omnium fulcimentum, peccantium solatium, fontes effundentes laticem, quem qui haurimus, afficimur lætitia, petentes erratorum veniam et magnam misericordiam? Gloria.

Tonus idem sicut Σήμερον ὁ Χριστός.

206. Hodie animæ terrigenarum exaltantur, ex terrestribus hodie cœlestes fiunt, sanctorum in memoria. Nam portæ cœlorum attolluntur, et quæ Domini sunt, ea nobis innotescunt; sermones sermonibus prædicantur, et miracula decantantur linguis. Nos vero ad Servatorem clamamus: Gloria tibi, Christo Deo: pax enim fidelibus per eos parta est.

Et nunc. Mariale simile.

Hodie Christus in templo portatur ut infans; hodie fit sub lege qui Moysi legem dedit. Angelorum exercitus obstupuerunt, quando illum qui continet omnia, viderunt inter senilia brachia. Simeon, pietate plenus et gaudio, clamabat: Nunc dimittis me, Servator, ex hac fragili vita, ad quietem ubi nulla sentitur senectus; vidi enim te, et exsultavi.

207. Sequitur glorificatio major et dimissio. Datur autem et sanctum oleum fratribus

Comm. Diximus quidem num. 31. Δοξολογίαν μεγάλην, sive majorem glorificationem, esse hymnum angelicum; sed quia illi hymno, prout hic a Græcis recitatur, adduntur aliqua quæ in Latino minime reperiuntur, non ingratum lectori futurum existimo, si illum totum sub aspectum cum sua appendice posuero. Talis autem nobis in Hirmologio exhibetur, qualis sequitur.

Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν D ἀνθρώποις εὐδοκία. Ὑμνοῦμέν σε, εὐλογοῦμέν σε, προσκυνοῦμέν σε, δοξολογοῦμεν σε, εὐχαριστοῦμέν σοι, διὰ τὴν μεγάλην σου δόξαν. Κύριε βασιλεῦ ἐπουράνιε, Θεὲ Πάτερ παντόκρατορ· Κύριε Υἱὲ μονογενὲς Ἰησοῦ Χριστὲ, καὶ ἅγιον Πνεῦμα· Κύριε ὁ Θεὸς, ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, πρόσδεξαι τὴν δέησιν ἡμῶν· ὁ καθήμενος ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς, ἐλέησον ἡμᾶς· ὅτι σὺ εἶ μόνος ἅγιος, σὺ εἶ μόνος Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. Ἀμήν. Καθ' ἑκάστην ἡμέραν εὐλογήσω σε, καὶ αἰνέσω τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Καταξίωσον, Κύριε, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ ἀναμαρτήτους φυλαχθῆναι ἡμᾶς. Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε, ὁ Θεὸς πατέρων ἡμῶν, καὶ αἰνετὸν καὶ δεδοξασμένον τὸ ὄνομά σου εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Γένοιτο, Κύριε, τὸ ἔλεός σου ἐφ' ἡμᾶς, καθάπερ ἠλπίσαμεν ἐπὶ σοί. Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε, δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου. Ἐκ τρίτου.

Gloria in excelsis Deo, et in terra pax, in hominibus bona voluntas. Laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te, gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam; Domine Rex cœlestis, Deus pater omnipotens; Domine Fili unigenite Jesu Christe, et sancte Spiritus. Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris, qui tollis peccatum mundi, suscipe deprecationem nostram: qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis: quoniam tu solus sanctus, tu solus Dominus Jesus Christus in gloria Dei Patris. Amen. Omni die benedicam te, et laudabo nomen tuum in sæculum et in sæculum sæculi. Dignare, Domine, die isto sine peccato nos custodire. Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum, et laudabile et gloriosum nomen tuum in sæcula. Amen. Fiat, Domine, misericordia tua super nos, quemadmodum speravimus in te. Benedictus es, Domine, doce me justificationes tuas.

Tertium.

Digitized by Google

208. Domine, refugium factus es nobis in generatione et generatione. Ego dixi, Domine, miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi. Domine, ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam, quia tu es Deus meus; quia apud te est fons vitæ, in lumine tuo videbimus lumen. Extende misericordiam cognoscentibus te. Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis. Tertium.

A Κύριε, καταφυγὴ ἐγενήθης ἡμῖν ἐν γενεᾷ καὶ γενεᾷ. Ἐγὼ εἶπα· Κύριε, ἐλέησόν με, ἴασαι τὴν ψυχήν μου, ὅτι ἥμαρτόν σοι. Κύριε, πρὸς σὲ κατέφυγον, δίδαξόν με τὸ ποιεῖν τὸ θέλημά σου· ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεός μου, ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς, ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. Παράτεινον τὸ ἔλεός σου τοῖς γινώσκουσί σε. Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. Ἐκ γ'.

Gloria Et nunc.	Δόξα. Καὶ νῦν.
Sanctus immortalis miserere nobis.	Ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς·
Deinde clariori voce	Εἶτα γεγωνοτέρᾳ φωνῇ.
Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis.	Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς.

Comm. Illud autem quod additur: « Datur sanctum oleum fratribus: » fusius explicatur in ejusdem Typici capite 12 ad 26 Septembris, cum Græci colunt translationem S. apostoli et evangelistæ Joannis.

209. Sacerdos lampade prælucente abit, incensatque imaginem sancti. Deinde ex ejusdem sancti lampade dat oleum sanctorum fratribus. Si autem præses sacerdotio initiatus sit, ipse fratres inungit consecrato illo oleo, intingens duos digitos, et non unum duntaxat.

B Ὁ ἱερεὺς, προπορευομένης αὐτοῦ λαμπάδος, ἀπέρχεται καὶ θυμιᾷ τὴν εἰκόνα τοῦ ἁγίου. Εἶθ' οὕτως ἐπιδίδωσιν ἅγιον ἔλαιον ἐκ τῆς κανδήλας τοῦ ἁγίου τοῖς ἀδελφοῖς. Εἰ δὲ προεστὼς ἠξίωται τῆς ἱερωσύνης, αὐτὸς ἐπιχρίσει τοὺς ἀδελφοὺς ἀπὸ τῆς τοιαύτης εὐλογίας, ἐμβάπτων τοὺς ἑαυτοῦ δακτύλους τοὺς δύο, καὶ οὐχὶ τὸν ἕνα.

Ac ne quis putet hoc tantum fieri istius Translationis festo, mox subjungitur:

Ex hac igitur nota intellige, quid fieri oporteat etiam aliis sanctorum festis, quibus datur oleum sanctum. Sic autem celebramus festa omnia, quorum pervigilia aguntur.

Ἐκ τούτου οὖν σημείου σημείωσαι καὶ ἐν ἄλλαις ἑορταῖς τῶν ἁγίων, ἐν αἷς δίδοται τὸ ἅγιον ἔλαιον· καὶ οὕτως ἑορτάζομεν πάσας ἑορτὰς τῶν ἁγίων, ἐν αἷς γίνονται ἀγρυπνίαι.

Philotheus unctionis illius ritum ita describit in ordine sacri ministerii, jam sæpe allegato.

210. Quod si Christi Domini festum vel magni alicujus sancti memoria agitur, datur et sanctum oleum hoc pacto. Omnibus ad sancti imaginem, quæ honoranda proponitur, confluentibus et cantantibus, diaconus thus adolet in circuitu, a præside incipiens, eo honore prius sancti imagini habito. Sacerdos autem, stans ad latus imaginis, tenet vasculum, et accedentes inungit in fronte, ac benedicit. Cum autem omnes inuncti sunt, exclamat:

C Εἰ μέν ἐστι Δεσποτικὴ ἑορτὴ, ἢ μεγάλου ἁγίου μνήμη, δίδοται καὶ τὸ ἅγιον ἔλαιον οὕτως· Πάντων συναγομένων πλησίον τῆς εἰκόνος τοῦ προσκυνήματος, καὶ ψαλλόντων, ὁ μὲν διάκονος θυμιᾷ κύκλῳ, ἀπὸ τοῦ προεστῶτος ἀρξάμενος, πρῶτον θυμιάσας τὴν εἰκόνα τοῦ ἁγίου· ὁ δὲ ἱερεὺς, ἱστάμενος πλαγίως τῆς εἰκόνος, κατέχων ἀλειπτρον χρίει τοὺς προσιόντας ἐν τῷ μετώπῳ, καὶ εὐλογεῖ. Ὅταν δὲ χρισθῶσι πάντες, ἐκφωνεῖ·

Exaudi nos, Deus, servator noster, spes omnium finium terræ, et eorum qui sunt in mari longe; et propitius, propitius esto peccatis nostris, nostrique miserere.

Ἐπάκουσον ἡμῶν, ὁ Θεὸς, ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς, καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ μακράν· καὶ ἵλεως γενοῦ ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, ἐλέησον ἡμᾶς.

Atque iterum exclamat:

Καὶ ἐκφωνεῖ·

Misericors atque hominum amans Deus es, et tibi reddimus gloriam, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, nunc et semper et in sæcula sæculorum.

D Ἐλεήμων γὰρ καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

211. Dato jam sancto oleo, fit perfecta dimissio.

Μετὰ τὸ δοῦναι τὸ ἅγιον ἔλαιον, γίνεται τελεία ἀπόλυσις.

Comm. Hæc sunt verba Typici ad 26 Septembris cap. 12, supra allegato. Quare autem hic dicatur τελεία ἀπόλυσις « perfecta dimissio, » colligi potest ex dissertatione nostra onomastica, ubi num. 36 illius nomenclaturæ ratio non obscure cuilibet innotescet. Igitur τελεία ἀπόλυσις hic non solum est finis officii ecclesiastici, verum etiam dimissio populi. Et quoniam sacerdos solitus est dimittendo populo bene precari, ipsa illa formula precandi non raro ἀπόλυσις quoque nuncupatur. De formula illa pauca disseremus inferius, hic vero de iis, quæ illam solent proxime præcedere.

212. Absoluta superiore exclamatione, statim (ut est apud Philotheum) ait sacerdos:

Pax omnibus. Diaconus vero: Capita nostra Domino inclinemus. Et sacerdos secreto sub-

Ὁ ἱερεύς· Εἰρήνη πᾶσι. Ὁ διάκονος· Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ Κυρίῳ κλίνωμεν. Καὶ ὁ ἱερεὺς

Digitized by Google

λέγει τὴν εὐχὴν μυστικῶς· Κύριε ἅγιε, ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν, καὶ τῷ παντεφόρῳ σου ὄμματι ἐπιβλέπων ἐπὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν· σοὶ ἐκλίναμεν τὸν αὐχένα τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, καὶ δεόμεθά σου, ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου τὴν ἀόρατον ἐξ ἁγίου κατοικητηρίου, καὶ εὐλόγησον πάντας ἡμᾶς· καὶ εἴ τι ἡμάρτομεν ἑκουσίως ἢ ἀκουσίως, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς συγχώρησον, δωρούμενος ἡμῖν καὶ τὰ ἐγκόσμια καὶ ὑπερκόσμια ἀγαθά σου. Ἐκφώνως· Σὸν γάρ ἐστι τὸ ἐλεεῖν καὶ σώζειν ἡμᾶς, Χριστὲ ὁ Θεός.

A jungit orationem : Domine sancte, qui in altis habitas, et humilia respicis, et oculo perspicacissimo circumspicis omnem creaturam, tibi cervices animi æque ac corporis incurvamus, et oramus te, manum tuam invisibilem de sancto habitaculo tuo extende, et benedic nos omnes : et si quid sponte vel coacte deliquimus, ut bonus ac benignus Deus ignosce, et bona tua temporalia simul atque æterna largire : Exclamando : Tuum est enim misereri et salvare nos, Christe Deus.

Ὁ διάκονος· Σοφία.

Diaconus : Sapientia.

Ὁ ἱερεύς· Ὁ ὢν εὐλογητὸς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, πάντοτε, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Sacerdos. Qui est benedictus Christus Deus noster, ubique, nunc, et semper, et in sæcula sæculorum.

Καὶ ψάλλεται τὸ, Στερέωσαι, ὁ Θεὸς, τοὺς βασιλεῖς. B

213. Et canitur : Confirma, Deus, imperatores.

Comm. Hanc orationem non inveni usque adhuc, nisi forte putes esse illam quæ exstat in Hirmologio et sic sonat·

Ἐπουράνιε βασιλεῦ, τοὺς πιστους βασιλεῖς ἡμων στερέωσον, τὴν πίστιν στήριξον, τὰ ἔθνη πράϋνον, τὸν κόσμον εἰρήνευσον, τὴν ἁγίαν μονὴν ταύτην καλῶς διαφύλαξον, τοὺς προαπελθόντας πατέρας καὶ ἀδελφοὺς ἡμῶν ἐν σκηναῖς δικαίων τάξον, καὶ ἡμᾶς ἐν μετανοίᾳ καὶ ἐξομολογήσει παράλαβε, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

Rex cœlestis, confirma fideles imperatores nostros; fidem stabili; gentes mitiga; pacifica orbem; habitationem hanc sanctam bene custodi; patres et fratres nostros defunctos colloca in justorum tabernaculis; et nos in pœnitentia ac confessione suscipe, ut qui vere bonus es et hominum amans.

Ὁ ἱερεύς· Ὑπεραγία Θεοτόκε, σῶσον ἡμᾶς. Καὶ ψάλλεται· Τὴν τιμιωτέραν τῶν χερουβὶμ, καὶ ἐνδοξοτέραν ἀσυγκρίτως τῶν σεραφὶμ, τὴν ἀδιαφθόρως τὸν Λόγον Θεὸν τεκοῦσαν, τὴν ὄντως Θεοτόκον, σὲ μεγαλύνομεν. Εἶτα πάλιν λέγει· Δόξα σοι, Χριστὲ ὁ Θεὸς, ἡ ἐλπὶς ἡμῶν· δόξα σοι. Ἀδελφοί· Κύριε, εὐλόγησον

Sacerdos : Sanctissima Dei Genitrix serva nos. Et canitur : Magnificamus te excellentiorem cherubim, et sine comparatione seraphim gloriosiorem : utpote quæ incorrupta genuisti Verbum Deum, ideoque vere Dei genitrix es. Tum iterum dicit : Gloria tibi, Christe Deus, spes nostra, gloria tibi. Fratres respondent : Domine, benedic. C

Καὶ γίνεται ἀπόλυσις· ἡ μὲν ἔστι κυριακή· « Ὁ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν Χριστὸς, ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν, ταῖς πρεσβείαις τῆς παναχράντου αὐτοῦ Μητρὸς, τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, καὶ πάντων τῶν ἁγίων, ἐλεήσῃ καὶ σώσῃ ἡμᾶς, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

Et pronuntiat dimissionis formulam, quæ diebus dominicis hæc est : Qui surrexit a mortuis Christus verus Deus noster, precibus intemeratæ Matris suæ, sanctorum, gloriosorum et percelebrium apostolorum, omniumque sanctorum, misereatur et servet nos, ut bonus ac benignus.

214. Comm. Dimissionis formula mutatur pro ratione festi vel mysterii quod celebratur, idque satis patet ex allato Philothei textu. Sic in Christi natali dicitur : Ὁ ἐν τῷ σπηλαίῳ γεννηθεὶς, καὶ ἐν φάτνῃ ἀνακλιθεὶς διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν. « Qui in spelunca natus est et in præsepe reclinatus, propter nostram salutem. » Et in Circumcisione : Ὁ ἐν τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ σαρκὶ περιτμηθῆναι καταδεξάμενος, « Qui octavo die in carne circumcidi voluisti, etc. Formulas alias, aliis Domini nostro Jesu Christi festis et aliquot Dominicis accommodatas, videre qui voluerit, » ille adeat Goarum ad calcem Euchologii. Mihi autem satis fuerit hic paucis ex eodem Philotheo annotare, in dimissionis formula a sacerdote solere pronuntiari nomen sancti, cujus sacra lux agitur, si tamen fuerit e sanctis præcipuis. Quamobrem, cum Basilius Magnus, Gregorius Nazianzenus et Joannes Chrysostomus inter præcipuos sanctos a Græcis semper habiti fuerint, dubitandum non est, quin in hujusce diei dimissione debeant eorum nomina pronuntiari hoc aut simili modo :

Ὁ τοὺς διδασκάλους φωτίζων Χριστὸς, ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν, ταῖς πρεσβείαις τῆς παναχράντου αὐτοῦ Μητρὸς, τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, τῶν ἐν ἁγίοις Πατέρων ἡμῶν Βασιλείου τοῦ μεγάλου, Γρηγορίου τοῦ θεολόγου, Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων, καὶ τὰ λοιπά. D

« Qui doctores illuminat, Christus, verus Deus noster, precibus intemeratæ Matris suæ, sanctorum, gloriosorum et percelebrium apostolorum, nec non sanctorum Patrum nostrorum Basilii Magni, Gregorii Theologi, Joannis Chrysostomi omniumque sanctorum, et reliqua, ut supra.

215. Comm. Sed et Latinis olim solemne erat, ut aliis et aliis diebus adhiberent etiam alias atque alias formulas benedicendi, constantes interdum ex multis versibus. Unde apud Gregorium papam in *Libro sacramentorum* adhuc exstat illa benedictio pro die Nativitatis Domini : « Benedicat vobis omnipotens Deus, vestramque ad superna excitet intentionem, qui hanc sacratissimam diem nativitate Filii sui fecit esse solemnem. Amen. Et qui cum qui panis est angelorum, in præsepe Ecclesiæ cibum fecit esse fide-

Digitized by Google

lium animalium : ipse vos et in præsenti sæculo degustare faciat æternorum dulcedinem gaudiorum, et in futuro perducat ad satietatem æternorum præmiorum. Amen. Quique ejus infantiam vilibus voluit indui pannis, ipse vos cœlestium vestimentorum induat ornamentis. Amen. Quod ipse præstare dignetur, cujus regnum et imperium permanet in sæcula sæculorum. Amen. Benedictio Dei Patris, et Filii, et Spiritus sancti, et pax Domini sit semper vobiscum. » Benedictiones illæ (ut illustrissimus Habertus testatur) in ecclesiis fere omnibus cathedralibus, antiqui moris sui studiosis, in solemnibus officiis non omittuntur. Loquitur autem Habertus de Gallicanis Ecclesiis, quarum ritus ab usu Romano discrepans peculiari opere explicatur a Mabilione : harum vero antiquus usus sub imperio Gothorum in Hispaniam transiit. Hinc Missale Gothicum sive Gallicanum vetus, anno 1680, ex mss. Reginæ Sueciæ Romæ vulgatum, præscribit alias atque alias formulas, cuique festo proprias, sub hoc titulo, « Benedictio populi; » non tamen ad finem missæ, sed post orationem Dominicam ante communionem. Formulæ porro illæ dicebantur quondam interpellationes seu postulationes : atque hoc nomine easdem vult intelligi apud S. Paulum beatus Augustinus epistola ad Paulinum : « Interpellationes, inquiens, sive ut nostri codices habent, postulationes, fiunt, cum populus benedicitur. »

216. A Latinis revertamur ad Græcos eorumque ritus in pronuntiandis Benedictionibus a Philotheo descriptos : Ὁ ἱερεὺς ἀνοίξας τὰ ἅγια θύρια, χαλάσας τε τὸ φελόνιον, ἱσταμένου τοῦ διακόνου ἐξωθεν ἐκ δεξιῶν, καὶ τὸ ὡράριον κρατοῦντος συνήθως, λέγει τὴν ἀπόλυσιν. « Sacerdos, sanctis portis reseratis et demissa casula, diacono stante foris a dextris, et stolam apprehendente secundum consuetudinem, pronuntiat dimissionem, » et benedicit populo, manum quidem movens in formam crucis, sed digitos longe aliter componens, quam nunc in Ecclesia Latinorum fieri consuevit. Etenim auricularem aliquantulum incurvat; summum articulum annularis applicat primo condylo pollicis; indicem in longum producit, ad eumque oblique adjungit medium, et sic alterum accommodans alteri quasi decussat.

217. Porro Nicolaus Malaxus, protopapa sive parochus Naupliæ, ibidem affirmat tali digitorum inflexione Jesu Christi nomen informari ac veluti describi : nam, ut ipse quidem contendit, eadem exprimuntur hæ litteræ IC. XC. Græcos autem hac figura C olim pinxisse suum Σ notius est, quam ut hic dici a me debeat. Sed habe tibi locum Malaxi ipsum. Is mihi quidem dignus visus est, qui Latine verteretur :

Rectitudo indicis, et inflexio medii, etiam sphaceli dicti, nomen IC manifeste exprimit, cum rectitudo I referat, curvitas vero C. Unde et prope invicem duo hi digiti ita dispositi, hoc non obscure præ se ferunt. Jam vero pollicis et annularis, qui et epibatus vocatur, ad sese mutuo obliqua adjunctio; et iterum quæ his proxima est, inflexio auricularis, nomen XC simul significant : quippe obliquitas pollicis et annularis, elementum sive litteram X ostendit : et incurvus auricularis posterius elementum C. Itaque, ut dictum est, nomen XC significatur. Verum quo, qui voluerit, cognoscat istud evidentius, manum benedicentem delineet et istud manifeste cognoscet. Et vero oportet ut benedictio dictam figuram, et nullam aliam exprimat, quam benedictum Jesu Christi nomen, in quo benedicuntur omnes gentes, sicut beato patriarchæ Abrahæ promissum est : *Benedicentur* enim, inquit (Deus), *in semine tuo omnes gentes terræ* (*a*). *Non dixit* (inquit divus Apostolus) *in seminibus, sed in semine, qui est Christus* (*b*). Et certe conveniebat, ut figura manus benedicentis benedictos in Christo, non exprimeret aliud, quam nomen illius in quo benedicimur. Propterea enim, opinor, sic et ab initio universorum Conditor diviniore providentia digitos humanæ palmæ annexuit, ut neque plures sint neque pauciores, verum tot, quot neque redundent, neque deficiant, sed sufficiant istiusmodi significationi.

A Τὸ μὲν ὀρθιον τοῦ λιχανοῦ δακτύλου καὶ ἐπικαμπὲς τοῦ μέσου, τοῦ καὶ σφακέλου λεγομένου, τὸ IC ὄνομα προδήλως χαρακτηρίζει· τοῦ ὀρθίου τὸ I παριστῶντος, τοῦ δὲ καμπύλου τὸ C. Ὅθεν καὶ ἔγγιστα ἀλλήλων οἱ δύο οὗτοι δάκτυλοι οὑτωσί πως διατυπούμενοι ἀριδήλως τοῦτο ἐμφαίνουσιν. Ἡ δὲ τοῦ ἀντίχειρος, καὶ τοῦ παραμέσου, τοῦ καὶ ἐπιβάτου καλουμένου, πρὸς ἀλλήλους πλαγία ἕνωσις, καὶ αὖθις τὸ ἔγγιστα τούτων καμπύλον τοῦ μύωπος, τὸ XC ὄνομα σημαίνουσιν ἀμφότερα· ἡ γὰρ πλαγιότης τοῦ ἀντίχειρος καὶ τοῦ ἐπιβάτου τὸ X στοιχεῖον ἐνδείκνυται. Ὁ δὲ κυρτόσχημος μύωψ τὸ μετὰ τοῦτο C, δι' ὧν τὸ XC ὄνομα, ὡς εἴρηται, δείκνυται. Ἵνα δὲ σαφέστερον τοῦτο πρὸς διάγνωσιν ἔχῃ ὁ βουλόμενος, σχεδιασάτω τὴν χεῖρα εὐλογοῦσαν, καὶ ἀριδήλως τοῦτο γνώσεται. Δεῖ γὰρ, εὐλογίαν τὸ σχῆμα τοῦτο λεγόμενον, οὐδὲν ἄλλο παραδῆλουν ἢ τὸ τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ ὄνομα, ἐν ᾧ εὐλογοῦνται πάντα τὰ ἔθνη, ὡς ἡ πρὸς τὸν μακάριον πατριάρχην Ἀβραὰμ ἐπαγγελία γέγονεν· *Εὐλογηθήσονται* γὰρ, φησὶν, *ἐν τῷ σπέρματί σου πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Οὐκ εἶπε* δὲ, φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος, *ἐν τοῖς σπέρμασιν, ἀλλ' ἐν τῷ σπέρματι, ὅς ἐστιν ὁ Χριστός.* Ἐχρῆν τοιγαροῦν καὶ τὸν σχηματισμὸν τῆς εὐλογούσης τοὺς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εὐλογουμένους χειρὸς οὐδὲν ἄλλο σημαίνειν, ἢ αὐτὸ τὸ ὄνομα τοῦ ἐν ᾧ εὐλογούμεθα. Διὰ τοῦτο γὰρ, οἶμαι, καὶ θειοτέρᾳ προνοίᾳ οὕτως ἀρχῆθεν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ τῶν ὅλων Δημιουργοῦ οἱ δάκτυλοι ἀνθρωπίνης παλάμης ἐξήρτηντο, καὶ οὐ πλείους οὐδ' ἐλάττονες, ἀλλ' ὅσοι ἂν μὴ περιττῶς, μηδὲ ἐλλειπῶς, ἀλλ' ἀρκούντως πρὸς τὴν τοιαύτην σημασίαν ἔχοιεν.

218. Hunc Malaxi locum si vidisset Goarus, nunquam tradidisset, minimum benedicentis digitum sive auricularem protendi in longum. Tradit etiam idem Goarus, digitos a sacerdote inter benedicendum, ita coaptari, « ut semper trium horum vocabulorum Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ litteras initiales, quæ sunt I, X, et N exprimant. Auricularis quidem, inquit, digitus in longum productus τὸ I; pollex ex-

C

(*a*) Gen. xxii, 18.

(*b*) Rom. iii, 16.

Digitized by Google

tremitati medii accumbens, et cum eo crucem decussatam referens, τὸ X; medius tandem et index τὸ N majori ex parte repræsentant. Quo ex fonte Goarus hæc hauserit, invenire nondum potui.

219. Sed hoc loco prætereundum non est, prædictam rationem complicandi digitorum, solere servari etiam a pontificibus, dum cum δικηρίῳ et τρικηρίῳ benedicunt. Est autem δικήριον cereus bisulcus, cujus unus est ramus, sive capulus aut manubrium, duo vero e ramo in lineam rectam ramusculi pullulant; qua ex notione etiam quid sit τρικήριον facile intelligas: videlicet trisulcus cereus, e cujus uno itidem ramo, tres alii ramusculi ad eumdem modum effunduntur. Nec suo illa destituuntur mysterio: quippe Τρικήριον in una divina natura tres distinctas Personas, Δικήριον autem duas in una Christi persona distinctas naturas esse commonstrat, quemadmodum est apud Symeonem Thessalonicensem de templo, ubi de lychnis ecclesiæ. Hi itaque cerei accenduntur; et episcopus statis temporibus modo bisulco, modo trisulco, nonnunquam etiam utroque simul, ad benedicendum utitur; sic ut tunc etiam expassa brachia signum crucis repræsentent.

220. Non vero videbor ferri extra oleas, si hac occasione tria prætereа ad hunc benedicendum ritum spectantia paucis perstrinxero. Primum, dum Græcus patriarcha vel episcopus cum δικηρίῳ vel τρικηρίῳ benedicit, cruces efformat tres; convenienter sane pontificibus nostris, etiam tres cruces, dum benedicunt, formare solitis. Probari id potest ex Demetrio Gemisto ms. *De ordinationibus* qui apud Cangium ait: Ὁ πατριάρχης, λαβὼν τὸ [τρικήριον, ποιεῖ αὖθις σταυροὺς τρεῖς ἄνωθεν τοῦ Εὐαγγελίου: « Patriarcha, accepto trisulco cereo, facit iterum cruces tres super Evangelium. » Et mox, Ὁ πατριάρχης, βλέπων πρὸς τὰς δυσμάς, εὐλογεῖ μετὰ τρικηρίου τὸν λαὸν τρίς: « Patriarcha ad occidentem conversus, benedicit populo ter cum trisulco cereo. » Deinde bicerei et tricerei usus non videtur admodum antiquus. Hoc non ex eo quidem colligo, quod S. Sabæ Typicum mentionem ipsius non faciat (hoc enim Typicum pro patriarchis et episcopis proprie scriptum non est), verum ex eo quod nec S. Maximus, nec S. Germanus ejusdem meminerint. Atque ea in re doctissimum Morinum habeo fautorem.

221. Tertium denique, bicereo vel tricereo signare populum non usque adeo proprium est solis patriarchis cæterisque pontificibus, ut eam sibi prærogativam non vindicent etiam imperatores, idque maxime propter unctionem chrismatis. Duplex est Balsamonis locus, ubi istud asseveratur. Alter ad can. 67 synodi Trullanæ: Οἱ γὰρ πατριάρχας προβαλλόμενοι ὀρθόδοξοι βασιλεῖς δι' ἐπικλήσεως τῆς ἁγίας Τριάδος, καὶ Χριστοὶ ὄντες Κυρίου, ἀκωλύτως, ὅτε καὶ βούλονται, εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον εἰσέρχονται, καὶ θυμιῶσι, καὶ σφραγίζουσι μετὰ τρικηρίου, καθὼς οἱ ἀρχιερεῖς. « Imperatores orthodoxi, qui sub invocatione sanctæ Trinitatis proponunt patriarchas, et sunt Christi Domini, sine ullo impedimento ad sacrum altare accedunt, quando voluerint, et thus adolent, et signant cum tricipite cereo quemadmodum pontifices. » Alter est in Meiete, ubi recensens opera, quæ imperatores cum patriarchis habent communia, sic loquitur: Ἐντεῦθεν οἱ πιστοὶ δεσπόται καὶ αὐτοκράτορες κατηχητικῶς ὁμιλοῦσι τῷ Χριστωνύμῳ λαῷ, καὶ θυμιῶσιν ὡς ἱερεῖς, καὶ μετὰ δικηρίου σφραγίζουσι. « Hinc (propter unctionem Chrismatis) fideles Domini imperatores erudiunt Christianum populum, et odore thuris suffumigant, et bicereo benedicunt. »

222. Ex his porro planum fit, quid sit apud Græcos δικηρίῳ καὶ τρικηρίῳ σφραγίζειν· ex cujus re ignoratione quæ interpretationum monstra aliquando edita sunt! Interpres nescio quis, apud Gretserum nostrum *Horto S. crucis* part. v, cap. 21, locum illum Balsamonis, καὶ μετὰ δικηρίου σφραγίζουσι, ita vertit: « Cum cera duplici obsignant. » Quamobrem iste interpres, non immerito a Gretsero reprehenditur. Sed an non etiam reprehendendus sit Gretserus ipse, quod eodem illo Balsamonis loco, pro δικηρίου legendum censeat τρικηρίου, judicium sit aliorum. Etenim vir cætera eruditus videtur nescisse, δικήριον quoque seu bisulcum illum cereum impartiendis in sacro officio benedictionibus fuisse a Græcis adhibitum. Hic nostro de Laudibus commentario finem imponimus: nam fratres e templo abeuntes vocant nos, ad suam quisque cellulam, ut quas ibi minores horas recitent, dispicere possimus.

CAPUT QUINTUM.

De horis minoribus, mediis horis; et apodipno, quod respondet nostro Completorio.

223. Græci diurnas horas habent totidem, quot Latini, nempe πρώτην, τρίτην, ἕκτην, καὶ ἐννάτην, Primam, Tertiam, Sextam et Nonam: Sed in eo dissentiunt, quod post singulas horas jam commemoratas recitent singula Μεσώρια sive medias horas: quarum ea quæ post Primam dicitur, μεσώριον τῆς πρώτης nuncupatur; quæ post Tertiam, μεσώριον τῆς τρίτης, et sic deinceps. De mesoriis autem hæc invenio in Typico sub finem capitis 5:

Τὰ δὲ Μεσώρια τῆς γ' ὥρας καὶ ς' πάντοτε ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ψάλλονται ἄνευ τῶν ἀγρυπνιῶν καὶ τῶν ἑορτῶν ἐν αἷς γίνονται δοξολογίαι. Τὸ δὲ μεσώριον

224. « Mesoria Tertiæ et Sextæ semper in Ecclesia concinuntur, præterquam in vigiliis et festis, quando habentur glorificationes. Primæ autem hu-

Digitized by Google

ræ mesorium tale est. Cum preces matutinæ absolutæ jam sunt, in cellas discedimus, et dicto hymno Trisagion, dicimus tertio Venite, adoremus; et auspicamur psalmum XLV, Deus noster refugium et virtus; et psalmum XCI, Bonum est confiteri Domino; et XCII, Dominus regnavit. Trisagium, et troparium nocturnum; Miserere nostri, Domine, miserere nostri: Et nunc, Mariale quod incipit, Misericordiæ januam; Domine, Miserere quadragies, et orationem quam quisque voluerit.

A τῆς πρώτης ὥρας ἐστὶν οὕτως. Μετὰ τὸ ἀπολῦσαι τὸν ὄρθρον, ἀπερχόμεθα ἐν τοῖς κελλίοις, καὶ ποιοῦντες τρισάγιον, λέγομεν, Δεῦτε προσκυνήσωμεν, ἐκ Τρίτου· καὶ ἀρχόμεθα ψαλμὸν μ', Ὁ Θεὸς ἡμῶν καταφυγὴ καὶ δύναμις· καὶ ψαλμὸν ρια' Ἀγαθὸν τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Κυρίῳ· καὶ τὸν ειβ', Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν· τρισάγιον, καὶ τροπάριον κατανυκτικόν· Ἐλέησον ἡμᾶς, Κύριε, ἐλέησον ἡμᾶς. Καὶ νῦν, Θεοτόκιον, Τῆς εὐσπλαγχνίας τὴν πύλην· τὸ Κύριε ἐλέησον μ', καὶ εὐχὴν οἵαν ἕκαστος βούλεται.

225. Comm. Priusquam hæc omnia, prout jacent in Græcorum Horologio, ad longum describam, cavendum mihi esse intelligo, ne ex eo quod dicat Typicum inchoari istud mesorium μετὰ τὸ ἀπολῦσαι τὸν ὄρθρον, sive « Matutinis precibus jam absolutis, » lector in animum inducat, aut Græcos Primam non recitare; aut, si recitent, recitare post jam dictum mesorium. Sed Græcos et habere Primam, et recitare post Matutinum officium, ante istud mesorium, confici potest tum ex variis auctoribus, tum ex S. Maximo, qui statim post Matutinum recitanda Primæ mentionem facit. Est et in bibliotheca Regis Galliarum codex aliquis, qui, ut testatur Cangius lib. IV *Constantinopolis Christianæ*, inscribitur Τυπικὸν τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆς κεχαριτωμένης, τῆς ἐκ βάθρων νεουργηθείσης καὶ συστάσης παρὰ τῆς εὐσεβεστάτης Αὐγούστης κυρᾶς Εἰρήνης τῆς δουκαίνης, κατὰ τὴν αὐτῆς πρόσταξιν καὶ γνώμην ὑφηγηθέν τε καὶ ἐκτεθέν. « Typicum venerandi monasterii sanctissimæ Deiparæ gratiosæ, a fundamentis de novo excitati per piissimam Augustam dominam Irenen ducænam, secundum illius præceptum et mentem enarratum et expositum. » Hic codex, inquam, sic habet cap. 32, Μετὰ τοίνυν συμπλήρωσιν τῆς ὀρθρινῆς δοξολογίας δεῖ συνάπτειν ἡμᾶς τὴν πρώτην ὥραν κατὰ τὸ συνειθισμένον. « Matutinis Laudibus absolutis, oportet nos adjungere horam primam, secundum consuetudinem. »

226. Quid igitur, inquies, sibi vult S. Sabæ Typicum, dum ait, Primæ mesorium post Matutinum recitari? Ego quidem existimo nomine Ὄρθρου sive « Matutini » hic Primam intelligi: sic enim intelligebatur antiquitus. Certe libro VIII *Constitutionum* (quæ tribuuntur apostolis, et licet perperam, magnæ tamen et antiquitatis et auctoritatis sunt) cap. 34, dicitur Εὐχὰς ἐπιτελεῖτε ὄρθρου, καὶ τρίτῃ ὥρᾳ, καὶ ἕκτῃ, καὶ ἐννάτῃ, καὶ ἑσπέρᾳ, καὶ ἀλεκτοροφωνίᾳ· ὄρθρου μὲν εὐχαριστοῦντες, ὅτι ἐφώτισεν ὑμῖν ὁ Κύριος, παραγαγὼν τὴν νύκτα, καὶ ἐπαγαγὼν τὴν ἡμέραν· τρίτῃ δὲ, ὅτι ἀπόφασιν ἐν αὐτῇ ὑπὸ Πιλάτου ἔλαβεν ὁ Κύριος· ἕκτῃ, ὅτι ἐν αὐτῇ ἐσταυρώθη· ἐννάτῃ δὲ, ὅτι πάντα κεκίνηται τοῦ Δεσπότου ἐσταυρωμένου, φρίττοντα τὴν τόλμαν τῶν δυσσεβῶν Ἰουδαίων, μὴ φέροντα τοῦ Κυρίου τὴν ὕβριν· ἑσπέρᾳ δὲ, εὐχαριστοῦντες, ὅτι ὑμῖν ἀνάπαυσιν ἔδωκε τῶν μεθημερινῶν κόπων τὴν νύκτα· ἀλεκτρυόνων δὲ κραυγῇ, διὰ τὸ τὴν ὥραν εὐαγγελίζεσθαι τὴν παρουσίαν τῆς ἡμέρας, εἰς ἐργασίαν τῶν τοῦ φωτὸς ἔργων. « Precationes facite mane, tertia hora, ac sexta, et nona, et vespere, atque ad galli cantum. Mane quidem, gratias agentes, quod illuminarit vos, nocte sublata et reddito die; tertia, quod ea hora Pilatus judicium adversus Dominum pronuntiavit; sexta, quod ea hora in crucem actus est; nona, quod tum omnia mota et tremefacta sunt, Domino crucifixo; quia horrerent audaciam impiorum Judæorum, et contumeliam Domini ferre non possent; vespere quod noctem dederit ad requiescendum a diurnis laboribus; ad galli cantum, quod ea hora nuntiet adventum diei ad facienda opera lucis. » Hic voce ὄρθρου πρώτην, sive primam horam significari, affirmant Turrianus ibi, Durandus lib. III *De ritibus*, cap. 7; et Suarez lib. IV *De horis can.*, cap. 5, num. 3. Et facile ipsis assentientur mecum omnes qui hunc locum diligentius expenderint: quia licet hic locus nomen « Primæ » quidem, tunc necdum usurpatum non exprimat: tamen rem ipsam, sive precationem quæ fit mane, exprimit; eamque ab ea quæ fit per noctem, manifeste distinguit.

227. Neque ab eo modo loquendi abhorruit S. Basilius in *Regulis fusius disputatis*. Interrogatione 37ª, ubi enumerans stata tempora orandi eam horam, quæ tertiam antecedit, ὄρθρον appellat: nec enim de nocturna oratione sive μεσονυκτίῳ intelligi potest: quia postquam Tertiæ, Sextæ, Nonæ, aliarumque horarum meminerat, etiam meminit μεσονυκτίου, dicens: Τὸ δὲ μεσονύκτιον Παῦλος καὶ Σίλας ἡμῖν ἀναγκαῖον εἰς προσευχὴν παραδεδώκασιν, ὡς ἡ τῶν Πράξεων ἱστορία παρίστησι. « De tempore autem dimidiæ noctis, quod id ad orationem necessarium sit, traditum nobis est a Paulo et Sila in Actis. » Quid, quod et Latini ita olim locuti fuerint, ut in *Enchologio* pag. 33, probat Goarus, ex Cypriano, vel quocunque alio auctore expositionis *in Orationem Dominicam*. « Ut itaque, inquit ibidem idem Goarus, a vocum confusione mentem liberemus; indubium est, geminas apud Latinos Matutinas preces, sicut et apud Græcos duplicem ὄρθρον esse statuendum: unum ante solis ortum, et orto sole rursus alium, ut cum nos dicimus Matutinas laudes, ac Primam. » Id quod fuse probat ex Joanne Cassiano, ac tandem subdit, « circa D. Benedicti tempora, secundæ Matutinæ solemnitati impositum fuisse Primæ nomen. » Illud sane nomen usurpatum in *S. Benedicti Regula* cap. 16, invenio. At distinctius locutus fuisset Goarus, si illud nomen dixisset inventum tempore Cassiani, cum illius auctorem ipsum Cassianum merito faciat. Sed his omissis, quæro ego: Si hic duplex Ὄρθρος Goaro astructus admittatur (sicut videtur debere admitti), quis est, qui non videat, Typicum, dum dicit mesorium primæ recitari μετὰ τὸν ὄρθρον, aliter non posse intelligi; quam si diceret, μετὰ τὴν πρώτην post Primam? Est etiam perquam verisimile, Primam fuisse apud Græcos Matutini officii partem ultimam; quod ut dicam, facit S. Germanus, qui enarrato toto Vespertini ac Matutini officii ordine, non ante ponit Τέλος τῆς ἀκολουθίας τοῦ ἑσπερινοῦ καὶ τοῦ ὄρθρου, quam initium Primæ in illum ordinem incluserit. Huc accedit quod Horologium proponat Primam ante ipsum mesorium recitandam: hæc autem recitabatur in templo, quemadmodum ex eodem Typici loca conficitur. Sed tempus est, ut primam aliasque horas diurnas cum suis mesoriis ex Horologio exhibeamus.

Horologium istud quod excusum est Venetiis anno 1607 sic habet, Ὥρας τῆς πρώτης ἐν κατανύξει ἄρχου: « Horam primam in compunctione incipe, » ac continuo subjungit tres psalmos: neque cum S. Germano et Hirmologio ibi insinuat, præmittendum esse Δεῦτε, προσκυνήσωμεν, « Venite, adoremus, » id quod ad alias diurnas horas facit accuratissime. Tres autem psalmi, quos hic recitandos ponit, sunt hi, V, *Verba*

Digitized by Google

mea auribus percipe; LXXXIX, Domine, refugium factus es; et c, Misericordiam et iudicium. Quibus absolutis dicuntur sequentia.

Δόξα, καὶ νῦν, ἀλληλούϊα ἐκ γ'. Μετάνοιαι γ'. Καὶ εἰ μὲν, Θεὸς Κύριος, ἔψαλται, λέγομεν Δόξα, τὸ τροπάριον τῆς ἡμέρας, Καὶ νῦν, Τί σε καλέσωμεν, ὦ κεχαριτωμένη· εἰ δ' ἀλληλούϊα, λέγομεν τροπάριον, εἰς ἦχον πλάγιον β'. A

Gloria, et nunc, Alleluia tertio, tertio quoque corpus inflectitur. Et si Deus Dominus cantatum fuerit, dicitur Gloria, Troparium diei, Et nunc, Quid te appellem, o Benedicta. Si autem Alleluia dicatur, Troparium canitur tono obliquo 2.

228. Comm. Græci longissime absunt ab errore Vigilantii, qui (ut testatur adversus eumdem Vigilantium scribens S. Hieronymus cap. 1) pugnabat, Alleluia nonnisi in Paschate cantandum esse: nam Alleluia Græci tam charum habent, ut illud frequentent etiam tempore Quadragesimæ, etiam in suorum exsequiis; eoque illud sæpius ingeminant, quo ratio temporis diuturniores Dei laudes postulat. Unde patriarcha Constantinopolitanus Michael Cerularius, apud Baronium ad an. 1033, num. 29, quasi summam impietatem Latinis objecit, quod Alleluia in Quadragesima canere intermittant. Hunc Latinis infensissimum patriarcham imitati sunt complures alii Græci, ita ut Humbertus episcopus Silvæ-Candidæ et alii multi eorum calumnias scripto refutare adacti sint. Sed et Latinos olim in funeribus cecinisse Alleluia constat ex D. Hieronymo, qui in Epitaphio Fabiolæ sic loquitur: « Et jam fama volans, tanti prænuntia luctus, totius urbis populum ad exsequias congregarat. Sonabant psalmi; et aurata tecta templorum reboans in sublime quatiebat Alleluia. » Ejusdem ritus meminit in epistola ad Aletium de funere Rufinæ conjugis: et narrat Baronius, ad an. 590, num. 29, eum ritum etiam in Gallia fuisse usitatum. An autem et tempore Quadragesimæ Latini aliquando illud cecinerint, non inveni usque adhuc. Hoc inveni, illud non recte factitatum fuisse a quibusdam Hispaniæ sacerdotibus, contra quos agit Concilium Toletanum IV, cap. 11: « Cognovimus quosdam Hispaniæ sacerdotes, qui in Quadragesimæ diebus Alleluia decantant, præter in ultima hebdomada Paschæ; quod deinceps interdicimus fieri, statuentes, ut in omnibus prædictis Quadragesimæ diebus, quia tempus est non gaudii, sed mœroris, Alleluia non decantetur. » Plura alia disputanda de Alleluia occurrunt, sed non sunt hujus loci: eapropter revolvor ad Horologium, quod duos versiculos exhibet, dicto Tropario subjiciendos. Sunt autem hi:

ΣΤΙΧΟΣ α'. B

Τὸ πρωῒ εἰσάκουσον τῆς φωνῆς μου, ὁ βασιλεύς μου καὶ ὁ Θεός μου.

VERSICULUS 1.

229. Mane, exaudi vocem meam, Rex meus et Deus meus (*a*).

ΣΤΙΧΟΣ β'.

Τὰ ῥήματά μου ἐνώτισον, Κύριε.

Δοξα.

Ὅτι πρὸς σὲ προσεύξομαι, Κύριε.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

VERSICULUS 2.

Verba mea auribus percipe, Domine (*b*).

Gloria.

Quoniam ad te orabo, Domine (*c*).

Et nunc. Mariale.

Τί σε καλέσωμεν, ὦ κεχαριτωμένη; Οὐρανὸν, ὅτι ἀνέτειλας τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης; Παράδεισον, ὅτι ἐβλάστησας τὸ ἄνθος τῆς ἀφθαρσίας; Παρθένον, ὅτι ἐμεινας ἄφθορος; Ἁγνὴν μητέρα, ὅτι ἔσχες σαῖς ἁγίαις ἀγκάλαις υἱὸν, τὸν πάντων Θεόν; Αὐτὸν ἱκέτευε σωθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

230. Quid te nominem, o gratia plena? Cœlum, quia produxisti solem justitiæ? Paradisum, quia integritatis florem effudisti? Virginem, quia mansisti impolluta? Castam matrem, quia sanctis tuis ulnis portasti filium, qui est universorum Deus? Hunc precare, ut nostrarum animarum misereatur.

Τὰ διαβήματά κατεύθυνον κατὰ τὸ λόγιον σου, καὶ μὴ κατακυρευσάτω μου πᾶσα ἀνομία. Λύτρωσαί με ἀπὸ συκοφαντίας ἀνθρώπων, καὶ φυλάξω τὰς ἐντολάς σου. Τὸ πρόσωπόν σου ἐπίφανον ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου, καὶ δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου. C

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, et non dominetur mei omnis injustitia. Redime me a calumniis hominum: et custodiam mandata tua. Faciem tuam illumina super servum tuum, et doce me justificationes tuas (*d*).

Πληρωθήτω τὸ στόμα μου αἰνέσεώς σου, Κύριε, ὅπως ὑμνήσω τὴν δόξαν σου, ὅλην τὴν ἡμέραν τὴν μεγαλοπρέπειάν σου. Ἐκ γ'.

Repleatur os meum laude tua, Domine, ut cantem gloriam tuam; tota die magnitudinem tuam (*e*). Ter.

Τρισάγιον, παναγία Τριὰς, σὺν τῷ, Πάτερ ἡμῶν, Ὅτι σοῦ ἐστιν. Καὶ, εἰ οὐκ ἔστι Τεσσαρακοστὴ, λέγε τὸ τοῦ ἁγίου κοντάκιον, εἰ ἔχει, ἢ τῆς τυχούσης ἑορτῆς.

231. Trisagium, sanctissima Trinitas, cum Pater noster, Quia tua est: et, nisi sit Quadragesima, sancti contacium, si habeat, vel occurrentis festi.

231. Comm. Hæc omnia habes supra, ideoque nihil necesse est denuo tota describere. Tantum hic notatu dignum est, orationem Dominicam a Græcis semper finiri hac formula: Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Quia tuum est regnum, et potestas, et gloria, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen. « Hæc verba, inquit Barradius *in Matthæum*, exponuntur a Græcis D. Chrysostomo, Euthymio, Theophylacto et ab auctore *Imperfecti*. In Evangelio quoque Syriaco re-

(*a*) Psal. v, 4.
(*b*) Ibid. 1.
(*c*) Ibid. 4.
(*d*) Psal. CXVIII, 133-135.
(*e*) Psal. LXX, 8.

Digitized by Google

periuntur. At vero in Græcum Evangelium irrepserunt ex oratione Græcorum. Sed neque ab Ecclesia, neque a Latinis Patribus agnoscuntur tanquam ad evangelicum textum pertinentia, neque in emendata editione adhibentur. » Sanctorum contacium legisti num. 187.

Καὶ τῇ μὲν δευτέρᾳ, τῇ τρίτῃ, καὶ τῇ ε', λέγε τὸ παρὸν Θεοτόκιον · A

Τὴν ὑπέρδοξον τοῦ Θεοῦ Μητέρα, καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἁγιωτέραν, ἀσιγήτως ὑμνήσωμεν, καρδίᾳ καὶ στόματι Θεοτόκον αὐτὴν ὁμολογοῦντες, ὡς κυρίως γεννήσασαν Θεὸν σεσαρκωμένον, καὶ πρεσβεύουσαν ἀπαύστως ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Τῇ δὲ τετάρτῃ καὶ παρασκευῇ λέγε τοῦτο·

Ταχὺ προκατάλαβε, πρὶν δουλωθῆναι ἡμᾶς ἐχθροῖς βλασφημοῦσί σε, καὶ ἀπειλοῦσιν ἡμῖν, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν· ἄνελε τῷ σταυρῷ σου τοὺς ἡμᾶς πολεμοῦντας. Γνωσάτωσαν πῶς ἰσχύει ὀρθοδόξων ἡ πίστις πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου, μόνε φιλάνθρωπε.

Τῷ σαββάτῳ, τοῦτο ·

Ὡς ἀπαρχὰς τῆς φύσεως, τῷ φυτουργῷ τῆς κτί- B σεως, ἡ οἰκουμένη προσφέρει σοι, Κύριε, τοὺς θεοφόρους μάρτυρας· ταῖς αὐτῶν ἱκεσίαις ἐν εἰρήνῃ βαθείᾳ τὴν Ἐκκλησίαν σου διὰ τῆς Θεοτόκου συντήρησον, πολυέλεε.

Τῇ δὲ κυριακῇ λέγομεν τὴν ὑπακοὴν τοῦ τυχόντος ἤχου· Κύριε, ἐλέησον, μ'. Ὁ ἐν παντὶ καιρῷ. Τὸ, Κύριε ἐλέησον, γ'. Δόξα. Καὶ νῦν. Τὴν τιμιωτέραν. Ἐν ὀνόματι Κυρίου εὐλόγησον, Πάτερ. Ὁ ἱερεὺς ἐκφωνεῖ· Ὁ Θεὸς οἰκτειρήσαι ἡμᾶς. Καὶ εἰ Τεσσαρακοστὴ, ποιοῦμεν τὰς γ' μεγάλας μετανοίας, λέγοντες τὴν προγραφεῖσαν εὐχήν· Κύριε καὶ Δέσποτα τῆς ζωῆς μου. Ὁμοίως καὶ τὰς ἑτέρας μικρὰς ια'. Εἶτα καὶ τὴν τελευταίαν, γινόμεναι ὁμοῦ ιε'. Εἶτα Τρισάγιον, Παναγία Τριὰς, Πάτερ ἡμῶν, τὸ, Κύριε ἐλέησον, ιβ', καὶ τὴν παροῦσαν εὐχήν · C

Χριστὲ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, τὸ φωτίζον καὶ ἁγιάζον πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, σημειωθήτω ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, ἵνα ἐν αὐτῷ ὀψώμεθα φῶς τὸ ἀπρόσιτον· καὶ κατεύθυνον τὰ διαβήματα ἡμῶν πρὸς ἐργασίαν τῶν ἐντολῶν σου πρεσβείαις τῆς παναχράντου σου Μητρὸς καὶ πάντων τῶν σου ἁγίων. Ἀμήν.

Δόξα. Καὶ νῦν. Καὶ γίνεται ἀπόλυσις.

252. Et secunda quidem feria, tertia et quinta, dic præsens Mariale :

Gloriosissimam Dei Matrem, et sanctiorem angelis sonore cantemus; eamque corde et ore confiteamur esse Dei Genitricem, utpote quæ proprie genuit Deum incarnatum, et quæ pro nostris animabus supplicare nunquam desinit.

Feria autem quarta et sexta, dic istud :

Antequam rediganur in servitutem, Christe Deus noster, velociter occurre inimicis,, qui te blasphemant, et comminantur nobis; per crucem tuam erige nos certantes. Effice, qui solus benignus es, ut cognoscant, quantum Deiparæ precibus possit Orthodoxorum fides.

Sabbato, illud :

233. Pios martyres, veluti primitias naturæ, tibi, Domine, creaturæ Satori, offert orbis universus; Horum precibus, multum misericors, tuam Ecclesiam per Deiparam in alta pace custodi.

Die Dominica recitamus ὑπακοὴν occurrentis toni : Domine, miserere, quadragesies. Qui omni tempore. Domine, miserere, ter. Gloria. Et nunc. Excellentiorem. In nomine Domini, benedic, Pater. Sacerdos exclamat : Deus misereatur nostri. Et si sit Quadragesima, facimus tres majores reverentias, dicentes præscriptam precationem : Domine et Dominator vitæ meæ. Consimiliter et alias minores undecim. Deinde et postremam : adeo ut omnes simul acceptæ sint numero xv. Postea Trisagion, Sanctissima Trinitas, Pater noster, Domine miserere, duodecies; ac tandem præsentem orationem :

234. Christe, lux vera illuminans et sanctificans omnem hominem venientem in hunc mundum, signetur super nos lumen vultus tui; ut in ipso intueamur lumen inaccessum; et dirige gressus nostros ad operationem mandatorum tuorum, precibus intemeratæ Matris tuæ, tuorumque sanctorum omnium. Amen.

Gloria. Et nunc. Et fit dimissio.

235. Conn. Utinam, sicut hæc postrema Oratio hic integra describitur, sic et reliquæ omnes supra assignatæ describerentur! non occurrerent hic tot ænigmata, nulli Œdipo solvenda. In primis enim Ὑπακουή quid sit, ne inter Græcos quidem convenit, ut colligitur ex Goaro : quem qui volet, consulat in *Euchologio* fol. 57. Ego autem hic ex Paracletico tantum apponam troparium unum, quod Ὑπακουή ibidem inscribitur. Sic autem sonat : Ἡ τοῦ ληστοῦ μετάνοια παράδεισον ἐσύλησε· ὁ δὲ θρῆνος τῶν μυροφόρων τὴν χαρὰν ἐμήνυσεν· ὅτι ἀνέστης, Χριστὲ ὁ Θεὸς, παρέχων τῷ κόσμῳ τὸ μέγα ἔλεος. « Latronis pœnitentia paradisum prædata est, et lamentatio afferentium unguenta gaudium significavit; quia resurrexisti, ChristeDeus, tribuens mundo magnam misericordiam.» Precationem item illam, quæ incipit : « Qui in omni tempore, » reperire non potui, frustra Græcorum volumina hunc in finem scrutatus. At hanc, qui a voce Τὴν τιμιωτέραν, sive « Excelsiorem » inchoatur, inveni et dedi num. 213, ideoque hic repetenda non est. Inveni quoque precationem, quæ ad tres majores reverentias fundi consuevit. Ea S. Ephrem habet auctorem, non antiquum illum diaconum Edessenum in Syria, Basilio coævum et amicum, sed linguæ Græcæ imperitum ;,verum alium multo recentiorem, monachum tamen, qui in Catena hymnographorum ex sinistro latere antepenultimus ponitur, Ἐφραὶμ Καρίας, quod nomen num. 25 Latine reddidi « Ephrem Cariæ. » Non ideo tamen hic fuerit S. Ephrem, Milassæ in Caria episcopus, cujus Acta ad 24 Januarii illustravit Henschenius : ab hoc enim diversus est Melodus, simpliciter Καρίας dictus, habituque monastico, sine episcopali pallio, expressus. Et hoc animadverso, cupit Papebrochius aliquid mutari in suo ad 21 Martii commentario de SS. Abrahamo et Maria, quorum ad Hellespontum in minori Asia conversatorum Acta, alius quidam Ephrem scripsit, titulo sancti Patris nostri honoratus etiam ipse, nihilo tamen minus a Melodo diversus, si hic ad sæculum IX vel X pertineat, et sanctus Abraham

Digitized by Google

cum nepte Maria non male referatur ad sæculum VI, quod alias licebit recognoscere ac forsitan etiam retractare.

267. « Apodipnum, » uti jam nunc in ipsa capitis hujus inscriptione declaratum est, respondet « Completorio » Latinorum; itaque nuncupatur, quia ἀπὸ τοῦ δείπνου, id est, a cæna decantatur. Duplex autem apud Græcos est « ἀπόδειπνον; alterum μέγα, majus; alterum μικρόν, minus. » Prius psallitur per totam magnam Quadragesimam; posterius per reliquum anni tempus : sic enim habet Anthologium Arcudii : Οὕτω μὲν τελεῖται τὸ μέγα ἀπόδειπνον ἐν τῇ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ, κατὰ τὴν τάξιν τοῦ παλαιοῦ καὶ καθολικοῦ τυπικοῦ, καθὼς γέγραπται· τὸ δὲ μικρὸν ἀπόδειπνον, ὃ ψάλλεται ὅλῳ τῷ χρόνῳ παρεκτὸς τῆς μεγάλης τεσσαρακοστῆς, etc. « Ita quidem fit magnum Apodipnum in magna Quadragesima, secundum sanctionem antiqui et universalis Typici, sicut scriptum est; sed parvum Apodipnum, quod psallitur toto tempore extra Quadragesimam, » etc. Hinc castigandus videtur Goarus, qui supra num. 255, non obscure innuit, Apodipnum utrumque quotidie recitari. Utrumque porro describitur in Horologio : sed quia magnum prolixius est, quam ut commode hic possit exponi, tantum dabo « Apodipnum minus, » in quo interdum psalli ἀκολουθίαν aliorum sanctorum diximus num. 190.

Ποιοῦντες στίχον λέγομεν· Δόξα σοι, Θεὸς ἡμῶν· δόξα σοι.

268. Per modum versiculi dicimus, Gloria tibi, Deus noster; gloria tibi.

Βασιλεῦ οὐράνιε, Παράκλητε, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁ πανταχοῦ παρὼν καὶ τὰ πάντα πληρῶν, ὁ θησαυρὸς τῶν ἀγαθῶν καὶ ζωῆς χορηγὸς, ἐλθὲ καὶ σκήνωσον ἐν ἡμῖν, καὶ καθάρισον ἡμᾶς ἀπὸ πάσης κηλίδος, καὶ σῶσον, ἀγαθὲ, τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Rex cœlestis, Paraclete, Spiritus veritatis, ubique præsens, et replens omnia, thesaure bonorum, et vitæ largitor; veni et habita in nobis, et nos ab omni macula expurga, et serva benigne animas nostras.

Τὸ Τρισάγιον, τὸ Παναγία Τριὰς, Πάτερ ἡμῶν, Ὅτι σοῦ ἐστι, τὸ, Κύριε, ἐλέησον, ιβ', τὸ, Δεῦτε, προσ-

Trisagium, Sanctissima Trinitas, Pater noster, Quia tuum est; Domine, miserere, duode-

(*a*) Psal. CXII, 2.

Digitized by Google

cies; Venite, adoremus, ter; et psalmus L, Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam: et LXIX, Deus, in adjutorium meum; et CXLII, Domine, exaudi orationem meam.

A κυνήσωμεν, γ', καὶ τὴν ν', Ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου· καὶ ξθ', Ὁ Θεὸς εἰς τὴν βοήθειάν μου· καὶ ρμϑ', Κύριε, εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου.

269. Comm. Deinde proponitur recitanda Doxologia major, quam dedi num. 207. In Apodipno autem recitatur tantum usque ad hæc verba inclusive, Εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, in sæculum sæculi. Post hæc dicitur, Κύριε, καταφυγή, Domine, refugium; ut eodem illo numero habetur: sed in fine omittitur Ἅγιος ὁ Θεός, Sanctus Deus; et ejus loco dicitur: Καταξίωσον, Κύριε, ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἀναμαρτήτους φυλαχθῆναι ἡμᾶς. « Dignare, Domine, nocte ista sine peccato nos custodire. »

Postea sic dicimus: Vere dignum est, Excelsiorem, Credo in unum Deum, Trisagion, Sanctissima Trinitas, Pater noster, troparium sancti illo die colendi, vel sequentia.

270. Patrum nostrorum Deus, qui semper nobiscum agis juxta mansuetudinem tuam, ne avertas misericordiam tuam a nobis; sed eorumdem rogatu vitam nostram in pace guberna.

Sanguine martyrum, qui sunt in toto orbe, velut purpura ac bysso, ornata Ecclesia tua tibi clamat, Christe Deus: Per illos ostende misericordiam tuam populo tuo, et pacem tua gubernatione concede, et animarum miserere nostrarum.

Εἶτα οὕτως λέγομεν· Ἄξιόν ἐστιν ὡς ἀληθῶς· Τὴν τιμιωτέραν, Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν, τὸ Τρισάγιον, τὸ Παναγία Τριάς, τὸ, Πάτερ ἡμῶν, τροπάριον τοῦ κατὰ τὴν ἡμέραν ἁγίου, ἢ τὰ παρόντα.

Ὁ Θεὸς πατέρων ἡμῶν, ὁ ποιῶν ἀεὶ μεθ' ἡμῶν κατὰ τὴν σὴν ἐπιείκειαν, μὴ ἀποστήσῃς τὸ ἔλεός σου ἀφ' ἡμῶν· ἀλλὰ ταῖς αὐτῶν ἱκεσίαις ἐν εἰρήνῃ κυβέρνησον τὴν ζωὴν ἡμῶν.

Τῶν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ μαρτύρων σου, ὡς πορφύραν καὶ βύσσον, τὰ αἵματα ἡ Ἐκκλησία σου στολισαμένη, δι' αὐτῶν βοᾷ σοι, Χριστὲ ὁ Θεός· Τῷ λαῷ σου τοὺς οἰκτιρμούς σου κατάπεμψον, εἰρήνην τῇ πολιτείᾳ σου δώρησαι, καὶ ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν τὸ μέγα ἔλεος.

Gloria.

B Δόξα.

Cum sanctis dona, Christe, requiem animabus servorum tuorum ibi, ubi non est labor, non dolor, non gemitus, sed vita sempiterna.

Et nunc.

Omnium sanctorum, ac Deiparæ precibus, Domine, pacem tuam da nobis, et miserere nostri, tanquam solus misericors.

Μετὰ τῶν ἁγίων ἀνάπαυσον, Χριστὲ, τὰς ψυχὰς τῶν δούλων σου· ἔνθα οὐκ ἔστι πόνος, οὐ λύπη, οὐ στεναγμὸς, ἀλλὰ ζωὴ ἀτελεύτητος.

Καὶ νῦν.

Τῇ πρεσβείᾳ, Κύριε, πάντων τῶν ἁγίων καὶ τῆς Θεοτόκου τὴν σὴν εἰρήνην δὸς ἡμῖν, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς, ὡς μόνος οἰκτίρμων.

271. Domine, miserere quadragies; deinde dic orationem, Qui omni tempore et hora. Iterum, Domine, miserere, ter. Gloria. Et nunc. Excelsiorem. In nomine Domini, benedic, Pater. Per preces sanctorum Patrum nostrorum.

Τὸ, Κύριε, ἐλέησον, μ'· εἶτα καὶ τὴν εὐχὴν, Ὁ ἐν παντὶ καιρῷ καὶ πάσῃ ὥρᾳ. Τὸ, Κύριε, ἐλέησον, γ'. Δόξα, Καὶ νῦν, Τὴν τιμιωτέραν, Ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου εὐλόγησον, Πάτερ, Δι' εὐχῶν τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν.

Impolluta, incontaminata, incorrupta, intemerata, casta, virgo, Dei sponsa, Domina; quæ Deum Verbum admirabili tuo partu hominibus univisti; quæ abjectam generis nostri naturam conjunxisti cœlestibus, et quæ es desperatorum spes unica, atque oppressorum auxilium, prompta tutela ad te recurrentium, et omnium Christianorum perfugium, ne fastidias me peccatorem exsecrabilem; turpibus cogitationibus, sermonibus et operibus totum inutilem; et servum voluptatum hujus vitæ præ voluntaria segnitie factum. Sed tanquam benignissimi Dei mater, benigne miserere mei perditi peccatoris, et meam tibi inquinatis labiis oblatam precem suscipe; atque Filium, tuum nostrorumque Dominum materna deprecare fiducia; ut et ipse mihi aperiat pietatis suæ benigna viscera, et, non habita innumerabilium meorum lapsuum ratione, me convertat ad pœnitentiam, et faciat mandata sua probe adimplere.

C Ἄσπιλε, ἀμόλυντε, ἄφθορε, ἄχραντε, ἁγνὴ, Παρθένε, Θεόνυμφε, Δέσποινα, ἡ Θεὸν Λόγον τοῖς ἀνθρώποις τῇ παραδόξῳ σου κυήσει ἑνώσασα, καὶ τὴν ἀπωσθεῖσαν φύσιν τοῦ γένους ἡμῶν τοῖς οὐρανίοις συνάψασα· ἡ τῶν ἀπελπισμένων μόνη ἐλπὶς, καὶ τῶν πολεμουμένων βοήθεια· ἡ ἑτοίμη ἀντίληψις τῶν εἰς σὲ προστρεχόντων, καὶ πάντων τῶν Χριστιανῶν τὸ καταφύγιον· μὴ βδελύξῃ με τὸν ἁμαρτωλὸν τὸν ἐναγῆ, τὸν αἰσχροῖς λογισμοῖς, λόγοις, καὶ πράξεσιν ὅλον ἐμαυτὸν ἀχρειώσαντα, καὶ τῇ τῶν ἡδονῶν τοῦ βίου ῥᾳθυμίᾳ γνώμῃ δοῦλον γενόμενον. Ἀλλ' ὡς τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ μήτηρ, φιλανθρώπως σπλαγχνίσθητι ἐπ' ἐμοὶ τῷ ἁμαρτωλῷ καὶ ἀσώτῳ· καὶ δέξαι μου τὴν ἐκ ῥυπαρῶν χειλέων προσφερομένην σοι δέησιν· καὶ τὸν σὸν Υἱὸν καὶ ἡμῶν Δεσπότην καὶ Κύριον, τῇ μητρικῇ σου παῤῥησίᾳ χρωμένη, δυσώπησον, ἵνα ἀνοίξῃ κἀμοὶ τὰ φιλάνθρωπα σπλάγχνα τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος, καὶ παριδών μου τὰ ἀναρίθμητα πταίσματα, ἐπιστρέψῃ με πρὸς μετάνοιαν, καὶ τῶν αὐτοῦ ἐντολῶν ἐργάτην δόκιμον ἀναδείξῃ με.

272. Adesto mihi semper misericors, facilis, ac

Καὶ πάρεσό μοι ἀεὶ, ὡς ἐλεήμων καὶ συμπαθὴς

Digitized by Google

καὶ φιλάγαθος· ἐν μὲν τῷ παρόντι βίῳ θερμὴ προ- A
στάτις καὶ βοηθὸς, τὰς τῶν ἐναντίων ἐφόδους ἀποτει-
χίζουσα, καὶ πρὸς σωτηρίαν καθοδηγοῦσά με, καὶ ἐν
τῷ καιρῷ τῆς ἐξόδου μου τὴν ἀθλίαν μου ψυχὴν πε-
ριέπουσα, καὶ τὰς σκοτεινὰς ὄψεις τῶν πονηρῶν δαι-
μόνων πόρρω αὐτῆς ἀπελαύνουσα· ἐν δὲ τῇ φοβερᾷ
ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως τῆς αἰωνίου με ῥυομένη κολά-
σεως, καὶ τῆς ἀπορρήτου δόξης τοῦ σοῦ Υἱοῦ καὶ Θεοῦ
ἡμῶν κληρονόμον με ἀποδεικνύουσα· ἧς καὶ τύχοιμι,
Δέσποινά μου ὑπεραγία Θεοτόκε, διὰ τῆς σῆς μεσι-
τείας καὶ ἀντιλήψεως, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ
μονογενοῦς σου Υἱοῦ, τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ, καὶ Σω-
τῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα,
τιμὴ καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ
καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύ-
ματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. B
Ἀμήν.

bona; et in hac quidem vita fervens patrona, atque auxiliatrix, coercens adversantium impetus, et viam ad salutem commonstrans; deinde exitus mei tempore protege miseram meam animam, tenebrosasque malorum dæmonum formas procul repelle; in tremendo autem die judicii a pœna sempiterna erue me, et fac hæredem Filii tui et Dei nostri ineffabilis gloriæ; quam tandem adipiscar, Domina mea sanctissima Deipara, tua intercessione ac tutela, gratiaque et benignitate unigeniti tui Filii, Domini, Dei et Servatoris nostri Jesu Christi; cui convenit omnis gloria, honor et adoratio, cum suo ingenito Patre, et sanctissimo, bonoque, ac vivifico suo Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Καὶ δὸς ἡμῖν, Δέσποτα, πρὸς ὕπνον ἀπιοῦσιν
ἀνάπαυσιν σώματος καὶ ψυχῆς· καὶ διαφύλαξον ἡμᾶς
ἀπὸ τοῦ ζοφεροῦ ὕπνου τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἀπὸ πά-
σης σκοτεινῆς καὶ νυκτερινῆς ἡδυπαθείας. Παῦσον
τὰς ὁρμὰς τῶν παθῶν· σβέσον τὰ πεπυρωμένα βέλη
τοῦ πονηροῦ, τὰ καθ' ἡμῶν δολίως κινούμενα· τὰς
τῆς σαρκὸς ἡμῶν ἐπαναστάσεις κατάστειλον, καὶ πᾶν
γεῶδες καὶ ὑλικὸν ἡμῶν φρόνημα κοίμησον· καὶ δώ-
ρησαι ἡμῖν, ὁ Θεὸς, γρήγορον νοῦν, σώφρονα λογι-
σμὸν, καρδίαν νήφουσαν, ὕπνον ἐλαφρὸν, καὶ πάσης
σατανικῆς φαντασίας ἀπηλλαγμένον. Διανάστησον δὲ
ἡμᾶς ἐν τῷ καιρῷ τῆς προσευχῆς, ἐστηριγμένους ἐν
ταῖς ἐντολαῖς σου, καὶ τὴν μνήμην τῶν σῶν κριμάτων, C
ἐν ἑαυτοῖς ἀπαράθραυστον ἔχοντας. Πανν ύχιον ἡμῖν
τὴν δοξολογίαν χάρισαι, εἰς τὸ ὑμνεῖν καὶ εὐλογεῖν
καὶ δοξάζειν τὸ πάντιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά
σου, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύ-
ματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.
Ἀμήν.

273. Da nobis, Domine, cuoitum concedentibus quietem corporis, et animæ, et a caliginoso peccati somno nos libera, omnique tenebrosa ac nocturna mollitie. Reprime motionum impetus; exstingue ignita maligni jacula adversum nos dolose emissa; carnis nostræ rebellionem compone, et omnem terrenam, atque materialem in nobis cogitationem sopi; largire autem nobis, Deus, mentem vigilantem, prudentem intellectum, cor castum, somnum levem, et ab omni Satanica imaginatione liberum. Tempore orationis de somno excita nos, in mandatis tuis firmatos; et fac, ut memoriam tuorum judiciorum indelebilem servemus. Da nobis quoque, ut per noctem totam celebremus et benedicamus atque glorificemus augustum et magnificum nomen tuum, Patris et Filii et sancti Spiritus, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Καὶ γίνεται ἀπόλυσις, καὶ ἡ συγχωρησις παρὰ
τοῦ ἱερέως

Et fit dimissio, et delictorum veniam petit sacerdos.

274. Comm. Hic monet Horologium, illum veniæ petendæ ritum quærendum esse ex Apodipno majore, unde non gravabor illum describere. Sic ergo habet:

Ποιήσας ὁ προεστὼς μετάνοιαν ἐπὶ γῆς, λέγει D
τοῖς ἀδελφοῖς· Εὐλογεῖτε, πατέρες ἅγιοι, συγχωρή-
σατέ μοι τῷ ἁμαρτωλῷ. Καὶ οἱ ἀδελφοί· Ὁ Θεὸς
συγχωρήσει σοι, Πάτερ ἅγιε. Καὶ ἄρχονται οἱ ἀδελ-
φοὶ ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ καὶ ἀριστεροῦ χοροῦ κατὰ τάξιν
εἷς καὶ εἷς ποιεῖν ὁμοίως, καὶ αἰτεῖσθαι καὶ λαμβά-
νειν συγχώρησιν, μέχρις ἂν πληρωθῶσιν ἅπαντες.
Ὁ δὲ ἱερεὺς λέγει· Εὐξώμεθα ὑπὲρ τῶν ὀρθοδόξων
Χριστιανῶν. Καὶ ἀδελφοὶ συνεχῶς τὸ, Κύριε, ἐλέη-
σον. Ὑπὲρ εὐοδώσεως καὶ ἐνισχύσεως τοῦ φιλοχρίστου
στρατοῦ. Ὑπὲρ τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, καὶ πάσης τῆς
ἐν Χριστῷ ἡμῶν ἀδελφότητος. Ὑπὲρ τῶν ἀπολειφθέν-
των πατέρων καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν. Ὑπὲρ τῶν διακο-
νούντων καὶ διακονησάντων ἡμῖν. Ὑπὲρ τῶν μισούν-
των καὶ ἀγαπώντων ἡμᾶς. Ὑπὲρ τῶν ἐντειλαμένων
ἡμῖν τοῖς ἀναξίοις εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν. Ὑπὲρ
ἀναῤῥύσεως τῶν αἰχμαλώτων. Ὑπὲρ τῶν ἐν θαλάσ-

Præpositus inclinans se ad terram usque dicit fratribus: Benedicite, Patres sancti, ignoscite mihi peccatori. Et fratres: Deus ignoscet tibi, Pater sancte. Et incipiunt fratres a dextero et sinistro choro secundum ordinem singuli facere consimiliter et alter ab altero petere, et accipere veniam, donec omnes absolverint. Tum sacerdos dicit: Oremus pro Christianis recte sentientibus. Et fratres assidue, Domine, miserere. Pro felici itinere, et robore Christiani exercitus. Pro archiepiscopo nostro, et tota nostra in Christo fraternitate. Pro patribus, et fratribus nostris derelictis. Pro omnibus, qui nobis serviunt, et servierunt. Pro habentibus nos odio, et amantibus. Pro omnibus, qui a nobis indignis petierunt pro se orari. Pro redemptione captivorum. Pro navigantibus in mari. Pro jacentibus in infirmitate. Pro ubertate fructuum terræ. Pro om-

Digitized by Google

nibus defunctis, patribus, et fratribus, hic sepultis, et pro Orthodoxis, qui sunt ubique terrarum. Dicamus et pro illis, Domine, miserere.

275. Et omnes accipimus veniam a præposito, et discedimus ad suam quisque cellulam, recitantes hanc orationem :

Habentibus nos odio, et lædentibus ignosce, Domine. Benefacientibus benefac. Fratribus, atque familiaribus concede facientia ad salutem postulata, et vitam æternam. Infirmos respice, et iis medelam largire. Guberna in mari navigantes. Iter facientes comitare. In bello adjuva imperatorem. Mendicantibus pro nobis, et nostri miserentibus veniam peccatorum tribue. Secundum magnam misericordiam tuam miserere eorum, qui se nostris indignorum precibus commendarunt. Memento, Domine, defunctorum patrum, ac fratrum nostrorum, eosque ibi refocilla, ubi lumen vultus tui aspicitur. Memento, Domine, fratrum nostrorum captivorum, et eos ab omni necessitate libera. Memento, Domine, referentium fructus ac bene facientium sanctis Ecclesiis tuis, illisque concede salutaria ipsorum postulata, et vitam æternam. Memento, Domine, etiam nostrum humilium, peccatorum, indignorumque famulorum tuorum; atque illumina mentem nostram lumine cognitionis tuæ, et in semita mandatorum tuorum nos dirige, precibus incontaminatæ Dominæ nostræ Deiparæ et semper Virginis Mariæ, omniumque sanctorum, quia benedictus es in sæcula sæculorum. Amen.

σῃ πλεόντων. Ὑπὲρ τῶν ἐν ἀσθενείαις κατακειμένων. Ὑπὲρ εὐφορίας τῶν καρπῶν τῆς γῆς. Καὶ ὑπὲρ πάντων τῶν προαναπαυσαμένων πατέρων καὶ ἀδελφῶν, τῶν ἐνθάδε κειμένων, καὶ ἀπανταχοῦ ὀρθοδόξων. Εἴπωμεν καὶ ὑπὲρ αὐτῶν τὸ, Κύριε, ἐλέησον

Καὶ λαμβάνομεν οἱ πάντες συγχώρησιν ἀπὸ τοῦ προεστῶτος, καὶ ἀπερχόμεθα ἐν τοῖς κελλίοις ἡμῶν, λέγοντες τὴν εὐχὴν ταύτην·

Τοῖς μισοῦσι καὶ ἀδικοῦσιν ἡμᾶς συγχώρησον, Κύριε. Τοῖς ἀγαθοποιοῦσιν ἀγαθοποίησον. Τοῖς ἀδελφοῖς καὶ ἰδίοις ἡμῶν χάρισαι τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα καὶ ζωὴν τὴν αἰώνιον. Τοὺς ἐν ἀσθενείᾳ ἐπίσκεψαι, καὶ ἴασιν δώρησαι. Τοὺς ἐν θαλάσσῃ κυβέρνησον. Τοῖς ἐν ὁδοιπορίαις συνόδευσον. Τῷ βασιλεῖ συμμάχησον. Τοῖς διακονοῦσιν καὶ ἐλεοῦσι ἡμᾶς, ἁμαρτιῶν ἄφεσιν δώρησαι. Τοὺς ἐντειλαμένους ἡμῖν τοῖς ἀναξίοις, εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, ἐλέησον κατὰ τὸ μέγα σου ἔλεος. Μνήσθητι, Κύριε, τῶν προκοιμηθέντων πατέρων καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν, καὶ ἀνάπαυσον αὐτοὺς ὅπου ἐπισκοπεῖται τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου. Μνήσθητι, Κύριε, τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν τῶν αἰχμαλώτων, καὶ λύτρωσαι αὐτοὺς ἀπὸ πάσης περιστάσεως. Μνήσθητι, Κύριε, τῶν καρποφορούντων καὶ καλλιεργούντων ἐν ταῖς ἁγίαις σου Ἐκκλησίαις, καὶ δὸς αὐτοῖς τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα καὶ ζωὴν τὴν αἰώνιον. Μνήσθητι, Κύριε, καὶ ἡμῶν τῶν ταπεινῶν, καὶ ἁμαρτωλῶν, καὶ ἀναξίων δούλων σου· καὶ φώτισον ἡμῶν τὸν νοῦν τῷ φωτὶ τῆς γνώσεώς σου, καὶ ὁδήγησον ἡμᾶς ἐν τῇ τρίβῳ τῶν ἐντολῶν σου, πρεσβείαις τῆς παναχράντου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων· ὅτι εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

CONCLUSIO.

276. Hic habes, erudite lector, totum officii Græci ordinem : in quo sine dubio observasti, quam sæpe ubique ingeminetur Κύριε, ἐλέησον et Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος. Certe concilium Vasense, seu Vasonense (errant, qui Vasatense appellant) passim tertium inscriptum, et celebrandum anno DXXIX; consuetudinem istam mirifice dilaudat; quando can. 3, ita sancit : « Et quia tam in sede apostolica, quam etiam per totas Orientales atque Italiæ provincias, dulcis et nimium salutaris consuetudo est intromissa, ut *Kyrie eleison* frequentius cum grandi affectu et compunctione dicatur : placuit etiam nobis, ut in omnibus ecclesiis nostris ista tam sancta consuetudo, et ad Matutinum, et ad Missas, et ad Vesperam, Deo propitio intromittatur. Et in omnibus Missis, seu in Matutinis, seu in Quadragesimalibus, seu in illis, quæ pro defunctorum commemoratione fiunt, semper *Sanctus, sanctus, sanctus* eo ordine, quomodo ad Missas publicas dicitur, dici debeat; quia tam sancta et tam dulcis et desiderabilis vox, etiamsi die noctuque possit dici, fastidium non poterit generare. »

277. Observasti, opinor, præterea singulos modulos, sive troparia esse ferme singulas fidei orthodoxæ confessiones : modo enim Arius, modo Nestorius, modo Eutyches, modo Sabellius, modo alia hæreticorum monstra profligantur. Verumtamen Orientalis Ecclesia per suum Καὶ νῦν, non tam clare verbo æternitatem explicat, quam Occidentalis per suum *Sicut erat in principio*. Quanquam concilium Vasense supra citatum can. 5, hanc clausulam etiam in Ecclesia Orientali usurpatam fuisse supponat. « Et quia, inquit, non solum in sede apostolica, sed etiam per totum Orientem, et totam Africam, vel Italiam, propter hæreticorum astutiam, qui Dei Filium non semper cum Patre fuisse, sed a tempore cœpisse blasphemant, in omnibus clausulis post Gloria, Sicut erat in principio, dicitur : etiam et nos, in universis Ecclesiis nostris hoc ita dicendum esse, decernimus. »

Digitized by Google

278. Sed in quæstione facti particularis facile errare potuit concilium. Multo facilius errare potui ego in hujusce officii partibus conjungendis explicandisque ; neque dubito, quin erraverim persæpe : quis enim tam linceus, qui in tantis tenebris nusquam offendat, nusquam incurrat? Quare oro eruditum lectorem, ut quos deprehenderit errores, mihi indicare ne gravetur. Rem gratam præstiterit parato, qui corrigam : nam (ut loquar cum S. Augustino in procemio libri II, *de Trinit.*) « magis optabo a quolibet reprehendi, quam sive ab errante, sive ab adulante laudari : nullus enim reprehensor timendus est amatori veritatis. » Hoc tamen moneo, antiquum Græcorum Officium, neque ad Anthologium Antonii Arcudii, neque ad Horologium Cryptæ-ferratæ ordinis S. Basilii, tanquam ad suam normam, exigendum esse : quia hoc Horologium ritibus Latinis conformius est, quam Græcis : illud autem Anthologium tantum est pro iis, « qui iter agentes seu peregre proficiscentes, ægrotantes, vel alias legitime impediti, choro interesse nequeunt, » ut patet ex litteris Clementis papæ VIII ad ejusdem Anthologii calcem legendis.

279. De hujus officii auctore Joanne Euchaita dubitare poterit aliquis, orthodoxusne fuerit, an hæreticus : quia, num. 186, diserte affirmans processionem Spiritus a Patre tacet de Filio ; eoque potest in suspicionem venire, ne communi Græcorum plurium errore eumdem a Filio quoque procedere non crediderit. Error, fateor, hic fuisset gravis, et quidem jam tum damnatus a Romana Ecclesia : sed ex isto silentio, Joanni illi hæreseos nota affricari non potest. Nam (ut est apud Baronium tom. IX ad an. 791) Græci, dicentes Spiritum sanctum a Patre procedere, sed non negantes procedere a Filio, non damnantur; sed illi duntaxat, qui id negant. Atque hoc modo Adrianus papa, in responsionibus ad Carolum Magnum datis adversus synodi secundæ Nicænæ obtrectatores excusat Tarasium, qui Spiritum sanctum dixerat ex Patre procedere per Filium, et ait : « Hoc dogma Tarasius non per se explanavit, sed per doctrinam SS. Patrum confessus est. » Consuli etiam potest S. Thomas p. I, q. 36, art. 3. Nihil autem in hanc rem potest afferri illustrius, quam id, quod in sua Constitutione, « Presbyteri Græci, » habet Clemens VIII. « Græci, inquit, credere tenentur, etiam a Filio Spiritum sanctum procedere, sed non tenentur pronuntiare, nisi subesset scandalum ; præsertim si degant inter Latinos, aut necessitas postularet confitendi fidem catholicam, quia tunc oporteret etiam pronuntiare. »

280. Igitur, cum hic scandali periculum abfuerit, ob istud de processione ex Filio silentium, orthodoxia Joannis in suspicionem vocari non potest : adeoque nec ipsa institutio festi, ordinatioque officii, quorum causa hæc tractavimus, ad trium doctorum Græcorum communem laudem. Nec enim fas sit opinari, eos se voluisse per hominem hæreticum toti Orientali Ecclesiæ commendare, velut ex revelatione divinitus facta. Maneat etiam nobis Joannes, eo quo a Græcis jure appellabatur, « sanctus Pater noster ; » licet necdum compertum sit, an et quo die fuerit a suis Euchaitis cultus, ut talis ; et credantur sancti ipsi, ea novi sui festi institutione, ipsismet, qui illud tunc susceperi essent, Græcis, tanquam fidei a se prædicatæ sectatoribus, testimonium dedisse orthodoxiæ, licet quoad istud punctum minus explicitæ, dilucidæque. Oretur autem ipsorum doctorum trias, ut ad fidei catholicæ unitatem, quam ipsi tenuerunt, redeant omnes ubique eorum posteri, quibus tam salutari doctrina olim frui et informari licuit : ac salva rituum hinc illinc laudabiliter institutorum diversitate, tam illi reverenter suspiciant Latinorum officiorum cursum breviorem, quam Latini probant prolixiorem Græcorum hoc tractatu explicatum, ad ejus honorem, quem omnis lingua laudat Dominum, in sæcula sæculorum. Amen.

DE RECENTIORI TRIBUSQUE GRÆCORUM DOCTORIBUS,

BASILIO, NAZIANZENO ET CHRYSOSTOMO,

COMMUNI FESTO,

Per Joannem metropolitam Euchaitarum instituto ipsorumque vulgatis iconibus.

Janningus noster, ad diem v Junii, in Corollario de tribus sanctis Dorotheis, unius eorum dicti Junioris Vitam daturus, auctore Joanne metropolita Euchaitarum, de hujus ætate, sede, atque scriptis prolixius agit toto § 3 ; docetque, ex Andrea Darmario, post annos CCCCLXIV opera illius describente, eisque præmittente epitomen vitæ, cœpisse illum Euchaitarum Ecclesiam regere sub Constantino Mo-

Digitized by Google

nomacho et imperatrice Zoe. Suscepit imperium Monomachus anno MXLII, et tenuit usque ad MLIV, perrexitque regnare ejus uxor Zoe usque ad MLVII. Successerunt in sceptris Michael Stratonicus, Isaacus Comnenus, Constantinus Ducas, Romanus Diogenes, Michael Ducas, et Nicephorus Botoniates usque ad annum MLXXXI; quando evectus ad thronum fuit Alexius Comnenus; et adhuc in vivis erat prælaudatus Joannes. Isto enim anno occasionem datam fuisse novo festo, de quo agere hic instituimus, intelligitur ex rei gestæ narratione, quæ legitur in excusis Menæis ad diem XXX Januarii, quando istud festum ibidem sic indicitur: Τῇ αὐτῇ μηνὶ Α'. « Ejusdem mensis die XXX. » Μνήμη τῶν ἐν Ἁγίοις Πατέρων ἡμῶν καὶ οἰκουμενικῶν διδασκάλων, Βασιλείου τοῦ Μεγάλου, Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, καὶ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου. « Memoria sanctorum Patrum nostrorum et œcumenicorum Doctorum, Basilii Magni, Gregorii Theologi, et Joannis Chrysostomi. »

Hanc indictionem sequitur sticherum, non unius, ut fere alias, distichi, sed disticborum iambicorum omnino sedecim; estque in fine hexametron, metricæ ephemeridi aptum, hoc modo:

Λάμψεν ἐπὶ τριακοστῇ χρυσοτρισήλιος αἴγλη.
Sole nitet trivlici mensis tricesima Juni.

Instituti autem festi historia, quam dixi, consequenter deducitur, hic autem Latine redditur a R. P. Nicolao Rayæo S. T. P. studiis hisce nostris, in spem continuandæ successionis et operis, ex voluntate superiorum nunc primum addito, cum huc usque progressa impressio et reliquus mensis Junius prelo esset paratus. Itaque ipsius nomen minus frequenter hic, frequentissime autem recurret, Deo dante, in secuturo post Junium primi semestris Supplemento. Interim ejus, Græce bene periti operæ acceptum refer, lector, si Acta Græca, in dimidia quæ imprimenda restat Junii parte occursura, accipias haud paulo emendatiora, quam dare in priori parte potui, multipliciter distractus in responsionibus ad Carmeliticas accusationes deproperandis, et defensione Romæ atque Madriti instruenda. Leo Allatius in sua de Symeonum scriptis Diatriba pag. 112 indicat repertum a se Joannis metropolitæ Euchaitarum Ἐγκώμιον εἰς τοὺς τρεῖς ἁγίους ἱεράρχας, Βασίλειον τὸν Μέγαν, Γρηγόριον τὸν Θεολόγον, καὶ Ἰωάννην τὸν Χρυσόστομον, hoc principio, Τρεῖς με πρὸς τριώνυμον παροτρύνευσι κίνησιν. « Tres me ad trinominem motum exstimulant. » Utinam addidisset Allatius, undenam totus contextus Græcus haberi possit! quid ni tamen suspicemur inde sumptam esse ipsam hanc quam subjicio, historiam?

HISTORIA INSTITUTIONIS

Ex Menæis impressis, interprete Nicolao Rayæo S. J

Causa hujus festi talis exstitit. Imperante Alexio Comneno, qui post Botoniatem sceptra imperii suscepit, orta est Constantinopoli dissensio, inter viros scientia et vitæ probitate conspicuos. Alii commendabant Magnum Basilium, dicentes, eum alta et magna prædicare, rerum omnium naturam ingenio discutere, virtute ferme superare angelos, vel non facile ipsis concedere; pollere morum gravitate, neque quidquam terrenum habere. Extenuabant autem iidem illi divinum Chrysostomum, quasi huic omnino oppositum, ac talem cujus optimum quemque facillime tæderet. Alii e contrario eumdem divinum Chrysostomum extollebant, velut impensius deditum doctrinæ, et cunctos ducentem lenitate orationis, vocantemque ad resipiscentiam; demum mellifluorum verborum multitudine et subtilitate cogitationum eum præferebant Magno Basilio et Gregorio Theologo. Alii erga hunc magis afficiebantur, perinde ac si eleganti, vario,

Ἡ αἰτία τῆς ἑορτῆς γέγονε οὕτως. Ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ Ἀλεξίου, ὃς μετὰ Βοτονιάτην τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας ἐδέξατο, ἐν Κωνσταντινουπόλει στάσις γέγονε παρὰ τῶν ἐλλογίμων καὶ ἐναρέτων ἀνδρῶν· τῶν μὲν ὑπερτιθέντων τὸν Μέγαν Βασίλειον, ὑψήγορον αὐτὸν λεγόντων, ὡς τὴν τῶν ὄντων φύσιν ἐξερευνήσαντα καὶ ταῖς ἀρεταῖς μικροῦ τοῖς ἀγγέλοις παραμιλλώμενον, καὶ μὴ δ' ἐκ τοῦ προχείρου συγχωροῦντα, καὶ τὸ ἦθος ἐμβριθῆ, καὶ μηδὲν γήινον ἔχοντα· ὑποβιβαζόντων δὲ τὸν θεῖον Χρυσόστομον, ὡς ἐναντίως δῆθεν ἐκείνῳ διακείμενον κατὰ τὸ πρόχειρον εἶναι καὶ ἑλκτικὸν εἰς μετάνοιαν· τῶν δὲ τοῦτον δὴ τὸν θεῖον Χρυσόστομον ὑψούντων, ὡς ἀνθρωπικώτερον διακείμενον ταῖς διδασκαλίαις, καὶ τῷ λείῳ τῆς φράσεως πάντας καθοδηγοῦντα, καὶ πρὸς μετάνοιαν ἐκκαλούμενον, καὶ τῷ πλήθει τῶν μελιρρύτων λόγων, καὶ τῇ κατ' ἔννοιαν δεινότητι προτιθέντων τοῦ τε μεγάλου Βασιλείου καὶ Γρηγορίου· ἑτέρων δὲ τῷ Θεολόγῳ Γρηγορίῳ προσκειμένων, ἅτε δὴ τῷ κομψῷ καὶ

Digitized by Google

τῳ πεποικιλμένῳ, τῳ διατόρῳ τε τῶν λόγων, καὶ τῷ τῶν λέξεων ἀνθηρῷ, πάντας τοὺς ἐπὶ τῇ Ἑλληνικῇ παιδείᾳ διαβοήτους, καὶ τοὺς καθ' ἡμᾶς ὑπερβάντι. Καὶ τούτῳ τὴν νικῶσαν διδόντων, κἀκείνων ὑπερβιβαζόντων αὐτὸν, ὡς συμβαίνειν, διαιρεθῆναι τὰ πλήθη, καὶ τοὺς μὲν Ἰωαννίτας λέγεσθαι, τοὺς δὲ Βασιλείτας, Γρηγορείτας δὲ τοὺς λοιπούς.

insinuantique ac floridо dicendi genere vicisset omnes, qui etiam nostra ætate fuerunt, fama Græcanicæ eruditionis insignes. Et hi huic primas deferebant, aliis eas transferentibus in alios. Unde factum est, ut, scisso studia in contraria incerto vulgo, alii Joannitæ, alii Basilitæ, Gregoritæ vocitarentur alii.

Ἐπὶ τούτοις δὴ τοῖς ὀνόμασι τῶν περὶ λόγους στασιαζόντων, καὶ τούτων οὕτω λεγομένων ἐπὶ χρόνοις ἐσύστερον, ὀπτάνονται οἱ μέγιστοι οὗτοι καθ' ἕνα πρότερον, εἶτα καὶ ἅμα (ὕπαρ, οὐκ ὄναρ) τῷ τότε τῆς Εὐχαϊτῶν πόλεως τῶν ἱερῶν ἐξηγουμένῳ, Ἰωάννῃ τῷ πάνυ ἀνδρὶ, τἆλλα μὲν ἐλλογίμῳ, καὶ παιδείας Ἑλληνικῆς οὐκ ἀμαθῶς ἔχοντι, ὡς τὰ αὐτῷ πονηθέντα δείκνυσιν, ἀρετῆς δὲ εἰς ἄκρον ἐληλυθότι· καὶ μιᾷ γλώττῃ φασὶ πρὸς αὐτόν· Ἡμεῖς ἕν ἐσμεν, ὡς ὁρᾷς, παρὰ τῷ Θεῷ, καὶ οὐδὲν ἡμῖν ὑπεναντίον, οὐδὲ μάχιμον· ἀλλὰ καιροῖς ἰδίοις ἕκαστος τῷ θείῳ κρουόμενοι Πνεύματι, τὰς πρὸς σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων διδασκαλίας συνεγραψάμεθα, καὶ ἃ ἐμυούμεθα, ἐκδεδώκαμεν· καὶ ὁ πρῶτος ἐν ἡμῖν οὐκ ἔστιν, οὔτε μήν γε ὁ δεύτερος· ἀλλ' εἰ τὸν ἕνα λέξεις, οἱ δύο παρέπονται. Ὅθεν κέλευε ἀναστὰς τοῖς στασιάζουσιν ὑπὲρ ἡμῶν μὴ διίστασθαι· σπουδὴ γὰρ καὶ ζῶσι καὶ μεταστᾶσιν ἡμῖν εἰρηνεύειν, καὶ εἰς ὁμόνοιαν ἄγειν τὰ πέρατα· ἀλλὰ καὶ ἡμέρᾳ μιᾷ σύναφον. Καὶ, ὥς σοι προσῆκον, τὰ τῆς ἑορτῆς ἡμῖν ἐπιτέλεσον, καὶ τοῖς ἐξῆς παράδος, ὡς ἡμεῖς ἕν ἐσμεν τῷ Θεῷ, πάντως δὲ καὶ ἡμεῖς τοῖς ἐκτελοῦσι τὴν μνήμην, τὰ εἰς σωτηρίαν συμπράξοιμεν· δοκοῦμεν γάρ τι καὶ ἡμεῖς ἔχειν παρὰ τῷ Θεῷ. Ταῦτα εἰπόντες ἔδοξαν αὖθις εἰς οὐρανοὺς ἀναπτάναι, φωτὶ ἀπείρῳ καταλαμπόμενοι, καὶ ὀνομαστὶ ἀλλήλους μετακαλούμενοι.

Ergo dum sub his nominibus inter se oratores disceptant, maximi illi, de quibus agimus, doctores primum seorsim, deinde et simul videndos sese offerunt Joanni, tunc in Euchaitarum civitate sacris præfecto, valde præstanti viro, et cætera quidem celebri, neque (ut indicant quæ elaboravit opuscula) imperito Græcanicæ eruditionis; sed celebriori propter virtutem, cujus apicem attigerat. Vera visio fuit, non somnium: et hæc ad Joannem missa vox est: Nos unum sumus, ut vides, apud Deum, et nulla est inter nos dissensio, nulla pugna; verum quas suis quisque temporibus, divino impulsi Spiritu, utiles ad hominum salutem tradidimus præceptiones; et quæ disceptamus arcana, ea in lucem emisimus. Neque vero quisquam inter nos primus est, nec secundus. Si unum voces, duo sequuntur. Idcirco surge, et dic partibus, ne nostri causa dissideant: nam in ea cogitatione curaque versamur, ut vivos inter et nos qui e vivis excessimus, concilietur pax, et in concordiam reducantur extrema. Quem in finem nos uno die conjunge: et, quemadmodum te decet, diem illum nobis festum consecra, itaque ostende nos coram Deo unum esse. Nos autem simul dabimus omnem operam, ut hujusce rei memoriam celebraturi accipiant ad æternam salutem subsidia: videmur etiam et nos posse aliquid apud Deum. His dictis visi sunt iterum subvolare in cœlum, multa luce circumfusi, et alter alterum suo quemque nomine compellantes.

Ὁ δὲ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ, ὁ Εὐχαϊτῶν δηλαδὴ Ἰωάννης, καθὼς οἱ Ἅγιοι εἰσηγήσαντο διεπράξατο· τό τε πλῆθος καὶ τοὺς στασιάζοντας καταστείλας (ἔδόκει καὶ γὰρ ἐπ' ἀρετῇ διαβόητος ὁ ἀνὴρ) τὴν ἑορτὴν ταύτην παρέδωκε τῇ Ἐκκλησίᾳ ἑορτάζειν Θεῷ. Καὶ ὅρα μοι τὸ φρόνημα τοῦ ἀνδρός. Ἐπεὶ γὰρ εὗρε τὸν Ἰανουάριον μῆνα, τοὺς τρεῖς ἔχοντα τούτους, κατὰ μὲν τὴν πρώτην τὸν μέγαν Βασίλειον, κατὰ δὲ τὴν εἰκοστὴν πέμπτην τὸν θεῖον Γρηγόριον, κατὰ δὲ τὴν εἰκοστὴν ἑβδόμην τὸν θεῖον Χρυσόστομον, συνῆψε πάλιν αὐτοὺς κατὰ τὴν τριακοστὴν, κανόσι καὶ τροπαρίοις καὶ ἐγκωμίοις καταστέψας ὡς προσῆκεν αὐτοῖς· ἃ καὶ νεύσει αὐτῶν, ὡς οἶμαι, γεγονότα, οὐδενὸς λείπονται τῶν εἰς ἔπαινον, ὡς καὶ πάντων ὑπερκεῖσθαι τῶν ὅσα τε ἐξ ἐκείνου γεγόνασι, καὶ ὅσα γενήσονται.

Surgens ergo vir ille divinus, nimirum Euchaitarum antistes Joannes, fecit ut suaserunt sancti. Postquam autem vulgus partiumque conatus represserat (erat enim huic viro per virtutem conciliata summa auctoritas), memoratum festum diem in Ecclesia Dei agendum præcepit. Atque ecce viri prudentiam. Cum hos tres animadvertisset coli uno et eodem mense Januario, Magnum Basilium prima, divinum Gregorium quinta et vicesima, ac vicesima septima divinum Chrysostomum, eosdem conjunxit iterata colendos die tricesima. Neque prætermisit eos debitis ornare canonibus, modulisque ac præconiis; in quibus, utpote non sine illorum (ut ego quidem existimo) assensu compositis, nihil ad laudationem desiderari reperias; usque adeo ut superent quidquid in isto genere editum est usque adhuc, et in posterum edetur.

Ἦσαν δὲ τὴν θέσιν τοῦ σώματος καὶ τὴν μορφὴν οἱ Ἅγιοι οὗτοι ἔχοντες οὕτως. Ὁ μὲν θεῖος Χρυσόστομος, τὴν ἰδέαν τοῦ σώματος, ἦν βραχὺς πάνυ τὴν ἡλικίαν, μεγάλην κεφαλὴν τοῖς ὤμοις αἰωρῶν, ἰγνὸς εἰς τὸ ἀκριβέστατον, ἐπίρρινος, εὐρὺς τοὺς

Ad constitutionem corporis ac formam quod attinet, hi sancti tales erant. Divinus Chrysostomus, quoad speciem corporis, erat admodum brevi statura, magno elatoque capite, summa gracilitate, justo naso, diductus non indecore naribus, pallidis-

Digitized by Google

simo alboque vultu, oculis cavis et bulbosis. Hinc fiebat, ut ejus aspectus reniteret gratiosior, etiamsi triste aliquid reliqua forma præ se ferret. Erat nuda magnaque fronte et multis perarata rugis; amplis item auribus, sed barba tenui et rarissima canisque pilis veneranda. Maxillas habebat introrsum depressas, præ rigidissima, qua se macerabat, inedia. Hoc vero necesse est de eo dicere, quod omnibus etiam Græciæ sapientibus antecelluerit, tum scientia, tum maxime cogitandi acumine, floridoque genere dicendi: laudandus etiam quod codices sacros tanta explanaverit claritate quanta aliorum nemo; quodque ita studuerit promulgare Evangelium, ut nisi fuisset hic sanctus (licet hoc dictum videatur confidentius), opus fuisset altero Christi in terras adventu: usque adeo et virtute, et virtutis exercitatione, et commentatione divinarum rerum præstabat cæteris. Fons etiam misericordiæ et charitatis nuncupatus fuit. Et certe, sicut fulgebat doctrina, ita etiam ardebat zelo et incredibili erga proximum charitate. Vixit annos tres supra sexaginta, et sex gubernavit Christi Ecclesiam.

Magnus Basilius, habitu corporis, in multam proceritatem erectæ figuræ excurrebat. Erat siccus et macilentus, niger colore, pallore temperatus faciem, præditus decoro naso et circumflexis ad hirquum, superciliis; in vertice contractior; similis cogitabundo, pauculis in fronte rugis caperatus; malas oblongus, cavus tempora, rasus fere ad cutem, barbam nutriens, eamque satis promissam ac semicanam. Anteivit ingenio, non tantum iis qui suo, verum etiam qui multis ante sæculis floruere: quippe cum per omnes pulchras ivisset artes, in unaquaque principatum tenuit; minus autem sese exercebat in philosophia, satis habens se ea duce ad rerum divinarum contemplationem esse transgressum. Ad summi sacerdotii solium evectus est quadraginta annos natus, et quinque annis Ecclesiæ præsedit.

Divus Gregorius Theologus statura fuit mediocris, subpallidus, aliquantulum gratiosus, simus, rectis ornatus superciliis, aspectu mitis et placidus, subtristis altero oculo (is erat dexter, quem tuberculus circa hirquum contraxerat), non prolixe, sed dense barbatus; valde calvus, capillis candidus, extremis barbæ pilis subniger, et quasi infumatus. Hoc vero dignum est quod de illo dicatur: quod, si quis ex integro hominum genere proponendus esset, tanquam imago aliqua et effigies simulacrumque virtutum omnium, is esset Magnus Gregorius; utpote qui splendore vitæ probatissimum quemque longissime anteivit, in theologia tantum profecit, ut omnes habuerit inferiores, et elegantia sermonis, et sententiarum gravitate, unde et Theologi cognomen invenit. Administravit Constantinopolitanam Ecclesiam duodecim annis, vixit autem amplius octoginta.

Horum trium omniumque sanctorum deprc-

A μυκτῆρας, ὠχρότατος μετὰ τοῦ λευκοῦ, κοίλους τοὺς κόγχους τῶν ὀφθαλμῶν ἔχων, καὶ βολβοῖς τούτων κεχρημένος μεγάλοις· ἐφ' οἷς καὶ συνέβαινε, χαριέστερον ταῖς ὄψεσιν ἀποστίλβειν, εἰ καὶ τῷ λοιπῷ χαρακτῆρι τὸν ἀχθόμενον παρεδήλου· ψιλὸς καὶ μέγας τὸ μέτωπον, καὶ πολλαῖς βολίσι κεχαραγμένος· ὦτα περικείμενος μεγάλα, καὶ τὸ γένειον μικρὸν καὶ ἀραιότατον ὑπὸ πολιαῖς ταῖς θριξὶν ἐξανθῶν· τὰς σιαγόνας πεπιεσμένας εἴσω ἔχων, τῇ νηστείᾳ εἰς τὸ ἀκρότατον. Τοσοῦτον δὲ περὶ αὐτοῦ ἀναγκαῖον εἰπεῖν, ὅτι λόγῳ πάντας καὶ τοὺς παρ' Ἕλλησι σοφοὺς ὑπερῆρεν, ἐξαιρέτως δὲ δεινότητι τῇ κατ' ἔννοιαν, καὶ τῷ λείῳ καὶ ἀνθηρῷ τῆς φράσεως· εἰς τοσοῦτον δὲ τὴν θείαν Γραφὴν ἐσαφήνισεν, ὡς τῶν ἄλλων οὐδείς· καὶ ὑπὸ τῷ εὐαγγελικῷ κηρύγματι συνετέλεσεν, ὡς εἰ μὴ ἦν
B οὗτος ὁ Ἅγιος (εἰ καὶ τολμηρὸν φάναι), ἔδει πάλιν ἐπὶ γῆς δευτέραν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν γενέσθαι· εἰς δὲ ἀρετὴν καὶ πρᾶξιν καὶ θεωρίαν τοσοῦτος ἐγένετο, ὡς καὶ πάντας ἄρδην ὑπερβαλέσθαι· ἐλεημοσύνης καὶ ἀγάπης χρηματίσας πηγή, καὶ ζῆλος ἄντικρυς, φιλαδελφίᾳ τε καὶ διδασκαλίᾳ.

Ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἦν τὴν θέσιν τοῦ σώματος εἰς πολὺ μῆκος, ἐπὶ τοῦ ὀρθίου σχήματος ἀναδραμών, ξηρὸς καὶ λειπόσαρκος, μέλας τὸ χρῶμα, ὠχρότητι τὸ πρόσωπον σύγκρατος, ἐπίρρινος, εἰς κύκλον τὰς ὀφρῦς περιηγμένος, τὸ ἐπισκήνιον συνεσπακώς, φροντιστικῷ ἐοικώς, ὀλίγαις τὸ πρόσωπον ἀμαρυγαῖς ῥυτιδούμενος, ἐπιμήκης τὰς παρείας, κοῖλος τοὺς κροτάφους, ἠρέμα ἔχων ἐν χρῷ κουρίας,
C τὴν ὑπήνην ἀρκούντως καθειμένος, καὶ μεσαιπόλιος. Οὗτος ἐν λόγοις οὐ μόνον τοὺς κατ' αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ τοὺς παλαιοὺς ὑπερέβαλε· διὰ γὰρ πάσης ἐλθὼν παιδεύσεως, ἐν ἑκάστῃ τὸ κράτος ἐκτήσατο· οὐχ ἧττον δὲ τὴν διὰ πράξεως ἀσκήσας φιλοσοφίαν, καὶ διὰ ταύτης τῇ θεωρίᾳ τῶν ὄντων προβάς. Ἐπὶ τὸν θρόνον τῆς ἀρχιερωσύνης ἀνήχθη τεσσαράκοντα χρόνων γενόμενος, ἐπὶ πέντε ἔτεσι τῆς Ἐκκλησίας προστάς.

Ὁ δὲ ἱερὸς Γρηγόριος ὁ Θεολόγος, κατὰ τὸν τύπον τῆς ἡλικίας τοῦ σώματος, ἐτύγχανε μέτριος, ὕπωχρος, βραχὺ μετὰ τοῦ χαρίεντος, σιμὸς, ἐπ' εὐθείας τὰς ὀφρῦς ἔχων, ἥμερον βλέπων καὶ προσηνές· θάτερον τῶν ὀφθαλμῶν, ὃς ἦν δεξιὸς, στυγνότερον
D κεκτημένος, ὃν οὐλὴ κατὰ τὸν κανθὸν συνῆγε· τὸν πώγωνα οὐ βαθὺς, δασὺς δὲ ἐπ' εὐθείας, ἱκανῶς φαλακρὸς, λευκὸς ταῖς θριξὶ, τὰ ἄκρα τῆς γενειάδος ὡς περικεκαπνισμένα ὑποφαίνων. Τοῦτο δὲ εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ ἄξιον, ὅτι εἰ ἔδει γενέσθαι ἐν ἀνθρώποις εἰκόνα τινὰ καὶ στήλην κατὰ μέρος, ἐκ πασῶν συγκειμένην ἀρετῶν, τοῦτο ἦν ὁ μέγας Γρηγόριος, βίου λαμπρότητι τοὺς κατὰ πρᾶξιν εὐδοκίμους ὑπερβαλών. Ἐπὶ τοσοῦτον θεολογίας προῆχθη, ὡς πάντας ἡττᾶσθαι τῆς σοφίας αὐτοῦ, τῆς τε ἐν λόγοις, τῆς τε ἐν δόγμασιν, ὅθεν καὶ τὴν Θεολόγος προσηγορίαν ἐκτήσατο· προέστη δὲ καὶ τῆς Κωνσταντινουπόλεως Ἐκκλησίας χρόνους δώδεκα, ὑπὲρ τὰ ὀγδοήκοντα ἔτη γενόμενος.

Τῶν τοιῶν τούτων προσβείαις, Χριστὲ ὁ Θεὸς

Digitized by Google

ἡμῶν, καὶ πάντων τῶν ἁγίων, τὰς τῶν αἱρέσεων ἐπαναστάσεις κατάβαλε, καὶ ἡμᾶς ἐν ὁμονοίᾳ καὶ εἰρηνικῇ καταστάσει διαφύλαξον, καὶ τῆς οὐρανίου σου βασιλείας ἀξίωσον, ὅτι εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A catione, Christe Deus noster, hæresum insolentiam compesce, et nos in concordia atque in pacifica tranquillitate custodi, ac cœlesti tuo regno dignare, cum sis benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

ANNOTATA D. P.

Triplici isti jam propositæ descriptioni formæ cujuscunque, eo forte quo se conspiciendos sancti dederunt vultu, respondet in Menæis communis hæc omnium et Græcis notissima.

Solius Basilii, Gregorii Theologi, atque Chrysostomi icon, suo cujusque die in Januario eorumdem Menæorum reperitur, sed cum descriptionibus formæ contractioribus, quas descriptiones nihil attinet hic referre. Pro ea tamen quæ Basilium proponit 1 Januarii, accipe descriptionem alteram, sed verbis magis quam sententia diversam, qualem ex mss. Vaticano accepit Petrus Frison Basilianorum operum illustrator, in editione Parisiensi anni 1618. Sic autem ibi legitur.

Ὁ ἐν Ἁγίοις Βασίλειος ἐπώνυμος Μέγας, προμήκης τε τὸ σῶμα καὶ εὐθύς, τῇ μὲν ξηρότητα ἔχων, τὸ δὲ χρῶμα μέλαν, καὶ ὠχρότητα, καὶ βαδίσματος ἦθος, ὀρθιος ἐγένετο τὴν ῥῖνα, τὰς κύκλιος ὀφρῦς, καθιέμενος τὸν πώγωνα, μετρίως πολιὰς ἀναφέρων, παραμήκης τὰ βλέφαρα ὀλιγόχοθεν, τὸ περὶ κροτάφου κοίλωμα, σύννους τε ὡς τὰ πολλὰ, καὶ εἴσω συνεστηκώς. «S. Basilius, cognomento Magnus, statura procerus erat et rectus, corpore arido, colore nigricante et pallido, ingressu moderato naso declivi, superciliis incurvis, barba promissa, mediocri canitie, maxillis oblongis, genis parum turgentibus; temporum concavitas cogitabundi erat, ut esse plurimum solet eorum, qui intra se collecti sunt.

Hanc descriptionem, ex ms. Vaticano acceptam Petrus Frison prælaudatus supposuit vetustiori solius Basilii iconi, sumptæ ex pervetusto Regis Christianissimi codice, qui (sicuti ascriptum legitur) oblatus fuit Basilio Macedoni, imperium Orientis adepto sub annum DCCCLXXVII, illudque moderato usque ad annum LXXXVI. Est ergo ejusmodi icon, ea quam retulimus apparitione antiquior, duobus ut minimum integris sæculis; sed an ideo etiam magis exacta ad veritatem? Non existimo. Vix enim credibile est, sumptam esse ex aliqua quæ fuerit ad viventis vultum expressa. Si autem trium istorum formam sic expressit suis verbis Joannes Euchaita, qualem conspexerat in visione, firmiterque eæ quæ vulgo circumferuntur icones, et in Menæis conspiciuntur, propius attingere veritatem. Placuit interim, et trium istorum ex Menæis, et unius Basilii propriam ex codice Regio spectandam dare.

—

CANON DE S. BASILIO AD DIEM PRIMUM JANUARII

EX MENÆIS.

—

ΩΔΗ Α'.

Σοῦ τὴν φωνὴν ἕδει παρεῖναι, Βασίλειε, τοῖς ἐγκωμίοις σου· ἀλλὰ, Πάτερ, συγγνώμην διδόμενος, τὴν χάριν νέμοις ἀφθόνως ἡμῖν.

Τὸ ἐμπαθὲς σκίρτωμα τῆς τυραννούσης σαρκὸς, φιλοσοφίας ἔρωτι ἐπαιδαγώγησας· διὸ ἐν ἀκηράτοις αὐλίζει βασιλείοις, Πάτερ Βασίλειε.

Τῶν ἀρετῶν σὺ τὴν τραχεῖαν βαδίσας ὁδὸν, ἐπὶ τὴν λείαν ἔφθασας καὶ ἀστασίαστον τὴν οὐράνιον βάσιν, καὶ πᾶσιν ἀναδείχθης τύπος, Βασίλειε.

Τὰ τῆς ψυχῆς πάθη χρησίμως, Βασίλειε, ἅμα

ODE I.

Tuis laudibus par foret linguam tuam adesse, Basili; verum, Pater, veniam indulgens, gratiam absque invidia nobis confer.

Passionibus obnoxium carnis impetum amore philosophiæ castigavisti: propterea incontaminatam habitas regiam, Pater Basili.

Arduam virtutum ingressus viam, ad levem et imperturbatam in cœlis ascendisti; omnibusque factus es norma, Basili.

Passiones animi, simul et corporis gladio Spiri-

Digitized by Google

tus optime circumcidisti, Basili; teque ipsum Domino obtulisti sacrificium.

Factus ineffabilium arcanorum mystes, o Basili, consecrationem adeptus es, Pater; et nobis lumen Trinitatis manifestasti

A καὶ τὰ τοῦ σώματος ἐν τῷ τοῦ Πνεύματος περιέτεμες ξίφει· σαυτὸν δὲ τῷ Δεσπότῃ θῦμα προσήνεγκας.

Σὺ γεγονὼς μύστης ἀῤῥήτων, Βασίλειε, ἐμυσταγώγησας ἱεράτευμα, Πάτερ, σαφῶς τὸ τῆς Τριάδος φῶς ἀπαστράψας ἡμῖν.

ODE III (*a*).

ΩΔΗ Γ'.

Omni repletus disciplina, non solum humi repente atque calcanda, sed etiam multo meliori, mundo lumen præbuisti, o Basili.

Timore Domini confirmatus (initium enim ille est sapientiæ) alas potioris sapientiæ assumpsisti, o Basili.

B

Palam exorsus ab actione, ab hac gradum ad contemplationem diviniorem facere nos doce, et eorum, quæ vere bona sunt cognitione manifesta nos imbue.

Cum Christi natali fulget et concurrit commemoratio tua, Pater, qui mysterium ineffabile tua nobis doctrina manifestas

Παιδείας γεγονὼς ἁπάσης ἔμπλεος, οὐ μόνον τῆς κάτω καὶ πατουμένης, πολλῷ δὲ μᾶλλον τῆς κρείττονος, ἀναδείχθης τῷ κόσμῳ φῶς, Βασίλειε.

Τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου στοιχειούμενος, ἀρχὴ γὰρ σοφίας οὗτος ὑπάρχει, τῇ φιλίᾳ τῆς ἀμείνονος ἐπτερώθης σοφίας, ὦ Βασίλειε.

Βασίλειε, σοφῶς ἐπέβης πράξεως καὶ πρᾶξιν ἐπέβασιν θεωρίας θειοτέρας ἐπέδειξες, καὶ τῶν ὄντων τὴν γνῶσιν ἐμυήθης σαφῶς

Συνέδραμε Χριστοῦ καὶ συνεξέλαμψεν ἡ μνήμη σου, Πάτερ, τοῖς γενεθλίοις, ὧν τὸ ἄφραστον μυστήριον ταῖς σαῖς διδασκαλίαις φανέρωσας.

ODE IV.

ΩΔΗ Δ'.

Sicut Ecclesia, Christi sponsa, ornatur ejus nativitate, ita, tua commemoratione, o beatissime.

Graviter demonstrans esse [Christum] Filium C Dei, religiose distinxisti divinitatem a creatura, o Basili.

Deo non abjectum commilitonem te ostendisti, Basili, quando te omnibus juxta mandatum ejus inferiorem credidisti.

Ecclesiam Dei forti circumvallasti muro, Basili beatissime.

Dei hostibus fuisti acuta bipennis, et ignis dissolvens eorum fraudem, Pater Basili.

Καλλωπίζεται, ὥσπερ τῷ τόκῳ Χριστοῦ, ἡ νύμφη Ἐκκλησία, οὕτω καὶ τῇ μνήμῃ σου, παμμακάριστε.

Σεμνυνόμενος τέκνον ὑπάρχων Θεοῦ, θεότητα εἰς κτίσιν εὐσεβῶς, Βασίλειε, οὐ κατήγαγες.

Ἀταπείνωτος ὤφθης συμμαχῶν, Βασίλειε, ἅπασι τῷ αὐτοῦ προστάγματι ταπεινούμενος.

Τῇ Ἐκκλησίᾳ δέδωσαι παρὰ Θεοῦ χαράκωμα, καὶ τεῖχος ὀχυρὸν, Βασίλειε παμμακάριστε.

Τοῖς ἀντιθέοις πέλεκυς ἐκκοπτικὸς καὶ πῦρ καταναλίσκον τὴν ἀπάτην ὤφθης, Πάτερ Βασίλειε

ODE V.

ΩΔΗ Ε'.

Hodie agit Ecclesia festum vere duplex, Circumcisionem scilicet Domini, quando in terra apparuit infans, et memoriam servi sapientis ac ter beati.

Lumen incomprehensibile in te, sancte, requiescere, imo esse te lampadem, quæ illuminat orbem, ostendit Christus. Ideo tuam, Basili, celebramus memoriam.

Non legislator Moyses, non ante legem Joseph fuit distributor ejus quæ ex te datur escæ: ipse enim fuisti carnis divinæ comestor.

Universi novam nativitatem in monte Sina subobscure figuratam Moysi, ut interpretatus es, bea-

D

Ἄγει διπλῆν ἀληθῶς ἡ Ἐκκλησία ἑορτὴν σήμερον, περιτομῆς ὡς βρέφος Δεσπότου ὀφθέντος ἐπὶ γῆς, καὶ μνήμην οἰκέτου σοφοῦ καὶ τρισμάκαρος.

Τὸ ἀκατάληπτον φῶς ἀναπαυσάμενος ἐν σοὶ, ὅσιε, φωτιστικὴν λαμπάδα τῷ κόσμῳ σε ἔδειξε Χριστός· διό σου τὴν μνήμην ὑμνοῦμεν, Βασίλειε.

Οὐ νομοθέτης Μωσῆς, οὐ πρὸ τοῦ νόμου Ἰωσὴφ γέγονε τῆς κατὰ σὲ τροφῆς σιτομέτρης· τῆς θείας γὰρ σαρκὸς αὐτὸς ἐστιάτωρ ἐδείχθης, Βασίλειε.

Τὴν τοῦ παντὸς ἀμυδρὰν ἱστορηθεῖσαν ἐν Σινᾷ γέννησιν τῷ Μωσεῖ αὐτὸς ἑρμηνεύων, ἐκ θείων

(*a*) Sic apud Bolland. Deest num. 2.

Digitized by Google

θησαυρῶν ἀνάπτυξας πᾶσι, παμμάκαρ Βασίλειε.

A tissime Basili, ex divinis thesauris eam omnibus recludens.

ΩΔΗ Ϛ'.

Ἔθρεψας λιμῷ τακείσας ψυχὰς πάντων ἀφθόνως, καὶ τὰς τῶν πεινώντων καρδίας πάσης ἐνέπλησας, Βασίλειε, θεϊκῆς εὐφροσύνης.

Ἔθρεψας ψυχὰς πεινώσας τροφῇ τῇ ἐπουρανίῳ· ἄρτος γὰρ τῶν ἀγγέλων ὑπάρχει ὁ λόγος, Βασίλειε, οὗ ἄριστος σιτοδότης ἐγένου.

Ἤθροισας τῷ τῆς μελίσσης, Βασίλειε, φιλοπόνως ἀρετῆς ἁπάσης τὸ ἄνθος, καὶ περιδέξιος γενόμενος ἐν αὐταῖς μακαρίζει.

Ἔσπευσας κόσμου ῥαγῆναι, καὶ Θεῷ συμβιοτεῦσαι· διὸ τοῖς ἀστάτοις καὶ ῥευστοῖς, Πάτερ Βασίλειε, τὰ μένοντα ὡ- σοφὸ- κατεκτήσω.

B

ODE VI.

Animas pauperum, tabescentes fame, sine invidia nutrivisti, et esurientium corda, Basili, omni divina prudentia implevisti.

Animas esurientes nutrivisti cœlesti alimento: nam panis angelorum, o Basili, est sermo, cujus eras largitor optimus.

Sicut apis, Basili, operose collegisti florem omnis virtutis, et ut sapiens per eam beatificaris.

Accelerasti abscindi a mundo et Deo vivere. Idcirco pro rebus instabilibus ac fluxis, Pater Basili, æterna sapienter consecutus es.

ΩΔΗ Ζ'.

Εἰκὼν τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, σὺ δὲ τοῦ Πνεύματος, Βασίλειε, ἀκηλίδωτον ἔσωπτρον, οἶκος δὲ τῆς ὅλης Τριάδος· μακαρία ἡ μνήμη σου, καὶ οἱ δοξάζοντες αὐτὴν ἀντιδοξάζονται.

Βυθίσας τὸν νοῦν εἰς τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ τὰ ἀκατάληπτα, συλλεξάμενος δὲ τὸν πολύτιμον σὺ μαργαρίτην τῆς γνώσεως, ἐπλούτισας τὸν κόσμον σοφίας, καὶ κραυγάζειν ἐδίδαξας· Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν.

C

Ὦ σύμπνοια νοῦ ἱερά τε ξυνωρὶς, ἡ ὥσπερ μία ψυχὴ ἐν δυσὶ σώμασιν ἀδιαίρετος, ἐν Γρηγορίῳ Βασίλειος, πόθῳ θεϊκῷ συνημμένοι, ἐν Βασιλείῳ Γρηγόριος· νῦν ἱκετεύσατε Χριστὸν ὑπὲρ τῆς πεί- μνης.

Πατὴρ ὀρφανῶν, καὶ χηρῶν προασπιστὴς, καὶ πλοῦτος πένησι, τῶν ἀσθενούντων ἡ παράκλησις καὶ τῶν πλοιούντων κυβέρνησις, γήρους βακτηρία ἐδείχθης, παιδαγωγία νεότητος, καὶ μοναζόντων ἀρετῆς κανών, Βασίλειε.

ODE VII.

Primus imago est Spiritus, et Spiritus Filii; tu vero, Basili, Spiritus immaculatum speculum, et habitaculum totius Trinitatis. Beata est tui memoria, et qui eam recolunt, recipiunt remunerationem.

Mentem incomprehensibili profunditati immergens, et colligens pretiosissimam cognitionis margaritam, locupletasti orbem sapientia, et docuisti clamare: Benedictus es, Deus patrum nostrorum.

O consensio animorum et sancta societas, qua velut unus et individuus in gemino corpore Spiritus, in Gregorio Basilius divino amore unitus, in Basilio Gregorius fuit. Orate nunc pro grege nostro Christum

Pupillorum pater, protector viduarum, opulentia pauperum, ægrotantium solamen, et in hoc mari fluctuantium gubernaculum, baculus senectutis, juventutis instructio, solitariorum regula ad omnem virtutem es, o Basili

ΩΔΗ Η'.

Τὸν ἀφράστῳ προνοίᾳ δωρησάμενον Βασίλειον τῷ D κόσμῳ, φῶς εὐσεβείας σάλπιγγά τε τῆς θεολογίας [ὑμνοῦντες λέγομεν]· Εὐλογεῖτε, τὰ ἔργα τοῦ Κυρίου, τὸν Κύριον.

Τὸν δαψιλεῖ ἐνεργείᾳ ἐνοικήσαντα τῷ σοφῷ Βασιλείῳ, καὶ δι' αὐτοῦ εὐσεβῶς θεολογηθέντα· Εὐλογεῖτε, τὰ ἔργα τοῦ Κυρίου, τὸν Κύριον.

Οἱ τῶν θείων σου λόγων ἀπολαβόντες, Βασίλειε, ἀπαύστως ἐν τῇ σου μνήμῃ πανηγυρίζοντες βοῶμεν· Εὐλογεῖτε, τὰ ἔργα τοῦ Κυρίου, τὸν Κύριον.

Τὰς ἀκτῖνας τῶν λόγων ἐξαπέστειλας, Βασίλειε, τῷ κόσμῳ, φωταγωγούσας μίαν σέβειν Τριάδος φύσιν· Εὐλογεῖτε, τὰ ἔργα τοῦ Κυρίου τὸν Κύριον.

Ineffabili providentia concessum mundo Basilium, pietatis lucernam, tubam theologiæ [laudantes dicimus]: Benedicite, opera Domini, Dominum.

Copiosa operatione inhabitantem Basilio, et ipso mediante pie expositum: Benedicite, opera Domini, Dominum.

Qui divinis tuis sermonibus fruimur, o Basili, in tui memoriam festive congregati, clamamus: Benedicite, opera Domini, Dominum

Radios sermonum tuorum mundo emisisti, o Basili, illuminans eum, ut unam in Trinitate naturam venerans, dicat: Benedicite, opera Domini, Dominum.

Digitized by Google

ODE IX.

Primi pastoris Christi, tanquam ovis ejus fidelis, vestigia, Basili, es secutus : animam etiam tuam, Pater, tradidisti tyranno, et pro Ecclesia quæcunque pericula prompte subiisti, o beatissime.

Ecclesiæ Christi firmamentum tyrannus circumspiciens, tuo præsulatu adornatum, o sapiens, totus attonitus animo concidit : fulgorem enim coruscantis ex te Spiritus sustinere nequibat, o Basili.

Dignus inventus es, o Basili, qui consors esses cathedræ apostolorum, choreæ certantium pro Christo martyrum, patriarcharum unionis, justorum exsultationis, gaudii prophetarum, o Basili ; fuisti enim Deiparæ cultor, et mystes Trinitatis.

ΩΔΗ Θ'.

Τοῦ ἀρχιποιμένος ὡς πρόβατον πιστὸν Χριστοῦ, Βασίλειε, τοῖς ζωηφόροις ἴχνεσιν ἐπηκολούθησας· τῷ τυράννῳ γὰρ τὴν σαυτοῦ ψυχὴν, Πάτερ, προδέδωκας, προκινδυνεύων ἅριστα τῆς Ἐκκλησίας, παμμακάριστε.

Τὸ τῆς Ἐκκλησιας πανιερὸν Χριστοῦ κατιδὼν συστημα, ὑπὸ τῆς σῆς κοσμούμενον ἱεραρχίας, σοφὲ, ὁ πανώλης ἐμβροντισθεὶς καταπέπτωκε τύραννος, τὴν γὰρ ἐν σοὶ τοῦ Πνεύματος αἴγλην οὐκ ἤνεγκε, Βασίλειε.

Τῆς τῶν ἀποστόλων καθέδρας, τῆς χορείας τε τῶν ἀθλοφόρων Χριστοῦ, πατριαρχῶν συνηνῆς καὶ τῶν δικαίων τρυφῆς, τῆς χαρᾶς τε τῶν προφητῶν ἠξιώθης, Βασίλειε, τῆς Θεοτόκου λατρεὺς γὰρ καὶ τῆς Τριάδος μύστης γέγωνας.

Digitized by Google

MONITUM AD HOMILIAS IN HEXAEMERON

Sunt qui existiment Basilium Magnum commentarios in totam Scripturam contexuisse (1): sed cum hæc opinio sola Cassiodori auctoritate nitatur, ea de re dubitari posse arbitramur, præsertim cum de hac commentariorum mole altum sit silentium apud antiquiores. Habemus etiamnum homilias novem in opus sex dierum, hoc est, *in Hexaemeron*, orationes decem et septem in quosdam Psalmos, amplissimum in priora sexdecim Isaiæ capita commentarium. Pauca quidem hæc sunt, si comparentur cum iis commentariis qui olim Basilio tributi fuere : sed tamen quorumdam γνησιότης, ut mihi quidem videtur, jure ac merito suspecta videri potest. De his in Præfatione, ubi de qualibet re suo ordine ac loco disputatur. Veteres autem quanti *Hexaemeron* fecerint, esse hominem qui ignoret arbitror neminem. Ejus meminere Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, Hieronymus, Socrates (2) et alii. Optandum certe esset, ut lectores his orationibus legendis ita hodie afficerentur, ut afficiebatur olim Gregorius Nazianzenus, cujus hæc sunt verba : Ὅταν τὴν Ἑξαήμερον αὐτοῦ μεταχειρίζωμαι, καὶ διὰ γλώσσης φέρω, μετὰ τοῦ Κτίστου γίγομαι, καὶ γινώσκω κτίσεως λόγους, καὶ θαυμάζω τὸν Κτίστην πλέον ἢ πρότερον, ὄψει μόνῃ διδασκάλῳ χρώμενος. « Cum *Hexaemeron* illius in manus sumo, atque in ore habeo, cum Creatore conjungor, ac creationis rationes agnosco, Creatoremque magis admiror ac suspicio, quam prius solebam, cum solo aspectu magistro uterer. » Ascribam et verba Gregorii Nysseni, qui de eodem illo opere tam magnifice locutus est, ut modum excedere videatur. Ita autem scripsit : Τῶν γὰρ κατὰ θείαν ἐπίπνοιαν ἐν τῇ κοσμογονίᾳ φιλοσοφηθέντων τῷ μεγάλῳ Μωϋσῇ .... ἐπέταξας ἡμῖν διά τινος ἀκολούθου διανοίας εἰς εἰρμὸν ἀγαγεῖν, καὶ συμφωνοῦσαν πρὸς ἑαυτὴν ἀποδεῖξαι τὴν ἁγίαν Γραφήν· καὶ ταῦτα μετὰ τὴν θεόπνευστον ἐκείνην τοῦ Πατρὸς ἡμῶν εἰς τὸ προκείμενον θεωρίαν, ἣν οἱ ἐγνωκότες πάντες, οὐδὲν ἔλαττον τῶν αὐτῷ Μωϋσῇ πεφιλοσοφημένων θαυμάσουσιν, εὖ καὶ εἰκότως, οἶμαι, τοῦτο ποιοῦντες. « Vis enim ut quæ cœlesti numine afflatus de mundi procreatione magnus Moyses prodidit monimentis litterarum, ordine quodam disponam, sanctamque Scripturam sibi ipsi consentientem ac constantem esse demonstrem ; idque post divinam illam Patris nostri in idem argumentum commentationem, quam qui legerunt, non minus quam ea, quæ ab ipso Moyse perscripta sunt, omnes admirantur : et merito, mea quidem sententia. »

Alia quidem ratione, sed efficaciore multo et ad persuadendum aptiore hoc idem opus commendavit Ambrosius, dum, quod Basilius scripserat Græce, id ipse Latine reddidit. Et vero, nemo opinor, homo, qui utrumque opus legerit, inficiabitur Ambrosium in illis suis orationibus interpretis, non auctoris munere perfunctum fuisse. Fateor quidem Ambrosium non nihil de suo addere, demere, transponere, immutare : sed ita tamen, ut interpretem agat, interpretem, inquam, non scrupulosum, sed liberiorem. Quare si quando in Ambrosio occurrant loca quædam difficilia, perplexa, subobscura, corrupta, quæ facessant negotium lectori, ei auctor sum ut ad Basilium confugiat, eoque magistro ac duce utatur.

Constat Basilium bis die concionatum fuisse, matutinis horis atque vespertinis ; idque tempore Quadragesimæ : sed quo anno, valde incertum. Non defuere qui ex orationis octavæ verbis judicarint Basilium, quæ erat viri facundia, conciones has ad populum ex tempore habuisse. Et quidem, si fides Rufino adhibenda sit (3), sic concionari solebat Basilius.

Hexaemeron Basilii olim in linguam Latinam transtulit Eustathius : sed nihil est quod hic de ejus interpretatione proloquamur, cum id opus in Appendice editum videre cuique liceat. Easdem has Basilii orationes transtulit quoque, quorumdam judicio (4), Dionysius Exiguus : sed qua auctoritate et quibus testimoniis dictum id sit, ignoramus.

Necesse non est multa hoc loco dicere de tribus orationibus, quarum duæ priores scriptæ sunt de hominis formatione, tertia de paradiso. Nam ea de re satis fuse in Præfatione disputatur : quam qui volent, legere poterunt § I, n. 13.

(1) Baron. 378 ; Cassiod. *De inst.* p. 538.
(2) Greg. Naz. orat. 20, p. 363 ; Greg. Nyss. *Hexaem.* p. 1, 2 et p. 45 ; Hieronym. *V. ill.* c. 116 ; Socr. lib. IV, c. 26.
(3) Lib. II, c. 9.
(4) Eliæ Dupini, etc.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ
ΟΜΙΛΙΑΙ Θ'
ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΞΑΗΜΕΡΟΝ (5).

S. P. N. BASILII
CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPI
HOMILIÆ IX
IN HEXAEMERON.

HOMILIA I.

In principio fecit Deus cœlum et terram.

1 1. Conveniens principium est mundi structuram narraturo, narrationi suæ principium quo res visibiles exornatæ sunt, præponere. Etenim cœli terræque tradenda creatio est, quæ casu, ut quidam opinati sunt, producta non est, sed a Deo originem traxit. Ecquis auditus magnitudine eorum 2 quæ dicuntur dignus est? quali apparatu instrui convenit animam ad res tantas audiendas accessuram? Par fuerit a carnis affectionibus esse puram, vitæ hujus curis minime excæcatam, alacrem, rerum indagatricem, undique circumspicientem sicunde Deo dignam suscipere possit cogitationem. Sed antequam accuratam verborum rationem ex-

A

ΟΜΙΛΙΑ Α'.

Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.

1. Πρέπουσα ἀρχὴ τῷ περὶ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως μέλλοντι διηγεῖσθαι ἀρχὴν τῆς τῶν ὁρωμένων διακοσμήσεως προθεῖναι τοῦ λόγου. Οὐρανοῦ γὰρ καὶ γῆς ποίησις παραδίδοσθαι μέλλει, οὐκ αὐτομάτως συνενεχθεῖσα, ὥς τινες ἐφαντάσθησαν, παρὰ δὲ τοῦ Θεοῦ τὴν αἰτίαν λαβοῦσα. Ποία ἀκοὴ τοῦ μεγέθους τῶν λεγομένων ἀξία; πῶς παρεσκευασμένην ψυχὴν (6) πρὸς τὴν τῶν τηλικούτων ἀκρόασιν προσῆκεν ἁπάντᾳν; Καθαρεύουσαν τῶν παθῶν τῆς σαρκὸς, ἀνεπισκότητον μερίμναις βιωτικαῖς, φιλόπονον, ἐξεταστικὴν, πάντοθεν περισκοποῦσαν εἴ ποθεν λάβοι ἀξίαν ἔννοιαν τοῦ Θεοῦ. Ἀλλὰ πρὶν ἐξετάσαι (7) τὴν ἐν τοῖς ῥήμασιν ἀκρίβειαν, καὶ δι-

(5) Aliter in aliis mss. ponitur titulus. Vetustissimus codex Coisl. sic habet : Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου εἰς τὴν πρώτην ἡμέραν τῆς Ἑξαημέρου, *Sancti Patris nostri Basilii in primam diem Hexaemeron.* Reg. primus : Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου, ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας τοῦ Μεγάλου, λόγος εἰς τὴν Ἑξαήμερον, ἤτοι εἰς τὸ, « Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, » *Sermo sancti Patris nostri Basilii Magni archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ in Hexaemeron, sive in illud,* « *In principio fecit Deus cœlum et terram.* » Reg. quintus : Βασιλείου ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας εἰς τὴν Ἑξαήμερον ὁμιλία α', *Basilii archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ in Hexaemeron homilia prima.*

(6) Sic simpliciter editi et Regii primus et quintus cum utroque Coisl. At uterque Ducæi codex et Combef. et Colb. secundus cum Reg. uno πῶς παρεσκευασμένην ψυχὴν ἔχοντας. Quod ait Combefisius, B aut legendum esse παρασκευομένους ψυχήν, aut vocem ἔχοντας textui inserendam esse, de eo nobis longe aliter videtur. Utramque igitur viri doctissimi conjecturam rejicimus. Primam, quod vox παρασκευομένους, vel potius παρασκευαζομένους, ne in uno quidem codice reperiatur : alteram, quod vocem ἔχοντας superfluam esse atque inutilem arbitremur. Etenim voce ψυχή nonnunquam totum hominem significari notum est. Proinde cum dicit Basilius : *Quali apparatu instrui animam convenit,* idem est ac si diceret, *Quali apparatu hominem instrui convenit.* Vix igitur dubitari potest, quin vox ἔχοντας melius absit ; eoque magis, quod in antiquioribus et melioris notæ codicibus desideretur. Adde, antiquissimum interpretem Eustathium eam vocem non agnovisse, cum vertat ad verbum : *Quemadmodum instructus esse debeat animus.*

(7) Reg. sextus πρὶν ἢ ἐξετάσαι. Mox idem ms. μὴ ἀφικώμεθα.

Digitized by Google

ερευνήσασθαι ἡλίκα τῶν μικρῶν φωνῶν τούτων ἐστὶ τὰ σημαινόμενα, ἐνθυμηθῶμεν τίς ὁ διαλεγόμενος ἡμῖν. Διότι κἂν τῆς βαθείας καρδίας τοῦ συγγραφέως μὴ ἐφικώμεθα διὰ τὸ τῆς διανοίας ἡμῶν ἀσθενὲς, ἀλλὰ τῇ γε ἀξιοπιστίᾳ προσέχοντες τοῦ λέγοντος, αὐτομάτως εἰς συγκατάθεσιν τῶν εἰρημένων ἐναχθησόμεθα (8). Μωϋσῆς τοίνυν ἐστὶν ὁ τὴν συγγραφὴν ταύτην καταβαλλόμενος· Μωϋσῆς ἐκεῖνος ὁ (9) μαρτυρηθεὶς ἀστεῖος εἶναι παρὰ τῷ Θεῷ, ἔτι ὑπομάζιος ὢν· ὃν εἰσεποιήσατο μὲν ἡ θυγάτηρ τοῦ Φαραὼ, ἐξέτρεψε δὲ βασιλικῶς, τοὺς σοφοὺς τῶν Αἰγυπτίων διδασκάλους αὐτῷ τῆς παιδεύσεως ἐπιστήσασα· ὃς, τὸν ὄγκον τῆς τυραννίδος μισήσας, καὶ πρὸς τὸ ταπεινὸν τῶν ὁμοφύλων ἀναδραμὼν (10), εἵλετο συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ, ἢ πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν· ὁ τὴν πρὸς τὸ δίκαιον φιλίαν ἐξ αὐτῆς τῆς φύσεως κεκτημένος, ὅπου γε, καὶ πρὶν ἐπιτραπῆναι αὐτῷ τοῦ λαοῦ τὴν ἀρχὴν, φαίνεται διὰ τὸ τῆς φύσεως μισοπόνηρον μέχρι θανάτου τοὺς κακοὺς ἀμυνόμενος· ὁ φυγαδευθεὶς παρὰ τῶν εὐεργετηθέντων, καὶ ἀσμένως μὲν τοὺς Αἰγυπτιακοὺς θορύβους ἀπολιπὼν, τὴν δὲ Αἰθιοπίαν καταλαβὼν, κἀκεῖ πᾶσαν σχολὴν ἀπὸ τῶν ἄλλων ἄγων, καὶ ἐν τεσσαράκοντα ὅλοις ἔτεσιν τῇ θεωρίᾳ τῶν ὄντων ἀποσχολάσας (11)· ὃς, ὀγδοηκοστὸν ἤδη γεγονὼς ἔτος, εἶδε Θεὸν ὡς ἀνθρώπῳ ἰδεῖν δυνατὸν, μᾶλλον δὲ ὡς οὐδενὶ τῶν ἄλλων ὑπῆρξε κατὰ τὴν μαρτυρίαν αὐτὴν τοῦ Θεοῦ, ὅτι *Ἐὰν γένηται προφήτης ὑμῶν τῷ Κυρίῳ, ἐν ὁράματι αὐτῷ γνωσθήσομαι, καὶ ἐν ὕπνῳ λαλήσω αὐτῷ. Οὐχ οὕτως, ὡς ὁ θεράπων μου Μωϋσῆς, ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ μου πιστός ἐστι· στόμα κατὰ στόμα λαλήσω αὐτῷ, ἐν εἴδει, καὶ οὐ δι' αἰνιγμάτων.* Οὗτος τοίνυν ὁ τῆς αὐτοπροσώπου θέας τοῦ Θεοῦ ἐξίσου τοῖς ἀγγέλοις ἀξιωθεὶς, ἐξ ὧν ἤκουσε παρὰ τοῦ Θεοῦ διαλέγεται (12) ἡμῖν. Ἀκούσωμεν τοίνυν ἀληθείας ῥημάτων οὐκ ἐν πειθοῖς σοφίας ἀνθρωπίνης, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς Πνεύματος λαληθέντων (13)· ὧν τὸ τέλος οὐχ ὁ τῶν ἀκουόντων ἔπαινος, ἀλλ' ἡ σωτηρία τῶν διδασκομένων.

A pendamus, perscrutemurque quanta his exilibus vocibus significentur, quis nos alloquatur, consideremus. Quanquam enim scriptoris profunda sensa non assequimur ob mentis nostræ infirmitatem; tamen ejus qui loquitur auctoritati intenti, eo adducemur, ut dictis non inviti assentiamus. Moyses igitur is est, qui hanc contexuit historiam, Moyses ille, qui dum adhuc infans lactens esset, gratus apud Deum fuisse perhibetur [1]: quen. sibi adoptavit Pharaonis filia, regalique cultu educavit, magistros ei erudiendo præficiens eos qui inter Ægyptios erant sapientes; qui tyrannidis fastum perosus, et ad tribulium humilitatem recurrens, una cum Dei populo divexari maluit, quam temporaria peccati suavitate frui; qui justitiæ amorem ex ipsa natura B sortitus est: quandoquidem prius etiam quam ei committeretur populi principatus, ob naturale nequitiæ odium ad mortem usque malos insectatus fuisse comperitur; qui ab iis quos beneficiis affecerat, fugatus, ac lubenter Ægyptiacos tumultus derelinquens, adveniensque in Æthiopiam, et illic omnino ab aliis negotiis feriatus, totos quadraginta annos rerum contemplationi impertivit; qui octogesimum jam natus annum, Deum, quantum homini videre licet, vidit; imo quantum nulli alii datum est, juxta ipsum Dei testimonium: *Si fuerit propheta vester Domino, in visione ei agnoscar, et in somno loquar ei. Non ita velut servus meus Moyses, in tota domo mea fidelis est: os ad os loquar ei, in specie, et non per ænigmata* [2]. Hic itaque divinæ C ipsius faciei conspectu perinde ac angeli dignatus, ea quæ a Deo audivit, nobis refert. Audiamus igitur veritatis verba, non in humanæ sapientiæ persuasionibus [3], sed in Spiritus doctrina prolata, quorum finis laus non est audientium, sed eorum qui docentur salus.

2. *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.* Ἵστησί μου τὸν λόγον τὸ θαῦμα τῆς διανοίας. Τί πρῶτον εἴπω; πόθεν ἄρξομαι τῆς ἐξηγήσεως; Ἐλέγξω τῶν ἔξω (14) τὴν ματαιότητα; ἢ

2. *In principio fecit Deus cœlum et terram* [4]. Orationem meam admiratio hujus sententiæ sistit. Quid primum dicam? unde narrandi sumam exordium? Redarguamne ethnicorum vanitatem? an

[1] Act. VII, 20. [2] Num. XII, 6-8. [3] I Cor. II, 4. [4] Gen. I, 1.

(8) Codex Combef. ἀναχθησόμεθα. Reg. sextus ἀχθησόμεθα.

(9) Respicit Basilius ad versum 20 Actorum c. VII: Καὶ ἦν ἀστεῖος τῷ Θεῷ, *et erat gratus Deo.* Auctor vero Actorum respexerat ad versum 2 capitis II Exodi, ἰδόντες δὲ αὐτὸν ἀστεῖον, ἐσκέπασαν αὐτόν, *videntes autem eum elegantem, occultaverunt eum.* Combefisius verba Basilii sic interpretatur: *a Deo testimonium habens, quod elegans:* sed mihi persuadere non queo ejus interpretationem cuiquam probatum iri. Etenim ut locum haberet interpretatio Combefisii, sic debuisset loqui Basilius, ὁ παρὰ τοῦ Θεοῦ μαρτυρηθεὶς ἀστεῖος εἶναι, *a Deo testimonium habens, quod*, etc.; non autem scripsisset ὁ μαρτυρηθεὶς ἀστεῖος εἶναι παρὰ τῷ Θεῷ, adeo ut illud, παρὰ τῷ Θεῷ, clare et evidenter ad vocem ἀστεῖος, non ad vocem μαρτυρηθεὶς referri debeat. Melius igitur ita interpretabere: *Testimonium* [*a Scriptura*] *habens, quod gratus esset Deo*, sive *apud Deum.* Cæterum nemini paulum modo humaniori ignotum est Hebraismum esse, quo in significatione præstantiæ atque dignitatis uti solebant.

(10) Editio Paris. εἵλετο μᾶλλον. Deest μᾶλλον in editione Basil. et in nostris septem mss.

(11) Reg. sextus τῇ θεωρίᾳ τῶν ὄντων ἐνατενίζων καὶ ἀποσχολάζων. Codex alter ἀποσχολήσας. Ibidem Bodl. ὀγδοηκοστοῦ... ἔτους. Nec ita multo post mss. tres μαρτυρίαν αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ.

(12) Colb. secundus ταῦτα διαλέγεται.

(13) Editiones Paris. et Basil. λαληθέντων. At octo nostri mss. λαληθεῖσιν. Erratumne sit librariorum, an hoc dictum sit per *attractionem*, grammaticorum erit judicium. Est creditu difficile tot librarios simul errasse.

(14) *Τῶν ἔξω.* Intelligit Basilius aut eos qui omnino Deum esse negabant, aut falsorum deorum cultores.

Digitized by Google

veritatem nostram laudibus efferam? Prodiderunt multa Græcorum sapientes de natura : sed ne una quidem opinio, posteriore priorem semper antiquante, fixa inter ipsos atque inconcussa permansit. Quare dicta eorum confutare nihil nobis opus est; si quidem ad mutuam suam eversionem sufficiunt. Etenim Deum qui ignoravere, causam providam ortui præesse universorum non concessere : sed consequentia convenienter primæ suæ inscitiæ concludebant. Quamobrem nonnulli, origine universitatis rerum elementis mundi ascripta, ad causas materiales confugerunt : alii vero atomis, et corporibus partium expertibus, mole ac meatibus naturam rerum visibilium contineri finxerunt. Nunc quidem insecabilibus corporibus inter se conjunctis, nunc vero rursus discretis, generationes et corruptiones fieri, atque indurabilioribus corporibus diuturnitatis causam ex atomorum inter se complexu validiore proficisci arbitrati sunt. Sane araneæ telam texunt qui talia scribunt, qui cœli terræque et maris principia ponunt adeo tenuia, nec uspiam consistentia. Non enim noverunt dicere : *In principio fecit Deus cœlum et terram.* Quapropter ob inhabitantem in ipsis divinitatis ignorationem in hunc errorem inciderunt, ut cuncta, tanquam casu et temere mota, credant nec regi nec gubernari. Quod ipsum nobis ne accidat, is qui mundi fabricam conscripsit, statim in primis verbis per Dei nomen mentem nostram illustravit, dicens : *In principio fecit Deus.* Quam pulcher est ordo iste! Primo apposuit principium, ne qui mundum principii expertem esse opinarentur. Deinde adjecit : *Fecit*, ut ostendatur, res conditas minimam esse potentiæ opificis partem. Quemadmodum enim figulus qui eadem arte innumera effinxit vasa, neque artem, neque potentiam exhausit : ita et universi hujus opifex effectricem potentiam habens, non uno mundo circumscriptam, sed in infinitum excedentem, rerum quæ conspiciuntur magnitudines solo voluntatis nutu condidit. Itaque, si mundus et principium habet, et factus est, inquire, quis sit qui ei dedit principium, et quis illius sit conditor. Imo ne forte, si humanis inquiras ratiocinationibus a veritate aberres, hoc nos documento præoccupat, dum videlicet præstantissimum Dei nomen tanquam

ἀνυμνήσω τὴν ἡμετέραν ἀλήθειαν; Πολλὰ περὶ φύσεως ἐπραγματεύσαντο οἱ τῶν Ἑλλήνων σοφοὶ, καὶ οὐδὲ εἷς παρ' αὐτοῖς λόγος ἔστηκεν ἀκίνητος καὶ ἀσάλευτος, ἀεὶ τοῦ δευτέρου τὸν πρὸ αὐτοῦ καταβάλλοντος· ὥστε ἡμῖν μηδὲν ἔργον εἶναι τὰ ἐκείνων ἐλέγχειν· ἀρκοῦσι γὰρ ἀλλήλοις πρὸς τὴν οἰκείαν ἀνατροπήν. Οἱ γὰρ Θεὸν ἀγνοήσαντες αἰτίαν ἔμφρονα προεστάναι τῆς γενέσεως τῶν ὅλων οὐ συνεχώρησαν, ἀλλ' οἰκείως τῇ ἐξ ἀρχῆς ἀγνοίᾳ τὰ ἑφεξῆς συνεπέραναν. Διὰ τοῦτο οἱ μὲν ἐπὶ τὰς (15) ὑλικὰς ὑποθέσεις κατέφυγον, τοῖς τοῦ κόσμου στοιχείοις τὴν αἰτίαν τοῦ παντὸς ἀναθέντες· οἱ δὲ ἄτομα καὶ ἀμερῆ σώματα, καὶ ὄγκους καὶ πόρους συνέχειν τὴν φύσιν τῶν ὁρατῶν ἐφαντάσθησαν. Νῦν μὲν (16) γὰρ συνιόντων ἀλλήλοις τῶν ἀμερῶν σωμάτων, νῦν δὲ μεταB συγκρινομένων, τὰς γενέσεις καὶ τὰς φθορὰς ἐπιγίνεσθαι· καὶ τῶν (17) διαρκεστέρων σωμάτων τὴν ἰσχυροτέραν τῶν ἀτόμων ἀντεμπλοκὴν τῆς διαμονῆς τὴν αἰτίαν παρέχειν. Ὄντως ἱστὸν ἀράχνης ὑφαίνουσιν οἱ ταῦτα γράφοντες, οἱ οὕτω λεπτὰς καὶ ἀνυποστάτους ἀρχὰς οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάσσης ὑποτιθέμενοι. Οὐ γὰρ ᾔδεσαν εἰπεῖν· *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.* Διὰ τοῦτο ἀκυβέρνητα καὶ ἀδιοίκητα εἶναι τὰ σύμπαντα, ὡς ἂν τύχῃ (18) φερόμενα, ὑπὸ τῆς ἐνοικούσης αὐτοῖς ἀθεότητος ἠπατήθησαν. Ὅπερ ἵνα μὴ πάθωμεν ἡμεῖς (19), ὁ τὴν κοσμοποιΐαν συγγράψων εὐθὺς ἐν τοῖς πρώτοις ῥήμασι τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ τὴν διάνοιαν ἡμῶν κατεφώτισεν, εἰπών· *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεός* (20). Τί καλὴ ἡ τάξις; Ἀρχὴν C πρῶτον ἐπέθηκεν, ἵνα μὴ ἄναρχον αὐτὸν οἰηθῶσί τινες (21)· εἶτα ἐπήγαγε τὸ, *Ἐποίησεν*, ἵνα δειχθῇ, ὅτι ἐλάχιστον μέρος τῆς τοῦ δημιουργοῦ δυνάμεώς ἐστι τὸ ποιηθέν. Ὡς γὰρ ὁ κεραμεὺς, ἀπὸ τῆς αὐτῆς τέχνης μυρία διαπλάσας σκεύη, οὔτε τὴν τέχνην οὔτε τὴν δύναμιν ἐξανάλωσεν· οὕτω καὶ ὁ τοῦ παντὸς τούτου δημιουργὸς, οὐχ ἑνὶ κόσμῳ σύμμετρον τὴν ποιητικὴν ἔχων δύναμιν ἀλλ' εἰς τὸ ἀπειροπλάσιον ὑπερβαίνουσαν, τῇ ῥοπῇ τοῦ θελήματος μόνῃ εἰς τὸ εἶναι παρήγαγε τὰ μεγέθη τῶν ὁρωμένων. Εἰ οὖν καὶ ἀρχὴν ἔχει ὁ κόσμος, καὶ πεποίηται, ζήτει, τίς ὁ τὴν (22) ἀρχὴν αὐτῷ δοὺς, καὶ τίς ὁ ποιητής. Μᾶλλον δὲ, ἵνα μὴ ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς ἐκζητῶν παρατραπῇς που τῆς ἀληθείας, προέφθασε τῇ διδασκαλίᾳ, οἱονεὶ σφραγῖδα καὶ φυλακτήριον ταῖς

(15) Sic Regii primus et septimus cum Combef. et cum utroque Coisl. Editio Paris. Οἱ μὲν γὰρ τάς, non recte.

(16) Ita tres mss. Deest μέν in editis et in aliquibus mss. Ibidem sex mss. cum editione Basil. συντόντων. Editio Paris. συνιέντων.

(17) Sic septem mss. præter Bodl. qui mox habet ὑπερτιθέμενοι. Editio Paris. καὶ γὰρ τῶν.

(18) Unus ms. ὡς ἂν τύχοι. Mox editio Paris. ἀπατήθησαν. Editio vero Basil. et duo Regii mss. ἠπατήθησαν.

(19) Ita editio Basil. cum multis mss. At editio Paris. καὶ ἡμεῖς.

(20) Fusius duo Colbertini et Reg. sextus ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Hoc ipso in loco recte et emendate in veteribus editionibus legebatur, Τί καλή; sed, ut verbis utar Combefisii, pro τί D legi oportere ὅτι divinavit Morellus; et ita in editione Paris. edendum curavit. Sanam et veterem scripturam τί pariter cum editionibus antiquioribus tuentur et Bodl. et nostri octo mss.

(21) Reg. sextus ἄναρχον οἰηθῶσι ταύτην τινές. Sed, nisi valde fallor, ita emendatum est ab aliquo Græculo, ut vox ταύτην ad vocem præcedentem κοσμοποιΐαν referri posset. Neque tamen emendatione ulla opus erat. Basilius igitur, meo quidem judicio, non scripsit ταύτην, sed αὐτόν, uti habent editi et reliqui mss. Respiciebat enim orator optimus ad vocem κόσμος, ex qua vocabulum κοσμοποιΐα componitur.

(22) Sic codex Combef. et uterque Duc. et Bodl. cum aliis quatuor mss. et cum editione Basil. At editio Paris. cum Anglic. ζητεῖται ὁ τήν.

Digitized by Google

ψυχαῖς ἡμῶν ἐμβαλὼν τὸ πολυτίμητον ὄνομα (23) τοῦ Θεοῦ, εἰπών· *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεός.* Ἡ μακαρία φύσις, ἡ ἄφθονος ἀγαθότης, τὸ ἀγαπητὸν πᾶσι τοῖς λόγου μετειληφόσι, τὸ πολυπόθητον κάλλος, ἡ ἀρχὴ τῶν ὄντων, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, τὸ νοερὸν φῶς, ἡ ἀπρόσιτος σοφία, οὗτος *Ἐποίησεν ἐν ἀρχῇ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.*

3. Μὴ οὖν ἄναρχα φαντάζου, ἄνθρωπε, τὰ ὁρώμενα, μηδὲ, ἐπειδὴ κυκλόσε περιτρέχει τὰ κατ' οὐρανὸν κινούμενα, ἡ δὲ τοῦ κύκλου ἀρχὴ τῇ προχείρῳ αἰσθήσει ἡμῶν οὐκ εὐληπτος, ἄναρχον εἶναι νομίσῃς τῶν κυκλοφορικῶν σωμάτων τὴν φύσιν. Οὐδὲ γὰρ ὁ κύκλος οὗτος, τὸ ἐπίπεδον λέγω σχῆμα τὸ ὑπὸ μιᾶς γραμμῆς περιεχόμενον, ἐπειδὴ διαφεύγει (24) τὴν ἡμετέραν αἴσθησιν, καὶ οὔτε ὅθεν ἤρξατο ἐξευρεῖν (25) δυνάμεθα, οὔτε εἰς ὃ κατέληξεν, ἤδη καὶ ἄναρχον αὐτὸν ὀφείλομεν ὑποτίθεσθαι. Ἀλλὰ κἂν τὴν αἴσθησιν διαφεύγῃ, τῇ γε ἀληθείᾳ πάντως ἀπό τινος ἤρξατο ὁ κέντρῳ καὶ διαστήματί τινι περιγράψας αὐτόν. Οὕτω καὶ σὺ μὴ, ἐπειδὴ εἰς ἑαυτὰ συννεύει τὰ κύκλῳ κινούμενα, τὸ τῆς κινήσεως αὐτῶν ὁμαλὸν, καὶ μηδενὶ μέσῳ (26) διακοπτόμενον, τὴν τοῦ ἄναρχον τὸν κόσμον καὶ ἀτελεύτητον εἶναί σοι πλάνην ἐγκαταλίπῃ. *Παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου·* καὶ, *Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται* (27). Προαναφώνησις τῶν περὶ συντελείας δογμάτων καὶ περὶ τῆς τοῦ κόσμου μεταποιήσεως, τὰ νῦν ἐν βραχέσι κατὰ τὴν στοιχείωσιν τῆς θεοπνεύστου διδασκαλίας παραδιδόμενα. *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεός.* Τὰ ἀπὸ χρόνου ἀρξάμενα πᾶσα ἀνάγκη καὶ ἐν χρόνῳ συντελεσθῆναι. Εἰ (28) ἀρχὴν ἔχει χρονικὴν, μὴ ἀμφιβάλῃς περὶ τοῦ τέλους. Γεωμετρίαι γὰρ καὶ ἀριθμητικαὶ μέθοδοι, καὶ αἱ περὶ τῶν στερεῶν πραγματεῖαι, καὶ ἡ πολυθρύλλητος ἀστρονομία, ἡ πολυάσχολος ματαιότης, πρὸς ποῖον καταστρέφουσι τέλος; Εἴπερ οἱ περὶ ταῦτα ἐσπουδακότες συναΐδιον εἶναι τῷ κτίστῃ τῶν ὅλων Θεῷ καὶ τὸν ὁρώμενον τοῦτον κόσμον διενοήθησαν, πρὸς τὴν αὐτὴν δόξαν ἀγαγόν-

A sigillum et antidotum in animis nostris imprimit, dicens: *In principio fecit Deus.* Beata natura, ingens bonitas, idipsum quod omnibus rationis participibus est amabile, pulchritudo valde desiderabilis, eorum quæ exsistunt principium, fons vitæ, spiritualis lux, sapientia inaccessa, hic, *In principio fecit cœlum et terram.*

3. Ne igitur cogites, o homo, ea quæ conspiciuntur, principio carere: et quia ea quæ in cœlo moventur, circumaguntur circulatim, circulique principium prompto sensu a nobis percipi non potest, ne idcirco naturam eorum corporum quæ orbiculatim moventur putaveris principii esse expertem. Neque enim circulum hunc (figuram dico planam una linea circumscriptam), quoniam sensum nostrum effugit, aut quoniam neque unde cœperit, neque in quid desinat invenire possumus, continuo et principii exsortem esse statuere debemus. Verum, tametsi sensum fugit, revera tamen omnino cœpit a quopiam, qui eum centro et quodam intervallo circumscripserit. Sic et tu, quoniam quæ in orbem versantur, eodem redeunt, ne ob hanc motus ipsorum æquabilitatem nullo interstitio interruptam, falso arbitreris, mundum principio ac fine destitui. *Transit enim figura hujus mundi*[5]. Et, *Cœlum et terra transibunt*[6]. Quæ nunc breviter initio doctrinæ divinitus inspiratæ traduntur, dogmata de consummatione, deque mundi immutatione præcinunt: *In principio fecit Deus.* Quæ a tempore initium duxerunt, ea in tempore etiam necesse est omnino interire. Si temporale initium accepere, ne dubites de fine. Nam geometria, rationes arithmeticæ, inquisitiones de solidis, astronomia adeo decantata, negotiosissima vanitas, ad qualem finem divertunt? Siquidem harumce rerum studiosi hunc mundum visibilem sempiternum esse una cum conditore universorum Deo decreverunt; mundo circumscripto, eidemque corpus ex materia compactum habenti

[5] I Cor. VII, 31. [6] Matth. XXIV, 35.

(23) Colb. secundus πολύτιμον ὄνομα. Nec ita multo post idem codex cum Combef. τὸ ἀγαπητὸν... ἀξίωμα, *majestas amabilis.* Ibidem unus Reg. μετετληχόσι. Infra Bodl. cum editis ἐπειδὴ κύκλῳ σε. Coisl. secundus ἐν κύκλῳ σε, duabus itidem vocibus. At Reg. sextus unica voce κύκλωσε: sed scribendum, ni fallor, κυκλόσε, non κύκλωσε.

(24) Editi διαφεύγῃ. At uterque Duc. et alii duo mss. διαφεύγει. Statim mss. sex καὶ οὔτε. Deest καί in editis.

(25) Colb. primus εὑρεῖν. Mox idem ms. τὸ εἶδος διαφεύγῃ. Editi διαφεύγει. Nec ita multo post mss. quinque ὁ κέντρῳ. Editi ὁ τῷ κέντρῳ.

(26) Sic uterque Duc. et Anglic. et Colb. secundus cum Regiis primo et quinto. Editi cum Colb. primo μηδενὶ μέσον, male. Mox editio Basil. cum Colb. primo ἐγκαταλείπῃ, Reg. secundus ἐγκαταλίποι. Editio Paris. cum aliquibus mss. ἐγκαταλίπῃ.

(27) Editi cum Reg. primo et cum sacro textu παρελεύσονται. At quinque alii mss. παρελεύσεται. Haud longe Colb. primus παραδεδομένα.

(28) Sic editio Basil. cum sex mss. At editio Paris. εἰ γάρ. Mox quinque mss. ἀμφιβάλῃς. Editi ἀμφιβάλλῃς. Quod ait Combefisius, hanc Basilii doctrinam *nihil firmam esse*, id temere dictum putamus. Causa autem cur ita judicet, hæc est, quod angeli animaque cœperint, nec tamen sint unquam desituri. Sed quis non videt inmerenti Basilio litem inferri, cum constet eum hoc loco non de angelis aut de anima, sed de solis rebus visibilibus locutum fuisse? Ipsum audiamus: *Siquidem*, inquit, *harumce rerum studiosi visibilem hunc mundum sempiternum esse una cum conditore universorum Deo decreverunt.* Cum igitur angeli et anima per se non sint aspectabiles, nec oculis cerni possint, neque de hac, neque de illis verba Basilii debent accipi. Is unicus scopus est Patris gravissimi ac propositum, ut ostendat, mundum per se et suapte natura æternum non esse, sed quidquid visibile est in mundo atque sensibile, id omne corruptioni subjacere. Hanc autem ejus rei causam Basilius ipse statim affert: *Nec hoc quidem*, inquit, *animadvertere potuerunt, quod necesse sit totum, cujus partes corruptioni et mutationi subjacent, ipsum quoque aliquando iisdem affectionibus obnoxium esse, atque illius partes.* Quod argumentandi genus pace viri doctissimi dixerim multum habere momenti atque roboris. Basilium secutus est Ambrosius, lib. I *in Hexaem.* pag. 6, num. 10.

Digitized by Google

apmdem gloriam atque incomprehensibili naturæ et invisibili tribuentes. Ne hoc quidem animadvertere potuerunt, quod necesse sit et totum cujus partes corruptioni et mutationi subjacent, iisdem aliquando obnoxium esse affectionibus, atque ipsius partes. Sed usque adeo *Evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum, et dicentes se esse sapientes*, ita *stulti facti sunt*[1], ut alii quidem simul cum Deo cœlum ab æterno exsistere affirmarint; alii vero illud ipsum esse Deum sine principio et sine fine, atque gubernationis rerum singularum causam esse statuerint.

4. Profecto isthæc mundanæ sapientiæ copia eis aliquando condemnationem accerset graviorem, quippe quia adeo acutum in vanis rebus cernentes, suapte sponte in intelligenda veritate obcæcati sunt. Qui porro spatia dimetiuntur stellarum, assignantque quænam semper affulgeant, et quænam septentrionales sint, et qui sitas circa austrinum polum stellas illic quidem habitantibus 5 conspicuas, nobis vero ignotas describunt, et latitudinem aquilonarem ac zodiacum circulum innumeris spatiis dividunt, et astrorum conversiones, stabilitatem, declinationes, eorumque omnium ad prima loca motum diligenter observant, et quanto tempore unumquodque siderum errantium circuitum suum expleat: ii unam ex omnibus artem non invenere, qua agnoscerent Deum esse universi opificem, et justum judicem, actiones vitæ pro merito remunerantem; neque hanc consummationis cogitationem judicii doctrinæ consentaneam in animum sibi induxerunt, mundum videlicet necessario mutatum iri, si et animarum status ad aliam vitæ rationem sit transiturus. Quemadmodum enim præsens vita naturam huic mundo affinem habebat: ita etiam futura animarum nostrarum vivendi ratio sortem exceptura est suo statui convenientem. At vero tantum abest, ut hi studium impertiant hisce veritatibus, ut etiam effusis cachinnis irrideant nos, cum de mundi hujus consummatione et de sæculi regeneratione verba facimus. Cum autem principium secundum naturam prius statuatur, quam ea, quæ ab ipso proficiscuntur, necessario tum cum de his quæ a tempore habent, quod sint, dissereret; hanc omnibus anteposuit vocem, inquiens: *In principio fecit.*

[1] Rom. I, 21, 22.

τες (29) τὸν περιγεγραμμένον καὶ σῶμα ἔχοντα ὑλικὸν, τῇ ἀπεριλήπτῳ καὶ ἀοράτῳ φύσει, μηδὲ τοσοῦτον δυνηθέντες ἐννοηθῆναι, ὅτι οὗ τὰ μέρη φθοραῖς καὶ ἀλλοιώσεσιν ὑπόκειται, τούτου καὶ τὸ ὅλον ἀνάγκη ποτὲ τὰ αὐτὰ παθήματα τοῖς οἰκείοις μέρεσιν ὑποστῆναι. Ἀλλὰ τοσοῦτον *Ἐματαιώθησαν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία, καὶ φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν*, ὥστε οἱ μὲν συνυπάρχειν ἐξ ἀϊδίου τῷ Θεῷ τὸν οὐρανὸν ἀπεφήναντο· οἱ δὲ αὐτὸν εἶναι Θεὸν ἄναρχόν τε (30) καὶ ἀτελεύτητον, καὶ τῆς τῶν κατὰ μέρος οἰκονομίας αἴτιον.

4. Ἧπου αὐτοῖς ἡ περιουσία τῆς τοῦ κόσμου σοφίας προσθήκην οἴσει ποτὲ τῆς χαλεπῆς κατακρίσεως, ὅτι οὕτως ὀξὺ περὶ τὰ μάταια βλέποντες, ἐκόντες πρὸς τὴν σύνεσιν τῆς ἀληθείας ἀπετυφλώθησαν. Ἀλλ' οἱ τῶν (31) ἄστρων τὰ διαστήματα καταμετροῦντες, καὶ τοὺς ἀειφανεῖς αὐτῶν καὶ ἀρκτῴους ἀπογραφόμενοι (32), καὶ ὅσοι περὶ τὸν νότιον πόλον κείμενοι τοῖς μέν εἰσι φανεροὶ, ἡμῖν δὲ ἄγνωστοι· καὶ βόρειον πλάτος, καὶ ζωδιακὸν κύκλον μυρίοις διαστήμασι διαιροῦντες· καὶ ἐπαναφορὰς ἄστρων, καὶ στηριγμοὺς, καὶ ἀποκλίσεις, καὶ πάντων τὴν ἐπὶ τὰ προηγούμενα κίνησιν δι' ἀκριβείας τηρήσαντες· καὶ διὰ πόσου χρόνου τῶν πλανωμένων ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ περίοδον ἐκπληροῖ· μίαν τῶν πασῶν μηχανὴν οὐκ ἐξεῦρον πρὸς τὸ τὸν Θεὸν ἐννοῆσαι ποιητὴν τοῦ παντὸς, καὶ κριτὴν δίκαιον, τὴν ἀξίαν ἀντίδοσιν τοῖς βεβιωμένοις ἐπάγοντα· οὐδὲ τῷ περὶ τῆς κρίσεως λόγῳ τὴν ἀκόλουθον τῆς συντελείας ἔννοιαν ἐπιγνῶναι, ὅτι ἀνάγκη μεταποιηθῆναι τὸν κόσμον, εἰ μέλλοι καὶ ἡ τῶν ψυχῶν κατάστασις πρὸς ἕτερον εἶδος ζωῆς μεταβάλλειν. Ὥσπερ γὰρ ἡ παροῦσα ζωὴ συγγενῆ ἔσχε τοῦ κόσμου τούτου τὴν φύσιν, οὕτω καὶ ἡ μέλλουσα τῶν ψυχῶν ἡμῶν διαγωγὴ οἰκείαν (33) τῇ καταστάσει ὑποδέξεται τὴν λῆξιν. Οἱ δὲ τοσοῦτον ἀπέχουσιν ὡς ἀληθέσι τούτοις προσέχειν, ὥστε καὶ πλατὺν γέλωτα καταχέουσιν ἡμῶν περὶ συντελείας τοῦ κόσμου τούτου καὶ παλιγγενεσίας αἰῶνος ἀπαγγελλόντων. Ἐπειδὴ δὲ ἡ ἀρχὴ κατὰ φύσιν προτέτακται τῶν ἀπ' αὐτῆς, ἀναγκαίως περὶ τῶν ἀπὸ χρόνου τὸ εἶναι ἐχόντων διαλεγόμενος, ταύτην ἁπάντων προέταξε τὴν φωνὴν, εἰπών· *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν* (34).

29) Colb. secundus ἄγοντες. Nec ita multo post Colb. primus καὶ ἀσωμάτῳ φύσει.

(30) Sic libri veteres. Deest τε in vulgatis.

(31) Colb. secundus ἄλλοι τῶν: cui lectioni favet Eustathius, qui sic vertit: *Alii stellarum intervalla dinumerant.*

(32) Ita codices septem. Editi ὑπογραφόμενοι. Mox quatuor mss. εἰσὶ κείμενοι. Vox εἰσὶ deest in aliquibus mss. et in editis. Hoc ipso in loco uterque Duc. cum utroque Colb. et cum Reg. quinto τοῖς μέν εἰσι φανεροί. Editi cum Reg. primo εἰσὶ φαινόμενοι. Haud longe editio Basil. ἀποκλείσεις, *exclusiones*, corrupte. Editio Paris. cum multis mss. ἀποκλίσεις, emendate.

(33) Colb. primus οἰκείαν τὴν κατάστασιν ἀποδέξεται καὶ τὴν λῆξιν, *proprium statum et sedem excipiet.*

(34) Antiqui duo libri ἐποίησεν ὁ Θεός. Illud, quod sequitur, ἦν γάρ τι, etc., male a Combefisio accipi puto. Ejus hæc sunt: *Basilii hæc sententia, Græcorum communis, creatos angelos ante mundum corporeum, in quam nihildum statutum est, sed in carcerem animarum Origenianum.* Sed propterea non statim debuit Combefisius Basilium reponere in numero eorum, qui expresse et asseveranter dicunt angelos ante mundum visibilem corporeumque esse creatos, cum Basilius hanc opinionem non proferat tanquam certam atque indubitatam, sed tanquam verisimilem, et quam multi amplectantur. Addit enim, ὡς ἔοικε, *ut verisimile est, ut videtur, ut conjicere licet.* Imo, quod sæpe fit, si illud, ὡς ἔοικε, ita interpretemur: *ut fertur, ut aiunt:* magis patebit

Digitized by Google

5. Ἦν γάρ τι, ὡς ἔοικε, καὶ πρὸ τοῦ κόσμου τούτου, ὃ τῇ μὲν διανοίᾳ ἡμῶν ἐστι θεωρητὸν, ἀνιστόρητον δὲ κατελείφθη διὰ τὸ τοῖς εἰσαγομένοις ἔτι καὶ νηπίοις κατὰ τὴν γνῶσιν ἀνεπιτήδειον. Ἦν τις πρεσβυτέρα τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως κατάστασις ταῖς ὑπερκοσμίοις δυνάμεσι πρέπουσα, ἡ ὑπέρχρονος, ἡ αἰωνία ἡ ἀΐδιος. Δημιουργήματα δὲ ἐν αὐτῇ ὁ τῶν ὅλων κτίστης καὶ δημιουργὸς ἀπετέλεσε, φῶς νοητὸν πρέπον τῇ μακαριότητι τῶν φιλούντων τὸν Κύριον, τὰς λογικὰς καὶ ἀοράτους φύσεις, καὶ πᾶσαν τὴν τῶν νοητῶν διακόσμησιν, ὅσα τὴν ἡμετέραν διάνοιαν ὑπερβαίνει, ὧν οὐδὲ τὰς ὀνομασίας ἐξευρεῖν δυνατόν. Ταῦτα (35) τοῦ ἀοράτου κόσμου συμπληροῖ τὴν οὐσίαν, ὡς διδάσκει ἡμᾶς ὁ Παῦλος, λέγων· *Ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, εἴτε ὁρατὰ, εἴτε ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι, εἴτε δυνάμεις,* εἴτε ἀγγέλων στρατιαὶ, εἴτε ἀρχαγγέλων ἐπιστασίαι· ὅτε δὲ ἔδει λοιπὸν καὶ τὸν κόσμον τοῦτον ἐπεισαχθῆναι τοῖς οὖσι, προηγουμένως (36) μὲν διδασκαλεῖον καὶ παιδευτήριον τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν· ἔπειτα μέντοι καὶ ἀπαξαπλῶς πάντων τῶν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ ἐπιτήδειον ἐνδιαίτημα. Συμφυὴς ἄρα τῷ κόσμῳ καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ ζώοις τε καὶ φυτοῖς ἡ τοῦ χρόνου διέξοδος ὑπέστη, ἐπειγομένη ἀεὶ καὶ παραῤῥέουσα, καὶ μηδαμοῦ παυομένη τοῦ δρόμου. Ἢ οὐχὶ τοιοῦτος ὁ χρόνος, οὗ τὸ μὲν παρελθὸν ἠφανίσθη, τὸ δὲ μέλλον οὔπω πάρεστι, τὸ δὲ παρὸν πρὶν γνωσθῆναι διαδιδράσκει τὴν αἴσθησιν; Τοιαύτη δέ τις καὶ τῶν γινομένων ἡ φύσις, ἣ αὐξανομένη πάντως, ἣ φθίνουσα, τὸ δὲ ἱδρυμένον καὶ στάσιμον οὐκ ἐπίδηλον ἔχουσα. Ἔπρεπεν οὖν τοῖς ζώων τε καὶ φυτῶν σώμασιν, οἱονεὶ (37) ῥεύματί τινι πρὸς ἀνάγκην ἐνδεδεμένοις, καὶ τῇ πρὸς γένεσιν ἢ φθορὰν ἀγούσῃ κινήσει συνεχομένοις, ὑπὸ τῆς τοῦ χρόνου φύσεως περιέχεσθαι, συγγενῆ τοῖς ἀλλοιουμένοις κεκτημένου (38) τὴν ἰδιότητα. Ἐντεῦθεν οἰκείως ἐπέβαλε τῷ περὶ αὐτὸν λόγῳ ὁ σοφῶς (39) ἡμᾶς τοῦ κόσμου τὴν γένεσιν ἐκδιδάσκων, εἰπών· *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησε*· τουτέστιν, ἐν ἀρχῇ ταύτῃ τῇ κατὰ χρόνον. Οὐ γὰρ δὴ κατὰ πρεσβυγένειαν πάντων τῶν γενομένων προέχειν αὐτὸν μαρτυρῶν λέγει ἐν ἀρχῇ γεγονέναι, ἀλλὰ μετὰ τὰ ἀόρατα καὶ νοούμενα τῶν ὁρατῶν τούτων καὶ αἰσθήσει ληπτῶν τὴν ἀρχὴν τῆς ὑπάρξεως διηγεῖται. Λέγεται μὲν οὖν

5. Nam et ante hunc mundum, ut verisimile est, erat aliquid quod nostra quidem cogitatione possumus assequi, sed narrationem ideo effugit, quod id his, qui instituuntur, suntque adhuc in cognitione infantes, nequaquam congruebat. Erat status quidam mundi ortu antiquior, cœlestibus potestatibus conveniens, transcendens tempus omne, æternus, perpetuus. Opificia autem conditor et artifex omnium eo in statu perfecit, spiritualem lucem, eorum qui Dominum diligunt beatitudini consonam, rationales et invisibiles naturas, et intelligibilium creaturarum quæ nostrum captum superant ornatum omnem : quorum ne nomina quidem possumus excogitare. Hæc complent invisibilis mundi essentiam, velut nos docet Paulus, dicens : *Quoniam in ipso condita sunt universa, sive visibilia, sive invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates*[6], sive angelorum exercitus, sive archangelorum præfecturæ. Tum demum oportebat, et hunc mundum rebus jam exstantibus adjungi, qui esset in primis idoneus locus edocendis animabus hominum atque erudiendis : dein in universum, ut aptum cunctis rebus quæ generationi et corruptioni obnoxiæ sunt, domicilium foret. Itaque huic mundo productisque in ipso tum animalibus tum plantis 6 affinis facta est temporis successio, quæ semper urgetur, præterfluitque, nec unquam a cursu quiescit. Annon ejusmodi est tempus, cujus pars præterita evanuit, futura nondum adest, præsens sensum prius fugit quam cognoscatur? Quin etiam talis exsistit eorum quæ fluunt natura, aut augescens omnino, aut deficiens, nec conspicuam firmitatem aut stabilitatem obtinens. Itaque animalium stirpiumque corpora, quæ ad fluxionem quampiam necessitate astringuntur, quæque motioni generationis corruptionisque conciliatrici obnoxia sunt, par erat a temporis natura proprietatem mutabilibus cognatam habente contineri. Hinc qui nos mundi ortum sapienter edocet, habendum de ipso sermonem apte aggressus est, dicens : *In principio fecit*; hoc est, in eo temporis principio. Etenim non quod mundum rebus omnibus conditis antiquitate præire testetur, ait eum in principio factum fuisse; sed narrat has res visibiles ac sensibiles post invi-

[6] Coloss. I, 16.

Basilium hanc sententiam non proprie proposuisse ut suam, sed ut aliorum. Scio quidem voces ὡς ἔοικε reddi posse aliquando *ut constat, plane, utique*, sed hæc interpretandi ratio rara est et insolita; et solum adhiberi debet tum, cum series orationis ita postulat : id quod hic locum non habere vident, opinor, omnes. Ad hæc Basilius hom. 2, num. 5, se ipse clare ac diserte explicat, dum ait : Εἴπερ τι ἦν πρὸ τῆς αἰσθητοῦ τούτου καὶ φθαρτοῦ κόσμου συστάσεως, *Si quid erat ante constitutionem mundi hujus sensibilis atque corruptioni obnoxii*, aut *si modo fuerit quidpiam*, etc. Ex quibus intelligitur, Basilium hanc de angelorum præexsistentia sententiam dubitanter, non asseveranter proposuisse.

(35) Ita editio Basil. et mss. septem. Editio Paris. ταῦτα γάρ.

(36) Reg. quintus προηγούμενον. Editi et multi mss. προηγουμένως. Mox Colb. primus τῶν ἡμετέρων ψυχῶν.

(37) Editi οἷον. At mss. quatuor οἱονεί. Statim Colb. primus γένεσιν καὶ φθ.

(38) Hic inter se variant nostri tum calamo notati, tum typis descripti libri. Editio Basil. et Regii primus et septimus cum Colb. secundo et cum Coisl. itidem secundo κεκτημένῳ. Editio Paris. κεκτημένης. Colb. primus κεκτημένοι. Reg. sextus κεκτημένοις. Regii secundus et quintus cum Coisl. primo κεκτημένου : quam ultimam lectionem cæteris prætulimus; non quod conveniat magis quam lectio editionis Parisiensis, sed quod aliquot codicum auctoritate nitatur.

(39) Ita mss. quinque. Editi vero ὁ σοφός.

Digitized by Google

sibiles ac spirituales exsistere cœpisse. Et quidem primus etiam motus principium dicitur : exempli causa : *Principium viæ bonæ, facere justa*[9]. Nam a justis actionibus primum movemur ad beatam vitam. Rursus principium etiam dicitur unde fit aliquid ; cum scilicet aliud inest, uti fundamentum in domo, et carina in navi ; juxta quam acceptionem dictum est : *Principium sapientiæ, timor Domini* [10]. Pietas enim est velut basis ac fundamentum ad perfectionem. Est et artificialium operum principium ars ; sicut Beseleelis sapientia, ornatus tabernaculi principium erat. Quin et utilis finis eorum quæ fiunt, plerumque actionum est principium, verbi gratia, concilianda Dei gratia eleemosynæ principium est. Item promissorum finis, actionis cujuscunque a virtute proficiscentis est principium.

A ἀρχὴ καὶ ἡ πρώτη κίνησις· ὡς, Ἀρχὴ ὁδοῦ ἀγαθῆς τὸ ποιεῖν δίκαια· ἀπὸ γὰρ τῶν δικαίων πράξεων πρῶτον κινούμεθα πρὸς τὸν μακάριον βίον· λέγεται δὲ ἀρχὴ καὶ ὅθεν γίνεταί τι, τοῦ (40) ἐνυπάρχοντος αὐτῷ ἑτέρου, ὡς ἐπὶ οἰκίας θεμέλιος, καὶ ἐπὶ πλοίου ἡ τρόπις, καθὸ εἴρηται· Ἀρχὴ σοφίας φόβος Κυρίου. Οἷον γὰρ κρηπὶς καὶ βάθρον (41) πρὸς τὴν τελείωσιν ἡ εὐλάβεια. Ἀρχὴ δὲ καὶ τῶν τεχνικῶν ἔργων ἡ τέχνη· ὡς ἡ σοφία Βεσελεὴλ, τοῦ περὶ τὴν σκηνὴν κόσμου. Ἀρχὴ δὲ πράξεων πολλάκις καὶ τὸ εὔχρηστον τέλος τῶν γινομένων· ὡς τῆς ἐλεημοσύνης ἡ παρὰ Θεοῦ ἀποδοχή, καὶ πάσης τῆς κατ' ἀρετὴν ἐνεργείας τὸ ἐν ἐπαγγελίαις ἀποκείμενον τέλος.

6. Cum igitur tot modis dicatur principium, consideres velim, eane vox singulis significatis conveniat. Etenim a quo tempore structura mundi hujus cœperit, discere potes ; si modo ex præsenti ad superiores ætates progressus, primam originis mundi diem invenire contendas. Hoc namque pacto reperies, unde insit tempori motus primus : deinde, quod tanquam fundamenta quædam et bases cœlum et terra præstructa sint : tum, quod sit industria quædam ratio quæ, uti tibi vox principii indicat, rerum visibilium præest ornatui ac ordini. Denique deprehendes excogitatum fuisse mundum non temere neque frustra, sed ad finem quemdam utilem, et magno usui cunctis rebus futurum : siquidem est revera animarum ratione præditarum gymnasium ; et locus est in quo Dei comparatur cognitio : quippe per res visibiles sensibilesque mentem quasi manu ducit ad invisibilium contemplationem ; uti ait Apostolus : *Invisibilia a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur* [11]. Aut fortasse quia opificium illud in momento et citra ullam temporis moram absolutum est, ideo dictum 7 fuit : *In principio fecit ;* quandoquidem principium est quiddam insecabile, ac dimensionis expers. Quemadmodum enim principium viæ, nondum est via, et domus principium, nequaquam domus est : sic et temporis principium, nondum tempus est, imo neque pars ipsius minima. Quod si quispiam altercans dicat principium tempus esse ; is sibi illud in temporis partes dividendum esse sciat. Hæ autem sunt, principium, medium, et finis. Atqui principium principii excogitare prorsus ridiculum est. Et

B 6. Τοσαυταχῶς οὖν λεγομένης τῆς ἀρχῆς, σκόπει εἰ μὴ πᾶσι τοῖς σημαινομένοις ἡ παροῦσα φωνὴ ἐφαρμόσει. Καὶ γὰρ ἀφ' οὗ χρόνου ἤρξατο ἡ τοῦ κόσμου τούτου σύστασις, δυνατόν σοι μαθεῖν, ἐάν γε, ἐκ τοῦ παρόντος εἰς τὸ κατόπιν ἀναποδίζων, φιλονεικήσῃς (42) εὑρεῖν τὴν πρώτην ἡμέραν τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως. Εὑρήσεις γὰρ οὕτως, πόθεν τῷ χρόνῳ ἡ πρώτη κίνησις, ἔπειτα, ὅτι καὶ οἱονεὶ θεμέλιοί τινες καὶ κρηπῖδες προκατεβλήθησαν ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ· εἶτα, ὅτι ἔστι τις τεχνικὸς λόγος ὁ καθηγησάμενος τῆς τῶν ὁρωμένων διακοσμήσεως, ὡς ἐνδείκνυταί σοι ἡ φωνὴ τῆς ἀρχῆς· καὶ τὸ μὴ εἰκῇ μηδὲ μάτην, ἀλλὰ πρός τι τέλος ὠφέλιμον καὶ μεγάλην χρείαν τοῖς οὖσι συνεισφερόμενον ἐπινενοῆσθαι (43) τὸν κόσμον, εἴπερ τῷ ὄντι ψυχῶν λογικῶν διδασκαλεῖον καὶ θεογνωσίας C ἐστὶ παιδευτήριον, διὰ τῶν ὁρωμένων καὶ αἰσθητῶν χειραγωγίαν τῷ νῷ παρεχόμενος (44) πρὸς τὴν θεωρίαν τῶν ἀοράτων, καθά φησιν ὁ Ἀπόστολος, ὅτι Τὰ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται. Ἢ τάχα διὰ τὸ ἀκαριαῖον καὶ ἄχρονον τῆς δημιουργίας εἴρηται τὸ, Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν, ἐπειδὴ ἀμερές τι καὶ ἀδιάστατον ἡ ἀρχή. Ὡς γὰρ ἡ ἀρχὴ τῆς ὁδοῦ οὔπω ὁδός, καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς οἰκίας οὐκ οἰκία, οὕτω καὶ ἡ τοῦ χρόνου ἀρχὴ οὔπω χρόνος, ἀλλ' οὐδὲ μέρος αὐτοῦ τὸ ἐλάχιστον. Εἰ δὲ φιλονεικῶν τις χρόνον εἶναι λέγοι τὴν ἀρχήν, γινωσκέτω, ὅτι διαιρήσει αὐτὴν εἰς τὰ τοῦ χρόνου μέρη. Ταῦτα δέ ἐστιν, ἀρχὴ, καὶ μέσα (45), καὶ τελευτή. Ἀρχὴν δὲ ἀρχῆς ἐπινοεῖν παντελῶς καταγέλαστον. D Καὶ ὁ διχοτομῶν τὴν ἀρχὴν δύο ποιήσει ἀντὶ μιᾶς, μᾶλλον δὲ πολλὰς καὶ ἀπείρους, τοῦ διαιρεθέντος ἀεὶ εἰς ἕτερα τεμνομένου. Ἵνα τοίνυν διδαχθῶμεν ὁμοῦ

[9] Prov. xvi, 5. [10] Prov. i, 7. [11] Rom. i, 20.

(40) Editi et mss. nonnulli τι τοῦ ἐνυπ. Alii sex mss. τι ἐνυπάρχοντος. Addidimus vocem ἑτέρου ex Colb. secundo. Mox Reg. quintus ὥσπερ ἐπὶ οἰκίας θεμέλιοι.

(41) Codex Combef. cum duobus aliis ὑποβάθρα. Ad marginem Coisl. primi in modum scholii apposita sunt illa, ὑποβάθρα, θεμέλιος, ἐστὶ δὲ καὶ εἶδος ὑποδήματος. Illud, ὑποβάθρα, *est fundamentum, est quoque genus calceamenti.* Beseleel autem, cujus statim commendatur sapientia, ille erat præcipuus ac sapiens artifex, qui præfectus fuerat conficiendo tabernaculo, etc., Exodi xxxi.

(42) Editi cum Colb. secundo φιλονεικήσεις. Alii quinque mss. φιλονεικήσῃς.

(43) Codex unus ἐπινοεῖσθαι.

(44) Editi παρεχόμενον. Antiqui octo libri παρεχόμενος : quam scripturam ex eo veram esse intelligitur, quod vox κόσμος subaudiatur, ad quam referri debet vox παρεχόμενος.

(45) Codex Combef. cum aliis sex mss. et cum editione Basil. μέσα : ubi suppleas velim μέρη. Editio Paris. μέσον. Hoc ipso in loco Colb. secundus καὶ τελευταῖα. Coisl. primus τέλη.

Digitized by Google

τῇ βουλήσει τοῦ Θεοῦ ἀχρόνως συνυφεστάναι τὸν κόσμον, εἴρηται τὸ, *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν*. Ὅπερ ἕτεροι τῶν ἑρμηνευτῶν (46), σαφέστερον τὸν νοῦν ἐκδιδόντες, εἰρήκασιν· *Ἐν κεφαλαίῳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς*, τουτέστιν, ἀθρόως καὶ ἐν ὀλίγῳ. Τὰ μὲν οὖν περὶ ἀρχῆς, ὡς ὀλίγα ἀπὸ πολλῶν εἰπεῖν, ἐπὶ τοσοῦτον. A qui bipartito principium secat, pro uno duo efficiet; imo multa et infinita; dum quod dividitur, id semper in alia resecabitur. Igitur ut mundum voluntate Dei citra ullam temporis moram simul substitisse edoceamur, dictum est: *In principio fecit*. Quod ipsum interpretes alii sententiam dilucidius redentes, dixerunt: *In capitulo fecit Deus*, hoc est, subito et brevi. At enim hactenus de principio, ut pauca de multis dicamus.

7. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῶν τεχνῶν αἱ μὲν ποιητικαὶ λέγονται, αἱ δὲ πρακτικαὶ, αἱ δὲ θεωρητικαί· καὶ τῶν μὲν θεωρητικῶν τέλος ἐστὶν ἡ κατὰ νοῦν ἐνέργεια, τῶν δὲ πρακτικῶν αὐτὴ ἡ τοῦ σώματος κίνησις, ἧς παυσαμένης οὐδὲν ὑπέστη οὐδὲ παρέμεινε τοῖς ὁρῶσιν· ὀρχήσεως γὰρ καὶ αὐλητικῆς τέλος οὐδὲν, ἀλλ' αὐτὴ εἰς ἑαυτὴν ἡ ἐνέργεια καταλήγει· ἐπὶ δὲ τῶν ποιητικῶν τεχνῶν, καὶ παυσαμένης (47) τῆς B ἐνεργείας, προκείμενόν ἐστι τὸ ἔργον· ὡς οἰκοδομικῆς καὶ τεκτονικῆς καὶ χαλκευτικῆς καὶ ὑφαντικῆς, καὶ ὅσαι τοιαῦται, αἳ (48), κἂν μὴ παρῇ ὁ τεχνίτης, ἱκανῶς ἐν ἑαυταῖς τοὺς τεχνικοὺς λόγους ἐμφαίνουσι, καὶ ἔξεστί σοι θαυμάσαι τὸν οἰκοδόμον ἀπὸ τοῦ ἔργου, καὶ τὸν χαλκέα καὶ τὸν ὑφάντην. Ἵνα οὖν δειχθῇ, ὅτι ὁ κόσμος τεχνικόν ἐστι κατασκεύασμα, προκείμενον πᾶσιν εἰς θεωρίαν, ὥστε δι' αὐτοῦ τὴν τοῦ ποιήσαντος αὐτὸν σοφίαν ἐπιγινώσκεσθαι, οὐκ ἄλλῃ τινὶ φωνῇ ἐχρήσατο ὁ σοφὸς Μωϋσῆς περὶ αὐτοῦ, ἀλλ' εἶπεν (49)· *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν*· οὐχὶ ἐνήργησεν, οὐδὲ ὑπέστησεν, ἀλλὰ *Ἐποίησεν*. Καὶ καθότι πολλοὶ τῶν φαντασθέντων συνυπάρχειν ἐξ ἀϊδίου τῷ Θεῷ τὸν κόσμον, οὐχὶ γεγενῆσθαι παρ' αὐτοῦ (50) συνεχώρησαν, ἀλλ' οἱονεὶ C ἀποσκίασμα τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ὄντα αὐτομάτως παρυποστῆναι· καὶ αἴτιον μὲν αὐτοῦ ὁμολογοῦσι τὸν Θεὸν, αἴτιον δὲ ἀπροαιρέτως, ὡς τῆς σκιᾶς τὸ σῶμα, καὶ τῆς λαμπηδόνος τὸ ἀπαυγάζον· τὴν οὖν τοιαύτην ἀπάτην ἐπανορθούμενος ὁ προφήτης, τῇ ἀκριβείᾳ ταύτῃ τῶν ῥημάτων ἐχρήσατο εἰπών· *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεός*. Οὐχὶ αὐτὸ τοῦτο (51) τὴν αἰτίαν τοῦ εἶναι παρέσχεν, ἀλλ' ἐποίησεν ὡς ἀγαθὸς τὸ χρήσιμον, ὡς σοφὸς τὸ κάλλιστον, ὡς δυνατὸς τὸ μέγιστον. Μόνον

7. Jam vero cum artium aliæ quidem dicantur effectrices, aliæ vero practicæ, aliæ autem speculatrices; cumque speculatricum finis sit ipsa mentis operatio; practicarum vero, ipse corporis motus, quo cessante nihil subsistit, nihil superest videntibus: finis enim saltationis et artis tibia canendi nullus est, sed ipsa in seipsam desinit actio: contra, in artibus effectricibus, cessante etiam operatione, opus remanet; exempli causa, opus artis ædificandi, fabricandi, excudendi, texendi, et aliarum quarumcunque artium ejus generis: quæ artifice vel absente abunde in seipsis causas solertes ac industrias exhibent; potesque ædificatorem ærariumque et textorem post opus admirari. Proinde ut mundus demonstretur esse artificialis structura, omnibus ad contemplationem proposita, adeo ut per ipsum conditoris ejus sapientia cognoscatur, non alia ulla voce sapiens Moyses usus est, dum de eo sermonem habuit; sed dixit: *In principio fecit*. Non autem dixit, operatus est, aut informavit, sed *fecit*. Et quia complures eorum qui mundum ab æterno una cum Deo exsistere opinati sunt, C ab ipso factum esse nequaquam concesserunt: sed eum per se, quasi esset potentiæ ipsius adumbratio quædam, quadam rudi ratione substitisse affirmarunt: et quia causam quidem ipsius Deum esse fatentur, sed causam non voluntariam: perinde atque corpus umbræ; aut res quæ illuminat, splendoris causa est; errorem certe ejusmodi corrigens propheta, hoc accurato verborum delectu usus est, dicens: *In principio fecit Deus*. 8 Neque idipsum

(46) Veteres quatuor libri ἑρμηνευτῶν. Alius codex τῶν ἑρμηνευόντων. Editi et duo mss. ἑρμηνέων. Aquilam indicat Basilius, uti ex *Hexaplis* discimus, et ex Hieronymo lib. *Quæst. Hebraic. in Genesim*, initio. Hæc sunt verba Aquilæ: Ἐν κεφαλαίῳ ἔκτισεν ὁ Θεὸς σὺν τὸν οὐρανὸν, καὶ σὺν τὴν γῆν· *In capitulo creavit Deus cœlum et terram*. Ambrosius, ut alia multa, ita hæc a Basilio mutuatus est. Ejus hæc sunt *in Hexaem.* p. 8, num. 16: *Denique*, inquit, *alii dixerunt*, ἐν κεφαλαίῳ, *quasi in capite, quo significatur, in brevi et in exiguo momento, summa operationis impleta*. Hæc Aquilæ interpretatio, *in capitulo, in summa*, non parum opinioni favet Augustini, qui lib. IV *De Genesi ad litt.*, cap. 33, contendit creata esse omnia simul, et uno eodemque momento. Eidem favet et explicatio Basilii, τουτέστιν, ἀθρόως καὶ ἐν ὀλίγῳ, *hoc est, subito et brevi*, aut, si mavis, *acervatim et brevi*. Lege Præf. num. 21.

(47) Antiqui duo libri et editi παυσαμένης. Alii septem παυσαμένων. Lectionem utramque admitti posse arbitramur.

(48) Editi et duo mss. αἷς, male. Rursus duo mss. ἃ, non melius. At Regii secundus et septimus cum utroque Coisl. αἵ, optime. Nec ita multo post, ubi in editis legitur ἔξεστί σε, in octo codicibus scriptum invenimus ἔξεστί σοι.

(49) Editio Basil. et multi mss. ἀλλ' εἶπεν. Editio Paris. ἀλλ' εἰπεῖν. Mox mss. plerique omnes οὐχί. Editi οὐκ ἐνήργησεν.

D (50) Ita uterque Duc. et alii non pauci. Editio Basil. cum nostra editione Paris. παρ' αὐτῷ.

(51) Reg. primus οὐχὶ αὐτῷ τούτῳ. Reliqui mss. et editi αὐτὸ τοῦτο, *neque idipsum in causa fuit cur esset*, hoc est, non res cæca, non res coacta, non res invite et præter voluntatem agens in causa fuit, cur mundus exstiterit. Hoc igitur dicit Basilius, Deum aliter agere, atque corpora opaca aut lucida. Nam corpus opacum producit umbram vi atque necessitate, nec liberius agit corpus lucidum: Deus vero omnia nutu conficit et voluntate. Illud, ἐποίησεν ὡς ἀγαθός, etc., *fecit tanquam bonus utile*, etc., alio modo et intellexit et interpretatus est Eustathius. Illius subjicimus verba: *Non causam præstitit, ut esset solum, sed fecit ut bonus utilem*. Ambrosius pag. 9, num. 18, hunc eumdem Basilii locum sic expressit: *Non dixit quia subesse fecit, non dixit quia causam mundo, ut esset, præbuit: sed fecit quasi bonus quod foret utile*. Græca Latinis longe præstare nemo, opinor, non videt. — *Οὐχὶ*

Digitized by Google

in causa fuit cur esset; sed uti bonus fecit quod utile est; uti sapiens, quod pulcherrimum est; uti potens, quod maximum est. Nam ostendit tibi artificem tantum non rerum omnium substantiam invadentem, et partes singulas inter se coagmentantem, efficientemque universum mundum concordem sibi et consonum atque concinnum. *In principio fecit Deus cœlum et terram.* Extremis duobus significavit orbis totius substantiam, cœlo quidem tribuens ortus prærogativam : terram vero origine secundam esse astruens. Si quid autem in istis medium est, id utique una cum ipsis finibus factum est. Quamobrem etiamsi de reliquis elementis, igne, aqua et aere nihil dixerit, tute tamen omnia in omnibus primum permista fuisse pro tua solertia intellige; atque adeo aquam, aeremque et ignem in terra reperturus es. Nam ex lapidibus quidem ignis exsilit : ex ferro vero, quod ipsum etiam e terra originem trahit, ignis abundans in affrictu emicare solet. Id quoque par fuerit admirari, quomodo ignis qui inest corporibus, in ipsis citra detrimentum delitescat : contra ea, a quibus antea servabatur, simul ut foras eductus est, absumat. Demonstrant autem puteorum fossores aquæ naturam terræ insitam esse : quin et aeris naturam terræ inesse comprobant emissæ illæ sursum e terra humectata et a sole calefacta exhalationes. Deinde cum cœlum natura locum supernum occupet, terra vero infima sit : quippe feruntur in cœlum levia; gravia vero ex se vergunt in terram, cumque maxime contraria sint inter se supernum et infernum; qui rerum longissime inter se natura diversarum mentionem fecit, etiam ea quæ regionem mediam in his explent, acervatim significavit. Quare ne singulorum exquiras narrationem, sed ea quæ sunt silentio prætérita, per ea quæ indicata sunt intellige.

A γὰρ (52) οὐχὶ τεχνίτην σοι ἔδειξεν ἐμβεβηκότα τῇ οὐσίᾳ τῶν ὅλων, καὶ τὰ καθ' ἕκαστον μέρη πρὸς ἄλληλα συναρμόζοντα, καὶ τὸ πᾶν ὁμόλογον ἑαυτῷ καὶ σύμφωνον καὶ ἐναρμονίως ἔχον ἀποτελοῦντα. *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.* Ἐκ δύο τῶν ἄκρων (53) τοῦ παντὸς τὴν ὕπαρξιν παρηνίξατο, τῷ μὲν οὐρανῷ τὰ πρεσβεῖα τῆς γενέσεως ἀποδοὺς, τὴν δὲ γῆν δευτερεύειν φάμενος τῇ ὑπάρξει. Πάντως δὲ (54) καὶ εἴ τι τούτων μέσον, συναπεγενήθη τοῖς πέρασιν. Ὥστε κἂν μηδὲν εἴπῃ περὶ τῶν στοιχείων, πυρὸς, καὶ ὕδατος, καὶ ἀέρος, ἀλλὰ σὺ τῇ παρὰ σαυτοῦ συνέσει νόει, πρῶτον μὲν ὅτι πάντα ἐν πᾶσι μέμικται, καὶ ἐν γῇ εὑρήσεις καὶ ὕδωρ, καὶ ἀέρα, καὶ πῦρ, εἴγε ἐκ λίθων μὲν πῦρ ἐξάλλεται, ἐκ σιδήρου δὲ, ὃς καὶ αὐτὸς ἀπὸ γῆς ἔχει τὴν B γένεσιν, πῦρ ἄφθονον ἐν ταῖς παρατρίψεσι πέφυκεν ἀπολάμπειν. Ὃ καὶ θαυμάσαι ἄξιον, πῶς ἐν μὲν τοῖς σώμασιν ὑπάρχον (55) τὸ πῦρ, ἀβλαβῶς ἐμφωλεύει· προκληθὲν δὲ ἐπὶ τὸ ἔξω, δαπανητικόν ἐστι τῶν φυλασσόντων τέως. Τὴν δὲ τοῦ ὕδατος φύσιν ἐνυπάρχουσαν τῇ γῇ οἱ φρεωρύχοι δεικνύουσι· καὶ τὴν τοῦ ἀέρος οἱ ἀπὸ νενοτισμένης αὐτῆς ἀτμοὶ ὑπὸ ἡλίου θαλφθείσης ἀναπεμπόμενοι. Ἔπειτα μέντοι καὶ εἰ φύσει τὸν ἄνω τόπον ὁ οὐρανὸς ἐπέχει, ἡ δὲ γῆ τὸ κατώτατόν ἐστι· διότι ἐπὶ μὲν τὸν οὐρανὸν τὰ κοῦφα φέρεται, ἐπὶ δὲ τὴν γῆν τὰ βαρέα πέφυκε καταῤῥέπειν, ἐναντιώτατα δὲ ἀλλήλοις τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω· ὁ τῶν πλεῖστον διεστώτων κατὰ τὴν φύσιν ἐπιμνησθεὶς, καὶ τὰ τὴν μέσην τούτοις ἐκπληροῦντα χώραν συνεκδοχικῶς παρεσήμανεν. Ὥστε μὴ ζήτει (56) τὴν τῶν καθ' ἕκαστον ἐπεξήγησιν, ἀλλὰ τὰ σιωπηθέντα νόει διὰ τῶν C δηλωθέντων.

8. *In principio fecit Deus cœlum et terram.* Inquisitio quæ de singularum rerum essentia fieret, sive earum quæ sub nostram contemplationem cadunt, sive earum quæ nostris sensibus objiciuntur, sermonem longum et excurrentem in nostram interpretationem induceret, quandoquidem in hoc problemate expendendo verba plura insumenda essent quam in reliquis, quæ de singulis quæsitis dici possunt. Præterea haud operæ pretium fuerit ad Ecclesiæ ædificationem in his tempus terere. Verum circa cœli essentiam satis nobis sunt ea quæ dicta sunt ab Isaia, qui vulgaribus verbis naturæ ipsius cognitionem sufficientem nobis indidit, dum dixit : *Qui firmavit cœlum quasi fumum*[12], hoc

8. *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.* Ἡ περὶ τῆς οὐσίας ἔρευνα ἑκάστου τῶν ὄντων, ἢ τῶν κατὰ θεωρίαν ὑποπιπτόντων ἡμῖν, ἢ τῶν προκειμένων ἡμῶν τῇ αἰσθήσει, μακρὸν καὶ ἀπηρτημένον λόγον ἐπεισάγει τῇ ἐξηγήσει, ὡς πλείονας ἐν τῇ περὶ τοῦ προβλήματος τούτου σκέψει καταναλίσκεσθαι λόγους τῶν λοιπῶν, ὅσα ἐνδέχεται ῥηθῆναι περὶ ἑκάστου τῶν ζητουμένων· πρὸς τὸ (57), μηδὲ πρόσῳργου τι εἶναι εἰς τὴν τῆς Ἐκκλησίας οἰκοδομὴν τὸ περὶ ταῦτα κατασχολεῖσθαι. Ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς οὐσίας τοῦ οὐρανοῦ ἀρκούμεθα τοῖς παρὰ τοῦ Ἡσαΐου εἰρημένοις· ὃς ἐν ἰδιωτικοῖς ῥήμασιν ἱκανὴν ἡμῖν τῆς φύσεως αὐτοῦ τὴν διάνοιαν ἐνεποίησεν, εἰπών· *Ὁ στερεώσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καπνόν*

[12] Isa. LI, 6.

αὐτὸ τοῦτο τὴν αἰτίαν τοῦ εἶναι παρέσχεν. Verte : *Non hoc solum præstitit, causam ut esset mundus*, id est, non nudam et simplicem mundo creationem præstitit, *sed ut bonus fecit quod utile est, ut sapiens quod pulcherrimum.* D. Fr. MARANUS.

(52) Editi μονονουχὶ γάρ. At mss. non pauci ut in contextu. Ibidem unus codex εἰσβεβηκότα. Subinde Colb. primus τὰ καθέκαστα.

(53) Editio Basil. τῶν ἀρχῶν, *ex duobus principiis.* Ibidem mss. τοῦ παντός. Deest articulus in vulgatis.

(54) Antiqui libri πάντως δέ. Edit. Paris. παντὸς δέ.

(55) Veteres duo libri ἐνυπάρχον. Aliquanto post mss. nonnulli ἐπὶ τὰ ἔξω.

(56) Libri Anglici cum Colb. primo et cum Reg. sexto ζητεῖν... νοεῖν. At uterque Duc. cum Coisl. primo et cum aliis quibusdam mss. vulgatam tuetur lectionem : cui lectioni vetus interpres Eustathius favet : *Non ergo quæras*, inquit, *de singulis rationem : sed illa quoque quæ silentio Scriptura prætérit, ex iis, quæ relata sunt, debebis advertere.*

(57) Codices nonnulli πρὸς τῷ. Alii cum editis πρὸς τό.

Digitized by Google

τουτέστι, λεπτὴν φύσιν καὶ οὐ στερεὰν οὐδὲ παχεῖαν εἰς τὴν τοῦ οὐρανοῦ σύστασιν οὐσιώσας. Καὶ περὶ τοῦ σχήματος δὲ ἱκανὰ ἡμῖν τὰ παρ' αὐτοῦ, εἰπόντος ἐν δοξολογίᾳ Θεοῦ· *Ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν*. Τὰ αὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ περὶ τῆς γῆς συμβουλεύωμεν (58) ἑαυτοῖς, μὴ πολυπραγμονεῖν αὐτῆς τὴν οὐσίαν ἥτις ποτέ ἐστι, μηδὲ κατατρίβεσθαι τοῖς λογισμοῖς αὐτὸ τὸ ὑποκείμενον ἐκζητοῦντας, μηδὲ ζητεῖν τινα φύσιν ἔρημον ποιοτήτων, ἄποιον ὑπάρχουσαν τῷ ἑαυτῆς λόγῳ, ἀλλ' εὖ εἰδέναι, ὅτι πάντα τὰ περὶ αὐτὴν θεωρούμενα εἰς τὸν τοῦ εἶναι κατατέτακται λόγον, συμπληρωτικὰ τῆς οὐσίας ὑπάρχοντα. Εἰς οὐδὲν γὰρ καταλήξεις, ἑκάστην τῶν ἐνυπαρχουσῶν αὐτῇ ποιοτήτων ὑπεξαιρεῖσθαι τῷ λόγῳ πειρώμενος. Ἐὰν γὰρ ἀποστήσῃς τὸ μέλαν, τὸ ψυχρὸν, τὸ βαρὺ, τὸ πυκνὸν, τὰς κατὰ γεῦσιν ἐνυπαρχούσας αὐτῇ ποιότητας, ἢ εἴ τινες ἄλλαι περὶ αὐτὴν θεωροῦνται, οὐδὲν ἔσται τὸ ὑποκείμενον (59). Ταῦτά τε οὖν καταλιπόντα σε, μηδὲ ἐκεῖνο ζητεῖν παραινῶ, ἐπὶ τίνος ἔστηκεν. Ὀλιγγιάσει γὰρ καὶ οὕτως ἡ διάνοια, πρὸς οὐδὲν ὁμολογούμενον πέρας διεξιόντος τοῦ λογισμοῦ. Ἐάν τε γὰρ ἀέρα φῇς ὑπεστρῶσθαι (60) πλάτει τῆς γῆς, ἀπορήσεις, πῶς ἡ μαλθακὴ καὶ πολύκενος φύσις ἀντέχει ὑπὸ τοσούτου βάρους συνθλιβομένη, ἀλλ' οὐχὶ διολισθαίνει πάντοθεν τὴν συνίζησιν ὑποφεύγουσα, καὶ ἀεὶ πρὸς τὸ ἄνω ὑπερχομένη τοῦ συμπιέζοντος. Πάλιν, ἐὰν ὑποθῇς ἑαυτῷ (61) ὕδωρ εἶναι τὸ ὑποβεβλημένον τῇ γῇ. καὶ οὕτως ἐπιζητήσεις, πῶς τὸ βαρὺ καὶ πυκνὸν οὐ διαδύνει τοῦ ὕδατος, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἀσθενεστέρας φύσεως τὸ τοσοῦτον ὑπερφέρον τῷ βάρει κρατεῖται· πρὸς τὸ καὶ (62) αὐτοῦ τοῦ ὕδατος τὴν ἔδραν ἐπιζητεῖν, καὶ πάλιν διαπορεῖν τίνι στεγανῷ καὶ ἀντερείδοντι ὁ τελευταῖος αὐτοῦ πυθμὴν ἐπιβαίνει.

9. Ἐὰν δὲ ἕτερον σῶμα τῆς γῆς ἐμβριθέστερον ὑποθῇ κωλύειν τὴν γῆν πρὸς τὸ κάτω χωρεῖν, ἐνθυμηθήσῃ κἀκεῖνο ὁμοίου τινὸς δεῖσθαι τοῦ στέγοντος καὶ μὴ ἐῶντος αὐτὸ καταπίπτειν. Κἂν τι δυνηθῶμεν ἐκείνῳ συμπλάσαντες ὑποθεῖναι, τὸ ἐκείνου πάλιν ἀντέρεισμα ὁ νοῦς ἡμῶν ἐπιζητήσει, καὶ οὕτως εἰς ἄπειρον ἐκπεσούμεθα (63), τοῖς ἀεὶ εὑρισκομένοις βάθροις ἕτερα πάλιν ἐπινοοῦντες. Καὶ ὅσῳ ἐπὶ πλεῖον τῷ λόγῳ προῖεμεν, τοσούτῳ μείζονα τὴν συνερειστικὴν ἀναγκαζόμεθα (64) δύναμιν ὑπεισάγειν, ἥ πρὸς ὅλον ὁμοῦ δυνήσεται τὸ ὑπερκείμενον ἀντιβαί-

est, qui tenuem, non solidam neque crassam naturam, ad constituendam cœli substantiam condidit. De figura quoque sufficiunt nobis quæ ipse in Dei glorificatione dixit: *Qui statuit cœlum sicut cameram* [13]. Cæterum hæc eadem et de terra nobis ipsi suadeamus, ut ne qualis tandem sit ejus substantia, curiosius perscrutemur, 9 neque in subjecto perquirendo ratiocinatione defatigemur: neque naturam quampiam qualitatibus destitutam, et qualitatum sua ipsius conditione expertem exquiramus: sed probe sciamus omnia quæcunque in ea considerantur, ad ipsius exsistendi rationem spectare, quippe quæ ipsius compleant essentiam. Etenim, si qualitates singulas, quas obtinet, ratione auferre coneris, es in nihilum desiturus. Nam si amoveris nigritudinem, frigiditatem, gravitatem, densitatem, et qualitates ipsius ad gustum pertinentes, aut si quæ aliæ in ea conspiciuntur, supererit subjectum nullum. His igitur omissis, ne illud quidem inquirendum moneo, videlicet super quo stet fulcimento. Nam et hoc pacto vertigine mens laborabit, quandoquidem ad certum nullum finem perventura est ratiocinatio. Sive enim aerem latitudini terræ substratum esse dixeris; ambiges qui fieri possit ut natura mollis valdeque inanis tanto pondere compressa renitatur, et non potius dilabatur undelibet, hanc molem subsidentem aufugiens, seque sursum perpetuo super id quod ipsam comprimit diffundens. Rursum, si aquam terræ subjectam esse tecum statueris, etiam sic inquires, quomodo grave et densum corpus non penetret aquam, sed res longe gravior a debiliore natura delineatur. Ad hæc ipsius etiam aquæ investigabis basim, ac rursum dubitabis, cuinam solido et renitenti fulcro ultimum ejus fundum incumbat.

9. Quod si ponas aliud corpus esse terra gravius ac solidius, quo terra ne ad ima decidat impediatur; in animum inducturus es illud etiam aliquo alio simili indigere, quod alterum suffulciat, nec corruere sinat. Et si confictum quid illi substernere poterimus, rursus ejus fulcrum mens nostra inquiret; atque hoc modo in infinitum dilabemur, semper præter inventa fundamenta, alia rursus excogitantes. Et quanto longius ratione progredimur, tanto majorem renitendi ac suffulciendi vim cogimur inducere, quæ toti simul moli superpositæ possit

[13] Isa. XL, 22.

(58) Codex Combef. et unus Duc. cum Regio sexto et cum editione Basil. συμβουλεύομεν.

(59) Reg. sextus et Colb. primus οὐδὲν ἔσται τὸ ὑπολειπόμενον, *quod superest, nihil erit*, seu, *nihil supererit*. Alii mss. et editi οὐδὲν ἔσται τὸ ὑποκείμενον. Id est, ut loquuntur philosophi, *nullum supererit subjectum*. Est hodieque magnis inter philosophos agitata contentionibus quæstio, sitne corporis forma *entitas* quædam, an solum diversus partium situs, motus, etc. Videtur Basilius aut nihil, aut non ita multum a recentioribus dissentire.

(60) Editi ὑποστόρεσθαι, corrupte. Codex unus ὑπεστορῆσθαι, corrupte quoque. Alii tres mss. ὑπεστορέσθαι, non male. At Coisl. primus ὑπεστρῶσθαι, melius. Aliquanto post sex mss. ἀντέχει. Editi cum Colb. secundo ἀντέχῃ. Subinde aliquot mss. παντοχόθεν.

(61) Sic uterque Duc. cum aliis tribus codicibus. Colb. secundus σεαυτῷ. Editio Paris. αὐτῷ

(62) Antiqui duo libri πρὸς τῷ καί. Paulo post codex unus εἰς τὸ κάτω.

(63) Uterque Colb. ἐμπεσούμεθα. Mox editi cum utroque Colb. προῖεμεν. Alii quidam mss. προῖμεν.

(64) Veteres aliquot libri ἀναγκαζόμενοι. Ibidem Regii tres codices cum uno Colb. ἐπεισάγειν. Editi cum uno ms., ὑπεισάγειν.

Digitized by Google

obniti. Quamobrem modum finesque menti impone; ne quando curiositatem tuam, qui incomprehensibilia perscrutaris, redarguat Jobi sententia; neve tu quoque ab eo interrogeris, *Super quo circuli ejus fixi sint* [16]. Sed etsi in Psalmis aliquando audieris: *Ego confirmavi columnas ejus* [15]; vim illam qua in suo statu confirmatur, columnas dictas esse puta. Nam illud: *Super maria fundavit eam* [16]: quid aliud significat, quam aquæ naturam undique terræ esse circumfusam? Quomodo igitur aqua quamvis sit fluida, et in declive suapte natura feratur, manet suspensa, et nusquam defluit? Tu vero non consideras quod terra per se suspensa, eamdem aut etiam adhuc majorem pariat rationi hæsitandi locum, quandoquidem natura gravior est. Verum necesse est, sive terram per seipsam concesserimus consistere, sive super aquas jactari dixerimus, nunquam de pia sententia discedere, sed fateri simul omnia per conditoris potentiam contineri. Itaque tum nobis ipsis tum aliis interrogaturis nos, quo fulcro ingens illud nec ulli ferendum terræ onus innixum sit, dicamus hæc oportet: *In manu Dei sunt fines terræ* [17]. Hoc nobis tutissimum est ad comparandam intelligentiam, et auditoribus conducibile.

10. Jam vero physici nonnulli etiam ob ejusmodi causas terram immobilem manere magno cum apparatu verborum dicunt. Nimirum quod mediam orbis regionem occupavit, et quod quo se magis inclinet, non habet, utpote ab extremis æqualiter omni ex parte dissita; hinc eam in seipsa necessario permanere asseverant, cum circumjacens undelibet æqualitas faciat, ut non queat omnino in ullam partem declinare. Contendunt itidem terram medium locum non sorte, neque casu nactam esse; sed hunc esse terræ naturalem ac necessarium situm. Nam cum cœleste corpus regionem extremam sursum versum obtineat; quæcunque sane, inquiunt, pondera ex supernis elabi posuerimus, ea undique ad medium deferentur. Et certe, in quod deferuntur partes, in id utique etiam totum detrudetur. Etenim si lapides, et ligna, et terrestria omnia deorsum versus corruunt, hic utique fuerit etiam toti terræ proprius ac conveniens situs: at si quid levium e medio evehatur, profecto suprema petet. Quare motio deorsum tendens, gravium est propria; infimum autem, medium esse ex dictis patet. Ne igitur mireris, si nusquam excidat terra, quippe quæ me-

A νειν. Διὰ τοῦτο ὅρους ἐπίθες τῇ διανοίᾳ, μήποτέ σου τῆς πολυπραγμοσύνης ὁ τοῦ Ἰὼβ λόγος καθάψηται περισκοποῦντος τὰ ἀκατάληπτα, καὶ ἐρωτηθῇς παρ' αὐτοῦ καὶ σὺ, *Ἐπὶ τίνος* (65) *οἱ κρίκοι αὐτῆς πεπήγασιν.* Ἀλλὰ κἂν ποτε ἐν ψαλμοῖς ἀκούσῃς· *Ἐγὼ ἐστερέωσα τοὺς στύλους αὐτῆς*· τὴν συνεκτικὴν αὐτῆς δύναμιν στύλους εἰρῆσθαι νόμισον. Τὸ γὰρ, *Ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτὴν*, τί δηλοῖ, ἢ τὸ πάντοθεν περικεχύσθαι τῇ γῇ τὴν τοῦ ὕδατος φύσιν; Πῶς οὖν ῥᾳδίως ὑπάρχον τὸ ὕδωρ καὶ ἐπὶ τὸ πρανὲς πεφυκὸς καταπίπτειν, μένει ἀπαιωρούμενον καὶ οὐδαμοῦ ἀπορρέον; Σὺ δὲ οὐ λογίζῃ (66), ὅτι τὴν αὐτὴν ἢ καὶ ἔτι πλείονα ἀπορίαν τῷ λόγῳ παρέχει ἡ γῆ καθ' ἑαυτὴν κρεμαμένη, βαρυτέρα τὴν φύσιν οὖσα. Ἀλλὰ ἀνάγκη, κἂν γῆν καθ' ἑαυτὴν εἶναι δῶμεν, B κἂν ἐπὶ τοῦ ὕδατος αὐτὴν ἀποσαλεύειν εἴπωμεν, μηδαμοῦ ἀναχωρεῖν τῆς εὐσεβοῦς διανοίας, ἀλλὰ πάντα ὁμοῦ συγκρατεῖσθαι ὁμολογεῖν τῇ δυνάμει τοῦ κτίσαντος. Ταῦτα οὖν χρὴ ἑαυτοῖς τε λέγειν καὶ τοῖς διερωτῶσιν ἡμᾶς, ἐπὶ τίνος τὸ ἄπλετον τοῦτο καὶ ἀφόρητον τῆς γῆς ἐρήρεισται βάρος, ὅτι *Ἐν τῇ χειρὶ τοῦ Θεοῦ* (67) *τὰ πέρατα τῆς γῆς.* Τοῦτο ἀσφαλέστατον ἡμῖν πρὸς νόησιν καὶ ὠφέλιμον τοῖς ἀκούουσιν.

10. Ἤδη δέ τινες (68) τῶν φυσικῶν καὶ τοιαύταις αἰτίαις τὴν γῆν ἀκίνητον μένειν κατακομψεύονται. Ὡς ἄρα διὰ τὸ τὴν μέσην τοῦ παντὸς εἰληφέναι χώραν, καὶ διὰ τὴν ἴσην πάντοθεν πρὸς τὸ ἄκρον ἀπόστασιν, οὐκ ἔχουσαν ὅπου μᾶλλον ἀποκλιθῇ, ἀναγκαίως C μένειν ἐφ' ἑαυτῆς, ἀδύνατον αὐτῇ παντελῶς τὴν ἐπί τι ῥοπὴν τῆς πανταχόθεν περικειμένης ὁμοιότητος ἐμποιούσης. Τὴν δὲ μέσην χώραν μὴ ἀποκληρωτικῶς τὴν γῆν, μηδὲ ἐκ τοῦ αὐτομάτου λαχεῖν, ἀλλὰ φυσικὴν εἶναι ταύτην τῇ γῇ καὶ ἀναγκαίαν τὴν θέσιν. Τοῦ γὰρ οὐρανίου σώματος τὴν ἐσχάτην χώραν ὡς πρὸς τὸ ἄνω κατέχοντος, ἅπερ ἂν, φησὶν (69), ὑποθώμεθα βάρη ἐκπίπτειν ἀπὸ τῶν ἄνω, ταῦτα πανταχόθεν ἐπὶ τὸ μέσον συνενεχθήσεται. Ἐφ' ὅπερ (70) δ' ἂν τὰ μέρη φέρηται, ἐπὶ τοῦτο καὶ τὸ ὅλον συνωσθήσεται δηλονότι. Εἰ δὲ λίθοι καὶ ξύλα καὶ τὰ γεηρὰ πάντα φέρεται πρὸς τὸ κάτω, αὕτη ἂν εἴη καὶ τῇ ὅλῃ γῇ οἰκεῖα καὶ προσήκουσα θέσις· κἂν τι τῶν κούφων φέρηται ἀπὸ τοῦ μέσου, δηλονότι πρὸς τὸ ἀνώτατον κινηθήσεται. Ὥστε οἰκεία φορὰ τοῖς βαρυτάτοις ἡ D πρὸς τὸ κάτω· κάτω δὲ ὁ λόγος μέσον ἔδειξε. Μὴ οὖν θαυμάσῃς εἰ μηδαμοῦ ἐκπίπτει ἡ γῆ, τὴν κατὰ φύσιν χώραν τὸ μέσον ἔχουσα. Πᾶσα γὰρ ἀνάγκη

[16] Job XXXVIII, 6. [15] Psal. LXXIV, 4. [16] Psal. XXIII, 2. [17] Psal. XCIV, 2.

(65) Illa, ἐπὶ τίνος, etc., desumpta sunt ex Job, XXXVIII, 6, ut legere est apud LXX. Sed Aquila et Theodotio ex Hebræo verterunt, αἱ βάσεις, *bases*. Nec aliter legitur in Vulgata, *Super quo bases illius soliatæ sunt?* Symmachus οἱ κατάπηγες, *pali*. Plura qui cupit, notas Ducæi legere potest. et *Hexapla*.

(66) Veteres quinque libri λογίζῃ. Editi λογίζοις.

(67) Colb. primus Ὅτι ἐν τῇ χειρὶ τοῦ Θεοῦ πέλαγος. Ὅτι ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρ. *Quia in manu Dei est mare. Quia in manu ejus sunt fines*, etc.

(68) Quod ait Basilius sensisse quosdam philosophos de telluris quiete, id pariter nostra ætate a quibusdam defenditur. Nam utrum terra in centro mundi immota maneat, an sol hunc situm obtineat, quæstio est etiamnum inter philosophos perquam celebris, et magna utrinque contentione agitata.

(69) Editio Basil. et sex mss. ἅπερ ἂν φησιν. Editio Paris. φασὶν. Ibidem Colb. primus βάρη ἐμπίπτειν.

(70) Ita sex mss. At editi καὶ ἐφ' ὅπερ. Paulo post Colb. secundus συνωθισθήσεται.

Digitized by Google

μένειν αὐτὴν κατὰ χώραν, ἢ παρὰ φύσιν κινουμένην τῆς οἰκείας ἕδρας ἐξίστασθαι. Τούτων δ' ἂν σοι δοκῇ (71) τι πιθανὸν εἶναι τῶν εἰρημένων, ἐπὶ τὴν οὕτω ταῦτα διαταξαμένην (72) τοῦ Θεοῦ σοφίαν μετάθες τὸ θαῦμα. Οὐ γὰρ ἐλαττοῦται ἡ ἐπὶ τοῖς μεγίστοις ἔκπληξις, ἐπειδὰν ὁ τρόπος καθ' ὃν γίνεταί τι τῶν παραδόξων ἐξευρεθῇ· εἰ δὲ μή, ἀλλὰ τό γε ἁπλοῦν τῆς πίστεως ἰσχυρότερον ἔστω τῶν λογικῶν ἀποδείξεων.

plus habeat roboris, quam quæ ex ratione petuntur demonstrationes.

11. Τὰ αὐτὰ δὲ ταῦτα (73) καὶ περὶ οὐρανοῦ εἴποιμεν, ὅτι πολυφωνότατοι πραγματεῖαι τοῖς σοφοῖς τοῦ κόσμου περὶ τῆς οὐρανίου φύσεως καταβέβληνται. Καὶ οἱ μὲν σύνθετον αὐτὸν ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων εἰρήκασιν, ὡς ἁπτὸν ὄντα καὶ ὁρατὸν, καὶ μετέχοντα γῆς μὲν διὰ τὴν ἀντιτυπίαν, πυρὸς δὲ, διὰ τὸ καθορᾶσθαι, τῶν δὲ λοιπῶν διὰ τὴν μίξιν (74)· οἱ δὲ τοῦτον ὡς ἀπίθανον παρωσάμενοι τὸν λόγον, πέμπτην τινὰ σώματος φύσιν εἰς οὐρανοῦ σύστασιν εἴκοθεν καὶ παρ' ἑαυτῶν (75) ἀποσχεδιάσαντες ἐπεισήγαγον. Καὶ ἔστι τι παρ' αὐτοῖς τὸ αἰθέριον σῶμα, ὃ μήτε πῦρ, φασὶ, μήτε ἀὴρ, μήτε γῆ, μήτε ὕδωρ, μήτε ὅλως ὅπερ ἐν τῶν ἁπλῶν· διότι τοῖς μὲν ἁπλοῖς οἰκεία κίνησις ἡ ἐπ' εὐθείας, τῶν μὲν κούφων ἐπὶ τὸ ἄνω φερομένων, τῶν δὲ βαρέων ἐπὶ τὸ κάτω. Οὔτε δὲ τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω τῇ κυκλικῇ περιδινήσει ταὐτό· καὶ ὅλως τὴν εὐθείαν (76) πρὸς τὴν ἐν τῷ κύκλῳ περιφορὰν πλείστην ἀπόστασιν ἔχειν. Ὧν δὲ αἱ κατὰ φύσιν κινήσεις παρηλλαγμέναι τυγχάνουσι, τούτων ἀνάγκη, φασὶ, παρηλλάχθαι καὶ τὰς οὐσίας. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἐκ τῶν πρώτων σωμάτων, ἃ δὴ στοιχεῖα καλοῦμεν, σύνθετον εἶναι δυνατὸν ἡμῖν ὑποθέσθαι τὸν οὐρανὸν, τῷ τὰ ἐκ διαφόρων συγκείμενα μὴ δύνασθαι ὁμαλὴν καὶ ἀδίαστον ἔχειν τὴν κίνησιν, ἑκάστου τῶν ἐνυπαρχόντων ἁπλῶν τοῖς συνθέτοις ἄλλην καὶ ἄλλην ὁρμὴν παρὰ τῆς φύσεως ἔχοντος. Διὸ πρῶτον μὲν καμάτῳ συνέχεται ἐν τῇ συνεχεῖ κινήσει τὰ σύνθετα, διὰ τὸ μίαν κίνησιν μὴ δύνασθαι πᾶσιν εὐάρμοστον εἶναι καὶ φίλην τοῖς ἐναντίοις· ἀλλὰ τὴν τῷ κούφῳ οἰκείαν πολεμίαν εἶναι τῷ βαρυτάτῳ. Ὅταν μὲν γὰρ πρὸς τὰ ἄνω κινώμεθα, βαρυνόμεθα τῷ γεώδει· ὅταν δὲ πρὸς τὰ κάτω (77) φερώμεθα, βιαζόμεθα τὸ πυρῶδες, παρὰ φύσιν αὐτὸ πρὸς τὸ κάτω καθέλκοντες. Ἡ δὲ πρὸς τὰ ἐναντία διολκὴ τῶν στοιχείων διαπτώσεώς ἐστιν ἀφορμή. Τὸ γὰρ ἠναγκασμένον καὶ παρὰ φύσιν, ἐπ' ὀλίγον ἀντισχὸν, καὶ τοῦτο βιαίως καὶ μόλις, ταχὺ διελύθη εἰς τὰ ἐξ ὧν συνετέθη (78), ἑκάστου τῶν συνελθόντων πρὸς τὴν οἰκείαν χώραν ἐπανιόντος. Διὰ μὲν δὴ ταύτας, ὥς φασι, τῶν λογισμῶν τὰς ἀνάγκας, τοὺς τῶν προαγόντων

dium locum naturæ suæ convenientem occupet. Omnino enim ipsam in eo loco manere necesse fuerit, aut eam præter naturam motam a propria sede dimoveri. Jam si quid eorum quæ dicta sunt, probabile tibi videatur, ad Dei sapientiam, quæ hæc ita ordinavit, admirationem transfer. Qui enim maximas ob res accedit stupor, nequaquam ideo minuitur quod modus quo quid fiat stupendorum, adinventus est; sin minus, saltem fidei simplicitas

11. Hæc eadem de cœlo quoque dixerimus, clamosissimas scilicet ac verbosissimas de cœli natura a mundi sapientibus propositas fuisse commentationes. Alii quidem ipsum ex quatuor elementis conflatum esse dixere : quippe cum in tangendi ac cernendi sensum cadat, sitque terræ quidem particeps ob soliditatem; ignis vero, quia conspicitur; reliquorum tandem, ob misturam. Alii autem hac opinione, tanquam quæ verisimilis non esset, rejecta, quintam quamdam corporis naturam ad constituendum cœlum suopte ingenio, et a seipsis temere atque inconsulte introduxeruni. Est et apud ipsos ætherеum 11 quoddam corpus, quod neque iguem dicunt esse, neque aerem, neque terram, nec aquam, nec quidquam omnino ex simplicibus, propterea quod proprius simplicium motus rectus est, levibus quidem sursum, gravibus vero deorsum tendentibus. Neque vero sursum ac deorsum ferri, idem est atque in orbem versari; et in summa, rectum et orbicum motum plurimum inter se differre censent. Quorum autem motiones secundum naturam diversæ sunt, horum etiam necesse est, inquiunt, essentiam esse diversam. Sed ne ex primis quidem corporibus quæ elementa vocamus, cœlum componi, statuere possumus; eo quod ea quæ ex diversis constant, motum qui æquabiliter ac sine vi edatur, habere non possunt; cum singula quæ in compositis insunt simplicia, alium atque alium a natura sortiantur impetum. Quocirca res compositæ primum quidem in continuo motu ægre continentur, quod unus motus omnibus contrariis non potest congruus esse et amicus : sed is qui rei levis proprius est, gravissimæ adversatur. Cum enim sursum versus movemur, per id quod terreum est, gravamur; cum vero deorsum volvimur, vim facimus igneo, quippe qui ipsum deorsum trahamus præter naturam. Hæc autem elementorum in contraria distractio, ruinæ et dissolutionis causa exsistit. Quod enim coactum est, et præter naturam, cum parum resistat, idque violenter et ægre, brevi

(71) Voculam δέ ex duobus mss. addidimus. Hoc ipso in loco duo mss. σοι δοκοίη.

(72) Antiqui duo libri οὕτω τὰ πάντα διατ. Mox duo mss. εὑρεθῇ. Alius ἐξευρεθείη.

(73) Codices duo τὰ αὐτὰ δὲ πάντα.

(74) Codex Combef. λοιπῶν διὰ τὴν μέθεξιν. Combefisius notat hanc opinionem esse Platonis, in *Timæo :* sequentem, Aristotelis.

(75) Colb. primus παρ' ἑαυτοῖς. Mox editio Basil. et quinque mss. τῦρ, φησί. Editio Paris. φασί.

(76) Codex unus ἡ εὐθεῖα.... ἔχει. Hoc ipso in loco Colb. secundus ἀποστασίαν ἔχειν. [Cod. 476 a recentiori manu ἔχει.]

(77) In aliquibus mss. legitur πρὸς τὸ ἄνω ... πρὸς τὸ κάτω. Aliquanto infra Reg. primus cum altero ms. μεθέλκοντες.

(78) Codices duo ἐξ ὧν σύγκειται καὶ συνετέθη.

Digitized by Google

in ea quibus constat dissolvitur, dum singula quæ in unum convenerant, ad proprium redeunt locum. Sane ob has, ut aiunt, ratiocinationum angustias, ii qui quintam corporis naturam ad cœli stellarumque ipsius constituendam generationem commenti sunt, rejectis priorum opinionibus, argumentis propriis opus habuere. At quivis alius arte suadendi præpollens, rursus hos adortus, hæc confutavit, dissolvitque, et de suo opinionem propriam invexit. De quibus si nunc dicere aggrediemur, in easdem nugas atque illi incidemus. Verum sinentes nos, ut sese invicem evertant refellantque, jam omisso de essentia sermone, fidem Moysi adhibentes, quod *Fecit Deus cœlum et terram*, artifici optimo pro his quæ sapienter ac industrie peracta sunt, gloriam demus, et ex pulchritudine eorum quæ videntur, eum qui omnem pulchritudinem superat, mente concipiamus; et ex magnitudine sensibilium horum et circumscriptorum corporum, illum qui infinitus est et immensus, quique omnem præ potentiæ suæ multitudine cogitationem exsuperat, intelligamus. Etsi enim eorum quæ facta sunt naturam ignoramus : at certe quidquid omni ex parte sub nostros sensus cadit, tantum præ se fert admirationis, ut vel acutissima mens impar esse comperiatur, quæ aut minimum quid eorum quæ in mundo sunt, pro rei dignitate explicet, aut debitam laudem rependat Creatori, cui omnis gloria, honor et imperium, in sæcula sæculorum. Amen.

ἀθετήσαντες λόγους, οἰκείας ὑποθέσεως ἐδεήθησαν οἱ πέμπτην σώματος φύσιν εἰς τὴν οὐρανοῦ καὶ τῶν κατ' αὐτὸν ἀστέρων γένεσιν ὑποτιθέμενοι. Ἄλλος δέ τις τῶν σφριγώντων κατὰ πιθανολογίαν ἐπαναστὰς πάλιν τούτοις, ταῦτα μὲν διέχεε καὶ διέλυσεν, οἰκείαν δὲ παρ' ἑαυτοῦ ἀντεισήγαγε δόξαν. Περὶ ὧν νῦν λέγειν ἐπιχειροῦντες, εἰς τὴν ὁμοίαν αὐτοῖς ἀδολεσχίαν ἐμπεσούμεθα. Ἀλλ' ἡμεῖς ἐκείνους ὑπ' ἀλλήλων ἐάσαντες καταβάλλεσθαι, αὐτοὶ τοῦ περὶ τῆς οὐσίας ἀφέμενοι λόγου, πεισθέντες Μωϋσεῖ (79), ὅτι *Ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν*, τὸν ἀριστοτέχνην τῶν σοφῶς καὶ ἐντέχνως γενομένων δοξάσωμεν, καὶ ἐκ τοῦ κάλλους τῶν ὁρωμένων τὸν ὑπέρκαλον ἐννοώμεθα, καὶ ἐκ τοῦ μεγέθους τῶν αἰσθητῶν τούτων καὶ περιγραπτῶν σωμάτων ἀναλογιζώμεθα τὸν ἄπειρον καὶ ὑπερμεγέθη καὶ πᾶσαν διάνοιαν ἐν τῷ πλήθει τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως ὑπερβαίνοντα. Καὶ γὰρ εἰ καὶ τὴν φύσιν ἀγνοοῦμεν τῶν γενομένων, ἀλλὰ τό γε ὁλοσχερῶς ὑποπῖπτον ἡμῶν τῇ αἰσθήσει τοσοῦτον ἔχει τὸ θαῦμα, ὥστε καὶ τὸν ἐντρεχέστατον νοῦν ἐλάττονα ἀναφανῆναι (80) τοῦ ἐλαχίστου τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, πρὸς τὸ ἢ δυνηθῆναι αὐτὸ κατ' ἀξίαν ἐπεξελθεῖν, ἢ τὸν ὀφειλόμενον ἔπαινον ἀποπληρῶσαι τῷ κτίσαντι· ᾧ πᾶσα δόξα, τιμὴ (81) καὶ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

HOMILIA II.

De eo quod invisibilis erat terra et indigesta [18].

12 1. Mane in paucis explicandis verbis immorati, tantam sententiæ profunditatem reconditam invenimus, ut de iis quæ sequuntur, omnino desperemus. Nam si sanctorum atria talia sunt, et templi vestibula adeo veneranda sunt, atque magnifica, ut pulchritudinis suæ præstantia oculos mentis nostræ perstringant, qualia sunt Sancta sanctorum? ecquis tandem comperietur ideneus, qui adyta ingredi ausit? aut quis conspecturus est arcana? Siquidem vel eorum aspectus est inaccessus; et ea quæ mente concepta sunt, ægre omnino verbis possunt explicari. Attamen, cum apud justum judicem vel ob id solum, quod quis officium suum sibi faciendum proposuerit, constituta merces sit, eaque non contemnenda; ne ad perscrutandum fuerimus

ΟΜΙΛΙΑ Β'.

Περὶ τοῦ, Ἀόρατος ἦν ἡ γῆ καὶ ἀκατασκεύαστος (82).

1. Μικροῖς ἔωθεν (83) ἐνδιατρίψαντες ῥήμασι, τοσοῦτον ἀποκεκρυμμένον τὸ βάθος τῆς διανοίας εὑρομεν, ὥστε τῶν ἐφεξῆς παντελῶς ἀπογνῶναι. Εἰ γὰρ τὰ προαύλια τῶν ἁγίων τοιαῦτα, καὶ τὰ προπύλαια τοῦ ναοῦ οὕτω σεμνὰ καὶ ὑπέρογκα τῇ (84) ὑπερβολῇ τοῦ κάλλους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ἡμῶν περιαστράπτοντα, ποταπὰ τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων; καὶ τίς ἱκανὸς κατατολμῆσαι τῶν ἀδύτων; ἢ τίς ἐπόψεται τὰ ἀπόῤῥητα; Ἀπρόσιτος μὲν γὰρ αὐτῶν καὶ ἡ θέα, δυσερμήνευτος δὲ παντελῶς τῶν νοηθέντων ὁ λόγος. Πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ παρὰ τῷ δικαίῳ κριτῇ, καὶ ὑπὲρ μόνου τοῦ προελέσθαι τὰ δέοντα, οὐκ εὐκαταφρόνητοί εἰσιν ἀφωρισμένοι μισθοί, μὴ ἀποκνήσωμεν (85) πρὸς τὴν ἔρευναν. Εἰ γὰρ καὶ τῆς ἀξίας ἀπολειπόμεθα, ἀλλ' ἐὰν τοῦ βουλήματος τῆς Γραφῆς μὴ ἐκπέσωμεν

[18] Gen. I, 2.

(79) Colb. secundus αὐτοὶ τοὺς περὶ τῆς οὐσίας ἀφέμενοι λόγους πιστευθέντες Μωϋσεῖ. Alius codex quoque ἀφέμενοι λόγους. At Coisl. primus vulgatam lectionem tuetur.

(80) Editi et duo mss. ἂν φανῆναι. At alii quatuor mss. conjuncte ἀναφανῆναι.

(81) Codices quatuor δόξα, τιμή. Coisl. primus ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος.

(82) Titulus nullus legitur neque in Reg. quinto, neque in Colb. secundo. In duobus mss. verba Scripturæ, ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, loco sunt tituli. Alii tres mss. cum editis περὶ τοῦ, ἀόρατος ἦν ἡ γῆ καὶ ἀκατασκεύαστος. Colb. primus τοῦ αὐτοῦ περὶ ὑδάτων καὶ φωτὸς, ὁμιλία δευτέρα. Coisl. primus τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου εἰς τὴν α' ἡμέραν τῆς Ἑξαημέρου. Ὁμιλία δευτέρα. Alter Coisl. εἰς τὰ πρῶτα τῆς γενέσεως.

(83) Reg. sextus cum Colb. primo μικροῖς ἔμπροσθεν, *paulo ante*. At editi cum utroque Coisl. et cum multis aliis mss. μικροῖς ἔωθεν, *mane*. Lege Duc.

(84) Sic editio Basil. et mss. plurimi. Editio Paris. ὑπέρογκα καὶ τῇ. Aliquanto post mss. septem ἀπρόσιτος μὲν γὰρ αὐτῶν καὶ ἡ. Editi ἀπρόσιτος γὰρ αὐτῶν ἡ θέα.

(85) Colb. primus μὴ ἀποκνησαίμην.

Digitized by Google

τῇ βοηθείᾳ τοῦ Πνεύματος, καὶ αὐτοὶ οὐκ ἀπόβλητοι A segniores. Nam, tametsi rerum non possumus assequi dignitatem; tamen, si a Scripturæ proposito, Spiritu auxiliante, non excidamus, etiam ipsi non omnino rejectanei judicabimur; ac gratia cooperante, non nihil præstabimus ædificationis Ecclesiæ Dei. *Terra autem*, inquit, *erat invisibilis et incomposita.* Quomodo conditis pariter utrisque cœlo et terra, cœlum quidem omnibus numeris absolutum est, terra vero adhuc imperfecta est et rudis? Aut omnino, quid est terra incomposita? aut ob quam causam erat invisibilis? Sane perfectus terræ apparatus ipsa illius fertilitas est, generationes quarumcunque plantarum, altissimarum arborum tum frugiferarum tum infecundarum ortus; florum colores speciosi ac odores grati, et quæcunque paulo post Dei jussu e terra emergentia genitricem suam erant ornatura. Quarum rerum quoniam nihildum erat, merito Scriptura ipsam nominavit incompositam. Hæc eadem et de cœlo dixerimus; quandoquidem vel ipsum nondum erat exultum, neque proprium receperat ornatum, utpote quod nondum sole aut luna splendesceret, neque astrorum choris coronaretur. Necdum enim isthæc condita erant. Quare a veritate non aberraveris, si cœlum quoque dixeris fuisse incompositum. Terram autem duas ob causas appellavit invisibilem; aut quod nondum esset qui eam conspiceret homo, aut quod ea videri **13** minime posset, quippe quæ aquis super ipsius superficiem innatantibus esset submersa. Nondum enim erant aquæ in suas stationes congregatæ : quas postea aggregatas Deus maria nuncupavit. Invisibile igitur quid est? Aliquando quidem id quod ex se oculis carnis cerni non potest, cujusmodi est mens nostra : aliquando vero id quod ex natura sua potest conspici, sed incumbentis ei corporis occultatur interjectu, veluti ferrum, quod in imo gurgite jacet. Juxta quam notionem, nunc invisibilem ducimus vocatam esse terram, utpote quæ ab aquis occultaretur. Deinde vero cum necdum esset facta lux, nihil erat miri si terra in tenebris sita, quod aer super eam non illuminaretur, ob id etiam a Scriptura invisibilis appellata sit.

καντελῶς κριθησόμεθα, καὶ τῇ συνεργίᾳ τῆς χάριτος οἰκοδομήν τινα τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ παρεξόμεθα. *Ἡ δὲ γῆ ἦν*, φησὶν, *ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος.* Πῶς ἀμφοτέρων ὁμοτίμως γενομένων οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁ μὲν οὐρανὸς ἀπηρτίσθη, ἡ δὲ γῆ ἔτι ἀτελής ἐστι καὶ ἀνεξέργαστος (86); Ἢ ὅλως, τί τὸ ἀκατάσκευον (87) τῆς γῆς; καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν ἀόρατος ἦν; Ἔστι μὲν οὖν τελεία κατασκευὴ γῆς ἡ ἀπ' αὐτῆς εὐθηνία· φυτῶν παντοδαπῶν βλαστήσεις· δένδρων ὑψηλοτάτων προβολαὶ καρπίμων τε καὶ ἀκάρπων· ἀνθῶν εὔχροιαι καὶ εὐωδίαι· καὶ ὅσα μικρὸν ὕστερον (88) μέλλει τῷ προστάγματι τοῦ Θεοῦ ἐπανατείλαντα τῇ γῇ τὴν γεννησαμένην κατακοσμεῖν. Ὧν ἐπειδὴ οὐδὲν οὔπω ἦν, ἀκατάσκευον αὐτὴν εἰκότως ὁ λόγος ὠνόμασε. Τὰ αὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ περὶ (89) οὐ- B ρανοῦ εἴποιμεν· ὅτι οὐκ ἐξείργαστο οὔπω οὐδὲ αὐτὸς, οὐδὲ τὸν οἰκεῖον ἀπειλήφει κόσμον, ἅτε μήπω (90) σελήνῃ μήτε ἡλίῳ περιλαμπόμενος, μηδὲ τοῖς χοροῖς τῶν ἄστρων κατεστεμμένος. Οὔπω γὰρ ταῦτα (91) ἐγεγόνει. Ὥστε οὐχ ἁμαρτήσεις τῆς ἀληθείας, κἂν τὸν οὐρανὸν ἀκατάσκευον εἴπῃς. Ἀόρατον δὲ τὴν γῆν προσεῖπε διὰ δύο αἰτίας· ἢ ὅτι οὔπω ἦν αὐτῆς ὁ θεατὴς ἄνθρωπος (92), ἢ ὅτι ὑποβρύχιος οὖσα ἐκ τοῦ ἐπιπολάζοντος τῇ ἐπιφανείᾳ ὕδατος οὐκ ἠδύνατο καθορᾶσθαι. Οὔπω γὰρ ἦν συναχθέντα τὰ ὕδατα εἰς τὰ οἰκεῖα συστήματα, ἅπερ ὕστερον ὁ Θεὸς συναγαγὼν προσηγόρευσε θαλάσσας. Ἀόρατον οὖν τί ἐστι; Τὸ μὲν, ὃ μὴ πέφυκεν ὀφθαλμοῖς σαρκὸς καθορᾶσθαι, ὡς ὁ νοῦς ὁ ἡμέτερος· τὸ δὲ, ὃ τῇ φύσει ὁρατὸν ὑπάρχον, C διὰ τὴν ἐπιπρόσθεσιν τοῦ ἐπικειμένου αὐτῷ σώματος ἀποκρύπτεται, ὡς ὁ ἐν τῷ βυθῷ σίδηρος. Καθ' ὃ σημαινόμενον νῦν ἀόρατον ἡγούμεθα προσειρῆσθαι τὴν γῆν καλυπτομένην ὑπὸ τοῦ ὕδατος. Ἔπειτα μέντοι, καὶ μήπω τοῦ φωτὸς γενηθέντος, οὐδὲν ἦν θαυμαστὸν τὴν ἐν σκότῳ (93) κειμένην, διὰ τὸ ἀφώτιστον εἶναι τὸν ὑπὲρ αὐτῆς ἀέρα, ἀόρατον καὶ κατὰ τοῦτο παρὰ τῆς Γραφῆς προσειρῆσθαι.

2. Ἀλλ' οἱ παραχαράκται τῆς ἀληθείας, οἱ οὐχὶ τῇ Γραφῇ τὸν ἑαυτῶν νοῦν ἀκολουθεῖν ἐκδιδάσκοντες, ἀλλὰ πρὸς τὸ οἰκεῖον βούλημα τὴν διάνοιαν τῶν Γραφῶν διαστρέφοντες, τὴν ὕλην φασὶ διὰ τῶν λέξεων τούτων παραδηλοῦσθαι. Αὕτη γὰρ, φασὶ (94), καὶ D ἀόρατος τῇ φύσει καὶ ἀκατασκεύαστος, ἅποιος οὖσα

2. At vero veritatis adulteratores qui suam ipsorum mentem Scripturæ obtemperare nequaquam docent, sed ad propriam sententiam detorquent Scripturarum sensum, materiam hisce verbis aiunt significari. Hæc enim, inquiunt, est et invisibilis et incomposita suapte natura : quippe cum ex sua

(86) Codex unus cum editis ἀνέργαστος καὶ ἀναπάρτιστος. Alii sex mss. ut in contextu.

(87) Antiqui octo libri ἀκατάσκευον. Editi cum Coisl. primo ἀκατασκεύαστον.

(88) Codex unus ὅσα μικρῷς μετ' ὀλίγον ὕστερον. Nec ita multo infra octo mss. ἀκατάσκευον αὐτὴν εἰκότως ὁ λόγος. Editi ἀκατασκεύαστον αὐτὴν ὁ λόγος εἰκότως. Coisl. primus ἀκατασκεύαστον αὐτὴν εἰκότως ὁ.

(89) Codices septem κἂν περί. Editi cum uno aut altero mss. καὶ περί. Vox οὔπω paulo post recens accessit ex sex codicibus.

(90) Veteres quinque libri ἅτε μήπω. Editi cum Coisl. primo ὅγε μήπω. Alius codex ὥσγε μήπω.

(91) Editi οὔπω γὰρ αὐτά. At mss. quinque uti in contextu. Mox mss. octo ἀκατάσκευον. Editi cum Coisl. primo ἀκατασκεύαστον.

(92) Sic antiqui septem libri. Vox ἄνθρωπος in editis desiderabatur. Infra Colb. secundus ἐκάλεσε θαλάσσας.

(93) Editi et duo mss. ἐν κόσμῳ, *in mundo*, depravate. At Regii duo cum Colb. secundo et cum Coisl. itidem secundo ἐν σκότῳ, *in tenebris*, emendate. Codex Combef. et alii duo mss. ἐν σκότει. Nec ita multo post quinque mss. cum editione Basil. ἀόρατον καί. Editio Paris. καὶ ἀόρατον.

(94) Editio Basil. cum sex mss. φησί. Editio Paris. φασί.

Digitized by Google

ipsius conditione careat quacunque qualitate, atque ab omni forma ac figura sit separata; quam assumptam pro sua sapientia conformavit artifex, et in ordinem redegit, et ita per ipsam rerum visibilium essentias constituit. Quod si ingenita est hæc, primum quidem par ei ac Deo honor tribuendus est: quandoquidem eodem antiquitatis jure dignabitur. Quo quid magis impium esse possit? materiam scilicet qualitatis ac formæ expertem, extremam ipsam deformitatem, fœditatem ipsam figura destitutam (ipsis enim eorum utor vocabulis) pari cum sapienti et potente ac perpulchro opifice ac universorum conditore prærogativa ac dignitate cohonestari? Deinde quidem si tanta est materia ut totam Dei suscipiat scientiam; et sic aliquo pacto ipsi Dei potentiæ, quæ investigari nequit, substantiam illius æquiparant, cum omnem Dei intelligentiam per seipsam abunde possit dimetiri: si vero materia operatione Dei inferior est, sic etiam hæc eis verba in absurdius convicium vertentur, quippe qui Deum a perficiendis et absolvendis suis operibus propter materiæ defectum abarceant. Verum illos decepit humanæ naturæ inopia. Et quoniam ars quælibet apud nos circa aliquam materiam separatim versatur, velut ars ferraria circa ferrum, lignaria vero circa ligna; atque in his aliud est subjectum, aliud forma, aliud id quod ex forma conficitur: et quia materia quidem forinsecus assumitur, ab arte vero aptatur forma, effectus autem ex utrisque, ex materia scilicet et ex forma componitur; sic etiam existimant in divino opificio, mundi quidem figuram a sapientia conditoris universorum esse inductam, materiam autem extrinsecus Creatori advectam ac subjectam fuisse, mundumque compositum exstitisse, utpote qui subjectum et essentiam aliunde habeat, figuram vero ac formam a Deo acceperit. Hinc autem fit, ut Deum magnum constitutioni rerum præfuisse 14 negent: sed eum tanquam symbolam quamdam supplentem, modicam quamdam portionem ad rerum generationem de seipso contulisse: quandoquidem præ ratiocinationum ignobilitate, ad veritatis sublimitatem respicere non potuere; quia artes hic materia sunt posteriores, utpote ob usus necessitatem in vitam introductæ. Lana enim prius exstitit: ars vero textoria successit, defectum naturæ ex se expletura. Sic lignum quidem erat: ac succedens ars lignaria, materia ad usus quotidie expetitos conformata, lignorum nobis ostendit utilitatem, nautis remum, agricolis venti-

A τῷ ἑαυτῆς λόγῳ, καὶ παντὸς εἴδους καὶ σχήματος κεχωρισμένη, ἣν παραλαβὼν ὁ τεχνίτης τῇ ἑαυτοῦ σοφίᾳ ἐμόρφωσε, καὶ εἰς τάξιν ἤγαγε, καὶ οὕτω δι' αὐτῆς οὐσίωσε τὰ ὁρώμενα. Εἰ μὲν οὖν ἀγέννητος αὕτη, πρῶτον μὲν ὁμότιμος τῷ Θεῷ, τῶν αὐτῶν πρεσβείων (95) ἀξιουμένη. Οὗ τί ἂν γένοιτο ἀσεβέστερον, τὴν ἄποιον, τὴν ἀνείδεον, τὴν ἐσχάτην ἀμορφίαν, τὸ ἀδιατύπωτον αἶσχος (τοῖς γὰρ αὐτῶν ἐκείνων (96) προσρήμασι κέχρημαι) τῆς αὐτῆς προεδρίας ἀξιοῦσθαι τῷ σοφῷ καὶ δυνατῷ καὶ παγκάλῳ δημιουργῷ καὶ κτίστῃ τῶν ὅλων; Ἔπειτα εἰ μὲν τοσαύτη ἐστὶν (97), ὥστε ὅλην ὑποδέχεσθαι τοῦ Θεοῦ τὴν ἐπιστήμην· καὶ οὕτω, τρόπον τινὰ, τῇ ἀνεξιχνιάστῳ τοῦ Θεοῦ δυνάμει ἀντιπαρεξάγουσιν αὐτῆς τὴν ὑπόστασιν, εἴπερ ἐξαρκεῖ ὅλην τοῦ Θεοῦ
B τὴν σύνεσιν δι' ἑαυτῆς ἐκμετρεῖν· εἰ δὲ ἐλάττων (98) ἡ ὕλη τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας, καὶ οὕτως εἰς ἀτοπωτέραν βλασφημίαν αὐτοῖς ὁ λόγος (99) περιτραπήσεται, δι' ἔνδειαν ὕλης ἄπρακτον καὶ ἀνενέργητον τῶν οἰκείων ἔργων τὸν Θεὸν κατεχόντων. Ἀλλ' ἐξηπάτησε γὰρ αὐτοὺς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἡ πενία. Καὶ ἐπειδὴ παρ' ἡμῖν ἑκάστη τέχνη περί τινα ὕλην ἀφωρισμένως ἠσχόληται, οἷον χαλκευτικὴ μὲν περὶ τὸν σίδηρον, τεκτονικὴ δὲ περὶ τὰ ξύλα· καὶ ἐν τούτοις ἄλλο μέν τί (1) ἐστι τὸ ὑποκείμενον, ἄλλο δὲ τὸ εἶδος, ἄλλο δὲ τὸ ἐκ τοῦ εἴδους ἀποτελούμενον· καὶ ἔστιν ἡ μὲν ὕλη ἔξωθεν παραλαμβανομένη, τὸ δὲ εἶδος παρὰ τῆς τέχνης ἐφαρμοζόμενον, ἀποτέλεσμα δὲ τὸ ἐξ ἀμφοῖν συντιθέμενον ἔκ τε τοῦ εἴ-
C δους καὶ τῆς ὕλης· οὕτως οἴονται καὶ ἐπὶ τῆς θείας δημιουργίας, τὸ μὲν σχῆμα τοῦ κόσμου παρὰ τῆς σοφίας ἐπῆχθαι (2) τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων, τὴν δὲ ὕλην ἔξωθεν ὑποβεβλῆσθαι τῷ κτίσαντι, καὶ γεγενῆσθαι τὸν κόσμον σύνθετον, τὸ μὲν ὑποκείμενον καὶ τὴν οὐσίαν ἑτέρωθεν ἔχοντα, τὸ δὲ σχῆμα καὶ τὴν μορφὴν παρὰ Θεοῦ προσλαβόντα. Ἐκ δὲ τούτου αὐτοῖς ὑπάρχει ἀρνεῖσθαι μὲν τὸν μέγαν Θεὸν τῆς συστάσεως τῶν ὄντων προεστηκέναι, οἷον δὲ ἐράνου τινὸς πληρωτὴν, ὀλίγην τινὰ μοῖραν εἰς τὴν τῶν
D ὄντων γένεσιν παρ' ἑαυτοῦ συμβεβλῆσθαι· οὐ δυνηθέντες διὰ λογισμῶν ταπεινότητα πρὸς τὸ ὕψος (3) ἀπιδεῖν τῆς ἀληθείας· ὅτι ἐνταῦθα μὲν αἱ τέχναι τῶν ὑλῶν ὕστεραι, διὰ τὸ ἀναγκαῖον τῆς χρείας παρεισαχθεῖσαι τῷ βίῳ. Τὸ μὲν γὰρ ἔριον προῦπῆρχεν, ἡ δὲ ὑφαντικὴ ἐπεγένετο, τὸ τῆς φύσεως ἐνδέον παρ' ἑαυτῆς ἐκπληροῦσα. Καὶ τὸ μὲν ξύλον ἦν, τεκτονικὴ δὲ παραλαβοῦσα, πρὸς (4) τὴν ἐπιζητουμένην ἑκάστοτε χρείαν διαμορφοῦσα τὴν ὕλην, τὴν εὐχρηστίαν ἡμῖν τῶν ξύλων ὑπέδειξε, κώπην

(95) Editio Paris. ὁμότιμος ἔσται τῶν αὐτῶν πρεσβείων. At editio Basil. ita ut edidimus.

(96) Sic septem mss. Vox ἐκείνων in editis desideratur.

(97) Ita codex Combef. et alii septem. Editio Paris. Ἔπειτα δὲ τοσαύτη ἔσται. Editio Basil. Ἔπειτα μὲν τοσαύτη ἐστίν. Mox Colb. primus δυνάμει ἀντεπεξάγουσιν.

(98) Illa, εἰ δὲ ἐλάττων, ita ad verbum interpretati sumus: *si vero materia operatione Dei inferior est*, hoc est, *si vero materia est deterioris conditionis, quam ut Dei operatio ad eam sese extendat.*

(99) Editio Basil. et antiqui sex libri αὐτοῖς ὁ λόγος. Editio Paris. αὐτῶν ὁ λόγος.

(1) Ita codices septem. Deest τι in vulgatis.

(2) Colb. primus ὑπῆχθαι. Mox idem codex βεβλῆσθαι.

(3) Colb. primus εἰς τὸ ὕψος. Paulo post Colb. secundus παρεισήχθησαν.

(4) Editio Paris. παραλαβοῦσα καὶ πρός. Sed conjunctio καί in multis mss. non reperitur, neque in editione Basileensi.

Digitized by Google

μὲν ναύταις, γεωργοῖς δὲ πτύον, ὁπλίταις δὲ δόρυ παρεχομένη. Ὁ δὲ Θεὸς, πρίν τι τῶν νῦν (5) ὁρωμένων γενέσθαι, εἰς νοῦν βαλόμενος καὶ ὁρμήσας ἀγαγεῖν εἰς γένεσιν τὰ μὴ ὄντα, ὁμοῦ τε ἐνόησεν ὁποῖόν τινα χρὴ τὸν κόσμον εἶναι, καὶ τῷ εἴδει αὐτοῦ τὴν ἁρμόζουσαν ὕλην συναπεγέννησε. Καὶ οὐρανῷ μὲν ἀφώρισε τὴν οὐρανῷ πρέπουσαν φύσιν· τῷ δὲ τῆς γῆς σχήματι τὴν οἰκείαν αὐτῇ καὶ ὀφειλομένην οὐσίαν ὑπέβαλε. Πῦρ δὲ καὶ ὕδωρ καὶ ἀέρα διεσχημάτισέ τε ὡς (6) ἐβούλετο, καὶ εἰς οὐσίαν ἤγαγεν ὡς ὁ ἑκάστου λόγος τῶν γινομένων ἀπῄτει. Ὅλον δὲ τὸν κόσμον ἀνομοιομερῆ τυγχάνοντα ἀῤῥήκτῳ τινὶ φιλίας δεσμῷ (7) εἰς μίαν κοινωνίαν καὶ ἁρμονίαν συνέδησεν· ὥστε καὶ τὰ πλεῖστον ἀλλήλων τῇ θέσει διεστηκότα ἡνῶσθαι δοκεῖν διὰ τῆς συμπαθείας. Παυσάσθωσαν οὖν μυθικῶν πλασμάτων, ἐν τῇ ἀσθενείᾳ τῶν οἰκείων λογισμῶν τὴν ἀκατάληπτον διανοίας (8) καὶ ἄφατον παντελῶς ἀνθρωπίνῃ φωνῇ δύναμιν ἐκμετροῦντες.

labrum, et armatis militibus hastam subministrans. At vero Deus, priusquam quidpiam eorum quæ nunc videntur exstitisset, cum in animum induxisset, statuissetque ea quæ non erant in lucem edere : simul atque cogitavit qualemnam mundum esse oporteret, materiam formæ ipsius convenientem produxit. Et cœlo quidem naturam assignavit, cœlo convenientem : figuræ vero terræ congruam debitamque substantiam subjecit. Ignem autem, aquamque et aerem, uti voluit, conformavit, et ad substantiam evexit, prout singularum rerum quæ fiebant, ratio postulabat. Cæterum mundum totum diversis partibus constantem indissolubili quodam amicitiæ vinculo in unam societatem et harmoniam colligavit : adeo ut ea etiam quæ plurimum inter se situ distant, conjungi per concentum videantur. Cessent igitur a fabulosis commentis ii, qui potestatem menti incomprehensibilem, et quam humana vox exprimere nullo modo possit, cogitationum suarum imbecillitate admetiuntur.

3. *Ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν*· οὐκ ἐξ ἡμισείας ἑκάτερον, ἀλλ' ὅλον οὐρανὸν καὶ ὅλην γῆν, αὐτὴν τὴν οὐσίαν τῷ εἴδει συνειλημμένην. Οὐχὶ γὰρ σχημάτων ἐστὶν εὑρέτης, ἀλλ' αὐτῆς τῆς φύσεως τῶν ὄντων δημιουργός. Ἐπεὶ ἀποκρινέσθωσαν (9) ἡμῖν, πῶς ἀλλήλοις συνέτυχον ἥ τε δραστικὴ τοῦ Θεοῦ δύναμις καὶ ἡ παθητικὴ φύσις τῆς ὕλης· ἡ μὲν τὸ ὑποκείμενον παρεχομένη χωρὶς μορφῆς, ὁ δὲ τῶν σχημάτων τὴν ἐπιστήμην ἔχων ἄνευ τῆς ὕλης, ἵν' ἑκατέρῳ τὸ ἐνδέον παρὰ θατέρου γένηται· τῷ μὲν δημιουργῷ τὸ ἔχειν ὅπου τὴν τέχνην ἐνεπιδείξηται (10), τῇ δὲ ὕλῃ τὸ ἀποθέσθαι τὴν ἀμορφίαν καὶ τοῦ εἴδους τὴν στέρησιν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον· πρὸς δὲ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐπανίωμεν. *Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος* (11). Εἰπὼν, *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν*, πολλὰ ἀπεσιώπησεν, ὕδωρ, ἀέρα, πῦρ, τὰ ἐκ τούτων ἀπογεννώμενα πάθη· ἃ πάντα μὲν ὡς συμπληρωτικὰ τοῦ κόσμου συνυπέστη τῷ παντὶ δηλονότι (12)· παρέλιπε δὲ ἡ ἱστορία, τὸν ἡμέτερον νοῦν γυμνάζουσα πρὸς ἐντρέχειαν, ἐξ ὀλίγων ἀφορμῶν παρεχομένη ἐπιλογίζεσθαι τὰ λειπόμενα. Ἐπεὶ οὖν οὐκ εἴρηται περὶ τοῦ ὕδατος, ὅτι ἐποίησεν ὁ Θεὸς, εἴρηται δὲ, ὅτι ἀόρατος ἦν ἡ γῆ· σκόπει σὺ κατὰ σεαυτὸν τίνι παραπετάσματι

3. *Fecit Deus cœlum et terram*; utrumque non ex dimidia parte, sed totum cœlum, totamque terram, ipsam substantiam cum forma conjunctam. Non enim inventor est figurarum, sed ipsius naturæ rerum opifex. Alioqui respondeant nobis, quonam pacto inter se tum effectrix Dei potentia, tum passiva materiei natura convenerint, hæc quidem absque forma subjectum exhibens, ille vero sine materia scientiam habens figurarum, ut id quod defuerit alteri, ab altero tribuatur, opifici quidem, ut habeat unde specimen det suæ artis : materiei vero, unde deformitatem et formæ privationem deponat. Sed de his hactenus. Jam ad propositum redeamus. *Erat autem terra invisibilis ac incomposita.* Cum dixit : *In principio fecit Deus cœlum et terram*, multa tacuit, aquam, aerem, ignem, emergentes ex his affectiones : quæ sane omnia, tanquam quæ mundum compleant, procul dubio una cum universitate rerum substiterunt; omissa sunt autem isthæc ab historia, ut dum reliqua ex paucis argumentis tradit æstimanda, mentem nostram ad industriam diligentiamque exerceat. Itaque cum dictum non sit Deum aquam fecisse: sed dictum **15** sit terram fuisse invisibilem; tute tecum reputa quo velamine operta non appareret. Neque igitur ignis operire

(5) Codex Combef. et alii sex τῶν νῦν. Vocula νυν in editis deerat. Mox Coisl. primus et Colb. itidem primus cum Regiis quatuor βαλόμενος, aut βαλλόμενος. Editi et duo mss. λαβόμενος.

(6) Antiqui sex libri διεσχημάτισέν τε ὡς. Editi κατεσχημάτισε.

(7) Colb. primus et Coisl. secundus et alii quatuor Regii ἀῤῥήκτῳ τινὶ φιλίας θεσμῷ, *invincibili quadam amicitiæ lege.* Editio Basil. cum Coisl. primo ἀῤῥήτῳ τινὶ φιλίας θεσμῷ, *occulta quadam amicitiæ lege.* Editio Paris. cum Reg. quarto ἀῤῥήκτῳ τινὶ φιλίας δεσμῷ, *indissolubili quodam amicitiæ vinculo :* quam scripturam ideo secuti sumus, quod ita legerit vetus interpres Eustathius, cujus hæc sunt verba, *inviolabilibus cujusdam concordiæ vinculis.*

(8) Editio Basil. et Bodl. et alii nostri mss. διανοίαις. Editio vero Paris. διανοίᾳ. Mox Colb. primus ἀνθρωπίνῃ φύσει, *et quam humana natura narrare nullo modo possit.*

(9) Veteres aliquot libri ἀποκρινάσθωσαν. Codex alius ἔπειτα ἀποκρ.

(10) Sic Regii primus et quintus. Reg. quartus ἐνεπιδείξεται. Editi cum Colb. secundo ἐπιδείξεται. Colb. primus cum Reg. tertio ἐπιδείξηται.

(11) Illa, ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, desunt quidem in editis : sed in septem mss. reperiuntur.

(12) Codex Bodl. et quatuor alii cum editione Basil. δηλονότι. Editio Paris. et duo mss. δῆλον ὅτι.

Digitized by Google

terram poterat. Ignis siquidem affert lucem, ac ea quibus accedit, illustrat potius, quam tenebras offundat. Neque itidem aer erat tunc terræ tegumentum. Rara enim et pellucida est aeris natura, quæ cunctas rerum visibilium species excipit, et ad intuentium oculos transmittit. Reliquum igitur est, ut cogitemus nos, aquam superficiei terræ innatasse, cum nondum esset liquida ista substantia in propriam sedem segregata. Hinc autem terra non erat solum invisibilis, sed erat etiam inornata. Quippe humoris redundantia etiamnum fructuum partum impedit. Eadem igitur causa est, cur et invisibilis esset et incomposita. Nam terræ apparatus, ille ipse est ornatus qui ei proprius est ac naturalis, puta undantes in convallibus segetes, prata virentia et diversis floribus referta, floridi saltus ac montium cacumina silvis inumbrata : quorum nondum habebat quidquam, parturiens quidem omnium ortum, ob inditam sibi ab opifice facultatem, sed tempora congrua exspectans, ut juxta divinum præceptum fetus suos in apertum proferret.

4. *Sed et tenebræ*, ait, *super abyssum*. Aliæ rursum fabularum occasiones, et commentorum magis impiorum causæ ; cum hæc verba ad suas divertant opiniones. Tenebras enim non exponunt, ut mos est, aerem quemdam lucis expertem, aut locum objectu corporis obumbratum, aut denique locum quacunque ex causa lumine privatum, sed potentiam malam : imo malum ipsum a seipso originem trahens, oppositum Dei bonitati atque contrarium. Etenim si Deus lux est [18], absque dubio, aiunt, adversans ei potentia tenebræ utique fuerint, juxta sententiæ consequentiam. Tenebræ ab alio non habent quod sint, sed sunt malum per se genitum. Tenebræ hostes animarum, mortis conciliatrices, virtutis adversariæ : quæ per hæc prophetæ verba, ut falso putant, et subsistere, nec tamen a Deo prodiisse indicantur. Ex hoc sane principio quid non pravorum et impiorum dogmatum conflictum est? Qui lupi graves, gregem Dei discerpentes [19], sumpto ab hac parva voce initio, animas non invaserunt? Nonne hinc Marciones? nonne Valentini? nonne abominanda Manichæorum hæresis, quam si quis putredinem appellet Eccle-

καλυπτομένη οὐκ ἐξεφαίνετο. Οὔτε οὖν πῦρ αὐτὴν καλύπτειν ἠδύνατο. Φωτιστικὸν γὰρ καὶ καταφάνειαν παρέχον οἷς ἂν προσγένηται μᾶλλον (13) ἢ σκοτῶδες τὸ πῦρ. Οὐ μὴν οὐδὲ ἀὴρ προκάλυμμα ἦν τότε τῆς γῆς. Ἀραιὰ γὰρ καὶ διαφανὴς τοῦ ἀέρος ἡ φύσις, πάντα τὰ εἴδη τῶν ὁρατῶν δεχομένη, καὶ ταῖς τῶν ὁρώντων ὄψεσι παραπέμπουσα. Λειπόμενον τοίνυν ἐστὶ νοεῖν ἡμᾶς (14) ὕδωρ ἐπιπολάζειν τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς γῆς. οὔπω πρὸς τὴν οἰκείαν λῆξιν τῆς ὑγρᾶς οὐσίας ἀποκριθείσης. Ἐκ δὲ τούτου οὐ μόνον ἀόρατος ἦν ἡ γῆ, ἀλλὰ καὶ ἀκατασκεύαστος. Ἡ γὰρ τοῦ ὑγροῦ πλεονεξία ἔτι καὶ νῦν ἐμπόδιόν (15) ἐστι πρὸς καρποτογονίαν τῇ γῇ. Ἡ οὖν αὐτὴ αἰτία καὶ τοῦ μὴ ὁρᾶσθαι, καὶ τοῦ ἀκατασκεύαστον εἶναι· εἴπερ κατασκευὴ γῆς, ὁ οἰκεῖος αὐτῇ καὶ κατὰ φύσιν κόσμος, λήϊα μὲν ταῖς κοιλότησιν ἐγκυμαίνοντα, λειμῶνες χλοάζοντες καὶ ποικίλοις ἄνθεσι βρύοντες, νάπαι εὐθαλεῖς, καὶ ὀρῶν κορυφαὶ ταῖς ὕλαις κατάσκιοι· ὧν οὐδὲν εἶχεν οὐδέπω· ὠδίνουσα μὲν τὴν πάντων γένησιν διὰ τὴν ἐναποτεθεῖσαν αὐτῇ παρὰ τοῦ δημιουργοῦ δύναμιν, ἀναμένουσα δὲ τοὺς καθήκοντας χρόνους, ἵνα τῷ θείῳ κελεύσματι προαγάγῃ (16) ἑαυτῆς εἰς φανερὸν τὰ κυήματα.

4. Ἀλλὰ καὶ σκότος, φησὶν, ἐπάνω τῆς ἀβύσσου. Πάλιν ἄλλαι μύθων ἀφορμαὶ, καὶ πλασμάτων δυσσεβεστέρων ἀρχαὶ πρὸς τὰς ἰδίας ὑπονοίας παραρτεπόντων τὰ ῥήματα. Τὸ γὰρ σκότος οὐχ, ὡς πέφυκεν, ἐξηγοῦνται ἀέρα τινὰ ἀφώτιστον, ἢ τόπον ἐξ ἀντιφράξεως σώματος σκιαζόμενον (17), ἢ ὅλως καθ' ὁποιανοῦν αἰτίαν τόπον φωτὸς ἐστερημένον, ἀλλὰ δύναμιν κακὴν, μᾶλλον δὲ αὐτὸ τὸ κακὸν, παρ' ἑαυτοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχον, ἀντικείμενον καὶ ἐναντίον τῇ ἀγαθότητι τοῦ Θεοῦ ἐξηγοῦνται τὸ σκότος. Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς φῶς ἐστι, δηλονότι ἡ ἀντιστρατευομένη αὐτῷ δύναμις σκότος ἂν εἴη, φασὶ (18), κατὰ τὸ τῆς διανοίας ἀκόλουθον. Σκότος, οὐ παρ' ἑτέρου τὸ εἶναι ἔχον, ἀλλὰ κακὸν αὐτογέννητον. Σκότος πολέμιον ψυχῶν, θανάτου ποιητικὸν, ἀρετῆς ἐναντίωσις· ὅπερ καὶ ὑφεστάναι, καὶ μὴ παρὰ Θεοῦ γεγενῆσθαι, ὑπ' αὐτῶν μηνύεσθαι τῶν τοῦ προφήτου λόγων ἐξαπατῶνται. Ἐκ δὴ τούτου τί οὐχὶ συνεπλάσθη τῶν πονηρῶν καὶ ἀθέων δογμάτων ; Ποῖοι λύκοι βαρεῖς (19) διασπῶντες τὸ ποίμνιον τοῦ Θεοῦ, οὐχὶ, ἀπὸ τῆς μικρᾶς ταύτης φωνῆς τὴν ἀρχὴν λαβόντες, ἐπεπόλασαν ταῖς ψυχαῖς ; Οὐχὶ Μαρκίωνες ; οὐχὶ Οὐαλεντῖνοι ἐντεῦθεν ; οὐχ ἡ βδελυκτὴ τῶν Μανιχαίων αἵρεσις, ἣν ση-

[18] I Joan. I, 5. [19] Act. XX, 29.

(13) Ita codex Combef. et alii novem mss. cum editione Basil. Editio Paris. sola uberius προσγένηται καὶ ὁτιοῦνγε μᾶλλον, *et ignis est cujusvis naturæ potius quam tenebrosus.*

(14) Codex unus νοεῖν ὑμᾶς. Mox mss. non pauci ἀόρατος ἦν. Deest ἦν in editione Paris.

(15) Antiqui tres libri et editi ἐμπόδιον. Alii quinque mss. ἐμπόδιος. Aliquanto post codex Combef. παντοίοις καὶ ποικίλοις.

(16) Colb. primus προσαγάγῃ. Haud longe Colb. secundus σκότος ἦν. Editio Paris. ἐπέκειτο ἐπάνω. Sed sex mss. et sacer textus simpliciter σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου.

(17) Ita sex mss. editi et alius codex ἀποσκιαζόμενον. Mox duo mss. τόπον τινά. Subinde Colb. primus ἀντικείμενον καὶ ἐναντιούμενον.

(18) Multi mss. et editio Basil. εἴη φησί. Editio Paris. φασί. Notabo præteriens, vocem φασί raro in mss. nostris legi. Mox Colb. primus παρ' ἑτέρῳ.

8. *Et vocavit Deus firmamentum cœlum* [47]; ita ut proprie quidem conveniat alteri isthæc appellatio, similitudine vero firmamentum quoque hujus nominis sit particeps. Cæterum aspectabilem hunc locum dici cœlum sæpe observavimus, ob densitatem continuitatemque aeris, offerentis se clare nostro aspectui, et ex eo quod videtur, cœli nomen obtinentis, ubi videlicet ait Scriptura : *Volucres cœli* [48]. Et iterum : *Volantia secundum firmamentum cœli* [49]. Tale est et illud : *Ascendunt usque ad cœlos* [50]. Et Moyses benedicens tribui Joseph, a fructibus cœli et rore, et a solstitiis et coitionibus lunarum, et a vertice montium, et collium æternorum benedictiones impertit [51] : quippe quod circumjacens telluri locus per

8. *Καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὸ στερέωμα οὐρανόν*· ὡς κυρίως μὲν ἑτέρῳ τῆς προσηγορίας ἐφαρμοζούσης, καθ' ὁμοίωσιν δὲ καὶ τούτου μεταλαμβάνοντος τῆς κλήσεως (35). Τετηρήκαμεν δὲ πολλαχοῦ τὸν ὁρώμενον τόπον οὐρανὸν λεγόμενον (36) (διὰ τὸ ναστὸν καὶ συνεχὲς τοῦ ἀέρος ἐναργῶς ἡμῶν ταῖς ὄψεσιν ὑποπίπτοντος, καὶ παρὰ τὸ ὁρᾶσθαι τῆς τοῦ οὐρανοῦ (37) προσηγορίας ἀξιουμένου ἐν οἷς φησι· *Τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ*· καὶ πάλιν· *Τὰ πετόμενα κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ*. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τό· *Ἀναβαίνουσιν ἕως τῶν οὐρανῶν*. Καὶ Μωϋσῆς, εὐλογῶν τὴν φυλὴν τοῦ Ἰωσὴφ, ἀπὸ ὡρῶν (38) οὐρανοῦ, καὶ δρόσου, καὶ ἀπὸ ἡλίου τροπῶν, καὶ συνόδων μηνῶν, καὶ ἀπὸ κορυφῆς ὀρέων καὶ βουνῶν ἀεν- C

[47] Gen. I, 8. [48] Psal. VIII, 9. [49] Gen. I, 20. [50] Psal. CVI, 26. [51] Deut. XXXIII, 13-15.

(32) Editio Paris. τροπας απάγοντος... σημεῖα μετατιθέντος... τροπὰς ἐπανάγοντος. Nostra editio Basil. et uterque Coisl. et Bodl. cum Regiis primo, tertio, quinto et sexto, et cum Colb. secundo, prout edidimus. Cæterum arbitramur, editores Marte proprio non ex fide codicum mss. edidisse μετατιθέντος... ἀπάγοντος, etc., ut ne videretur Basilius contra regulas grammatices peccasse. Et vero si ratio haberetur regularum grammaticarum, debuisset Basilius scribere ἀπάγουσαν, nempe σοφίαν. Sed constat exemplis multis insignes magnosque oratores ad præcepta grammatica non semper attendere, sed ea nonnunquam negligere. Itaque non jam ea participia ἀπάγοντα, etc., referas ad vocem D σοφίαν, sed ad vocem subintellectam, κυβερνήτην.

(33) Colb. secundus κοῦφον ἀνάγοντος.

(34) Reg. primus προσιέναι.

(35) Colb. secundus κλήσεως· οὕτως ὡς εἴρηται. Vult Basilius firmamentum non proprie cœlum nominari, sed duntaxat cœli nomine insigniri per quamdam similitudinem.

(36) Colb. secundus et Reg. octavus cum Coisl. secundo τὸν ὁρώμενον τοῦτον ἀέρα οὐρανὸν λεγόμενον, *Cæterum aspectabilem hunc aerem dici cœlum sæpe observavimus.* Editi et Regii primus et quintus cum Coisl. vetustiore τὸν ὁρώμενον τόπον οὐρανὸν λεγόμενον, *Observavimus autem non raro visibilem hunc locum cœlum appellari.* Equidem non inficias iverim, admitti posse lectionem utramque : mihi tamen nescio quomodo verisimilius fit, posteriorem priori esse antetponendam. Suspicor enim librarium quempiam e regione vocis τόπον per modum scholii ad marginem sui codicis apposuisse τοῦτον ἀέρα, et hinc factum esse, ut librarii alii hanc lectionem inseruerint textui. Nec parum hanc nostram conjecturam adjuvat, quod Eustathium constet τόπον legisse, cum sic vertat : *Scimus tamen sæpissime cœlum dici locum spissum densatumque aeris.* Vocem autem *aeris*, ut alias permultas, videtur de suo addidisse Eustathius, explanationis causa.

(37) Hæc quidem sonant optime in Græcis, quod vox οὐρανός et verbum ὁρᾶσθαι habeant inter se cognationem quamdam : in Latinis non item, quod inter vocem *cœlum* et verbum *videri* convenientia D nulla sit.

(38) *Ἀπὸ ὡρῶν*, *a fructibus.* Quam lectionem non editi solum exhibent, sed etiam Sixt. Biblia, Coisl. secundus, Colb. secundus, Regii quintus et octavus cum Medicæo. Henricianus vero cum Regiis primo et tertio ὁρῶν, *a montibus*, quæ ultima lectio, teste Flaminio Nobilio, reperitur in quibusdam Deuteronomii codicibus. Ambrosius procul dubio legit ἀπὸ ὄρων, cum lib. II *in Hexaem.*, cap. 4, num. 16, sic habeat : *Denique et Moyses benedictiones tribui Joseph a finibus cœli.* Nec aliter legit Eustathius, qui vertat : *ex finibus cœli.* Vulgata, *de pomis cœli.* Vox Hebræa, inquit Ducæus, delicias et delicatos fructus significat. Unde Pagninus ad verbum, *de delicatis cœlorum.* Cæterum ad exemplum aliorum vertimus, *a fructibus :* quanquam ὥρα non tam significet fructum, quam maturi fructus eximium colorem atque gratiam. Lege Ducæum.

Digitized by Google

νάων τὰς εὐλογίας δίδωσιν, ὡς τοῦ περὶ γῆν τόπου διὰ τῆς ἐν τούτοις εὐταξίας εὐθηνουμένου. Ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς κατάραις τῷ Ἰσραὴλ (39), *Ἔσται σοι*, φησὶν, *ὁ ὑπὲρ κεφαλῆς οὐρανὸς χαλκοῦς*. Τί τοῦτο λέγων; Τὴν παντελῆ ξηρασίαν καὶ ἐπίλειψιν τῶν ἀερίων ὑδάτων, δι' ὧν τῇ γῇ τὸ γόνιμον τῶν καρπῶν ἐνυπάρχει. Ὅταν οὖν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ φέρεσθαι λέγῃ δρόσον ἢ ὑετὸν, περὶ ὑδάτων νοοῦμεν ὅσα τὴν ἄνω κατέχειν διατέτακται χώραν. Συναγομένων γὰρ τῶν ἀναθυμιάσεων περὶ τὸ ὕψος, καὶ πυκνουμένου τοῦ ἀέρος ταῖς ἐκ τῶν πνευμάτων πιλήσεσιν, ὅταν μὲν αἱ τέως ἀτμοειδῶς καὶ λεπτῶς ἐνεσπαρμέναι τῷ νέφει νοτίδες ἀλλήλαις προσχωρήσωσι, σταγόνες γίγνονται, τῷ βάρει τῶν συγκριθέντων φερόμεναι πρὸς τὸ κάτω· καὶ αὕτη ὑετοῦ γένεσις· ὅταν δὲ τὸ ὑγρὸν ἐξαφρισθῇ, ταῖς βίαις τῶν ἀνέμων ἀνακοπὲν, εἶτα εἰς ἄκρον καταψυχθὲν, ὅλον διόλου παγῇ, θραυομένου τοῦ νέφους, ἡ χιὼν καταφέρεται. Καὶ ὅλως, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ἔξεστί σοι ὁρᾷν πᾶσαν τοῦ ὑγροῦ τὴν φύσιν περὶ τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῶν ἀέρα συνισταμένην. Καὶ μηδεὶς τῇ περιεργίᾳ τῶν περὶ οὐρανοῦ φιλοσοφησάντων τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀκατάσκευον τῶν πνευματικῶν λόγων παραβαλλέτω. Ὅσῳ γὰρ τὸ ἐν ταῖς σώφροσι (40) κάλλος τοῦ ἑταιρικοῦ προτιμότερον, τοσοῦτον καὶ τῶν ἡμετέρων λόγων πρὸς τοὺς ἔξωθεν τὸ διάφορον. Οἱ μὲν γὰρ κατηναγκασμένον τὸ πιθανὸν τοῖς λόγοις ἐπάγουσιν· ἐνταῦθα δὲ γυμνὴ τεχνασμάτων ἡ ἀλήθεια πρόκειται. Καὶ τί δεῖ πράγματα ἔχειν ἡμᾶς τὸ ψευδὲς αὐτῶν διελέγχοντας, οἷς ἐξαρκεῖ τὰς αὐτῶν ἐκείνων βίβλους ἀλλήλαις ἀντιπαραθέντας ἐν ἡσυχίᾳ πολλῇ θεατὰς αὐτῶν τοῦ πολέμου καθῆσθαι (41); Οὔτε γὰρ ἀριθμῷ ἐλάττους, οὔτε ἀξιώματι ὑφειμένοι, πολυφωνίᾳ δὲ καὶ παρὰ πολὺ διαφέροντες πρὸς τὸν ἐναντίον αὐτοῖς ἀντικαθίστανται λόγον, οἱ τὸ πᾶν ἐκπυροῦσθαι λέγοντες, καὶ ἀναβιώσκεσθαι πάλιν ἐκ τῶν σπερματικῶν λόγων τῶν ἐναπομενόντων τοῖς ἐκπυρωθεῖσιν· ὅθεν καὶ ἀπείρους φθορὰς κόσμου καὶ παλιγγενεσίας εἰσάγουσιν. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν, ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἀληθείας ἀποσχιζόμενοι, ἔνθεν καὶ ἔνθεν τὰς ἐπὶ τὴν πλάνην ἑαυτοῖς ἐκτροπὰς ἐξευρίσκουσιν.

9. Ἡμῖν (42) δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἐστί τις λόγος περὶ τῶν διακριθέντων ὑδάτων, οἳ προφάσει ἀναγωγῆς, καὶ νοημάτων ὑψηλοτέρων, εἰς ἀλληγορίας κατέφυγον, δυνάμεις λέγοντες πνευματικὰς καὶ ἀσωμάτους τροπικῶς ἐκ τῶν ὑδάτων σημαίνεσθαι· καὶ ἄνω μὲν ἐπὶ τοῦ στερεώματος μεμενηκέναι τὰς κρείττονας, κάτω δὲ τοῖς περιγείοις καὶ ὑλικοῖς τόποις προσαπομεῖναι (43) τὰς πονηράς. Διὰ τοῦτο δὴ, φασὶ, καὶ τὰ ἐπάνω τῶν οὐρανῶν ὕδατα αἰνεῖν τὸν Θεόν· τουτέστι, τὰς ἀγαθὰς δυνάμεις ἀξίας οὔσας διὰ καθαρότητα τοῦ ἡγεμονικοῦ τὸν πρέ-

horum temperiem fecundetur. Quin et in maledictis Israeli, *Et erit*, inquit, *tibi cœlum quod super caput est, æneum* [39]. Quid his verbis indicare vult? Omnimodam siccitatem, et aquarum aeriarum defectum, quibus telluri fertilitas fructuum confertur. Cum igitur deferri de cœlo rorem aut pluviam dicit, tum aquas eas quæ supernam regionem occupare jussæ sunt, intelligimus. Collectis enim in sublimi vaporibus, et aere per ventorum compressionem condensato, ubi humiditates, prius in modum vaporis tenuiterque nubi inspersæ, inter se mutuo cohæserunt, tunc gignuntur guttæ, ad ima concretorum humorum pondere decidentes; atque hic est pluviæ ortus. Cum vero humor vi ventorum dissectus, in spumam redactus est, cumque deinceps summe refrigescens, totus omnino congelatus est, tum fracta nube nix delabitur. Et in summa, ob eamdem rationem licet tibi omnem humoris naturam circum aerem capiti nostro superstantem cernere. Nemo autem spiritualium sermonum simplicitatem ac incultum cum curiositate eorum qui de cœlo philosophati sunt, comparet. Quanto enim castarum pulchritudo meretricia præstabilior est, tanto sermones nostri externis præstant. Hi namque probabilitatem vi extortam suis sententiis conciliant: hic vero nuda **31** et ab artificiis vacua proponitur veritas. Sed quid opus est nos in mendaciis ipsorum confutandis fatigari, quibus satis fuerit, si libris ipsorum inter se collatis, belli ipsorum spectatores in summo otio sedeamus? Nam neque numero pauciores neque dignitate inferiores, sed loquacitate etiam longe præstantes contrariæ sibi opinioni refragantur, ii qui universum aiunt comburi, ac iterum ex seminalibus quibusdam rationibus quæ in rebus exustis remanent, reviviscere. Unde etiam infinitas mundi corruptiones et regenerationes inducunt. Verum illi quidem utrinque a veritate dissiti, hinc et inde ad errorem sibi ipsis diverticula inveniunt.

9. Quinetiam aliquis nobis adversus ecclesiasticos quosdam scriptores de discretis aquis habendus est sermo: qui anagoges et sublimioris intelligentiæ nomine confugerunt ad allegorias, adeo ut spiritales et incorporeas virtutes asserant per aquas tropice significari: et sursum quidem supra firmamentum mansisse præstabiliores, deorsum vero in terrestribus crassisque locis malignas subsedisse. Propterea dicunt et eas aquas quæ supra cœlos locatæ sunt, Deum laudare, hoc est, bonas potestates, ob mentis munditiam dignas, quæ convenientem Conditori lau-

[39] Deut. xxvii, 23.

(39) Ita editi cum Reg. tertio et cum Coisl. vetustiore. Reg. sextus τῷ Ἰσραὴλ ὁ Ἱερεμ. ἔσται. Alii quatuor mss. habent Ἱερεμίᾳ pro Ἰσραήλ.

(40) Editi et Coisl. vetustior ἐν ταῖς σώφροσι. Alii septem mss. ἐν τοῖς σώφροσι. Mox duo mss. τοσούτῳ καί.

(41) Reg. sextus πολέμου καθίστασθαι.

(42) In confesso est apud omnes tum antiquos tum recentiores hic coargui Origenem. Lege Præf. num. 23.

(43) Reg. sextus προσαναμεῖναι.

Digitized by Google

dem exsolvant : aquas vero infra cœlos constitutas, spiritales maliguitates esse, a naturali sublimitate ad imam nequitiam delapsas : quas, utpote turbulentas seditiosasque et affectuum tumultibus exæstuantes, docent maris nomine fuisse vocatas, ob motuum a voluntate proficiscentium instabilitatem atque inconstantiam. Tale porro sermones veluti somniorum interpretationes et aniles fabulas rejicientes, aquam aquam intelligamus, et secretionem a firmamento factam juxta allatam rationem accipiamus. Verum etiamsi aquæ illæ supra cœlos constitutæ nonnunquam ad universorum communem Dominum laudandum adhibeantur ; non idcirco eas naturam rationalem esse putamus. Neque enim animati sunt cœli, eo quod *Dei enarrant gloriam* [53] : neque firmamentum animal est sensu præditum, eo quod *Opus manuum ipsius annuntiat* [54]. Et si dicat quis cœlos quidem esse contemplativas virtutes, firmamentum vero potestates actuosas, et eorum quæ decent effectrices : hunc sermonem quidem tanquam solerter confictum suscipimus, sed verum esse non omnino concedemus. Sic enim et ros, et pruina, et frigus, et æstus, propterea quod apud Danielem laudare universorum Opificem jussa sint [55], erunt spiritualis quædam et invisibilis natura. Sed hæc loquendi ratio, si in illis locis a sagacibus modo spiritali accipiatur, Creatoris laudationem complet. Etenim non solum aqua supra cœlos reposita [56], tanquam quæ præcipuis honoribus ob præstantiam in se ex virtute insidentem condecoretur, Deo laudem persolvit : sed etiam, *Laudate eum*, inquit, *et quæ ex terra estis, dracones et omnes abyssi* [57]. Quare et abyssus quam in pejorem **32** partem ii qui allegoriis utuntur, rejecerant, ne ipsa quidem Psalmorum cantori visa est aspernabilis et rejectanea, cum in communem ascita sit chorum creaturarum : imo etiam illa pro indito sibi modo concinne hymnorum cantum impertit Conditori.

10. *Et vidit Deus, quia pulchrum est* [58]. Oculis Dei jucunditatem res ab ipso factæ nequaquam afferunt : neque talis est apud ipsum rerum pulcharum commendatio, qualis apud nos : sed id pulchrum est, quod ad artis rationem perfectum et absolutum est, atque ad finis utilitatem tendit. Qui igitur manifestum eorum quæ fiunt finem sibi proposuit, res singulas uti finem complentes ad artis suæ rationes recognoscens, comprobavit. Etenim si manus seorsum, aut oculus privatim, aut

A ποντα αἶνον (44) ἀποδιδόναι τῷ κτίσαντι · τὰ δὲ ὑποκάτω τῶν οὐρανῶν ὕδατα τὰ πνευματικὰ εἶναι τῆς πονηρίας, ἀπὸ τοῦ κατὰ φύσιν ὕψους εἰς τὸ τῆς κακίας βάθος καταπεσόντα · ἅπερ, ὡς ταραχώδη ὄντα καὶ στασιαστικὰ, καὶ τοῖς θορύβοις τῶν παθῶν κυμαινόμενα, θάλασσαν ὠνομάσθαι διὰ τὸ εὐμετάβλητον καὶ ἄστατον τῶν κατὰ προαίρεσιν κινημάτων. Τοὺς δὴ τοιούτους λόγους ὡς ὀνειράτων συγκρίσεις καὶ γραώδεις μύθους ἀποπεμψάμενοι, τὸ ὕδωρ ὕδωρ νοήσωμεν, καὶ τὴν διάκρισιν τὴν ὑπὸ τοῦ στερεώματος γενομένην κατὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν αἰτίαν δεξώμεθα (45). Καὶ μέντοι, κἂν εἰς δοξολογίαν ποτὲ τοῦ κοινοῦ τῶν ὅλων Δεσπότου τὰ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν παραλαμβάνηται ὕδατα, οὐ λογικὴν αὐτὰ φύσιν παρὰ τοῦτο τιθέμεθα. Οὔτε γὰρ οἱ οὐρανοὶ ἔμψυχοι, ἐπεί-
B δὴ *Διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ* · οὔτε τὸ στερέωμα ζῷόν ἐστιν αἰσθητικὸν, ἐπειδὴ *Ἀναγγέλλει ποίησιν τῶν χειρῶν αὐτοῦ*. Κἂν λέγῃ τις οὐρανοὺς μὲν εἶναι τὰς θεωρητικὰς δυνάμεις, στερέωμα δὲ τὰς πρακτικὰς καὶ ποιητικὰς τῶν καθηκόντων, ὡς κεκομψευμένον μὲν τὸν λόγον ἀποδεχόμεθα, ἀληθῆ δὲ εἶναι οὐ πάνυ τι δώσομεν. Οὕτω γὰρ ἂν καὶ δρόσος, καὶ πάχνη, καὶ ψῦχος, καὶ καῦμα, ἐπειδὴ ὑμνεῖν παρὰ τῷ Δανιὴλ (46) τὸν τῶν ὅλων Δημιουργὸν ἐπετάχθη, νοερά τις ἔσται καὶ ἀόρατος φύσις. Ἀλλ' ὁ ἐν τούτοις λόγος, παρὰ τῶν νοῦν ἐχόντων τεθεωρημένως ἐκλαμβανόμενος, συμπληρωτικός ἐστι (47) τῆς δοξολογίας τοῦ κτίσαντος. Οὐ μόνον γὰρ τὸ ἐπάνω τῶν οὐρανῶν ὕδωρ, ὡς προηγούμενον ταῖς τιμαῖς διὰ τὴν
C ἐξ ἀρετῆς προσοῦσαν αὐτῷ ὑπεροχὴν τῷ Θεῷ τὸν αἶνον ἀποπληροῖ, ἀλλ', *Αἰνεῖτε* γὰρ *αὐτὸν*, φησὶ, *καὶ τὰ ἐκ τῆς γῆς, δράκοντες καὶ πᾶσαι ἄβυσσοι*. Ὥστε καὶ ἡ ἄβυσσος, ἣν εἰς τὴν χείρονα μοῖραν οἱ ἀλληγοροῦντες ἀπέρριψαν, οὐδὲ αὐτὴ ἀπόβλητος ἐκρίθη τῷ ψαλμῳδῷ (48), εἰς τὴν κοινὴν τῆς κτίσεως χοροστασίαν παραληφθεῖσα · ἀλλὰ καὶ αὐτὴ κατὰ τοὺς ἐνυπάρχοντας αὐτῇ λόγους ἁρμονίως συμπληροῖ τὴν ὑμνῳδίαν τῷ ποιητῇ.

10. *Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι καλόν*. Οὐχὶ ὀφθαλμοῖς Θεοῦ τέρψιν παρέχει τὰ παρ' αὐτοῦ γινόμενα, οὐδὲ τοιαύτη παρ' αὐτῷ ἡ ἀποδοχὴ τῶν καλῶν, οἵα καὶ παρ' ἡμῖν · ἀλλὰ καλὸν τὸ τῷ λόγῳ τῆς τέχνης ἐκτελεσθὲν, καὶ πρὸς τὴν τοῦ τέλους εὐχρηστίαν συντεῖνον. Ὁ τοίνυν ἐναργῆ (49) τὸν σκοπὸν τῶν
D γινομένων προθέμενος, τὰ κατὰ μέρος γινόμενα ὡς συμπληρωτικὰ τοῦ τέλους τοῖς τεχνικοῖς ἑαυτοῦ λόγοις ἐπελθὼν (50) ἀπεδέξατο. Ἐπεὶ καὶ χεὶρ καθ' ἑαυτὴν, καὶ ὀφθαλμὸς ἰδίᾳ, καὶ ἕκαστον τῶν τοῦ

[53] Psal. xviii, 2. [54] ibid. [55] Dan. iii, 67, 68. [56] Psal. cxlviii, 4. [57] ibid. 7. [58] Gen. i, 10.

(44) Ita mss. octo. Editi πρέποντα ὕμνον.

(45) Reg. sextus γινομένην κατὰ τὴν δοθεῖσαν αἰτίαν δεξόμεθα.

(46) Reg. sextus παρὰ τοῦ Δαν. Statim Reg. primus τῶν ὅλων Θεὸν ἐπετ.

(47) Duo mss. e nostris cum Combef. συμπληρωτικὸς ἔσται. Nec ita multo post editi cum Reg. octavo et cum utroque Coisl. προηγούμενον. Alii tres mss. προηγμένον. Colb. secundus προηγουμένως.

(48) Sic codices sex. Editi cum duobus aut tribus mss. παρὰ τῷ ψαλμ.

(49) Ita uterque Duc., uterque Coisl., Regii primus, tertius, quintus, sextus et octavus, cum Colb. secundo. Nec aliter legit Eustathius. Editio Paris. ἐν ἀρχῇ, *in principio*. Editio Basil. uno verbo ἐναρχῇ.

(50) Reg. sextus ἐπανελθών. Aliquanto post editi cum aliquibus mss. διῃρημένως. Regii tertius, quintus et sextus διεῤῥιμμένως, *fortuito*.

Digitized by Google

ἀνδριάντος μελῶν διῃρημένως κείμενα, οὐκ ἂν φανείη καλὰ τῷ τυχόντι· πρὸς δὲ τὴν οἰκείαν τάξιν ἀποτεθέντα, τὸ ἐκ τῆς ἀναλογίας, ἐμφανὲς (51) μόλις ποτὲ, καὶ τῷ ἰδιώτῃ παρέχεται γνώριμον. Ὁ μέντοι τεχνίτης καὶ πρὸ τῆς συνθέσεως οἶδε τὸ ἑκάστου καλὸν, καὶ ἐπαινεῖ τὰ καθ' ἕκαστον, πρὸς τὸ τέλος αὐτῶν ἐπαναφέρων τὴν ἔννοιαν. Τοιοῦτος οὖν δή τις καὶ νῦν ἔντεχνος ἐπαινέτης τῶν κατὰ μέρος ἔργων ὁ Θεὸς ἀναγέγραπται· μέλλει δὲ τὸν προσήκοντα (52) ἔπαινον καὶ παντὶ ὁμοῦ τῷ κόσμῳ ἀπαρτισθέντι πληροῦν. Ἀλλὰ γὰρ ἐνταῦθα ἡμῖν οἱ περὶ τῆς δευτέρας ἡμέρας καταληξάτωσαν λόγοι, ὥστε τοῖς μὲν φιλοπόνοις ἀκροαταῖς καιρὸν παρασχεῖν τῆς ὧν ἤκουσαν ἐξετάσεως, ὥστε εἴ τι χρήσιμον ἐν αὐτοῖς, τοῦτο τῇ μνήμῃ συσχεῖν (53), καὶ διὰ τῆς φιλοπόνου μελέτης, οἷον διά τινος πέψεως, τὴν τῶν ὠφελίμων ἀνάδοσιν ἀναμεῖναι· τοῖς δὲ περὶ τὸν βίον ἀσχολουμένοις δοῦναι σχολὴν διὰ τοῦ μέσου χρόνου τὰς φροντίδας διαθεμένοις (54), καθαρᾷ μεριμνῶν τῇ ψυχῇ πρὸς τὴν ἑσπερινὴν τῶν λόγων ἑστίασιν ἀπαντῆσαι. Ὁ δὲ τὰ μεγάλα δημιουργήσας Θεὸς, καὶ τὰ μικρὰ ταῦτα λεχθῆναι οἰκονομήσας, δῴη ὑμῖν σύνεσιν ἐν παντὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀληθείας, ἵν' ἐκ τῶν ὁρωμένων τὸν ἀόρατον ἐννοῆτε, καὶ ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς τῶν κτισμάτων τὴν πρέπουσαν δόξαν περὶ τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς ἀναλαμβάνητε (55). *Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης*· ὥστε καὶ ἐν γῇ, καὶ ἐν ἀέρι, καὶ ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐν ὕδατι, καὶ ἐν νυκτὶ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρωμένοις ἐναργῆ λαμβάνειν ἡμᾶς τοῦ εὐεργέτου τὰ ὑπομνήματα (56). Οὔτε γὰρ ἁμαρτίαις καιρόν τινα δώσομεν, οὔτε τῷ ἐχθρῷ τόπον ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν καταλείψομεν, διὰ τῆς συνεχοῦς μνήμης ἔνοικον ἔχοντες ἑαυτῶν (57) τὸν Θεόν· ᾧ πᾶσα δόξα καὶ προσκύνησις νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A unumquodque statuæ membrum separatim jaceret, hæc utique non cuivis pulchra viderentur: si vero in proprium locum ac ordinem reponantur, tum pulchritudo ex proportione emergens, quæ modo vix in conspectum veniebat, jam vel cuivis rudi et imperito manifesta evadit. Verum artifex ante commissuram novit cujusque partis pulchritudinem, laudatque singula, utpote qui ad eorum finem animum intendat. Deus itaque et nunc depingitur ceu talis quispiam artifex, qui opera singula laudat, imo etiam toti simul mundo absoluto congruam laudem non dubitat tribuere. Cæterum nostri de secunda die sermones hic desinant, quo studiosis auditoribus temporis opportunitas præbeatur ea quæ audiverunt expendendi, ut si quid utile in ipsis sit, idipsum memoria conservent, ac per sedulam meditationem velut per quamdam coctionem, eorum quæ utilia sunt exspectent digestionem: utque detur otium his qui victu comparando occupantur, ut intermedio tempore negotia disponentes, anima curis purgata ad vespertinas sermonum epulas occurrant. Deus autem qui tanta effecit, et quo disponente pauca hæc dicta sunt, tribuat vobis in omnibus suæ veritatis intelligentiam, ut per visibilia invisibilem cognoscatis, atque ex magnitudine ac pulchritudine creaturarum decentem de Conditore nostro opinionem concipiatis. *Invisibilia enim ipsius a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque ejus virtus et divinitas*[59]: adeo ut in terra, in aere, in cœlo, in aqua, in nocte, in die, et in omnibus visibilibus, non obscure ejus qui nobis benefecit recordemur. Neque enim peccatis occasionem ullam sumus daturi, neque inimico in nostris cordibus locum relicturi, si modo per assiduam memoriam Deum in nobis inhabitantem habeamus: cui omnis gloria et adoratio, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

B C

ΟΜΙΛΙΑ Δ'.

Περὶ συναγωγῆς τῶν ὑδάτων (58).

1. Εἰσί τινες πόλεις παντοδαποῖς θεάμασι θαυματοποιῶν ἀπὸ βαθέος ὄρθρου μέχρις ἑσπέρας αὐτῆς ἐστιῶσαι τὰς ὄψεις. Καὶ μέντοι καὶ μελῶν τινων (59) κεκλασμένων καὶ διεφθαρμένων καὶ παντάπασι πολλὴν ἀκολασίαν ταῖς ψυχαῖς ἐντικτόντων, ἐπὶ πλεῖστον ἀκού-

HOMILIA IV.

De aquarum congregatione.

33 1. Sunt quædam civitates, quæ omnigenis præstigiatorum spectaculis a summo mane ad ipsam usque vesperam oculos pascunt. Et certe quamvis cantilenas quasdam dissolutas corruptasque et omnibus modis multam in animis impuritatem gignentes,

D

[59] Rom. I, 20.

(51) Regii primus et sextus cum Colb. secundo et cum utroque Coisl. ἐμφανές. Editi cum duobus mss. εὐφανές. Codex Combef. cum Reg. octavo συμφυές.

(52) Sic Regii primus, tertius, quintus, sextus, octavus, Colb. secundus et Combef. cum utroque Coisl. Editio Paris. ὁ Θεός. Ἀναγέγραπται δὲ τοῦτο τὸν πρός. Editio vero Basil. ἀναγέγραπται δὲ τὸν πρός. Utraque male.

(53) Sic codices sex. Editi et Coisl. primus συνέχειν.

(54) Ita quatuor mss. Editi διατιθεμένοις.

(55) Sic Regii primus, tertius, sextus et Colb. secundus, bene. Coisl. uterque et editi, et Reg. quintus ἀναλαμβάνειν.

(56) Ita mss. octo. Eustathius vertit, *monumenta certissima*. Editi ὑποδείγματα, *exempla*.

(57) Colb. secundus ἔχοντες ἑαυτοῖς. Mox editi cum Reg. tertio εἰς τοὺς σύμπαντας καὶ ἀτελευτήτους αἰῶνας. Voces σύμπαντας καὶ ἀτελευτήτους desunt in quinque codicibus.

(58) Reg. octavus περὶ συναγωγῶν ὑδάτων. Coisl. primus simpliciter ὁμιλία τετάρτη.

(59) Sic octo mss. Editi τινές. Verisimile mihi fit, typographos sua ipsorum auctoritate contra fidem mss. edidisse τινές pro τινῶν, ne mendum subesse videretur, et ut vox τινές cum voce ἀκούοντες construi posset. Sed hæc eorum emendatio necessaria non erat, cum vox ἀκούοντες queat referri ad generale quoddam nomen, puta πολῖται.

Digitized by Google

vel diutissime audiant, nequaquam exsatiantur. Quin etiam tales populos multi prædicant beatos, quod, relictis fori mercaturis, aut artium ad vitam tutandam spectantium inventionibus neglectis, in omni otio atque voluptate tempus vitæ sibi præstitutum transigunt; nescientes orchestram quæ spectaculis impuris abundat, his qui illic considerent communem ac publicam esse lasciviæ officinam. Quin et illæ tibiarum modulationes perquam concinnæ, ac meretriciæ cantiones, audientium animis insidentes, cunctis, utpote citharœdorum aut tibicinum pulsum æmulantibus, nihil aliud quam obscenitatem suadent. Jam vero nonnulli qui equis supra modum delectantur, vel in somnis pro equis contendunt, transjungentes currus, aurigas transmutantes, et in summa ne in somniorum quidem visis a diurna insipientia vacant. Nos autem, quos Dominus, magnus rerum mirabilium effector ac opifex, ad sua commendanda opera convocavit, num in contemplandis et auscultandis Spiritus eloquiis aut fatiscemus, aut pigri erimus? Nonne potius, magnam illam variamque divini opificii officinam circumstantes, et unusquisque ad transacta tempora mente retrogressi, mundi totius ordinationem contemplabimur? cœlum quidem juxta propheticum sermonem in modum fornicis conflatum [60]: terram vero magnitudine ac gravitate infinitam, ipsam seipsa innixam: diffusum aerem, mollem et suapte natura humidum, proprium et perpetuum respirantibus alimentum suppeditantem, cedentem autem, et præ mollitia a corporibus motis sese interscindi sinentem, nihil ut impedimenti sit per ipsum meantibus; cum ad tergum eorum qui ipsum findunt, recipiat se facile ac diffluat. Aquæ denique naturam, tum ejus quæ alimentum subministrat, tum ejus quæ ad alios nostros usus destinatur, simulque ordinatam ejusdem ad definita loca congregationem, ex his quæ modo nobis lecta sunt, conspicies.

A οντες οὐκ ἐμπίμπλανται. Καὶ τοὺς τοιούτους δήμους πολλοὶ μακαρίζουσιν, ὅτι, τὰς κατ' ἀγορὰν ἐμπορίας, ἢ τὰς ἐκ τῶν τεχνῶν πρὸς τὸ ζῆν ἐπινοίας καταλιπόντες (60), διὰ ῥᾳθυμίας πάσης καὶ ἡδονῆς τὸν τεταγμένον ἑαυτοῖς τῆς ζωῆς χρόνον διαπερῶσιν, οὐκ εἰδότες ὅτι ὀρχήστρα εὐθηνουμένη θεάμασιν ἀκολάστοις κοινὸν καὶ δημόσιον διδασκαλεῖον ἀσελγείας τοῖς συγκαθημένοις ἐστὶ, καὶ τὰ παναρμόνια τῶν αὐλῶν μέλη καὶ ᾄσματα πορνικὰ, ἐγκαθεζόμενα ταῖς τῶν ἀκουσάντων (61) ψυχαῖς, οὐδὲν ἕτερον ἢ πάντας ἀσχημονεῖν ἀναπείθει, τὰ τῶν κιθαριστῶν ἢ τὰ τῶν αὐλητῶν κρούματα (62) μιμουμένους. Ἤδη δέ τινες τῶν ἱππομανούντων καὶ ὑπὲρ τῶν ἵππων μάχονται, ἅρματα μεταζευγνύντες καὶ ἡνιόχους μετατιθέντες, καὶ ὅλως τῆς μεθημερινῆς ἀφροσύνης οὐδὲ ἐν B ταῖς καθ' ὕπνον φαντασίαις ἀφίστανται. Ἡμεῖς δὲ ἆρα, οὓς ὁ Κύριος, ὁ μέγας θαυματοποιὸς καὶ τεχνίτης, ἐπὶ τὴν ἐπίδειξιν συνεκάλεσε τῶν οἰκείων ἔργων, ἀποκαμούμεθα πρὸς τὴν θέαν (63), ἢ ἀποκνήσομεν πρὸς τὴν ἀκρόασιν τῶν λογίων τοῦ Πνεύματος; Ἀλλ' οὐχὶ τὸ μέγα τοῦτο καὶ ποικίλον τῆς θείας δημιουργίας ἐργαστήριον περιστάντες, καὶ πρὸς τοὺς ἄνω χρόνους ἐπανελθόντες τῇ διανοίᾳ ἕκαστος, ὀψόμεθα τὴν διακόσμησιν τοῦ παντός; οὐρανὸν μὲν ἱστάμενον (64), κατὰ τὸν προφητικὸν λόγον, ὡσεὶ καμάραν· γῆν δὲ, τὴν ἄπειρον μεγέθει καὶ βάρει, αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς ἑδραζομένην· ἀέρα κεχυμένον μαλακὸν καὶ ὑγρὸν τῇ φύσει, οἰκείαν μὲν καὶ διηνεκῆ τροφὴν τοῖς ἀναπνέουσι παρεχόμενον, ὑπείκοντα δὲ καὶ περισχιζόμενον τοῖς κινουμένοις δι' ἀπαλότητα, C ὡς μηδὲν ἐμπόδιον εἶναι παρ' αὐτοῦ τοῖς ὁρμῶσιν, ἀεὶ πρὸς τὸ κατόπιν τῶν τεμνόντων αὐτὸν ἀντιπεριισταμένου (65) ῥᾳδίως καὶ περιῤῥέοντος. Ὕδατος δὲ φύσιν τοῦ τε τροφίμου καὶ τοῦ κατὰ τὰς ἄλλας χρείας ἡμῖν εὐτρεπισθέντος, καὶ τὴν εὔτακτον τούτου πρὸς τοὺς ἀφωρισμένους τόπους συναγωγὴν, ἐκ τῶν ἀρτίως ἡμῖν ἀνεγνωσμένων κατόψει.

2. **34** *Et dixit Deus: Congregetur aqua quæ sub cœlo est in congregationem unam, et appareat arida. Et factum est sic: et congregata est aqua quæ sub cœlo erat in congregationes suas: et apparuit arida. Et vocavit Deus aridam, terram, et collectiones aquarum vocavit maria* [61]. Quanta mihi in superioribus sermonibus exhibuisti negotia, dum causam requireres, D quomodo terra fuerit invisibilis: quandoquidem cuilibet corpori naturaliter inest color, et omnis color

2. *Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Συναχθήτω τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὀφθήτω* (66) *ἡ ξηρά. Καὶ ἐγένετο οὕτως, καὶ συνήχθη τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν, καὶ ὤφθη ἡ ξηρά. Καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὴν ξηρὰν, γῆν, καὶ τὰ συστήματα τῶν ὑδάτων ἐκάλεσε θαλάσσας.* Πόσα μοι πράγματα παρεῖχες ἐν τοῖς κατόπιν λόγοις, ἀπαιτῶν τὴν αἰτίαν πῶς ἀόρατος ἡ γῆ (67), παντὶ σώματι

[60] Isa. XL, 22. [61] Gen. I, 9, 10.

(60) Nonnulli mss. καταλείποντες.

(61) Colb. secundus ἀκουόντων.

(62) Sic mss. quinque. Editi cum duobus mss. κρούσματα. Lege Ambrosium lib. III *In Hexaem.*, cap. 1, num. 5, in quo legendum suspicor: *mortiferi cantus cromatum scenicorum*, aut potius *crumatum scenicorum*, ob auctoritatem Basilii, qui hic hac ipsa voce utitur.

(63) Colb. secundus θέαν καὶ ἔρευναν, *contemplandis et scrutandis*, etc.

(64) Regii sextus et octavus cum Colb. secundo ἱστάμενον. Editi cum aliquibus mss. ἱστώμενον.

(65) Sic mss. quinque. Editi περιισταμένου. Reg. primus ἀντιδιισταμένου.

(66) Regii primus et quintus εἰς τας συναγωγὰς αὐτῶν, καὶ ὀφθήτω. Editi cum multis mss. et cum sacro textu εἰς συναγωγὴν μίαν. Mox sacer textus et editi et mss. multi hoc secundo loco habent εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν, καὶ ὤφθη ἡ, etc. Reg. sextus in utroque loco habet εἰς συναγωγὴν μίαν. Infra Anglici mss. θάλασσαν, contra fidem reliquorum mss. in quibus legitur θαλάσσας.

(67) Reg. quintus ἦν ἡ γῆ. Ibidem Colb. secundus παντὶ μέν. Alii duo mss. simpliciter παντὶ σώματι φυσικῶς χρώματος αἰσθητοῦ τῇ ὁράσει καθεστηκότος. Editi cum aliis mss. fusius et rectius.

Digitized by Google

φυσικῶς χρώματος συμπαρόντος, παντὸς δὲ χρώματος αἰσθητοῦ τῇ ὁράσει καθεστηκότος; Καὶ τάχα σοι οὐκ ἐδόκει αὐτάρκως ἔχειν τὰ εἰρημένα, ὅτι πρὸς ἡμᾶς τὸ *ἀόρατον*, οὐ πρὸς τὴν φύσιν εἴρητο (68) διὰ τὴν τοῦ ὕδατος ἐπιπρόσθησιν, ὃ τότε τὴν γῆν πᾶσαν περιεκάλυπτεν. Ἰδοὺ νῦν ἄκουε αὐτῆς ἑαυτὴν τῆς Γραφῆς φανερούσης. *Συναχθήτω τὰ ὕδατα, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά.* Συνέλκεται τὰ παραπετάσματα, ἵνα ἐμφανὴς γένηται ἡ τέως μὴ ὁρωμένη. Ἴσως δ' ἄν τις κἀκεῖνο πρὸς τούτοις ἐπιζητήσειε. Πρῶτον μὲν, διὰ τί ὃ κατὰ φύσιν ὑπάρχει τῷ ὕδατι φέρεσθαι πρὸς τὸ κάταντες, τοῦτο ἐπὶ τὸ πρόσταγμα τοῦ Δημιουργοῦ ὁ λόγος ἀνάγει; Ἕως μὲν γὰρ ἂν ἐπὶ τοῦ ἰσοπέδου κείμενον τύχῃ (69) τὸ ὕδωρ, στάσιμόν ἐστιν, οὐκ ἔχων ὅπου μεταῤῥυῇ· ἐπειδὰν δέ τινος πρανοῦς λάβηται, εὐθὺς ὁρμήσαντος τοῦ προάγοντος, τὸ συνεχὲς αὐτῷ τὴν βάσιν τοῦ κινηθέντος ἐπιλαμβάνει, καὶ τὴν ἐκείνου τὸ ἐφεπόμενον· καὶ οὕτως ὑπεκφεύγει μὲν ἀεὶ τὸ προάγον, ἐπωθεῖ δὲ τὸ ἐπερχόμενον· καὶ τοσούτῳ ὀξυτέρα ἡ φορὰ γίνεται, ὅσῳπερ ἂν καὶ τὸ βάρος ᾖ πλεῖον τοῦ καταφερομένου, καὶ τὸ χωρίον κοιλότερον, πρὸς ὃ ἡ ἐπίῤῥυσις. Εἰ οὖν οὕτω πέφυκε τὸ ὕδωρ, παρέλκοι ἂν τὸ πρόσταγμα τὸ κελεῦον συναχθῆναι εἰς συναγωγὴν μίαν. Ἔμελλε γὰρ πάντως διὰ τὸ κατάῤῥοπον τῆς φύσεως, ἐπὶ τὴν πάντων κοιλοτέραν χώραν αὐτομάτως συνδίδοσθαι, καὶ μὴ πρότερον στήσεσθαι πρὶν ὁμαλισθῆναι τὰ νῶτα. Οὐδὲν γὰρ οὕτω χωρίον ἰσόπεδον, ὡς ἡ τοῦ ὕδατος ἐπιφάνεια. Ἔπειτα πῶς, φησὶν, εἰς συναγωγὴν μίαν ἐκελεύσθη τὰ ὕδατα συνδραμεῖν, ὅπουγε φαίνονται πολλαὶ οὖσαι θάλασσαι, καὶ πλεῖστον ἀλλήλων τῇ θέσει διωρισμέναι; Πρὸς μὲν οὖν τὸ πρότερον τῶν ἐπιζητηθέντων ἐκεῖνό φαμεν· ὅτι μάλιστα μὲν σὺ μετὰ τὸ πρόσταγμα τὸ δεσποτικὸν ἐπέγνως τοῦ ὕδατος τὰς κινήσεις, ὅτι τε περιῤῥεπές (70) ἐστι καὶ ἀστήρικτον, καὶ πρὸς τὰ πρανῆ καὶ κοῖλα φέρεται κατὰ φύσιν· πρὸ τούτου δὲ, πῶς εἶχε δυνάμεως πρὶν αὐτῷ τὸν ἐκ τοῦ προστάγματος τούτου ἐγγενέσθαι δρόμον, οὔτε εἶδες αὐτὸς, οὔτε ἰδόντος ἤκουσας. Νόησον γὰρ, ὅτι Θεοῦ φωνὴ φύσεώς ἐστι ποιητικὴ, καὶ τὸ γενόμενον τότε τῇ κτίσει πρόσταγμα τὴν πρὸς τὸ ἐφεξῆς ἀκολουθίαν τοῖς κτιζομένοις παρέσχετο. Ἡμέρα καὶ νὺξ ἅπαξ ἐδημιουργήθη, καὶ ἐξ ἐκείνου καὶ νῦν ἀλλήλας διαδεχόμεναι, καὶ κατ' ἰσομοιρίαν διαιρούμεναι τὸν χρόνον οὐκ ἀπολήγουσιν.

3. *Συναχθήτω τὰ ὕδατα.* Ἐκελεύσθη τρέχειν τῶν ὑδάτων ἡ φύσις (71), καὶ οὐδέποτε κάμνει τῷ προστάγματι ἐκείνῳ κατασπευδομένη διηνεκῶς. Τοῦτο δὲ λέγω, πρὸς τὴν ῥυτὴν ἀφορῶν τῶν ὑδάτων μοῖραν. Τὰ μὲν γὰρ αὐτόματα ῥεῖ, οἷον τὰ κρηναῖα καὶ τὰ ποτάμια· τὰ δὲ συλλογιμαῖά ἐστι καὶ ἀπόρευτα. Ἀλλ' ἐμοὶ νῦν περὶ τῶν ὁρμητικῶν ὑδάτων ὁ λόγος.

visus sensu apprehenditur? Et forte quæ prolata sunt satis esse tibi non videbantur, cum diceremus videlicet vocem, *invisibile*, non respectu naturæ, sed respectu nostri, ob aquæ terram omnem tunc operientis interpositum, adhibitam fuisse ac usurpatam. Ecce nunc audi ipsam Scripturam, seipsam explanantem. *Congregentur aquæ, et appareat arida.* Contrahuntur vela, ut aspectui sese objiciat ea, quæ antea non conspiciebatur. Fortassis autem quispiam illud etiam præter hæc inquisierit. Primum quidem, cur quod ex natura competit aquæ, ut scilicet ad declive feratur, idipsum referat Scriptura ad Opificis imperium. Quandiu enim in æquo planoque solo sita est aqua, stabilis est, quippe quia non habet quo diffluat: sed posteaquam declivem aliquem locum nacta est, statim ut præcedens est concitata, ea quæ ipsi cohæret, sedem ejus quæ mota est, occupat: illius itidem locum ea quæ consequitur: et sic semper aufugit quidem quæ præcedit, adurget vero quæ insequitur; et impetus tanto fit velocior, quanto amplior fuerit gravitas ejus quæ defertur, locusque ad quem fit fluxio, fuerit depressior. Itaque si hæc est aquæ natura, præceptum quod ipsam jubet in unam cogi collectionem, inane est utique ac supervacaneum. Nam profecto futurum erat ut, propter naturalem suam ad ima proclivitatem, ad locum maxime omnium declivem sponte sua concederet, et non prius stabilis permaneret, quam ejus exæquaretur superficies. Nulla enim exstat regio peræque plana, ac ipsa est aquæ superficies. Deinde, inquiet quis, quomodo jussæ sunt aquæ in unam concurrere collectionem, cum multa conspiciantur maria, plurimoque inter se intervallo ac situ disparata? Ad id igitur quod primo quæsitum est, dicimus, quod tu optime quidem post Dominicum imperium motum aquæ cognoveris, aquam videlicet quoquo versum fluere, instabilemque esse, et suapte natura ad devexa et concava loca dilabi. Sed quid prius obtinuerit virium, ante nimirum quam cursus hic ei isto præcepto ingigneretur, nec nosti ipse, nec quemquam qui noverit, audisti. Cogita enim Dei vocem naturæ esse effectricem, ac per præceptum illud, quod creaturæ datum tunc est, modum ac ordinem creatis rebus in futurum imponi. Creata sunt enim semel dies et nox; et ex illo momento etiam nunc sibi invicem succedere, ac in partes æquales tempus dividere non desinunt.

3. *Congregentur aquæ.* Jussa est currere aquarum natura, nec unquam præcepto illo eam semper urgente fatigatur. Hoc autem dico, ad fluidam aquarum sortem respiciens. Aliæ quidem sua sponte fluunt, cujusmodi sunt fontanæ et fluviatiles: aliæ vero sunt collectitiæ et stabiles. Atqui nunc mihi sermo est de aquis impetu quodam commotis. *Con-*

(68) Reg. sextus εἴρηται.

(69) Sic quinque mss. Editi τύχοι. Mox quatuor mss. cum Bodl. μεταῤῥυῇ, bene. Editi μεταῤῥῇ.

(70) Reg. primus cum Combef. ὅτιπερ περιῤῥεπές. Reg. tertius ὅτι διεῤῥεπές. Ibidem deest ἐστι in editis: sed reperitur in mss. omnibus.

(71) Editi ὑδάτων φύσις. At mss. multi ὑδάτων ἡ φύσις.

Digitized by Google

gregentur aquæ in congregationem unam. Num unquam tibi propter **35** fontem aquam copiosam egerentem stanti insedit cogitatio, quis ex terræ sinu impellat illam aquam? quis ipsam ulterius adurgeat? qualia sint promptuaria unde procedit? quis sit locus ad quem festinat? quomodo tandem neque hæc deficiant, neque illa expleantur? Isthæc ex prima illa voce dependent. Inde incitata aqua est ad currendum. Ad omnem aquarum historiam, primæ illius vocis, *Congregentur aquæ*, memor esto. Oportebat eas, ut proprium locum occuparent, decurrere; deinde ipsas in statutis locis coactas, in seipsis manere, nec ulterius progredi. Quapropter secundum hanc Ecclesiastæ sententiam, *Omnes torrentes vadunt in mare, et mare non est impletum* [62]. Nam et fluunt aquæ vi divini præcepti, et maris intra suos terminos circumscriptio a prima legis sanctione pendet: *Congregentur aquæ in congregationem unam.* Ut ne diffluens aqua, in regiones ipsam excipientes effusa, transgrediens semper, atque alias post alias explens, omnem terram continentem inundaret, jussa est in unam congregationem colligi. Ob id sæpenumero ventis furens mare, et præ fluctibus in maximam altitudinem exsurgens, ubi littora solum attigit, impetu in spumam dissoluto, revertitur. *An me non timebitis, dicit Dominus, qui posui arenam terminum mari* [63]? Mare cujus violentia ferri non potest, re omnium invalidissima, arena scilicet refrenatur ac coercetur. Alioqui quid prohiberet mare Rubrum omnem Ægyptum se ipso demissiorem invadere, eique pelago, quod Ægypto adjacet conjungi, nisi esset Conditoris præcepto alligatum? Nam qui maria Ægyptiacum et Indicum, in quo est mare Rubrum, inter se conjungere voluerunt, ii Ægyptum mari Rubro demissiorem esse nobis reipsa persuaserunt. Quamobrem destitere ab incepto Ægyptius ille Sesostris, qui id aggressus est primus, tumque Darius Medus, qui hoc ipsum perficere in animum induxerat. Hæc a me dicta sunt, ut vim atque efficaciam intelligamus illius, *Congregentur aquæ in congregationem unam.* Hoc est, Alia post hanc congregatio minime fiat, sed id quod collectum est, in prima collectione permaneat.

4. Deinde qui aquas dixit congregari in unam

A *Συναχθήτω τὰ ὕδατα εἰς συναγωγὴν μίαν.* Εἴ ποτέ σοι ἐπὶ κρήνης ἑστῶτι ἄφθονον ὕδωρ ἀναδιδούσης ἔννοια ἐγένετο, τίς ὁ ὠθῶν ἐκ τῶν λαγόνων τῆς γῆς τοῦτο (72) τὸ ὕδωρ; τίς ὁ ἐπείγων ἐπὶ τὰ πρόσω; ποῖα ταμεῖα ὅθεν προέρχεται; τίς ὁ τόπος ἐφ' ὃν ἐπείγεται; πῶς καὶ ταῦτα οὐκ ἐκλείπει (73), κἀκεῖνα οὐκ ἀποπίμπλαται; Ταῦτα τῆς πρώτης ἐκείνης φωνῆς ἤρτηται. Ἐκεῖθεν τοῦ τρέχειν τῷ ὕδατι τὸ ἐνδόσιμον. Κατὰ πᾶσαν ἱστορίαν ὑδάτων, μέμνησο τῆς πρώτης φωνῆς· *Συναχθήτω τὰ ὕδατα.* Ἔδει δραμεῖν αὐτά, ἵνα τὴν οἰκείαν καταλάβῃ (74) χώραν· εἶτα γενόμενα ἐν τοῖς ἀφωρισμένοις τόποις, μένειν ἐφ' ἑαυτῶν, καὶ μὴ χωρεῖν περαιτέρω. Διὰ τοῦτο, κατὰ τὸν τοῦ (75)
B Ἐκκλησιαστοῦ λόγον, *Πάντες οἱ χείμαρροι ἐπὶ τὴν θάλασσαν πορεύονται, καὶ ἡ θάλασσα οὐκ ἔστιν ἐμπιμπλαμένη.* Ἐπειδὴ καὶ τὸ ῥεῖν τοῖς ὕδασι διὰ τὸ θεῖον πρόσταγμα, καὶ τὸ εἶσω τῶν ὀρῶν περιγεγράφθαι (76) τὴν θάλασσαν, ἀπὸ τῆς πρώτης ἐστὶ νομοθεσίας· *Συναχθήτω τὰ ὕδατα εἰς συναγωγὴν μίαν.* Ἵνα μὴ τὸ ἐπιῤῥέον ὕδωρ, τῶν δεχομένων αὐτὸ χωρίων ὑπερχόμενον, μετεκβαῖνον ἀεὶ καὶ ἄλλα ἐξ ἄλλων πληροῦν, πᾶσαν κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπικλύσῃ τὴν ἤπειρον, ἐκελεύσθη συναχθῆναι εἰς συναγωγὴν μίαν. Διὰ τοῦτο μαινομένη πολλάκις ἐξ ἀνέμων ἡ θάλασσα, καὶ εἰς ὕψος μέγιστον διανισταμένη τοῖς κύμασιν, ἐπειδὰν μόνον τῶν αἰγιαλῶν ἅψηται, εἰς ἀφρὸν διαλύσασα τὴν ὁρμὴν ἐπανῆλθεν. *Ἢ ἐμὲ οὐ* (77) *φοβηθήσεσθε, λέγει Κύριος, τὸν τιθέντα ἄμμον ὅριον τῇ θαλάσσῃ;* Τῷ ἀσθενεστάτῳ πάντων
C τῇ ψάμμῳ ἡ ταῖς βίαις ἀφόρητος χαλινοῦται. Ἐπεὶ τί ἐκώλυε τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον κοιλοτέραν οὖσαν ἑαυτῆς ἐπελθεῖν, καὶ συναφθῆναι τῷ παρακειμένῳ τῇ Αἰγύπτῳ πελάγει, εἰ μὴ τῷ προστάγματι ἦν πεπεδημένη τοῦ κτίσαντος; Ὅτι γὰρ ταπεινοτέρα τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἡ Αἴγυπτος, ἔργῳ ἔπεισαν ἡμᾶς οἱ θελήσαντες ἀλλήλοις τὰ πελάγη συνάψαι, τό τε Αἰγύπτιον καὶ τὸ Ἰνδικὸν, ἐν ᾧ ἡ Ἐρυθρά ἐστι (78) θάλασσα. Διόπερ ἐπέσχον τὴν ἐπιχείρησιν ὅ τε πρῶτος (79) ἀρξάμενος Σέσωστρις ὁ Αἰγύπτιος, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα (80) βουληθεὶς
D ἐπεξεργάσασθαι Δαρεῖος ὁ Μῆδος. Ταῦτά μοι εἴρηται, ἵνα νοήσωμεν τοῦ προστάγματος τὴν δύναμιν· *Συναχθήτω τὰ ὕδατα εἰς συναγωγὴν μίαν.* Τουτέστιν, Ἄλλη ἀπὸ ταύτης μὴ ἀπογενηθήτω, ἀλλ' ἐν τῇ πρώτῃ συλλογῇ ἀπομεινάτω τὸ συναγόμενον.

4. Ἔπειτα ὁ εἰπὼν συναχθῆναι τὰ ὕδατα εἰς συν-

[62] Eccle. I, 7. [63] Jer. V, 22.

(72) Ita mss. permulti. Deest τοῦτο in editis.

(73) Ita plurimi mss. Editi cum Reg. tertio ἐπιλείπει.

(74) Reg. sextus καταλάβοι. Aliquanto post Reg. primus μὴ συγχωρεῖν.

(75) Sic mss. nostri. Deest τοῦ in editione Paris. Anglici quidam in Ducæi notis Ἐκκλησιαστικοῦ, contra auctoritatem librorum tum excusorum, tum calamo exaratorum.

(76) Sic quinque mss. Editi περιγράφεσθαι.

(77) Reg. quintus εἰ ἐμὲ οὐ. LXX μὴ ἐμὲ οὐ. Statim Reg. quintus ὅρια τῇ. Mox editio Paris. χαλινοῦται θάλασσα: quæ vox θάλασσα reperitur quidem in Anglicis libris: sed deest in utroque Duc. et in sex aliis mss. non secus ac in editione Basil. Eustathius tamen interpretatur, *Jussu Dei violentiam maris frenat.* Aristotelem secutus Basilius affirmavit Ægyptum mari Rubro depressiorem esse atque humiliorem: sed Strabo natione Ægyptius falsum id esse tradit lib. XVII. Legas velim Ducæum ea de re erudite disserentem.

(78) Ita editio Basil. cum sex mss. Deest ἐστι in editione Paris.

(79) Ita codices sex. Reg. octavus ὅτε πρώτως. Deest ὅτε in editis.

(80) *Καὶ ὁ μετὰ ταῦτα.* Reg. sextus εἶτα ὁ. Infra idem ms. εἶχον πᾶσαν τῶν ὑδάτων συλλογήν.

Digitized by Google

ἀγωγὴν μίαν, ἔδειξέ σοι ὅτι πολλὰ ἦν κατὰ πολλοὺς τόπους διῃρημένα τὰ ὕδατα. Αἵ τε γὰρ τῶν ὀρῶν κοιλότητες, φάραγξι βαθείαις ὑπερρηγμέναι, εἶχον τῶν ὑδάτων τὴν συλλογήν. Καὶ προσέτι πεδία πολλά τε καὶ ὄπτια οὐδὲν (81) τῶν μεγίστων πελαγῶν κατὰ τὸ μέγεθος ἀποδέοντα, καὶ αὐλῶνες μυρίοι, καὶ αἱ κοιλάδες κατ' ἄλλα καὶ ἄλλα σχήματα κοιλαινόμεναι, πάντα ὑδάτων τότε πεπληρωμένα, ἀπεκενώθη τῷ θείῳ προστάγματι, πρὸς μίαν συναγωγὴν τοῦ πανταχόθεν ὕδατος συνελασθέντος. Καὶ μηδεὶς λεγέτω, ὅτι, Εἴπερ ἦν ὕδωρ ἐπάνω τῆς γῆς, πάντως πᾶσαι αἱ κοιλότητες, αἱ νῦν τὴν θάλασσαν ὑποδεξάμεναι, πεπληρωμέναι ὑπῆρχον. Ποῦ τοίνυν ἔμελλον γίνεσθαι τῶν ὑδάτων αἱ συλλογαὶ (82), προκατειλημμένων τῶν κοίλων; Πρὸς δὴ τοῦτο ἐροῦμεν, ὅτι τότε καὶ τὰ ἀγγεῖα συγκατεσκευάσθη, ὅτι ἔδει μίαν σύστασιν ἀποκριθῆναι τὸ ὕδωρ. Οὐ γὰρ ἦν ἡ ἔξω Γαδείρων θάλασσα· οὐδὲ τὸ μέγα ἐκεῖνο καὶ ἀτόλμητον πλωτῆρσι πέλαγος, τὸ τὴν Βρεττανικὴν νῆσον καὶ τοὺς ἑσπερίους Ἴβηρας περιπτυσσόμενον· ἀλλὰ τότε τῆς εὐρυχωρίας τῷ προστάγματι τοῦ Θεοῦ δημιουργηθείσης, ἐπ' αὐτὴν συνεδόθη τῶν ὑδάτων τὰ πλήθη. Πρὸς δὲ τὸ, ὅτι ὑπεναντίως ἔχει τῇ πείρᾳ ὁ τῆς παρ' ἡμῖν κοσμοποιίας λόγος (οὐ γὰρ εἰς μίαν συναγωγὴν ὑδάτων τὸ ὕδωρ ἅπαν φαίνεται συνδραμόν), πολλὰ μὲν ἔστιν εἰπεῖν, καὶ πᾶσιν αὐτόθεν γνώριμα· μήποτε δὲ καὶ τὸ διαμάχεσθαι τοῖς τοιούτοις γελοῖον. Οὐ δήπου γὰρ καὶ τὰ τελματιαῖα, καὶ τὰ ἐξ ὄμβρων συναθροιζόμενα προφέρειν ἡμῖν ὀφείλουσι, καὶ διὰ τούτων τὸν λόγον ἡμῶν ἐλέγχειν οἴεσθαι; Ἀλλὰ τὴν μεγίστην καὶ τελεωτάτην (83) συνδρομὴν τῶν ὑδάτων ὠνόμασε συναγωγὴν μίαν. Καὶ γὰρ τὰ φρέατα συναγωγαὶ ὑδάτων εἰσὶ χειροποίητοι, ἐπὶ τὸ κοιλανθὲν τῆς γῆς τῆς ἐνεσπαρμένης νοτίδος ἐπιῤῥεούσης. Οὐ τοίνυν τὰ τυχόντα τῶν ὑδάτων ἀθροίσματα ἡ τῆς συναγωγῆς (84) ἐμφαίνει προσηγορία, ἀλλὰ τὴν ἐξέχουσαν καὶ μεγίστην, ἐν ᾗ πᾶν τὸ στοιχεῖον ἀθρόον διαδείκνυται. Ὥσπερ γὰρ τὸ πῦρ καὶ εἰς μικρὰ κατακεκερματισμένον ἐστὶν ἐπὶ τῆς ὧδε χρείας, καὶ ἀθρόον ἐπὶ τοῦ αἰθέρος κέχυται· καὶ ὁ ἀὴρ διῄρηται μὲν καὶ κατὰ μικρά, καὶ ἀθρόως δὲ τὸν περίγειον ἐκπεριείληφε τόπον· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ὕδατος, εἰ καὶ μικραί τινες εἰσι διῃρημέναι συστάσεις, ἀλλὰ μία γέ ἐστι συναγωγὴ (85) ἡ τὸ ὅλον στοιχεῖον τῶν λοιπῶν ἀποκρίνουσα (86). Αἱ μὲν γὰρ λίμναι, αἵ τε κατὰ τὰ μέρη τῆς ἄρκτου, καὶ ὅσαι περὶ τὸν Ἑλληνικόν εἰσι τόπον, τήν τε Μακεδονίαν, καὶ τὴν Βιθυνῶν χῶραν, καὶ τὴν Παλαιστίνων κατέχουσαι, συναγωγαί εἰσι δηλονότι· ἀλλὰ νῦν περὶ τῆς μεγίστης ἁπασῶν καὶ τῷ μεγέθει τῆς γῆς παρισουμένης ὁ λόγος. Ἂς πλῆθος (87) μὲν ἔχειν ὕδατος οὐδεὶς ἀντερεῖ· οὐ μὴν θαλάσ-

congregationem, plurimas fuisse aquas per multa loca divisas tibi indicavit. Nam montium concava, profundis convallibus perrupta, collectitias aquas continebant. Quin et campi multi, iique supini, nihil maximis pelagis magnitudine impares, et valles innumeræ, convallesque aliis et aliis modis excavatæ, quæ omnia tunc aquis replebantur, præcepto divino evacuata sunt, aqua undelibet in unam congregationem conveniente. Et nemo dicat omnino necesse esse, si aqua terræ superstaret, cava omnia quæ tunc pelagus suscepere, fuisse referta. Quo igitur, concavis jam occupatis, collecturæ se erant aquæ? Ad hoc sane respondebimus, præparata tunc fuisse receptacula, cum **36** aquam oporteret in unam secerni coacervationem. Neque enim erat illud quod est extra Gades mare, neque magnum illud et horrendum navigantibus pelagus, quod Britannicam insulam et occidentales Hispanos ambit: sed posteaquam Dei mandato instructus est locus amplissimus, tunc in ipsum se recepere aquarum copiæ. Ad hoc autem, quod nostra de mundi opificio sententia experientiæ adversetur (constat enim non in unam congregationem aquam omnem concurrisse), multa dicere licet, eaque omnibus per se nota. Sed fortasse etiam cum talibus certare ridiculum est. Nunquid debent palustres aquas, et eas quæ ex imbribus aggregantur, nobis opponere, atque arbitrari, se nostram sententiam ope illarum refellere? Enimvero maximum amplissimumque aquarum concursum congregationem unam nuncupavit. Nam putei, collectiones aquarum sunt manufactæ, cum in cavatam terræ partem humor ei inspersus influit. Non ergo quaslibet aquarum coacervationes congregationis appellatio indicat, sed præcipuam et maximam, in qua totum elementum coacervatum ostenditur. Quemadmodum enim ignis et in minutas partes pro nostro usu dissectus est, et acervatim in æthere diffusus; item quemadmodum aer divisus quidem est in exiguas partes, et tamen adjacentia telluri loca acervatim occupavit: ita et in aqua tametsi parvæ quædam collectiones fuerunt separatæ, tamen una est congregatio, quæ totum a cæteris segregat elementum. Nam stagna tum ea quæ ad partes septentrionales sita sunt, tum ea quæ jacent circa Græcorum tractum, tum quæ Macedoniam ac Bithynorum Palæstinorumque regionem obtinent, sunt quidem congregationes: sed nunc de ea quæ omnium maxima est, quæque magnitudine telluri æqualis est, habetur sermo. Copiam autem in illis contineri aquarum negabit nemo, nec tamen quisquam eas congrua appellatione maria vocaverit,

(81) Ita sex mss. Editi οὐδέ.

(82) Regii quintus, sextus et octavus ὑδάτων συναγωγαί. Editi cum aliis quibusdam mss. αἱ συλλογαί.

(83) Omnes fere mss. cum editione Basil. καὶ τελεωτάτην. Editio Paris. cum Reg. tertio τελειοτάτην.

(84) Reg. primus ὁ τῆς μιᾶς συναγ. Statim idem codex ἐξέχουσαν καὶ ἀρίστην ἐν ᾗ.

(85) Regii quintus et sextus ἐστὶν ἀγωγή.

(86) Ita mss. quinque cum Combef. Editi cum Colb. secundo ἀποκρίνασα. Mox Reg. sextus αἵ τε κατὰ μέρος τῆς.

(87) Editio Basil. et Bodl., et alii plurimi mss. ἃς πλῆθος. Editio Paris. ἐκείνας δὲ πλῆθος. Aliquanto post mss. plerique omnes θαλάσσας γε. Abest γε ab editis

Digitized by Google

etiamsi nonnullæ plurimum salsi ac terreni perinde atque magnum mare habeant : uti est in Judæa Asphaltitis lacus, et Serbonitis ille, qui Ægyptum inter et Palæstinam per Arabiam desertam protenditur. Hæc enim stagna sunt : at mare, ut qui terram lustravere narrant, unum est. Quanquam sunt qui Hyrcanum et Caspium mare in seipsis circumscripta esse arbitrentur; si qua tamen fides iis qui geographiam conscripserunt, adhibenda est, inter se mutuo perforata sunt, et omnia in maximum mare per angusta quædam ostia concidunt, quemadmodum et mare Rubrum cum eo quod ultra Gades est, connecti ferunt. Quomodo igitur, inquiunt, Deus collectiones aquarum nuncupavit maria ? Quia concurrerunt quidem aquæ in unam congregationem : sed aquarum coacervationes, id est sinus, qui secundum propriam figuram a terra circumjacente comprehensi sunt, maria Dominus appellavit. Sunt quippe mare septentrionale, mare austrinum, orientale mare, et occidentale **37** rursum aliud est. Sunt itidem nomina marium propria : Pontus Euxinus, Propontis, Hellespontus, Ægæum et Ionium, Sardonicum pelagus et Siculum, et Tyrrhenum aliud est. Quin et infinita sunt marium nomina, quæ longum nunc fuerit ac plane ineptum accurate recensere ac numerare. Idcirco Deus coacervationes aquarum maria nuncupavit. Verum ad hoc quidem nos deduxit orationis series : sed ad id quod initio proposuimus, redeamus.

A σας γε ἄν τις αὐτὰς κατὰ τὸν εἰκότα λόγον προσείποι· οὐδ' ἂν ὅτι μάλιστα τὸ ἁλμυρὸν καὶ γεῶδές τινες παραπλήσιον ἔχωσι τῇ μεγάλῃ θαλάσσῃ, ὡς ἥ τε Ἀσφαλτῖτις λίμνη ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας, καὶ ἡ Σερβωνῖτις ἡ μεταξὺ Αἰγύπτου καὶ Παλαιστίνης τὴν Ἀραβικὴν ἔρημον παρατείνουσα. Λίμναι γάρ εἰσιν αὗται, θάλασσα δὲ μία, ὡς οἱ τὴν γῆν περιοδεύσαντες ἱστοροῦσιν. Εἰ καὶ τὴν Ὑρκανίαν οἴονταί τινες, καὶ τὴν Κασπίαν περιγεγράφθαι καθ' ἑαυτάς· ἀλλ' εἴ γέ τι (88) χρὴ ταῖς τῶν ἱστορησάντων προσέχειν γεωγραφίαις, συντέτρηνται πρὸς ἀλλήλας, καὶ πρὸς τὴν μεγίστην θάλασσαν ἅπασαι συνανεστόμωνται (89)· ὡς καὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσάν φασι πρὸς τὴν ἐπέκεινα Γαδείρων συνάπτεσθαι. Πῶς οὖν, φησίν, ὁ Θεὸς τὰ συστήματα τῶν ὑδάτων ἐκάλεσε θαλάσσας; Ὅτι B συνέδραμε μὲν (90) εἰς συναγωγὴν μίαν τὰ ὕδατα· τὰ δὲ συστήματα τῶν ὑδάτων, τουτέστι τοὺς κόλπους τοὺς κατ' ἴδιον σχῆμα ὑπὸ τῆς περικειμένης γῆς ἀπολῃφθέντας, θαλάσσας ὁ Κύριος προσηγόρευσε. Θάλασσα βόρειος, θάλασσα νότιος, ἑῴα θάλασσα, καὶ ἑσπερία πάλιν ἑτέρα. Καὶ ὀνόματα τῶν πελαγῶν ἰδιάζοντα· Πόντος Εὔξεινος, καὶ Προποντὶς (91), Ἑλλήσποντος, Αἰγαῖος καὶ Ἰώνιος, Σαρδονικὸν πέλαγος καὶ Σικελικὸν, καὶ Τυρρηνικὸν ἕτερον. Καὶ μυρία γε ὀνόματα πελαγῶν, ἃ μακρὸν ἂν εἴη νῦν (92) καὶ ἀπειροκαλίας μεστὸν δι' ἀκριβείας ἀπαριθμήσασθαι. Διὰ τοῦτο ὠνόμασεν ὁ Θεὸς τὰ συστήματα τῶν ὑδάτων θαλάσσας. Ἀλλ' εἰς τοῦτο μὲν ἡμᾶς ἐξήνεγκεν ἡ ἀκολουθία τοῦ λόγου, ἡμεῖς δὲ πρὸς τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐπανέλθωμεν.

5. *Et dixit Deus, Congregentur aquæ in congregationem unam, et appareat arida.* Non dixit : Et appareat terra; ne iterum ipsam ostendat incompositam, cœnosam, aquæ immistam, necdum propria forma aut virtute indutam. Simul etiam, ne ariditatis causam soli attribueremus, terræ ariditatem generatione solis effecit Opifex vetustiorem. Attende autem eorum quæ scripta sunt, sententiam, quod non solum redundans aqua e terra defluxerit, sed etiam quod quidquid per profundiora loca ipsi admistum erat, id quoque inevitabili Domini imperio obtemperans recesserit. *Et factum est ita.* Hæc inductio sat demonstrabat Opificis vocem ad effectum pervenisse; adjectum est tamen in multis exemplaribus : *Et congregata est aqua quæ sub cœlo erat in congregationes suas, et apparuit arida.* Quæ sane ver

C 5. *Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Συναχθήτω τὰ ὕδατα εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά.* Οὐκ εἶπε· Καὶ ὀφθήτω ἡ γῆ, ἵνα μὴ πάλιν αὐτὴν ἀκατάσκευον ἐπιδείξῃ, πτηλώδη οὖσαν, καὶ ἀναμεμιγμένην τῷ ὕδατι, οὔπω τὴν οἰκείαν ἀπολαβοῦσαν μορφὴν οὐδὲ δύναμιν. Ὁμοῦ δὲ, ἵνα μὴ τῷ ἡλίῳ τὴν τοῦ ἀναξηραίνειν τὴν γῆν αἰτίαν προσθῶμεν, πρεσβυτέραν τῆς τοῦ (93) ἡλίου γενέσεως τὴν ξηρότητα τῆς γῆς ὁ Δημιουργὸς παρεσκεύασεν. Ἐπίστησον δὲ τῇ ἐννοίᾳ τῶν γεγραμμένων, ὅτι οὐ μόνον τὸ πλεονάζον ὕδωρ ἀπερρύη τῆς γῆς, ἀλλὰ καὶ ὅσον ἀνεμέμικτο αὐτῇ διὰ βάθους, καὶ τοῦτο ὑπεξῆλθε τῷ ἀπαραιτήτῳ προστάγματι τοῦ Δεσπότου πεισθέν. *Καὶ ἐγένετο οὕτως.* Ἀρκοῦσα αὕτη ἡ ἐπαγωγὴ πρὸς τὸ δεῖξαι εἰς ἔργον ἐλθοῦσαν τοῦ Δημιουργοῦ τὴν φωνήν. Πρόσκειται δὲ ἐν (94) πολλοῖς τῶν ἀντιγράφων· *Καὶ συνήχθη* D

(88) Sic mss., Editi ἀλλά γε εἴ τι.

(89) Sic quatuor mss. cum Bodl. Excusi cum Reg. primo συνεστόμωνται.

(90) Ita multi mss. e nostris præter Bodl. Editi συνέδραμεν εἰς.

(91) Editio Basil. cum aliquibus mss. Προπόντιος. Editio Paris. cum aliis mss. Προποντίς.

(92) Ita codices sex. Deest νῦν in editis. Mox quinque mss. ἀπαριθμεῖσθαι. Editi cum Reg. primo et cum Coisl. primo ἀπαριθμήσασθαι. Mox editio Basil. cum quinque mss. ὠνόμασεν. Editio Paris. ὠνόμαχεν. Subinde codex Combef. ἡμᾶς ἐξήγαγεν.

(93) Reg. quintus πρεσβυτέραν αὐτῆς τοῦ. Infra multi mss. ὅσον ἀνεμέμικτο. Statim Reg. quintus τοῦτο ἐπεξῆλθεν.

(94) Sic Regii primus, tertius, quintus, sextus et octavus cum utroque Coisl. et Colb. secundo. Editi ἓν τισι. Paulo post mss. habent ἡ ξηρά. Deest ἡ in editione Paris. Verba illa, καὶ συνήχθη τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν, καὶ ὤφθη ξηρά, *Et congregata est aqua, quæ sub cœlo, in congregationes suas, et apparuit arida*, etiamnum leguntur apud LXX. Sed neque Hebræorum exemplar, neque Vulgata, neque Aquila, neque Symmachus, neque Theodotio ea agnoscunt. Ambrosius tamen lib. III *in Hexaem.*, initio capitis quinti, hoc LXX interpretum additamentum comprobat. *Multa enim*, inquit, *non otiose a Septuaginta viris Hebraicæ lectioni addita et adjuncta comperimus.*

Digitized by Google

τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν, καὶ ὤφθη ἡ ξηρά· ἅπερ οὔτε τινὲς τῶν λοιπῶν ἐκδεδώκασιν ἑρμηνέων (95), οὔτε ἡ χρῆσις τῶν Ἑβραίων ἔχουσα φαίνεται. Καὶ γὰρ τῷ ὄντι παρέλκει μετὰ τὴν μαρτυρίαν τοῦ, ὅτι Ἐγένετο οὕτως, ἡ τῶν αὐτῶν πάλιν ἐπεκδιήγησις. Τὰ τοίνυν ἀκριβῆ τῶν ἀντιγράφων ὠβέλισται· ὁ δὲ ὀβελὸς ἀθετήσεως σύμβολον. Καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὴν ξηράν, γῆν, καὶ τὰ συστήματα τῶν ὑδάτων ἐκάλεσε θαλάσσας (96). Διὰ τί καὶ ἐν τοῖς κατόπιν εἴρηται· Συναχθήτω τὰ ὕδατα εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά, ἀλλ' οὐχὶ γέγραπται, Καὶ ὀφθήτω ἡ γῆ; καὶ ἐνταῦθα πάλιν· Ὤφθη ξηρά, καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὴν ξηράν, γῆν; Ὅτι ἡ μὲν ξηρὰ τὸ ἰδίωμά ἐστι, τὸ οἱονεὶ χαρακτηριστικὸν τῆς φύσεως τοῦ ὑποκειμένου· ἡ δὲ γῆ προσηγορία τίς ἐστι ψιλὴ τοῦ πράγματος. Ὡς γὰρ τὸ λογικὸν ἴδιόν ἐστι τοῦ ἀνθρώπου, ἡ δὲ ἄνθρωπος φωνὴ σημαντικὴ ἐστι τοῦ ζώου ᾧ ὑπάρχει τὸ ἴδιον· οὕτω καὶ τὸ ξηρὸν ἴδιόν ἐστι τῆς γῆς καὶ ἐξαίρετον. ὯΙ τοίνυν ἰδίως ὑπάρχει τὸ ξηρὸν, τοῦτο ἐπικέκληται γῆ· ὥσπερ ᾧ ἰδίως πρόσεστι τὸ χρεμετιστικὸν, τοῦτο ἐπικέκληται ἵππος. Οὐ μόνον δὲ ἐπὶ τῆς γῆς ἐστι τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων στοιχείων ἕκαστον ἰδιάζουσαν καὶ ἀποκεκληρωμένην ἔχει ποιότητα, δι' ἧς τῶν τε λοιπῶν ἀποκρίνεται, καὶ αὐτὸ ἕκαστον ὁποῖόν ἐστιν ἐπιγινώσκεται. Τὸ μὲν ὕδωρ ἰδίαν ποιότητα τὴν ψυχρότητα ἔχει· ὁ δὲ ἀὴρ τὴν ὑγρότητα· τὸ δὲ πῦρ τὴν θερμότητα. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς πρῶτα στοιχεῖα τῶν συνθέτων κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον τῷ λογισμῷ θεωρεῖται, τὰ δὲ ἤδη ἐν σώματι κατατεταγμένα καὶ ὑποπίπτοντα τῇ αἰσθήσει συνεζευγμένας ἔχει τὰς ποιότητας. Καὶ οὐδὲν ἀπολελυμένως ἐστὶ μοναχὸν οὐδὲ ἁπλοῦν καὶ εἰλικρινὲς τῶν ὁρωμένων καὶ αἰσθητῶν· ἀλλ' ἡ μὲν γῆ ξηρὰ καὶ ψυχρά, τὸ δὲ ὕδωρ ὑγρὸν καὶ ψυχρόν, ὁ δὲ ἀὴρ θερμὸς καὶ ὑγρὸς, τὸ δὲ πῦρ θερμὸν καὶ ξηρόν. Οὕτω γὰρ διὰ τῆς συζύγου ποιότητος ἡ δύναμις προέρχεται (97) τοῦ ἀναμιχθῆναι ἑκάστῳ πρὸς ἕκαστον· τῷ τε γὰρ γείτονι στοιχείῳ διὰ τῆς κοινῆς ποιότητος ἕκαστον ἀνακίρναται, καὶ διὰ τῆς πρὸς τὸ σύνεγγυς κοινωνίας τῷ ἀντικειμένῳ (98) συνάπτεται. Οἷον, ἡ γῆ, ξηρὰ οὖσα καὶ ψυχρὰ, ἑνοῦται μὲν τῷ ὕδατι κατὰ τὴν συγγένειαν τῆς ψυχρότητος, ἑνοῦται δὲ διὰ τοῦ ὕδατος τῷ ἀέρι· ἐπειδὴ μέσον ἀμφοτέρων τεταγμένον τὸ ὕδωρ, οἱονεὶ χειρῶν δύο ἐπιβολῇ ἑκατέρᾳ ποιότητι τῶν παρακειμένων ἐφάπτεται, τῇ μὲν ψυχρότητι τῆς γῆς, τῇ ὑγρότητι δὲ τοῦ ἀέρος. Πάλιν ὁ ἀὴρ τῇ ἑαυτοῦ μεσιτείᾳ διαλλακτὴς γίνεται τῆς μαχομένης φύσεως ὕδατος καὶ

ba nulli ex reliquis interpretibus tradidere, nec usus Hebræorum habere videtur. Nam revera post testimonium illud, *Factum est ita*, eadem iterum narraro est supervacaneum. Notata sunt igitur obelo exemplaria accuratiora : obelus autem signum est repudiationis. *Et vocavit Deus aridam, terram ; et collectiones aquarum vocavit maria.* Cur et supra dictum est : *Congregentur aquæ in congregationem unam, et appareat arida ;* non autem scriptum est : Et appareat terra ? et hic rursus : *Apparuit arida, et vocavit Deus aridam, terram ?* Quia arida quidem, est velut proprietas quædam, quæ subjecti naturam quasi exprimit ac designat : terra vero, nuda quædam est rei appellatio. Quemadmodum enim rationale hominis proprium est : hæc vero vox, *homo*, animal ipsum cui illa proprietas inest, significat : sic etiam aridum, proprium est terræ, eique peculiare. Cui igitur proprie inest ariditas, id vocatum est terra : perinde atque cui proprie *hinnibile* adest, id nuncupatum est equus. Nec in terra solum id se ita habet : sed cuilibet etiam aliorum elementorum suppetit propria et sorte obtenta qualitas, qua et secernitur a cæteris, et quale unumquodque sit, internoscitur. Aqua quidem habet propriam qualitatem, *frigiditatem :* aer vero, *humiditatem:* ignis autem, *caliditatem*. Ratio autem ad eum quem diximus modum isthæc **38** tanquam prima rerum compositarum elementa speculatur : quæ vero jam in corporibus digesta sunt, et sub sensum cadunt, conjunctas inter se qualitates habent. Nec quidquam eorum quæ visui ac sensibus subjacent, est absolute singulare, aut simplex, aut purum : sed terra quidem arida et frigida est : aqua vero humida et frigida : rursus aer calidus et humidus, ignis autem calidus et siccus. Sic enim per conjugatam qualitatem singula singulis possunt permisceri : siquidem vicino elemento unumquodque commiscetur per communem qualitatem, et per eam quam cum affini habet societatem contrario conjungitur. Exempli gratia : terra, quæ arida est et frigida, cum aqua ob *frigiditatis* affinitatem copulatur : jungitur autem per aquam aeri ; quandoquidem aqua, inter utrumque media constituta, velut duabus injectis manibus per utramque qualitatem elementa proxima attingit, terram per frigiditatem, aerem per humiditatem. Aer iterum pugnantem aquæ et ignis naturam suo interpositu conciliat, cum aquæ per humiditatem, igni vero per calorem conjungatur. Ignis autem qui suapte natura

(95) Reg. sextus ἑρμηνευτῶν. Putat Ducæus verba illa quæ sequuntur, τὰ τοίνυν ἀκριβῆ, etc., ad finem usque periodi, a Basilio inter concionandum prolata non fuisse ; cum, inquit, verba ista non agnoscat Eustathius. Sed ea in re viro doctissimo non queo assentiri. Nam fieri potuit ut verba illa ex oscitantia librarii omissa sint in eo codice, ad cujus fidem interpretatio Eustathii excusa typis est. Imo nihil mirum videri debet, si Eustathius ipse in codicem mutilum vitiatumque inciderit. Et certe alterutrum par est cogitare, cum verba laudata legantur et in editis libris, et in mss. codicibus omnibus, puta in utroque Coisl., in Regiis tertio, quinto et octavo, atque in reliquis. Addam reperisse nos verba controversa in iis ipsis quos Ducæus contulit codicibus.

(96) Editio Paris. ἐκάλεσε θάλασσαν. At mss. et editio Basil. θαλάσσας.

(97) Duo mss. προσέρχεται. Editi cum aliis quibusdam mss. προέρχεται, longe melius.

(98) Ita ms. Combef. cum aliis quinque. Editi τῶν ἀντικειμένων.

Digitized by Google

calidus est et siccus, colligatur cum aere per calorem, ac rursus per siccitatem ad terræ societatem redit. Atque ita omnibus consentientibus ac mutuum quemdam ordinem inter se habentibus, circulus fit, ac concinnus chorus. Unde et proprie ipsis adaptata fuit appellatio elementorum. Hæc a me dicta sunt, ut causam afferrem cur vocaverit Deus aridam, terram ; nec tamen terram, aridam appellaverit. Nimirum quia aridum non ex his est quæ terræ in posterum accesserunt, sed ex his quæ ab initio essentiam ipsius constituunt. Porro quæ in causa sunt cur aliquid exsistat, iis quæ postea accedunt, natura sunt priora ac præstantiora. Quamobrem notæ aliquæ ex anterioribus et vetustioribus ad terram designandam sunt jure excogitatæ.

6. *Et vidit Deus, quod pulchrum esset.* Non hoc indicat Scriptura, nempe jucundum quemdam maris aspectum fuisse Deo exhibitum. Non enim oculis pulchritudinem creaturæ intuetur Conditor, sed quæ fiunt, sapientia ineffabili contemplatur. Est quidem gratum spectaculum æquor inalbescens, cum stabilis tranquillitas ipsum occupat : rursus est etiam gratum, cum ipsius superficies lenibus auris exasperata, cernentibus purpureum aut cæruleum colorem offert: quando neque violenter verberat vicinam terram, sed velut pacificis quibusdam amplexibus eam complectitur. Non tamen putandum est, ad hunc modum dixisse Scripturam, mare Deo visum fuisse pulchrum ac jucundum : sed hic ex opificii ratione dijudicatur pulchritudo. Primum quidem, quia maris aqua totius terreni humoris fons et origo est. Hæc quidem per occultos meatus distribuitur; uti laxæ atque hiantes terræ, quas fluidum mare subit, indicant : quod ubi in obliquis, non autem recta tendentibus, diverticulis **39** inclusum est, impulsumque fuit a vento illud movente, tum superficie disrupta foras erumpit; atque emendante amaritudinem percolatione, potui aptum evadit. Jam vero calidiore qualitate etiam ex metallis in transitu accepta, ex eadem moventis causa fervidum fit ut plurimum et ardens : id quod in multis insulis, multisque maritimis locis fas est intueri. Quinetiam, ut parva magnis comparemus, in mediterraneis regionibus simile quiddam perpetiuntur loca quædam aquis fluvialibus confinia. Quid est igitur cur hoc a me dictum sit? Quod tota tellus, aqua per occultos meatus ex maris principiis subtermeante, cuniculis referta est ac repleta.

7. Pulchrum itaque est mare Deo, ob humorem

πυρὸς, τῷ ὕδατι μὲν διὰ τῆς ὑγρότητος, τῷ πυρὶ δὲ διὰ τοῦ θερμοῦ συμπλεκόμενος. Τὸ δὲ πῦρ, θερμὸν καὶ ξηρὸν ὑπάρχον τὴν φύσιν, τῷ μὲν θερμῷ (99) πρὸς τὸν ἀέρα συνδεῖται, τῷ ξηρῷ δὲ πάλιν πρὸς τὴν κοινωνίαν τῆς γῆς ἐπανέρχεται. Καὶ οὕτω γίνεται κύκλος καὶ χορὸς ἐναρμόνιος, συμφωνούντων πάντων καὶ συστοιχούντων ἀλλήλοις. Ὅθεν κυρίως αὐτοῖς καὶ ἡ προσηγορία τῶν στοιχείων ἐφήρμοσται (1). Ταῦτά μοι εἴρηται παριστῶντι τὴν αἰτίαν δι' ἣν ὁ Θεὸς τὴν ξηρὰν ἐκάλεσε γῆν, ἀλλ' οὐχὶ τὴν γῆν προσεῖπε ξηράν. Διότι τὸ ξηρὸν οὐχὶ τῶν ὕστερον (2) προσγινομένων ἐστὶ τῇ γῇ, ἀλλὰ τῶν ἐξ ἀρχῆς συμπληρούντων αὐτῆς τὴν οὐσίαν. Τὰ δὲ αὐτὴν τοῦ εἶναι αἰτίαν παρέχοντα, πρότερα τῇ φύσει τῶν μετὰ ταῦτα προσγινομένων καὶ προτιμότερα. Ὥστε εἰκότως ἐκ τῶν προϋπαρχόντων καὶ πρεσβυτέρων ἐπενοήθη τῇ γῇ τὰ γνωρίσματα.

6. *Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι καλόν.* Οὐκ αὐτὸ τοῦτο τερπνήν τινα ὄψιν θαλάσσης ὁ λόγος ἐνδείκνυται τῷ Θεῷ πεφηνέναι (3). Οὐ γὰρ ὀφθαλμοῖς βλέπει τὰ κάλλη τῆς κτίσεως ὁ ποιητὴς, ἀλλὰ τῇ ἀῤῥήτῳ σοφίᾳ θεωρεῖ τὰ γινόμενα. Ἡδὺ μὲν γὰρ θέαμα λευκαινομένη θάλασσα, γαλήνης αὐτὴν σταθερᾶς κατεχούσης· ἡδὺ δὲ καὶ ὅταν πραείαις αὔραις τραχυνομένη τὰ νῶτα, πορφύρουσαν χρόαν ἢ κυανῆν τοῖς ὁρῶσι προσβάλλῃ (4)· ὅτε οὐδὲ τύπτει βιαίως τὴν γείτονα χέρσον, ἀλλ' οἷον εἰρηνικαῖς τισιν αὐτὴν περιπλοκαῖς κατασπάζεται. Οὐ μὴν οὕτω καὶ Θεῷ οἴεσθαι χρὴ τὴν Γραφὴν εἰρηκέναι καλὴν καὶ ἡδεῖαν ὤφθαι τὴν θάλασσαν, ἀλλὰ τὸ καλὸν ἐκεῖ τῷ λόγῳ τῆς (5) δημιουργίας κρίνεται. Πρῶτον μὲν, ὅτι πηγὴ τῆς περὶ γῆν ἁπάσης νοτίδος ἐστὶ τὸ τῆς θαλάσσης ὕδωρ· τοῦτο μὲν ἐν τοῖς ἀφανέσι πόροις διαδιδόμενον, ὡς δηλοῦσιν αἱ σομφώδεις τῶν ἠπείρων καὶ ὕπαντροι, ὑφ' ἃς ἡ ῥοώδης διαυλωνίζουσα θάλασσα, ἐπειδὰν σκολιαῖς καὶ οὐ (6) πρὸς τὸ ὀρθιον φερομέναις ἐναποληφθῇ διεξόδοις, ὑπὸ τοῦ κινοῦντος αὐτὴν πνεύματος ὠθουμένη, φέρεται ἔξω τὴν ἐπιφάνειαν διαῤῥήξασα, καὶ γίνεται πότιμος ἐκ τῆς διηθήσεως τὸ πικρὸν ἰαθεῖσα. Ἤδη δὲ καὶ θερμοτέρας ἐκ μετάλλων ποιότητος κατὰ τὴν διέξοδον προσλαβοῦσα, ἐκ τῆς αὐτῆς τοῦ κινοῦντος αἰτίας ζέουσα γίνεται, ὡς τὰ πολλὰ, καὶ πυρώδης· ὅπερ πολλαχοῦ μὲν τῶν νήσων, πολλαχοῦ δὲ τῶν παραλίων τόπων ἔξεστιν ἱστορῆσαι. Ὅπου γε καὶ κατὰ τὴν μεσόγειαν (7) τόποι τινὲς τῶν ποταμίων ὑδάτων γείτονες, ὡς μικρὰ μεγάλοις εἰκάσαι, τὰ παραπλήσια πάσχουσι. Πρὸς οὖν τί τοῦτο εἴρηταί μοι; Ὅτι πᾶσα ὑπόνομός ἐστιν ἡ γῆ, διὰ πόρων ἀφανῶν ἐκ τῶν ἀρχῶν τῆς θαλάσσης ὑπονοστοῦντος τοῦ ὕδατος.

7. Καλὴ τοίνυν ἡ θάλασσα τῷ Θεῷ καὶ διὰ τὴν ἐν

(99) Duo mss. τὸ μὲν θερμόν : quorum alter habet το ξηρὸν δὲ πάλιν. Alii tres mss. τῷ μὲν θερμῷ..... τῷ ξηρῷ δέ. Mox Reg. primus χορὸς παναρμόνιος.

(1) Reg. tertius στοιχείων προσήρμοσται.
(2) Multi mss. Ὕστερον. Editi ὑστέρως.
(3) Reg. sextus τῷ Θεῷ πεφυκέναι.
(4) Codices duo προβάλλῃ.
(5) Ita editio Basil. et ms. Combef. cum aliis quinque mss. Reg. sextus ἀλλὰ τὸ καλὸν ἐκεῖ. τῷ καλῷ τῆς, etc. Editio Paris. καλὸν ἐκείνῳ τῷ λόγῳ.
(6) Sic Combef. cum Reg. octavo et cum Colb. secundo. Deest οὐ in editis et in multis mss.
(7) Sic Regii tertius, quintus et sextus cum utroque Coisl. Editi cum quibusdam aliis mss. κατὰ τὴν μεσόγειον.

Digitized by Google

τῷ βάδει τῆς ἰχμάδος ὑποδρομήν· καλὴ καὶ διότι, ποταμῶν οὖσα (8) δοχεῖον, εἰς ἑαυτὴν τὰ πανταχόθεν καταδέχεται ῥεύματα, καὶ μένει τῶν ὅρων εἴσω τῶν ἑαυτῆς· καλὴ καὶ διότι τοῖς ἀερίοις ὕδασιν ἀρχή τίς ἐστι καὶ πηγή, θαλπομένη μὲν τῇ ἀκτῖνι τοῦ ἡλίου, ἀποτιθεμένη δὲ τὸ λεπτὸν τοῦ ὕδατος διὰ τῶν ἀτμῶν, ὅπερ ἑλκυσθὲν εἰς τὸν ἄνω τόπον, εἶτα, καταψυχθὲν διὰ τὸ ὑψηλότερον γενέσθαι τῆς ἀπὸ τοῦ ἐδάφους ἀνακλάσεως τῶν ἀκτίνων, καὶ ὁμοῦ τῆς ἐκ τοῦ νέφους σκιᾶς τὴν ψύξιν ἐπιτεινούσης, ὑετὸς γίνεται, καὶ πιαίνει τὴν γῆν. Καὶ τούτοις οὐδεὶς ἀπιστεῖ πάντως τοὺς ὑποκαιομένους λέβητας ἐννοήσας, οἳ, πλήρεις ὄντες ὑγροῦ, πολλάκις κενοὶ κατελείφθησαν (9), εἰς ἀτμὸν παντὸς τοῦ ἐψομένου διακριθέντος. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸ ἔστιν ἰδεῖν τὸ τῆς θαλάσσης ὕδωρ παρὰ τῶν ναυτιλλομένων ἐψόμενον· οἳ, τοὺς ἀτμοὺς σπόγγοις ὑποδεχόμενοι (10), τὴν χρείαν μετρίως ἐν ταῖς ἀνάγκαις παραμυθοῦνται. Καλὴ δὲ καὶ ἄλλως παρὰ Θεῷ, ὅτι περισφίγγει τὰς νήσους, ὁμοῦ μὲν κόσμον αὐταῖς, ὁμοῦ δὲ καὶ ἀσφάλειαν παρεχομένη δι' ἑαυτῆς· ἔπειτα καὶ ὅτι τὰς πλεῖστον ἀλλήλων διεστώσας ἠπείρους συνάπτει δι' ἑαυτῆς, ἀκώλυτον τοῖς ναυτιλλομένοις τὴν ἐπιμιξίαν παρεχομένη· δι' ὧν καὶ ἱστορίας τῶν ἀγνοουμένων χαρίζεται, καὶ πλούτου πρόξενος ἐμπόροις γίνεται, καὶ τὰς τοῦ βίου χρείας ἐπανορθοῦται ῥᾳδίως, ἐξαγωγὴν μὲν τῶν περιττῶν τοῖς εὐθηνουμένοις παρεχομένη, ἐπανόρθωσιν δὲ τοῦ λείποντος χαριζομένη τοῖς ἐνδεέσι. Καὶ πόθεν ἐμοὶ ὅλον ἰδεῖν μετὰ ἀκριβείας τῆς θαλάσσης τὸ κάλλος, ὅσον τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ποιήσαντος κατεφάνη; Εἰ δὲ θάλασσα καλὴ καὶ ἐπαινετὴ τῷ Θεῷ, πῶς οὐχὶ καλλίων ἐκκλησίας τοιαύτης σύλλογος, ἐν ᾗ συμμιγὴς ἦχος, οἷόν τινος κύματος ἠϊόνι προσφερομένου, ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν καὶ νηπίων, κατὰ τὰς πρὸς τὸν Θεὸν (11) ἡμῶν δεήσεις, ἐκπέμπεται; Γαλήνη δὲ βαθεῖα ἀσάλευτον αὐτὴν διασώζει, τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας ταράξαι αὐτὴν τοῖς αἱρετικοῖς λόγοις μὴ δυνηθέντων. Γένοισθε οὖν ἄξιοι τῆς ἀποδοχῆς τοῦ Κυρίου, τὴν εὐταξίαν ταύτην ἐπὶ τὸ εὐπρεπέστατον διασώσαντες (12), ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

per intima loca subeuntem: pulchrum item, quod cum sit fluviorum receptaculum, fluenta undelibet in se recipit, atque intra suos terminos manet. Pulchrum etiam, quoniam aeriarum aquarum origo quædam ac fons est, tepescens quidem solis radio, emittens vero per vapores aquam tenuiorem: quæ in supernum locum attracta, deinde refrigescens eo quod radiorum a solo reflexorum repercussu altior evasit, simulque nubis umbra refrigerationem intendente, pluvia fit, ac terram pinguefacit. Atque his nemo prorsus fidem detracturus est, qui admotos igni lebetes consideraverit: qui humore pleni, eo toto quod coquebatur, in vapores resoluto, sæpe vacui remansere. Quinetiam ipsam maris aquam a navigantibus concoqui videre licet, qui vapores spongiis excipientes, in necessitatibus utcunque penuriam elevant. Pulchrum est autem et alio modo apud Deum quod constringit et coercet insulas, eis tum ornatum, tum securitatem simul per seipsum impertiens: deinde etiam, quod terras plurimum a se invicem distantes per se conjungit, ac navigantibus expeditum commercium præstat: per quos et historias rerum ignotarum largitur, et divitias mercatoribus parit, et facile vitæ medetur necessitatibus: quippe iis qui rerum copia affluunt, id largitur ut res superfluas alio exportent: indigentibus vero, ut id quod sibi deest comparent. Sed unde mihi licet totam maris pulchritudinem, quanta Conditoris oculo visa est, sedulo atque accurate conspicere? Quodsi mare pulchrum ac laudabile est apud Deum, nonne pulchrior est hujusce consessus frequentia: in quo permistus sonus virorum mulierumque et infantium, velut fluctus cujusdam ad littus illisi, per nostras ad Deum precationes emittitur? Hunc autem conservat inconcussum profunda tranquillitas, cum malignitatis spiritus eum hæreticis dogmatibus perturbare non potuerint. Fiatis igitur Domini laude digni, disciplinam istam decentissime observantes, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ Ε'.

(13) *Περὶ βλαστήσεως γῆς.*

1. *Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος, καὶ* (14) *ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπὸν κατὰ γένος, οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ.* Ἀκολούθως μετὰ τὸ ἀναπαύσασθαι τὴν γῆν (15) ἀποσκευασαμένην τὸ βάρος τοῦ ὕδατος, τὸ πρόσταγμα αὐτῇ γέγονε βλαστῆ-

HOMILIA V.

De germinatione terræ.

40 1. *Et dixit Deus: Germinet terra herbam feni, seminans semen juxta genus, et lignum fructiferum, faciens fructum juxta genus, cujus semen in ipso* [16]. Haud inepte posteaquam terra, deposito aquæ pondere, interquievit, jussa est primo herbam, deinde lignum germinare; quod ipsum sane etiamnum fieri

[16] Gen. I, 11.

(8) Reg. sextus ποταμοῖς οὖσα.

(9) Ita mss. sex e nostris præter Combef. Editi κατελήφθησαν.

(10) Reg. sextus σπόγγοις ἀποδεχόμενοι.

(11) Multi mss. πρὸς τὸν Θεόν. Abest articulus ab editis. Paulo post Reg. quintus αἱρετικοῖς λογισμοῖς.

(12) Colb. secundus διασώζοντες.

(13) Deest titulus in aliquibus mss. Coisl. primus Ὁμιλία ε'.

(14) Ita editio Basil. et Vulgata cum nostris octo mss., quibus adjungendi sunt Combef. et Bodl. Editi cum LXX κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα. Sed in sequentibus illa, καὶ καθ' ὁμοιότητα, reperiuntur et in editis et in mss.

(15) Regii quintus et sextus et Colb. secundus cum Coisl. secundo μετὰ τὸ ἀναπαύσασθαι τὴν γῆν. Editi cum aliis quatuor mss. non malæ notæ ἀναπνεῦσαι. Sensus eodem redit.

Digitized by Google

videmus. Vox enim illa tunc omissa, ac primum illud præceptum, velut lex quædam naturæ evasit, inhæsitque terræ, ac ei generandi, fructusque in posterum ferendi vim contulit. *Germinet terra.* Primum quiddam est in graminis generatione germinatio: deinde, cum prominuerint paululum germina, herba fit: post capto incremento, fenum est tum, cum paulatim gramina suis jam articulis distinguuntur, et ad seminis usque perfectionem perveniunt. Herbescunt enim pari prorsus ratione ac virescunt omnia. *Germinet terra herbam feni.* Terra per seipsam proferat germinationem, nullo auxilio aliunde indigens. Quoniam arbitrantur nonnulli solem, dum per caloris attractionem vim ex imis partibus ad superficiem trahit, eorum quæ ex terra producuntur causam esse: ideo telluris ornatus sole est antiquior; ut ii qui errore decepti sunt, solem tanquam rerum ad vitam pertinentium auctorem desinant adorare. Itaque, si persuasum ipsis fuerit, omnem terram ante ipsius solis exortum fuisse excultam, etiam immodicam de ipso conceptam admirationem remittent, dum veniet eis in mentem, ortum illius feno et herba esse posteriorem. Num igitur pecoribus quidem præparatus est pastus, nostrum vero alimentum providentia nulla visum est dignum? Imo qui bobus equisque præparavit pastionem, tibi maxime divitias ac commoda parat. Nam pecora tua qui pascit, tibi supellectilem vitæ adauget. Deinde seminum ortus quid aliud est, nisi vitæ tuæ apparatus? Accedit quod plura eorum quæ adhuc herbæ et olera sunt, hominum exstant alimentum.

σαι πρῶτον βοτάνην, ἔπειτα ξύλον· ὅπερ ἔτι καὶ νῦν ὁρῶμεν γινόμενον. Ἡ γὰρ τότε φωνὴ, καὶ τὸ πρῶτον ἐκεῖνο πρόσταγμα, οἷον νόμος τις ἐγένετο φύσεως, καὶ ἐναπέμεινε τῇ γῇ, τὴν τοῦ γεννᾷν αὐτῇ (16) καὶ καρποφορεῖν δύναμιν εἰς τὸ ἑξῆς παρεχόμενος. *Βλαστησάτω ἡ γῆ.* Πρῶτόν ἐστιν ἐν τῇ γενέσει τῶν φυομένων ἡ βλάστησις· ἔπειτα, ὅταν προκύψῃ μικρὸν τὰ βλαστήματα, βοτάνη γίνεται· εἶτ' ἐπειδὰν αὐξηθῇ, χόρτος ἐστὶ, κατὰ μικρὸν διαρθρουμένων τῶν φυομένων, καὶ μέχρι τῆς ἐπὶ τὸ σπέρμα τελειώσεως προϊόντων. Τὸ γὰρ χλοερὸν καὶ ποάζον παραπλήσιόν ἐστιν ἁπάντων. *Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου.* Καθ' ἑαυτὴν ἡ γῆ προφερέτω τὴν βλάστησιν, οὐδεμιᾶς συνεργείας (17) ἐτέρωθεν δεομένη. Ἐπειδή τινες οἴονται τὸν ἥλιον αἴτιον εἶναι τῶν ἀπὸ τῆς γῆς φυομένων, τῇ ὁλκῇ τοῦ θερμοῦ πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τὴν ἐκ τοῦ βάθους δύναμιν ἐπισπώμενον· διὰ τοῦτο πρεσβυτέρα τοῦ ἡλίου ἡ περὶ γῆν διακόσμησις· ἵνα καὶ τοῦ προσκυνεῖν τὸν ἥλιον, ὡς αὐτὸν τὴν αἰτίαν τῆς ζωῆς παρεχόμενον, οἱ πεπλανημένοι παύσωνται. Ἐὰν ἄρα πεισθῶσιν, ὅτι πρὸ τῆς ἐκείνου γενέσεως τὰ περὶ τὴν γῆν πάντα (18) διακεκόσμητο, καὶ τοῦ ἀμέτρου περὶ αὐτὸν θαύματος καθυφῶσιν, ἐνθυμηθέντες, ὅτι χόρτου καὶ βοτάνης νεώτερός ἐστι κατὰ τὴν γένεσιν. Ἆρα οὖν τοῖς μὲν βοσκήμασιν ἡ τροφὴ προαπετέθη, τὸ δὲ ἡμέτερον οὐδεμιᾶς ἐφάνη προνοίας ἄξιον; Ἀλλὰ μάλιστα μὲν ὁ βουσὶ καὶ ἵπποις τὸν χιλὸν προαποθέμενος, σοὶ τὸν πλοῦτον καὶ τὴν ἀπόλαυσιν παρασκευάζει· ὁ γὰρ τὰ κτηνεά σου διατρέφων τὴν σὴν (19) συναύξει τοῦ βίου κατασκευήν· ἔπειτα ἡ τῶν σπερμάτων γένεσις τί ἄλλο ἐστὶ, καὶ οὐχὶ τῆς σῆς διαγωγῆς παρασκευή; πρὸς τῷ πολλὰ τῶν ἐν πόαις ἔτι καὶ λαχάνοις ὄντων τροφὴν ἀνθρώπων (20) ὑπάρχειν.

2. *Germinet terra herbam feni, seminans semen,* inquit, *secundum genus.* Quanquam igitur aliquod herbæ genus animantibus reliquis prodest, tamen illorum utilitas ad nos revertitur, nobisque seminum assignatus est usus; adeo ut talis sit eorum quæ dicta sunt, sensus: *Germinet terra herbam feni, et semen seminificans secundum genus.* Nam ita et verborum ordo ac series restitui poterit (nunc enim constructio inepta ac incongruens esse videtur),

2. *Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα,* φησὶ, *κατὰ γένος.* Ὥστε, κἂν τι γένος βοτάνης ἑτέροις διαφέρῃ, κἀκείνων τὸ κέρδος πρὸς ἡμᾶς ἐπανέρχεται, καὶ ἡμῖν ἡ χρῆσις τῶν σπερμάτων ἀφώρισται· ὥστε εἶναι (21) τὸν νοῦν τῶν εἰρημένων τοιοῦτον· *Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, καὶ σπέρμα σπεῖρον κατὰ γένος.* Οὕτω γὰρ καὶ τὸ τῆς λέξεως ἀκόλουθον ἀποκαταστῆναι δυνήσεται, ἀκαταλλήλως νῦν τῆς συντάξεως ἔχειν δοκούσης, καὶ

(16) Anglici mss. τοῦ γεννᾷν αὐτῆς. Plurimi mss. αὐτῇ, bene. Alii duo mss. αὐτὴν καί.

(17) Editi cum quinque mss. συνεργείας. Reg. quintus antiquissimus cum Reg. sexto συνεργασίας, *cultura nulla indigens.* Haud contemnenda lectio. Reg. octavus ἐνεργείας.

(18) Ita multi mss. Editi τὰ περὶ γῆν ἅπαντα. Ibidem Colb. secundus διεκεκόσμητο. Editi cum aliquibus mss. Ionico more διακεκόσμητο. Reg. tertius διακεκόσμηται.

(19) Editio Paris. ὁ γὰρ τὰ κτηνεά σου διατρέφων, τὴν σήν. Optime quidem: sed nullus ms. hanc tuetur scripturam. Regii primus, tertius, quintus et sextus, cum Colb. secundo ὁ γὰρ τὰ κτήματά σου παρασκευάζων καὶ διατρέφων, etc. Coisl. secundus τὰ κτίματα, mendose, pro κτήματα. In reliquis vero consentit cum prioribus codicibus. Reg. octavus ὁ γὰρ τὰ κτήματά σου αὔξων καὶ διατρέφων, etc. Ex quibus intelligitur in codicibus omnibus legi κτήματα, non κτήνεα. Hinc suspicio oritur, hic evenisse quod alias sæpe, ut typographi rati aliquot vitium inesse, immutarint de suo nonnihil, et vocem unam in alterius locum sufficerint. Quare non longe absum ut credam κτήματα legi oportere, non κτήνεα. Eoque magis confirmor in sententia, quod κτῆμα generale nomen sit, quo significatur quidquid a quopiam possidetur, et quod ut reliqua, ita τὰ κτήνεα ipsa comprehendat. Ut ut hæc sunt, nihil in textu mutandum esse putavimus. Ut quisque affectus erit, ita leget.

(20) Colb. secundus τροφὴν ἀνθρώποις.

(21) Ita codices non pauci. Editio Paris. ὡς εἶναι. Hæc Scripturæ verba, βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος, visa sunt Basilio ab usitato loquendi genere deflectere. Igitur ea ad grammatices regulas redigere atque revocare conatur. Quod ut præstet, primum de suo particulam καί addit: deinde harum vocum σπεῖρον σπέρμα ordinem invertit. Lege textum.

Digitized by Google

τὸ ἀναγκαῖον τῶν ὑπὸ τῆς φύσεως οἰκονομουμένων διασωθήσεται. Πρῶτον μὲν γὰρ βλάστησις, εἶτα χλόη, εἶτα χόρτου αὔξησις, εἶτα ὁ ἀπαρτισμὸς τῶν αὐξομένων (22) διὰ τοῦ σπέρματος. Πῶς οὖν, φασὶ, πάντα εἶναι τὰ ἐκ τῆς γῆς φυόμενα σπερματικὰ ὁ λόγος ἐνδείκνυται, ὅπου γε οὔτε κάλαμος, οὔτε ἄγρωστις, οὔτε ἡ μίνθη, οὐ κρόκος, οὐ σκόρδον, οὐ βούτομον, οὐδ' ἄλλα μυρία γένη φυτῶν σπερματίζοντα φαίνεται; Πρὸς δὴ τοῦτό φαμεν, ὅτι πολλὰ τῶν φυομένων ἐκ τῆς γῆς ἐπὶ τοῦ πυθμένος καὶ τῆς (23) ῥίζης ἔχει τὴν δύναμιν τῶν σπερμάτων. Ὥσπερ ὁ κάλαμος μετὰ τὴν ἐπέτειον αὔξησιν ἀπὸ τῆς ῥίζης ἀφίησί τινα προβολὴν, σπέρματος λόγον ἔχουσαν πρὸς τὸ μέλλον. Τοῦτο δὲ ποιεῖ καὶ ἄλλα μυρία, ὅσα διὰ γῆς νεμόμενα ἐν ταῖς ῥίζαις τὴν διαδοχὴν κέκτηται. Ὥστε παντός ἐστιν ἀληθέστερον τὸ ἑκάστῳ τῶν φυομένων ἢ σπέρμα εἶναι, ἢ δύναμίν τινα σπερματικὴν ἐνυπάρχειν. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ, *Κατὰ γένος*. Οὐ γὰρ ἡ προβολὴ τοῦ καλάμου ἐλαίας ἐστὶ ποιητική, ἀλλὰ ἐκ καλάμου μὲν ἕτερος κάλαμος, ἐκ δὲ τῶν σπερμάτων τὰ συγγενῆ τοῖς καταβληθεῖσιν ἀποβλαστάνει. Καὶ οὕτω τὸ ἐν τῇ πρώτῃ γενέσει προβληθὲν παρὰ τῆς γῆς μέχρι νῦν διασώζεται, τῇ ἀκολουθίᾳ τῆς διαδοχῆς φυλασσομένου τοῦ γένους. *Βλαστησάτω ἡ γῆ*. Νόησόν μοι ἐκ μικρᾶς φωνῆς, καὶ προστάγματος οὕτω βραχέος, τὴν κατεψυγμένην καὶ ἄγονον ὠδίνουσαν ἀθρόως καὶ πρὸς καρπογονίαν συγκινουμένην, ὥσπερ τινὰ σκυθρωπὴν καὶ πενθήρη ἀπορρίψασαν περιβολὴν, μεταμφιεννυμένην τὴν φαιδροτέραν καὶ τοῖς οἰκείοις κόσμοις ἀγαλλομένην, καὶ τὰ μυρία γένη τῶν φυομένων προβάλλουσαν. Βούλομαί σοι σφοδρότερον τῆς κτίσεως ἐνιδρυνθῆναι τὸ θαῦμα, ἵν' ὅπου περ ἂν εὑρεθῇς, καὶ ὁποίῳ δήποτε γένει τῶν φυομένων παραστῇς, ἐναργῆ λαμβάνῃς τοῦ ποιήσαντος τὴν ὑπόμνησιν. Πρῶτον μὲν οὖν ὅταν ἴδῃς βοτάνην χόρτου καὶ ἄνθος, εἰς ἔννοιαν ἔρχου τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, μεμνημένος τῆς εἰκόνος τοῦ σοφοῦ Ἡσαΐου, ὅτι *Πᾶσα σὰρξ ὡς χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου*. Τὸ γὰρ ὀλιγοχρόνιον τῆς ζωῆς, καὶ τὸ ἐν ὀλίγῳ περιχαρὲς καὶ ἱλαρὸν τῆς ἀνθρωπίνης εὐημερίας, καιριωτάτης παρὰ τῷ προφήτῃ τετύχηκε τῆς εἰκόνος. Σήμερον εὐθαλὴς τῷ σώματι, κατασεσαρκωμένος ὑπὸ τρυφῆς, ἐπανθοῦσαν ἔχων τὴν εὔχροιαν ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν ἡλικίαν ἀκμῆς, σφριγῶν καὶ σύντονος, καὶ ἀνυπόστατος (24) τὴν ὁρμὴν, αὔριον ὁ αὐτὸς οὗτος ἐλεεινὸς, ἢ τῷ χρόνῳ μαρανθεὶς, ἢ νόσῳ διαλυθείς. Ὁ δεινὰ περίβλεπτος ἐπὶ χρημάτων περιουσίᾳ· καὶ πλῆθος περὶ αὐτὸν κολάκων· δορυφορία φίλων προσποιητῶν τὴν ἀπ' αὐτοῦ χάριν θηρευόντων (25)· πλῆθος συγγενείας, καὶ ταύτης κατεσχηματισμένης· ἑσμὸς τῶν ἐφεπομένων μυρίος τῶν τε

A atque necessaria quædam eorum quæ a natura dispensantur, consecutio conservabitur. Primum quidem germinatio, deinde virens herba : tum feni incrementum, postremo absolutio perfectioque augescentium per semen. Quomodo igitur, inquiunt, omnia ex terra nascentia, in semen abire ostendit Scriptura, cum neque arundo, neque gramen, neque mentha, non crocus, non allium, non butomon, neque innumera alia plantarum genera semen producere videantur? Sane ad hoc dicimus, multa ex terra nascentia in imis suis partibus et in radice vim ac virtutem seminum includere. Exempli causa, arundo, post annuum auctum, projectum quemdam, qui in futurum rationem seminis habet, a radice emittit. Id autem faciunt et alia innumera, quæ per terram dispersa, in radicibus successionem concludunt. Quare omni re id verius est, in singulis stirpibus aut semen, aut seminalem quamdam virtutem inesse. Atque hoc est quod dicitur, *Juxta genus*. Siquidem ille arundinis projectus nequaquam olivam producit : sed ex arundine arundo alia nascitur; atque ex seminibus, cognata iis quæ fuerant jacta, germinant. Et ita quod in prima generatione a terra editum est, id etiamnum, servato per successionis consecutionem genere, conservatur. *Germinet terra*. Cogites velim terram frigescentem et infecundam, hac voce parva præceptoque adeo brevi confestim parturientem, et ad edendum fructum concitatam, et veluti mœsto quodam ac lugubri amicto abjecto, splendidiore veste indui, ac propriis ornamentis exsultantem, infinita plantarum genera procreare. Volo imprimi in te vehementius creaturæ admirationem, quo, ubicunque reperiaris, et cuicunque occurreris plantarum generi, plane Creatoris memineris. Primum quidem cum herbam feni et florem conspexeris, veniat tibi in mentem humana natura, hanc sapientis Isaiæ imaginem recordanti : *Omnis caro ut fenum, et omnis gloria hominis ut flos feni* [68]. Nam vitæ brevitas, et prosperitatis humanæ lætitia hilaritasque haud diu duratura accommodatissimam apud prophetam sortita est similitudinem. Hodie qui floret corpore, qui præ deliciis carnosus est, qui colorem præ ætatis flore efflorescentem præ se fert, qui viget et acer est, et cujus nequit sustineri impetus, hic idem cras miserabilis est, aut tempore marcidus, aut morbo dissolutus. Quispiam divitiarum copia inclaruit, ipsumque adulatorum circumstat multitudo : adest fictorum amicorum gratiam illius venantium comitatus : frequentes sunt consanguinei, iique simulationis artificio eruditi : adest agmen sequacium innumero-

[68] Isa. XL, 6.

(22) Colb. secundus cum Reg. octavo τῶν αὐξανομένων.

(23) Sic multi mss. Deest τῆς in editione Paris.

(24) Regii primus et quintus ἐνυπόστατος. Editi cum aliis mss. ἀνυπόστατος, bene. Mox tres mss. αὔριον αὐτός. Codex Combef. αὔριον οὗτος.

(25) Editio Paris. χάριν θηρευόντων. Regii primus, tertius, quintus et sextus, itemque Colb. secundus cum Coisl. utroque et cum editione Basil. χάριν θεραπευόντων, haud dissimili sensu. Reg. octavus τὴν αὐτοῦ χρείαν θεραπευόντων. Codex Combef. τὴν ἀπ' αὐτοῦ χρείαν θηρευόντων.

Digitized by Google

rum, qui partim parandi cibi gratia, partim ob alias necessitates ipsi astant : quos dum et abiens, et iterum 42 rediens secum trahit, in se occurrentium concitat invidiam. Adde divitiis etiam civilem aliquam potestatem, aut etiam delatos a regibus honores, aut gentium gubernationem, aut exercituum imperium : præconem magna voce ante ipsum clamantem : lictores hinc et inde subditis timorem gravissimum inferentes : plagas, publicationes bonorum, exsilia, vincula : e quibus intolerabilis ille subjectorum metus concrescit. Quid vero post hoc? Una nox, aut una febris, aut pleuritis, aut pulmonis inflammatio, hunc hominem ex hominibus abreptum abducit, illico omnem illius scenam nudat, atque gloria illa ceu somnium esse convincitur. Quare propheta humanam gloriam cum debilissimo flore comparavit.

A ἐπὶ σιτίων καὶ τῶν κατὰ τὰς χρείας αὐτῷ προσεῦ ρευόντων, οὓς καὶ προῖών καὶ πάλιν ἐπανιὼν ἐπισυρόμενος ἐπίφθονός ἐστι τοῖς ἐντυγχάνουσι. Πρόσθες τῷ πλούτῳ καὶ πολιτικήν τινα δυναστείαν, ἢ καὶ τὰς ἐκ βασιλέων τιμάς· ἢ ἐθνῶν (26) ἐπιμέλειαν· ἢ στρατοπέδων ἡγεμονίαν· τὸν κήρυκα μέγα βοῶντα πρὸ αὐτοῦ· τοὺς ῥαβδούχους ἔνθεν καὶ ἔνθεν βαρυτάτην κατάπληξιν τοῖς ἀρχομένοις ἐμβάλλοντας· τὰς πληγάς· τὰς δημεύσεις· τὰς ἀπαγωγάς (27)· τὰ δεσμωτήρια, ἐξ ὧν ἀφόρητος ὁ παρὰ τῶν ὑποχειρίων συναθροίζεται φόβος. Καὶ τί μετὰ τοῦτο; μία νὺξ, ἢ πυρετὸς εἷς, ἢ πλευρῖτις, ἢ περιπνευμονία, ἀνάρπαστον ἐξ ἀνθρώπων ἀπάγουσα τὸν ἄνθρωπον οἴχεται, πᾶσαν τὴν κατ' αὐτὸν σκηνὴν ἐξαπίνης ἀπογυμνώσασα, καὶ ἡ δόξα ἐκείνη ὥσπερ ἐνύπνιον B ἀπηλέγχθη. Ὥστε ἐπιτέτευκται (28) τῷ προφήτῃ ἡ πρὸς τὸ ἀδρανέστατον ἄνθος ὁμοίωσις τῆς ἀνθρωπίνης δόξης.

3. *Germinet terra herbam feni, seminans semen secundum genus et secundum similitudinem.* Etiamnum nascentium ordo ordinationem primam testatur : quippe herbam omnem, omneque gramen antecedit germinatio. Sive enim quidpiam a radice ex interiori projectu prorumpit, ut crocus et gramen, id oportet germinare, et foras prominere : sive a semine gignitur, etiam sic necessario fit primum germinatio; deinde herba, tum virescit fenum, postremo fructus in arido jam et crasso culmo turgescit. *Germinet terra herbam feni.* Cum semen in terram humore et calore moderato præditam incidit, laxum evadens, ac plurimis plenum meatibus terram adjacentem complexum, propria sibi et cognata ad se attrahit. Verum tenuissimæ terræ partes meatibus illis allapsæ, et eis sese inserentes, amplius molem ipsius dilatant : adeo ut deorsum quidem agat radices, sursum vero promineat, tot culmis videlicet, quot radices sunt, emergentibus. Tepescente autem semper germine, attractus per radices humor, per caloris attractionem moderatum de terra alimentum adducit; idque in culmum, et in corticem, et in frumenti thecas, et in ipsum triticum, et in aristas dispertitur. Atque quælibet res nascens, incremento sic paulatim accepto, ad idoneam propriamque pervenit mensuram, sive ad frumenti, aut leguminis, aut oleris, aut fruticis genus pertineat. Unum fenum, herbaque una totam tuam mentem in ea, ex qua prodiit, arte considerandi, occupare potest : quomodo geniculis præcingatur frumenti culmus, quo veluti vincula quæ-

3. *Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα.* Ἔτι καὶ νῦν ἡ τάξις τῶν (29) φυομένων μαρτυρεῖ τῇ πρώτῃ διακοσμήσει. Ἡ γὰρ βλάστησις καθηγεῖται πάσης βοτάνης καὶ πάσης πόας. Εἴτε γὰρ ἀπὸ ῥίζης ἐκδίδοταί τι ἐκ τῆς κάτωθεν προβολῆς, ὡς κρόκος καὶ ἄγρωστις, ἀναβλαστῆσαι δεῖ καὶ ἐπὶ τὸ ἔξω προκύψαι· εἴτε ἀπὸ σπέρματος, καὶ οὕτως ἀνάγκη πρῶτον βλάστησιν, εἶτα βοτάνην γενέσθαι, εἶτα χόρτον χλοάζοντα, εἶτα τὸν καρπὸν ἐπὶ ξηρᾶς ἤδη καὶ παχείας τῆς καλάμης ἀδρυνόμενον (30). *Βλαστησάτω ἡ γῆ* C *βοτάνην χόρτου.* Ὅταν εἰς γῆν καταπέσῃ τὸ σπέρμα συμμέτρως νοτίδος καὶ θέρμης ἔχουσαν, χαῦνον γενόμενον καὶ πολύπορον, τῆς παρακειμένης γῆς περιδραξάμενον, τὰ οἰκεῖα καὶ σύμφυλα πρὸς ἑαυτὸ ἐπισπᾶται. Ἐμπίπτοντα δὲ τοῖς πόροις καὶ περιολισθαίνοντα τῆς γῆς τὰ λεπτότατα μόρια, ἐπὶ πλέον ἀνευρύνει τοὺς ὄγκους αὐτοῦ (31)· ὥστε ῥιζοῦσθαι μὲν εἰς τὸ κάτω, ἐπὶ τὸ ἄνω δὲ προκύπτειν, ἰσαρίθμων ταῖς ῥίζαις τῶν καλάμων προβαλλομένων· θαλπομένου δὲ ἀεὶ τοῦ βλαστήματος, συρομένην διὰ τῶν ῥιζῶν τὴν νοτίδα, τῇ ὁλκῇ τοῦ θερμοῦ συνεπάγεσθαι τοῦ τροφίμου τῆς γῆς ὅσον μέτριον, καὶ τοῦτο καταμερίζειν εἰς καλάμην καὶ φλοιὸν, καὶ τὰς θήκας τοῦ σίτου, καὶ αὐτὸν τὸν σῖτον καὶ τοὺς ἀνθέρικας· καὶ οὕτω κατὰ μικρὸν τῆς αὐξήσεως γινομένης, ἐπὶ τὸ οἰ- D κεῖον μέτρον ἕκαστον τῶν φυομένων ἀποκαθίστασθαι, εἴτε τι τῶν σιτηρῶν, εἴτε τῶν χεδρόπων, εἴτε τῶν λαχανωδῶν ἢ φρυγανικῶν τυγχάνοι. Εἷς χόρτος καὶ μία βοτάνη ἐξαρκεῖ τὴν διάνοιάν σου πᾶσαν εἰς τὴν θεωρίαν τῆς ἐξεργασαμένης (32) αὐτὰ τέχνης ἀπ-

(26) Ita mss. multi. Deest ἢ in editis ante ἐθνῶν. Paulo post editi cum quatuor mss. τοὺς ῥαβδούχους. Alii quatuor τοὺς ῥαβδοφόρους.

(27) Reg. sextus et uterque Coisl. cum Colb. secundo τὰς ἐπαγωγάς, id est, *pœnas, captivitatem, et omnia quæ inferri possunt mala.* Statim mss. sex συναθροίζεται. Editi ἀθροίζεται.

(28) Ita codices sex. Editi ἐπιτέτακται, male. Mox Colb. secundus πρὸς τὸ ἀδρανέστερον.

(29) Sic mss. Deest τῶν in editis. Statim mss. multi ἐκδίδοταί τι. Desideratur τι in editis.

(30) Reg. sextus καλάμης βαρυνόμενον.

(31) Editi τοὺς ὄγκους αὐτοῦ, videlicet σπέρματος· quam lectionem exhibet quoque Coisl. primus, secunda manu emendatus. Alii septem codices αὐτῆς, videlicet βοτάνης. Statim duo mss. ἄνω δὲ προκόπτειν. Editi cum aliis mss. προκύπτειν, rectius.

(32) Sic mss. sex, optime. Editio Paris. ἐξειργασμένης. Editio Basil. cum duobus mss. ἐξεργασμένης.

Digitized by Google

ασχολῆσαι· πῶς γόνασι διαζώννυται ἡ καλάμη τοῦ σίτου, ἵνα ὥσπερ σύνδεσμοί τινες ῥᾳδίως τὸ βάρος τῶν ἀσταχύων φέρωσιν, ὅταν πλήρεις ὄντες καρπῶν πρὸς τὴν γῆν κατακλίνωνται. Διὰ τοῦτο ὁ μὲν βρόμος διόλου κενὸς, ἅτε μηδενὶ τὴν κεφαλὴν βαρυνόμενος· τὸν δὲ σῖτον τοῖς συνδέσμοις τούτοις ἡ φύσις κατησφάλισατο. Ἐν θήκῃ δὲ τὸν κόκκον ἀποθεμένη, ὡς μὴ εὐδιάρπαστον εἶναι τοῖς σπερμολόγοις (33)· ἔτι καὶ τῇ προβολῇ τῶν ἀνθερίκων οἷον ἀκίσι τὰς ἐκ τῶν μικρῶν ζώων ἀφίστησι βλάβας.

dam facilius spicarum pondus ferant, cum fructibus plenæ, in terram proclinantur. Quapropter avena quidem omnino est vacua, cujus scilicet caput re nulla gravetur : contra, vinculis his triticum communivit natura. In theca vero granum recondidit, ne facile a frugilegis avibus diripiatur. Insuper et aristarum eminentia, quasi cuspidibus, animalium parvorum noxam arcet atque detrimenta.

4. Τί εἴπω; τί σιωπήσω; Ἐν πλουσίοις τῆς κτίσεως θησαυροῖς ἄπορος μὲν ἡ εὕρεσις τοῦ τιμιωτέρου, δυσφορωτάτη δὲ ἡ ζημία τοῦ παρεθέντος. *Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου.* Καὶ εὐθέως συνεξεδόθη τοῖς τροφίμοις τὰ δηλητήρια· μετὰ τοῦ σίτου τὸ κώνειον, μετὰ τῶν λοιπῶν τροφίμων ἐλλέβορος, καὶ ἀκόνιτον, καὶ μανδραγόρας, καὶ ὁ τῆς μήκωνος ὀπός. Τί οὖν; ἀφέντες τὸ ἐπὶ τοῖς χρησίμοις τὴν χάριν ὁμολογεῖν, ἐγκαλέσομεν τῷ Δημιουργῷ ἐπὶ τοῖς φθαρτικοῖς ἡμῶν τῆς ζωῆς; ἐκεῖνο δὲ οὐ λογισόμεθα, ὅτι οὐ πάντα τῆς γαστρὸς ἕνεκεν τῆς ἡμετέρας δεδημιούργηται; Ἀλλ' ἡμῖν μὲν αἱ ἀποτεταγμέναι τροφαὶ πρόχειροι, καὶ πᾶσιν εὔγνωστοι· ἕκαστον δὲ τῶν γενομένων ἴδιόν τινα λόγον ἐν τῇ κτίσει πληροῖ. Μὴ γὰρ, ἐπειδή σοι δηλητήριον τὸ ταύριον αἷμα, τούτου ἕνεκεν ἔδει ἢ μὴ παραχθῆναι τὸ ζῶον, ἢ παραχθὲν ἄναιμον (34) εἶναι, οὗ τῆς ἰσχύος πρὸς τοσαῦτα ἡμῶν ἐπιδεῖται ὁ βίος; Ἀλλὰ σοὶ μὲν αὐτάρκης ὁ σύνοικος λόγος πρὸς τὴν φυλακὴν τῶν ὀλεθρίων. Οὐ δήπου γὰρ πρόβατα μὲν καὶ αἶγες ἴσασιν ἀποφεύγειν τὰ κακοῦντα αὐτῶν τὴν ζωὴν, μόνῃ τῇ αἰσθήσει τὸ βλαβερὸν διακρίνοντα· σοὶ δὲ, ᾧ καὶ λόγος πάρεστι, καὶ ἰατρικὴ τέχνη τὸ χρήσιμον ἐκπορίζουσα, καὶ ἡ τῶν προλαβόντων πεῖρα, τῶν βλαπτόντων τὴν φυγὴν ὑποβάλλουσα, χαλεπόν ἐστιν, εἰπέ μοι, ἐκκλῖναι τὰ δηλητήρια; Ἔστι δὲ τούτων οὐδὲν ἀργῶς, οὐδὲν ἀχρήστως γεγενημένον. Ἡ γὰρ τροφὴν παρέχει τινὶ τῶν ἀλόγων, ἢ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς παρὰ τῆς ἰατρικῆς τέχνης εἰς παραμυθίαν τινῶν ἀῤῥωστημάτων (35) ἐξεύρηται. Τὸ μὲν γὰρ κώνειον οἱ ψᾶρες βόσκονται, διὰ τὴν κατασκευὴν τοῦ σώματος τὴν ἐκ τοῦ δηλητηρίου βλάβην ἀποδιδράσκοντες· λεπτοὺς γὰρ ἔχοντες τοὺς ἐπὶ (36) τῆς καρδίας πόρους, φθάνουσιν ἐκπέψαι τὸ καταποθὲν, πρὶν τὴν ἀπ' αὐτοῦ ῥῦξιν τῶν καιρίων καθάψασθαι. Ἐλλέβορος δὲ ὀρτύγων ἐστὶ τροφὴ, ἰδιότητι κράσεως τὴν βλάβην ἀποφευγόντων. Ἔστι δὲ καὶ αὐτὰ ταῦτα ἐν καιρῷ ποτε καὶ ἡμῖν χρήσιμα. Διὰ μὲν γὰρ τοῦ μανδραγόρου ὕπνον ἰατροὶ κατεπάγουσιν· ὀπίῳ δὲ τὰς σφοδρὰς ὀδύνας τῶν σωμάτων κατακοιμίζουσιν. Ἤδη δέ τινες τῷ κωνείῳ καὶ τὸ λυσσῶδες τῶν ὀρέξεων κατεμάραναν· καὶ τῷ ἐλλεβόρῳ πολλὰ τῶν χρονίων παθῶν ἐξεμόχλευσαν. Ὥστε ὃ ἐνόμιζες ἔχειν κατὰ τοῦ κτίσαντος ἔγκλη-

4. Quid dicam? quid silentio præteribo? In opulentis creationis thesauris perdifficile quidem est rem præstantiorem invenire : si tamen omittitur, vix jactura illius potest tolerari. *Germinet terra herbam feni.* Et statim una cum edulibus **43** prolata sunt nociva, cicuta cum frumento, cum esculentis reliquis helleborus, aconitum, mandragora, papaveris succus. Quid igitur? gratiam ob utilia confiteri omittentes, Conditorem ob ea quæ nostræ vitæ exitiosa sunt, accusabimus? illud autem non reputabimus, quod non omnia ventris nostri gratia creata sunt? Porro nobis quidem destinata alimenta obvia sunt, et omnibus probe nota : singula vero quæ condita sunt, propriam quamdam rationem in creatione explent. Num enim quia taurinus sanguis toxicum tibi est, ideo animal illud, cujus robore in tot et tantis rebus vita nostra indiget, aut non produci, aut productum exsangue esse oportuit? Sed tibi contubernalis ac domestica ratio ad res exitiales vitandas sufficit. Nunquid enim oves quidem et capræ sciunt ea quæ suæ vitæ nocent, declinare, solo sensu noxia discernentes : tibi vero, cui adest et ratio, et ars medica, quod utile est offerens, et eorum qui te anteverterunt exemplum, quo de fuga nocivorum admoneris, difficile est, dic, quæso, a venenis cavere? Nihil autem horum frustra, nihil est inutiliter in lucem editum. Aut enim alicui brutorum animalium subministrant alimentum, aut etiam nobis ipsis a medica arte ad deliniendas quasdam ægrotationes inventa sunt. Nam cicuta vescuntur sturni, et tamen veneni exitium declinant ob corporis constitutionem : cum enim in eorum corde insint tenues meatus, devoratam cicutam prius concoxere, quam ipsius frigus principales partes attingat. Helleborus vero coturnicum, quæ per temperationis proprietatem noxam effugiunt, alimentum est. Quinetiam sunt hæc ipsa pro temporis opportunitate nonnunquam nobis conducibilia. Nam per mandragoram inducunt somnum medici : consopiunt itidem vehementes corporum dolores opio. Jam vero nonnulli cicuta obtuderunt rabiosam appetentiam, atque inveteratas ægritudines nec pancas helleboro exstirparunt. Quare, quam te existi-

(33) Colb. secundus τοῖς σπερμολόγοις τῶν ὀρνίθων. Mox Colb. secundus cum Reg. octavo ἄπορος μὲν ἡ αἵρεσις, *difficilis est optio meliorum.* Lectio optima. Editi et Coisl. uterque, et Regii primus et tertius ἄπορος μὲν ἡ εὕρεσις· cui lectioni favet Eustathius, dum vertit : *Est quidem difficilis assecutio meliorum.* Ibidem codex Combef. τοῦ τιμιωτάτου.

(34) Sic Regii primus et octavus cum Coisl. secundo et cum Colb. itidem secundo. Editi cum aliquot mss. ἢ ἄναιμον, mutile.

(35) Ita sex mss., bene. Vox ἀῤῥωστημάτων desideratur in editis.

(36) Codices sex τοὺς ἐπί. Editi τοὺς ἀπό.

Digitized by Google

mabas habere contra Creatorem accusationem, ea tibi in gratiarum actionis additamentum cessit.

5. *Germinet terra herbam feni.* Quot alimenta sponte naturæ emergentia his verbis complectitur, tum in radicibus, tum in ipsa herba, tum in fructibus! quot vero sunt, quæ ex diligentia et agricultura nobis accedunt! Non statim jussit semen et fructum proferri, sed germinare et virescere terram, tumque ad semen pervenire; ut prima illa præceptio ad futuram successionem esset naturæ documenti loco. Quomodo igitur, inquiunt, tellus secundum genus edit semina, cum, disseminato sæpe tritico, nigrum hoc frumentum colligamus? Verum hoc ipsum nequaquam est ad aliud genus transmutatio, sed velut morbus quidam, 44 ac seminis ægritudo. Non enim frumentum esse desiit, sed, ut et ex ipsa appellatione discere est, per adustionem nigrum evasit. Nam nimio frigore adustum, in alium colorem ac saporem degeneravit. Atque etiam si modo idoneam terram, ac bene temperatum aerem nactum sit, rursus ad pristinam formam redire ferunt. Quare nihil præter præceptum illud in rebus nascentibus fieri comperias. Porro lolium quod dicitur, et reliqua adulterina semina, quæ cum esculentis commiscentur, quæque nuncupare zizania consuevit Scriptura, non ex frumenti commutatione proveniunt, sed ex proprio subsistunt principio, propriumque genus obtinent. Quæ profecto imaginem exprimunt eorum, qui documenta Domini adulterantes, nec legitime sermonem edocti, sed a maligni doctrina corrupti, tamen cum sano Ecclesiæ corpore seipsos permiscent, ut clanculum errores suos in simpliciores transfundant. Jam vero Dominus perfectionem etiam eorum qui in ipsum crediderunt, seminum incremento comparat, dicens : *Quemadmodum si homo projecerit semen in terram, et dormiat, et exsurgat nocte et die, et semen surgat, et increscat, dum nescit ipse. Ultro enim terra fructificat primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica*[66]. *Germinet terra herbam.* In minimo etiam temporis momento a germinatione exorsa terra, ut Conditoris leges servaret, per omnem accretionis speciem progrediens, confestim germina deduxit ad perfectionem. Atque prata quidem feni copia erant depressa; ac

[66] Marc. IV, 26-28.

μα, τοῦτό σοι εἰς προσθήκην εὐχαριστίας περιελήλυθεν.

5. *Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου.* Πόσην αὐτόματον λέγει τροφὴν ἐν τούτοις, τήν τε ἐν ῥίζαις, καὶ τὴν ἐν αὐτῇ τῇ βοτάνῃ, καὶ τὴν ἐν καρποῖς ἤδη! πόσην δὲ τὴν ἐξ ἐπιμελείας καὶ γεωργίας ἡμῖν προσγινομένην! Οὐκ εὐθὺς ἐκέλευσε σπέρμα καὶ καρπὸν ἀναδοθῆναι, ἀλλὰ βλαστῆσαι καὶ χλοάσαι τὴν γῆν, καὶ τότε εἰς σπέρμα τελειωθῆναι (37), ἵνα πρῶτον ἐκεῖνο πρόσταγμα διδασκάλιον τῇ φύσει γένηται πρὸς τὴν ἐξῆς ἀκολουθίαν. Πῶς οὖν κατὰ γένος, φασὶν (38), ἡ γῆ προφέρει τὰ σπέρματα, ὁπότε, σῖτον πολλάκις καταβαλόντες, τὸν μέλανα τοῦτον πυρὸν συγκομίζομεν; Ἀλλὰ τοῦτο οὐχὶ πρὸς ἕτερον γένος ἐστὶ μεταβολή, ἀλλ' οἱονεὶ νόσος τις καὶ ἀῤῥωστία τοῦ σπέρματος. Οὐ γὰρ ἀπέθετο τὸ εἶναι (39) σῖτος, ἀλλ' ἐμελάνθη διὰ τῆς καύσεως, ὡς καὶ ἐξ αὐτῆς ἐστι τῆς προσηγορίας μαθεῖν. Τῇ ὑπερβολῇ γὰρ τοῦ κρύους ὑπερκαεὶς (40), πρὸς ἑτέραν καὶ χρόαν καὶ γεῦσιν μετέπεσε. Καὶ μέντοι καὶ πάλιν λέγεται, ἐπειδὰν γῆς ἐπιτηδείας καὶ ἀέρων εὐκράτων λάβηται, πρὸς τὸ ἀρχαῖον εἶδος ἐπανιέναι. Ὥστε οὐδὲν παρὰ τὸ πρόσταγμα εὕροις ἂν ἐν τοῖς φυομένοις ἐπιτελούμενον. Ἡ δὲ λεγομένη αἶρα, καὶ ὅσα λοιπὰ νόθα σπέρματα τοῖς τροφίμοις ἐγκαταμέμικται, ἅπερ ζιζάνια προσαγορεύειν σύνηθες τῇ Γραφῇ, οὐκ ἐκ τῆς τοῦ (41) σίτου μεταβολῆς γίνεται, ἀλλ' ἐξ οἰκείας ἀρχῆς ὑπέστη, ἴδιον ἔχοντα γένος. Ἅπερ τὴν εἰκόνα πληροῖ τῶν παραχαρασσόντων τὰ τοῦ Κυρίου διδάγματα, καὶ μὴ γνησίως μαθητευομένων τῷ λόγῳ, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ πονηροῦ διδασκαλίας διεφθαρμένων, καταμιγνύντων δὲ ἑαυτοὺς (42) τῷ ὑγιαίνοντι σώματι τῆς Ἐκκλησίας, ἵν' ἐκ τοῦ ἀφανοῦς τὰς παρ' ἑαυτῶν βλάβας τοῖς ἀκεραιοτέροις ἐμβάλωσιν. Ἤδη δὲ ὁ Κύριος καὶ τὴν τελείωσιν τῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων τῇ τῶν σπερμάτων αὐξήσει παρεικάζει, λέγων· *Ὡς ἔταν ἄνθρωπος βάλῃ τὸν σπόρον ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ καθεύδῃ, καὶ ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν, καὶ ὁ σπόρος ἐγείρηται, καὶ μηκύνηται, ὡς οὐκ οἶδεν αὐτός. Αὐτομάτη γὰρ ἡ γῆ καρποφορεῖ πρῶτον χόρτον, εἶτα στάχυν, εἶτα πλήρη σῖτον ἐν τῷ στάχυϊ. Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην.* Καὶ ἐν ἀκαριαίᾳ χρόνου ῥοπῇ ἀπὸ τῆς βλαστήσεως ἀρξαμένη ἡ γῆ, ἵνα φυλάξῃ τοὺς νόμους τοῦ κτίσαντος, πᾶσαν ἰδέαν αὐξήσεως διεξελθοῦσα, εὐθὺς πρὸς τὸ τέλειον

(37) Reg. primus et Colb. secundus ἡμῖν τελειωθῆναι. Ibidem editio Basil. cum multis mss. ἵνα τό. Abest articulus ab editione Paris. Hoc ipso in loco Regii sextus et octavus διδασκάλιον. Editi cum quibusdam aliis mss. διδασκαλεῖον, non ita recte. Hoc enim nomen scholam, in qua juventus docetur, proprie significat : quam notionem huic loco non bene convenire videt, ut opinor, omnes.

(38) Editio Basil. cum multis mss. φησίν. Editio Paris. φασίν. Monere libet, illud, φασίν, rarissime legi in antiquis mss., sed semper fere reperiri φησί. Nihil tamen impedit quominus illud, φησί, possit verti, *aiunt*, *inquiunt*, cum non raro nomen collectivum sit subintelligendum. Exempli causa : Secta philosophorum *ait*, aut *aiunt*. Quod cum non animadverterent editores Parisienses, videntur Marte proprio contra fidem mss. φησίν in φασίν sæpius permutasse, quoties videlicet sensus numerum multitudinis postulabat. De his semel monuisse satis sit. Tempus male locare arbitraremur, si deinceps editorum et codicum mss. ea in re discrepantiam accurate notaremus, cum nihil intersit hoc an illo modo legatur.

(39) Sic mss. plerique omnes. Editio Paris. ἀπέθετο τοῦ εἶναι. Editio Basil. ἀπέθετο εἶναι.

(40) Ita quinque mss. Editi vero ὑπεκκαεὶς. Ambrosius sic ad verbum interpretatur : *Si aut frigore adurantur* : in quo videtur Virgilium imitatus, qui I *Georg.* scripserat,

Aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

Ibidem Reg. primus εἰς ἑτέραν.

(41) Sic editio Basil. cum multis mss. Editio Paris. ἐκ τοῦ. Mox Colb. secundus εἰκόνα δηλοῖ.

(42) Ita quatuor mss. Editi et unus ms. αὐτούς.

Digitized by Google

ἤγαγε τὰ βλαστήματα. Καὶ λειμῶνες μὲν ἦσαν βαθεῖς τῇ ἀφθονίᾳ τοῦ χόρτου, τῶν δὲ πεδίων τὰ εὔκαρπα φρίσσοντα τοῖς ληΐοις (43), εἰκόνα πελάγους κυμαίνοντος ἐν τῇ κινήσει τῶν ἀσταχύων ἀπέσωζε. Πᾶσα δὲ βοτάνη καὶ πᾶν λαχανηρὸν γένος, καὶ εἴ τι ἐν φρυγάνοις, καὶ εἴ τι ἐν ὀσπρίοις, κατὰ πᾶσαν ἀφθονίαν τότε τῆς γῆς ὑπερεῖχεν. Οὐδὲ γὰρ ἀπότευγμά τι ἦν ἐν τοῖς τότε προβληθεῖσιν, οὔτε γεωργῶν ἀπειρίας, οὔτε ἀέρων δυσκρασίας, οὔτε τινὸς ἄλλης αἰτίας τοῖς γινομένοις λυμαινομένης. Οὐ μὴν οὐδὲ ἡ καταδίκη ἐνεπόδιζε τῇ εὐθηνίᾳ τῆς γῆς. Πρεσβύτερα γὰρ ταῦτα τῆς ἁμαρτίας, δι' ἣν κατεκρίθημεν ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου ἡμῶν ἐσθίειν τὸν ἄρτον.

A fertiles campi, segetibus horrescentes, pelagi fluctuantis imaginem per spicarum motum repræsentarunt. Omnis autem herba, ac omne oleraceum genus, et si quid in fruticibus aut in leguminibus reperitur, omni cum ubertate tunc supra terram emicabat. Neque enim infelix ullus successus iis quæ tunc producebantur, erat extimescendus, cum neque agricolarum imperitia, neque aeris intemperies, neque alia ulla causa rebus nascentibus noceret. Verum enim vero damnatorium judicium tum impedimento non erat telluris fertilitati. Isthæc enim antiquiora sunt peccato, cujus gratia ad hoc sumus damnati, ut panem in sudore nostri vultus comedamus [67].

6. Ἀλλὰ *Καὶ ξύλον κάρπιμον*, φησὶ, *ποιοῦν καρπὸν, οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα ἐπὶ τῆς γῆς.* Ἐπὶ τούτῳ τῷ ῥήματι πᾶσαι μὲν λόχμαι κατεπυκνοῦντο· πάντα δὲ ἀνέτρεχε δένδρα, τά τε πρὸς μήκιστον ὕψος διανίστασθαι (44) πεφυκότα, ἐλάται καὶ κέδροι, καὶ κυπάρισσοι, καὶ πεῦκαι· πάντες δὲ θάμνοι εὐθὺς ἦσαν ἀμφίκομοι καὶ δασεῖς· καὶ τὰ στεφανωματικὰ λεγόμενα τῶν φυτῶν, αἵ τε ῥωδωνιαὶ, καὶ μυρσῖναι, καὶ δάφναι, πάντα ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ, οὐκ ὄντα πρότερον ὑπὲρ τῆς γῆς, εἰς τὸ εἶναι παρῆλθε (45) μετὰ τῆς οἰκείας ἕκαστον ἰδιότητος, ἐναργεστάταις μὲν διαφοραῖς ἀπὸ τῶν ἑτερογενῶν χωριζόμενα, οἰκείῳ δὲ ἕκαστον γνωριζόμενον χαρακτῆρι. Ἦλήν γε ὅτι τὸ ῥόδον (46) τότε ἄνευ ἀκάνθης ἦν, ὕστερον δὲ τῷ κάλλει τοῦ ἄνθους ἡ ἄκανθα παρεζεύχθη, ἵνα τῷ τερπνῷ τῆς ἀπολαύσεως ἐγγύθεν ἔχωμεν παρακειμένην τὴν λύπην, μεμνημένοι τῆς ἁμαρτίας, δι' ἣν ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἡμῖν ἀνατέλλειν κατεδικάσθη ἡ γῆ. Ἀλλὰ προσετάχθη, φησὶ, *Ξύλον κάρπιμον, ποιοῦν καρπὸν ἐπὶ τῆς γῆς, οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ*, ἐκδοῦναι ἡ γῆ· πολλὰ δὲ τῶν δένδρων ὁρῶμεν οὔτε καρποῖς οὔτε σπέρματι (47) κεχρημένα. Τί οὖν ἐροῦμεν; Ὅτι τὰ τιμιώτερα τῇ φύσει προηγουμένης τῆς μνήμης τετύχηκεν· ἔπειτα, ὅτι ἀκριβῶς θεωροῦντι καὶ πάντα φανήσεται ἢ σπέρματι κεχρημένα, ἢ τὰ ἰσοδυναμοῦντα τοῖς σπέρμασιν ἔχοντα. Αἴγειροι γὰρ καὶ ἰτέαι, καὶ πτελέαι, καὶ λεῦκαι, καὶ ὅσα τοιαῦτα,

6. Sed *Et lignum fructiferum*, inquit, *faciens fructum, cujus semen ejus sit in ipso secundum genus et secundum similitudinem super terram* [68]. Sane hoc verbo densabantur nemora omnia; omnesque emersere arbores, quæ scilicet in longissimam altitudinem exsurgere solent, abietes, cedri, cupressi, piceæ: item, frutices omnes illico comati fiebant et densi. Prodiere etiam plantæ quæ dicuntur coronariæ, roseta, myrti et lauri. Omnia quæ prius super terram non exstabant, in uno temporis puncto eo devenere, ut essent, cum sua quæque proprietate, manifestissimis quidem 45 differentiis ab iis quæ diversi generis sunt, discreta, singula tamen proprio charactere insignita. Verum rosa tunc sine spina erat, postea vero floris pulchritudini fuit spina adjuncta, ut fruendæ voluptati foret dolor contiguus, dum recordaremur peccati, cujus causa ad hoc damnata terra est, ut nobis spinas proferret atque tribulos [69]. Sed, inquiunt, jussa est terra producere *Lignum fructiferum, faciens fructum super terram, cujus semen ejus sit in ipso*; et tamen complures arbores cernimus, neque fructibus, neque seminibus præditas. Quid ergo dicturi sumus? Quod res quæ natura præstant, primaria mentione dignatæ sunt: deinde, quod accurate consideranti constabit, aut omnia semen ferre, aut vim quamdam seminibus æqualem habere. Nam populi nigræ, salices, ulmi, albæ populi, et aliæ ejusdem generis,

[67] Gen. III, 19. [68] Gen. I, 11. [69] Gen. III, 18.

(43) Colb. secundus βρίθοντα τοῖς ληΐοις, *segetibus onusti*. Haud mala lectio. Editi cum aliis mss. φρίσσοντα, *horrescentes*. Sic Virgilius III *Georg.*, 39 : *Horrescunt segetes et campi*. Ad marginem Reg. primi in modum scholii apposita sunt illa : Ἡ φρίξις λέγεται ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ πυκνότης τῶν ἀσταχύων· *Horror dicitur agitatio atque densitas spicarum.*

(44) Reg. quintus ὕψος ἀνίστασθαι. Mox editio Paris. καὶ τὰ ταπεινὰ· πάντες δέ· sed illud, τὰ ταπεινά, desideratur in editione Basil. et in octo mss. Coisl. vetustior πεῦκαι καὶ πάντες δὲ θάμνοι· at particula καί deest in aliis mss. Suspicamur autem illud, τὰ ταπεινά, additum fuisse a typographis, aut a quibusvis, eo consilio, ut antithesis quædam in Basilii verbis reperiretur : sed propterea quidquam addi necesse non fuit, cum sine ulla accessione satis superque conspicua sit antithesis. Postquam enim

D locutus est Basilius de altis arboribus, statim loquitur de plantis coronariis, quarum pleræque fere repunt humi. Animadvertas velim illud, τὰ ταπεινά, a veteri interprete agnitum non fuisse.

(45) Reg. sextus παρῆλθον. Editi cum aliis mss. παρῆλθε. Reg. tertius εἰς τὸ εἶναι παρήχθη. Statim editi cum tribus aut quatuor mss. χαριζόμενα. Regii primus, quintus et octavus cum Colb. secundo χαριζόμενον.

(46) *Ὅτι τὸ ῥόδον.* Secutus est Basilium Ambrosius lib. III *in Hexaem.*, cap. 11. Idem docet Augustinus quoque lib. I *De Genesi contra Manichæos*, cap. 13. Sed postea, ut notat Ducæus, lib. III *De Genesi ad litteram*, cap. 18, sententiam mutavit.

(47) Colb. secundus οὔτε σπέρμασι. Aliquanto post idem codex cum Reg. sexto ἢ σπέρμασι κεχρ.

Digitized by Google

fructum quidem nullum aperte afferre videntur; hæc tamen si quis diligenter expenderit, singulas istas arbores semen habere comperiet. Enimvero granum illud quod folio subjectum est, quodque nonnulli in nominibus confingendis operam navantes, *mischon* appellant, vim seminis atque virtutem obtinet. Quæcunque enim a ramis solent oriri, inde ut plurimum radices emittunt. Fortassis autem seminis rationem habent, et ipsi qui ex radicibus pullulant surculi : quos dum avellunt plantarum cultores, genus earum multiplicant. Prius tamen, uti diximus, eæ arbores memoratæ sunt, quæ nostram vitam magis conservant, quæque propriis fructibus hominem donantes, luculentum illi victum erant suppeditaturæ : vitis quidem, generatura vinum, quo erat cor hominis lætificandum : olea vero, cum qui vultum in oleo exhilarare potest, fructum allatura. Quot festinanter in unum concurrerunt, producta a natura! Radix vitis, palmites orbiculatim virescentes, valdeque super terram diffusi, germen, claviculæ, uva acerba, racemi. Vitem si tuis oculis attente conspexeris, vel ipsa te satis ad naturæ memoriam revocat. Meministi enim Domini similitudinem, qua se ipsum vitem, et Patrem agricolam nuncupat [70] : nos item singulos Ecclesiæ per fidem insertos, palmites appellavit, atque ad multum fructum afferendum invitat nos [71], ne inutilitatis damnati, igni tradamur; nec cessat hominum animas ubique vitibus comparare. *Vinea namque*, inquit, *facta est dilecto in cornu, in loco pingui* [72]; et, *Vineam plantavi, et sepem circumdedi* [73]. Animas humanas plane vineam dicit, quas sepe, mandatorum scilicet tutela et angelorum custodia circumdedit. *Immittet enim angelus Domini in circuitu timentium eum* [73a]. Deinde etiam, constitutis in Ecclesia primum apostolis, secundo prophetis, tertio doctoribus [74], quasi valla nobis defixit. Atque antiquorum ac beatorum virorum exemplis in sublime evexit nostram mentem, nec eam prosterni humi, aut conculcatione dignam esse sivit. Vult autem nos charitatis amplexibus ceu quibusdam claviculis **46** proximum nostrum complecti, ac in ipsis acquiescere, ut jugi impeti sursum versus contendentes, instar vinearum quarumdam arbores conscendentium, nosmetipsos rerum altissimarum verticibus adæquemus. Quin et a nobis exposcit, ut dum defodimur, sustineamus. Defoditur autem anima, cum mundi curi, quæ cordibus nostris sunt oneri, se-

καρπὸν μὲν οὐδένα δυκεῖ φέρειν ἐκ τοῦ προδήλου, σπέρμα δὲ ἕκαστον τούτων ἔχον ἀκριβῶς ἂν τις ἐξετάζων ἐξεύροι (48). Ὁ γὰρ ὑποκείμενος τῷ φύλλῳ κόκκος, ὃν *μίσχον* τινὲς τῶν περὶ τὰς ὀνοματοποιίας ἐσχολακότων προσαγορεύουσι, τοῦτο σπέρματος ἔχει δύναμιν. Ὅσα γὰρ ἀπὸ (49) κλάδων γίνεσθαι πέφυκεν, ἐντεῦθεν ὡς τὰ πολλὰ προβάλλει τὰς ῥίζας. Τάχα δὲ σπέρματος ἐπέχουσι λόγον καὶ αἱ τῶν ῥιζῶν ἀποφύσεις, ἃς παρασπῶντες οἱ φυτοκόμοι (50) τὸ γένος αὔξουσι. Πρότερον μέντοι, ὥσπερ ἔφαμεν, μνήμης ἠξιώθη τὰ συνεκτικώτερα τῆς ζωῆς ἡμῶν, ὅσα ἔμελλε, τοῖς οἰκείοις καρποῖς τὸν ἄνθρωπον δεξιούμενα, ἄφθονον αὐτῷ παρασκευάζειν τὴν δίαιταν· ἄμπελος μὲν οἶνον γεννῶσα εὐφραίνειν μέλλοντα καρδίαν ἀνθρώπου· ἐλαία δὲ καρπὸν παρεχομένη ἱλαρύνειν δυνάμενον πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ. Πόσα συνέτρεχε κατὰ ταυτὸν ἠπειγμένως ὑπὸ τῆς φύσεως παραγόμενα! Ἡ ῥίζα τῆς ἀμπέλου· τὰ κλήματα ἐν κύκλῳ εὐθαλῆ καὶ μεγάλα ὑπὲρ γῆς κεχυμένα· ὁ βλαστός, οἱ ἕλικες, ὁ ὅμφαξ, οἱ βότρυες (51). Ἀρκεῖ σου τῇ ὄψει καὶ ἄμπελος συνετῶς ὁραθεῖσα ὑπόμνησίν σοι τῆς φύσεως ἐμποιῆσαι. Μέμνησαι γὰρ δηλονότι τῆς τοῦ Κυρίου εἰκόνος, ὅτι ἄμπελον ἑαυτὸν λέγει, καὶ τὸν Πατέρα τὸν γεωργὸν, καὶ τοὺς καθ' ἕνα ἡμῶν διὰ τῆς πίστεως ἐμπεφυτευμένους (52) τῇ Ἐκκλησίᾳ κλήματα προσηγόρευσε· καὶ προσκαλεῖται ἡμᾶς εἰς πολυκαρπίαν, ἵνα μὴ ἀχρηστίαν καταγνωσθέντες τῷ πυρὶ παραδοθῶμεν· καὶ οὐ παύεται πανταχοῦ τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων (53) ταῖς ἀμπέλοις ἐξομοιῶν. *Ἀμπελὼν γὰρ ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ*, φησὶν, *ἐν κέρατι, ἐν τόπῳ πίονι*· καὶ, *Ἀμπελῶνα ἐφύτευσα, καὶ περιέθηκα φραγμόν*. Τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς δηλονότι λέγει (54) τὸν ἀμπελῶνα, αἷς φραγμὸν περιέθηκε τὴν ἐκ τῶν προσταγμάτων ἀσφάλειαν καὶ τὴν φυλακὴν τῶν ἀγγέλων. *Παρεμβαλεῖ* (55) *γὰρ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτόν*. Ἔπειτα καὶ οἱονεὶ χάρακας ἡμῖν παρακατέπηξε θέμενος ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον διδασκάλους. Καὶ τοῖς τῶν παλαιῶν καὶ μακαρίων ἀνδρῶν (56) ὑποδείγμασιν εἰς ὕψος ἡμῶν ἀνάγων τὰ φρονήματα, οὐκ ἀφῆκεν ἐῤῥιμμένα χαμαὶ, καὶ τοῦ πατεῖσθαι ἄξια. Βούλεται δὲ ἡμᾶς καὶ οἱονεὶ ἑλιξί τισι ταῖς περιπλοκαῖς τῆς ἀγάπης τῶν πλησίον ἀντέχεσθαι, καὶ ἐπαναπαύεσθαι αὐτοῖς, ἵν', ἀεὶ πρὸς τὸ ἄνω τὴν ὁρμὴν ἔχοντες, οἷόν τινες ἀναδενδράδες ταῖς κορυφαῖς τῶν ὑψηλοτάτων ἑαυτοὺς παρισάζωμεν. Ἀπαιτεῖ (57) δὲ ἡμᾶς καὶ τὸ καταδέχεσθαι σκαπτομένους. Ἀποσκάπτεται δὲ ψυχὴ ἐν τῇ ἀποθέσει τῶν

[70] Joan. xv, 1. [71] ibid. 5. [72] Isa. v, 1. [73] Matth. xxi, 33. [73a] Psal. xxxiii, 8. [74] I Cor. xii, 28.

(48) Mss. duo ἐξευρίσκοι. Alii duo εὕροι.

(49) Ita editio Basil. cum octo mss. e nostris præter Bodl. Editio Paris. ὅσα δὲ ἀπό.

(50) Editio Basil. cum Combef. et cum multis aliis mss. φυτοκόμοι. Editio Paris. φυτηκόμοι, male. Infra Colb. secundus συνέτρεχε κατὰ ταυτὸν τὸν καιρόν.

(51) Quatuor mss. οἱ βότρυες. Editi cum uno aut altero ms. βότρυς.

(52) Codices aliquot ἐμφυτευομένους. Mox editi προκαλεῖται · at sex mss. προσκαλεῖται.

(53) Codices tres ψυχὰς ἡμῶν τῶν ἀνθρ.

(54) Reg. sextus ἀνθρωπίνας δυνάμεις ψυχὰς δηλονότι λέγει.

(55) *Παρεμβαλεῖ*, etc. Vulgata, *Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum.*

(56) Vox ἀνδρῶν deest in editis et in multis mss., sed legitur in Regiis tertio et sexto. Paulo post codex Combef. cum Reg. octavo ἐῤῥιμμένους, male.

(57) Reg. sextus ἀπαιτεῖται.

Digitized by Google

τοῦ κόσμου μεριμνῶν, αἱ βάρος εἰσὶ ταῖς καρδίαις ἡμῶν. Ὥστε ὁ τὴν σαρκίνην ἀγάπην ἀποθέμενος, καὶ τὴν πρὸς τὰ χρήματα φιλίαν, ἢ τὴν περὶ τὸ δύστηνον δοξάριον τοῦτο πτόησιν ἀπόπτυστον καὶ εὐκαταφρόνητον ἡγησάμενος, ὥσπερ ἐσκάφη καὶ ἀνέπνευσεν ἀποσκευασάμενος τὸ μάταιον βάρος τοῦ γηΐνου φρονήματος. Δεῖ δὲ, κατὰ τὸν λόγον τῆς παροιμίας, μηδὲ ὑλομανεῖν, τουτέστι, μὴ ἐπιδεικτικῶς πολιτεύεσθαι, μηδὲ τὸν παρὰ τῶν ἔξωθεν ἔπαινον θηρᾶσθαι (58), ἀλλ' ἔγκαρπον εἶναι, τῷ ἀληθινῷ γεωργῷ τὴν ἐπίδειξιν τῶν ἔργων ταμιευόμενον. Σὺ δὲ καὶ *Ὡς ἐλαία κατάκαρπος ἔσο ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ*, μηδέποτε γυμνούμενος τῆς ἐλπίδος, ἀλλ' ἀεὶ θάλλουσαν ἔχων περὶ σεαυτὸν τὴν διὰ πίστεως σωτηρίαν. Οὕτω γὰρ τὸ ἀειθαλὲς τοῦ φυτοῦ μιμήσῃ, καὶ τὸ πολύκαρπον δὲ αὐτοῦ ζηλώσεις, ἄφθονον τὴν ἐλεημοσύνην ἐν παντὶ καιρῷ παρεχόμενος.

A ipsam exuit. Quamobrem qui carneum amorem, aut suum erga divitias studium deposuit, aut qui miseræ hujus gloriolæ libidinem conspuendam et aspernabilem duxit, is veluti defessus est, ac, terrenæ affectionis inani pondere excusso, respiravit. Oportet autem secundum proverbii sententiam, ut neque silvescamus, hoc est, minime jactanter degamus, neque ab externis aucupemur laudem, sed simus fructuosi, veroque agricolæ specimina operum asservemus. Tu vero *Sicut oliva fructifera sis in domo Dei* [75], nec unquam spe denuderis, sed semper in teipso habeas floridam salutem per fidem. Sic enim hujus plantæ perpetuam imitaturus es viriditatem; ac ejus fecunditatem æmulabere, si uberrimam omni tempore largiare eleemosynam.

7. Ἀλλ' ἐπανέλθωμεν πρὸς τὴν ἔρευναν τῶν τεχνικῶν διατάξεων. Πόσα τότε γένη φυτῶν ἐπανέδραμε, τὰ μὲν ἔγκαρπα, τὰ δὲ ἐρέψιμα, ἄλλα πρὸς ναυπηγίαν ἐπιτήδεια, ἄλλα πρὸς καῦσιν! Ἐν τούτοις πάλιν ποικίλη μὲν ἐν ἑκάστῳ δένδρῳ ἡ τῶν μερῶν αὐτοῦ διακόσμησις, δυσέφικτος δὲ καὶ ἡ ἐξεύρεσις τῆς ἑκάστου ἰδιότητος, καὶ ἡ θεωρία τῆς πρὸς ἕκαστον τῶν ἑτερογενῶν διαφορᾶς. Πῶς τὰ μὲν αὐτῶν βαθύῤῥιζα, τὰ δὲ ἀκρόῤῥιζα· καὶ τὰ μὲν ὀρθοφυῆ καὶ μονοστέλεχα, τὰ δὲ χαμαίζηλα καὶ εὐθὺς ἀπὸ τῆς ῥίζης εἰς πολλὰς ἐκφύσεις διῃρημένα. Πῶς ὅσων μὲν (59) οἱ κλάδοι προμήκεις ἐπὶ πολὺ τοῦ ἀέρος ἐκτεταμένοι, τούτων καὶ αἱ ῥίζαι βαθεῖαι, ἐπὶ πλεῖστον ἐν κύκλῳ διανεμόμεναι, οἷον θεμελίους τινὰς ἀναλογοῦντας τῷ βάρει τῶν ἄνωθεν ὑποτιθείσης τῆς φύσεως. Πόσαι τῶν φλοιῶν αἱ διαφοραί! Τὰ μὲν γὰρ λειόφλοια τῶν φυτῶν, τὰ δὲ ῥηξίφλοια· καὶ τὰ μὲν μονόλοπα αὐτῶν, τὰ δὲ πολύπτυχα. Ὃ δὲ θαυμαστὸν, ὅτι καὶ τῆς ἀνθρωπίνης νεάτητος καὶ τοῦ γήρως εὕροις ἂν καὶ ἐν τοῖς φυτοῖς παραπλήσια τὰ συμπτώματα. Τοῖς μὲν γὰρ νέοις καὶ εὐθαλέσιν ὁ φλοιὸς περιτέτραται (60)· τοῖς δὲ γηράσκουσιν οἷον ῥυσσοῦται καὶ ἐκτραχύνεται. Καὶ τὰ μὲν κοπέντα ἐπιβλαστάνει· τὰ δὲ μένει ἀδιάδοχα, ὥσπερ τινὰ θάνατον τὴν τομὴν ὑπομείναντα. Ἤδη δέ τινες τετηρήκασιν ἐκτεμνομένας ἢ καὶ ἐπικαιομένας τὰς πίτυς εἰς δρυμῶνας μεθίστασθαι. Τινὰ δὲ καὶ τὴν ἐκ φύσεως κακίαν ἐπιμελείαις γεωργῶν θεραπευόμενα ἔγνωμεν· οἷον τὰς ὀξείας ῥοιὰς, καὶ τῶν ἀμυγδαλῶν τὰς πικροτέρας, ὅταν διατρηθεῖσαι τὸ πρὸς τῇ ῥίζῃ στέλεχος σφῆνα πεύκης (61) λιπαρὸν τῆς ἐντεριώνης μέσης διελαθέντα δέξωνται, εἰς εὐχρηστίαν μεταβάλλουσι τότε τοῦ χυμοῦ τὴν δυσχέρειαν. Μηδεὶς οὖν ἐν κακίᾳ διάγων, ἑαυτὸν ἀπογινωσκέτω, εἰδὼς ὅτι γεωργία (62) μὲν τὰς τῶν φυτῶν ποιότητας μεταβάλλει, ἡ δὲ

B 7. Verum ad artificiosas ordinationes perquirendas redeamus. Quot tunc arborum genera emersere, alia quidem frugifera, alia vero construendis tectis idonea, hæc ad fabricandas naves apta, illa ad cremationem destinata! In his rursus varia est partium uniuscujusque arboris dispositio: singularum autem arborum proprietas vix invenitur; et earum quæ diversi generis sunt, discrimen vix animadvertitur. Quomodo aliæ arbores in profundum agant radices, aliæ easdem in superficie habeant: hæ rectæ assurgant, sintque unistirpes, illæ deprimantur humi, atque statim a radice in plures caudices dividantur. Quomodo quarum rami prolixi sunt, ac in aerem valde expassi, harum etiam profundæ sint radices, et latissime in orbem distributæ: perinde quasi fundamenta quædam oneri impendentium accommodata subjecisset natura. Quot corticum sunt discrimina! Nam aliis arboribus levis, aliis scaber est cortex: aliæ unico, aliæ multiplici teguntur cortice. Quod vero mirandum est, ea quæ plantis accidunt, ea comperias modo haud dispari juventuti hominum ac senectuti accidere. Enimvero novellis ac vigentibus cortex circum extenditur: ubi senuerint, quasi rugosus et asper evadit. Et aliæ germinant licet incisæ: aliæ autem citra successionem et propaginem remanent, cæsuram perinde ut mortem quamdam perpessæ. Jam vero succisas, aut etiam combustas pinus quidam observarunt in querceta verti. Porro naturalia quarumdam arborum vitia agricolarum diligentia curari novimus; cujusmodi sunt mali punicæ acidæ, et amygdalæ amariores, quæ, ubi perforato ad radicem trunco pinguem piceæ cuneum per mediam medullam adactum susceperint, tunc succi **47** acerbitatem in bonum

C

D

[75] Psal. LI, 10.

(58) Colb. secundus ἔπαινον θηράσαι.

(59) Ita quatuor mss. Deest μέν in editis et in Colb. secundo.

(60) Ita sex mss. Editi παρατέτανται, non ita recte.

(61) *Ὅταν .... σφῆνα πεύκης*, etc. Hunc locum paulo aliter exprimit Ambrosius lib. III *in Hexaem.*, cap. 13, num. 56: *Amygdulis quoque*, inquit, *hoc genere medicari feruntur agricolæ, ut ex amaris dulces fiant fructus, ut et terebrent ejus radicem arboris, et in medium inserant surculum ejus arboris, quam Græci* πεύκην, *nos piceam dicimus: quo facto succi amaritudo deponitur.*

(62) Reg. quintus, ὁ γεωργός, *agricola*.

Digitized by Google

usum transmutant. Nemo igitur in vitio degens, de se ipse desperet : haud nescius, plantarum qualitates ut agricultura commutari : ita animi diligentia, quæ in consequenda virtute adhibenda est, infirmitates omnes superari posse. At vero tanta est frugiferarum arborum in edendis fructibus differentia, ut ne possit quidem quisquam eam verbis explicare. Non enim solum in arboribus genere diversis diversitas reperitur fructuum : sed in ipsa etiam arboris specie multum est discriminis; quandoquidem alia in marium, alia in feminarum fructu nota distincta est a stirpium cultoribus, qui scilicet palmas etiam in mares ac feminas dividant. Atque aliquando videas eam quæ ab ipsis femina nuncupatur, demittentem ramos, velut libidine concitatam, marisque amplexum appetentem. Videas itidem harumce arborum cultores velut quædam mascularum semina quæ *psenes* vocantur, ramis ejus immittere; sicque ipsam quasi in fruitionis sensu constitutam, iterum ramos erigere, et hujus arboris comam ad propriam formam redire. Porro idipsum etiam narrant de ficis. Unde alii quidem ficos silvestres juxta hortenses conserunt : alii vero grossos caprifici fructuosis ac domesticis ficis alligantes, ipsarum medentur infirmitati, jamque diffluentem ac evanescentem fructum grossis caprifici continent. Quid vult sibi illud naturæ exemplum? Quod nos vel ab iis qui a fide alieni sunt, impetum quemdam ac vigorem ad dandum bonorum operum specimen sæpe accipere debemus. Etenim si videris eum, qui aut vitam ethnicam agit, aut ob perversam quamdam hæresim ab Ecclesia abscissus est, probæ ac continentis vitæ, et reliquæ moralis disciplinæ studiosum esse; tuam magis intende sedulitatem, ut fructiferæ fico ex caprificorum præsentia colligenti vires et defluvium evadas.

κατ' ἀρετὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλεια δυνατή ἐστι παντοδαπῶν ἀῤῥωστημάτων ἐπικρατῆσαι. Ἡ δὲ περὶ τὰς καρπογονίας διαφορὰ τῶν καρπίμων φυτῶν τοσαύτη, ὅσην οὐδ' ἂν ἐπελθεῖν τις δυνηθείη τῷ λόγῳ. Οὐ γὰρ μόνον ἐν τοῖς ἑτερογενέσιν αἱ διαφοραὶ τῶν καρπῶν, ἀλλ' ἤδη καὶ ἐν αὐτῷ τῷ εἴδει (63) τοῦ δένδρου πολὺ τὸ διάφορον· ὅπουγε καὶ (64) ἄλλος μὲν χαρακτὴρ τοῦ καρποῦ τῶν ἀῤῥένων, ἄλλος δὲ τῶν θηλειῶν, παρὰ τῶν φυτουργῶν διακέκριται, οἵ γε καὶ τοὺς φοίνικας εἰς ἄῤῥενας καὶ θηλείας διιστῶσι. Καὶ ἴδοις ἂν ποτε τὴν παρ' αὐτῶν ὀνομαζομένην θήλειαν καθιεῖσαν τοὺς κλάδους, οἷον ὀργῶσαν, καὶ τῆς συμπλοκῆς ἐφιεμένην τοῦ ἄῤῥενος, τοὺς δὲ θεραπευτὰς τῶν φυτῶν ἐμβάλλοντας τοῖς κλάδοις, οἷόν τινα σπέρματα τῶν ἀῤῥένων, τοὺς λεγομένους *ψῆνας*· καὶ οὕτως οἷον ἐν συναισθήσει τῆς ἀπολαύσεως γίνεσθαι καὶ ἀνορθοῦσθαι πάλιν τοὺς κλάδους, καὶ πρὸς τὸ οἰκεῖον σχῆμα τοῦ φυτοῦ τὴν κόμην ἀποκαθίστασθαι. Τὰ αὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ περὶ τῶν συκῶν φασιν. Ὅθεν οἱ μὲν τὰς ἀγρίας (65) συκᾶς παραφυτεύουσι ταῖς ἡμέροις· οἱ δὲ τοὺς ὀλύνθους ἐκδήσαντες, τῶν εὐκάρπων καὶ ἡμέρων συκῶν τὴν ἀτονίαν ἰῶνται, ῥέοντα ἤδη καὶ σκεδαννύμενον τὸν καρπὸν τοῖς ὀλύνθοις ἐπέχοντες. Τί σοι τὸ παρὰ τῆς φύσεως αἴνιγμα βούλεται (66); Ὅτι χρὴ πολλάκις ἡμᾶς καὶ παρὰ τῶν ἀλλοτρίων τῆς πίστεως εὐτονίαν τινὰ προσλαμβάνειν εἰς τὴν τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἐπίδειξιν. Ἐὰν γὰρ ἴδῃς τὸν ἐν βίῳ ἐθνικῷ, ἢ ἀπό τινος αἱρέσεως ἐνδιαστρόφου τῆς Ἐκκλησίας ἀπεσχισμένου, βίου σώφρονος καὶ τῆς λοιπῆς κατὰ τὸ ἦθος εὐταξίας ἐπιμελούμενον, πλεῖον σεαυτοῦ τὸ σπουδαῖον ἐπίτεινον, ἵνα γένῃ παραπλήσιος τῇ καρποφόρῳ συκῇ, ἐκ τῆς τῶν ἀγρίων παρουσίας ἀθροιζούσῃ τὴν δύναμιν, καὶ τὴν μὲν ῥύσιν ἐπεχούσῃ, ἐπιμελέστερον δὲ τὸν καρπὸν (67) ἐκτρεφούσῃ.

cohibenti, fructumque diligentius enutrienti, similis

8. Tales igitur sunt circa generationis modum differentiæ plantarum, ut pauca admodum de plurimis dicamus. Ipsorum autem fructuum varietatem, figuras, colores, saporum proprietatem, uniuscujusque utilitatem quis recensere possit? Quomodo quidam nudi coquantur a sole, quidam vero putaminibus contecti, compleantur; et quarum arborum tener est fructus, in iis crassum sit folii tegumentum, velut in fico : quarum vero fructus sunt firmiores, leve sit foliorum tutamen, uti in nuce. Nam illis ob debilitatem subsidio majore opus erat : his vero amictus crassior propter frondium umbram nocuisset. Quomodo diffissum sit vitis folium, ut uva et aeris injuriis resistat, et radium solis per illius raritatem ubertim suscipiat. Nihil sine

8. Τοιαῦται μὲν οὖν αἱ περὶ τὸν τρόπον τῆς γενέσεως αὐτῶν διαφοραὶ, ὡς ἐλάχιστα εἰπεῖν ἀπὸ πλείστων. Αὐτῶν δὲ τῶν καρπῶν τίς ἂν ἐπέλθοι τὴν ποικιλίαν, τὰ σχήματα, τὰς χρόας, τῶν χυμῶν τὴν ἰδιότητα, τὸ ἀφ' ἑκάστου χρήσιμον; Πῶς τινὰ μὲν γυμνὰ πέπτεται τῷ ἡλίῳ (68), τινὰ δὲ ἐν ἐλύτροις κεκαλυμμένα πληροῦται; καὶ ὧν μὲν ἁπαλὸς ὁ καρπὸς, παχὺ τοῦ φύλλου τὸ σκεπαστήριον, ὡς ἐπὶ τῆς συκῆς, ὧν δὲ οἱ καρποὶ στεγανώτεροι, ἐλαφρὰ τῶν φύλλων ἡ προβολὴ (69), ὡς ἐπὶ τῆς καρύας; Ὅτι ἐκεῖνα μὲν διὰ τὸ ἀσθενὲς πλείονος ἐδεῖτο τῆς βοηθείας· τούτοις δ' ἂν προσβλαβὴς ἐγένετο ἡ παχυτέρα περιβολὴ ἐκ τῆς ἀπ' αὐτῶν σκιᾶς. Πῶς κατέσχισται τῆς ἀμπέλου τὸ φύλλον, ἵνα καὶ πρὸς τὰς ἐκ τοῦ ἀέρος βλάβας ὁ βότρυς ἀντέχῃ, καὶ τὴν ἀκτῖνα τοῦ ἡλίου διὰ τῆς

(63) Editio Basil. cum octo mss., ἐν αὐτῷ τῷ εἴδει. Editio Paris., ἐν τῷ αὐτῷ εἴδει.

(64) Sic mss. tres. Deest καί in excusis.

(65) Ita sex mss. Editi ἀγρίους.

(66) Ita Reg. octavus cum Colb. secundo et Combef. Abest βούλεται ab editis.

(67) Editi cum uno aut altero ms. τοὺς καρποὺς. At Combef. cum aliis quatuor mss. τὸν καρπόν.

(68) Colb. secundus γυμνὰ πεπαίνεται τῷ ἡλίῳ παραδεικνύμενα, *nuda coquuntur, si soli exponantur.* Reg. tertius πέπτεται τῷ ἡλίῳ παραδεικνύμενα.

(69) Colb. secundus φύλλων ἡ περιβολή, *foliorum amictus.* Lectio optima. Editi cum aliis mss. ἡ προβολή. Reg. tertius αἱ ἐλαφραὶ τῶν φύλλων αἱ προβολαί.

Digitized by Google

ἀραιότητος δαψιλῶς ὑποδέχηται; Οὐδὲν ἀναίτιον· οὐδὲν ἀπὸ ταυτομάτου· πάντα ἔχει τινὰ σοφίαν ἀπόῤῥητον. Τίς ἂν ἐφίκοιτο λόγος; Πῶς ἀνθρώπινος νοῦς πάντα μετ' ἀκριβείας ἐπέλθοι, ὥστε καὶ κατιδεῖν τὰς ἰδιότητας, καὶ τὰς πρὸς ἕκαστον διαφορὰς ἐναργῶς διακρῖναι, καὶ τὰς κεκρυμμένας αἰτίας ἀνενδεῶς; παραστῆσαι; Ἓν ὕδωρ, διὰ τῆς ῥίζης ἑλκόμενον, ἄλλως μὲν τρέφει τὴν ῥίζαν αὐτὴν, ἄλλως δὲ τὸν φλοιὸν τοῦ στελέχους, καὶ ἄλλως τὸ ξύλον, καὶ τὴν ἐντεριώνην ἑτέρως. Τὸ αὐτὸ καὶ φύλλον γίνεται, καὶ εἰς ἀκρέμονας καὶ κλάδους κατασχίζεται, καὶ τοῖς καρποῖς παρέχει τὴν αὔξησιν, καὶ δάκρυον τοῦ φυτοῦ καὶ ὀπὸς ἐκ τῆς αὐτῆς αἰτίας (70) προέρχεται· οἷς πόση πρὸς ἄλληλά ἐστιν ἡ διαφορὰ, οὐδεὶς ἂν λόγος ἐξίκοιτο. Ἄλλο γὰρ τοῦ σχίνου τὸ δάκρυον, καὶ ἄλλος ὁ ὀπὸς τοῦ βαλσάμου· καὶ νάρθηκές τινες ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου καὶ Λιβύης ἕτερον ὀπῶν γένος ἀποδακρύουσι. Λόγος δέ τίς ἐστι καὶ τὸ ἤλεκτρον ὀπὸν εἶναι φυτῶν εἰς λίθου φύσιν ἀποπηγνύμενον. Μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ τὰ ἐμφαινόμενα κάρφη καὶ τὰ λεπτότατα τῶν ζώων, ἅπερ, ἁπαλοῦ ὄντος τοῦ ὀποῦ, ἐναπολῃφθέντα κατέχεται. Καὶ ὅλως τὴν κατὰ τὰς ποιότητας τῶν ὀπῶν διαφορὰν ὁ μὴ τῇ πείρᾳ διδαχθεὶς οὐδένα λόγον εὑρήσει τὴν ἐνέργειαν παριστῶντα. Πῶς πάλιν ἀπὸ τῆς αὐτῆς νοτίδος ἐν μὲν τῇ ἀμπέλῳ οἶνος συνίσταται, ἐν δὲ τῇ ἐλαίᾳ τὸ ἔλαιον; Καὶ οὐ τοῦτο μόνον θαυμαστὸν, πῶς ὧδε μὲν τὸ ὑγρὸν ἀπεγλυκάνθη, ἐκεῖ δὲ λιπαρὸν γέγονεν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐν τοῖς γλυκέσι καρποῖς ἀμύθητος ἡ παραλλαγὴ τῆς ποιότητος. Ἄλλο γὰρ τὸ ἐν ἀμπέλῳ γλυκὺ, καὶ ἄλλο τὸ ἐν μηλέᾳ, καὶ σύκῳ, καὶ φοίνικι. Ἔτι σε βούλομαι περὶ τὴν ἐξέτασιν ταύτην φιλοτεχνῆσαι, πῶς τὸ αὐτὸ ὕδωρ νῦν μὲν λεῖόν ἐστι τῇ αἰσθήσει, ὅταν ἐν τοῖσδέ τισι τοῖς φυτοῖς γενόμενον ἀπογλυκανθῇ· νῦν δὲ πληκτικόν ἐστι τῆς γεύσεως, ὅταν δι' ἄλλων φυτῶν ἐνεχθὲν ἀποξύνηται. Καὶ πάλιν εἰς τὴν ἐσχάτην πικρότητα μεταβάλλον ἐκτραχύνει τὴν αἴσθησιν, ὅταν ἐν ἀψίνθῳ ἢ σκαμμωνίᾳ (71) γένηται· καὶ ἐν μὲν ταῖς βαλάνοις ἢ τῷ καρπῷ τῆς κρανείας πρὸς τὴν στυφὴν καὶ αὐστηρὰν ποιότητα μεταβάλλει· ἐν δὲ ταῖς τερεβίνθοις καὶ ταῖς καρύαις πρὸς ἁπαλὴν καὶ ἐλαιώδη φύσιν μεθίσταται.

9. Καὶ τί δεῖ τὰ πόῤῥω λέγειν, ὅπου γε ἐπὶ τῆς αὐτῆς συκῆς πρὸς τὰς ἐναντιωτάτας μεταβαίνει ποιότητας; Πικρότατον μὲν γάρ ἐστιν ἐν τῷ ὀπῷ, γλυκύτατον δὲ ἐν αὐτῷ (72) τῷ καρπῷ. Καὶ ἐπὶ τῆς ἀμπέλου στυπτικώτατον μὲν ἐπὶ τῶν ἀκρεμόνων, ἡδιστον δὲ ἐν τοῖς βότρυσιν. Αἱ δὲ κατὰ τὰς χρόας διαφοραὶ πόσαι! Ἴδοις ἂν ἐν λειμῶνι τὸ αὐτὸ ὕδωρ ἐρυθραινόμενον μὲν ἐν τῷδε τῷ ἄνθει, καὶ ἐν ἄλλῳ πορφυροῦν (73), καὶ κυανὸν ἐν τῷδε, καὶ ἐν ἑτέρῳ λευκόν· καὶ πλείονα πάλιν τῆς ἐν ταῖς χρόαις ποικιλίας τὴν κατὰ τὰς ὀδμὰς διαφορὰν παρεχόμενον. Ἀλλὰ γὰρ

A causa, nihil temere factum est: omnia ab ineffabili quadam sapientia proficiscuntur. Quænam oratio possit omnia assequi? Quomodo omnia accurate recensere possit mens humana, adeo ut proprietates cognoscat, secernat clare singulorum differentias, et occultas causas certo proferat? Una aqua per radicem attracta, aliter nutrit ipsam radicem, aliter trunci corticem, aliter lignum, aliter medullam. Eadem et folium fit, et in majores ac in minores ramos discinditur, **48** et præstat fructibus incrementum: lacrymæ etiam et succus plantæ ex eadem causa proveniunt: quæ quantum inter se differant, nullus sermo explicare possit. Alia est enim lentisci lacryma, alius balsami succus: quædam etiam ferulæ in Ægypto et in Libya stillant aliud B succorum genus. Ferunt quoque electrum, succum esse plantarum, in lapidis naturam concretum. Porro opinionis hujus testimonium sunt festucæ in ipso apparentes, ac bestiolæ tenuissimæ, quæ, propterea quod in tenero ac molli succo consederint, detinentur inclusæ. Et in summa, qui non experimento edoctus est, quantum inter se discrepent succorum qualitates, is ad eorum vim et efficaciam explicandam nullum reperturus est sermonem. Quomodo iterum ab eodem humore in vite quidem vinum producitur, in olea autem oleum? Atque non id solum mirandum est, quonam pacto humor hic dulcis, illic pinguis evaserit: sed quod etiam in dulcibus fructibus inenarrabilis est qua- C litatis commutatio. Alia est enim in vite dulcedo, alia in malo, in fico, ac in palma. Volo insuper, ut hæc majori studio et arte perscruteris: quomodo aqua eadem nunc sensui lenis sit, cum in quibusdam plantis commorans dulcescit: nunc vero pungat gustum, cum per alias plantas diducta acescit. Ac rursus in extremam amaritudinem versa, sensum exasperat, cum in absinthio aut scammonea insederit. Quinetiam in glandibus, aut in corni fructu, ad astringentem asperamque qualitatem transit: in terebinthis vero et nucibus, in teneram et oleosam naturam transmutatur.

9. Et quid opus est procul dissita proferre, cum in eadem ficu in qualitates maxime contrarias D commigret? Est enim in succo amarissima: contra, dulcissima est in ipso fructu. Et in vite, astringentissima est in ramis, in uvis vero suavissima. Quot autem differentiæ sunt colorum! Videas enim in prato eamdem aquam in hoc quidem flore rubescentem, in alio purpuream, in hoc cæruleam, in alio albam: atque iterum differentiam majorem exhibet in odoribus, quam ipsa est colorum varietas. Sed enim orationem meam cerno ob inex-

(70) Reg. tertius ἐκ τῆς τοιαύτης αἰτίας. Ibidem Reg. quintus προσέρχεται.

(71) Colb. secundus ἢ ἀσκομμωνίᾳ· quam quoque lectionem exhibet quidem Reg. sextus, sed secundis curis. Editi, Coisl. uterque, et Regii tertius et quintus σκαμμωνίᾳ. Scammonia autem, seu scammonea, herba est regionum transmarinarum, quæ præsertim in Asia et in agro Colophonio crescit, cujus succus valet ad medicinas. Plura qui cupiet, Ruellium legere poterit.

(72) Ita editio Basil. cum codice Combef. et cum aliis sex mss. Editio Paris. ἐν αὐτοῦ τῷ.

(73) Codex Combef. cum Reg. octavo πορφυροῦν. Editi cum Reg. quinto πορφυρόν.

Digitized by Google

plebile ista speculandi desiderium, ultra modum excrescere : quam nisi astrinxero, revocaveroque ad creationis legem, dies me deficiet magnam vobis sapientiam ex minimis rebus exhibentem. *Germinet terra lignum fructiferum, faciens fructum super terram.* Et subito montium cacumina comantia comparebant, et solerter concinnabantur horti, et fluviorum ripæ infimitis adornabantur plantarum generibus. Atque hæ quidem ad exornandam hominum mensam ordinabantur : illæ vero ex frondibus fructibusque alimentum pecoribus præstabant. Aliæ conferunt nobis medicinæ subsidia, succos, liquores, festucas, cortices, fructum : et uno verbo, quæcunque nobis invenit diutina experientia, dum 49 ex singulis casibus id quod utile est colligit; hæc omnia perspicax Conditoris providentia, ab initio res prospiciens, edidit ac produxit. Tu vero cum videris hortensia, silvestria, aquatica, terrestria, florifera aut non florentia, in parvo magnum agnoscens, semper tuam magis ac magis intendas admirationem, ac velim augeas amorem in Creatorem tuum. Expende, quomodo alias arbores perpetuo virentes, alias vero nudationi obnoxias condiderit : et quomodo inter eas quæ semper virescunt, aliæ amittant frondes, aliæ semper ipsas servent. Enimvero olea et pinus exuuntur foliis; tametsi sensim occulteque frondes alternant, adeo ut nunquam coma denudari videantur. Palma autem perpetuo folia retinet, utpote quæ cum eisdem foliis a prima germinatione ad finem usque permaneat. Deinde et illud animadverte, quomodo myrica est veluti anceps : annumeratur nimirum et inter aquatica, et in solitudinibus abundat. Quapropter etiam Jeremias pejores et ambiguos mores huic plantæ merito comparat [76].

A ὁρῶ μοι τὸν (74) λόγον τῇ ἀπληστίᾳ τῆς θεωρίας εἰς ἀμετρίαν ἐκπίπτοντα, ὃν ἐὰν μὴ δήσας πρὸς ἀνάγκην ἀπαγάγω τῆς κτίσεως, ἐπιλείψει με ἡ ἡμέρα τὴν μεγάλην σοφίαν (75) ἐκ τῶν μικροτάτων ὑμῖν παριστῶντα. *Βλαστησάτω ἡ γῆ ξύλον κάρπιμον, ποιοῦν καρπὸν ἐπὶ τῆς γῆς.* Καὶ εὐθὺς αἱ κορυφαὶ τῶν ὀρέων ἐκόμων· καὶ ἐφιλοτεχνοῦντο παράδεισοι, καὶ ποταμῶν ὄχθαι μυρίοις γένεσι φυτῶν ὡραΐζοντο. Καὶ τὰ μὲν τὴν ἀνθρωπίνην ὑτρέπιστο κατακοσμῆσαι τράπεζαν· τὰ δὲ βοσκήμασι τροφὴν παρεσκεύαζεν ἐκ τῶν φύλλων, ἐκ τῶν καρπῶν. Ἄλλα τὰς ἐκ τῆς ἰατρικῆς ὠφελείας ἡμῖν προεξένει· τοὺς χυλούς, τοὺς ὀπούς, τὰ κάρφη, τοὺς φλοιούς, τὸν καρπόν· καὶ ἁπαξαπλῶς ὅσα ἡμῖν ἡ χρονία πεῖρα ἐξεῦρεν, ἐκ τῶν κατὰ μέρος περιπτώσεων συλλεγομένη τὸ χρήσιμον, B ταῦτα ἡ ὀξεῖα τοῦ κτίσαντος (76) πρόνοια, ἐξ ἀρχῆς προβλεψαμένη, εἰς γένεσιν ἤγαγε. Σὺ δὲ ὅταν ἴδῃς τὰ ἥμερα, τὰ ἄγρια, τὰ φίλυδρα, τὰ χερσαῖα, τὰ ἀνθοφοροῦντα, ἢ τὰ ἀνανθῆ, ἐν μικρῷ τὸν μέγαν ἐπιγινώσκων, πρόσθες ἀεὶ τῷ θαύματι, καὶ αὔξησόν μοι τὴν ἀγάπην τοῦ κτίσαντος. Ἐξέταζε, πῶς τὰ μὲν ἀειθαλῆ ἐποίησε, τὰ δὲ γυμνούμενα· καὶ τῶν ἀειθαλῶν τὰ μὲν φυλλοβόλα, τὰ δὲ ἀείφυλλα. Φυλλοβολεῖ γὰρ καὶ ἐλαία καὶ πίτυς, εἰ καὶ λεληθότως ὑπαλλάσσει τὰ φύλλα, ὥστε μηδέποτε δοκεῖν τῆς κόμης ἀπογυμνοῦσθαι. Ἀείφυλλον δὲ ὁ φοίνιξ, τῷ αὐτῷ φύλλῳ C ἐκ τῆς πρώτης βλαστήσεως εἰς τέλος συμπαραμένων. Ἔπειτα (77) κἀκεῖνο σκόπει, πῶς ἡ μυρίκη ὥσπερ ἀμφίβιόν ἐστι, καὶ τοῖς φιλύδροις συναριθμούμενον, καὶ κατὰ τὰς ἐρήμους πληθυνόμενον. Διὸ καὶ ὁ Ἱερεμίας δικαίως τὰ πονηρότερα (78) καὶ ἐπαμφοτερίζοντα τῶν ἠθῶν τῷ τοιούτῳ φυτῷ παρεικάζει.

10. *Germinet terra.* Hoc perbreve præceptum statim magna natura et artificiosus sermo erat, innumeras stirpium proprietates cogitatione nostra citius proferens. Præceptum illud, quod etiam nunc terræ inest, eam quotannis urget, ut facultatem suam omnem, qua ad herbas, semina, arboresque generandas prædita est, exserat. Quemadmodum enim turbines ex primo ictu ipsis incusso, eos qui D deinceps sequuntur gyros conficiunt, cum in seipsis, fixo centro, circumferuntur : sic et naturæ ordo ab hoc primo præcepto exorsus, ad omne deinceps tempus transit, donec ad communem universi consummationem pervenerit. Ad quam et nos omnes referti fructibus, ac bonorum operum pleni festinemus, ut plantati in domo Domini, in atriis Dei nostri [77] efflorescamus, in Christo Jesu Domino

10. *Βλαστησάτω ἡ γῆ.* Τὸ μικρὸν τοῦτο πρόσταγμα εὐθὺς φύσις μεγάλη καὶ λόγος ἔντεχνος ἦν, θᾶττον τοῦ ἡμετέρου νοήματος τὰς μυρίας τῶν φυομένων ἰδιότητας ἐκτελῶν. Ἐκεῖνο ἔτι καὶ νῦν ἐνυπάρχον (79) τῇ γῇ τὸ πρόσταγμα, ἐπείγει αὐτὴν καθ' ἑκάστην ἔτους περίοδον ἐξάγειν τὴν δύναμιν ἑαυτῆς ὅσην ἔχει πρός τε βοτανῶν καὶ σπερμάτων καὶ δένδρων γένεσιν. Ὡς γὰρ οἱ στρόβιλοι ἐκ τῆς πρώτης αὐτοῖς ἐνδοθείσης πληγῆς τὰς ἑφεξῆς ποιοῦνται περιστροφάς, ὅταν πήξαντες τὸ κέντρον ἐν ἑαυτοῖς περιφέρωνται· οὕτω καὶ ἡ τῆς φύσεως ἀκολουθία, ἐκ τοῦ πρώτου προστάγματος τὴν ἀρχὴν δεξαμένη (80), πρὸς πάντα τὸν ἑφεξῆς διεξέρχεται χρόνον, μέχρις ἂν πρὸς τὴν κοινὴν συντέλειαν τοῦ παντὸς καταντήσῃ. Ἐφ' ἣν καὶ ἡμεῖς πάντες ἔγκαρποι καὶ πλήρεις ἔργων ἀγαθῶν ἐπειγώμεθα, ἵνα, φυτευ-

[76] Jer. xvii, 6. [77] Psal. xci, 14.

(74) Reg. primus ὁρῶ μου τόν. Editi cum multis mss. ὁρῶ μοι τόν.

(75) Colb. secundus cum Reg. sexto σοφίαν τοῦ κτίσαντος. Sed illud, τοῦ κτίσαντος, desideratur in editis et in aliis mss.

(76) Reg. quintus τοῦ κτίσοντος.

(77) Reg. sextus ὁ φοίνιξ τὸ αὐτὸ φύλλον ἐκ τῆς πρώτης βλαστήσεως εἰς τέλος συμπαραμένον ἔχων. Ἔπειτα, etc. *Palma quæ easdem frondes a prima generatione ad finem usque permanentes servat.*

(78) Colb. secundus τὰ πονηρότατα. Ibidem Reg. secundus καὶ ἀμφοτερίζοντα.

(79) Ita Duc. uterque et alii quinque mss. Editi ὑπάρχον.

(80) Reg. sextus τὴν ἀπαρχὴν δεξαμένη. Ibidem mss. quatuor διεξέρχεται. Editi cum duobus aut tribus mss. διέρχεται.

Digitized by Google

θέντες ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου, ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐξανθήσωμεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. A

nostro, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ Ϛ'.

Περὶ γενέσεως φωστήρων (81).

1. Τὸν ἀθλητῶν θεατὴν μετέχειν τινὸς προσῆκε καὶ αὐτὸν εὐτονίας. Καὶ τοῦτο ἐκ τῶν πανηγυρικῶν θεσμῶν ἂν τις κατίδοι, οἱ τοὺς συγκαθεζομένους εἰς τὸ στάδιον (82) γυμνῇ καθῆσθαι τῇ κεφαλῇ διαγορεύουσιν· ἐμοὶ δοκεῖν (83), ἵνα μὴ θεατὴς μόνον ἀγωνιστῶν, ἀλλὰ καὶ ἀγωνιστὴς ἕκαστος αὐτός ἐν τῷ μέρει τυγχάνῃ. Οὕτω τοίνυν καὶ τὸν τῶν μεγάλων καὶ ὑπερφυῶν θεαμάτων ἐξεταστὴν, καὶ τὸν τῆς ἄκρας ὄντως καὶ ἀπορρήτου σοφίας ἀκροατὴν προσῆκεν οἴκοθεν ἔχειν ἥκοντά τινας ἀφορμὰς πρὸς τὴν θεωρίαν τῶν προκειμένων, καὶ κοινωνεῖν ἐμοὶ τῆς ἀγωνίας εἰς δύναμιν, οὐχὶ κριτὴν μᾶλλον ἢ συναγωνιστὴν παρεστῶτα· μήποτε ἄρα διαλάθῃ ἡμᾶς τῆς ἀληθείας ἡ εὕρεσις, καὶ τὸ ἐμὸν σφάλμα κοινὴ ζημία τῶν ἀκουόντων γένηται. Πρὸς οὖν τί ταῦτα λέγω; Ὅτι, ἐπειδὴ πρόκειται ἡμῖν εἰς τὴν τοῦ κόσμου σύστασιν ἐξέτασις καὶ θεωρία τοῦ παντὸς, οὐκ ἐκ τῆς τοῦ κόσμου σοφίας τὰς ἀρχὰς ἔχουσα, ἀλλ' ἐξ ὧν τὸν ἑαυτοῦ θεράποντα ὁ Θεὸς ἐξεπαίδευσεν, ἐν εἴδει λαλήσας πρὸς αὐτὸν, καὶ οὐ δι' αἰνιγμάτων, ἀνάγκη που πάντως τοὺς τῶν μεγάλων φιλοθεάμονας μὴ ἀγύμναστον ἔχειν τὸν νοῦν πρὸς τὴν τῶν προκειμένων ἡμῖν κατανόησιν. Εἴ ποτε οὖν, ἐν αἰθρίᾳ νυκτερινῇ, πρὸς τὰ ἄῤῥητα κάλλη τῶν ἄστρων (84) ἐνατενίσας, ἔννοιαν ἔλαβες τοῦ τεχνίτου τῶν ὅλων, τίς ὁ τοῖς ἄνθεσι τούτοις διαποικίλας τὸν οὐρανὸν, καὶ ὅπως ἐν τοῖς ὁρωμένοις πλέον τοῦ τερπνοῦ τὸ ἀναγκαῖόν ἐστι· πάλιν ἐν ἡμέρᾳ εἰ νήφοντι τῷ λογισμῷ κατέμαθες τὰ τῆς ἡμέρας θαύματα, καὶ διὰ τῶν ὁρωμένων ἀνελογίσω τὸν οὐχ ὁρώμενον, ἐμπαράσκευος ἥκεις ἀκροατὴς καὶ πρέπων τῷ πληρώματι τοῦ σεμνοῦ τούτου καὶ μακαρίου θεάτρου. Δεῦρο δὴ οὖν, ὥσπερ οἱ τοὺς ἀήθεις τῶν πόλεων τῆς χειρὸς λαβόμενοι περιηγοῦνται, οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς ἐπὶ τὰ κεκρυμμένα θαύματα ὑμᾶς τῆς μεγάλης ταύτης πόλεως ξεναγήσω. Ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, ἐν ᾗ ἡ ἀρχαία πατρὶς ἡμῶν (85), ἧς μετανέστησεν ἡμᾶς ὁ ἀνθρωποκτόνος δαίμων, τοῖς ἑαυτοῦ δελεάσμασιν ἀνδραποδίσας τὸν ἄνθρωπον· ἐνταῦθα κατόψει τὴν πρώτην τοῦ ἀνθρώπου γένεσιν, καὶ τὸν εὐθὺς ἡμᾶς ἐπικαταλαβόντα (86) θάνατον· ὃν ἐγέννησεν ἡ ἁμαρτία, τὸ πρωτότοκον ἔκγονον τοῦ ἀρχεκάκου δαίμονος. Καὶ γνωρίσεις σαυτὸν γήινον μὲν τῇ φύσει, ἔργον δὲ θείων χειρῶν· δυνάμει μὲν καὶ παραπολὺ τῶν ἀλόγων λειπόμενον, ἄρχοντα δὲ χειροτονητὸν τῶν ἀλόγων καὶ τῶν ἀψύχων· ταῖς μὲν ἐκ τῆς φύσεως παρα- B C D

HOMILIA VI.

De generatione luminarium.

1. Spectatorem athletarum oportet et ipsum contentionis participem esse. Idque ex panegyricis legibus quivis cognoverit, quæ, in stadio considentes, nudo capite sedere jubent: ut quisque, mea quidem sententia, non sit solum decertantium spectator, sed etiam aliqua ex parte athleta exsistat. Sic sane etiam magnorum atque admirabilium spectaculorum inquisitorem, illiusque vere summæ ac ineffabilis sapientiæ auditorem, dum accedit, par fuerit quædam ad res propositas contemplandas incitamenta ex se habere, ac mecum pro viribus esse certaminis consortem, nec magis judicem astare, quam concertantem; ne forte prætereat nos veritatis inventio, ac meus error commune audientium damnum fiat. Quorsum **50** hæc tandem? Quia cum inquirenda nobis proponatur mundi constitutio, universique contemplatio, quæ ex mundi sapientia nequaquam principium ducit, sed ex his quæ suum servum Deus docuit, illi in specie, non per ænigmata locutus: necesse est omnino, ingentium spectaculorum amatores non animum habere ad propositarum nobis rerum perceptionem inexercitatum. Itaque si unquam in nocturna serenitate, inenarrabilem astrorum pulchritudinem intentis oculis suspiciens, de universorum opifice cogitasti, quisnam is sit, qui his floribus cœlum distinxit, et quomodo in rebus visibilibus major sit utilitas, quam voluptas; rursus si interdiu diei miracula didicisti, per diligentem meditationem, invisibilemque per visibilia æstimasti, paratus accedis auditor, ac dignus qui venerandum illud ac beatum theatrum compleas. Age igitur, quemadmodum qui urbium insuetos, manu apprehensa, circumducunt: ita et ipse ad occulta magnæ istius civitatis miracula vos tanquam peregrinos conducam. In civitate illa, in qua est vetus patria nostra, ex qua expulit nos dæmon homicida ille, qui suis illecebris hominem redegit in servitutem: intuebere hic primam hominis generationem, et illam quæ nos statim apprehendit mortem: quam peperit peccatum, primogenitus ille dæmonis malorum auctoris partus. Quin et te ipsum nosces ut natura terreum, ita manuum divinarum opus: viribus quidem longe brutis animalibus imparem, irrationalium vero et inanimatorum principem constitutum: inferiorem quidem naturali apparatu, eum vero, qui rationis præstantia possis ad

(81) Illa, Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Γενεθήτωσαν φωστῆρες ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, reperiuntur initio orationis in uno aut altero codice; sed desunt in antiquioribus, puta in utroque Coisl. Nos omisimus.

(82) *Εἰς τὸ στάδιον*, etc. Lege Ducæum.

(83) Reg. sextus ἐμοὶ δοκεῖ. Mox unus ms. ἀγωνιστῶν ἕκαστος.

(84) Nonnulli mss. τῶν ἀστέρων.

(85) Codex Bodl. ἡ ἀρχαία πατρὶς, πατρὶς ἡμῶν, *vetus illa patria, patria nostra*.

(86) Ita Combef. cum aliis quatuor mss Editio Paris. καταλαβόντα.

Digitized by Google

ipsum cœlum evehi. Isthæc si fuerimus edocti, nosmetipsos cognoscemus, sumus Deum cogniturі, adorabimus Conditorem, Domino serviemus, glorificabimus Patrem, nostrum amabimus nutritorem, reverebimur benefacientem, nostræ vitæ præsentis et futuræ auctorem colere non desinemus : qui scilicet per eas quas jam largitus est divitias, etiam bonis promissis fidem faciat, ac ea quæ exspectantur, præsentium experimento nobis confirmet. Etenim si temporaria talia sunt, qualia erunt æterna? Item si visibilia adeo pulchra sunt, qualia censenda sunt invisibilia? Si cœli magnitudo exsuperat humanæ intelligentiæ mensuram, quisnam intellectus valeat sempiternorum naturam perscrutari? Si sol ille corruptioni obnoxius, adeo pulcher est et adeo magnus, cum velox ad motum, tum ordinatos circuitus explens, magnitudinem quidem ad universum ita accommodatam nactus, ut eam, quam cum universo habet, proportionem non excedat, sua vero pulchritudine tanquam naturæ oculus quidam pellucidus res creatas condecorans : hujus si insatiabilis est aspectus, quali pulchritudine sol justitiæ præditus est? Si hunc solem non conspicere, cæco detrimentum est : quale est peccatori dispendium luce vera carere?

2. *Et dixit Deus : Fiant luminaria in firmamento cœli ad illuminationem super terram : ut* **51** *discernant inter diem et noctem*[78]. Cœlum et terra præcesserant : post hæc fuerat lux creata : dies et nox discretæ fuerant : item factum erat firmamentum, et arida fuerat detecta. Collecta erat aqua in stabilem ac definitam congregationem. Terra propriis germinibus erat referta : quandoquidem et innumera protulerat herbarum genera, et omnimodis plantarum speciebus exuberabat. Necdum tamen erat sol, neque luna : ne solem lucis auctorem ac patrem appellarent, neve qui Deum ignorant, ii arbitrarentur ipsum rerum e terra nascentium opificem esse. Quapropter quarta jam dies accesserat, et tunc Deus dixit : *Fiant luminaria in firmamento cœli.* Cum loquentem non ignores, illico mente audientem conjunge. *Dixit Deus, Fiant luminaria..... et fecit Deus duo luminaria*[79]. Quis dixit, et quis fecit? Nonne in his duplicem personam percipis? Ubique historiæ inspersum est mystico modo theologiæ dogma. Additur etiam generandorum luminarium necessitas : *Ad illuminationem*, inquit, *super terram*[80]. Si lucis generatio præcesserat, quomodo nunc sol iterum dicitur *ad illuminationem* editus? Primum quidem singularis isthæc loquendi ratio nullum tibi risum moveat : siquidem vestrum istum verborum delectum non sequimur, neque concinnæ

[78] Gen. I, 14. [79] Ibid. 16. [80] Ibid.

(87) Reg. primus, sextus et octavus cum aliis tribus mss. πλούτου ὕπαρξιν. Vocem ὕπαρξιν neque editi agnoscunt, neque alii tres mss.

(88) Reg. sextus ὑποκείμενος οὗτος ὁ ἥλιος.

(89) Ita Regii primus et octavus, et Colb. secundus. Deest ὥστε in editis et in aliquibus mss. LXX vero et Coisl. primus τοῦ διαχωρίζειν.

σκευαῖς ἐλαττούμενον, τῇ δὲ τοῦ λόγου περιουσίᾳ πρὸς οὐρανὸν αὐτὸν ὑπεραρθῆναι δυνάμενον. Ἐκ ταῦτα μάθωμεν, ἑαυτοὺς ἐπιγνωσόμεθα, Θεὸν γνωρίσομεν, τὸν κτίσαντα προσκυνήσομεν, τῷ Δεσπότῃ δουλεύσομεν, τὸν Πατέρα δοξάσομεν, τὸν τροφέα ἡμῶν ἀγαπήσομεν, τὸν εὐεργέτην αἰδεσθησόμεθα, τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἡμῶν τῆς παρούσης καὶ τῆς μελλούσης προσκυνοῦντες οὐκ ἀπολήξομεν, τὸν δι' οὗ παρέσχετο ἤδη πλούτου (87) καὶ τὰ ἐν ἐπαγγελίαις πιστούμενον, καὶ τῇ πείρᾳ τῶν παρόντων βεβαιοῦντα ἡμῖν τὰ προσδοκώμενα. Εἰ γὰρ τὰ πρόσκαιρα τοιαῦτα, ποταπὰ τὰ αἰώνια; Καὶ εἰ τὰ ὁρώμενα οὕτω καλὰ, ποταπὰ τὰ ἀόρατα; Εἰ οὐρανοῦ μέγεθος μέτρον ἀνθρωπίνης διανοίας ἐκβαίνει, τῶν ἀϊδίων τὴν φύσιν τίς ἄρα νοῦς ἐξιχνιάσαι δυνήσεται; Εἰ ὁ τῇ φθορᾷ ὑποκείμενος ἥλιος (88) οὕτω καλὸς, οὕτω μέγας, ὀξὺς μὲν κινηθῆναι, εὐτάκτους δὲ τὰς περιόδους ἀποδιδοὺς, σύμμετρον μὲν ἔχων τὸ μέγεθος τῷ παντὶ, ὥστε μὴ ἐκβαίνειν τὴν πρὸς τὸ ὅλον ἀναλογίαν· τῷ δὲ κάλλει τῆς φύσεως οἷόν τις ὀφθαλμὸς διαυγὴς ἐμπρέπων τῇ κτίσει· εἰ ἀκόρεστος τούτου ἡ θέα, ποταπὸς τῷ κάλλει ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος; Εἰ τυφλῷ ζημία τοῦτον μὴ βλέπειν, ποταπὴ ζημία τῷ ἁμαρτωλῷ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς στερηθῆναι;

2. *Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Γενηθήτωσαν φωστῆρες ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ εἰς φαῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς· ὥστε διαχωρίζειν* (89) *ἀνὰ μέσον τῆς ἡμέρας καὶ ἀνὰ μέσον τῆς νυκτός.* Οὐρανὸς προειλήφει καὶ γῆ· τὸ φῶς ἐπὶ τούτοις δεδημιούργητο· ἡμέρα καὶ νὺξ διεκέκριτο· πάλιν στερέωμα, καὶ ξηρᾶς φανέρωσις. Τὸ ὕδωρ συνήθροιστο εἰς συνεστηκυῖαν καὶ ἀφωρισμένην συναγωγήν. Ἡ γῆ πεπλήρωτο τοῖς οἰκείοις γεννήμασι, τά τε μυρία γένη τῶν βοτανῶν ἐκβλαστήσασα, καὶ παντοδαποῖς εἴδεσι φυτῶν εὐθηνουμένη. Ἥλιος δὲ οὔπω ἦν καὶ σελήνη, ἵνα μήτε φωτὸς ἀρχηγὸν καὶ πατέρα τὸν ἥλιον ὀνομάσωσι, μήτε τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων δημιουργὸν οἱ τὸν Θεὸν ἀγνοήσαντες (90) ἡγήσωνται. Διὰ τοῦτο τετάρτη ἡμέρα· καὶ τότε εἶπεν ὁ Θεός· *Γενηθήτωσαν φωστῆρες ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ.* Ὅταν τὸν εἰπόντα διδαχθῇς, εὐθὺς τῇ ἐννοίᾳ σύναπτε τὸν ἀκούσαντα. *Εἶπεν ὁ Θεός· Γενηθήτωσαν φωστῆρες, καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας.* Τίς εἶπε, καὶ τίς ἐποίησεν; Οὐκ ἐννοεῖς ἐν τούτοις τὸ (91) διπλοῦν τῶν προσώπων; Πανταχοῦ τῇ ἱστορίᾳ τὸ δόγμα τῆς θεολογίας μυστικῶς συμπαρέσπαρται. Καὶ ἡ χρεία πρόσκειται τῆς τῶν φωστήρων γενέσεως· *Εἰς φαῦσιν*, φησὶν, *ἐπὶ τῆς γῆς.* Εἰ προειλήφει τοῦ φωτὸς ἡ γένεσις, πῶς νῦν ὁ ἥλιος πάλιν *εἰς φαῦσιν* λέγεται γεγονέναι; Πρῶτον μὲν οὖν τῆς λέξεως (92) τὸ ἰδιότροπον μηδένα σοι κινείτω γέλωτα,

(90) Ita quinque mss. Editi vero ἀγνοοῦντες.

(91) Reg. sextus ἐν τούτῳ τό. Aliquanto post Colb. secundus χρεία πρόκειται.

(92) Regii tertius et octavus λέξεως ἡμῶν. Desideratur ἡμῶν et in editis et in aliis mss. Mox editi παρ' ὑμῶν. At mss. quinque ut in textu. Codex Combef. cum altero ms. παρ' ἡμῖν, non ita recte.

Digitized by Google

εἴπερ μὴ ἐπόμεθα ταῖς παρ' ὑμῖν ἐκλογαῖς τῶν ῥημάτων, μηδὲ τὸ τῆς θέσεως αὐτῶν εὔρυθμον ἐπιτηδεύομεν. Οὐ γὰρ τορευταὶ λέξεων παρ' ἡμῖν· οὐδὲ τὸ εὔηχον τῶν φωνῶν, ἀλλὰ τὸ εὔσημον τῶν ὀνομάτων (93) πανταχοῦ προτιμότερον. Σκόπει τοίνυν εἰ μὴ διὰ τῆς *φαύσεως* ἀρκούντως ἐνέφηνεν ὃ ἐβούλετο· ἀντὶ γὰρ τοῦ φωτισμοῦ τὴν *φαῦσιν* εἰρηκεν. Ἔστι δὲ οὐδὲν μαχόμενον τοῦτο τοῖς περὶ τοῦ φωτὸς εἰρημένοις. Τότε μὲν γὰρ αὐτὴ τοῦ φωτὸς ἡ φύσις παρήχθη· νῦν δὲ τὸ ἡλιακὸν τοῦτο σῶμα ὄχημα εἶναι τῷ πρωτογόνῳ ἐκείνῳ φωτὶ παρεσκεύασται. Ὡς γὰρ ἄλλο τὸ πῦρ, καὶ ἄλλο ὁ λύχνος· τὸ μὲν τὴν τοῦ φωτίζειν δύναμιν ἔχον, τὸ δὲ παραφαίνειν τοῖς δεομένοις πεποιημένον· οὕτω καὶ τῷ καθαρωτάτῳ ἐκείνῳ καὶ εἰλικρινεῖ καὶ ἀΰλῳ φωτὶ ὄχημα νῦν οἱ φωστῆρες κατεσκευάσθησαν. Ὡς γὰρ ὁ Ἀπόστολος λέγει τινὰς φωστῆρας ἐν κόσμῳ, ἄλλο δέ ἐστι φῶς τοῦ κόσμου τὸ ἀληθινὸν, οὗ κατὰ μέθεξιν οἱ ἅγιοι φωστῆρες ἐγίνοντο τῶν ψυχῶν, ἃς ἐπαίδευον, τοῦ σκότους αὐτὰς τῆς ἀγνοίας ῥυόμενοι· οὕτω καὶ νῦν τὸν ἥλιον τοῦτον τῷ φανοτάτῳ ἐκείνῳ ἐπισκευάσας φωτὶ ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς περὶ τὸν κόσμον ἀνῆψεν.

3. Καὶ μηδενὶ ἄπιστον εἶναι δοκείτω τὸ εἰρημένον, ὅτι ἄλλο μέν τι τοῦ φωτὸς ἡ λαμπρότης, ἄλλο δέ τι τὸ ὑποκείμενον τῷ φωτὶ σῶμα. Πρῶτον μὲν οὖν (94) ἐκ τοῦ τὰ σύνθετα πάντα οὕτω παρ' ἡμῶν διαιρεῖσθαι, εἴς τε τὴν δεκτικὴν οὐσίαν καὶ εἰς τὴν ἐπισυμβᾶσαν αὐτῇ ποιότητα. Ὡς οὖν ἕτερον μέν τι τῇ φύσει ἡ λευκότης, ἕτερον δέ τι τὸ λελευκασμένον σῶμα, οὕτω καὶ τὰ νῦν εἰρημένα, διάφορα ὄντα τῇ φύσει (95), ἥνωται τῇ δυνάμει τοῦ κτίσαντος. Καὶ μή μοι λέγε ἀδύνατα εἶναι ταῦτα ἀπ' ἀλλήλων διαιρεῖσθαι. Οὐδὲ γὰρ ἐγὼ τὴν διαίρεσιν τοῦ φωτὸς ἀπὸ τοῦ ἡλιακοῦ σώματος ἐμοὶ καὶ σοὶ δυνατὴν εἶναί φημι, ἀλλ' ὅτι ἃ ἡμῖν τῇ ἐπινοίᾳ ἐστὶ χωριστὰ, ταῦτα δύναται καὶ αὐτῇ τῇ ἐνεργείᾳ παρὰ τοῦ ποιητοῦ τῆς φύσεως αὐτῶν διαστῆναι. Ἐπεὶ καὶ σοὶ τὴν καυστικὴν δύναμιν τοῦ πυρὸς ἀπὸ τῆς λαμπρότητος χωρίσαι ἀμήχανον· ὁ δὲ Θεὸς, παραδόξῳ θεάματι τὸν ἑαυτοῦ θεράποντα ἐπιστρέψαι βουλόμενος, πῦρ ἐπέθηκε τῇ βάτῳ ἀπὸ μόνης τῆς λαμπρότητος ἐνεργοῦν, τὴν δὲ τοῦ καίειν δύναμιν σχολάζουσαν ἔχον. Ὡς καὶ ὁ Ψαλμῳδὸς (96) μαρτυρεῖ λέγων· *Φωνὴ Κυρίου διακόπτοντος φλόγα πυρός.* Ὅθεν καὶ ἐν ταῖς τῶν βεβιωμένων ἡμῖν ἀνταποδόσεσι λόγος τις ἡμᾶς ἐν ἀπορρήτῳ παιδεύει, διαιρεθήσεσθαι τοῦ πυρὸς τὴν φύσιν, καὶ τὸ μὲν φῶς εἰς ἀπόλαυσιν τοῖς δικαίοις, τὸ δὲ τῆς καύσεως ὀδυνηρὸν τοῖς κολαζομένοις ἀποταχθήσεσθαι. Ἔπειτα μέντοι καὶ ἐκ τῶν περὶ σελήνην παθῶν δυνατὸν ἡμᾶς τὴν πίστιν τῶν ζητουμένων εὕρασθαι. Λήγουσα γὰρ, καὶ μειουμένη, οὐχὶ τῷ παντὶ ἑαυτῆς σώματι δαπανᾶται,

A eorum constructioni studemus. Apud nos enim non sunt qui verba tornando exspoliant, neque curæ sunt sonoræ voces, sed ubique nominum claritatem anteponimus. Vide igitur, num satis quod volebat, per hanc vocem *illuminationem* expresserit : quippe pro splendore *illuminationem* dixit. Hoc autem cum iis quæ de luce dicta sunt, nihil pugnat. Tunc enim producta est ipsa lucis natura : nunc autem est solare illud corpus conditum, vehiculum ut sit primogenitæ illi luci. Quemadmodum enim aliud est ignis, aliud lucerna : illi quidem vis inest illuminandi, hæc vero ad lumen egentibus præbendum fabricata est : sic etiam luci illi purissimæ sinceræque et materiæ experti ceu vehiculum illa luminaria nunc præparata sunt. Sicut enim Apostolus B quosdam ait esse luminaria in mundo [91]; sed est tamen alia lux mundi vera ; cujus participatione, sancti facti sunt animarum quas erudiebant luminaria, dum eas ignorantiæ tenebris eximerent : ita etiam nunc solem hunc, post splendidissimam illam lucem conditum, in mundo exsuscitavit conditor universorum.

3. Nec cuiquam incredibile videatur quod dictum est, lucis scilicet splendorem aliud quiddam esse : aliquid vero aliud, ipsum corpus luci subjectum. Primum quidem ex eo quod composita omnia sic a nobis dividantur, et in recipientem substantiam, et in qualitatem ipsi advenientem. Quemadmodum igitur aliud natura est albor, aliud corpus dealbatum : sic etiam quæ modo retulimus, licet natura C diversa, tamen Creatoris potentia fuere conjuncta. Nec mihi dixeris fieri non posse, ut hæc a se invicem separentur. Neque enim aio lucis a solari corpore separationem mihi et tibi esse possibilem : sed quæ nostra cogitatione dividi possunt, ea dico a **52** naturæ conditore etiam reipsa sejungi posse. Nam et tu vim ignis adurentem a splendore separare nequaquam potes : Deus vero, qui famulum suum stupendo miraculo attrahere volebat, ignem in rubo imposuit, qui efficaciam a solo splendore mutuabatur, vim autem urendi habebat otiosam. Velut etiam Psaltes testatur, dicens : *Vox Domini intercidentis flammam ignis* [92]. Unde etiam cum rerum in vita gestarum merces retri- D buetur, arcanus quidam sermo nos docet naturam ignis divisum iri, et lucem quidem in fruitionem justis, adustionis vero acerbitatem puniendis destinandam esse. Deinde vero etiam ex lunæ vicissitudinibus fidem quæsitis afferre possumus. Enimvero dum desinit, et decrescit, non toto sui ipsius corpore consumitur, sed circumpositam lucem deponens, et iterum assumens, de-

[91] Philipp. II, 15. [92] Psal. XXVIII, 7

(93) Reg. quintus τὸ εὔσημον τῶν ὀνημάτων.

(94) Sic quinque mss. Deest οὖν in editis. Statim Colb. secundus παρ' ἡμῖν.

(95) Ita codex Combef. cum sex aliis mss. Illud, τῇ φύσει, desideratur in editis. Ibidem idem codex Combef. et alii duo ἥνωνται.

(96) Nonnulli mss. ὁ ψαλμός. Mox unus ms. διακοπόντος.

Digitized by Google

crementi speciem et incrementi nobis exhibet. Quod autem lunæ corpus, ipsa silente, non absumatur, ea quæ cernimus, evidenter probant. Nam in aere puro omnique nebula purgato, cum maxime falcatam figuram habet luna, licet tibi observare ac videre, partem ipsius obscuram ac luce destitutam, a tanta curvatura circumscribi, quanta in pleniluniis totam ipsam explet. Quamobrem circulus absolutus clare conspicitur, si modo visus opacum et caliginosum sinum ad partem illuminatam referat. Nec dicas, quæso, lucem lunæ adventitiam esse, eo quod imminuitur, dum ad solem accedit, iterum vero augetur, dum discedit. Neque enim illud nobis in præsenti investigandum proponitur, sed quod aliud est corpus ipsius, aliud vis illuminans. Sane tale quidpiam mihi cogita et de sole : præterquam quod hic lucem, quam semel accepit ac sibi attemperatam habuit, minime deponit : illa vero, dum assidue velut exuit et rursus induit lucem, per seipsam ea etiam, quæ de sole dicta sunt, confirmat. Hæc luminaria jussa sunt quoque diem ac noctem inter se separare. Etenim superius a tenebris lucem divisit Deus; tuncque naturam ipsorum in contrarium partitus est : ut inter ipsa intercedat admistio nulla, et luci cum tenebris nulla sit societas. Quod enim est in die umbra, idipsum esse noctu tenebrarum naturam putandum est. Nam si omnis umbra, splendore aliquo illucescente, in partem luci adversam a corporibus excidit, et mane quidem ad occasum protenditur, vespere vero ad orientem versus vergit, fitque in meridie septentrionalis : etiam nox in partes radiis oppositas secedit, cum secundum naturam nihil aliud sit quam terræ umbra. Quemadmodum enim umbra ideo in die subsistit, quod aliquid lucem obstruit : ita naturaliter nox nascitur, cum aer terræ circumfusus obumbratur. Itaque idipsum est quod dictum fuit : *Deus divisit lucem a tenebris* [82] : quandoquidem lucis accessum declinant tenebræ, cum alienatio naturalis in prima procreatione inter se instituta sit. Nunc autem dici metiendo solem præfecit : lunam vero, cum in proprio circulo omnibus suis numeris absoluta est, noctis moderatricem **53** statuit. Tunc enim fere ex diametro inter se opposita sunt luminaria. Nam luna in pleniluniis, exoriente sole, e conspectu evanescit : contra, occidente sole, hæc ipsa sæpenumero ab oriente emergit. Quod si cæteris in formis lunare lumen una cum nocte non ex æquo perficitur, nihil ad institutum sermonem refert. Verumtamen cum suum statum perfectissimum attigit, ut noctis obtinet principatum, proprio lumine ac splen-

simile corpus, grave, compactum, articulis haud distinctum, feræ frigidæ in lustris degenti plane accommodatum. Quod si sermone percurramus quanta hisce brutis animalibus ad conservandam suam vitam insit diligentia, quam edocta non sunt, sed quam natura habent, aut ad nos ipsos custodiendos, et ad salutem animarum curandam impellemur, aut amplius condemnabimur, cum deprehensi fuerimus etiam ab imitatione pecorum abesse. Ursa sæpenumero profundissimis plagis sauciata, sibi ipsa medetur, dum omni arte herbasco naturam siccam habente vulnera obturat. Vulpem quoque sibi ipsi pini lacrymis medicantem videre possis. Testudo vero viperæ carnibus exsatiata, noxam sibi a venenata bestia impendentem per adversam origani naturam evitat. Quin et serpens feniculo pastus oculorum læsioni remedium adhibet. Quam rationalem prudentiam non superant aereæ mutationis prænotiones? Quandoquidem ovis, accedente hieme, pastum avide vorat; quasi pro futura penuria victum sibi pararet. Boves autem diu hiemis tempore inclusi, jam tandem redeunte vere, naturali sensu mutationem percipientes, et stabulis ad exitus spectant et omnes ceu uno signo dato faciem convertunt. Jam vero nonnulli ex iis, qui studiosi sunt, terrestrem herinaceum observarunt spiramina gemina lustro suo struxisse, **83** atque aquilone spiraturo, aquilonium spiramen obstruere : contra, austro iterum succedente, ad septentrionale transire. Quid per hæc nobis hominibus indicatur? Non solum edocemur conditoris nostri diligentiam curamque omnia pervadere, sed etiam quemdam futuri sensum pecoribus inesse : ut nos præsenti vitæ non simus addicti, sed ad futurum sæculum omne studium conferamus. Non tibi ipse magnopere laborabis, o homo? non in præsenti sæculo recondes quæ ad ævi futuri requiem spectant, ubi ad formicæ exemplum respexeris? Quæ in æstate sibi ipsi recondit hiemale alimentum, et propterea quod nondum adsunt incommoda hiemis, nequaquam segniter tempus traducit : at invicta quadam diligentia ad operam se ipsa urget, donec sufficientem in cellulis reposuerit alimoniam : neque id negligenter : sed efficit sapienti quadam solertia, ut ipsum alimentum quam diutissime conservetur. Dissecat enim suis ungulis medios fructus, ne ger-

(25) Reg. quintus ἀδιόρθωτον. Alii mss. cum editis ἀδιάθρωτον. Mox editio Basil. cum multis mss. et cum codice Combef. φωλάδι κατεψυγμένῃ. Editio Paris. καὶ κατεψυγμένῃ.

(26) Mss. sex κινηθησόμεθα. Editi κινησόμεθα. Mox editio Basil. cum sex mss. præter Bodl. καὶ τῆς μιμήσεως τῶν. Editio Paris. locat hanc particulam καί ante τῶν.

(27) Colb. secundus ἑαυτὴν θεραπεύειν. Lege Θεραπεύει, vel supple λέγεται.

(28) Editio Basil. cum multis mss. μάραθρον. Editio Paris. μάραθον, mendose.

(29) Codex Combef. cum sex aliis mss. βοοστασίων. Editi βουστασίων.

(30) Ms. Combef. et Regii primus, quintus et octavus cum Colb. secundo μεταβαλόντες τὸ σχῆμα. Editi saltem cum Reg. tertio μεταβαλόντες τὰς ὄψεις. Idem est sensus. Ibidem ms. Combef. cum Regiis tertio et octavo ἤδη δέ τινες.... ἐτήρησαν. At vero editi cum aliquibus mss. ἤδη δέ τις.... ἐτήρησε.

(31) Duo mss. μεταλαβόντος. Reg. octavus optimæ notæ μεταβαλόντος. Colb. secundus μεταβάλλοντος. Ibidem Reg. quintus εἰς τὴν προσαρκτίαν.

(32) Reg. sextus καὶ οὐχ ὅτι οὐ πάρεστι. Aliquanto post codex idem ἑαυτὸν κατεπείγει ἕως. Lectio optima : sed non favent cæteri mss., in quibus sicut et in editis legitur ἑαυτὸν κατατείνει. Mox aliqui mss. τοῖς ταμείοις.

(33) Reg. sextus ἐπὶ πλεῖστον διαρκέσειν. Alii mss. et editi διαρκεῖν. Aliquanto post Bodl. τροφὴν αὐτοῦ γένοιντο.

Digitized by Google

minantes sibi ad nutrimentum inutiles reddantur. Eosdem etiam exsiccat, tum, cum eos sentit madefactos : nec omni tempore eos expromit, sed cum aerem in sereno statu mansurum esse præsenserit. Non utique videas imbrem ex nubibus defluentem, quanto tempore a formicis expositum frumentum est. Quis sermo hæc possit assequi? quis capiet auditus? quodnam tempus satis erit dicendis enarrandisque opificis miraculis omnibus? Dicamus et nos cum Propheta : *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! omnia in sapientia fecisti* [16]. Itaque haud excusari poterimus, quod ea quæ conducibilia sunt, litteris non sumus edocti : quandoquidem id quod utile est, per legem naturæ citra doctrinam nobis eligere licet. Scis quid a te boni præstandum sit proximo? Quod tibi ipsi ab altero vis fieri. Nosti quid sit malum? Quod ipse nolis ab alio pati. Nulla secandarum radicum ars, nullum herbarum experimentum brutis animalibus utilium cognitionem contulit : sed naturaliter unumquodque animal salutis comparandæ rationem cognovit, habetque inenarrabilem quamdam cum eo quod secundum naturam est necessitudinem.

4. Insident autem et nobis virtutes secundum naturam, cum quibus inest animæ affinitas quædam non ex doctrina hominum, sed ex ipsa natura. Quemadmodum enim nulla disciplina nos edocet morbum odisse, sed ex nobismetipsis ea quæ molestiam creant, aversamur : ita et anima a malo declinat citra doctrinam. Omne autem vitium ægritudo est animæ : virtus vero rationem obtinet sanitatis. Quidam enim qui sanitatem recte definierunt, dixere eamesse actionum naturalium bonam habitudinem. Quod idem si quis quoque de bono animæ habitu dixerit, a decoro non aberrabit. Quare anima citra doctrinam id quod sibi proprium est, quodque sibi natura convenit, appetit. Hinc temperantia ab omnibus laudatur, approbatur justitia : fortitudo est admirationi : prudentia valde exoptatur. Quæ virtutes magis proprie **84** ad animam pertinent, quam ad corpus sanitas. Vos filii, diligite parentes. *Vos parentes, nolite ad iracundiam prorocare filios* [17]. Nunquid hæc non dicit et natura ipsa? Nihil novi monet Paulus : sed naturæ vincula constringit. Si leæna amat fetus suos, et

[16] Psal. CIII, 24. [17] Ephes. VI, 4.

νώμενος. Διακόπτει γὰρ ταῖς ἑαυτοῦ χηλαῖς τῶν καρπῶν τὸ μεσαίτατον, ὡς ἂν μὴ ἐκφυέντες ἄχρηστοι πρὸς τροφὴν αὐτῷ γένοιντο. Καὶ διαψύχει τούτους, ὅταν αἴσθηται αὐτῶν διαβρόχων· καὶ οὐκ ἐν παντὶ προβάλλει καιρῷ, ἀλλ' ὅταν προαίσθηται τοῦ ἀέρος ἐν εὐδινῇ (34) καταστάσει φυλαττομένου. Ἀμέλει οὐκ ἂν ἴδοις ὄμβρον ἐκ νεφῶν ἐπιῤῥυέντα παρ' ὅσον χρόνον ἐκ τῶν μυρμήκων ὁ σῖτος προβέβληται. Τίς ἐφίκηται (35) λόγος; ποία χωρήσει ἀκοή; τίς ἐξαρκέσει χρόνος πάντα εἰπεῖν καὶ διηγήσασθαι τοῦ τεχνίτου τὰ θαύματα; Εἴπωμεν καὶ ἡμεῖς μετὰ τοῦ προφήτου· *Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε· πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας.* Οὐ τοίνυν (36) ἡμῖν πρὸς ἀπολογίαν αὐταρκες τὸ μὴ γράμμασι διδαχθῆναι τὰ συμφέροντα, τῷ ἀδιδάκτῳ τῆς φύσεως νόμῳ τὴν τοῦ λυσιτελοῦντος αἵρεσιν δεξαμένοις. Οἶδας τί ποιήσεις τῷ πλησίον καλόν; Ὃ σεαυτῷ βούλει παρ' ἑτέρου γενέσθαι. Οἶδας ὃ τί ποτέ ἐστι τὸ κακόν; Ὃ οὐκ ἂν αὐτὸς παθεῖν ἕλοιο παρ' ἑτέρου. Οὐδεμία ῥιζοτομικὴ τέχνη, οὐδὲ ἐμπειρία βοτανικὴ τῶν ὠφελίμων τοῖς ἀλόγοις τὴν διδασκαλίαν ἐξεῦρεν· ἀλλὰ φυσικῶς ἕκαστον τῶν ζώων τῆς οἰκείας ἐστὶ σωτηρίας ποριστικόν, καὶ ἀῤῥητόν τινα κέκτηται τὴν πρὸς τὸ κατὰ φύσιν οἰκείωσιν.

4. Εἰσὶ δὲ καὶ παρ' ἡμῖν αἱ ἀρεταὶ κατὰ φύσιν, πρὸς ἃς ἡ οἰκείωσις τῆς ψυχῆς (37) οὐκ ἐκ διδασκαλίας ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς τῆς φύσεως ἐνυπάρχει. Ὡς γὰρ οὐδεὶς ἡμᾶς λόγος διδάσκει τὴν νόσον μισεῖν, ἀλλ' αὐτόματον ἔχομεν τὴν πρὸς τὰ λυποῦντα διαβολήν· οὕτω καὶ τῇ ψυχῇ (38) ἔστι τις ἀδίδακτος ἔκκλισις τοῦ κακοῦ. Κακὸν δὲ πᾶν ἀῤῥωστία ψυχῆς· ἡ δὲ ἀρετὴ λόγον ὑγιείας ἐπέχει. Καλῶς γὰρ ὡρίσαντό τινες ὑγίειαν εἶναι τὴν εὐστάθειαν τῶν κατὰ φύσιν ἐνεργειῶν. Ὃ καὶ ἐπὶ τῆς κατὰ ψυχὴν εὐεξίας εἰπών, οὐχ ἁμαρτήσει τοῦ πρέποντος. Ὅθεν ὀρεκτικὴ τοῦ οἰκείου καὶ κατὰ φύσιν αὐτῇ (39) ἀδιδάκτως ἐστὶν ἡ ψυχή. Διὸ ἐπαινετὴ πᾶσιν ἡ σωφροσύνη· καὶ ἀποδεκτὴ ἡ δικαιοσύνη· καὶ θαυμαστὴ ἡ ἀνδρεία· καὶ ἡ φρόνησις περισπούδαστος. Ἃ οἰκειότερά ἐστι τῇ ψυχῇ μᾶλλον ἢ τῷ σώματι ἡ ὑγεία. Τὰ τέκνα, *ἀγαπᾶτε* τοὺς πατέρας (40). *Οἱ γονεῖς, μὴ παροργίζετε τὰ τέκνα.* Μὴ καὶ ἡ φύσις ταῦτα οὐ λέγει; Οὐδὲν καινὸν παραινεῖ Παῦλος, ἀλλὰ τὰ δεσμὰ τῆς φύσεως ἐπισφίγγει. Εἰ ἡ λέαινα στέργει τὰ ἐξ αὐτῆς (41), καὶ λύκος ὑπὲρ σκυλάκων μάχεται, τί εἴπῃ (42) ἄνθρωπος καὶ τῆς ἐντολῆς παρακούων καὶ

(34) Nonnulli mss. ἐν εὐδιεινῇ. Mox sex mss. ἐκ νεφῶν ἐπιῤῥυέντα. Editi ἀποῤῥυέντα.

(35) Reg. octavus cum Colb. secundo τίς ἐφίκοιτο. Editi cum aliquibus mss. ἐφίκηται.

(36) Regii primus, tertius, quintus et octavus, itemque Colb. secundus ἐποίησας· οὐ τοίνυν. Editi ἐποίησας· ποῦ τοίνυν. Aliquanto post Reg. sextus φύσεως λόγῳ : sed genuina lectio legitur in margine, φύσεως νόμῳ.

(37) Multi mss. τῆς ψυχῆς. Editi vero cum Colb. secundo τῇ ψυχῇ.

(38) Ita sex mss. Editi οὕτω καὶ ψυχῆς. Mox Reg. sextus ἀῤῥώστημα ψυχῆς.

(39) Ms. Combef. cum Regiis primo, quinto, sexto et octavo κατὰ φύσιν αὐτή. Editi vero cum duobus mss. αὐτῇ.

(40) Legitur Ephes. VI, 1, ὑπακούετε τοῖς γονεῦσι, *obedite parentibus.*

(41) Editi cum Reg. tertio τὰ ἐξ αὐτῆς τέκνα. Colb. secundus τὰ ἑαυτῆς τέκνα. Sed vox τέκνα deest in Bodl. et in codicibus melioris notæ. Nec valde admodum dubito quin melius absit, tum quod ellipsis hoc loco elegantiæ aliquid habere videatur, tum quod vox τέκνα a quolibet facile suppleri possit.

(42) Codices quinque εἴπῃ. Editi εἴποι.

Digitized by Google

τὴν φύσιν παραχαράσσων, ὅταν ἡ παῖς ἀτιμάζῃ γῆρας πατρὸς, ἢ πατὴρ διὰ δευτέρων γάμων τῶν προτέρων παίδων ἐπιλανθάνηται; Ἀμήχανός ἐστιν ἡ στοργὴ τοῖς ἀλόγοις τέκνων καὶ γονέων πρὸς ἄλληλα, διότι ὁ δημιουργήσας αὐτὰ Θεὸς τὴν τοῦ λόγου ἔλλειψιν διὰ τῆς τῶν αἰσθητηρίων περιουσίας παρεμυθήσατο. Πόθεν γὰρ ἐν μυρίοις προβάτοις ἀρνειὸς τῶν σηκῶν ἐξαλλόμενος οἶδε μὲν τὴν χροιὰν αὐτὴν καὶ τὴν φωνὴν (43) τῆς μητρὸς, καὶ πρὸς αὐτὴν ἐπείγεται, ἐπιζητεῖ δὲ τὰς οἰκείας πηγὰς τοῦ γάλακτος; Κἂν πενιχραῖς ταῖς μητρῴαις περιτύχῃ (44) θηλαῖς, ἐκείναις ἀρκεῖται, πολλὰ παραδραμὼν οὔθατα βαρυνόμενα. Καὶ ἡ μήτηρ ἐν μυρίοις ἀρνάσιν ἐπιγινώσκει τὸ ἴδιον; Φωνὴ μία, χρόα ἡ αὐτὴ, ὀσμὴ παρὰ πάντων ὁμοία, ὅσον τῇ ἡμετέρᾳ ὀσφρήσει παρίσταται· ἀλλ' ὅμως ἔστι τις αὐτοῖς αἴσθησις τῆς ἡμετέρας καταλήψεως ὀξυτέρα, καθ' ἣν ἑκάστῳ πάρεστιν ἡ τοῦ οἰκείου διάγνωσις (45). Οὕπω οἱ ὀδόντες τῷ σκύλακι, καὶ ὅμως διὰ τοῦ στόματος ἀμύνεται τὸν λυπήσαντα. Οὔπω τὰ κέρατα τῷ μόσχῳ, καὶ οἶδε ποῦ τὰ ὅπλα αὐτῷ ἐμφυήσεται. Ταῦτα ἀπόδειξιν ἔχει τοῦ ἀδιδάκτους εἶναι τὰς φύσεις ἁπάντων, καὶ μηδὲν εἶναι ἄτακτον μηδὲ ἀόριστον ἐν τοῖς οὖσιν, ἀλλὰ πάντα ἴχνη φέρειν τῆς τοῦ ποιήσαντος σοφίας, ἐν ἑαυτοῖς δεικνύντα, ὅτι ἐμπαράσκευα πρὸς τὴν φυλακὴν τῆς οἰκείας αὐτῶν σωτηρίας παρήχθη. Λόγου μὲν ἄμοιρος ὁ κύων, ἰσοδυναμοῦσαν δὲ ὅμως τῷ λόγῳ τὴν αἴσθησιν ἔχει. Ἃ γὰρ οἱ κατὰ πολλὴν σχολὴν τοῦ βίου καθεζόμενοι μόλις ἐξεῦρον οἱ τοῦ κόσμου σοφοὶ, τὰς τῶν συλλογισμῶν λέγω πλοκὰς, ταῦτα δείκνυται παρὰ τῆς φύσεως ὁ κύων πεπαιδευμένος. Τὸ γὰρ ἴχνος τοῦ θηρίου διερευνώμενος, ἐπειδὰν εὕρῃ (46) αὐτὸ πολυτρόπως σχιζόμενον, τὰς ἑκασταχοῦ φερούσας ἐκτροπὰς ἐπελθὼν, μονονουχὶ τὴν συλλογιστικὴν φωνὴν ἀφίησι δι' ὧν πράσσει· Ἦ τήνδε, φησὶν, ἐτράπη τὸ θηρίον, ἢ τήνδε, ἢ ἐπὶ τόδε τὸ μέρος· ἀλλὰ μὴν οὔτε τήνδε, οὔτε τήνδε, λειπόμενόν ἐστι τῇδε ὡρμῆσθαι (47) αὐτό· καὶ οὕτως τῇ ἀναιρέσει τῶν ψευδῶν εὑρίσκει τὸ ἀληθές. Τί περισσότερον ποιοῦσιν οἱ ἐπὶ τῶν διαγραμμάτων σεμνῶς καθεζόμενοι, καὶ τὴν κόνιν καταχαράσσοντες, τριῶν προτάσεων ἀναιροῦντες τὰς (48) δύο, καὶ ἐν τῇ λειπομένῃ τὸ ἀληθὲς ἐξευρίσκοντες; Τὸ δὲ μνημονικὸν τῆς χάριτος τοῦ ζώου τίνα τῶν ἀχαρίστων πρὸς εὐεργέτας οὐ καταισχύνει; ὅπου γε καὶ φονευθεῖσι δεσπόταις κατ' ἐρημίαν πολλοὶ τῶν κυνῶν ἐπαποθανόντες μνημονεύονται. Ἤδη δέ τινες ἐπὶ θερμῷ τῷ πάθει καὶ ὁδηγοὶ τοῖς ἐκζητοῦσι τοὺς φονέας ἐγένοντο, καὶ ὑπὸ τὴν δίκην ἀχθῆναι τοὺς κακούργους ἐποίησαν. Τί εἴπωσιν οἱ τὸν ποιήσαντα αὐτοὺς καὶ τρέφοντα Κύριον οὐ μόνον οὐκ ἀγαπῶντες (49), ἀλλὰ καὶ φίλοις κεχρημένοι

A lupus pro suis catulis pugnat, quidnam dixerit homo, qui et præcepto non obtemperat, et ipsam adulterat naturam, cum aut filius inhonestat patris senectutem, aut pater propter secundas nuptias priorum filiorum obliviscitur? Summus est in brutis animantibus sobolis ac parentum inter se amor, quod Deus ipsorum opifex, rationis defectum cum majore sentiendi facultate compensavit. Unde enim inter innumeras oves agnus e stabulis exiliens ipsum matris colorem vocemque novit, et ad ipsam festinat, et proprios lactis fontes inquirit? Imo si in egenas matris mammas inciderit, tamen est illis contentus, multa plena et gravia ubera prætergressus. Unde itidem mater inter agnos quam plurimos proprium agnoscit? Vox una, idem color, similis B omnium odor, quantum odoratui nostro objicitur: sed tamen quidam inest in ipsis sensus, nostra comprehensione acutior, quo cuique quod suum est dignoscere licet. Nondum sunt dentes catulo, et tamen adversus eos qui molestiam sibi afferunt, sese per os tuetur. Nondum cornua sunt vitulo: tamen novit ubi sibi arma enascentur. Ex his liquet, quo in omnibus inest natura, id doctrina non comparari, nihilque in rebus esse aut inordinatum, aut improvidum: sed res omnes sapientiæ conditoris sui vestigia præ se ferre; cum se ita productas esse declarent, ut sint paratæ ad suam salutem servandam. Et quidem canis expers rationis est: attamen sensum rationi haud imparem habet. Quæ enim mundi sapientes per multum vitæ otium desi- C dentes vix invenerunt, videlicet ratiocinationum ambages, hæc ab ipsa natura edoctus canis perhibetur. Cum enim feræ indagat vestigium, ubi ipsum multipliciter fissum repererit, diverticula quoquo versum ferentia rimatus, tantum non ratiocinativam vocem per ea quæ agit, emittit: Fera, inquit, aut hac, aut illac divertit, aut in hanc partem: atqui neque hac, neque illac: reliquum est, ut ea istac digressa fuerit: atque ita, falsis rescissis, verum invenit. Quid amplius faciunt, qui in theorematibus demonstrandis cum gravitate desident, quique lineis pulveri insculptis, ex tribus propositionibus duas rejicientes, in ea quæ reliqua est, verum inveniunt? Porro beneficii memoria ab hoc animali conservata, cui viro in beneficos ingrato pudorem D non incutit? Siquidem canes multi, dominis in deserto loco interfectis, et ipsi immortui fuisse memorantur. Quin etiam canes nonnulli, dum recens esset cædes, iis qui homicidas inquirebant, viæ etiam duces exstiterunt, **85** atque in causa fuere, cur ad pœnam malefici raperentur. Quid dicturi

(43) Sic mss. Combef. cum Reg. octavo. Editi cum aliis mss. οἶδε μὲν τὴν φωνήν.

(44) Ita sex mss. Editi περιτύχοι. Mox Colb. secundus πολλὰ δὲ παραδ.

(45) Mss. quinque διάγνωσις. Editi ἐπίγνωσις. Reg. sextus γνῶσις.

(46) Sex mss. ἐπειδὰν εὕρῃ. Editi εὕροι.

(47) Reg. sextus τήνδε ὡρμῆσθαι. Reg. tertius τήνδε ὁρμᾶσθαι. Mox Reg. 1 ἐπὶ τῶν γραμμάτων.

(48) Reg. sextus καθεζόμενοι καὶ γῆν καταχαράσσοντες τριῶν προτάσεων ἀναιροῦσι τὰς, *terram signantes.*

(49) Sic Regii sextus et octavus. Editi cum aliis mss. simpliciter Κύριον οὐκ ἀγαπῶντες. Mox multi mss. τῆς αὐτῆς αὐτοῖς τραπέζης· quæ verba aliter disponuntur in editis.

Digitized by Google

sunt, qui Dominum conditorem ac nutritorem suum non solum non diligunt, sed amicis etiam utuntur iis, qui adversus Deum loquuntur iniquitatem, atque ejusdem cum ipsis mensæ participes sunt, ac inter ipsum sumendum cibum impia et contumeliosa in nutritorem verba tolerant?

A τοῖς λαλοῦσι κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν, καὶ τῆς αὐτῆς αὐτοῖς τραπέζης μετέχοντες, καὶ παρ' αὐτὴν τὴν τροφὴν τῶν κατὰ τοῦ τρέφοντος βλασφημιῶν ἀνεχόμενοι;

5. At vero ad rerum creatarum redeamus contemplationem. Animalia quæ facilius capiuntur, sunt fecundiora. Quocirca lepores et agrestes capræ multos procreant fetus, ovesque silvestres geminos partus edunt, ut ne genus ab animalibus cruda carne vescentibus consumptum, deficiat. Sed eæ feræ quæ cæteras vorant, parum sunt fecundæ. Quare leæna vix unius leonis mater efficitur. Nam, ut aiunt, lacerato unguium acie utero, prodit : viperæ quoque, eroso utero, nascuntur, meritam mercedem B parenti rependentes. Adeo nihil non providum in rebus est, nihil est curæ eis debitæ expers. Quod si ipsa animalium membra consideraveris, nihil superfluum a Conditore adjectum, nihil necessarium detractum fuisse comperies. Carnivoris animalibus acutos aptavit dentes : talibus enim opus erat ob alimenti speciem. Quæ vero dimidia ex parte dentibus armata sunt, ea multis et variis alimentorum receptaculis instruxit. Nam quia prima vice non satis ab ipsis comminuitur alimentum, eis data facultas est cibum deglutitum iterum revocandi, ut rumination contritus, ei quod alitur accommodatus sit. Quibus animalibus gulæ, omasa, reticula et magna intestina insunt, ea in iisdem non inutiliter reconduntur : sed unumquodque usum ac munus necessarium explet. Longum est cameli collum, ut par sit pedibus, et eam qua vescitur herbam attingat. Ursæ, leonis, tigridis et cæterarum hujus generis animalium collum breve est, et humeris insitum : propterea quod herba ipsis alimentum non est, nec necesse habeant inclinare se ad terram, cum carnivora sint, ac sese ex animalium præda sustentent. Quid sibi vult proboscis in elephanto? Quia animal magnum, et terrestrium maximum, ad injiciendum occurrentibus terrorem productum, carnosi et obesi corporis esse oportebat. Huic si collum magnum, et pedibus par tributum fuisset, vix posset tractari, utpote quod ob n miam gravitatem semper deorsum

5. Ἀλλ' ἐπὶ τὴν θεωρίαν τῆς κτίσεως ἐπανίωμεν. Τὰ εὐαλωτότερα τῶν ζώων πολυγονώτερα. Διὰ τοῦτο πολυτόκοι λαγωοί, καὶ αἶγες ἄγριαι, καὶ πρόβατα ἄγρια διδυμοτόκα, ἵνα μὴ ἐπιλείπῃ τὸ γένος ὑπὸ τῶν ὠμοβόρων (50) ἐκδαπανώμενον. Τὰ δὲ φθαρτικὰ τῶν ἄλλων, ὀλιγοτόκα. Ὅθεν λέοντος ἑνὸς μόλις ἡ λέαινα μήτηρ γίνεται. Ταῖς γὰρ ἀκμαῖς τῶν ὀνύχων διασπαράξας τὴν μήτραν, οὕτω πρόεισιν, ὥς φασι· καὶ ἐχιδναι τὰς μήτρας ἐκφαγοῦσαι προέρχονται, πρέ- B ποντας τῇ γεννησαμένῃ τοὺς μισθοὺς ἐκτιννύουσαι (51). Οὕτως οὐδὲν ἀπρονόητον ἐν τοῖς οὖσιν, οὐδὲ τῆς ἐπιβαλούσης αὐτοῖς ἐπιμελείας ἄμοιρα (52). Κἂν αὐτὰ τὰ μέλη τῶν ζώων καταμάθῃς, εὑρήσεις, ὅτι οὔτε περιττόν τι ὁ κτίσας προσέθηκεν, οὔτε ἀφεῖλε τῶν (53) ἀναγκαίων. Τοῖς σαρκοφάγοις ζώοις ὀξεῖς τοὺς ὀδόντας ἐνήρμοσε· τοιούτων γὰρ ἦν χρεία πρὸς τὸ τῆς τροφῆς εἶδος. Ἃ δὲ ἐξ ἡμισείας ὥπλισται τοῖς ὀδοῦσι, πολλαῖς καὶ ποικίλαις ἀποθήκαις τῶν (54) τροφῶν παρεσκεύασε. Διὰ γὰρ τὸ παρὰ τὴν πρώτην μὴ ἀρκούντως καταλεπτύνεσθαι τὴν τροφὴν, ἔδωκεν αὐτοῖς τὸ καταποθὲν πάλιν ἀναπεμπάζεσθαι, ὥστε καταλεανθὲν (55) τῷ μηρυκισμῷ προσοικειοῦσθαι τῷ τρεφομένῳ. Στόμαχοι, καὶ ἐχῖνοι, καὶ κεκρύ- C φαλοι, καὶ ἔνυστρα, οὐκ ἀργῶς ἔγκειται (56) τῶν ζώων τοῖς ἔχουσιν, ἀλλ' ἀναγκαίων χρείαν ἕκαστον ἐκπληροῖ. Μακρὸς ὁ τράχηλος τῆς καμήλου, ἵνα τοῖς ποσὶν ἐξισάζηται καὶ ἐφικνῆται (57) τῆς βοτάνης ἐξ ἧς ἀποζῇ. Βραχὺς καὶ τοῖς ὥμοις ἐνδεδυκὼς ὁ τράχηλος τῆς ἄρκτου· καὶ λέοντος δὲ, καὶ τίγριδος, καὶ τῶν λοιπῶν, ὅσα τούτου τοῦ γένους· ὅτι οὐκ ἐκ τῆς πόας αὐτοῖς ἡ τροφὴ, οὐδὲ ἀνάγκη πρὸς τὴν γῆν κατακύπτειν, σαρκοφάγοις οὖσι, καὶ ἐκ τῆς ἄγρας τῶν ζώων διαρκουμένοις. Τί βούλεται ἡ προνομαία τῷ ἐλέφαντι; Ὅτι μέγα τὸ ζῶον, καὶ τῶν χερσαίων τὸ μέγιστον, εἰς τὴν τῶν ἐντυγχανόντων ἔκπληξιν παραχθὲν, πολύσαρκον ἐχρῆν εἶναι καὶ συμπεφορτιμένον τὸ σῶμα. Τούτῳ εἰ μέγας καὶ ἀναλογῶν τοῖς ποσὶν ὁ τράχηλος προσετέθη, δυσμεταχείριστος ἂν ἦν,

(50) Regii tertius et sextus ὑπὸ τῶν αἱμοβόρων, *ab animalibus sanguinem cæterorum sugentibus.* Ibidem Reg. sextus τὰ δὲ φθαρτικὰ τῶν ζώων ὀλιγ. Colb. secundus φθαρτικὰ τῶν ἄλλων ζώων. Alii mss. et editi ut in contextu. Non est quod scrupulosius his omnibus fidem adhibeamus, cum non pauca ex vulgi opinione narrentur. Neque tamen repertum iri puto quemquam tam iniquum, qui hæc aut similia summo viro rebus gravioribus intento condonare nolit.

(51) Codex Combef. cum multis aliis mss. ἐκτινῦσαι. Editi cum Coisl. secundo ἐκτιννύουσαι. Statim duo mss. οὐδὲ τῆς ἐπιβαλλούσης.

(52) Codices septem ἄμοιρα. Editi et Coisl. primus ἄμοιρον. Et hic quoque librarii ob vanum solœcismi metum videntur ἄμοιρον pro ἄμοιρα scripsisse, eo videlicet consilio, ut vox ἄμοιρον voci οὐδέν responderet. Sed nihil necesse, cum illud, τὰ D ὄντα, nullo negotio possit suppleri. Legas velim contextum. Statim Regii primus, tertius et octavus cum Colb. secundo τὰ μέλη. Editi cum uno aut altero ms. τὰ μέρη.

(53) Codex Combef. cum aliis quinque ἀφεῖλε τῶν. Editi ἀφείλετο τῶν.

(54) Codex Combef. et Reg. octavus τούτοις πολλὰς καὶ ποικίλας ἀποθήκας τῶν, etc. Reg. sextus ποικίλας ταῖς τροφαῖς παρεσκεύασεν.

(55) Codices quatuor præter Combef. ὥστε καταλεανθὲν τῷ. Colb. secundus cum Reg. sexto et cum Bodl. ὥστε καταλεανθέντα τῷ. Editi καταλειανθέντα.

(56) Codices quinque ἔγκειται. Editi cum Colb. secundo ἔγκεινται.

(57) Colb. secundus οὐκ ἐφίκηται. Aliquanto post mss. aliquot ὅτι οὐχὶ ἐκ τῆς. Editi cum Colb. secundo ὅτι οὐκ.

Digitized by Google

τῷ ὑπερβάλλοντι βάρει καταρρέπων ἀεὶ πρὸς τὸ κάτω. Νῦν δὲ ἡ μὲν κεφαλὴ δι' ὀλίγων τῶν τοῦ αὐχένος σφονδύλων πρὸς τὴν ῥάχιν συνάπτεται· ἔχει δὲ τὴν προνομαίαν, τὴν τοῦ τραχήλου χρείαν ἀποπληροῦσαν, δι' ἧς καὶ τὴν τροφὴν προσαγεται, καὶ τὸ ποτὸν ἀνιμᾶται. Ἀλλὰ καὶ ἀδιάρθρωτοι αὐτῷ οἱ πόδες, οἱονεὶ κίονες ἡνωμένοι, τὸ βάρος ὑποστηρίζουσιν. Εἰ γὰρ χαῦνα αὐτῷ καὶ δίυγρα ὑπετέθη (58) τὰ κῶλα, συνεχεῖς ἂν ἐγίνοντο τῶν ἄρθρων αἱ ἔκτροπαι, συνοκλάζοντος καὶ διανισταμένου κουφίζειν τὸ βάρος μὴ ἐξαρκούντων (59). Νῦν δὲ βραχὺς ἀστράγαλος ὑπόκειται τῷ ποδὶ τοῦ ἐλέφαντος· οὔτε μέντοι εἰς ἀγκύλην οὔτε εἰς γόνυ διήρθρωται. Οὐ γὰρ ἂν ὑπήνεγκε τὸ τῶν ἄρθρων ὀλισθηρὸν τὴν πολυσαρκίαν τοῦ ζώου πολλὴν αὐτῷ περικεχυμένην καὶ περιτρέμουσαν. Ὅθεν χρεία γέγονε τοῦ μυκτῆρος ἐκείνου μέχρι ποδῶν καθιεμένου. Οὐχ ὁρᾷς ἐν τοῖς πολέμοις, ὅτι οἱονεὶ πύργοι τινὲς ἔμψυχοι τῆς φάλαγγος προηγοῦνται; ἢ βουνοί τινες σάρκινοι, ἀνυπόστατον ἔχοντες τὴν ὁρμὴν, τῶν ἐναντίων τὸν συνασπισμὸν διακόπτουσιν; Οἷς εἰ μὴ ἦν ἀναλογοῦντα τὰ κάτω, πρὸς οὐδένα ἂν χρόνον τὸ ζῶον διήρκεσε. Νῦν δὲ ἤδη τινὲς ἱστοροῦσι καὶ τριακόσια ἔτη καὶ πλείω τούτων βιοῦν τὸν ἐλέφαντα· διὰ τοῦτο συμπεπηγὸς (60) καὶ οὐ διηρθρωμένον τὰ κῶλα. Τὴν δὲ τροφὴν, ὥσπερ ἔφαμεν, ἡ προνομαία χαμόθεν ἐπὶ τὸ ὕψος διακομίζει, ὀφιώδης τις οὖσα καὶ ὑγροτέρα τὴν φύσιν. Οὕτως ἀληθὴς ὁ λόγος, ὅτι οὐδὲν περιττὸν οὐδὲ ἐλλεῖπον ἐν τοῖς κτισθεῖσι δυνατὸν εὑρεθῆναι. Τοῦτο μέντοι τοσοῦτον ὂν τῷ μεγέθει, ὑποχείριον ἡμῖν κατέστησεν ὁ Θεὸς (ὥστε καὶ διδασκόμενον συνιέναι, καὶ τυπτόμενον καταδέχεσθαι), ἐναργῶς ἡμᾶς ἐκδιδάσκων, ὅτι πάντα ὑπέταξεν ἡμῖν, διὰ τὸ κατ' εἰκόνα ἡμᾶς πεποιῆσθαι (61) τοῦ κτίσαντος. Οὐ μόνον δὲ ἐν τοῖς μεγάλοις τῶν ζώων τὴν ἀνεξιχνίαστον σοφίαν ἔξεστι κατιδεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς μικροτάτοις οὐδὲν ἔλαττον συναγεῖραι τὸ θαῦμα. Ὥσπερ γὰρ οὐ μᾶλλον θαυμάζω τὰς μεγάλας τῶν ὀρῶν κορυφὰς, αἳ τῷ πλησίον εἶναι τῶν νεφῶν τῇ συνεχεῖ περιπνοίᾳ διασώζουσι τὸ χειμέριον, ἢ τὴν ἐν ταῖς φάραγξι κοιλότητα, οὐ μόνον τὸ δυσήνεμον τῶν ὑψηλῶν διαφεύγουσαν, ἀλλὰ καὶ ἀλεεινὸν ἀεὶ τὸν ἀέρα συνέχουσαν· οὕτως καὶ ἐν ταῖς τῶν ζώων κατασκευαῖς οὐ μᾶλλον ἄγαμαι τὸν ἐλέφαντα τοῦ μεγέθους ἢ τὸν μῦν, ὅτι φοβερός ἐστι τῷ ἐλέφαντι· ἢ τὸ λεπτότατον τοῦ σκορπίου κέντρον, πῶς ἐκοίλανεν ὥσπερ αὐλὸν ὁ τεχνίτης, ὥστε δι' αὐτοῦ τὸν ἰὸν τοῖς τρωθεῖσιν ἐνίεσθαι. Καὶ μηδεὶς ἐγκαλείτω τούτου ἕνεκεν τῷ ποιητῇ, ὅτι ἰοβόλα ζῶα καὶ φθαρτικὰ καὶ πολέμια τῇ ζωῇ ἡμῶν ἐπεισήγαγεν· ἢ οὕτω

A vergeret. Nunc autem caput quidem per paucas cervicis compages cum dorsi spina conjungitur : habet vero proboscidem, colli officio ac munere fungentem, per quam et alimentum assumit, et potum exhaurit. Sed et pedes ipsius articulis minime distincti, velut columnæ conjunctæ, onus suffulciunt. Etenim si laxi et flexibiles pedes ei fuissent suppositi, crebræ factæ fuissent articulorum e suis sedibus motiones : quandoquidem dum flexis genibus consideret, aut exsurgeret, ferendo ponderi pares non essent. Nunc vero parvus talus subjicitur elephantis pedi : **86** neque tamen ad curvaturam, neque ad genu compactus articulis est. Nam articulorum inconstantia ac mobilitas multam animalis corpulentiam, ipsi circumfusam ac titubantem, ferre nequaquam potuisset. Unde nasus ille ad pedes usque demissus, fuit necessarius. Nonne vides in bellis, quod velut animatæ quædam turres aciem præcedant ? aut quod velut carnei quidam colles, intolerabili impetu impulsi, densata hostium agmina perrumpant ? Quibus nisi partes infernæ responderent, tempore ullo persistere animal illud minime posset. Nunc autem referunt nonnulli trecentis annis et amplius vivere elephantem : propterea pedes ejus compacti sunt, nec ullis articulis dividuntur. Cæterum, uti diximus, proboscis e terra sursum effert alimentum : ea nempe serpentis habet speciem, atque ex sua natura facilius flectitur. Adeo vera illa sententia est, nihil quod aut redundet, aut deficiat, in rebus creatis inveniri posse. Atqui illud tantæ magnitudinis animal nobis Deus subdidit : adeo ut si doceatur, intelligat ; si percutiatur, perferat. Nimirum clare nos edocet quod ad Creatoris imaginem conditi sumus, ob id nobis fuisse subjecta omnia. Non solum autem in magnis animalibus impervestigabilem sapientiam videre est, sed etiam in minimis nihilo minora miracula colligere licet. Quemadmodum enim magna montium cacumina, quæ ob nubium vicinitatem per continuos flatus hibernum frigus conservant, non miror magis, quam vallium concava, quæ non solum ventorum sublimium sævitiem declinant, sed etiam tepidum aerem semper retinent : sic etiam in animalium constitutione, non magis admiror elephantem ob magnitudinem, quam murem, qui metuendus est elephanto : vel, quam tenuissimum scorpii aculeum, quomodo eum artifex ipse tanquam tibiam cavavit, ut per illum virus sauciatis immittatur. Nec quisquam incuset Conditorem, quod animalia venenata exitio-

(58) Reg. primus ἐπετέθη. Reg. sextus προσετέθη.

(59) Regii primus, quintus et octavus ἐξαρκοῦντα. Editi cum aliis mss. non paucis ἐξαρκούντων.

(60) Illa, διὰ τοῦτο συμπεπηγός, etc., ita reddita sunt a veteri interprete, ut dicas elephantem idcirco tot annorum spatio vivere, quod pedes habeat compactos, nec articulis ullis distinctos. Sed ea non est verborum Basilii sententia. Hoc autem dicit, inde constare pedes elephantis compingi, et articulis destitui, quod elephas tanto temporis spatio vivat. Putabat enim futurum fuisse, ut tantæ molis animal non potuisset stare et consistere, nisi pedes ejus articulis carnissent : sed statim suo ipsius pondere ruiturum. Ita quidem sensisse Basilium arbitror : neque tamen continuo velim hanc opinionem pro vera haberi. Probe enim scio gravissimum Patrem, cui res ejusmodi diligenter expendere non vacabat, eas quæ sua ætate vigebant opiniones non raro in his libris incautius secutum esse.

(61) Reg. primus ἡμᾶς ποιεῖσθαι. Colb. secundus διὰ τὸ κατ' εἰκόνα γενέσθαι τοῦ κτίσαντος.

Digitized by Google

saque ac vitæ nostræ adversantia produxit : aut pari ratione possit quis vituperare pædagogum, qui puerorum levitatem inconstantiamque in ordinem redigeret, quique plagis ac flagellis eorum lasciviam ac protervitatem castigaret.

A δ' ἂν (62) τις καὶ παιδαγωγῷ ἐγκαλοίη εἰς τάξιν ἄγοντι τὴν εὐκολίαν τῆς νεότητος, καὶ πληγαῖς καὶ μάστιξι τὸ ἀκόλαστον σωφρονίζοντι.

6. Fidei argumentum sunt bestiæ. Domino confidis ? *Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem* [18]. Atque per fidem potestatem habes ambulandi super serpentes ac scorpios. An non vides, viperam Paulo sarmenta colligenti adhærentem, nullumque ei detrimentum inferentem [19], quod ille sanctus inventus est fide plenus ? Quod si fide cares, non magis timeas bestiam, quam tuam ipsius incredulitatem, qua te ipsum omni corruptioni obnoxium effecisti. Atqui jamdudum adverto a me expostulari generationis B hominis explanationem, et mihi videor tantum non audire auditores in cordibus clamantes : Nostra quidem qualia ex sua natura sint edocemur, nos vero ipsos ignoramus. Necesse **87** est igitur, cunctatione omni qua detinebamur, repulsa, de his disserere. Et vero se ipsum cognoscere, videtur esse res omnium difficillima. Non enim solum oculus extrinseca prospiciens, ad semet conspiciendum visu non utitur : sed et ipsa mens nostra, acute peccatum alienum intuens, ad propria agnoscenda delicta tarda est. Idcirco et nunc oratio nostra, licet aliena diligenter transegerit, ad ea quæ ad nos pertinent, investiganda, segnis est, et tarditate plena : quanquam non licet magis ex cœlo et terra, quam C ex nostra propria constitutione Deum cognoscere, ei certe, qui seipse prudenter scrutatus fuerit, uti ait Propheta : *Mirabilis facta est scientia tua ex me* [20] : hoc est, ubi me ipse novi, præstantissimam tuam sapientiam ipse didici. *Et dixit Deus : Faciamus hominem* [21]. Ubi, quæso, Judæus est, qui in superioribus, dum theologiæ lumen velut per fenestras quasdam illucesceret, ac secunda quidem persona mystice demonstraretur, necdum tamen clare effulgeret, pugnabat adversus veritatem, atque ipsum Deum ad seipsum loqui affirmabat ? Ipse enim, inquit, dixit, et ipse fecit. *Fiat lux, et facta est lux* [22]. Erat igitur et tunc in ipsorum verbis obvia manifestaque ineptia. Quis enim faber ferrarius, aut lignarius, aut quis D sutor, solus inter artis instrumenta sedens, adjuvante ipsum nemine, dicat ipse sibi : Faciamus gladium, aut aratrum compingamus, aut conficiamus calceamentum ? An non potius quod sibi convenit opus cum silentio absolvit? Sunt enim profecto nugæ insignes, si quis sedeat, imperetque, et præ-

6. Πίστεώς ἐστιν ἀπόδειξις τὰ θηρία. Πέποιθας ἐπὶ Κύριον ; *Ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα.* Καὶ ἔχεις τὴν διὰ πίστεως ἐξουσίαν πατεῖν (63) ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων. Ἢ οὐχ ὁρᾷς, ὅτι φρυγανιζομένῳ τῷ Παύλῳ ἐνάψας ὁ ἔχις οὐδεμίαν προσετρίψατο βλάβην, διὰ τὸ πλήρη πίστεως εὑρεθῆναι (64) τὸν ἅγιον ; Εἰ δὲ ἄπιστος εἶ, φοβοῦ μὴ μᾶλλον τὸ θηρίον ἢ τὴν σεαυτοῦ ἀπιστίαν, δι' ἧς πάσῃ φθορᾷ σεαυτὸν εὐάλωτον κατεσκεύασας. Ἀλλὰ γὰρ αἰσθάνομαι πάλαι τὰ (65) περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως ἀπαιτούμενος, καὶ μονονουχὶ ἀκούειν δοκῶ μοι τῶν ἀκροατῶν ἐν ταῖς καρδίαις καταβοώντων, ὅτι Τὰ μὲν ἡμέτερα ὁποῖά τινά ἐστι τὴν φύσιν διδασκόμεθα, ἡμᾶς δὲ αὐτοὺς ἀγνοοῦμεν. Ἀνάγκη οὖν εἰπεῖν, τὸν κατέχοντα ἡμᾶς ὄκνον παρωσαμένους. Τῷ ὄντι γὰρ ἔοικε πάντων εἶναι χαλεπώτατον ἑαυτὸν ἐπιγνῶναι. Οὐ γὰρ μόνον (66) ὀφθαλμὸς τὰ ἔξω βλέπων ἐφ' ἑαυτὸν οὐ κέχρηται τῷ ὁρᾶν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἡμῶν ὁ νοῦς, ὀξέως τὸ ἀλλότριον ἁμάρτημα καταβλέπων, βραδύς ἐστι πρὸς τὴν τῶν οἰκείων ἐλαττωμάτων ἐπίγνωσιν. Διὰ τοῦτο καὶ νῦν ὁ λόγος, ὀξέως ἐπελθὼν τὰ ἀλλότρια, νωθρός ἐστι καὶ ὄκνου πλήρης πρὸς τὴν τῶν οἰκείων ἐξέτασιν· καίτοι οὐ μᾶλλον ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς τὸν Θεὸν ἔστιν ἐπιγνῶναι, ἢ καὶ ἐκ τῆς οἰκείας ἡμῶν κατασκευῆς τόν γε συνετῶς ἑαυτὸν ἐξετάσαντα, ὥς φησιν ὁ προφήτης· *Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ·* τουτέστιν, ἐμαυτὸν καταμαθών, τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἐν σοὶ σοφίας ἐξεδιδάχθην. *Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον.* Ποῦ μοι ὁ Ἰουδαῖος, ὃς ἐν τοῖς κατόπιν, ὥσπερ διὰ θυρίδων τινῶν τοῦ τῆς θεολογίας φωτὸς διαλάμποντος, καὶ δευτέρου προσώπου τοῦ ὑποδεικνυμένου (67) μὲν μυστικῶς, οὕπω δὲ ἐναργῶς ἐκφανέντος, πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀπεμάχετο, αὐτὸν ἑαυτῷ λέγων τὸν Θεὸν διαλέγεσθαι ; Αὐτὸς γὰρ εἶπε, φησί, καὶ αὐτὸς ἐποίησε. *Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς.* Ἦν μὲν οὖν καὶ τότε πρόχειρος ἐν τοῖς παρ' αὐτῶν λεγομένοις ἡ ἀτοπία. Τίς γὰρ χαλκεὺς, ἢ τέκτων, ἢ σκυτοτόμος, ἐπὶ τῶν ὀργάνων τῆς τέχνης μόνος καθήμενος (68), οὐδενὸς αὐτῷ συνεργοῦντος, λέγει αὐτὸς ἑαυτῷ· Ποιήσωμεν τὴν μάχαιραν, ἢ συμπήξωμεν τὸ ἄροτρον, ἢ ἀπεργασώμεθα τὸ ὑπόδημα· ἀλλ' οὐχὶ σιωπῇ τὴν ἐπιβάλλουσαν ἐνέργειαν ἐκτελεῖ ; Φλυαρία γὰρ τῷ ὄντι δεινὴ, ἄρχοντά τινα ἑαυτοῦ καὶ ἐπιστάτην καθῆσθαι, δεσποτικῶς ἑαυτοῦ καὶ σφοδρῶς

[18] Psal. xc, 13. [19] Act. xxviii, 3-6. [20] Psal. cxxxviii,6. [21] Gen. i, 26. [22] Gen. i, 3.

(62) Ita quinque mss. Editi vero οὕτω γ' ἄν.

(63) Reg. sextus ἐξουσίαν περιπατεῖν. Mox editi ἢ οὐχ ὁρᾷς. Deest ἢ in duobus mss.

(64) Codices quinque πίστεως εὑρεθῆναι. Editi πίστεως εἶναι.

(65) Colb. secundus αἰσθάνομαι πάλιν τά.

(66) Tres mss. optimæ notæ οὐ γὰρ μόνος. Editi cum aliis quibusdam mss. μόνον.

(67) Editio Basil. cum quinque mss. præter Bodl. τοῦ ὑποδεικνυμένου. Deest articulus in editione Paris.

(68) Quatuor mss. μόνος καθεζόμενος. Editi cum duobus mss. καθήμενος.

Digitized by Google

κατασπεύδοντα. Ἀλλ' ὅμως οἱ αὐτὸν τὸν Κύριον συκοφαντῆσαι μὴ κατοκνήσαντες, τί οὐκ ἂν εἴποιεν γεγυμνασμένην πρὸς τὸ ψεῦδος τὴν γλῶσσαν ἔχοντες; Ἡ μέντοι παροῦσα φωνὴ παντελῶς αὐτῶν ἀποφράσσει τὸ στόμα· *Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον.* Μὴ καὶ νῦν, εἰπέ μοι, μεμονωμένον ἐστὶ τὸ πρόσωπον; Οὐ γὰρ γέγραπται· Γενηθήτω ἄνθρωπος, ἀλλὰ, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον.* Ἕως οὔπω ὁ διδασκόμενος παρεφαίνετο, ἐν βάθει ἐκεκάλυπτο τῆς θεολογίας τὸ (69) κήρυγμα· ὅτε λοιπὸν ἀνθρώπου γένεσις προσδοκᾶται, παραγυμνοῦται ἡ πίστις, καὶ τρανότερον παραδηλοῦται τῆς ἀληθείας τὸ δόγμα. *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον.* Ἀκούεις, ὦ Χριστομάχε, ὅτι τῷ κοινωνῷ (70) τῆς δημιουργίας προσδιαλέγεται, *Δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν· ὃς φέρει τὰ σύμπαντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ.* Ἀλλ' οὐ γὰρ ἡσυχῇ παραδέχεται τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας· ὥσπερ δὲ τῶν θηρίων τὰ μισανθρωπότατα, ἐπειδὰν τοῖς ζώγροις ἐναποκλεισθῇ, περιβρύχεται (71) τοῖς κυλίνδροις, τὸ μὲν πικρὸν καὶ ἀνήμερον τῆς φύσεως ἐνδεικνύμενα, ἐκπληρῶσαι δὲ τὴν μανίαν οὐκ ἔχοντα· οὕτω καὶ τὸ ἐχθρὸν τῆς ἀληθείας γένος οἱ Ἰουδαῖοι, στενοχωρούμενοι (72), Πολλά, φασὶν, ἔστι τὰ πρόσωπα πρὸς οὓς ὁ λόγος γέγονε τοῦ Θεοῦ. Τοῖς ἀγγέλοις γὰρ λέγει τοῖς παρεστῶσιν αὐτῷ· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον.* Ἰουδαϊκὸν τὸ πλάσμα, τῆς ἐκεῖθεν εὐκολίας τὸ μυθολόγημα· ἵνα τὸν (73) ἕνα μὴ παραδέξωνται, μυρίους εἰσάγουσι. Καὶ τὸν Υἱὸν ἀθετοῦντες, οἰκέτας τὸ τῆς συμβουλίας ἀξίωμα περιάπτουσι· καὶ τοὺς ὁμοδούλους ἡμῶν κυρίους ποιοῦσι τῆς ἡμετέρας δημιουργίας. Τελειούμενος ἄνθρωπος πρὸς τὴν τῶν ἀγγέλων ἀξίαν ἀνάγεται. Ποῖον δὲ δημιούργημα ἴσον δύναται εἶναι τῷ κτίσαντι; Σκόπει δὲ καὶ τὰ (74) ἑφεξῆς· *Κατ' εἰκόνα ἡμετέραν.* Τί λέγεις πρὸς τοῦτο; Μὴ καὶ εἰκὼν μία Θεοῦ καὶ ἀγγέλων; Υἱοῦ μὲν γὰρ καὶ Πατρὸς πᾶσα ἀνάγκη τὴν αὐτὴν εἶναι μορφήν· θεοπρεπῶς δηλονότι τῆς μορφῆς νοουμένης, οὐκ ἐν σχήματι σωματικῷ, ἀλλ' ἐν τῷ ἰδιώματι τῆς θεότητος. Ἄκουε καὶ σὺ ὁ ἐκ τῆς νέας κατατομῆς (75), ὁ τὸν Ἰουδαϊσμὸν πρεσβεύων ἐν Χριστιανισμοῦ προσποιήσει. Τίνι λέγει· *Κατ' εἰκόνα ἡμετέραν;* Τίνι ἄλλῳ γε ἢ τῷ ἀπαυγάσματι τῆς δόξης, καὶ χαρακτῆρι τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ (76), ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου; Τῇ ἰδίᾳ τοίνυν εἰκόνι τῇ ζώσῃ, τῇ εἰπού-

A sit sibi, atque domini more vehementer se ipse urgeat. Verumtamen qui ipsum Dominum calumniari veriti non sunt, quid dicere non possint, linguam habentes ad mendacium exercitatam? At præsens vox omnino os ipsorum oppilat. *Et dixit Deus : Faciamus hominem.* Nunc jam, dic mihi, nunquid unica est persona? Non enim scriptum est : Fiat homo, sed, *Faciamus hominem*. Quandiu nondum apparebat qui doceretur, in profundo occulta erat theologiæ prædicatio : cum autem hominis exspectatur generatio, denudatur fides, clariusque revelatur veritatis dogma. *Faciamus hominem.* Audis, o Christi oppugnator, ipsum ad officii socium loqui : *Per quem fecit et sæcula; qui portat omnia verbo virtutis suæ* [23]. Sed non tacite verba

B excipit pietatis : at quemadmodum bestiæ quæ homini sunt infensissimæ, cum in caveis includuntur, circum sepimenta frendent, atque amaritudinem quidem ac feritatem naturæ ostendunt, nec tamen furorem suum possunt explere : ita et gens veritatis inimica, Judæi ad angustias redacti, multas aiunt esse personas, ad quas Dei sermo directus est. Dicit enim astantibus sibi angelis : *Faciamus hominem* [24]. Judaicum commentum est, atque levitatis inde profectæ inventum : ut ne unum suscipiant, innumeros inducunt. Et Filium reprobantes, famulis dignitatem attribuunt consilii, et conservos nostros efficiunt creationis nostræ dominos. Homo perfectus ad angelorum evehitur dignitatem. Quale autem opificium par esse potest **88** conditori? Con-

C sidera autem et quæ sequuntur : *Ad imaginem nostram.* Quid dicis ad hoc? Num et Dei et angelorum una est imago? Filii quidem et Patris eamdem esse formam omnino necesse est; forma videlicet, uti Deum decet, intellecta, non in corporea figura, sed in divinitatis proprietate. Audi et tu qui ex nova concisione es, qui Christianismi nomine atque simulatione stabilis Judaismum. Cui dicit : *Ad imaginem nostram?* Cui, quæso, alteri quam gloriæ splendori, et substantiæ ipsius characteri, qui est Dei invisibilis imago? Itaque imagini suæ viventi, quæ dixit : *Ego et Pater unum sumus* [25]; et : *Qui me vidit, vidit Patrem* [26]; huic dicit : *Faciamus hominem ad imaginem nostram.* Ubi est imago una,

[23] Hebr. I, 2, 3. [24] Gen. I, 26. [25] Joan. X, 30. [26] Joan. XIV, 9.

(69) Ita mss. septem. Editi cum aliis quibusdam mss. κεκάλυπτο τῆς θεογνωσίας τό. Theologiæ autem prædicationem dicit doctrinam eam, qua personæ sanctissimæ Trinitatis aperte prædicantur.

(70) Sic Regii primus, tertius et quintus cum Colb. secundo. Editi cum uno aut altero ms. τῷ κοινῷ. Infra Reg. sextus solus λόγον τῆς ἀληθείας· ὥσπερ.

(71) Reg. primus ζώγροις ἐναποσκιασθῇ περιβρύχεται. Editio Basil. cum sext. mss. περιβρύχεται. Editio Paris. περιβρυχᾶται.

(72) Reg. primus οὕτω καὶ τὸ τῶν ἐχθρῶν τῆς ἀληθείας Ἰουδαίων γένος, στενοχωρούμενοι. Reg. tertius οὕτω καὶ τὸ ἐχθρὸν τῆς ἀληθείας Ἰουδαίων γένος, στενοχωρούμενοι. Editi cum tribus mss. ut in contextu.

D (73) Colb. secundus ἵνα γὰρ τόν. Bodl. ἵνα τὸν ἕνα μὴ δέξωνται. Statim idem mss. μυρίους ἐπεισάγουσιν. Subinde quatuor mss. τὸ τῆς συμβουλῆς. Editi cum uno aut altero mss. τὸ τῆς συμβουλίας.

(74) Mss. plerique omnes καὶ τά. Editi καὶ τό.

(75) *Κατατομῆς*. Vox est Pauli, Philipp. III, 2, βλέπετε κατατομήν, *Cavete concisionem*. Sic autem Apostolus vocabat Judæos per contemptum, eorumque concisionem in carne positam totam nostræ circumcisioni plane spirituali opponebat.

(76) Editi et Coisl. primus et Reg. octavus ὑποστάσεως αὐτοῦ. Nec aliter legitur in Epist. ad Hebr. I, 3. At deest αὐτοῦ in sex mss. Quæ sequuntur verba, ὅς ἐστιν, etc., reperiuntur in Epist. ad Coloss. I, 15.

Digitized by Google

quomodo fuerit dissimilitudo? *Et fecit Deus hominem* [27]. Non, Fecerunt. Vitavit hoc loco personarum multitudinem. Postquam autem per illa erudivit Judæum, per hæc vero errorem gentilium exclusit, tuto recurrit ad unitatem, ut et Filium cum Patre intelligas, et periculum multitudinis deorum effugias. *In imagine Dei fecit ipsum* [28]. Rursus personam ejus qui secum simul operabatur, introduxit. Non enim dixit : In imagine sui ipsius; sed, *In Dei imagine*. In quo autem præferat Dei imaginem homo, et quo pacto similitudinis ejus sit particeps, in sequentibus, Deo dante, exponemus. Nunc autem id solum dicatur, si una est imago, unde tibi in mentem venit impietatem tam intolerandam profiteri, ut Filium Patri dissimilem dicas? O ingratum animum! quandoquidem similitudinem eam, cujus factus es particeps, beneficii auctori non rependis, et ea quæ dono concessa sunt, tibi ipsi quidem propria manere putas, sed non sinis habere Filium cum genitore acceptam a natura similitudinem. Verum nobis silentium indicit tempus advesperascens, quippe quod jamdudum solem ad occidentem demiserit. Hic igitur et nos dictis contenti, orationem consopiamus. Nunc quidem quantum studio vestro excitando satis fuit, sermonem attigimus : sed perfectiorem rerum propositarum inquisitionem in consequentibus, Spiritu sancto adjuvante, adhibebimus. Abite exsultantes, amans Christi concio, et omnis obsonii sumptuosi et variorum condimentorum loco, eorum quæ diximus memoria honestas vestras mensas instruite. Confundatur qui dissimilitudinem inducit : pudore afficiatur Judæus : gaudeat pius dogmatibus veritatis : glorificetur Dominus, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum Amen.

σῃ (77) · Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν, καὶ, Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα · ταύτῃ λέγει· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν. Ὅπου μία εἰκὼν, ποῦ τὸ ἀνόμοιον; Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον. Οὐχὶ, Ἐποίησαν. Ἔφυγεν ἐνταῦθα τὸν πληθυσμὸν τῶν προσώπων. Δι' ἐκείνων μὲν τὸν Ἰουδαῖον παιδεύων, διὰ τούτων δὲ τὸν Ἑλληνισμὸν ἀποκλείων, ἀσφαλῶς ἀνέδραμεν ἐπὶ τὴν μονάδα, ἵνα καὶ Υἱὸν νοῇς μετὰ Πατρὸς, καὶ τῆς πολυθεΐας ἐκφύγῃς τὸ ἐπικίνδυνον. Ἐν εἰκόνι Θεοῦ (78) ἐποίησεν αὐτόν. Πάλιν τοῦ συνεργοῦ τὸ πρόσωπον παρεισήγαγεν. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἐν εἰκόνι ἑαυτοῦ, ἀλλ', Ἐν εἰκόνι Θεοῦ. Ἐν τίνι μὲν οὖν ἔχει τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ ὁ ἄνθρωπος, καὶ πῶς μεταλαμβάνει τοῦ καθ' ὁμοίωσιν, ἐν τοῖς ἑφεξῆς, Θεοῦ διδόντος, εἰρήσεται · νῦν δὲ τοσοῦτον λεγέσθω, ὅτι εἰ μία εἰκὼν, πόθεν σοι ἐπῆλθεν ἀφόρητα δυσσεβεῖν, ἀνόμοιον λέγοντι τὸν Υἱὸν τῷ Πατρί; Ὦ τῆς ἀχαριστίας! ἧς μετέλαβες ὁμοιότητος, ταύτης οὐ μεταδίδως τῷ εὐεργέτῃ; καὶ σαυτῷ μὲν κύρια μένειν τὰ ἐκ τῆς χάριτος παρασχεθέντα (79) νομίζεις, τῷ δὲ Υἱῷ τὴν ἐκ φύσεως ὁμοιότητα πρὸς τὸν γεννήσαντα ἔχειν οὐκ ἐπιτρέπεις; Ἀλλὰ σιωπὴν γὰρ ἡμῖν ἐπιτάσσει λοιπὸν ἡ ἑσπέρα πάλαι πρὸς δυσμὰς τὸν ἥλιον παραπέμψασα. Ἐνταῦθα δὴ οὖν τὸν λόγον καὶ ἡμεῖς κατευνάσωμεν (80), ἀρκεσθέντες τοῖς εἰρημένοις. Νῦν μὲν οὖν ὅσον διεγεῖραι ὑμῶν τὸν ζῆλον τοῦ λόγου παρῆψάμεθα· τὴν δὲ τελειοτέραν περὶ τῶν προκειμένων ἐξέτασιν ἐν τοῖς ἑξῆς ἀποδώσομεν τῇ συνεργίᾳ τοῦ Πνεύματος. Ἄπιτέ (81) μοι χαίροντες, ἡ φιλόχριστος ἐκκλησία, ἀντὶ παντὸς ὄψου πολυτελοῦς καὶ των ποικίλων καρυκευμάτων τῇ μνήμῃ τῶν εἰρημένων τὰς σεμνὰς ὑμῶν κατακοσμοῦντες τραπέζας. Καταισχυνέσθω ὁ ἀνόμοιος, ἐντρεπέσθω ὁ Ἰουδαῖος, ἀγαλλέσθω τοῖς δόγμασι τῆς ἀληθείας ὁ (82) εὐσεβὴς, δοξαζέσθω ὁ Κύριος, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

MONITUM.

89 Basilii *in Psalmos* orationes post Opus sex dierum edendas esse judicavimus. Visum est enim Scripturam a Scriptura non separare. Quod si utrasque orationes et *in Hexaemeron* et *in Psalmos* inter se comparare volumus, non negabo quidem priores posterioribus longe apud antiquos fuisse celebriores : sed non facile concedam utiliores esse. Et ut semel dicam quod sentio, eloquentia si spectetur atque varietas argumenti, patiar *Hexaemeron* anteponi; si fructus atque utilitas, non item.

Psalmos paucos interpretatus est Basilius, aut certe paucorum interpretationem ad nos usque perven iss[e]

[27] Gen. I, 27. [28] Ibid.

(77) Sic codices tres. Editi ζώσῃ τε καὶ εἰποῦσῃ· Ἐνώ τε καὶ ὁ. Consentit textus sacer cum mss.

(78) Ἐν εἰκόνι Θεοῦ· ubi LXX significantius κατ' εἰκόνα Θεοῦ.

(79) Reg. quintus σοι παρασχεθέντα. Subinde editi τῷ δὲ Κυρίῳ τήν. At sex mss. τῷ δὲ Υἱῷ τήν. Infra Reg. primus εἰς δυσμάς.

(80) Reg. quintus καταπαυσώμεθα. Reg. 3 καταπαύσωμεν. Editi cum aliquibus mss. ut in textu.

(81) Editi Ἄπιτε γοῦν. Deest γοῦν in nostris sex mss. et in Bodl. Et quidem particula γοῦν eo magis suspecta videri debet, quod Basilio nequaquam familiaris sit.

(82) Coll. secundus δόγμασι τῆς Ἐκκλησίας ὁ. Statim idem codex κράτος, ἡ τιμὴ καὶ προσκύνησις εἰς.

Digitized by Google

constat. Mihi quidem dubium non est, quin gravissimus Pater et alios psalmos interpretatus sit, cum vix possit afferri ratio, cur hos quos habemus exposuisset unos : sed tamen iis assentiri non queo, qui argumentum certissimum atque evidentissimum ex interpretatione psalmi septimi et tricesimi peti posse arbitrantur. Quod enim aiunt (83), citari in hac interpretatione explanationem psalmi sexti, nec tamen eam usquam comparere, id futile est omnino et inane. Illa enim psalmi tricesimi septimi interpretatio, uti ostendemus, Eusebii fetus est, non Basilii. Præter hos quos habemus psalmos, citari et alios a Metaphrasta haud ignoramus : sed Metaphrastæ in litteris auctoritas ea non est, quam cæco impetu sequi cogamur.

Circumferuntur nomine Basilii decem et septem *Orationes in Psalmos*. Sed fere convenit inter doctos, alteram in vicesimum octavum psalmum homiliam ad eum minime pertinere : sed opus esse plagiarii, vel potius studiosi cujuspiam, qui se exercere, et Basilium imitari voluerit. Oratio quoque in septimum et tricesimum psalmum suspecta quidem visa est Combefisio : sed noluit quidquam statuere, aut pronuntiare. Potuisset tamen, cum oratio illa, ut monuimus, auctorem habeat non Basilium, sed Eusebium. De his fusius in Præfatione.

Reliquæ quindecim orationes pro genuino Basilii fetu habentur ab omnibus. Me quidem magnopere tot eruditorum virorum commovet auctoritas : sed ne in eorum sententiam concedam, prohibent multa, eaque gravissima. Res autem inquisitionem longiorem diligentioremque cum postulet, id commodius multo in præfatione generali præstabimus. Dicam obiter, orationes, quæ vere Basilii sunt, ad populum habitas esse inque conventu publico pronuntiatas, et quæcunque hanc notam præ se non fert, eam ob id solum suspectam videri debere.

Legenti mihi id opus, quod edendum curavit vir doctissimus Balthasar Corderius, occurrit difficultas haud exigua. Nam maximam partem eorum quæ in Commentario Theodori Heracleotæ legebam, comperi nihil aliud esse, nisi ipsam Basilii *in Psalmos* explanationem, idque ad verbum. Verebar una ex parte, Commentarium illum Theodoro adimere, ob veterum librorum auctoritatem, ad quorum fidem hoc ei opus tributum est : ex altera, oratorum optimum Basilium furti dedecore atque infamia aspergere non poteram. Sed non diu suspensus fui et incertus. Nam statim agnovi Commentarium eum qui nomine Theodori circumfertur, Theodori unius opus non esse, sed multorum, Origenis, Eusebii, Basilii ipsius, Didymi, Joannis Chrysostomi, Theodoreti, etc. Uno verbo, constabit ex præfatione, Commentarium hactenus Theodoro Heracleotæ attributum in Catenarum numero reponi merito posse. Ex quo fit, ut Basilius noster longissime ab omni expilationis furtique suspicione abesse debeat.

Jam si quispiam quærat, quo tempore, quo loco habitæ sint illæ Basilii *in Psalmos orationes*, respondere promptum non erit. Vix enim ea de re certi quidquam statui posse arbitramur. Malumus autem de rebus silere, quam falsum aliquid aut incertum pronuntiare.

Nemo paulo humanior nescit, Ambrosium, cum suos *in Hexaemeron* libros scriberet, permulta ad verbum e Basilio sumpsisse. Sed non ita notum est, eum hoc idem fecisse, cum psalmos quosdam interpretaretur. Nec cuiquam id mirum videri debet, cum Ambrosius in explanandis Psalmis non multa admodum a Basilio mutuatus sit. Quoniam tamen non desunt quibus jucundum sit et gratum cognoscere quid alius scriptor ab alio sumpserit, illa Ambrosii loca, quantulacunque sunt, suo loco adnotare non pigebit.

Videre est in Latinis editionibus quædam *in Psalmos* Scholia, quæ Basilio tribuuntur; sed de iis longius disserere necesse non videtur. Notum est enim ea epitomen esse e Chrysostomi et Theodoreti libris male consarcinatam. Cum ergo ea Scholia in spuriis atque adulterinis poni oportere fateantur omnes, id semel notasse satis habebimus, nec usquam amplius de iis mentionem ullam faciemus. Nam in rebus perspicuis tempore abutendum et argumentis non putamus (84).

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ,

Ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας,

ΟΜΙΛΙΑ ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΡΩΤΟΝ ΨΑΛΜΟΝ (85).

1. Πᾶσα Γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμος, διὰ τοῦτο συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ Πνεύματος, ἵν', ὥσπερ ἐν κοινῷ τῶν ψυχῶν ἰατρείῳ, πάντες ἄνθρωποι τὸ ἴαμα τοῦ οἰκείου πάθους ἕκαστος ἐκλεγώμεθα. Ἴαμα

[a] II Tim. III, 16.

(83) Tillem. pag. 290.
(84) Cf. can. 41 *Vitæ S. Basilii* tom. I. Edit.

SANCTI PATRIS NOSTRI

BASILII,

Cæsareæ Cappadociæ archiepiscopi,

HOMILIA IN PSALMUM PRIMUM.

90 1. Omnis Scriptura est divinitus inspirata atque utilis [a], ideo a Spiritu sancto conscripta, ut velut in communi animarum curandarum officina, nos omnes quotquot sumus homines ad nostrum

(85) Sic mss. At editi εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ πρώτου ψαλμοῦ.

Digitized by Google

morbum sanandum medelam seligere possimus. *Medicina enim*, inquit Scriptura, *sedabit peccata magna* [30]. Aliud igitur prophetæ docent, aliud historici, aliud lex, aliud species ejus quæ in Proverbiis invenitur exhortationis. At quidquid in cæteris utile est, hic unus Psalmorum liber complectitur. Vaticinatur futura, animos revocat ad historiæ memoriam, præscribit vitæ instituendæ modum : quæ sunt agenda suggerit. Et uno verbo, liber hic commune quoddam est bonæ doctrinæ promptuarium : qui quidquid cuilibet profuturum sit, diligenter offert. Nam antiquis animarum vulneribus medetur : promptam nuper vulnerato sanitatem reddit : quod ægrum est fovet, quod vero incolume et integrum, conservat. Et tandem hic liber, quoad ejus fieri potest, pravos coercet affectus, qui per hominum vitam in animos varie grassantur : atque id cum concinna quadam suavitate atque voluptate, quæ honestas ingenerat cogitationes. Etenim ubi Spiritus sanctus genus hominum perspexit ad excolendam virtutem adduci vix posse, et a nobis ob nostram in voluptatem propensionem viam rectam contemni, quid agit? Dogmatis immiscuit harmoniæ dulcedinem, ut rerum auditarum jucunditate ac dulcedine eloquiorum utilitatem nescientes perciperemus : haud aliter atque sapientes medici, qui nauseantibus potionem amariorem daturi, sæpius calicem melle circumliniunt. Ideo concinni illi psalmorum concentus excogitati nobis sunt, ut ii qui pueri sunt ætate, aut etiam omnino moribus sunt juvenes, dum in speciem quidem cantant, reipsa tamen animas erudiant suas. Vix enim unquam unus aliquis e multis et ex desidibus discessit, qui præceptum apostolicum aut propheticum memoria retineat : at psalmorum oracula et domi modulantur, et in forum circumferunt. Et etiamsi quis in feræ modum valde æstuet, ubi psalmis demulceri cœperit, statim consopita per melodiam animi feritate abit.

2. Psalmus tranquillitas est animarum, pacis arbiter, tumultuosas turbulentasque cogitationes compescit. Ut reprimit excandescentiam et animi concitationem, ita lasciviam refrenat. Amicitias conciliat psalmus : consociat dissidentes, inter inimicos gratiam componit. Quis enim adhuc eum quocum unam ad Deum vocem emisit, loco inimici habere possit? Itaque et bonorum maximum charitatem conciliat psalmorum cantus, qui concentum ceu quoddam **91** vinculum ad concordiam ineundam adinvenit, populumque ad chori unius symphoniam congregat. Dæmones psalmus fugat, accersit angelorum patrocinium; ministrat arma contra nocturnos timores, diurnorum laborum est requies : infantium securitas, ornamentum juve-

(79) Chrysostomus, ὁ δὲ Ἑβραῖος, κατὰ πᾶσαν ζωήν. Sed aliter legimus in *Hexaplis* : Ἑβραῖος ζωονή : melius, ζωόμ. Addit Chrysostomus : ἄλλος, ἀπειλούμενος. Alium autem illum interpretem Aquilam esse, ex iisdem *Hexaplis* discimus. Montfauconius noster laudat Agellium, qui ita in hunc locum edisserit. « *Deus judex justus, fortis et patiens : nunquid irascitur per singulos dies?* Obscurior est hic versus, et obscuritatem fecit, nisi fallor, diversarum interpretationum, quod in editione LXX solet accidere, congestio. Nam verbum, *fortis*, non est LXX, nusquam enim in Psalmis sic solent reddere Hebræum nomen *el;* sed ex Aquilæ interpretatione sumptum, qui solet ἰσχυρὸν *fortem* interpretari. Præterea alterum nomen quod sequitur, *et patiens*, ex altera interpretatione manavit, comprehendens duo Hebræa verba *el zoem, non irascens*, quod idem est ac patiens, qui Græce dicitur μακρόθυμος. Tertia quoque interpretatio adjecta est : *Nunquid irascitur per singulos dies?* quod, sive LXX, sive alius quispiam interpretatus sit, non quasi per interrogationem intellexit, sed per negationem, sic : *et non irascitur per singulos dies*, et sine interrogatione intelligere videntur Basilius, Theodorus Antiochenus, Theodoretus, et de nostris Augustinus, » etc.

(80) Colb. quartus πρὸς τοὺς ποτε. Editi et reliqui omnes mss. πρὸς τοὺς τότε.

(81) Colb. quartus ἀπιστήσωμεν. Mox editi cum Colb. septimo προσέθετο. Alii sex mss. προέθετο. Aliquanto post editi cum majori parte mss. τοῖς ἑκάστου μέτροις. Duo mss. τοῖς ἑκάστῳ μέτροις.

(82) Illa, καὶ ἰσχυρὸς καὶ μακρόθυμος, addita sunt in Colbertinis quarto et septimo post vocem δίκαιος.

(83) Mss. non pauci ἐπὶ τῷ. Verba illa, καὶ ἡτοίμασεν αὐτὸ, καὶ ἐν αὐτῷ ἡτοίμασε σκεύη θανάτου, addidimus ex Colbertinis quarto et septimo.

Digitized by Google

esse, si in peccato permanserit. Parata sunt enim in arcu vasa mortis. Vasa autem mortis, virtutes sunt, quæ Dei inimicos exterminant. *Sagittas suas ardentibus effecit.* Ut enim ignis ob materiam ustioni idoneam a Creatore conditus est; non enim propter adamantem qui ab igne non absumitur, sed propter ligna flammæ suscipiendæ apta, creatus est : ita et sagittæ Dei ob eas animas, quæ facile ignem concipiunt, multumque collegerunt ejus substantiæ, quæ terrena est, et ad interitum idonea, ab ipso effectæ sunt. Qui igitur ignitas diaboli sagittas prius recipiunt, ac intra se retinent, ii Dei excipiunt sagittas. Idcirco ait : *Sagittas suas jam ardentibus effecit.* Adurunt autem animam amores ad carnem spectantes, opum cupiditas, iræ æstuantes, et ea quæ animum urit absumitque tristitia, et alieni a Deo timores. Qui autem est ab inimici sagittis illæsus, Deique indutus est armaturam, a letiferis sagittis intactus permanet.

A *αὐτῷ ἡτοίμασε σκεύη θανατου.* Ου νευρα τίς ἐστιν ἡ διατείνουσα τὸ τόξον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ κολαστικὴ δύναμις, ποτὲ μὲν ἐντεινομένη, ποτὲ δὲ ἀνιεμένη. Τῷ οὖν ἁμαρτάνοντι ἀπειλεῖ ὁ λόγος, ὅτι ἕτοιμα αὐτῷ ἐστι τὰ μέλλοντα εἰς κόλασιν ἀποπέμπεσθαι, ἐὰν ἐπιμένῃ τῇ ἁμαρτίᾳ. Ἡτοίμασται γὰρ ἐν τῷ τόξῳ σκεύη θανάτου. Σκεύη δὲ θανάτου δυνάμεις εἰσὶν ἀφανιστικαὶ τῶν ἐχθρῶν τοῦ Θεοῦ. Τὰ βέλη αὐτοῦ τοῖς καιομένοις ἐξειργάσατο. Ὥσπερ τὸ πῦρ τῇ καιομένῃ ὕλῃ παρὰ τοῦ κτίσαντος ἐξειργάσθη· οὐ γὰρ διὰ τὸν ἀδάμαντα ἐκτίσθη τὸν μὴ τηκόμενον ὑπὸ τοῦ πυρός, ἀλλὰ διὰ τὰ ξύλα τὰ καταναλισκόμενα· οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ βέλη ταῖς εὐκαταπρήστοις ψυχαῖς, ὧν πολὺ τὸ ὑλικὸν καὶ τὸ πρὸς ἀφανισμὸν ἐπιτήδειον συνείλεκται, παρ' αὐτοῦ κατειργάσθη. Οἱ οὖν προλαβόντες καὶ B ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς τὰ πεπυρωμένα βέλη τοῦ διαβόλου (84), οὗτοι δέχονται τὰ βέλη τοῦ Θεοῦ. Διὰ τοῦτό φησι· *Τὰ βέλη αὐτοῦ τοῖς ἤδη καιομένοις ἐξειργάσατο.* Καίουσι δὲ ψυχὴν ἔρωτες σαρκικοὶ, καὶ φλέγουσαι καὶ ἐκτήκουσαι τὴν ψυχὴν, καὶ φόβοι οἱ ἐχθροῦ βελῶν, καὶ ἐνδεδυμένος τὴν πανοπλίαν τοῦ

ἐπιθυμίαι χρημάτων, καὶ διάπυροι ὀργαὶ, καὶ λύπαι ἀλλότριοι τοῦ Θεοῦ. Ὁ μέντοι ἄτρωτος ὑπὸ τῶν τοῦ Θεοῦ, τῶν θανατηφόρων βελῶν ἀπείρατος διαμένει.

8. VERS. 15. *Ecce parturiit injustitiam, concepit dolorem, et peperit iniquitatem.* Et quidem, quod ad ordinem pertinet, confusa videntur esse hæc verba. Nam primum concipiunt prægnantes, deinde parturiunt, postremo pariunt. Hic vero primum puerperii dolores fiunt, deinde conceptio, postremum partus. At hæc cordis conceptionem significantissime explicant. Irrationales enim incontinentium impetus, insanæque ac furentes **106** libidines, dicuntur puerperii dolores, eo quod cum velocitate et dolore in anima innascantur. Qui autem ob talem impetum pravis succubuit cogitationibus, is dolorem concepit : et qui cordis malitiam per iniquas actiones incendit, is peperit iniquitatem. Videtur autem hæc dicere, quod eum pudeat esse iniqui filii patrem. Non meus, inquit, filius est, sed ejus patris factus est filius, cui se in adoptionem per peccatum mancipavit. Nam secundum Joannem : *Qui facit peccatum, ex diabolo natus est* [72]. Ecce igitur eum parturiit diabolus per iniquitatem, et concepit ipsum : hoc est, in penitissimis sui ipsius recessibus detentum sub viscèra proprii affectus pertraxit, ac eo gravidus, tum demum peperit, cum in apertum illius protulit iniquitatem : siquidem ejus in patrem rebellio denuntiata omnibus est per præconem. VERS. 16. *Lacum aperuit, et effodit eum.* Nomen lacus in divinis Scripturis non admodum in bonam partem invenimus acceptum; sicut neque

8. *Ἰδοὺ ὠδίνησεν ἀδικίαν, συνέλαβε πόνον, καὶ ἔτεκεν ἀνομίαν.* Ὡς μὲν πρὸς τὴν τάξιν δοκεῖ συγκεχυμένως ἡ λέξις ἔχειν· ἐπειδὴ πρῶτον αἱ κύουσαι συλλαμβάνουσιν, εἶτα ὠδίνουσι, τελευταῖον δὲ τίκτουσιν (85)· ἐνταῦθα δὲ πρῶτον ἡ ὠδὶν, εἶτα ἡ C σύλληψις, εἶτα ὁ τοκετός· πρὸς δὲ τὴν τῆς καρδίας σύλληψιν ἐμφαντικώτατα ἔχει. Αἱ γὰρ ἄλογοι τῶν ἀκολάστων ὁρμαὶ καὶ αἱ μανικαὶ καὶ παροιστρῶσαι ἐπιθυμίαι ὠδῖνες ἐλέχθησαν, διὰ τὸ μετὰ ὀξύτητος καὶ πόνου ἐγγίνεσθαι τῇ ψυχῇ. Κατὰ δὲ τὴν τοιαύτην ὁρμὴν, ὁ περιχρατὴς τῶν πονηρῶν μὴ γενόμενος βουλευμάτων συνέλαβε πόνον· καὶ ὁ τὴν ἐν τῇ καρδίᾳ κακίαν διὰ τῶν πονηρῶν πράξεων ἐκκαύσας (86) ἔτεκε τὴν ἀνομίαν. Ἔοικε δὲ ταῦτα λέγειν αἰσχυνόμενος ἐπὶ τῷ πατὴρ εἶναι παιδὸς παρανόμου. Οὐκ ἐμὸς, φησὶν, ὁ παῖς, ἀλλὰ τοῦ πατρὸς γέγονεν υἱὸς, ᾧ διὰ τῆς ἁμαρτίας ἑαυτὸν εἰσεποίησε. Διότι κατὰ τὸν Ἰωάννην, *Ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν ἐκ τοῦ διαβόλου γεγέννηται.* Ἰδοὺ οὖν ὠδίνησεν αὐτὸν διὰ τῆς D ἀδικίας, καὶ συνέλαβεν αὐτὸν, οἱονεὶ ἐν τοῖς οἰκειοτάτοις ἑαυτοῦ ὑπὸ τὰ σπλάγχνα τῆς ἰδίας διαθέσεως ἤγαγε καὶ ἐκυοφόρησεν αὐτὸν ὁ διάβολος· εἶτα ἀπεγέννησεν αὐτὸν, ἐκφανῆ τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ καταστήσας, διότι πᾶσι προεκηρύχθη ἡ κατὰ τοῦ πατρὸς ἐπανάστασις. *Λάκκον ὤρυξε, καὶ ἀνέσκαψεν αὐτόν.* Οὐ πάνυ ἐπὶ καλοῦ εὑρίσκομεν τὸ ὄνομα τοῦ λάκκου τεταγμένον ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς· ὡς οὐδὲ τὸ φρέαρ ὕδατος ἐπὶ χείρονος. Λάκκος μὲν γάρ ἐστιν

[72] I Joan. III, 8.

(84) Colb. septimus habet πονηροῦ pro διαβόλου. Illud, ἐξειργάσατο, deest in editis : sed additum est ex tribus mss. Ibidem legitur in editis et in nonnullis mss. ἐπιθυμία : sed legitur in majori parte mss. ἐπιθυμίαι. Paulo post mss. plerique omnes οἱ ἀλλότριοι. Deest articulus in excusis.

(85) Editio Basil. et sex mss. sic habent : ἐπειδὴ πρῶτον αἱ κύουσαι συλλαμβάνουσι, τελευταῖον δὲ ὠδίνουσιν, εἶτα τίκτουσιν. Editio Paris. et Reg. tertius ut in textu. Infra editi et Regii primus et sextus μὴ γενόμενος. Particula μὴ deest in aliis quatuor mss.

(86) Sic codices septem. Editio Parisiensis ἐγκαύσας. Censet vir linguæ Græcæ scientissimus Combefisius ἐγκυήσας hic legendum esse. Sed ejus conjecturam non sequimur, non quod displiceat, imo placet maxime, sed quod nullius ms. auctoritate innitatur. Aliquanto post editio Paris. υἱὸς ἐκείνου ᾧ : sed mss. omnes υἱὸς ᾧ, bene. Subinde Reg. primus et Colb. septimus διαβόλου γεγένηται

Digitized by Google

εἰς ὃν ἐβλήθη ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ Ἰωσήφ. Καὶ ὅτε πατάσσεται (87) *Ἀπὸ πρωτοτόκου Φαραὼ ἕως πρωτοτόκου τῆς αἰχμαλώτιδος τῆς ἐν τῷ λάκκῳ.* Καὶ ἐν τοῖς Ψαλμοῖς· *Προσελογίσθην μετὰ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον.* Καὶ ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ φησίν· *Ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους, οἳ οὐ δυνήσονται ὕδωρ* (88) *συνέχειν.* Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ Δανιὴλ λάκκος λεόντων ἀναγέγραπται, εἰς ὃν ῥίπτεται Δανιήλ. Φρέαρ δὲ ὄρυσσει Ἀβραάμ· καὶ οἱ παῖδες τοῦ Ἰσαάκ· καὶ ἐπὶ φρέαρ ἐξελθὼν ἀνεπαύετο Μωϋσῆς. Καὶ ἐντολὴν λαμβάνομεν ἀπὸ τοῦ Σολομῶντος πίνειν ὕδατα ἀπὸ ἡμετέρων ἀγγείων καὶ ἀπὸ ἡμετέρων φρεάτων πηγῆς. Καὶ ὁ Σωτὴρ παρὰ τῷ φρέατι τῇ Σαμαρείτιδι περὶ θείων μυστηρίων διαλέγεται. Τὴν δὲ αἰτίαν τοῦ ἐπὶ χειρόνων μὲν τοὺς λάκκους τετάχθαι, ἐπὶ κρειττόνων δὲ τὰ φρέατα, νομίζομεν ταύτην ὑπάρχειν· ἐπίκτητον τὸ ὕδωρ ἐν τοῖς λάκκοις, πῖπτον ἐξ οὐρανοῦ· ἐν δὲ τοῖς φρέασι φλέβες ὑδάτων κεχωσμέναι, πρὶν ὀρυχθῆναι τοὺς τόπους, φανεροῦνται, περιαιρεθέντων τῶν ἐπικαλυπτόντων χωμάτων, καὶ οἱασδήποτε οὐσίας ἐπικειμένης, ἥτις πᾶσά ἐστι γῆ. Καὶ ἐν ταῖς ψυχαῖς τοίνυν ἐστὶν οἱονεὶ ὄρυγμα, ἐν αἷς καταπίπτει τὰ κρείττονα μεταβάλλοντα καὶ παραχαραττόμενα, ὅτε τις τὰς περὶ τῶν καλῶν ἐννοίας πεσούσας εἰς αὐτὸν τρέπει, ἐπὶ τὸ κακουργότερον αὐτὰς διαστρέφων, καὶ ἐπὶ τὰ ἐναντία τῇ ἀληθείᾳ, οὐδὲν οἰκεῖον βεβουλευμένος ἔχειν καλόν. Καὶ πάλιν φρέατα, ὅτε, περιαιρεθέντων (89) τῶν ἐπικαλυπτόντων χειρόνων, ἀναλάμπει φῶς καὶ πηγὴ ὕδατος ἐν λόγῳ καὶ δόγμασι ποτίμου. Διὰ τοῦτο ἕκαστον ἑαυτῷ φρέαρ κατασκευάσαι ἀναγκαῖον, ἵνα τηρήσῃ τὴν προειρημένην ἐντολὴν τὴν λέγουσαν· *Πίνε ὕδατα ἀπὸ σῶν ἀγγείων, καὶ ἀπὸ σῶν φρεάτων πηγῆς.* Οὕτω γὰρ χρηματίσομεν τέκνα τῶν ὀρυξάντων τὰ φρέατα, Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ. Λάκκον δὲ οὐ ποιητέον, ἵνα μὴ ἐμπέσωμεν (90) εἰς τὸ ὄρυγμα, κατὰ τὸ ἐνθάδε εἰρημένον, μηδὲ ἀκούσωμεν τὰ ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ ἐπ' ὀνειδισμῷ τῶν ἁμαρτανόντων ἀναγεγραμμένα, τοῦ Θεοῦ λέγοντος περὶ αὐτῶν ἃ καὶ πρὸ βραχέως παρεθέμεθα· *Ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους, οἳ οὐ δυνήσονται ὕδωρ αὐτοῖς συνέχειν.*

A puteus aquæ in malam. Lacus enim est, in quem a suis fratribus conjectus est Joseph. Et cum cædes facta est *A primogenito Pharaonis, usque ad primogenitum captivæ quæ in lacu* [73]. Et in Psalmis : *Æstimatus sum cum descendentibus in lacum* [74]. Et in Jeremia : *Me fontem aquæ vivæ*, inquit, *dereliquerunt, et foderunt sibi lacus contritos, qui non poterunt continere aquam* [75]. Atque etiam in Daniele lacus leonum descriptus est, in quem dejicitur Daniel ipse. Puteum autem effodit Abraham : item pueri Isaac : et ad puteum progressus requiescebat Moses. Et jubemur a Salomone aquam bibere ex nostris vasis, et ex puteorum nostrorum fonte [76]. Quin etiam Salvator ipse juxta puteum cum Samaritana de divinis mysteriis disserit. Causam vero cur lacus B in pejus, putei vero in melius usurpentur, hanc esse existimamus ; quod aqua in lacubus sit adventitia, quippe quæ e cœlo cadat : in puteis vero aquarum venæ, antequam loca effodiantur, aggesta humo obrutæ, jam se prodant, si modo aggeres eas tegentes, aut alia quævis incumbens substantia, quæ ipsamet tota terra est, submoveantur. Et vero veluti fossa est in animabus, in quas cadunt optima, quæ mutantur et adulterantur, tum, cum quispiam honesti rectique cogitationes sibi illapsas pellit, eas ad pejora, et ad ea quæ veritati adversantur, distorquens : quippe nullum bonum familiare ac proprium habere statuit. Contra, putei sunt in anima, cum lux, vitiis quæ integebant ablatis, affulget, et fons aquæ quæ per sermonem et dogmata potui dari po- C test. Quapropter est unicuique necesse, sibi puteum præparare, ut mandatum memoratum servet, quo dicitur : *Bibe aquas de tuis vasis, et de puteorum tuorum fonte* [77]. Sic enim prius appellabimur filii puteos effodientium, Abrahæ, et Isaac, et Jacob. Lacus autem faciendus non est, ne in fossam incidamus ita, ut hic dicitur, neve audiamus ea quæ in Jeremia in peccatorum probrum et dedecus scripta sunt, Deo de ipsis dicente quod paulo ante retulimus : *Me fontem aquæ vivæ dereliquerunt, et foderunt sibi lacus contritos, qui non poterunt* ipsis con- D *tinere aquam.*

ΕΙΣ ΤΟΝ ΙΑ' ΨΑΛΜΟΝ.

Κύριε, τίς παροικήσει ἐν τῷ σκηνώματί σου, ἢ τίς κατασκηνώσει ἐν ὄρει ἁγίῳ σου ;

1. Τὸν τέλειον ἡμῖν ὁ λόγος ὑπογράψαι βουλόμε-

IN PSALMUM XIV (*a*).

Domine, quis peregrinabitur in tabernaculo tuo, aut quis requiescet (91) *in monte sancto tuo ?*

1. Scriptura, dum virum perfectum nobis descri-

[73] Exod. XII, 29. [74] Psal. LXXXVII, 5. [75] Jerem. II, 13. [76] Prov. V, 15. [77] ibid.

(87) *Καὶ ὅτε πατάσσεται.* Hoc loco ellipsis est. Supple vocem Αἴγυπτος, *et cum percutitur Ægyptus a primogenito Pharaonis.*

(88) Colbertini quartus et septimus αὐτοῖς ὕδωρ. Sed vox αὐτοῖς non in LXX solum, sed etiam in editis et in aliis mss. deest. Paulo post Colb. quartus ἔῤῥιπται. Subinde idem codex ὀρόσσουσιν.

(89) Mss. quinque καλόν· καὶ ἕτερα, ὅτε, περιαιρεθέντων. At lectionem Colb. quarti prætulimus, et editorum. Infra mss. τὰ φρέατα. Deest articulus in editis.

(90) Mss. duo καταπέσωμεν. Alii tres πέσωμεν. Nec ita multo post mss. aliquot ὃ καὶ πρό.

(91) Vulgata *habitabit.* Augustinus *veregrinabi-*

(*a*) De hac homilia, quæ hucusque tanquam supposita in Appendice legebatur, hæc habet Aug. Mar. Bandinius *ad* cod. VIII, plut. IV, t. I, p. 332 : « Ex nostri codicis antiquitate, sæculo XI conscripti, qui forte alicui Græcorum monasterio pro eorum temporum liturgia inserviebat, argui posset homiliam hanc ante illud tempus etiam S. Basilio adjudicatam fuisse, eique propterea locum assignandum ante sequentem, cujus titulus ac prima verba aliam in eumdem psalmum homiliam supponunt. » Edit.

Digitized by Google

bere vult, eum videlicet, qui adepturus sit beatitudinem, ordine quodam ac via in iis, quæ circa ipsum considerantur, usa, ab iis quæ magis obvia sunt et prima, initium duxit. VERS. 1. *Domine, quis peregrinabitur in tabernaculo tuo?* Peregrinatio est commoratio temporaria, quæ vitam non stabilem, sed transitoriam ob spem ad meliora emigrandi indicat. Est autem viri sancti, hanc quidem vitam transire, ad alteram vero festinare. Ideo et David de se ipso ait: *Incola ego sum apud te, et peregrinus, sicut omnes patres mei*[78]. Incola enim fuit Abraham, qui ne passum quidem pedis terræ propriæ possedit; sed ubi opus ei sepulcro fuit, id argento mercatus fuisse perhibetur[79-80]. Ostendit scilicet Scriptura, in carne viventem, incolam esse oportere, migrantem vero ex hac vita, in locis propriis requiescere. Propterea in hac vita incola est cum alienigenis: in sepultura vero propriam terram corpus suum excepturam sibi ipse comparavit. Porro beatum plane fuerit, rebus terrenis non ut propriis addictum esse, neque rebus præsentibus tanquam naturali cuidam patriæ adhærere: sed nosse lapsum te esse a melioribus, teque ex multa in hac ista vita afflictatum perinde peregrinari, atque peregrinantur illi, qui ob aliqua delicta a judicibus ex patria pulsi sunt in exsilium. Rarus autem is est, qui præsentibus non ut propriis studeat, qui divitiarum usum sciat ad tempus esse concessum, qui bonam corporis habitudinem arbitretur brevi tempore duraturam, qui humanæ gloriæ florem inconstantem esse agnoscat. *Quis igitur peregrinabitur in tabernaculo tuo?* Tabernaculum Dei caro dicitur, quam ipse animæ hominis dedit habitationis loco. Quis huic carni ut alienæ attendet? Quemadmodum incolæ aliena terra conducta, colunt agrum ad locatoris voluntatem: ita et nobis ex syngrapha commissa est carnis cura; ut eam decenter excolentes, largitori frugiferam reddamus. Quod si Deo digna est caro, revera Dei tabernaculum efficitur, ad eum modum, quo habitat in sanctis. Jam vero incolæ caro est ejusmodi. Idcirco ait: *Domine, quis peregrinabitur in tabernaculo tuo?* Deinde profectus quidam et progressio ad quiddam perfectius sit. *Et quis requiescet in monte sancto tuo?* Judæus quidem terrester cum montem audit, ad Sion recurrit. *Quis requiescet in monte sancto tuo?* Qui in carne tanquam peregrinus habitavit, in monte sancto tuo requiescet.

νος, τὸν τῶν μακαρισμῶν ἐπιτυγχάνειν μέλλοντα, τάξει τινὶ καὶ ὁδῷ τῶν περὶ αὐτὸν θεωρουμένων χρησάμενος, ἀπὸ τῶν προσεχεστέρων καὶ πρώτων τὴν ἀρχὴν πεποίηται. *Κύριε, τίς παροικήσει ἐν τῷ σκηνώματί σου;* Ἡ παροικία ἐστὶ διαγωγὴ πρόσκαιρος, οὐχ ἱδρυμένην ζωὴν, ἀλλὰ παροδικὴν, ἐπ' ἐλπίδι τῆς ἐπὶ τὰ κρείττονα μεταστάσεως, ὑποφαίνουσα. Ἁγίου δὲ ἀνδρὸς, παροδεύειν μὲν τὸν βίον τοῦτον, ἐπείγεσθαι δὲ πρὸς ἑτέραν ζωήν. Διὸ καὶ ὁ Δαβὶδ περὶ ἑαυτοῦ φησι· *Πάροικος ἐγώ εἰμι παρὰ σοὶ* (92 93), *καὶ παρεπίδημος, καθὼς οἱ πατέρες μου.* Πάροικος γὰρ Ἀβραὰμ, οὐδὲ βῆμα ποδὸς ἰδίας γῆς κεκτημένος, ἀλλ' ὅτε ταφῆς αὐτῷ ἐδέησεν, ἀργυρίου κτησάμενος ταύτην φαίνεται· δεικνύντος τοῦ λόγου, ὅτι ζῶντα μὲν ἐν τῇ σαρκὶ πάροικον εἶναι προσήκει, μεταβαίνοντα δὲ ἀπὸ τῆς ζωῆς ταύτης, τοῖς οἰκείοις τόποις ἐναναπαύεσθαι. Διὰ τοῦτο ἐν μὲν τῇ ζωῇ ταύτῃ (94) παροικεῖ τοῖς ἀλλοφύλοις, ἐν δὲ τῇ ταφῇ οἰκείαν ἑαυτῷ τὴν δεξομένην αὐτοῦ τὸ σῶμα γῆν ἐπραγματεύσατο. Μακάριον δὲ τῷ ὄντι, μὴ ὡς οἰκείοις προστετηκέναι τοῖς ἐν τῇ γῇ, μηδὲ ὥσπερ πατρίδος τινὸς φυσικῆς ἀντέχεσθαι τῶν ἐνταῦθα, ἀλλ' εἰδέναι τὴν (95) ἀπὸ τῶν βελτιόνων ἀπόπτωσιν, καὶ τὴν ἐκ καταδίκης ἐνθάδε διαγωγὴν βαρυνόμενον, οὕτω παροικεῖν, ὡς οἱ ὑπὸ δικαστῶν τινων ἐπί τισι πλημμελήμασιν εἰς τὴν ὑπερορίαν ἐκ τῆς ἐνεγκούσης ἀπελαθέντες. Σπάνιος δὲ ὁ τοιοῦτος, ὁ μὴ ὡς ἰδίοις προσέχων τοῖς παροῦσιν· ὁ τοῦ πλούτου τὴν χρῆσιν πρόσκαιρον ἐπιστάμενος· ὁ τοῦ σώματος τὴν εὐεξίαν ὀλιγοχρόνιον τιθεὶς· ὁ γνωρίζων τῆς ἀνθρωπίνης δόξης (96) τὸ ἄνθος ἀβέβαιον. *Τίς οὖν παροικήσει ἐν τῷ σκηνώματί σου;* Σκήνωμα τοῦ Θεοῦ ἡ παρ' αὐτοῦ δεδομένη σὰρξ τῇ τοῦ ἀνθρώπου ψυχῇ εἰς ἐνοίκησιν ὀνομάζεται. Τίς ὡς ἀλλοτρίᾳ τῇ σαρκὶ ταύτῃ προσέξει; Ὥσπερ οἱ πάροικοι, ἀλλοτρίαν ἐκμισθούμενοι (97) γῆν, πρὸς τὸ βούλημα τοῦ ἐκδεδωκότος γεωργοῦσι τὴν χώραν· οὕτω καὶ ἡμῖν κατὰ συγγραφὴν ἡ τῆς σαρκὸς ἐπιμέλεια παραδέδοται, ὥστε προσηκόντως αὐτὴν φιλοπονήσαντας, ἔγκαρπον ἀποδοῦναι τῷ δεδωκότι. Ἐὰν δὲ ᾖ Θεοῦ ἀξία ἡ σὰρξ, γίνεται τῷ ὄντι Θεοῦ σκήνωμα κατὰ τὴν ἐνοίκησιν αὐτοῦ τὴν εἰς τοὺς ἁγίους. Τοιαύτη δέ ἐστιν ἡ τοῦ παροικοῦντος. Διὰ τοῦτο, *Κύριε, τίς παροικήσει ἐν τῷ σκηνώματί σου;* Εἶτα προκοπὴ καὶ πρόοδος ἡ ἐπὶ τὸ τελειότερον. *Καὶ τίς κατασκηνώσει ἐν ὄρει ἁγίῳ σου;* Ἰουδαῖος μὲν ὁ γήϊνος, ὅταν ὄρος (98) ἀκούσῃ, πρὸς τὴν Σιὼν ἀποτρέχει. *Τίς κατασκηνώσει ἐν*

[78] Psal. xxxviii, 13. [79-80] Gen. xxiii, 16; Act. vii, 16.

tur; nec aliter exponunt Patres Græci. Infra mss. duo ὁσίου pro ἁγίου.

(92-93) Illud, παρὰ σοί, deest in aliquibus mss. Apud LXX paulo aliter, πάροικος ἐγώ εἰμι ἐν τῇ γῇ, καί, etc. Subinde editio Paris. Ἀβραὰμ ἦν. Sed vox ἦν neque in mss. reperitur, neque in editione Basil.

(94) Vox ταύτῃ deest in plurimis mss. Mox quinque mss. habent δεξαμένην. Alii quatuor δεξομένην. Lectio prior favere videtur iis, qui id dictum putant de Abrahamo: posterior ĭis, qui quemlibet hominem pie et religiose viventem hoc loco designari arbitrantur.

(95) Regii tertius et sextus εἰδέναι πάντα πιστὸν τήν, male.

(96) Colb. quartus φύσεως pro δόξης. Non multo post Reg. et Colb. quartus τίς δὲ ὡς.

(97) Reg. secundus et Colb. sextus ἐκμισθωσάμενοι. Ibidem legitur in duobus mss. φιλοπονήσαντες. Alii mss. habent φιλοπονήσαντας. Hoc ipso in loco quinque mss. παραδοῦναι. Alii tres mss. cum editis ἀποδοῦναι.

(98) Multi mss. et editi ὄρος. Alii tres ὄρους. Paulo post duo mss. ὁ δὲ τῇ. Subinde duo mss. ὡς ἀλλοτρίᾳ.

Digitized by Google

τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ σου; Ὁ τῇ σαρκὶ παροικήσας ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει κατασκηνώσει. Ὄρος ἐκεῖνο, τὴν ὑπερουράνιον χώραν, τὴν περιφανῆ καὶ λαμπράν· περὶ οὗ ὁ Ἀπόστολος λέγει, ὅτι *Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ*, ἐν ᾗ πανήγυρις ἀγγέλων, καὶ Ἐκκλησία *πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς*.

A Mons ille locum cœlestem, splendidum et conspicuum significat, de quo Apostolus ait : *Accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem*, in qua est celebritas angelorum, et Ecclesia *primitivorum, qui conscripti sunt in cœlis*[81].

2. Ἐπὰν οὖν τις παρέλθῃ τὴν σάρκα ταύτην ἀπροσπαθῶς ὡς ἀλλοτρίαν παροικῶν, καὶ (99) οὐχ ὡς ἰδίας ἐξηρτημένος, οὗτος, διὰ τὸ νεκρῶσαι αὐτοῦ τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὸν ἁγιασμὸν κατορθώσας, ἄξιός ἐστι τῆς ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει κατασκηνώσεως· ἧς ἐπιθυμῶν ὁ Ψαλμῳδὸς ἔλεγεν, ὅτι *Διελεύσομαι ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς*· καὶ τὸ, *Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων*. Ἐκεῖ ἡμᾶς καὶ ἡ πρὸς τοὺς πλησίον τῷ λόγῳ ἐκείνης τῆς ἐν τῷ ὄρει κατασκηνώσεως, καὶ ἡ ἐκ τοῦ μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας γινομένη φιλία (1) κατασκηνοῖ. *Ποιήσατε γὰρ ἑαυτοῖς φίλους ἐκ τοῦ μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας, ἵνα, ὅταν ἐκλίπητε, δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς*. Περὶ ἐκείνης τῆς διαγωγῆς ὁ Κύριος ἐν εὐχῇ εἶδει ἔλεγε τὸ (2), Πάτερ ἅγιε, δὸς ἵνα, ὅπου ἐγώ εἰμι, καὶ αὐτοὶ ὦσι. Σπάνιος καὶ ὁ παροικῶν ἐν τῷ σώματι, καὶ ὁ κατασκηνῶν ἐν τῷ ὄρει. Διὰ τοῦτο ὡς ἀπορῶν ὁ λόγος φησί· *Τίς παροικήσει;* καὶ, *Τίς κατασκηνώσει;* ὡς τὸ, *Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου;* καὶ τὸ, *Τίς ἀναγγελεῖ ὑμῖν, ὅτι πῦρ καίεται;* καὶ τὸ, *Τίς ἀναγγελεῖ ὑμῖν τὸν τόπον τὸν αἰώνιον;* καὶ τὸ, *Τίς ἄρα ὁ πιστὸς καὶ φρόνιμος οἰκονόμος;* Τάχα δὲ καὶ ἐρωτηματικόν ἐστι τὸ, *Τίς*, ὡς ἀπόκρισιν ἐπιζητοῦντος παρὰ τοῦ Κυρίου τοῦ ἁγίου, ᾧ διαλέγεται. Πρὸς ὃν ἡ θεία φωνὴ, λύουσα τὸ ἐπερώτημα, τί φησι; *Πορευόμενος ἄμωμος, καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην*. Εἰ ἄμωμός ἐστιν ὁ μηδενὸς τῶν ἀγαθῶν ἐλλιπὴς, ἀπὸ πάσης κακίας ἀπταίστως τὸν βίον ἑαυτοῦ διεξάγων, τίνα ἔχει πρὸς τὸν ποιοῦντα δικαιοσύνην διαφοράν; Ἆρ' οὖν τὸν αὐτὸν νοῦν ἐν διπλοῖς ῥήμασιν ἀπαγγέλλει· *Πορευόμενος ἄμωμος, καὶ ἐργαζόμενος* (3) *δικαιοσύνην*; Ἢ ἰδίαν τινὰ διάνοιαν ἑκάτερον τῶν εἰρημένων παρίστησιν; ἵνα ᾖ ὁ μὲν ἄμωμος ὁ κατὰ τὸν ἐν κρυπτῷ ἄνθρωπον εἰς πᾶσαν τελείωσιν ἀρετῆς ἀπηρτισμένος, ὁ δὲ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην ὁ τὸ πρακτικὸν ἑαυτοῦ διὰ τῶν σωματικῶν ἐνεργειῶν τελειῶν. Δεῖ γὰρ οὐ μόνον ποιεῖν τὴν δικαίαν πρᾶξιν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ διαθέσεως δικαίας ἐργάζεσθαι· κατὰ τὸ εἰρημένον, ὅτι *Δικαίως τὸ δίκαιον διώξεις*·

2. Postquam igitur quispiam hac carne quasi in transcursu citra affectum usus est, eam ut alienam incolens, nec ei ut propriæ deditus, is propterea quod sua membra, quæ sunt super terram, mortificavit[82], exercuitque sanctimoniam, dignus est qui in monte sancto requiescat, cujus requiei cupidus Psalmista dicebat : *Transibo in locum tabernaculi admirabilis*[83] ; et : *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum*[84] ! Illic nobis et proximi amor, qui causa requiei illius in monte fruendæ exhibetur, et amor qui ex mammona iniquitatis nascitur, habitationem præbet. *Facite enim vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula*[85]. De hac commoratione Dominus per modum precandi ait : Pater sancte, da, ut ubi sum ego, et illi sint[86]. Rarus autem tum qui in corpore tanquam incola habitat, tum qui in monte requiescit. Propterea Scriptura ut dubitans ait : *Quis peregrinabitur?* et, *Quis requiescet?* **107** Quemadmodum illud : *Quis cognovit mentem Domini*[87] ? Item illud : *Quis annuntiabit vobis quod ignis ardet*[88] ? Et illud : *Quis annuntiabit vobis locum æternum*[89] ? et, *Quis, putas, fidelis est, et prudens dispensator*[90] ? Fortasse autem et illud, *Quis*, interrogative dicitur, quasi responsum exquireret a Domino sancto, ad quem loquitur. Cui quid respondet divina vox, quæstionem solvens ? Vers. 2. *Qui ingreditur sine macula, et operatur justitiam.* Si is qui nullo bono caret, et suam ipsius vitam sine nullo peccato inoffense transigit, sine macula est ; in quo ab eo qui justitiam facit, differt ? Num igitur eumdem sensum enuntiat duplicibus verbis : *Qui ingreditur sine macula, et operatur justitiam?* An propriam quamdam significationem verbum utrumque præfert ? adeo ut is sit sine macula, qui omni virtutis perfectione absolutus est secundum absconditum hominem, ille vero operetur justitiam, qui agendi vim per corporales actiones perficit. Oportet enim non solum bonum opus facere, sed etiam illud justo rectoque animo agere, juxta id quod dictum est : *Ju-*

[81] Hebr. XII, 22. [82] Coloss. III, 5. [83] Psal. XLI, 5. [84] Psal. LXXXIII, 2. [85] Luc. XVI, 9. [86] Joan. XIV, 3. [87] Isa. XL, 13. [88] Isa. XXXIII, 14. [89] ibid. [90] Luc. XII, 42.

(99) Sic mss. plerique omnes. Deest καὶ in editis. Statim illa, ἕως τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ, adjecta sunt in Reg. tertio post vocem θαυμαστῆς : sed hoc videtur merum additamentum esse otiosi cujusdam librarii ; eoque magis, quod ea quæ exscripsimus verba in aliis septem mss. desint. Haud longe in duobus mss. additur φησὶν post ἑαυτοῖς.

(1) *Καὶ ἡ... φιλία.* Verte, *et comparata ex mammona iniquitatis amicitia*, id est, amici quos nobis facimus ex mammona iniquitatis. Maran.

(2) Mss. quatuor uno verbo διελέγετο. Alii mss. cum editis ἔλεγε τό. Colb. sextus et Reg. secundus simpliciter ἔλεγε, Πάτερ. Infra Reg. secundus et Colb. sextus λύουσα τὸ ἐρώτημα. Ibidem Reg. tertius ἀκολούθως τί φησι.

(3) Editio Paris. cum uno aut altero ms. ἐργαζόμενός φησι : sed vox φησὶ deest in aliis septem mss. et in editione Basil. Mox Reg. tertius κατὰ τὸν κρυπτόν. Infra mss. aliquot δεικνύς pro τελειῶν, sed ita tamen, ut major pars mss. habeat τελειῶν.

Digitized by Google

ste quod justum est persequeris[91]; hoc est, cum ratione justitiæ absolvendum est opus. Idiota, verb gratia, medicinam quidem aliquam conficit, ad ægrotantium utilitatem tendentem, sed is hoc non item medicorum more præstitit, quod nihil artis teneat, quod opus comitetur. Itaque qui ingreditur sine macula, mente perfectus est : qui vero operatur justitiam, secundum vocem Apostoli, inconfusibilis est Domini operarius[92].

3. Attendas velim accuratam dictionem. Non dixit, Qui ingressus est sine macula, sed, *Qui ingreditur sine macula;* neque, Qui operatus est justitiam, sed, *Qui operatur.* Non enim actio una virum probum perficit, sed ad omnem vitam extendi oportet virtutis opera. VERS. 3. *Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua.* Rursus et hic isthæc verba, loqui veritatem in corde, et non agere dolum in lingua sua, eamdem inter se habent cognationem, quæ erat inter immaculatum esse, et operari justitiam. Quemadmodum enim illic et eum qui in abscondito perfectus est, et eum qui agendi facultate recte utitur, Scriptura exhibet : ita et hic, quoniam id quod loquimur, ex cordis abundantia provenit[93], sermone ex interno affectu tanquam e fonte fluente; prius protulit veritatem in corde manentem, deinde ejus qui per linguam emittitur sermonis sinceritatem. Duas autem intelligentias reperimus veritatis : unam, rerum ad beatam vitam conducentium comprehensionem ; alteram sanam cujuscunque rei ad vitam attinentis cognitionem. Illam igitur veritatem, salutis adjutricem, in hominis perfecti corde insidentem, oportet sine dolo in omnibus proximo exhibere. Verum in sæculi rebus si forte a veritate excidat vir probus, nihil inde impedietur, quominus proposita assequatur. Quot enim stadia sint terræ, vel maris, quotve stellæ moveantur, et quantum altera alteri celeritate præstet, si in iis ignoremus veritatem, nihil prohibebit quin promissam in Evangeliis beatitudinem adipiscamur. Fortasse autem et tale quid Scriptura nobis declarat, quod ea quæ ad veritatem spectant, hoc est mystica, non omnibus dicere convenit, sed proximo : id est, non vulgo prodere, sed mysteriorum participibus. Quod si veritas est Dominus noster[94], hanc veritatem impressam, et quodammodo obsignatam unusquisque in corde nostro retineamus : de qua nobiscum in cordibus loquentes, ne verbum Evangelii, dum illud nostro proximo prædicamus, dolo ullo aspergamus. *Qui non egit dolum in lingua sua.* Dolus in multis Scripturæ locis ut inimicus Dei traducitur. *Disperdat,* inquit, *Dominus universa labia dolosa*[95]. Rursus, *Do-*

τουτέστι, μετὰ τοῦ λόγου τῆς δικαιοσύνης ἐπιτελεῖ τὴν πρᾶξιν. Οἷον ποιεῖ μὲν γάρ τι ἰατρικὸν πρὸς ὠφέλειαν φέρον τῶν ἀσθενούντων ὁ ἰδιώτης, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἰατρικῶς ἐποίησεν ὁ τοιοῦτος, τῷ μὴ ἔχειν (4) τι τῆς τέχνης τῇ ἐνεργείᾳ συνεπόμενον. Πορευόμενος οὖν ἄμωμος ὁ κατὰ νοῦν τέλειος· ἐργαζόμενος δὲ δικαιοσύνην ὁ κατὰ τὴν τοῦ Ἀποστόλου φωνὴν ἀνεπαίσχυντος τοῦ Κυρίου ἐργάτης.

3. Πρόσχες δὲ τῇ ἀκριβείᾳ τῆς λέξεως. Οὐκ εἶπε, Πορευθεὶς ἄμωμος, ἀλλὰ, *Πορευόμενος ἄμωμος·* οὐδὲ, Ἐργασάμενος δικαιοσύνην, ἀλλ', *Ἐργαζόμενος.* Οὐ γὰρ μία πρᾶξις τελειοῖ τὸν σπουδαῖον, ἀλλὰ παντὶ προσῆκε τῷ βίῳ τὰς κατ' ἀρετὴν ἐνεργείας συμπαρατείνεσθαι. *Λαλῶν ἀλήθειαν ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, ὃς οὐκ ἐδόλωσεν ἐν γλώσσῃ αὐτοῦ.* Πάλιν καὶ ἐνταῦθα τὴν αὐτὴν ἔχει κοινωνίαν πρὸς ἄλληλα τὸ λαλεῖν ἀλήθειαν ἐν καρδίᾳ, καὶ τὸ μὴ δολοῦν ἐν γλώσσῃ αὐτοῦ· ὁποίαν εἶχε τὸ εἶναι ἄμωμον πρὸς τὸ ἐργάζεσθαι δικαιοσύνην. Ὡς γὰρ ἐκεῖ καὶ τὸν ἐν κρυπτῷ τέλειον, καὶ τὸν ἐν τῷ πρακτικῷ εὐοδούμενον ὁ λόγος παρίστησιν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα (5), ἐπειδὴ τὸ λαλούμενον ἐκ τοῦ περισσεύματός ἐστι τῆς καρδίας, οἷον ἀπὸ πηγῆς τῆς ἔνδον διαθέσεως τοῦ λόγου ῥέοντος, πρότερον εἶπε τὴν ἐν καρδίᾳ ἀλήθειαν, εἶτα τὸ ἐν τῷ λόγῳ ἄδολον τῷ διὰ τῆς γλώσσης ἐνεργουμένῳ. Δύο δὲ τὰ σημαινόμενα τῆς ἀληθείας εὑρήσομεν· ἓν μὲν τὴν περὶ τῶν πραγμάτων τῶν ἐπὶ τὸν μακάριον βίον φερόντων κατάληψιν, ἕτερον δὲ τὴν περὶ οἱουδήποτε τῶν κατὰ τὸν βίον εἴδησιν ὑγιῆ. Ἐκείνην μὲν οὖν τὴν ἀλήθειαν, τὴν συνεργὸν τῆς σωτηρίας ἐν τῇ καρδίᾳ οὖσαν τοῦ τελείου, χρὴ ἀδόλως ἐν πᾶσι τῷ πλησίον παραδιδόναι· ἐν δὲ τοῖς κατὰ τὸν βίον πράγμασιν, ἐάν που καὶ διαπίπτῃ τῆς ἀληθείας ὁ σπουδαῖος, οὐδὲν ἐμπόδιον αὐτῷ εἰς τὰ προκείμενα ἔσται. Πόσοι γὰρ στάδιοι γῆς ἢ θαλάσσης, καὶ πόσοι κινοῦνται τῶν ἀστέρων, καὶ πόσον ἕτερος τοῦ ἑτέρου προέχει τῷ τάχει, ἐὰν μὴ εἰδῶμεν τὴν ἐν τούτοις ἀλήθειαν, οὐδὲν ἡμῖν ἐμποδίσει πρὸς τὸ ἐπιτυχεῖν τῆς ἐν ἐπαγγελίαις μακαριότητος. Τάχα δέ τι καὶ τοιοῦτον ἡμῖν ὁ λόγος παρίστησιν, ὅτι τὰ περὶ ἀληθείας, τουτέστι, τὰ μυστικὰ, λαλεῖν προσῆκεν οὐ παντὶ, ἀλλὰ τῷ πλησίον· ἀντὶ τοῦ, οὐκ εἰς τοὺς τυχόντας ἐκφαίνειν, ἀλλὰ τοὺς κεκοινωνηκότας τῶν μυστηρίων. Εἰ δὲ (6) ἀλήθεια ὁ Κύριος ἡμῶν ἐστιν, ἐντετυπωμένην καὶ οἱονεὶ ἐσφραγισμένην τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ ταύτην τὴν ἀλήθειαν ἕκαστος ἔχωμεν· περὶ ἧς λαλοῦντες ἐν ταῖς καρδίαις ἑαυτοῖς, μὴ δολῶμεν τὸν λόγον τοῦ Εὐαγγελίου ἐν τῷ ἀναγγέλειν τοῖς πλησίον ἡμῶν τὸ κήρυγμα. *Ὃς οὐκ ἐδόλωσεν ἐν γλώσσῃ αὐτοῦ.* Πολλαχοῦ (7) ὡς ἐχθρὸς τοῦ Θεοῦ ὁ

[91] Deut. xvi, 20. [92] II Tim. ii, 15. [93] Matth. xii, 24. [94] Joan. xiv, 6. [95] Psal. xi, 3.

(4) Τῷ μὴ ἔχειν. Hoc est, quia id facit fortuito ac temere, non ex artis præcepto. Paulo post mss. tres habent Χριστοῦ pro Κυρίου. Ibidem Colb. quartus πρόσεχε. Infra Reg. sextus συμπαρεκτείνεσθαι. Hoc ipsum verbum legitur quidem in Colb. quarto quoque, sed in margine duntaxat.

(5) Mss. quinque οὕτω καί. Editi cum quatuor mss. οὕτως ἐνταῦθα. Ibidem quatuor mss. ἔνδοθεν. Editi cum quinque mss. ἔνδον. Paulo post Colb. quartus εὕραμεν. Infra idem ms. ἐντυχόντας.

(6) Editio Paris. εἰ δὲ ἡ. Hic articulus non reperitur neque in nostris mss. neque in editione Basil.

(7) Editio Paris. et mss. quinque πανταχοῦ. Editio Basil. cum tribus mss. πολλαχοῦ. Lectio utraque

Digitized by Google

δόλος ἐν τῇ Γραφῇ διαβέβληται. Ἐξολοθρεύσαι, φησί, *Κύριος πάντα τὰ χείλη τὰ δόλια* · καὶ, *Δόλος ἐν καρδίᾳ τεκταινομένων* (8) *κακά*. Πᾶν δὲ τὸ κρεῖττον ἐν τῇ τοῦ χείρονος ἐπιμιξίᾳ δολοῦσθαι λέγεται, ὡς οἶνος δολοῦται τῷ χείρονα αὐτῷ παραμίγνυσθαι (9), ἢ τὸ ὕδωρ αὐτῷ παρακίρνασθαι· καὶ χρυσὸς δολοῦται ἐν τῇ πρὸς ἄργυρον καὶ χαλκὸν κοινωνίᾳ· οὕτω καὶ ἀλήθεια δολοῦται, τοῖς ἁγίοις λόγοις τῶν δυσφημοτέρων παραπλακέντων.

lus in corde fabricantium mala[7]. Porro quodcunque bonum mali permistione dolo inquinari dicitur. Sic vinum dolo inficitur, cum ei quid pejus admiscetur, vel cum aqua ipsi affunditur; item aurum dolo afficitur tum cum argento et æri conjungitur: ita et veritas dolo deturpatur, si verbis sanctis connectantur blasphemiæ.

4. Οὐδὲ ἐποίησε τῷ πλησίον αὐτοῦ κακόν. Τίνα λέγει τὸν πλησίον ὁ λόγος, οὐδεὶς ἀμφιβάλλει τῶν ἀκουσάντων τοῦ Εὐαγγελίου πρὸς τὸν ἐρωτήσαντα· *Καὶ τίς ἐστί μου πλησίον;* Ὃν ὁ Κύριος εἶπε τὴν παραβολὴν τοῦ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καταβαίνοντος εἰς Ἰεριχώ· ὃν καὶ ἠρώτησε· *Τίς τούτων δοκεῖ σοι γεγονέναι πλησίον;* Κἀκεῖνος ἀπεκρίνατο, *Ὁ ποιήσας τὸ ἔλεος μετ' αὐτοῦ*. Ἐδίδαξε γὰρ διὰ τούτων πάντα ἄνθρωπον ἡγεῖσθαι πλησίον. Δυσκατόρθωτον δὲ καὶ τοῦτο, καὶ πολλῆς δεόμενον ἐπιμελείας, μήτε μικρῷ τινι, μήτε μείζονι καταβλάπτειν τὸν πλησίον· μὴ ἐν ῥήματι (10) βλάψαι· μὴ ἀποστερῆσαί τι τῶν καθηκόντων· μὴ βουληθῆναι αὐτῷ πονηρόν· μὴ βασκανίᾳ χρήσασθαι πρὸς τὰς εὐπραγίας τῶν πέλας. *Καὶ ὀνειδισμὸν οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ τοὺς ἐγγιστα αὐτοῦ*. Ἀμφίβολος ἡ λέξις· πότερον αὐτὸς ἄξια τοῦ ὀνειδίζεσθαι παρὰ τῶν ἐγγιστα οὐκ ἐποίησε, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἔλαβε παρ' αὐτῶν ὀνειδισμόν, ἢ οὐδένα τῶν ἐγγιστα αὐτός ὠνείδισε, τῶν ἐν ἀνθρωπίνοις πταίσμασι γενομένων, ἢ ἐν πτρώμασι σωματικοῖς, ἢ ἄλλοις τισὶν ὑστερήμασι τῆς σαρκὸς εὑρισκομένων. Οὔτε γὰρ τὸν ἁμαρτάνοντα ὀνειδιστέον κατὰ τὸ γεγραμμένον· *Μὴ ὀνείδιζε ἄνθρωπον ἀποστρέφοντα ἀπὸ ἁμαρτίας*. Οὐδὲ γὰρ ἔγνωμέν ποτε ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν πλημμελούντων τὸν ὀνειδισμὸν παρειλημμένον, τοῦ Ἀποστόλου ἐν ταῖς πρὸς τὸν ἑαυτοῦ μαθητὴν Τιμόθεον ὑποθήκαις ἔλεγχον μὲν καὶ παράκλησιν καὶ ἐπιτίμησιν ἐπιτρέψαντος, οὐδαμοῦ δὲ τὸν ὀνειδισμὸν, ὡς ἐναντίον, παραλαβόντος. Καὶ ἔοικεν ὁ μὲν ἔλεγχος τέλος ἔχειν τὴν διόρθωσιν τοῦ ἁμαρτάνοντος, ὁ δὲ ὀνειδισμὸς ἐπὶ ἀσχημοσύνῃ (11) τοῦ ἐπταικότος γίνεσθαι. Πενίαν δὲ, ἢ δυσγένειαν, ἢ ἀμάθειαν, ἢ σώματος ἀῤῥωστίαν ὀνειδίζειν πάντῃ ἄλογον, καὶ ἀλλότριον τοῦ σπουδαίου. Ἃ γὰρ οὐκ ἐκ προαιρέσεως ἡμῖν συμβαίνει, ταῦτα ἀκούσια· ἐπὶ δὲ τοῖς ἀκουσίοις ἐλαττώμασιν ἐλεεῖ-

4. *Nec fecit proximo suo malum.* Quem proximum **107** isthæc sententia designet, nemo dubitat eorum, qui audierunt Evangelium, quodam interrogante: *Et quis est meus proximus*[8]? Cui Dominus dixit parabolam illius, qui ab Jerusalem in Jericho descendebat: quem et interrogavit: *Quis horum videtur tibi proximus fuisse?* At ille respondit: *Qui fecit misericordiam in illum*[9]. Docuit enim his verbis hominem omnem putandum esse proximum. Hoc autem observatu difficile est, multamque requirit diligentiam, neque in parva, neque in magna re proximo nocere: non verbo offendere, non eum bonis suis spoliare, ei non male cupere, non lætis ac prosperis proximi rebus invidere. *Et opprobrium non accepit adversus proximos suos.* Ambigua dictio est, utrum ipse nihil fecerit, quod sibi merito exprobrari posset a proximo, ob idque opprobrium ab eo non acceperit; an opprobrio nullum proximorum affecerit, qui in humana delicta prolapsi sint, aut cum mutilatis corporis partibus, aut aliis quibusdam carnis defectibus fuerint deprehensi. Neque enim is qui peccat, probris insectandus est, uti scriptum est: *Ne improperes homini avertenti se a peccato*[10]. Neque enim novimus unquam ad delinquentium utilitatem opprobrium fuisse adhibitum. Nam Apostolus in suis ad discipulum Timotheum documentis, reprehensionem quidem et obsecrationem, et objurgationem permittit[11], nusquam vero opprobrium admisit, tanquam quod adversetur, ac contrarium sit. Et videtur quidem objurgatio finem habere peccatoris correctionem, opprobrium vero ad lapsi confusionem inferri. Paupertatem autem, aut ignobilitatem generis, aut corporis infirmitatem probro vertere, prorsus absurdum est et a viri probi moribus alienum. Quæ

[7] Prov. XII, 20. [8] Luc. X, 29. [9] ibid. 36, 37. [10] Eccli. VIII, 6. [11] II Tim. IV, 2; I Tim. IV, 13.

legitur in Reg. secundo. Mox editio Paris. ἐξολοθρεύσει. Editio Basil. et quinque mss. ἐξολοθρεύσαι, et ita quoque editum invenimus apud LXX.

(8) Editi cum majore parte mss. τεκταινομένων. Regii secundus et quartus et Colb. unus una cum LXX τεκτανομένου. Hæc in hunc locum notavit Combefisius: *Videtur esse Prov.* XXVI, 24, *deflexis paululum vocibus, ut Basilio non infrequens*: sed si diligentius conquisivisset illam Scripturæ sententiam, eam iisdem verbis et syllabis reperisset Prov. XII, 20. Aquilas Symmachusque et Theodotio τεκταινόντων. Vulgata *Dolus in corde cogitantium mala.*

(9) Reg. quartus ὡς ὁ οἶνος δολοῦται τῷ χείρονι αὐτὸν παραμ. Regii tertius et quartus habent αὐτῆς pro ἁγίοις. Alii sex mss. vulgatam lectionem tuentur.

(10) Colb. quartus ῥήμασι. Infra editio Paris. cum uno aut altero ms. πτρώσει σωματικῇ. At septem mss. cum editione Basil. πτρώμασι σωματικοῖς. Paulo post Reg. tertius et quartus cum editione Basil. ἐπιστρέφοντα.

(11) Codices octo ἀσχημοσύνῃ. Editi cum Colb. septimo αἰσχύνῃ. Infra Reg. secundus et Colb. sextus ἀποτυχόντας. Alii mss. et editi ἀτυχοῦντας.

Digitized by Google

enim nobis contingunt præter voluntatem, ea non sunt voluntaria. Atqui infelices illos ob vitia citra animi sententiam accidentia satius est miserari, quam eos contumelia afficere.

5. VERS. 4. *Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus : timentes autem Dominum glorificat.* Est animi prorsus magni, et inter quascunque humanarum rerum necessitates immoti, viriique justitiæ habitu summe exculti, unicuique jus tribuere; atque ad nihilum deducere malignos, tametsi principatus magnos obtinent, tametsi divitiis affluunt, tametsi natalium splendore sunt conspicui, tametsi sibi ipsi vindicant claritudinem, attamen si iniquitas sola in ipsis deprehenditur, tales ad nihilum deducere, hoc est, nihili æstimare, magni, inquam, animi est. Contra, timentes Dominum, quamvis sint pauperes, quamvis obscuris sint orti natalibus, quamvis sint sermonis imperiti, aut corpore infirmi, gloria cumulare, maximisque laudibus extollere, et beatos existimare, cum ejusmodi viros prædicare beatos sit a Spiritu edoctus. *Beati enim*, inquit, *omnes qui timent Dominum*[12]. Porro ejusdém animi est, et malignum quantumlibet ob claritudinem elatum ad nihilum deducere, et timenti Dominum, quanquam tenuis est, quanquam in vita pauper, quanquam aspernabilis, quanquam nihil externum, quo commendatio excitetur, possidet, gloriam dare. *Qui jurat proximo suo, et non decipit.* Cur tandem hic juramentum inter eas, quæ virum perfectum decent, virtutes locum obtinet, in Evangelio vero prorsus prohibitum est? *Quis peregrinabitur et quis requiescet? Qui jurat proximo suo, et non decipit.* Illic vero, *Ego autem dico vobis, ut ne juretis omnino*[13]. Quid igitur dicemus? Dominum scopo eidem ubique inhærere : quippe peccatorum occurrit effectibus, et malignitatem a prima origine exscindit. Quemadmodum enim dicebat lex antiqua : *Non mœchaberis*[14], Dominus vero, *Non concupisces*[15] : illa quidem : *Non occides*[16], hic vero perfectiora præscribens, *Non irasceris*[17] : sic sane etiam hoc loco illa quidem contenta est recto juramento : hic vero perjurii exscindit occasionem. Qui enim recte et vere jurat, fortasse etiam falli nonnunquam potest invitus : qui vero non jurat, perjurii vitavit periculum. Jam vero etiam multis in locis firmum et immutabile de unaquaque re propositum, juramentum vocat : ut est illud, *Juravi*,

5. Ἐξουδένωται ἐνώπιον αὐτοῦ πονηρευόμενος· τοὺς δὲ φοβουμένους τὸν Κύριον δοξάζει. Μεγαλοφυοῦς διανοίας καὶ πρὸς οὐδὲν κατακλινομένης τῶν ἀνθρωπίνων χρείᾳ (12), καὶ ἀνδρὸς τὴν τῆς δικαιοσύνης ἕξιν εἰς ἄκρον κατωρθωκότος, τὸ διανέμειν ἑκάστῳ τὰ πρὸς ἀξίαν· τούς τε πονηρευομένους ἐξουδενοῦν, κἂν τὰς μεγάλας τύχωσι δυναστείας περιβεβλημένοι, κἂν πλούτῳ κομῶντες κἂν περιφανείᾳ γένους, κἂν λαμπρότητα ἑαυτοῖς ἐπιφημίζοντες, πονηρία δὲ μόνη ἐνυπάρχουσα αὐτοῖς φωραθῇ, ἐξουδενοῦν τοὺς τοιούτους, τουτέστιν ἀντ' οὐδενὸς λογίζεσθαι. Ἐμπαλιν δὲ, τοὺς φοβουμένους τὸν Κύριον, κἂν πένητες ὦσι, κἂν ἀγενεῖς, κἂν ἰδιῶται τῷ λόγῳ, κἂν ἀσθενεῖς τῷ σώματι, δοξάζειν καὶ ὑπεραίρειν καὶ μακαρίους ἡγεῖσθαι, δεδιδαγμένον (13) παρὰ τοῦ Πνεύματος μακαρίζειν τοὺς τοιούτους. *Μακάριοι γὰρ*, φησὶ, *πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον.* Τῆς αὐτῆς δέ ἐστι διανοίας τόν τε πονηρευόμενον ἐξουδενῶσαι, κἂν ὑπεραίρηται λαμπρότητι, καὶ τὸν φοβούμενον τὸν Κύριον δοξάζειν, κἂν εὐτελὴς ᾖ, κἂν πένης ἐν τῷ βίῳ, κἂν εὐκαταφρόνητος, κἂν μηδὲν τῶν ἐκτὸς προκαλουμένων εἰς ἀποδοχὴν κεκτημένος. *Ὁ ὀμνύων τῷ πλησίον αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀθετῶν.* Τί δή ποτε ἐνταῦθα μὲν ἡ εὐορκία συγχωρεῖται ἐν τοῖς τῷ τελείῳ πρέπουσιν ἀνδραγαθήμασιν, ἐν δὲ τῷ Εὐαγγελίῳ παντελῶς ἀπηγόρευται; *Τίς παροικήσει, καὶ τίς κατασκηνώσει* (14); *Ὁ ὀμνύων τῷ πλησίον αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀθετῶν.* Ἐκεῖ δὲ, *Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ὀμόσαι ὅλως.* Τί οὖν φαμεν; Ὅτι πανταχοῦ τοῦ αὐτοῦ σκοποῦ ἔχεται ὁ Κύριος, προλαμβάνων τῶν ἁμαρτημάτων τὰ ἀποτελέσματα, καὶ ἐκ τῆς πρώτης ἀρχῆς ἐκτέμνων τὴν πονηρίαν. Ὡς γὰρ ὁ μὲν παλαιὸς ἔλεγε νόμος, *Οὐ μοιχεύσεις*· ὁ δὲ Κύριος, *Οὐδὲ ἐπιθυμήσεις*· κἀκεῖνος μὲν, *Οὐ φονεύσεις*· ὁ δὲ τὰ τελειότερα νομοθετῶν, *Οὐδὲ ὀργισθήσῃ*· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα ὁ μὲν ἀρκεῖται τῇ εὐορκίᾳ, ὁ δὲ τῆς ἐπιορκίας τὴν ἀφορμὴν διακόπτει. Ὁ μὲν γὰρ εὐορκῶν, τυχὸν ἂν (15) ποτε καὶ παρασφαλείη ἄκων· ὁ δὲ μὴ ὀμνύων, τὸν τῆς ἐπιορκίας κίνδυνον διαπέφευγε. Τὸν ὅρκον δὲ πολλαχοῦ καὶ τὴν ἀμετάθετον περὶ ἑκάστου πράγματος διαβεβαίωσιν ὀνομάζει· ὡς τὸ, *Ὤμοσα, καὶ ἔστησα τοῦ φυλάξασθαι τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου*· καὶ τὸ, *Ὤμοσε Κύριος, καὶ οὐ*

[12] Psal. CXXVII, 1. [13] Matth. V, 34. [14] Exod. XX, 14. [15] Matth. V, 28. [16] Exod. XX, 13. [17] Matth. V, 22.

(12) Sic codices sex cum editione Basil. Editio Paris. cum quibusdam mss. τῆς τῶν ἀνθρώπων χρείας, male. Nec ita multo post tres mss. τοὺς δὲ πον. Subinde mss. quatuor φωραθῇ. Editi cum aliis quinque mss. φωραθείη. Hoc ipso in loco multi mss. ἀντὶ τοῦ μηδενός.

(13) Reg. tertius διδασκόμενον. Colb. quartus δεδογμένον. Infra Reg. tertius προσκαλουμένων. Subinde illud, καὶ οὐκ ἀθετῶν, *et non decipit*, ita interpretatur Didymus : *Juramentum quod proximo factum est, irritum non reddit.*

(14) Illud, ἐν ὄρει ἁγίῳ σου, sequitur proxime in tribus mss. vocem κατασκηνώσει. Item Colb. secundus κατασκηνώσει ἐν ὄρει τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ. Reg. primus habet quoque ἐπ' ὄρει σου, sed in margine duntaxat. Facile autem crediderim hæc habenda esse pro additamentis librariorum.

(15) Sic mss. Editi vero τάχα ἄν. Paulo post aliquot mss. μηδὲ ὀμνύων.

Digitized by Google

μεταμεληθήσεται. Οὐχ ὅτι Θεὸν εἰς μαρτυρίαν τῶν λαλουμένων πιστοποιούμενον αὐτοῦ τὴν ἀμφιβολίαν παρήγαγεν, ἀλλ' ὅτι ἀτρέπτοις καὶ ἀκινήτοις δόγμασι τὴν τῆς ἐπαγγελίας χάριν τῷ Δαβὶδ ἐβεβαίωσεν. Οὕτως οὖν καὶ ἐνταῦθα δυνατὸν εἰρῆσθαι· *Ὁ ὀμνύων τῷ πλησίον αὐτοῦ* · τουτέστι, διαβεβαιούμενος τῷ πλησίον, καὶ οὐκ ἀθετῶν· ἵνα ᾖ σύμφωνον τῷ παρὰ τοῦ Κυρίου εἰρημένῳ, τῷ, *Ἔστω* (16) *δὲ ὑμῶν ὁ λόγος, ναὶ ναί, καὶ οὒ οὔ*. Περὶ τῶν τοιούτων πραγμάτων διαβεβαιούμενος κατάνευε· καὶ περὶ τῶν μὴ ὄντων, κἂν πάντες ἄνθρωποι παρακαλῶσι, μὴ συμπεισθῇς ποτε παρὰ τὴν τῆς φύσεως ἀλήθειαν διαβεβαιώσασθαι. Οὐ γέγονε τὸ πρᾶγμα, ἄρνησις ἐπακολουθείτω· γέγονε τὸ πρᾶγμα, συγκατάθεσις διαβεβαιούτω (17). Χωρὶς τῆς πρὸς ἕτερον ἐπιπλοκῆς αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν πειρῶ τὴν ἀλήθειαν παριστᾶν, ψιλαῖς ταῖς διαβεβαιώσεσι κεχρημένος. Ὁ ἄπιστος ἐχέτω τὴν βλάβην τῆς ἀπιστίας. Αἰσχρὸν γὰρ παντελῶς καὶ ἀνόητον ἑαυτοῦ κατηγορεῖν ὡς ἀναξίου πίστεως, καὶ τὴν ἐκ τῶν ὅρκων ἀσφάλειαν ἐπιφέρεσθαι. Εἰσὶ δέ τινες λόγοι, σχήματα μὲν ὅρκων ἔχοντες, οὐχ ὅρκοι δὲ ὄντες, ἀλλὰ θεραπεία πρὸς τοὺς ἀκούοντας. Ὡς ὁ Ἰωσὴφ τὸν Αἰγύπτιον οἰκειούμενος, νὴ τὴν ὑγίειαν ὤμνυε Φαραώ. Καὶ ὁ Ἀπόστολος τὴν πρὸς Κορινθίους ἀγάπην ἑαυτοῦ παριστῶν, ἔφη· *Νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, ἣν ἔχω ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν*. Οὐ γὰρ παρῆκουσε τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας ὁ τὸ Εὐαγγέλιον πεπιστευμένος, ἀλλὰ λόγον ψιλὸν ἐν σχήματι παρέδωκεν (18) ὅρκου, τὴν ἐπ' αὐτοῖς καύχησιν ὡς τοῦ παντὸς αὐτῷ ἀξίαν οὖσαν διὰ τοῦ τοιούτου τρόπου δεικνύς.

A *et statui custodire judicia justitiæ tuæ*[16]; item, *Juravit Dominus: et non pœnitebit eum*[19]. Non quod Deum ad dictorum testimonium introduxerit, **107** veluti dubitationem ipsi adempturum, sed quod Deus inconcussis immutabilibusque decretis promissionis gratiam Davidi confirmavit. Igitur fieri potest, ut hic etiam ad eumdem modum dictum sit: *Qui jurat proximo suo*; hoc est, qui non confirmat proximo, et non decipit; quo id verbis Domini conveniat: *Sit autem sermo vester: Est, est; Non, non*[20]. Res ejusmodi nutu et ascensu tuo confirma: quæ vero non ita se habent, quamvis omnes homines adhortarentur, et obsecrarent; ne inducaris ut unquam præter veritatis naturam affirmes. Non facta B est res, negatio sequatur: facta est res, firmetur assensus. Studeto, citra ullam cum alia re implicationem, ipsam per se veritatem exprimere, simplici ac nuda affirmatione usus. Incredulus incredulitatis damnum perferat. Turpe enim omnino et stultum est seipsum ut fide indignum accusare, ac juramentorum securitatem in medium proferre. Sunt autem sermones quidam, qui speciem quidem juramentorum præ se ferunt, nec tamen juramenta sunt, sed quædam erga auditores observantia. Sic Joseph ut Ægyptii sibi gratiam conciliaret, juravit per Pharaonis sanitatem[21]. Item Apostolus suam in Corinthios charitatem commendans, ait: *Per gloriationem vestram quam habeo in Christo Jesu Domino nostro*[22]. Non enim evangelicam doctrinam neglexit C is, cui concreditum est Evangelium: sed simplici sermone in juramenti modum expresso, gloriationem, quam in ipsis habebat, tanquam omnium sibi pretiosissimam hoc modo exhibet.

6. *Τῷ αἰτοῦντί σε δός· καὶ ἀπὸ τοῦ θέλοντος δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῇς* (19). Ἐπὶ τὸ κοινωνικὸν, καὶ φιλάλληλον, καὶ τῇ φύσει οἰκεῖον ὁ λόγος ἡμᾶς προκαλεῖται. Πολιτικὸν γὰρ ζῶον καὶ συναγελαστικὸν ὁ ἄνθρωπος. Ἐν δὲ τῇ κοινῇ πολιτείᾳ καὶ τῇ μετ' ἀλλήλων ἀναστροφῇ ἀναγκαῖον τὸ εὐμετάδοτον εἰς ἐπανόρθωσιν τοῦ ἐνδέοντος (20). *Τῷ αἰτοῦντί σε δός*. Βούλεταί σε διὰ μὲν τὴν ἀγάπην ἐν ἁπλότητι ἀνειμένον εἶναι πρὸς τοὺς αἰτοῦντας, λογισμῷ δὲ πάλιν διακρίνειν ἑκάστου τὴν χρείαν τῶν D

6. *Qui petit a te, da ei, et volenti mutuari a te, ne avertaris*[23]. Ad communicationem, et ad mutuam charitatem, et ad id quod naturæ consentaneum et proprium est, hæc verba nos invitant. Homo enim est animal civile, et sociabile. In civili autem et communi vitæ instituto, et in mutua consuetudine, liberalitas ad sublevandum inopem necessaria est. *Petenti a te, da.* Vult ut ob charitatem quidem in simplicitate præbeas te erga petentes facilem, et e contrario, ra-

[16] Psal. cxviii, 106. [19] Psal. cix, 4. [20] Matth. v, 37. [21] Gen. xlii, 15. [22] ‖ Cor. xv, 31. [23] Matth. v, 42.

(16) Mss. tres σύμφωνον τὸ παρὰ τοῦ Κυρίου εἰρημένον· Ἔστω. Particula καί adjicitur in editis ante οὒ οὔ· sed deest in multis mss. æque ac in textu sacro.

(17) Editio Paris. διαβεβαιούτω. Sed mss. fere omnes βεβαιούτω. Ibidem quinque mss. αὐτὴν κατ' αὐτήν. Mox Reg. tertius habet λιταῖς pro ψιλαῖς. Infra mss. tres ἀγάπην αὐτοῦ. Ibidem editi ἡμετέραν. At mss. una cum textu sacro ὑμετέραν.

(18) Multi mss. παρέδωκεν. Mox nonnulli mss. ἐπ' αὐτοῖς. Alii ἐπ' αὐτῶν.

(19) Totum illud, Τῷ αἰτοῦντί σε δός· καὶ ἀπὸ τοῦ θέλοντος δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῇς, deest in editione Paris., propter quod verba illa, τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ, perperam fuerant et inepte substituta. Quomodo autem id contigerit, nescimus. Nam novem nostri mss. habent ita, ut edidimus; nisi quod in quinque mss. pro δός legatur δίδου. Mox Reg. tertius προσκαλεῖται.

(20) Editio nostra Paris. τοῦ ἐνδέοντος. Οὐ (lege ὁ) μὲν οὖν Κύριος ἐναργῶς ἡμῖν διετάξατο λέγων· Τῷ αἰτοῦντί σε δός· καὶ ἀπὸ τοῦ θέλοντος δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῇς. Editio Basil. et mss. ut in contextu. Lege Præfationem. Ibidem editio Paris. βούλεται δέ. Vox δέ abest et a mss. et ab editione Basil. Infra editio Paris. διακοῖναι. Editio Basil. perinde ut mss. διακρίνειν.

Digitized by Google

tione necessitatem uniuscujusque petentis discernas. Quomodo autem id perfici queat ab iis qui scito pietatis propositum explebant, ex Actis didicimus : *Quotquot enim*, ait, *possessores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, et ponebant ante pedes apostolorum. Dividebatur autem singulis, prout cuique opus erat* [20]. Cum enim mendicitas, multis necessariorum usum excedentibus, negotiationis occasio sit, et obscenæ voluptatis materia : necessario ab iis quibus pauperum cura concredita erat, colligebantur pecuniæ, ut ex hoc penu prudenter ac provide pro cujusque necessitate distributio fieret necessariorum. Quemadmodum enim ægrotantibus plerumque necessarium est vinum, nec tamen est cujusvis tempus, mensuram, et qualitatem decernere; at medico ad præsumendum vini potum opus est : ita certe et dispensatio quæ ad egenorum pertinet curam, non ab omnibus potest utiliter fieri. Qui enim lugubria carmina ad mulierculas decipiendas componunt, et mutila corporis membra, ac ulcera ad quæstus occasionem inveniendam ostentant, iis largum et liberale subsidium nulla ratione profuturum est. Nam largitas ipsis malitiæ erit occasio et materia. Horum tamen latratus modica erogatione arcendus est : sed qui in viros, qui res adversas patienter perferre didicerunt, misericordiam et fraternam charitatem ostenderint, iis propterea dicetur : *Esurivi et dedistis mihi manducare* [21]; et quæ sequuntur. *Et volenti mutuari a te, ne avertaris* [22]. Atque hoc præcepti consentit cum prioribus. Nam et qui hic petit, cum pauper sit, a te mutuum petit, inhabitantem in cœlis divitem tibi ostendens : qui pro ipso tibi exsolvet debitum. *Qui* enim, inquit, *miseretur pauperis, Deo fœnerat* [23]. Cœlorum autem regnum pignus est mutui et cautio. Quod utinam omnes nos consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri et Spiritui sancto gloria et imperium in sæcula sæculorum! Amen.

προσαιτούντων. Καὶ τοῦτο μεμαθήκαμεν ἐν ταῖς Πράξεσι (21), τίνα τρόπον δυνατὸν κατορθοῦσθαι παρὰ τῶν ἐπιστημόνως τὸν τῆς εὐσεβείας σκοπὸν ἐκπληρούντων· *Ὅσοι γάρ*, φησὶ, *κτήτορες χωρίων ἢ οἰκιῶν ὑπῆρχον, πωλοῦντες ἔφερον τὰς τιμὰς τῶν πιπρασκομένων, καὶ ἐτίθουν παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων. Διεδίδοτο δὲ ἑκάστῳ, καθότι ἄν τις χρείαν εἶχεν.* Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ ὑπερβαίνοντες τὴν χρῆσιν τῶν ἀναγκαίων, ἀφορμὴν ἐμπορίας καὶ ὑπόθεσιν τρυφῆς ἀσελγοῦς ποιοῦνται τὴν αἴτησιν, ἀναγκαίως παρὰ τοῖς τὴν ἐπιμέλειαν τῶν πτωχῶν πεπιστευμένοις ἡ συγκομιδὴ τῶν χρημάτων ἐγίνετο, ὥστε ἐκεῖθεν ἐπιστημόνως καὶ οἰκονομικῶς ταῖς ἑκάστου χρείαις τὴν διανομὴν τῶν ἀναγκαίων γίνεσθαι. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀῤῥωστούντων χρεία μὲν πολλάκις οἴνου, ἀλλ' οὐ παντός ἐστι καιροῦ καὶ μέτρου καὶ ποιότητος καταστοχάσασθαι· χρεία δὲ ἰατροῦ πρὸς τὴν δόσιν τοῦ οἴνου· οὕτω δὴ καὶ ἡ περὶ τὴν θεραπείαν τῶν δεομένων οἰκονομία οὐ παρὰ πάντων ὠφελίμως ἐνεργεῖσθαι δύναται. Τοῖς γὰρ δὴ τὰ θρηνώδη μέλη πρὸς τὴν τῶν γυναικῶν ἀπάτην συντιθεῖσι, καὶ τὰ πηρώματα τοῦ σώματος, καὶ τὰ ἕλκη πρὸς ἐμπορίας ἀφορμὴν προτιθεῖσιν (22), οὐ πάντως τὸ δαψιλὲς τῆς διακονίας ὠφέλιμον. Ἀφορμὴ γὰρ αὐτοῖς εἰς κακίαν ἡ χορηγία γενήσεται. Ἀλλὰ μικρᾷ δόσει χρὴ τὴν τῶν τοιούτων ὑλακὴν ἀπωθεῖσθαι, τὸ δὲ συμπαθὲς καὶ φιλάδελφον ἐπιδεικνυμένους (23), ἐν τοῖς μεθ' ὑπομονῆς τὴν θλῖψιν φέρειν δεδιδαγμένοις· ὑπὲρ ὧν καὶ λεχθήσεται αὐτοῖς, ὅτι *Ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ἀπὸ τοῦ θέλοντος δανείσασθαι, μὴ ἀποστραφῇς.* Καὶ τοῦτο τὸ παράγγελμα ἔχεται τῶν προτέρων. Καὶ γὰρ καὶ ὁ ἐνταῦθα αἰτῶν, πτωχὸς ὢν, δάνειον αἰτεῖ παρὰ σοῦ, δεικνύς σοι τὸν ἐν οὐρανοῖς πλούσιον, διαλύοντά σοι ὑπὲρ αὐτοῦ τὸ χρέος. *Ὁ γὰρ ἐλεῶν*, φησὶ, *πτωχὸν Θεῷ δανείζει.* Ἐχέγγυον δὲ τοῦ δάνους ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Ἧς γένοιτο (24) πάντας ἡμᾶς ἀξιωθῆναι χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

EJUSDEM HOMILIA

In partem psalmi decimi quarti, et contra fœneratores.

1. Heri cum de psalmo decimo quarto sermonem apud vos haberemus, finem orationis non licuit

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΟΜΙΛΙΑ ΕΙΣ ΜΕΡΟΣ (25)

τεσσαρεσκαιδεκάτου ψαλμοῦ, καὶ κατὰ τοκιζόντων.

1. Χθὲς εἰς τὸν τεσσαρεσκαιδέκατον ψαλμὸν ὑμῖν διαλεγόμενοι, ἐξικέσθαι πρὸς τὸ πέρας τοῦ λόγου ὑπὸ

[20] Act. IV, 34, 35. [21] Matth. XXV, 35. [22] Matth. V, 42. [23] Prov. XIX, 17.

(21) Editio Paris. Πράξεσι τῶν ἀποστόλων. Sed illud, τῶν ἀποστόλων, neque in mss. legitur, neque in editione Basil. Ibidem editi cum majori parte mss. κατωρθοῦτο. Regii secundus et tertius et Colb. sextus δυνατὸν κατορθοῦσθαι. Statim Colb. quartus ὑπεραναβαίνοντες. Subinde editi πτωχῶν ἐμπεπιστευμένοις. At mss. πεπιστεύμενοις.

(22) Codices alii προτιθεῖσιν, alii προστιθεῖσιν. Mox editio Paris. γεννήσεται, non recte.

(23) Reg. secundus et Colb. sextus ἐπιδειχνυμένοις. Colb. septimus ἐπιδείχνυσθαι. At cæteri mss. cum editis ἐπιδειχνυμένους. Aliquanto post Reg. 3 τῷ προτέρῳ. Ibidem in aliquibus mss. Καὶ γὰρ ὁ.

(24) Illa, ἧς γένοιτο, et cætera, ad finem usque, aut desunt omnino in mss., aut varie in variis codicibus leguntur : ut dubium non sit, quin ea suo quisque arbitratu scripserit.

(25) Sic Reg. primus. Alii duo mss. habent quoque εἰς μέρος. Editi εἰς τὰ λείποντα τοῦ αὐτοῦ ψαλμοῦ, καὶ κατὰ τοκιζόντων. Oliv. et Colb. septimus εἰς τὰ λειπόμενα. Aliter in aliis mss. titulus legitur. Monere juvat, mentionem perquam honorificam fieri hujus homiliæ a Gregorio Nysseno Oratione contra usurarios, tom. II, pag. 225.

Digitized by Google

τῆς ὥρας οὐκ ἐπετράπημεν. Νῦν δὲ ἥκομεν εὐγνώμονες ὀφειλέται τὰ χρέα τῶν ἐλλειφθέντων ὑμῖν ἀποτινύντες. Ἔστι δὲ τὸ λειπόμενον βραχὺ μὲν τὸ ἀκοῦσαι, ὥστε οὐτωσὶ δόξαι, καὶ ἴσως τοὺς πολλοὺς ὑμῶν καὶ παρέλαθεν, ὡς μηδὲ παραλελεῖφθαί τι τοῦ ψαλμοῦ νομισθῆναι· μεγάλην μέντοι πρὸς τὰ τοῦ βίου πράγματα δύναμιν ἔχειν τὴν βραχεῖαν ταύτην λέξιν καταμαθόντες, οὐκ ὠφήθημεν δεῖν παρεῖναι τὸ ἐκ τῆς ἐξετάσεως χρήσιμον. Ὑπογράφων τῷ λόγῳ τὸν τέλειον ὁ Προφήτης, τὸν τῆς ἀσαλεύτου ζωῆς ἐπιβήσεσθαι μέλλοντα, ἐν τοῖς ἀνδραγαθήμασιν ἀπηρίθμησε τὸ ἀργύριον αὐτοῦ ἐπὶ τόκῳ μὴ δοῦναι. Πολλαχοῦ τῆς Γραφῆς διαβέβληται ἡ ἁμαρτία αὕτη. Ὅ τε γὰρ Ἰεζεκιὴλ ἐν τοῖς μεγίστοις τῶν κακῶν τίθεται τόκον λαβεῖν καὶ πλεονασμὸν, καὶ ὁ νόμος διαρρήδην ἀπαγορεύει· *Οὐκ ἐκτοκιεῖς τῷ ἀδελφῷ σου καὶ τῷ πλησίον σου.* Καὶ πάλιν φησί· *Δόλος* (26) *ἐπὶ δόλῳ, καὶ τόκος ἐπὶ τόκῳ.* Καὶ περὶ πόλεως δὲ τῆς ἐν πλήθει κακῶν εὐθηνουμένης ὁ ψαλμὸς τί φησιν; *Οὐκ ἐξέλιπεν ἐκ τῶν πλατειῶν αὐτῆς τόκος καὶ δόλος.* Καὶ νῦν χαρακτηριστικὸν τῆς κατὰ τὸν ἄνθρωπον τελειώσεως τὸ αὐτὸ τοῦτο παρείληφεν ὁ Προφήτης, λέγων· *Τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ.* Τῷ ὄντι γὰρ ἀπανθρωπίας ὑπερβολὴν ἔχει τὸν μὲν τῶν ἀναγκαίων ἐνδεῶς ἔχοντα ζητεῖν δάνεισμα εἰς παραμυθίαν τοῦ βίου, τὸν δὲ μὴ ἀρκεῖσθαι τῷ κεφαλαίῳ, ἀλλ' ἐπινοεῖν ἐκ τῶν συμφορῶν τοῦ πένητος προσόδους ἑαυτῷ καὶ εὐπορίας συνάγειν. Ὁ μὲν οὖν Κύριος ἐναργῶς ἡμῖν διετάξατο, λέγων (27)· *Καὶ τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῇς·* ὁ δὲ φιλάργυρος, ὁρῶν ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ἄνδρα κατακαμπτόμενον πρὸ τῶν γονάτων ἱκετεύοντα, τί οὐ ποιοῦντα ταπεινόν; τί οὐ φθεγγόμενον; οὐκ ἐλεεῖ παρ' ἀξίαν πράττοντα (28), οὐ λογίζεται τὴν φύσιν, οὐκ ἐνδίδωσι ταῖς ἱκεσίαις, ἀλλ' ἄκαμπτος καὶ ἀμείλικτος ἕστηκεν, οὐ ταῖς δεήσεσιν εἶκων, οὐ δάκρυσιν ἐπικλώμενος, ἐπιμένων τῇ ἀρνήσει, ἐξομνύμενος καὶ ἐπαρώμενος ἑαυτῷ, ἢ μὴν ἀπορεῖν παντελῶς χρημάτων, καὶ περισκοπεῖν καὶ αὐτὸς εἴ τινα εὕροι τῶν δανειζόντων, καὶ πιστούμενος τὸ ψεῦδος διὰ τῶν ὅρκων, κακὸν παρεμπόρευμα τῆς ἀπανθρωπίας τὴν ἐπιορκίαν προσκτώμενος. Ἐπειδὰν δὲ ὁ ζητῶν τὸ δάνειον τόκων μνησθῇ, καὶ ὑποθήκας ὀνομάσῃ, τότε καταβαλὼν τὴν ὀφρὺν προσεμειδίασε, καί που καὶ πατρῴας φιλίας ἀνεμνήσθη (29), καὶ συνήθη εἶπε καὶ φίλον· καί, Ὀψόμεθα, φησίν, εἴπου τί ἐστιν ἡμῖν ἀποκείμενον ἀργύριον. Ἔστι δὲ παρακαταθήκη

A nobis per tempus attingere. Nunc autem adsumus probi debitores, debita quæ supersunt, vobis persoluturi. Quod autem restat, auditu quidem breve est, ut videtur: et fortassis multos vestrum latuit; adeo ut ne relictum quidem fuisse quidquam de eo psalmo putarint. Attamen cum intelligeremus brevem hanc dictionem ad res vitæ multum valere, emolumentum quod ex inquisitione et explanatione accessurum his, non duximus negligendum. Propheta enim his verbis perfectum virum, qui ad immutabilem vitam ascensurus erat, describens, inter præclara ejus facinora illud numeravit, quod pecuniam suam non dedit fœnori. Hoc peccatum in plurimis Scripturæ locis vituperatur. Nam Ezechiel [27] id in maximis malis recenset, si fœnus, et quidpiam ultra B sortem accipiatur. Quin et lex illud luculenter prohibet: *Non fœnerabis fratri tuo, et proximo tuo* [28]. Et rursus ait: *Dolus super dolum, et usura super usuram* [29]. Et de civitate quæ bonis in malorum multitudine affluaret, quid psalmus dicit? *Non defecit de plateis ejus usura et dolus* [30]. Et nunc Propheta idipsum tanquam humanæ perfectionis characterem ac signum usurpavit, dicens: (Vers. 5) *Pecuniam suam non dedit ad usuram.* Non reipsa perquam maxima est inhumanitas, illum quidem qui necessariorum indiget, mutuum ad vitæ subsidium quærere, hunc vero sorte contentum non esse, sed sibi ex pauperis calamitatibus proventus excogitare, opesque colligere. Sane Dominus ipse nobis palam præcepit, dicens: *Et volenti mutuari a te, ne avertaris* [31]. Avarus autem, cum hominem videt præ necessitate genibus provolutum ac supplicem, ecquid C non facientem quod abjectum sit ac humile? quid non loquentem? ejus qui præter meritum adversa fortuna utitur, nequaquam miseretur, nullo loco habet naturam, non precibus movetur, sed inflexibilis stat, et implacabilis: non cedit deprecationibus, lacrymis non frangitur, perseveranter negat. Jurat, ac sibi male precans, affirmat carere se pecunia omnino, seseque circumspicere, num quem ipse quoque fœneratorem inveniat, ac fidem faciens mendacio per juramenta, perjurium ceu malum quemdam **108** et adventitium inhumanitatis quæstum acquirit. Sed ubi qui mutuum quærit, meminit fœnoris, et nomen pignoris protulit, tunc demisso supercilio D subridet, atque paternæ amicitiæ refricat memoriam, ac familiarem et amicum appellat; et, Vi-

[27] Ezech. xxii, 12. [28] Deut. xxiii, 19. [29] Jer. ix, 6. [30] Psal. liv, 12. [31] Matth. v, 42.

(26) Reg. secundus cum sacro textu τόκος ἐπὶ τόκῳ, καὶ δόλος ἐπὶ δόλῳ. Factum id puto ab aliquo, qui locum prophetæ ob oculos haberet, licere sibi ratus, ordinem verborum Basilii mutare, ne aliter in Basilio, aliter in propheta legeretur.

(27) Sic editio Basil. et mss. Editio vero Parisiensis uberius διετάξατο λέγων· Τῷ αἰτοῦντί σε δός, καὶ τόν, etc. Sed illa, τῷ αἰτοῦντί σε δός, huic loco inepte assuta esse patet vel ex ipsa veteri interpretatione, in qua hæc illa verba Latine reddita non fuisse videmus.

(28) Editio Paris. παρ' ἀξίαν κακῶς πράττοντα. Sed vox κακῶς deest et in mss. omnibus et in editione Basil. Arbitramur autem eam vocem, κακῶς, primum in margine positam fuisse, ut moneretur lector, illud, παρ' ἀξίαν, idem hic valere quod κακῶς, ac postmodum, quod non raro contigit, in textum irrepsisse. Aliquanto post vox χρημάτων deest in multis mss. Reperitur tamen in nonnullis. Mox Colb. quartus προσκτησάμενος. Subinde Colb. octavus ὑποθήκην.

(29) Major pars mss. ἐμνήσθη. Haud longe legitur in Colb. quarto ἐν αὐτῷ τοὺς τόκους. Infra idem codex αὐθαίρετον ἐδέξατο.

Digitized by Google

debimus, inquit, sicubi quidquam recondatur argenti apud nos. Depositum utique vir amicus nobis quæstus ergo concredidit. Verum ille graves usuras mutuæ pecuniæ exigit : sed nos profecto aliquid remittemus, et minori daturi sumus fœnore. Talia confingens, verbisque ejusmodi blanditus misero ac lenocinatus, ubi illum syngraphis obstrinxit, atque, præter urgentem inopiam, libertatem etiam viro abstulit, abit. Etenim cum fœnori, cui solvendo non est, obnoxium se præstitit, voluntariam, quoad vivet, recepit servitutem. Pecunias, dic mihi, et quæstum, exquiris ab inope? Sed si ille te reddere potuisset ditiorem, quid ad tuas januas quæsivisset? Venit subsidium inventurus : sed hostem reperit. Remedium dum requireret, in venenum incidit. Officium tuum fuerat, viri sublevare inopiam : at tu illius adauges egestatem, hominis destituti facultates quærens exhaurire. Veluti si quis medicus ægrotos invisens, cum eis deberet restituere sanitatem, e contrario eis vel exiguas virium reliquias adimeret : sic et tu miserorum calamitates quæstus occasionem facis. Et sicut coloni ad seminum multiplicationem imbres exoptant, ita et tu egestatem et inopiam hominum optas, tibi ut quæstuosæ sint pecuniæ. An ignoras facere te accessionem majorem peccatis, quam opum est incrementum de fœnore exspectatum? Et quidem argentum in fœnus qui quærit, consilii inops hæret medius. Etenim cum respicit ad paupertatem, de solutione desperat : cum vero præsentem considerat egestatem, fœnore pecuniam sumit. Deinde altero victo, ac necessitati cedente, alter abit, schedulis cautionibusque communitus.

2. Contra, argentum qui accepit, primum quidem splendidus ac hilaris est, et alieno flore oblectatus, mutatione vitæ inclarescit. Lauta enim mensa est, vestis pretiosior, famuli splendidiore habitu induti, adulatores, compotores; fuci domorum innumeri. Sed cum sensim diffluunt pecuniæ, tempusque progrediens secum fœnus advehit, tum ei requiem non afferunt noctes, non dies hilaris est, non sol jucundus, sed eum vitæ tædet. Dies ad constitutum tempus festinantes habet odio, extimescit menses tanquam fœnoris parentes. Quod si dormiat, videt fœneratorem in somnis, quod malum somnium est, capiti astantem : si vero vigilet, cogitat ac sollicitus est de fœnore. *Dum fæ-*

φίλου ἀνδρὸς ἐπ' ἐργασίᾳ παραθεμένου ἡμῖν. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν βαρεῖς ἐπ' αὐτῷ τοὺς τόκους ὥρισεν· ἡμεῖς δὲ πάντως ἐπανήσομέν τι, καὶ ἐπ' ἐλάττοσι τοῖς τόκοις δώσομεν. Τοιαῦτα κατασχηματιζόμενος, καὶ τοιούτοις λόγοις ὑποσαίνων καὶ δελεάζων τὸν ἄθλιον, γραμματείοις αὐτὸν προσκαταδήσας, καὶ πρὸς τῇ καταπονούσῃ πενίᾳ ἔτι καὶ τὴν ἐλευθερίαν τοῦ ἀνδρὸς προσαφελόμενος, ᾤχετο. Ὁ γὰρ τόκοις ἑαυτὸν ὑπεύθυνον καταστήσας, ὧν τὴν ἔκτισιν οὐχ ὑφίσταται, δουλείαν αὐθαίρετον κατεδέξατο διὰ βίου. Χρήματα, εἰπέ μοι, καὶ πόρους ἐπιζητεῖς, παρὰ τοῦ ἀπόρου; Καὶ εἰ πλουσιώτερόν σε ἀποφαίνειν ἠδύνατο, τί ἐζήτει παρὰ τὰς θύρας τὰς σάς; Ἐπὶ συμμαχίαν ἐλθών, πολέμιον εὗρεν. Ἀλεξιφάρμακα περιζητῶν, δηλητηρίοις ἐνέτυχε. Δέον παραμυθεῖσθαι τοῦ ἀνδρὸς τὴν πτωχείαν, σὺ δὲ πολυπλασιάζεις τὴν ἔνδειαν, ἐκκαρποῦσθαι ζητῶν τὴν ἔρημον. Ὥσπερ (30) ἂν εἴ τις ἰατρὸς πρὸς κάμνοντας εἰσιών, ἀντὶ τοῦ ὑγίειαν αὐτοῖς ἐπαναγαγεῖν, ὁ δὲ καὶ τὸ μικρὸν λείψανον τῆς δυνάμεως προσαφέλοιτο· οὕτω καὶ σὺ τὰς συμφορὰς τῶν ἀθλίων ἀφορμὴν πόρων ποιῇ. Καὶ ὥσπερ οἱ γεωργοὶ ὄμβρους εὔχονται εἰς πολυπλασιασμὸν τῶν σπερμάτων, οὕτω καὶ σὺ ἐνδείας καὶ ἀπορίας ἀνθρώπων ἐπιζητεῖς, ἵνα σοι ἐνεργὰ τὰ χρήματα γένηται. Ἀγνοεῖς πλείονα προσθήκην ταῖς ἁμαρτίαις ποιούμενος, ἢ τῷ πλούτῳ τὴν αὔξησιν ἀπὸ τῶν τόκων ἐπινοῶν; Καὶ ὁ μὲν ζητῶν τὸ δάνεισμα (31), μέσος ἀμηχανίας ἀπειλημμένος, ὅταν μὲν πρὸς τὴν πενίαν ἀπίδῃ, ἀπογινώσκει τὴν ἔκτισιν, ὅταν δὲ πρὸς τὴν παροῦσαν ἀνάγκην, κατατολμᾷ τοῦ δανείσματος. Εἶτα ὁ μὲν ἡττήθη ὑποκύψας τῇ χρείᾳ· ὁ δὲ ἀπέρχεται, γραμματείοις αὐτὸν (32) καὶ ἐχεγγύοις ἀσφαλισάμενος.

2. Λαβὼν δὲ τὰ χρήματα, τὴν μὲν πρώτην λαμπρός ἐστι καὶ περιχαρής, ἀλλοτρίῳ ἄνθει γεγανωμένος, ἐπισημαίνων τῇ μεταβολῇ τοῦ βίου· τράπεζα γὰρ ἀνειμένη, ἐσθὴς πολυτελεστέρα· οἰκέται πρὸς τὸ φαιδρότερον ἐξηλλαγμένοι τῷ σχήματι, κόλακες, συμπόται· κηφῆνες (33) οἴκων μυρίοι· ὡς δὲ τὰ μὲν χρήματα ὑπορρεῖ, ὁ δὲ χρόνος προῒὼν τοὺς τόκους ἑαυτῷ συμπροάγει, οὐ νύκτες ἐκείνῳ ἀνάπαυσιν φέρουσιν, οὐχ ἡμέρα φαιδρά, οὐχ ἥλιος τερπνός, ἀλλὰ δυσχεραίνει τὸν βίον, μισεῖ τὰς ἡμέρας πρὸς τὴν προθεσμίαν ἐπειγομένας, φοβεῖται τοὺς μῆνας ὡς τόκων πατέρας. Κἂν καθεύδῃ, ἐνύπνιον βλέπει τὸν δανειστήν, κακὸν ὄναρ, τῇ κεφαλῇ περιστάμενον· κἂν γρηγορῇ, ἔννοια αὐτῷ καὶ φροντὶς ὁ τόκος ἐστί· Δι-

30) Colb. quartus Ὥσπερ γάρ. Ibidem sex mss. cum editione Basil. τις ἰατρῶν. Regii secundus et quartus cum editione Paris. τις ἰατρός. Haud procul illa, οὕτω καὶ σύ, desunt in editis : sed reperiuntur in Reg. primo, et in Regii quarti margine, si non eadem manu, at antiqua tamen. Subinde Reg. tertius τοὺς ζμβρους.

(31) Reg. tertius ζητῶν τὸ δάνειον.

(32) Vox αὐτόν scribitur in editione Paris. cum spiritu aspero ; in editione vero Basil. perinde ac in quinque mss. cum leni. Quod si quispiam velit scribere αὐτόν cum leni, eamque vocem ad debitorem referre, hunc locum sic poterit interpretari : *Alter vero illinc abit postquam debitorem schedulis atque cautionibus strinxit*, seu *obligavit*. Quo sensu verbum ἀσφαλίζομαι usurpatur Act. xvi, 24 : Τοὺς πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσατο, *Pedes eorum strinxit*. Ibidem Colb. quartus γραμματίοις. Paulo post Reg. secundus ἀνειμένη καὶ πολυτελεστέρα, ἐσθὴς φαιδροτέρα.

(33) Editio Paris. et Reg. tertius κηφῆνες ἄπρακτοι. Vox ultima deest in aliis septem mss. Colbertini septimus et octavus κηφῆνες οἴκων μυρίων. Infra editio Paris. δανειστοῦ γάρ. Deest γάρ in mss. et in editione Basil.

Digitized by Google

γειστοῦ, φησί, καὶ χρεωφειλέτου ἀπαντησάντων ἀλλήλοις, ἐπισκοπὴν ἀμφοτέρων ποιεῖται ὁ Κύριος. Ὁ μὲν ὥσπερ κύων ἐπιτρέχει τῇ ἄγρᾳ· ὁ δὲ ὥσπερ ἕτοιμον θήραμα καταπτήσσει τὴν συντυχίαν. Ἀφαιρεῖται γὰρ αὐτοῦ τὴν παῤῥησίαν τὸ πένεσθαι. Ἀμφοτέροις ἡ ψῆφος ἐπὶ δακτύλων· τοῦ μὲν χαίροντος ἐπὶ τῇ αὐξήσει τῶν τόκων, τοῦ δὲ στενάζοντος ἐπὶ τῇ (34) προσθήκῃ τῶν συμφορῶν. *Πῖνε ὕδατα ἀπὸ σῶν ἀγγείων*· τουτέστι, τὰς οἰκείας ἀφορμὰς περισκόπει, μὴ ἐπ' ἀλλοτρίας πηγὰς βάδιζε, ἀλλ' ἐξ οἰκείων λιβάδων σύναγε σεαυτῷ τὰς παραμυθίας τοῦ βίου. Ἔχεις χαλκώματα, ἐσθῆτα, ὑποζύγιον (35), σκεύη παντοδαπά; ταῦτα ἀπόδου· πάντα προέσθαι κατάδεξαι, πλὴν τῆς ἐλευθερίας. Ἀλλ' αἰσχύνομαι αὐτὰ δημοσιεύειν, φησίν. Τί οὖν ὅτι μικρὸν ὕστερον ἄλλος αὐτὰ προκομίσει, καὶ ἀποκηρύξει τὰ σά, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς σοῖς ἐπευωνίζων αὐτὰ διαθήσεται; Μὴ βάδιζε ἐπ' ἀλλοτρίας θύρας. Φρέαρ γὰρ τῷ ὄντι στενὸν τὸ ἀλλότριον (36). Βέλτιον ταῖς κατὰ μικρὸν ἐπινοίαις τὴν χρείαν παραμυθήσασθαι, ἢ ἀθρόως, ἐπαρθέντα τοῖς ἀλλοτρίοις, ὕστερον πάντων ὁμοῦ τῶν προσόντων ἀπογυμνοῦσθαι. Εἰ μὲν οὖν ἔχεις ὅθεν ἀποδῷς, τί οὐχὶ τὴν παροῦσαν ἔνδειαν ἐκ τούτων τῶν ἀφορμῶν διαλύεις; εἰ δὲ ἀπορεῖς πρὸς τὴν ἔκτισιν, κακὸν κακῷ θεραπεύεις. Μὴ δέξῃ πολιορκοῦντά σε δανειστήν. Μὴ ἀνάσχῃ ὥσπερ ἄλλο τι θήραμα (37) ἀναζητεῖσθαι καὶ ἐξιχνεύεσθαι. Ψεύδους ἀρχὴ τὸ δανείζεσθαι· ἀχαριστίας ἀφορμή, ἀγνωμοσύνης, ἐπιορκίας. Ἄλλα ῥήματα τοῦ δανειζομένου (38), καὶ ἄλλα τοῦ ἀπαιτουμένου. Εἴθε σοι μὴ ἀπήντησα τότε, ἤδη ἂν εὗρον τὰς ἀφορμὰς πρὸς τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς ἀνάγκης. Οὐχὶ δὲ ἄκοντός μου ἐνέβαλες τῇ χειρὶ τὰ χρήματα; Ὑπόχαλκον δέ σου τὸ χρυσίον, καὶ παρακεκομμένον τὸ νόμισμα. Εἶτε οὖν φίλος ὁ δανείζων, μὴ ζημιωθῇς αὐτοῦ τὴν φιλίαν· εἴτε ἐχθρός, μὴ γένῃ τῷ δυσμενεῖ ὑποχείριος. Μικρὸν ἐγκαλλωπισάμενος τοῖς ἀλλοτρίοις, ὕστερον καὶ τῶν πατρῴων ἐκστήσῃ. Πένης εἶ νῦν, ἀλλ' ἐλεύθερος. Δανεισάμενος δὲ οὐδὲ πλουτήσεις, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀφαιρεθήσῃ. Δοῦλος τοῦ δεδανεικότος ὁ δανεισάμενος, καὶ δοῦλος μισθοφόρος ἀπαραίτητον φέρων τὴν λειτουργίαν. Οἱ κύνες λαμβάνοντες ἡμεροῦνται· ὁ δὲ δανειστὴς λαμβάνων προσερεθίζεται. Οὐ γὰρ παύεται ὑλακτῶν, ἀλλὰ τὸ πλέον ἐπιζητεῖ. Ἐὰν ὀμνύῃς, οὐ πιστεύει (39)· ἐρευνᾷ τὰ ἔνδον, τὰ συναλλάγματά σου

nerator, inquit, *et debitor inter se conveniunt, visitationem utriusque facit Dominus* [32]. Ille quidem quasi canis in prædam irruit: hic vero sicut parata captura occursum exhorret. Adimit enim ei loquendi fiduciam paupertas. Utrisque mest calculus in digitis; illo fœnoris accessione gaudente, hoc **109** miseriarum incremento ingemente. *Bibe aquas de tuis vasis* [33]; hoc est, proprias considera facultates, ad alienos fontes ne accede, sed ex propriis laticibus tibi ipse vitæ solatia compara. Habes vasa ærea, vestem, jumentum, diversi generis supellectilem? Hæc vende: præter libertatem, amitti omnia patiare. Sed me pudet, inquit, isthæc voci præconis subjicere. Cur igitur paulo post alius ea exponet, tuorumque bonorum faciet auctionem, et vili pretio ob oculos tuos vendet? Ne gradiare ad fores alienas. Plane enim *Angustus est alienus puteus* [34]. Satius est, arte et industria paulatim necessitatem levare, quam alienis facultatibus subito elatum, deinceps omnibus simul bonis privari. Si igitur habes unde solvas, cur præsentem egestatem hisce auxiliis non depellis? Sin solvendo non es, malum malo curas. Fœneratorem qui te obsessurus sit, ne admitte. Te velut aliam aliquam prædam exquiri ac vestigari ne sinas. Usura mendacii principium est; occasio ingrati animi, perfidiæque et perjurii. Alia sunt verba argentum fœnore sumentis: alia, cum fœnus ab ipso exigitur. Utinam tunc tibi non occurrissem! utique jam subsidia quædam ad amovendam necessitatem invenissem. Nonne mihi invito pecuniam in manus dedisti? Porro aurum tuum erat subæratum, et numisma adulterinum. Sive igitur fœnerator sit amicus, ne ejus amittas amicitiam: sive inimicus, ne fias adversario ac malevolo subditus. Parumper in alienis gloriatus, postea patrimonio etiam everteris. Pauper es nunc, sed liber. Argentum si fœnore sumpseris, non ditesces, sed libertate spoliabere. Qui pecuniam sumpsit fœnore, fœneratoris servus est, imo servus stipendiarius, qui inevitabile servitium subit. Canes accipiendo mansuescunt; fœnerator vero recipiendo irritatur. Non enim allatrare desinit, sed plura exposcit. Si juraveris, non credit: quæ in ædibus habes, perscrutatur; tua diligenter indagat commercia. E cubi-

[32] Prov. xxix, 13. [33] Prov. v, 15. [34] Prov. xxiii, 27.

(34) Editio Paris. στενάζοντος ἐπὶ τῇ. Deest ἐπί in nostris septem mss. perinde atque in editione Basil. Paulo ante legitur in editione Paris. χαίροντος ἐπὶ τῇ· quæ vox ἐπί, deest quoque in tribus mss. et in editione Basil., sed in aliis multis legitur. Præpositionem ἐπί aut in utroque loco relinquendam esse arbitramur, aut ex utroque tollendam. Sane nihil refert, hoc an illo modo legeris.

(35) Sic editio Basil. et mss. sex. Editio vero Paris. et duo mss. ὑποζύγια. Ibidem editio Paris. ἀπόδος. Editio vero Basil. et octo nostri mss. ἀπόδου. Mox Reg. tertius Τί οὖν ὅτι μικρὸν ὕστερον ἄλλος αὐτὰ δημοσιεύσει. Τί οὖν, etc. Subinde legitur in editione Paris. τοῖς σοῖς. Deest hic articulus in mss. et in editione Basil. Hoc ipso in loco Colbertini septimus et octavus διαθήσεται. Οὐκ αἰσχύνῃ; *Num te pudet?*

(36) Editi et nonnulli mss. τὸ ἀλλότριον. Deest articulus apud LXX et in quatuor mss. Mox Reg. secundus χρείαν παραμυθεῖσθαι.

(37) Editio Paris. ὥσπερ ἀλλότριον θήραμα. At editio Basil. cum omnibus nostris mss. ὥσπερ ἄλλο τι θήραμα. Colb. quartus δανείσασθαι.

(38) Editio Basil. et quatuor mss. τοῦ δανείζοντος. Editio Paris. et quatuor itidem mss. δανειζομένου. Haud procul Reg. secundus φίλος ᾖ ὁ.

(39) Nonnulli mss. ἐὰν ὀμνύῃς. ἀπιστεῖ. Hoc ipso in loco illa, ἅμα ὀμνὺς ἀπαιτεῖ, leguntur in Colb. quarto et in Regiis primo et sexto. Sed quin adulterina sint, non valde admodum dubitamus, tum quod in Reg. sexto addita sint secunda manu, tum quod quibusdam punctis notata sint in Reg. primo: quæ duo non raro alienum quiddam et peregrinum

Digitized by Google

culo si progrederis, trahit te ad se, et adducit; si intus te absconderis, ante domum stat, et fores pulsat, Præsente uxore, afficit te pudore, coram amicis imponit contumeliam : in foro fauces constringit : malus festi diei occursus : vitam tibi reddit injucundam et intolerabilem. At magna, inquit, est necessitas, nec alia est parandæ pecuniæ ratio. Quæ, quæso, utilitas ex hodierna dilatione? Rursus enim veniet ad te paupertas tanquam bonus cursor [38], et eadem necessitas cum auctuario aderit. Fœnus enim non omnino liberat, sed consilii et mentis inopiam tantisper tardat. Patiamur hodie duritiem paupertatis, et ne eam in **110** posterum diem protrahamus. Etenim si argentum fœnore non sumis, hodie et postea simili modo eris pauper : si vero sumis, fœnore paupertatem augente, acerbius vexabere. Nunc quidem nullus tibi vertit probro paupertatem; siquidem malum est haud voluntarium : si vero fœnori fueris obnoxius, nemo erit qui te stultitiæ non condemnet.

3. Itaque ne nostra stultitia malis præter voluntatem contingentibus etiam malum voluntarium accersamus. Stulti est animi se pro opum ratione non componere, sed incertæ spei se committere, ac manifestum et evidens detrimentum experiri. Jam perpende unde sis soluturus. Num ex iis pecuniis quas accipis? Sed hæ et ad necessitatem cohibendam et ad solutionem non sufficiunt. Quod si usuras etiam reputaveris, unde usque adeo multiplicabuntur pecuniæ, ut ex una parte necessitati tuæ medeantur, ex altera vero sortem expleant, prætereaque forinsecus usuras gignant. At nequaquam ex iis, quæ accipis, mutuum reddes. An aliunde? Illas igitur exspectemus spes, nec, tanquam pisces, ad illicium properemus. Quemadmodum enim illi una cum esca hamum vorant : sic nos per pecuniam fœnore transfigimur. Paupertas ignominiam nullam affert. Quid ergo nobis ipsis opprobria ex ære alieno paramus? Vulnera vulnere curat nemo, neque malum malo sanat; nec fœnore sublevatur paupertas. Dives es?

A πολυπραγμονεῖ. Ἐὰν προΐῃς του δωματίου, ἕλκει πρὸς ἑαυτὸν καὶ κατασύρει· ἐὰν ἔνδον σεαυτὸν κατακρύψῃς, ἐφέστηκε τῇ οἰκίᾳ, καὶ θυροκρουστεῖ. Ἐπὶ γαμετῆς καταισχύνει, ἐπὶ φίλων καθυβρίζει, ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἄγχει· κακὸν συνάντημα ἑορτῆς· ἀβίωτόν σοι (40) κατασκευάζει τὸν βίον. Ἀλλὰ μεγάλη, φησὶν, ἡ ἀνάγκη, καὶ οὐδεὶς πόρος χρημάτων ἕτερος. Τί οὖν τὸ ὄφελος ἐκ τοῦ τὴν σήμερον ὑπερθέσθαι; Πάλιν γὰρ ἥξει σοι ἡ πενία ὥσπερ ἀγαθὸς δρομεὺς, καὶ ἡ αὐτὴ ἀνάγκη μετὰ προσθήκης παρέσται. Τὸ γὰρ δάνος οὐκ ἀπαλλαγὴν παντελῆ, ἀλλὰ μικρὰν ἀναβολὴν τῆς ἀμηχανίας παρέχεται. Σήμερον πάθωμεν τὰ ἐκ τῆς ἐνδείας δυσχερῆ, καὶ μὴ ἀποτιθώμεθα (41) εἰς τὴν αὔριον. Μὴ δανεισάμενος μὲν ὁμοίως ἔσῃ πένης καὶ σήμερον καὶ πρὸς τὸ ἐφεξῆς· δανεισάμενος
B δὲ χαλεπώτερον ἐκτρυχωθήσῃ, τοῦ τόκου τὴν πενίαν προσεπιτείναντος. Καὶ νῦν μὲν οὐδεὶς ἐγκαλεῖ σοι πτωχεύοντι· ἀκούσιον γὰρ τὸ κακόν· ἐὰν δὲ τόκοις ὑπεύθυνος ᾖς, οὐκ ἔστιν ὅστις οὐ μέμψεταί σου τῇ ἀβουλίᾳ.

3. Μὴ οὖν πρὸς τοῖς ἀκουσίοις κακοῖς ἔτι καὶ αὐθαίρετον κακὸν ἐκ τῆς ἡμετέρας ἀνοίας ἐπισπασώμεθα (42). Νηπίας φρενὸς μὴ ἐκ τῶν παρόντων ἑαυτὸν περιστέλλειν, ἀλλ' ἀδήλοις ἐλπίσιν ἐπιτρέψαντα φανερᾶς βλάβης καὶ ἀναντιῤῥήτου κατατολμᾷν. Ἤδη βούλευσαι πόθεν (43) ἀποτίσεις. Ἀφ' ὧν λαμβάνεις; Ἀλλ' οὐκ ἐξαρκεῖ καὶ πρὸς τὴν χρείαν καὶ πρὸς τὴν ἔκτισιν. Ἐὰν δὲ δὴ καὶ τοὺς τόκους λογίσῃ, πόθεν τὰ χρήματα εἰς τοσοῦτον πολυπλασιασθήσεται, ὥστε ἰδίᾳ
C μέν σου θεραπεύειν τὴν χρείαν, ἰδίᾳ δὲ ἐκπληροῦν τὸ κεφάλαιον, ἔξωθεν δὲ καὶ τόκους ἀπογεννᾷν; Ἀλλ' οὐκ ἐξ ὧν λαμβάνεις ἀποδώσεις τὸ δάνειον. Ἑτέρωθεν δέ; Ἐκείνας οὖν ἀναμένωμεν τὰς ἐλπίδας, καὶ μὴ ἕλθωμεν, ὥσπερ οἱ ἰχθύες ἐπὶ τὸ δέλεαρ. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνοι μετὰ τῆς τροφῆς τὸ ἄγκιστρον καταπίνουσιν, οὕτω καὶ (44) ἡμεῖς διὰ τὰ χρήματα τοῖς τόκοις περιπειρόμεθα. Οὐδεμίαν αἰσχύνην τὸ πένεσθαι προξενεῖ. Τί οὖν τὰ ἐκ τοῦ ὀφείλειν ὀνείδη ἑαυτοῖς προστιθέμεθα (45); Οὐδεὶς τραύματα τραύματι θεραπεύει, οὐδὲ κακῷ τὸ κακὸν ἰᾶται, οὐδὲ πενίαν τόκοις ἐπανορθοῦται. Πλούσιος εἶ; μὴ δανείζου (46).

[38] Prov. xxiv, 34.

indicant. Aliquanto post editio Paris. cum aliquibus mss. ἐφέστηκε τῇ αὐλαίᾳ. Sed Coisl. cum aliis sex mss. et cum editione Basil. ἐφέστηκε τῇ οἰκίᾳ.

(40) Reg. secundus ἀβίωτόν σου.

(41) Sic quinque mss. cum editione Basil. Editio Paris. cum uno aut altero ms. ἀποθώμεθα. Mox Colb. octavus εἰς τὸ ἐφεξῆς. Paulo post Reg. tertius προσεπεκτείναντος. Regii tertius et sextus ἐγκαλέσει σοι. Subinde Reg. secundus σοῦ τὴν ἀβουλίαν.

(42) Sic major pars mss. cum editione Basil. Editio vero Paris. cum quibusdam mss. ἐπισπώμεθα. Ibidem editio Paris. νηπίας ἐστί. Vox ἐστί deest in omnibus mss. et in editione Basil. Ibidem ἑαυτὸν περιστέλλειν, ad verbum, *pro opum ratione non se contrahere, non se coarctare.* Hoc est, *impensas facultatibus non metiri.*

(43) Interpunctio qua hoc loco usi sumus, in no-
D stris mss. reperitur : qua non observata interpres vetus a sensu auctoris longe aberravit. Paulo post Reg. secundus ἐπὶ τοσοῦτον.

(44) Sic major pars mss. Deest καί in editis.

(45) Editi cum Reg. secundo περιτιθέμεθα. Reg. primus προτιθέμεθα. At quinque mss. ut in textu. Ibidem mss. omnes τραύματα. Editi τραῦμα.

(46) *Πλούσιος εἶ; μὴ δανείζου.* Legendum esse μὴ δάνειζε, *Ne des fœnore*, diximus in not. ad sermonem quintum Symeonis Logothetæ pag. 495. MARAN. — Lusit Basilius in duplici ejusdem vocis sensu : δανείζομαι enim non modo *pecuniam dare*, sed etiam *accipere sub fœnore* significat : quem lusum Latine reddere cuique Latine scienti obvium est, siquidem verbum *fœnero* vel *fœneror* eamdem ambiguitatem ac δανείζομαι præ se fert. Αὐτολεξεὶ igitur interpretari juvaret, hoc modo : *Dives es? noli fœnerare; pauper es? noli fœnerari.* EDIT. PATROL.

Digitized by Google

Πένης εἶ; μὴ δανείζου. Εἰ μὲν γὰρ εὐπορεῖς, οὐ χρῄζεις δανείσματος· εἰ δὲ οὐδὲν ἔχεις, οὐκ ἀποτίσεις τὸ δάνειον. Μὴ δῶς σεαυτοῦ τὸν βίον εἰς ὑστεροβουλίαν, μήποτε μακαρίσῃς τὰς πρὸ τῶν τόκων ἡμέρας. Ἐνὶ (47) τούτῳ διαφέρωμεν τῶν πλουτούντων οἱ πένητες, τῇ ἀμεριμνίᾳ. Καὶ καταγελῶμεν αὐτῶν ἀγρυπνούντων, αὐτοὶ καθεύδοντες· καὶ τῶν συνεστώτων ἀεὶ καὶ φροντιζόντων, αὐτοὶ ἀφροντιστοῦντες καὶ ἀνειμένοι. Ὁ μέντοι ὀφείλων καὶ πένης ἐστὶ καὶ πολυμέριμνος· ἄϋπνος νύκτωρ, ἄϋπνος μεθ' ἡμέραν, σύννους πάντα τὸν χρόνον· νῦν μὲν τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν ἀποτιμώμενος, νῦν δὲ τὰς οἰκίας τὰς πολυτελεῖς, τοὺς ἀγροὺς τῶν πλουσίων, τὰς ἐσθῆτας τῶν ἐντυγχανόντων, τὰ σκεύη τῶν ἐστιώντων (48). Εἰ ταῦτα ἐμὰ ἦν, φησὶν, ἀπεδιδόμην τόσου καὶ τόσου, καὶ ἀπηλλασσόμην τοῦ τόκου. Ταῦτα αὐτοῦ καὶ νύκτωρ ἐγκαθέζεται τῇ καρδίᾳ, καὶ μεθ' ἡμέραν τὰς ἐννοίας κατείληφεν. Ἐὰν τὴν θύραν πατάξῃς, ὁ χρεώστης ὑπὸ τὴν κλίνην. Σφοδρῶς εἰσέδραμέ τις· τοῦ δὲ ἐπάταξεν (49) ἡ καρδία. Ὑλακτεῖ ὁ κύων: ὁ δὲ ἱδρῶτι περιῤῥεῖται, καὶ ἀγωνίᾳ συνέχεται, καὶ περισκοπεῖ πόθεν φύγῃ. Ὅταν ἡ προθεσμία προσάγῃ, μεριμνᾷ τί ψεύσεται· ποίαν πλασάμενος πρόφασιν τὸν δανειστὴν διακρούσεται. Μὴ μόνον λαμβάνοντα σεαυτὸν ἐννόει, ἀλλὰ καὶ ἀπαιτούμενον. Τί πολυτόκῳ θηρίῳ (50) σεαυτὸν παραζευγνύεις; Τοὺς λαγωοὺς φασι καὶ τίκτειν ὁμοῦ καὶ τρέφειν καὶ ἐπικυΐσκεσθαι. Καὶ τοῖς τοκογλύφοις τὰ χρήματα ὁμοῦ δανείζεται καὶ (51) γεννᾶται καὶ ὑποφύεται. Οὔπω γὰρ ἐδέξω εἰς χεῖρας, καὶ τοῦ παρόντος μηνὸς ἀπητήθης τὴν ἐργασίαν. Καὶ τοῦτο πάλιν δανεισθὲν, ἕτερον κακὸν ἐξέθρεψε, κἀκεῖνο ἕτερον, καὶ τὸ κακὸν εἰς ἄπειρον. Διὰ τοῦτο καὶ τῆς προσηγορίας ταύτης ἠξίωται τὸ εἶδος τοῦτο τῆς πλεονεξίας. Τόκος γὰρ, ὡς οἶμαι, διὰ τὴν πολυγονίαν τοῦ κακοῦ προσηγόρευται. Πόθεν γὰρ ἄλλοθεν; Ἢ τάχα τόκος λέγεται διὰ τὰς ὠδῖνας καὶ λύπας, ἃς ἐμποιεῖν ταῖς ψυχαῖς τῶν δανεισαμένων (52) πέφυκεν. Ὡς γὰρ ἡ ὠδὶς τῇ τικτούσῃ, οὕτως ἡ προθεσμία τῷ ὑπόχρεῳ παρίσταται. Τόκος ἐπὶ τόκῳ, πονηρῶν γονέων πονηρὸν ἔκγονον. Ταῦτα λεγέσθω γεννήματα ἐχιδνῶν, τὰ τῶν τόκων ἀποκυήματα. Τὰς ἐχίδνας λέγουσι τὴν γαστέρα τῆς μητρὸς διεσθιούσας τίκτεσθαι. Καὶ οἱ τόκοι τοὺς οἴκους τῶν ὀφειλόντων ἐκφαγόντες ἀπογεννῶνται. Τὰ σπέρματα χρόνῳ φύεται, καὶ τὰ ζῶα χρόνῳ τελεσφορεῖται· ὁ δὲ τόκος

A Argentum ne sume fœnore. Pauper es? Ne sume fœnore argentum. Etenim si locuples es, nihil tibi fœnore opus est : si vero nihil habes, non pendes usuras. Noli tuam ipsius vitam seræ pœnitentiæ objicere, nequando dies qui fœnus præcesserunt, beatos existimes. Hoc uno divitibus pauperes nos præstamus, curarum vacuitate. Illos tum vigilantes, tum curis semper distentos ac sollicitos deridemus nos, qui dormimus, quique sollicitudine caremus, ac liberi sumus. Debitor utique et pauper est, et curis multis conficitur : noctes ac dies ducit insomnes, omni tempore cogitatione defixus. Nunc quidem æstimat res suas, nunc vero domos sumptuosas, divitum agros, quorumlibet in conspectum venientium vestes, vasa et

B supellectilem eorum a quibus convivio excipitur. Hæc si mea essent, inquit, tanti et tanti divenderem, atque liberarer fœnore. Isthæc et noctu cordi ejus insident, et interdiu illius occupant mentem. Januam si pulsaveris, irrepit sub lectum debitor. Velociter accurrit quis, et illius cor palpitat. Canis latrat? Ille sudore diffluit, et anxietate corripitur; quaque via fugiat, conspicit. Ubi dies præscriptus instat, anxie secum reputat quodnam dicturus sit mendacium, et quo conficto prætextu depulsurus **111** a se sit creditorem. Non autem cogita solum te accipere, sed fore, ut etiam id quod acceperis, a te exigatur. Quid te ipse bestiæ fecundissimæ adjungis? Lepores aiunt simul et parere, et nutrire, et superfetare. Sic pecuniæ fœneratoribus simul et

C dantur ad pendendas usuras, et gignuntur, et pullulant. Nondum enim in manus accepisti, et tamen præsentis mensis lucrum quæstumve a te exposcunt. Et hæc pecunia rursus fœnore occupata, malum alterum aluit, et illud alterum, atque sic malum in infinitum. Quamobrem hoc avaritiæ genus eo nomine appellatur. Etenim, opinor, τόκος, id est partus, ob ingentem mali fecunditatem nominatur. Unde enim aliunde? Aut forte τόκος, hoc est partus, dicitur ob dolores ac molestias, quas animis eorum qui fœnore acceperunt, solet creare. Ut enim puerperium parituræ, ita dies indicta debitori instat. Fœnus fœnori additum, parentum malorum mala est soboles. Hi isti usurarum fetus dicantur esse progenies viperarum. Aiunt viperas, dum gi-

D gnuntur, ventrem matris corrodere : fœnus quoque,

(47) Reg. tertius ἐπί pro ἐνί. Mox Colb. quartus et Reg. sextus ἀνιέμενοι.

(48) Sic Reg. sextus et Colb. septimus cum Oliv. Editi cum multis mss. ἐσθιόντων. Paulo post mss. non pauci πατάξῃς ὁ. Editi vero πατάξῃ τις.

(49) Hunc locum emendandum esse censuit Combefisius, scribendumque ἐπτόησε pro ἐπάταξεν· sed ejus emendationi nullus ms. favet. Mox Colbertini duo ῥεῖται. Subinde Reg. secundus ψεύσηται... διακρούσηται.

(50) Editi et nostri mss. πολυπλόκῳ θηρίῳ. Sed recte judicavit vir doctissimus Ducæus Anglicam lectionem πολυτόκῳ aptiorem esse, longeque huic loco accommodatiorem. Ita enim legendum esse et ipsa usuræ notio, et exemplum leporis a Basilio allatum non obscure ostendunt. Nec aliter legisse videtur interpres, qui verterit : *fecunda bestia*.

(51) Editi et multi mss. τὰ χρήματα ὁμοῦ δανείζεται καὶ, etc. Sed illa, ὁμοῦ δανείζεται, desunt omnino in Reg. tertio. Reperiuntur quidem in Reg. sexto, sed secunda manu duntaxat. Leguntur itidem in Reg. secundo, sed variis punctis notata sunt : qua punctorum adjectione indicavit librarius, quisquis is est, eas voces delendas esse. Quare si quis has expungere velit, per nos licet, eoque magis, quod hæc verba ad sententiæ integritatem nihil facere videantur.

(52) Colb. quartus ψυχαῖς τῶν δανειζομένων. Mox Reg. secundus ὑπόχρεῳ καθίσταται. Subinde multi mss. ἔγγονον.

Digitized by Google

erosis ac consumptis debitorum ædibus, nascitur. Semina temporis progressu germinant, et animalia tempore præstituto fetus edunt suos : usura vero hodie generatur, et hodie parere incipit. Quæ animalia cito pariunt, ea a partu cito desistunt : at pecuniæ celerem usurarum originem consecutæ, infinitam accessionem magis ac magis crescentem suscipiunt. Quidquid crescit, ubi ad propriam magnitudinem pervenerit, desinit augeri : avarorum vero argentum omni tempore augescit. Animalia, ubi suæ soboli vim impertiverunt pariendi, supersedent prægnatione : at fœneratorum pecuniæ et adnascentes pariunt, et veteres renovantur. Ne tu portentosæ hujus bestiæ periculum feceris.

σήμερον γεννᾶται, καὶ σήμερον τοῦ τίκτειν ἄρχεται. Τῶν ζώων τὰ ταχὺ τίκτοντα ταχὺ τοῦ γεννᾶν παύεται· τὰ δὲ χρήματα, ταχεῖαν λαμβάνοντα τοῦ πλεονασμοῦ (53) τὴν ἀρχὴν, ἀτέλεστον ἐπιδέχεται τὴν εἰς τὸ πλεῖον προσθήκην. Τῶν αὐξανομένων ἕκαστον, ἐπειδὰν πρὸς τὸ οἰκεῖον ἀφίκηται μέγεθος, τῆς αὐξήσεως ἵσταται· τὸ δὲ τῶν πλεονεκτῶν ἀργύριον τῷ χρόνῳ παντὶ συμπαραύξεται. Τὰ ζῶα, παραδόντα τοῖς ἐγγόνοις τὸ τίκτειν, αὐτὰ τῆς κυήσεως παύεται· τὰ δὲ τῶν δανειστῶν ἀργύρια καὶ τὰ ἐπιγινόμενα τίκτει, καὶ τὰ ἀρχαῖα νεάζει. Μὴ σύ γε εἰς πεῖραν ἔλθοις τοῦ ἀλλοκότου τούτου θηρίου.

4. Libere vides solem. Quid tibi ipse libertatem vitæ invides? Pugil nullus æque adversarii plagas subterfugit, ac debitor creditoris occursum, occultato pone columnas ac muros capite. At, inquis, quomodo nutriar? Manus habes, habes artem; loca operam tuam lucri gratia, ministra : multa sunt parandi victus consilia, occasiones multæ. Idne facere non potes? Pete a possidentibus. An turpe est postulare? Turpius utique fuerit creditorem datis fœnori pecuniis defraudare. Non hæc dico profecto, legem ut feram, sed ut ostendam, omnia tibi tolerabiliora esse, quam argentum fœnore sumere. Formica etsi neque mendicat, neque nummos fœnore accipit, potest tamen nutriri : apis itidem regibus largitur alimenti sui reliquias : quibus tamen nec manus, nec artes concessit natura. Tu vero industrium animal homo, inter artes omnes unam ad transigendam vitam non reperies? Quanquam videmus non necessariorum indigos ad fœnus confugere : neque enim sunt qui eis credant : at fœnore sumunt pecuniam homines, qui **112** se in laxiores impensas et in luxum inutilem effundunt, ii videlicet qui se muliebribus voluptatibus mancipant. Indigeo, inquit illa, vestitu sumptuoso, et aureis vasis : egent filii decenti et sibi convenienti vestimentorum ornamento : quin etiam famuli floridis et vario colore distinctis vestibus sunt induendi : lauta mensa extruenda est. Qui talia mulieri ministrat, ad trapezitam venit, et priusquam accepta utatur pecunia, alium ex alio dominum mutat, atque fœneratores alios aliis semper adjungens, continua illa mali successione egestatem tegit. Et quemadmodum hydropici suspecti sunt de plurima obesitate, sic et iste videtur esse dives, semper accipiens, et sem-

4. Ἐλεύθερον (54) ὁρᾷς τὸν ἥλιον. Τί φθονεῖς σεαυτῷ τῆς παῤῥησίας τοῦ βίου; Οὐδεὶς πύκτης οὕτω τὰς πληγὰς τοῦ ἀνταγωνιστοῦ ὑποφεύγει, ὡς ὁ δανεισάμενος τοῦ χρήστου (55) τὰς συντυχίας, πρὸς κίονας καὶ τοίχους ἀποσκιάζων τὴν κεφαλήν. Πῶς οὖν διατραφῶ, φησίν; Ἔχεις χεῖρας, ἔχεις τέχνην· μισθαρνοῦ, διακόνει· πολλαὶ ἐπίνοιαι τοῦ βίου, πολλαὶ ἀφορμαί. Ἀλλ' ἀδυνάτως ἔχεις; προσαίτει παρὰ τῶν κεκτημένων. Ἀλλ' αἰσχρὸν τὸ αἰτεῖν; Αἰσχρότερον μὲν οὖν τὸ δανεισάμενον ἀποστερεῖν. Οὐ πάντως νομοθετῶν ταῦτα λέγω, ἀλλ' ὑποδεικνὺς, ὅτι πάντα σοι τοῦ δανείζεσθαι φορητότερα. Ὁ μύρμηξ μὲν δύναται, μήτε προσαιτῶν, μήτε δανειζόμενος, διατρέφεσθαι· καὶ μέλισσα τὰ λείψανα τῆς οἰκείας τροφῆς βασιλεῦσι χαρίζεται· οἷς οὔτε χεῖρας, οὔτε τέχνας ἡ φύσις ἔδωκεν· σὺ δὲ τὸ εὐμήχανον ζῶον ὁ ἄνθρωπος μίαν τῶν πασῶν μηχανὴν οὐχ εὑρήσεις πρὸς τὴν τοῦ βίου διαγωγήν; Καίτοι ὁρῶμεν οὐχὶ τοὺς τῶν ἀναγκαίων ἐνδεεῖς ἐρχομένους ἐπὶ τὸ δάνειον (οὐδὲ γὰρ ἔχουσι τοὺς πιστεύοντας), ἀλλὰ δανείζονται ἄνθρωποι, δαπάναις ἀνειμέναις καὶ πολυτελείαις ἀχάρποις ἑαυτοὺς ἐπιδιδόντες, οἱ γυναικείαις ἡδυπαθείαις δουλεύοντες. Ἐμοὶ, φησὶν, ἐσθῆτα πολυτελῆ καὶ χρυσία, τοῖς παιδίοις κόσμον αὐτοῖς (56) εὐπρεπῆ τῶν ἐνδυμάτων, ἀλλὰ καὶ τοῖς οἰκέταις ἀνθινὰ καὶ ποικίλα τὰ περιβόλαια, τῇ τραπέζῃ δαψίλειαν. Ὁ τὰ τοιαῦτα λειτουργῶν γυναικὶ ἐπὶ τὸν τραπεζίτην ἔρχεται, καὶ πρὶν χρήσασθαι τοῖς ληφθεῖσιν, ἄλλον ἐξ ἄλλου μεταλαμβάνει δεσπότην, καὶ μετενδεσμῶν ἀεὶ τοὺς δανείζοντας, τῇ συνεχείᾳ τοῦ κακοῦ φεύγει τῆς ἀπορίας τὸν ἔλεγχον. Καὶ ὥσπερ οἱ ὑδεριῶντες ἐν ὑπονοίᾳ πολυσαρκίας εἰσὶν, οὕτω καὶ οὗτος ἐν φαντασίᾳ περιουσίας ὑπάρχει, ἀεὶ λαμβάνων, καὶ ἀεὶ διδοὺς, καὶ ἐκ τῶν δευτέρων δια-

(53) Vox πλεονασμός in sacris Litteris significat, id quod præter sortem accipitur. Vide cap. XXII Ezechielis. Mox Regii secundus et sextus αὐξομένων. Infra Colb. octavus ἐπιγενόμενα. Ibidem multi mss. εἰς πεῖραν ἔλθῃς.

(54) Editi et mss. omnes ἐλεύθερον. Sed legendum esse ἐλεύθερος putant viri doctissimi, iidemque de Basilio nostro optime meriti Ducæus et Combefisius quorum sententiæ nostrum calculum adderemus haud inviti, si vel unus ms. huic lectioni faveret. Sed cum nullus ei codex suffragetur, vocem ἐλεύθερον retinendam quidem censuimus, sed ita, ut eam adverbialiter interpretemur.

(55) Hic variant editi et mss. inter se. Editio Paris. et Coisl. τοῦ δανειστοῦ. Alii mss. χρεώστου, alter χρεόστου. Colb. quartus χρηστοῦ. Reg. quartus et Colb. septimus cum editione Basil. τοῦ χρήστου. Scio quidem nihil ad sensum referre, utro quis modo legerit, δανειστοῦ an χρήστου· arbitror tamen legi oportere χρήστου, nec aliter Basilium scripsisse. Nam, ut ex dictis patet, multi mss. aut eam vocem plane exhibent, aut certe aliam, quæ ab ipsa non ita multum recedit.

(56) Vox αὐτοῖς deest in plerisque mss. Mox octo mss. cum editione Basil. καὶ ποικίλα τά. Editio Paris. ποικιλτὰ περιβ.

Digitized by Google

λύων (57) τὰ φθάσαντα, τὴν πρὸς τὸ λαμβάνειν ἀξιοπιστίαν ἐκ τῆς τοῦ κακοῦ συνεχείας περιποιούμενος ἑαυτῷ. Εἶτα ὥσπερ ἐπὶ τῆς χολέρας οἱ τὸ ἀεὶ προϊστάμενον ἐξερῶντες (58), καὶ πρὶν παντελῶς καθαρθῆναι δευτέραν τροφὴν ἐπεμβαλλόμενοι, πάλιν ἐμοῦσι μετ' ὀδύνης καὶ σπαραγμῶν· οὕτω καὶ οὗτοι τόκους ἐκ τόκων μεταλαμβάνοντες, καὶ πρὶν ἐκκαθᾶραι τὰ πρῶτα, δεύτερον ἐπεισάγοντες δάνεισμα, μικρὸν χρόνον τοῖς ἀλλοτρίοις ἐναβρυνόμενοι, ὕστερον καὶ τὰ οἰκεῖα ὠδύραντο. Ὦ πόσους ἀπώλεσε τὰ ἀλλότρια ἀγαθά! Πόσοι ὄναρ πλουτήσαντες ὑπεραπήλαυσαν τῆς ζημίας! Ἀλλὰ πολλοί, φησὶ, καὶ ἐκ δανεισμάτων ἐπλούτησαν. Πλείους δὲ, οἶμαι, καὶ βρόχων ἥψαντο. Σὺ δὲ τοὺς μὲν πλουτήσαντας βλέπεις, τοὺς δὲ ἀπαγξαμένους οὐκ ἀριθμεῖς, οἳ, τὴν ἐπὶ ταῖς ἀπαιτήσεσιν αἰσχύνην μὴ φέροντες (59), τὸν δι' ἀγχόνης θάνατον τοῦ ἐπονειδίστως ζῆν προετίμησαν. Εἶδον ἐγὼ ἐλεεινὸν θέαμα, παῖδας ἐλευθέρους ὑπὲρ χρεῶν πατρικῶν (60) ἑλκομένους εἰς τὸ πρατήριον. Οὐκ ἔχεις καταλιπεῖν χρήματα τοῖς παισί; μὴ προσαφέλῃ καὶ τὴν εὐγένειαν. Ἐν τοῦτο διατήρησον αὐτοῖς τὸ κτῆμα τῆς ἐλευθερίας, τὴν παρακαταθήκην ἣν παρὰ τῶν γονέων παρέλαβες. Οὐδεὶς πενίαν πατρὸς ἐνεκλήθη ποτέ· ὄφλημα δὲ πατρῷον εἰς δεσμωτήριον ἄγει. Μὴ καταλίπῃς γραμματεῖον ὥσπερ ἀρὰν πατρικὴν εἰς παῖδας καταβαίνουσαν καὶ ἐγγόνους (61).

per dans, et ex posterioribus priora dissolvens, atque jugi mali successione requisitam ad accipiendum fidem sibi ipse comparans. Deinde sicut ii qui cholera laborant, id semper quod ante sumptum est ejiciunt, et quemadmodum si ante integram purgationem cibum alterum capiunt, hunc rursus cum dolore, et cum nervorum convulsione evomunt : ita et hi fœnus fœnore commutantes, et antequam priores usuræ purgentur, alteram adjicientes, parumper in alienis gloriati, tum demum rei etiam familiaris jacturam lugent. O quot homines perdiderunt aliena bona! Quot in somnis ditati, in ærumnas et calamitates maximas inciderunt! Atqui, inquis, multi etiam fœnore facti sunt divites : at vero plures, arbitror, ad laqueos pervenerunt. Tu porro ditatos quidem respicis, strangulatos vero non numeras, qui exactionis dedecus minime ferentes, sibi mortem maluerunt laqueo asciscere, quam probrose vivere. Vidi ego miserabile spectaculum, ingenuos pueros, qui, ut venderentur, in forum ob patris debita pertrahebantur. Non habes pecuniam quam relinquas filiis? Cave ingenuitatem eis auferas. Unam hanc ipsis conserva libertatis possessionem, depositum illud, quod a parentibus accepisti. Nemini unquam patris paupertas data est crimini : at paternum debitum in carcerem ducit. Ne relinquas syngraphan ceu paternam exsecrationem in filios ac nepotes descendentem.

5. Ἀκούετε, οἱ πλούσιοι, ὁποῖα συμβουλεύομεν τοῖς πτωχοῖς διὰ τὴν ὑμετέραν ἀπανθρωπίαν· ἐγκαρτερεῖν μᾶλλον τοῖς δεινοῖς, ἢ τὰς ἐκ τῶν τόκων συμφορὰς ὑποδέχεσθαι. Εἰ δὲ ἐπείθεσθε τῷ Κυρίῳ, τίς χρεία τῶν λόγων τούτων; Τίς δέ ἐστιν ἡ συμβουλὴ τοῦ Δεσπότου; Δανείζετε παρ' ὧν οὐκ ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν. Καὶ ποῖον, φησὶ, τοῦτο δάνεισμα, ᾧ τῆς ἀποδόσεως (62) ἐλπὶς οὐ συνέζευκται; Νόησον τὴν δύναμιν τοῦ ῥητοῦ, καὶ θαυμάσεις τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ νομοθέτου. Ὅταν πτωχῷ παρέχειν μέλλῃς διὰ τὸν Κύριον, τὸ αὐτὸ καὶ δῶρόν ἐστι καὶ δάνεισμα· δῶρον μὲν διὰ τὴν ἀνελπιστίαν τῆς ἀπολήψεως, δάνεισμα δὲ διὰ τὴν μεγαλοδωρεὰν τοῦ Δεσπότου τοῦ ἀποτεινύντος ὑπὲρ αὐτοῦ, ὃς, μικρὰ λαβὼν διὰ τοῦ πένητος, μεγάλα ὑπὲρ αὐτῶν ἀποδώσει. *Ὁ γὰρ ἐλεῶν πτωχὸν* (63) *δανείζει Θεῷ*. Οὐ βούλει τὸν πάντων Δεσπότην ὑπεύθυνον ἔχειν σεαυτῷ πρὸς τὴν ἔκτισιν; Ἤ τῶν μὲν ἐν τῇ πόλει πλουσίων ἐάν τις ὁμολογήσῃ σοι τὴν ὑπὲρ ἑτέρων ἔκτισιν, δέχῃ αὐτοῦ τὴν ἐγγύην; Θεὸν δὲ ὑπερεκτιστὴν τῶν πτωχῶν οὐ προσίεσαι. Δὸς τὸ εἰκῆ κείμενον ἀργύριον,

5. Audite, divites, quale pauperibus demus consilium ob vestram inhumanitatem, nempe, ut gravissima quæque constanter ferant potius quam calamitates ex fœnore provenientes perpetiantur. Morem si Domino gereretis, quid his verbis esset opus? Quodnam autem Domini consilium est? Mutuum date iis, a quibus non speratis recepturos vos esse [36]. Et quale, inquit, hoc mutuum, cui redditionis spes conjuncta non est? Intellige sententiæ vim, et legislatoris mirabere humanitatem. Ubi pauperi Domini gratia dederis, idem et donum est et fœnus; donum quidem, quod recepturum te nihil esse speras: fœnus vero, ob Domini pro inope persoluturi munificentiam, qui, paucis per pauperem acceptis, magna eorum loco redditurus est. *Qui enim miseretur pauperis, fœnerat Deo* [37]. Non vis universorum Dominum obnoxium tibi ipsi habere ad persolvendum? Si quis in civitate dives spondeat se tibi pro aliis soluturum, nonne fidejussionem **113** illius accipis? at Deum ceu sponsorem qui pro pauperibus soluturus sit, non admittis. Inutile tibi argentum da, non gravans illud accessionibus;

[36] Luc. VI, 34, 35. [37] Prov. XIX, 17.

(57) Colb. octavus διαλύει.

(58) Sic Regii tertius et sextus. Reg. quartus et Colb. septimus pro ἐξερῶντες habent ἐξεμοῦντες, non dissimili sensu. Editi ἐξαιροῦντες, male. Aliquanto post Reg. tertius πρὶν ἐκκαρθῆναι. Mox idem codex ἀπώλεσαν.

(59) *Οἱ τὴν ἐπὶ ταῖς ἀπαιτήσεσιν αἰσχύνην μὴ φέροντες*. Legendum potius, ut in eodem serm., p. 496, ἀπαντήσεσιν, *vadimoniorum dedecus non ferentes*. MARAN.

(60) Colb. octavus χρεῶν πατρῴων.

(61) Multi mss. ἐγγόνους. Editi ἐκγόνους. Obiter hic monere libet, vocem ἔκγονος raro in mss. legi. Ibidem quidam mss. οἷα. Alii ποῖα.

(62) Reg. secundus ᾧ τῆς ἀντοποδόσεως.

(63) Reg. tertius ἐλεῶν, φησί. Nec ita multo post mss. tres ἑτέρου. Alii quinque ἑτέων. Subinde Reg. tertius ὑπάρχει τό.

Digitized by Google

et bene utrique consultum fuerit. Tibi enim certo servabitur : ei vero, qui acceperit, lucrum ex usu accedet. Quod si additamentum etiam requiris, iis quæ pendenda sunt a Domino, contentus esto. Ipse persolvet pro pauperibus usuras. Ab eo qui vere benignus est, benignitatem exspecta. Quæ enim accipis a paupere, ea omnem inhumanitatis modum superant. Facis quæstum ex calamitatibus, ex lacrymis colligis argentum, nudum strangulas, verberas famelicum : nusquam misericordia : cognationis ejus, quæ cum divexato habetur, cogitatio nulla animum subit : imo quæ inde proveniunt lucra humana appellas. Væ, qui dicunt amarum dulce, et dulce amarum [38], quique inhumanitatem humanitatem vocant. Neque vero proposita a Samsone combibonibus ænigmata, erant ejusmodi : *A comedente exivit cibus, et a forti exiit dulce* [39] : et ab inhumano humanitas prodiit. *Non colligunt de spinis uvas, neque de tribulis ficus* [40], neque a fœnore benignitatem. Omnis enim arbor marcida fructus malos facit. Quidam sunt *centesimatores* et *decimatores* : nomina vel auditu horrenda; mensrui illi repetitores, velut hi dæmones qui comitialis morbi auctores sunt, ad lunæ periodos in pauperes invadunt. Quod datur, id utrique male cedit, et danti, et accipienti : huic quidem in pecunias, illi vero in ipsam animam damnum infert. Agricola, spica accepta, semen rursus sub radice non scrutatur : tu vero et fructus habes, et sortem non relinquis. Plantas sine terra; sine satione metis. Cui congeras, incertum est. Qui ob usuras lacrymatur, certo agnoscitur : qui vero earum copia fruiturus est, non certo. Nam incertum est utrum non sis aliis divitiarum usum relicturus, et tamen tibi ipse malum iniquitate ascivisti. *Neque* igitur *volentem mutuum accipere, averseris* [41], neque pecuniam tuam fœnore occupaveris. Ex Veteri et ex Novo Testamento conducibilia edoctus, bona cum spe ad Dominum abeas, bonorum operum usuras illic recepturus : in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

μὴ βαρύνων αὐτὸ ταῖς προσθήκαις, καὶ ἀμφοτέροις ἔξει καλῶς. Σοὶ μὲν γὰρ ὑπάρξει τὸ ἐκ τῆς φυλακῆς ἀσφαλές· τῷ δὲ λαβόντι τὸ ἐκ τῆς χρήσεως κέρδος. Εἰ δὲ καὶ προσθήκην ἐπιζητεῖς, ἀρκέσθητι τοῖς παρὰ τοῦ Κυρίου. Αὐτὸς ὑπὲρ τῶν πενήτων τὸν πλεονασμὸν ἀποτίσει. Παρὰ τοῦ ὄντως φιλανθρώπου ἀνάμενε τὰ φιλάνθρωπα. Ἃ γὰρ λαμβάνεις, ταῦτα μισανθρωπίας οὐδεμίαν ὑπερβολὴν ἀπολείπει (64). Ἀπὸ συμφορῶν κερδαίνεις, ἀπὸ δακρύων ἀργυρολογεῖς, τὸν γυμνὸν ἄγχεις, τὸν λιμώττοντα τύπτεις· ἔλεος οὐδαμοῦ· ἔννοια τῆς συγγενείας τοῦ πάσχοντος οὐδεμία· καὶ τὰ ἐντεῦθεν κέρδη φιλάνθρωπα ὀνομάζεις. Οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρὸν (65), καὶ οἱ τὴν μισανθρωπίαν φιλανθρωπίαν προσαγορεύοντες. Οὐδὲ τὰ τοῦ Σαμψὼν αἰνίγματα τοιαῦτα ἦν, ἃ προεβάλετο τοῖς συμπόταις· *Ἀπὸ ἐσθίοντος ἐξῆλθε βρῶσις, καὶ ἀπὸ ἰσχυροῦ ἐξῆλθε γλυκύ*· καὶ ἀπὸ μισανθρώπου ἐξῆλθε φιλανθρωπία. *Οὐ συλλέγουσιν ἀπὸ ἀκανθῶν σταφυλὰς, οὐδὲ ἀπὸ τριβόλων σῦκα*, οὐδὲ ἀπὸ τόκων φιλανθρωπίαν. Πᾶν γὰρ δένδρον σαπρὸν καρποὺς πονηροὺς ποιεῖ. *Ἑκατοστολόγοι* καὶ *δεκατηλόγοι* τινὲς (66) φρικτὰ καὶ ἀκουσθῆναι ὀνόματα· μηνιαῖοι ἀπαιτηταὶ, ὥσπερ οἱ τὰς ἐπιληψίας ποιοῦντες δαίμονες, κατὰ τὰς περιόδους τῆς σελήνης ἐπιτιθέμενοι τοῖς πτωχοῖς. Πονηρὰ δόσις ἑκατέρῳ, καὶ τῷ διδόντι, καὶ τῷ λαμβάνοντι· τῷ μὲν εἰς χρήματα, τῷ δὲ εἰς αὐτὴν τὴν ψυχὴν φέρουσα τὴν ζημίαν. Ὁ γεωργὸς, τὸν στάχυν λαβὼν, τὸ σπέρμα πάλιν ὑπὸ τὴν ῥίζαν οὐκ ἐρευνᾷ· σὺ δὲ καὶ τοὺς καρποὺς ἔχεις, καὶ οὐκ ἀφίστασαι τῶν ἀρχαίων. Ἄνευ γῆς φυτεύεις· ἄνευ σπορᾶς θερίζεις. Ἄδηλον, τίνι συνάγεις. Ὁ μὲν δακρύων ἐπὶ τοῖς τόκοις πρόδηλος· ὁ δὲ ἀπολαύειν μέλλων τῆς ἀπὸ τούτων περιουσίας ἀμφίβολος. Ἄδηλον γὰρ εἰ μὴ ἕτερος τὴν ἐπὶ τῷ πλούτῳ χάριν (67) ἀφήσεις, τὸ ἐκ τῆς ἀδικίας κακὸν σεαυτῷ θησαυρίσας. *Μήτε* οὖν *τὸν θέλοντα δανείσασθαι ἀποστραφῇς*, καὶ τὸ ἀργύριόν σου μὴ δῷς ἐπὶ τόκῳ, ἵνα, ἐκ Παλαιᾶς καὶ Νέας Διαθήκης τὰ συμφέροντα διδαχθεὶς, μετ' ἀγαθῆς τῆς ἐλπίδος πρὸς τὸν Κύριον ἀπῇς, ἐκεῖ τοὺς τόκους τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἀπολῃψόμενος, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[38] Isai. v, 20. [39] Judic. xiv, 14. [40] Matth. vii, 16. [41] Matth. v, 42.

(64) Reg. tertius καταλείπει. Statim Colb. quartus πένητα ἄγχεις. Ibidem idem codex πνίγεις pro τύπτεις.

(65) Illa, καὶ τὸ γλυκὺ πικρόν, addidimus ex Regiis secundo et sexto. Infra Reg. secundus ἀπὸ μισανθρωπίας. Nec aliter legitur in Reg. sexto, sed secunda manu. Editi vero et alii sex mss. ἀπὸ μισανθρώπου.

(66) Sic editio Basil., quam scripturam exhibet quoque Reg. sextus, non quidem prima manu, sed antiqua tamen. Editio Paris. non secus ac mss. multi δεκατολόγοι. Alii duo mss. δεκαστολόγοι. Mox Reg. primus τὰς ἐπιλήψεις. Subinde Reg. secundus ἐπιθέμενοι πτωχοῖς.

(67) Sic octo mss. cum editione Basil. Editio vero Paris. πλούτῳ χάραν. Mox mss. non pauci ἵν' ἐκ. Statim editio Paris. συμφέροντά σοι. Vox σοι abest ab omnibus mss.

(68) Illa, Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ ἐξοδίου σκηνῆς, leguntur quidem in Colbertinis secundo et septimo et in editione Parisiensi : sed in aliis octo mss. desunt.

IN PSALMUM XXVIII.

Psalmus David in exitu a tabernaculo.

1. Psalmus vicesimus octavus habet quidem partem inscriptionis communem; *Psalmus* enim, inquit, *Davidi* : habet vero et aliquid proprium;

ΕΙΣ ΤΟΝ ΚΗ' ΨΑΛΜΟΝ.

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ ἐξοδίου σκηνῆς (68).

1. Ὁ εἰκοστὸς ὄγδοος ψαλμὸς ἔχει μὲν καὶ τὸ κοινὸν τῆς ἐπιγραφῆς· *Ψαλμὸς* γάρ, φησὶ, *τῷ Δαβίδ*· ἔχει δέ τι καὶ ἰδιάζον· πρόσκειται γάρ, *Ἐξ-*

Digitized by Google

ταδικὴν γῆ λεγόμεθα ἡμεῖς οἱ ἀκούσαντες παρὰ Θεοῦ τὸ, *Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ* · οἱ πλήρεις ἐσμὲν τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ · *Νεκροὺς* γὰρ *ὄντας ἡμᾶς ταῖς ἁμαρτίαις* καὶ τοῖς παραπτώμασιν ἐλεήσας ὁ Θεὸς *συνεζωοποίησε τῷ Χριστῷ*. *Τῷ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν*. Ποῦ οἱ τὸ Πνεῦμα ἐξουθενοῦντες; ποῦ οἱ χωρίζοντες αὐτὸ ἀπὸ τῆς δημιουργικῆς δυνάμεως; ποῦ οἱ τῆς πρὸς Πατέρα καὶ Υἱὸν συναφείας αὐτὸ διατέμνοντες; Ἀκουέτωσαν τοῦ ψαλμοῦ λέγοντος · *Τῷ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν*. Οὔτε γὰρ Λόγος (5), ἡ κοινὴ αὕτη λαλιά, νομισθήσεται ἐξ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων τὴν σύστασιν ἔχουσα, οὔτε τὸ Πνεῦμα ἀτμὶς εἰς ἀέρα διαχεομένη · ἀλλὰ καὶ Λόγος ὁ ἐν ἀρχῇ ὢν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ ἰδίως τῆς προσηγορίας ταύτης τετύχηκεν. Ὡς οὖν ὁ δημιουργὸς Λόγος ἐστερέωσε τὸν οὐρανὸν, οὕτω τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται (τουτέστιν, ὃ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, ἵνα μὴ τῶν ἐξωθέν τι καὶ τῶν κτισμάτων αὐτὸ κρίνῃς, ἀλλ' ὡς ἐκ Θεοῦ ἔχον τὴν ὑπόστασιν δοξάζῃς), ἁπάσας τὰς ἐν αὐτῷ δυνάμεις συνεπέφερε. Τῷ οὖν Πνεύματι πᾶσα ἡ δύναμις ἡ ἐπουράνιος (6) ἐστερεώθη · τουτέστι, τὸ εὔτονον καὶ πάγιον καὶ βέβαιον ἐν ἁγιασμῷ, καὶ πάσῃ τῇ πρεπούσῃ ταῖς ἱεραῖς δυνάμεσιν ἀρετῇ, ἐκ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐπικουρίας ἔχουσιν. Ἐνθάδε μὲν οὖν Πνεῦμα στόματος αὐτοῦ ἀναγέγραπται · εὑρήσομεν δὲ ἀλλαχοῦ καὶ Λόγον στόματος αὐτοῦ εἰρημένον, ἵνα νοηθῇ ὁ Σωτὴρ (7), καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρός. Ἐπεὶ οὖν Λόγος μὲν Κυρίου ὁ Σωτὴρ, καὶ Πνεῦμα τοῦ στόματος αὐτοῦ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἀμφότερα δὲ συνήργησε τῇ κτίσει τῶν οὐρανῶν καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς δυνάμεων, διὰ τοῦτο εἴρηται · *Τῷ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν*. Οὐδὲν γὰρ ἁγιάζεται, εἰ μὴ (8) τῇ παρουσίᾳ τοῦ Πνεύματος. Ἀγγέλων γοῦν τὴν μὲν εἰς τὸ εἶναι πάροδον ὁ δημιουργὸς Λόγος ὁ ποιητὴς τῶν ὅλων παρείχετο · τὸν ἁγιασμὸν δὲ αὐτοῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον συνεπέφερεν. Οὐ γὰρ νήπιοι κτισθέντες οἱ ἄγγελοι, εἶτα τελειωθέντες τῇ κατ' ὀλίγον μελέτῃ, οὕτως ἄξιοι τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποδοχῆς γεγόνασιν · ἀλλ' ἐν τῇ πρώτῃ συστάσει καὶ τῷ οἱονεὶ φυράματι τῆς οὐσίας αὐτῶν συγκαταβληθεῖσαν (9) ἔσχον τὴν ἁγιότητα. Διὸ καὶ δυσμετάθετοί εἰσι πρὸς κακίαν, εὐθὺς, οἱονεὶ βαφῇ τινι, τῷ ἁγιασμῷ στομωθέντες, καὶ τὸ μόνιμον εἰς ἀρετὴν τῇ δωρεᾷ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔχοντες.

A terra dicimur nos qui illud a Deo audivimus : *Terra es, et in terram ibis* [68]. Porro repleti sumus Dei miserationibus; cum enim *Mortui essemus* delictis et *peccatis*, misertus Deus *vivificavit nos cum Christo* [69]. VERS. 6. *Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Ubi sunt qui Spiritum floccifaciunt? ubi sunt qui illum a potentia creatrice separant? ubi qui ipsum a Patris ac Filii conjunctione dirimunt? Audiant psalmum dicentem : *Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Neque enim Verbum existimabitur communis hæc locutio esse, quæ ex nominibus ac dictionibus consistit : neque Spiritus vapor in aera diffusus; sed et Verbum, quod in principio erat apud Deum [70], et Spiritus sanctus, qui hanc B proprie sortitus est appellationem. Quemadmodum igitur Verbum opifex firmavit cœlum, sic Spiritus qui ex Deo, qui a Patre procedit, hoc est, qui ex ore illius est (ut ne ipsum externam quamdam rem aut creaturam esse judices, sed tanquam hypostasim ex Deo habentem glorifices), omnes ejus virtutes simul intulit. Itaque cœlestis omnis virtus Spiritu firmata est : hoc est, soliditatem, firmitatemque et constantiam, in sanctitate, et omni virtute sacris potestatibus conveniente, ex Spiritus auxilio habet. Hic igitur Spiritus oris ejus scriptus est. Inveniemus autem alibi et Verbum oris ipsius **136** dictum, ut intelligatur Salvator ipse, et sanctus ejus Spiritus ex Patre. Quoniam igitur Servator Verbum Domini est, et Spiritus sanctus oris ipsius C Spiritus est, uterque autem in cœlis et eorum virtutibus creandis pariter operam contulit, idcirco dictum est : *Verbo Domini cœli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Nihil enim sanctitatem adipiscitur, nisi per Spiritus sancti præsentiam. Itaque quod angeli sunt, ab opifice Verbo universorum conditore habent : eis vero sanctitatem Spiritus sanctus impertivit. Non enim infantes creati sunt angeli, deinde paulatim exercitio perfecti, sic facti sunt digni qui Spiritum reciperent; sed in prima constitutione, et una cum substantiæ suæ quasi mixtura infusam habuere sanctitatem. Quapropter etiam ægre ad malitiam convertere se possunt, quippe qui illico sanctimonia, veluti tinctura quadam corroborati sint, firmitatemque in D virtute ac constantiam dono Spiritus sancti acceperint.

[68] Gen. III, 19. [69] Ephes. II, 5. [70] Joan. I, 1.

(5) Editio Paris. ὁ Λόγος. Sed deest articulus in sex mss. Mox Reg. secundus Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀτμίς.

(6) Colb. primus ἡ οὐράνιος.

(7) Reg. tertius ἵνα νομισθῇ ὁ Σωτήρ. Vox αὐτοῦ, quæ proxime sequitur, deest in multis mss. Sed eam male omissam esse a librariis putamus, tum quod in multis aliis mss. legatur, tum maxime quod inveniatur in Eusebio : a quo totum illud fragmentum, uti in præfatione ostenditur, sumptum est. Aliter de illo, ἐκ τοῦ Πατρός, judicandum censemus. Cum enim illud, ἐκ τοῦ Πατρός, desit in multis mss., nec legatur quoque in Commentariis Eusebii, id huc inepte accersitum fuisse haud injuria credi potest.

(8) Editi et Reg. sextus et Colb. quintus εἰ μή. Deest εἰ in Eusebii Commentariis, et in quinque mss. Mox editio Paris. ὁ δημιουργὸς τῶν ὅλων ὁ ποιητὴς Λόγος παρείχετο, confuse. Restituimus et ex mss. et ex ipsis Eusebii Commentariis pristinum ac genuinum verborum ordinem.

(9) Colb. quartus συγκαταβληθείσης, non recte. Paulo post quinque mss. ὡς ἀσκόν. Editi ὥσει.

Digitized by Google

5. VERS. 7. *Congregans sicut utrem aquas maris, ponens in thesauris abyssos.* Non dixit, Congregans aquas maris sicut in utre, sed, *Ut utrem*, ita aquas maris congregans. Jam vero considera, quæso, utris naturam, quæ nunc quidem inflatur, cum corium intercluso spiritu distentum est; nunc vero contrahitur, cum flatus ille quo distendebatur secessit. Sic itaque mare aliquando intumescit ac effervescit ventis efferatum ac tumens, aliquando vero rursus tranquillitate in humile contrahitur. Igitur ut utrem, ita contrahit ac deprimit Dominus aquam maris. Invenimus autem in quibusdam exemplaribus, *Congregans velut in utre aquas maris :* quibus verbis ad veterem historiam deducimur, cum mare Rubrum, nemine id neque dividente neque continente, ipsum ad se ipsum contractum est, quasi in utre quodam colligatum, divino mandato illud effundi non sinente. *Ponens*, inquit, *in thesauris abyssos.* Erat sententiæ communi magis congruum dicere : Ponens in abyssis thesauros : hoc est, in mysterio divitias continens suas. Nunc vero velut opes quasdam divinis thesauris dignas, abyssos ipsas esse dicit. Nunquid ergo judicii divini rationes inenarrabiles et humano captui incomprehensibiles, abyssi dicuntur, cum in sola Dei cognitione repositæ sint rationes, juxta quas singula moderatur? Quod enim lata de singulis judicia abyssus vocata sint, in alio psalmo didicimus dicente, *Judicia tua abyssus multa*[71]. Quapropter si quæris, cur, vita peccatoris prorogata, justi dies in hoc incolarum loco brevientur, cur injustus secunda utatur fortuna, justus adversa, cur sit puerulus raptus ante ætatis perfectionem, unde bella, cur naufragia, terræ motus, siccitates, pluviæ, cur quæ letalia sunt hominibus creata sint, **137** cur hic servus, ille liber, cur alius dives, alius pauper (atque etiam multum est discriminis in peccatis ac recte factis : hæc enim lenæ vendita, vi in peccato est, illa vero ab initio heram bonam nacta, in virginitate educata est), cur hæc affecta beneficio sit : illa vero condemnata ; et quid sit unicuique horum a judice retribuendum ; quibus omnibus tibi in mentem venientibus, cogita Dei judicia abyssos esse, nec a quolibet facile comprehendi posse, quod in divinis thesauris conclusa sunt. Sed et credenti data promissio est a Deo, videlicet, *Dabo tibi thesauros absconditos et invisibiles*[72]. Postquam igitur ea cognitione quæ est facie ad faciem, digni habiti fuerimus,

5. *Συναγων ὡς ἀσκὸν ὕδατα θαλάσσης, τιθεὶς ἐν θησαυροῖς ἀβύσσους.* Οὐκ εἶπε, Συνάγων τὰ ὕδατα τῆς θαλάσσης ὡς ἐν ἀσκῷ, ἀλλ' *Ὡς ἀσκὸν*, οὕτω τὰ ὕδατα τῆς θαλάσσης συνάγων. Νόησον δέ μοι τὴν τοῦ ἀσκοῦ φύσιν, νῦν μὲν διαφυσωμένην, ὅταν τῷ ἐναπολῃφθέντι (10) πνεύματι τὸ δέρμα περιταθῇ· νῦν δὲ συστελλομένην, ὅταν ὑποχωρήσῃ τὸ διατεῖνον. Οὕτω τοίνυν ἡ θάλασσα ποτὲ μὲν ἐκφλεγμαίνει καὶ ζεῖ τοῖς πνεύμασιν ἀγριαινομένη καὶ ἐξοιδαίνουσα· ποτὲ δὲ πάλιν ὑπὸ γαλήνης εἰς ταπεινὸν καταστέλλεται. Ὡς οὖν ἀσκὸν, οὕτως συστέλλει καὶ ταπεινοῖ τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης ὁ Κύριος. Εὕρομεν (11) δὲ ἔν τισι τῶν ἀντιγράφων, *Συνάγων ὡς ἐν ἀσκῷ ὕδατα θαλάσσης*, ἐπὶ τὴν παλαιὰν ἱστορίαν τοῦ λόγου ἡμᾶς ἀναπέμποντος, ὅτε ἡ Ἐρυθρὰ θάλασσα, οὐδενὸς αὐτὴν διαιροῦντος, οὐδὲ συνέχοντος, αὐτὴ πρὸς ἑαυτὴν συνειστήκει, οἷον ἀσκῷ τινι ἐνδεδεμένη (12), τοῦ θείου προστάγματος προχυθῆναι αὐτὴν οὐκ ἐῶντος. *Τιθεὶς*, φησὶν, *ἐν θησαυροῖς ἀβύσσους.* Ἀκολουθότερον ἦν ὡς πρὸς τὴν κοινὴν ἔννοιαν εἰπεῖν, Τιθεὶς ἐν ἀβύσσοις τοὺς θησαυρούς· τουτέστιν, ἐν μυστηρίῳ συνέχων τὸν ἑαυτοῦ πλοῦτον. Νῦν δὲ ὥσπερ τινὰ κειμήλια ἄξια τῶν θείων θησαυρῶν τὰς ἀβύσσους εἶναί φησι. Μήποτε οὖν οἱ περὶ τῆς θείας κρίσεως λόγοι, ἄρρητοι ὄντες καὶ ἀκατάληπτοι ταῖς ἀνθρωπίναις ἐννοίαις, ἄβυσσοι λέγονται, ἐν μόνῃ τῇ τοῦ Θεοῦ γνώσει ἀποκειμένων τῶν λόγων, καθ' οὓς ἕκαστα οἰκονομεῖ (13); Ὅτι γὰρ τὰ περὶ ἕκαστον κρίματα ἄβυσσος πρυσηγορεύθη, ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ δεδιδάγμεθα λέγοντι· *Τὰ κρίματά σου ἄβυσσος πολλή.* Ἐὰν οὖν ἐπιζητῇς, διὰ τί τοῦ μὲν ἁμαρτωλοῦ ἡ ζωὴ παρατείνεται, τοῦ δὲ δικαίου αἱ ἡμέραι τῆς παροικίας (14) συντέμνονται, διὰ τί ὁ μὲν ἄδικος εὐθηνεῖται, ὁ δὲ δίκαιος θλίβεται, διὰ τί τὸ παιδίον πρὶν εἰς τελείωσιν ἐλθεῖν ἀνηρπάσθη, πόθεν πόλεμοι, διὰ τί τὰ ναυάγια, οἱ σεισμοὶ, οἱ αὐχμοὶ, αἱ ἐπομβρίαι, διὰ τί τὰ φθαρτικὰ τῶν ἀνθρώπων δεδημιούργηται, διὰ τί ὁ μὲν δοῦλος, ὁ δὲ ἐλεύθερος, ὁ μὲν πλουτεῖ, ὁ δὲ πένεται (πολὺ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἁμαρτανομένοις ἢ κατορθουμένοις ἐστὶ τὸ διάφορον· ἡ μὲν γὰρ πορνοβοσκῷ πραθεῖσα πρὸς ἀνάγκην ἐστὶν ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ· ἡ δὲ εὐθὺς ἀγαθῆς (15) δεσποίνης ἐπιτυχοῦσα συνεξετράφη τῇ παρθενίᾳ), διὰ τί αὕτη μὲν εὐεργετήθη, ἐκείνη δὲ κατεδικάσθη· καὶ τίς ἡ ἐφ' ἑκάστου (16) τούτων παρὰ τοῦ κριτοῦ ἀνταπόδοσις· ταῦτα πάντα λαβὼν εἰς ἔννοιαν, ἐνθυμήθητι, ὅτι ἄβυσσός ἐστι τὰ κρίματα τοῦ Θεοῦ, καὶ τῷ τοῖς θησαυροῖς τοῖς θείοις ἐναποκεκλεῖσθαι, οὐκ εὔληπτα τοῖς τυχοῦσι. Καὶ τῷ πιστεύ-

[71] Psal. XXXV, 7. [72] Isa. XLV, 3.

(10) Colbertini primus et quartus ἐναπολειφθέντι. Editi vero et alii mss. ἐναπολῃφθέντι, bene. Mox Reg. tertius ἐμφλεγμαίνει. Nec ita multo post septem mss. εἰς ταπεινὸν καταστέλλουσα. Editi cum quibusdam mss. καταστέλλεται.

(11) Colb. quartus εὕραμεν. Statim Colbertini primus et quartus ὡς εἰς ἀσκόν.

(12) Reg. secundus in contextu ἐνδεδεμένη, *cinctum :* sed idem codex vulgatam lectionem, ἐνδεδυμένη, præfert quoque in margine.

(13) Nonnulli mss. οἰκονομεῖται. Alii οἰκονομεῖ.

(14) Editi et Regii quartus et sextus cum Colb. septimo αἱ ἡμέραι τῆς παροικίας· sed illud, τῆς παροικίας, deest in multis mss.

(15) Colb. quartus ἡ δὲ ὁδηγοῦ ἀγαθῆς, etc., *nacta heram bonam, quæ viam commonstrabat.*

(16) Codices nonnulli ἐφ' ἑκάστῳ. Alii ἐφ' ἑκάστου. Infra Reg. secundus ἐπαγγελία δίδοται.

Digitized by Google

οντι δὲ ἐπαγγελία δέδοται παρὰ Θεοῦ, ὅτι *Δώσω σοι θησαυροὺς ἀποκρύφους, ἀοράτους*. Ἐπειδὰν οὖν καταξιωθῶμεν τῆς πρόσωπον πρὸς πρόσωπον γνώσεως, ὀψόμεθα καὶ τὰς ἐν τοῖς θησαυροῖς τοῦ Θεοῦ ἀβύσσους. Συνάγων δὲ τὰ ἐν τῇ Γραφῇ περὶ ἀσκῶν εἰρημένα, μᾶλλον γενήσῃ ἐν περινοίᾳ τοῦ βουλήματος τοῦ προφητικοῦ (17). Οἱ μὲν οὖν ἀνακαινοῦμενοι ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ, καὶ τὸν καινὸν οἶνον ἀπὸ τῆς ἀμπέλου τῆς ἀληθινῆς χωροῦντες, ἀσκοὶ εἶναι λέγονται ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ καινοί· οἱ δὲ μηδέπω τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἀποθέμενοι ἀσκοί εἰσι παλαιοὶ, μὴ δυνάμενοι πιστεύεσθαι τὴν ὑποδοχὴν τοῦ νέου οἴνου. Οὐδεὶς γὰρ βάλλει οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιοὺς, ἵνα μὴ καὶ ὁ οἶνος ἐκχυθῇ (18), καὶ πάντη ἀπόλωνται ἐκεῖνοι οἱ ἀσκοὶ, οὐδεμιᾶς ἀξιούμενοι συγγνώμης ἔτι, ἐὰν τὸν καλὸν καὶ καινὸν ἐκχέωσιν οἶνον. Οἶνον γὰρ καινὸν εἰς ἀσκοὺς καινοὺς βλητέον. Τὸν καινὸν καὶ πνευματικὸν οἶνον, καὶ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ζέοντα, τὸν μηδέποτε παλαιούμενον τῆς ἀληθείας νοῦν εἰς τὸν καινὸν ἄνθρωπον βλητέον· ὃς, διὰ τὸ τι περιφέρειν, ἀσκὸς ἂν λέγοιτο εἶναι καινὸς δικαίως.

etiam eas quæ in Dei thesauris sunt abyssos intuebimur. Quod si ea quæ in Scriptura de utribus dicta sunt, collegeris, propheticæ sententiæ intelligentiam magis assequeris. Qui igitur de die in diem renovantur, et vinum novum a vera vite accipiunt, utres novi esse in Evangelio dicuntur. Qui vero nondum veterem hominem exuerunt, sunt veteres utres, quibus suscipiendi vini novi facultas concedi non potest. Nemo enim mittit vinum novum in utres veteres, ut ne et vinum effundatur, et illi utres penitus pereant [73], nullam amplius veniam consecuturi, si bonum ac novum vinum ineffundant. Novum enim vinum utres novos est mittendum. Vinum quod novum ac spirituale sit, quodque Spiritu sancto ferveat, ipsam videlicet veritatis intelligentiam nunquam veterascentem, in novum hominem mittere operæ pretium est; qui, quod semper mortificationem Jesu in corpore circumfert [74], uter novus dici merito potest.

6. *Φοβηθήτω τὸν Κύριον πᾶσα ἡ γῆ· ἀπ' αὐτοῦ δὲ σαλευθήτωσαν πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην.* Ἐπειδὴ φόβος Κυρίου ἀρχὴ αἰσθήσεως (19), οἱ τὰ γήινα φρονοῦντες διὰ φόβου παιδευέσθωσαν. Ὡς μὲν γὰρ εἰσαγωγικὸς εἰς εὐσέβειαν ἀναγκαίως παραλαμβάνεται ὁ φόβος, ἀγάπη δὲ, λοιπὸν παραλαβοῦσα τοὺς ῥυθμισθέντας ἀπὸ τοῦ ἐπιστημονικοῦ φόβου, τελειοῖ. Πάσῃ οὖν τῇ γῇ φόβον παραγγέλλει ὁ λόγος. *Σαλευθήτωσαν δὲ*, φησὶ, *ἀπ' αὐτοῦ πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην.* Οἱονεὶ πᾶν κίνημα, εἴτε κατὰ νοῦν, εἴτε κατὰ σωματικὴν ἐνέργειαν ἐπιτελούμενον, κατὰ τὸ βούλημα αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείσθω. Οὕτω γὰρ νοῶ τὸ, *Σαλευθήτωσαν ἀπ' αὐτοῦ*. Οἱονεὶ μήτε ὀφθαλμὸς σαλευέσθω (20) ἄνευ Θεοῦ· μὴ χεὶρ κινείσθω ἄνευ Θεοῦ· μὴ ἡ καρδία διανοείσθω τὰ μὴ εὐάρεστα τῷ Θεῷ. Καὶ ὅλως ἀπὸ μηδενὸς ἄλλου σαλευθήτωσαν, μηδὲ αὐτούς τι κινείτω, εἰ μὴ ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος. *Ὅτι αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν.* Πρὸς δύο τὰ προάγοντα δύο ἐπήγαγε· *Φοβηθήτω πᾶσα ἡ γῆ*, καὶ, *Σαλευθήτωσαν πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην*, τὸ, *Αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν, Αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν.* Ἐπειδὴ σύνθετος ὁ ἄνθρωπος ἔκ τε τοῦ γηΐνου πλάσματος καὶ ἐκ τῆς ἐνοικούσης ψυχῆς τῷ σώματι, γῇ μὲν λέγεται τὸ ἐκ τῆς γῆς πεπλασμένον, κατοικῶν δὲ τὴν οἰκουμένην, ἡ τὴν ἐν σώματι διαγωγὴν λαχοῦσα ψυχή. Καταλλήλως οὖν τῇ γῇ ἀποδέδοται τὸ, *Αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν* (21)· ἐπὶ μὲν τοῦ πλά

6. VERS. 8. *Timeat Dominum omnis terra: ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes orbem.* Quandoquidem timor Domini initium est sensus [75], terrena qui sapiunt, per timorem erudiantur. Timor enim velut ad pietatem introducens, necessario adhibetur: charitas vero deinceps succedens, eos quos timor ad erudiendum idoneus concinnavit, perficit. Itaque terræ omni verba isthæc timorem præcipiunt: *Commoveantur autem*, inquit, *ab eo omnes inhabitantes orbem.* Nimirum motus omnis, tum qui ex mente, tum qui ex corporali actione oritur, secundum Dei voluntatem ab ipsis perficiatur. Sic enim intelligo illud, *Commoveantur ab eo.* Exempli gratia, neque oculus moveatur sine Deo, neque manus agitetur sine Deo, nec cor cogitet quæ Deo non placent. Et in summa, a nullo alio moveantur: neque ipsos quidquam moveat, nisi Dei timor. VERS. 9. *Quoniam ipse dixit, et facta sunt; ipse mandavit, et creata sunt.* Duobus præcedentibus duo subdidit: primum, *Timeat omnis terra*, et, *Commoveantur omnes inhabitantes orbem: Ipse dixit, et facta sunt*: deinde, *Ipse mandavit, et creata sunt.* Quando compositus homo est ex terreno figmento, et ex inhabitante in corpore anima: id quod e terra formatum est, terra dicitur: anima vero habitationem in corpore sortita, orbem inhabitans vocatur. Itaque **138** congruenter terræ convenienterque editum est: *Ipse dixit, et facta sunt*; cum illa verba, *Facta sunt*, de nostro fig-

[73] Matth. IX, 17. [74] II Cor. IV, 10. [75] Prov. I, 7.

(17) Regii tertius et sextus προβλήματος τοῦ προφητικοῦ. Reg. secundus scripturam utramque exhibet: unam in contextu, alteram in margine.

(18) Reg. quartus ἐκχεθῇ.

(19) Editum invenimus in veteri interpretatione, *Timor Domini initium est sapientiæ*, male. Ejus loci pars media sumpta est ex psalmo CX, 10, altera vero ex Prov. I, 7.

(20) Colb. quartus ὀφθαλμὸς σαλευθήτω. Mox Reg. tertius διανοείτω.

(21) Editio Paris. et nonnulli mss. καὶ ἐγενήθησαν. Αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν. Sed totum illud, Αὐτὸς ἐνετείλατο καὶ ἐκτίσθησαν, deest in quatuor mss. et in editione Basil. Certe cum verba illa paulo ante prolata sint, statim eadem repeti inutile omnino esse arbitramur. Vocula μέν, quæ mox sequitur, abest a mss.

Digitized by Google

mento e terra constante accipiantur : hæc vero, *Creata sunt*, de anima ad Dei imaginem condita intelligantur. Quoniam vero creatio sæpe pro quadam in melius transmutatione sumitur, ut est illud : *Si qua in Christo nova creatura* [76]; item illud : *Ut duos crearet in unum novum hominem* [77] : fortassis illud, *Facta sunt*, de prima hominis procreatione dicitur : hoc vero, *Creata sunt*, de secunda per Christi gratiam regeneratione. Quantum autem sermoni nudo præstat præceptum Dei, tantum creatio generationi antecellit. VERS. 10. *Dominus dissipat consilia gentium ; reprobat autem cogitationes populorum.* Expositio est præcedentis, quomodo Deus in se credentes creaverit, ex eo quod stulta populorum consilia dispersit, quæ super idololatria universaque vanitate habuerunt, et ex eo quod reprobat consilia principum. Possunt autem hæc et ad passionis tempus referri, quando hi quidem putabant se crucifigere regem gloriæ, ille vero per crucis dispensationem genus hominum renovabat. Etenim in resurrectione, ut dissipabatur consilium gentium, Pilati et militum, reliquorumque, quotquot crucis supplicium inferebant : ita consilia principum, pontificum, scribarumque et regum populi reprobabantur. Resurrectio enim omne eorum artificium dissolvit. Quod si in singulis historiis retegeris quæ Deus gessit ergo infideles gentes, vim multam juxta corporalem etiam intelligentiam in iis verbis inesse comperies. Quando enim Joram filius Achaab regnavit in Israel, tunc rex Syriæ filius Ader multa virtute ac gravi manu, instructo exercitu obsedit Samariam, adeo ut deessent ipsis necessaria, et asini caput quinquaginta siclis argenti, et quarta pars cabi stercoris columbini quinque argenti siclis emeretur [78]. Tunc itaque ut Elisæi promissio impleretur, dissipata sunt Syriæ consilia, suisque tabernaculis ac cunctis opibus relictis fugerunt, tantam in Samaria rerum copiam relinquentes, ut similæ mensura siclo, et duæ hordei mensuræ siclo uno venirent [79]. Sic igitur Dominus novit gentium consilia dissipare. Quomodo vero reprobet consilia principum, in Achitophele didicimus, quando David oravit, dicens : *Dissipa nunc consilium Achitophel* [80]. Cum igitur audieris quempiam magna minitantem, jactantemque se tibi omnis generis ærumnas, damna, aut plagas, aut mortem illaturum, respice ad Dominum gentium consilia dissipantem, et populorum cogitationes reprobantem.

σματος ἡμῶν τοῦ ἀπὸ τῆς γῆς τὸ, Ἐγενήθη· ἐπὶ δὲ τῆς κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ κτισθείσης τὸ, Ἐκτίσθη. Ἐπειδὴ δὲ ἡ κτίσις ἐπὶ τῆς μετακοσμήσεως καὶ βελτιώσεως πολλάκις λαμβάνεται, ὡς τὸ, Εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις· καὶ τὸ, Ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον· τάχα τὸ μὲν, Ἐγενήθη, ἐπὶ τῆς πρώτης οὐσιώσεως τοῦ ἀνθρώπου λέγεται· τὸ δὲ, Ἐκτίσθη, ἐπὶ τῆς δευτέρας διὰ τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ ἀναγεννήσεως. Ὅσον δὲ λόγου ψιλοῦ ἐντολὴ Θεοῦ διαφέρει, τοσοῦτον κτίσεως πρὸς γένεσίν ἐστι τὸ διάφορον. *Κύριος διασκεδάζει βουλὰς ἐθνῶν· ἀθετεῖ δὲ λογισμοὺς λαῶν.* Ἐξήγησίς ἐστι τοῦ προάγοντος, πῶς ἔκτισεν ὁ Θεὸς τοὺς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας, ἐκ τοῦ διασκεδάσαι τὰς ἀσυνέτους βουλὰς τῶν λαῶν, ἃς εἶχον περὶ εἰδωλολατρείαν καὶ περὶ πᾶσαν ματαιότητα, καὶ ἀθετεῖν τὰς βουλὰς τῶν ἀρχόντων. Δυνατὸν δὲ καὶ ἐπὶ τὸν τοῦ πάθους καιρὸν ἀναγαγεῖν ταῦτα (22), ὅτε οἱ μὲν ἐνόμιζον σταυροῦν τὸν βασιλέα τῆς δόξης, ὁ δὲ διὰ τῆς τοῦ σταυροῦ οἰκονομίας ἀνενεοῦτο τὴν ἀνθρωπότητα. Ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει διεσκεδάζετο μὲν ἡ βουλὴ τῶν ἐθνῶν, τοῦ Πιλάτου καὶ τῶν στρατιωτῶν, καὶ ὅσοι τὰ περὶ τὸν σταυρὸν ἐνήργουν· ἠθετοῦντο δὲ αἱ βουλαὶ τῶν ἀρχόντων, ἀρχιερέων καὶ γραμματέων καὶ τῶν βασιλέων τοῦ λαοῦ. Ἡ γὰρ ἀνάστασις πᾶσαν αὐτῶν διέλυσε τὴν ἐπίνοιαν. Ἀναλεγόμενος δὲ τὰ ἐφ' ἑκάστης ἱστορίας ὅσα περὶ τὰ ἄπιστα ἔθνη ἐνήργησεν ὁ Θεὸς, εὑρήσεις καὶ κατὰ τὸν σωματικὸν νοῦν πολλὴν ἔχον τὴν δύναμιν τὸ ῥητόν. Ὅτε γὰρ Ἰωρὰμ υἱὸς Ἀχαὰβ ἐβασίλευσεν ἐν Ἰσραὴλ (23), τότε ὁ βασιλεὺς Συρίας υἱὸς Ἀδὲρ, πολλῇ δυνάμει καὶ βαρείᾳ χειρὶ στρατηγήσας, περιεκάθητο τὴν Σαμάρειαν, ὥστε ἐπιλιπεῖν αὐτοῖς τὰ ἀναγκαῖα, καὶ κεφαλὴν ὄνου πεντήκοντα εἶναι σίκλων ἀργυρίου, καὶ τέταρτον κάβου κόπρου περιστερῶν πέντε σίκλων (24) ἀργυρίου. Τότε τοίνυν, ἵνα ἡ ἐπαγγελία τοῦ Ἐλισσαίου πληρωθῇ, διεσκεδάσθησαν αἱ βουλαὶ τῆς Συρίας, καὶ καταλιπόντες τὰς σκηνὰς ἑαυτῶν καὶ πᾶσαν τὴν περιουσίαν ἔφυγον, τοσαύτην εὐθηνίαν καταλιπόντες ἐν τῇ Σαμαρείᾳ, ὥστε μέτρον σεμιδάλεως σίκλου, καὶ δίμετρον κριθῆς ἑνὸς σίκλου πωλεῖσθαι. Οὕτω μὲν οὖν ὁ Κύριος οἶδε διασκεδάζειν βουλὰς ἐθνῶν. Πῶς δὲ ἀθετεῖ βουλὰς (25) ἀρχόντων, ἐπὶ τοῦ Ἀχιτόφελ μεμαθήκαμεν, ὅτε ηὔξατο εὐχὴν ὁ Δαβὶδ λέγων· *Διασκέδασον δὴ τὴν βουλὴν Ἀχιτόφελ.* Ὅταν οὖν ἀκούσῃς τινὸς ἀπειλοῦντος μεγάλα, καὶ ἐπαγγελομένου σοι παντοδαπὰς ἐπάξειν κακώσεις, ζημίας, ἢ πληγὰς, ἢ θανάτους, ἀπόβλεψον πρὸς τὸν Κύριον τὸν διασκεδάζοντα βουλὰς ἐθνῶν, καὶ ἀθετοῦντα λογισμοὺς λαῶν.

[76] II Cor. v, 17. [77] Ephes. II, 15. [78] IV Reg. VI, 25, *sec. LXX.* [79] IV Reg. VII, 1, 16, 18. [80] II Reg. XV, 31.

(22) Colb. primus ἀνάγειν ταῦτα.

(23) Ita multi mss. cum editis. Reg. secundus et Colb. sextus cum Catena Corder. ἐν Ἱερουσαλήμ, sed ita tamen, ut Catena Corder. lectionem vulgatam Ἰσραὴλ exhibeat quoque in margine.

(24) Regii tertius, quintus et sextus et Colb. septimus cum editis πέντε σίκλων. At Colbertini primus, tertius, quartus, quintus et sextus cum Regiis primo et secundo ἑκατὸν σίκλων, gravi mendo. Videre est et lectionem aliam πέντε in margine Regii secundi. Totum autem illud, καὶ τέταρτον κάβου κόπρου περιστερῶν πέντε σίκλων ἀργυρίου, deest in Reg. quarto. Mox multi mss. σκηνὰς ἑαυτῶν. Editio Paris. αὐτῶν.

(25) Ita quinque mss. Editi vero ἀθετεῖ λογισμούς, *reprobat cogitationes*. Statim nostra editio Paris. operarum incuria, ἐπάρξειν κακώσεις. Editio Basil. et mss. multi ἐπάξειν.

Digitized by Google

7. *Ἡ δὲ βουλὴ τοῦ Κυρίου εἰς τὸν αἰῶνα μένει· λογισμοὶ τῆς καρδίας αὐτοῦ εἰς γενεὰν καὶ γενεάν.* Οὐχ ὁρᾷς τὰ τῶν ἐθνῶν δόγματα, τὴν ματαίαν ταύτην φιλοσοφίαν, ὅπως λεπτοὶ καὶ περιττοὶ περὶ τὰς εὑρήσεις τῶν δογμάτων εἰσὶν ἔν τε λογικοῖς θεωρήμασι καὶ ἠθικαῖς διατάξεσι, καὶ φυσιολογίαις τισὶ καὶ δόγμασιν ἄλλοις τοῖς ἐποπτικοῖς (26) λεγομένοις; πῶς διεσκέδασται πάντα, καὶ ἠχρείωται, μόνη δὲ ἐμπολιτεύεται νῦν τῷ κόσμῳ ἡ ἀλήθεια τοῦ Εὐαγγελίου; Πολλαὶ γὰρ αἱ βουλαὶ ἐν καρδίᾳ ἀνθρώπων· ἀλλ' ἡ βουλὴ τοῦ Κυρίου ἐκράτησε. Καὶ ἀναγκαῖόν γε, εἰ μέλλοι (27) μόνιμος καὶ ἑδραία ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ βουλὴ ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐναπομένειν, προδιασκεδασθῆναι πρότερον ἐν ἡμῖν τοὺς ἀνθρωπίνους λογισμούς. Ὥσπερ γὰρ ὁ γράφειν μέλλων ἐν κηρῷ, προκαταλειαίνων πρότερον, οὕτως ἐπιβάλλει τοὺς τύπους οὓς ἐὰν θέλῃ· οὕτω καὶ καρδίαν χρὴ τὴν μέλλουσαν τρανῶς ὑποδέχεσθαι τὰ θεῖα λόγια, καθαρὰν ἐκ τῶν ἐναντίων λογισμῶν ἀποδειχθῆναι. *Λογισμοὶ τῆς καρδίας αὐτοῦ εἰς γενεὰν καὶ γενεάν.* Ἐπεὶ οὖν δύο εἰσὶν οἱ ἐκλεκτοὶ (28) λαοὶ, καὶ δύο αὐτοῖς διαθῆκαί εἰσι δεδωρημέναι, δύνανται κατὰ τὸ, *Λογισμοὶ τῆς καρδίας αὐτοῦ εἰς γενεὰν καὶ γενεάν*, δὶς τῆς γενεᾶς ὀνομαζομένης, δύο νοεῖσθαι καὶ λογισμοί· εἷς μὲν καθ' ὃν τὴν προτέραν ἐδεξάμεθα Διαθήκην, ἕτερος δὲ ὁ τὴν καινὴν καὶ σωτήριον τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίαν ἡμῖν χαρισάμενος. *Μακάριον τὸ ἔθνος οὗ ἐστι Κύριος ὁ Θεὸς αὐτοῦ, λαὸς ὃν ἐξελέξατο εἰς κληρονομίαν ἑαυτῷ.* Οὐδεὶς μακαρίζει τὸν λαὸν τῶν Ἰουδαίων, ἀλλὰ τὸν λαὸν τὸν ἀπὸ πάντων τῶν λαῶν ἀριστίνδην ἐξειλεγμένον. Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν τὸ ἔθνος, ὧν ἐστι Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν· ἡμεῖς ἐσμεν καὶ λαὸς ὃν ἐξελέξατο εἰς κληρονομίαν ἑαυτῷ· ἔθνος μὲν, διὰ τὸ ἐξ ἐθνῶν πολλῶν συνειλέχθαι, λαὸς δὲ, διὰ τὸ ἀνελ τοῦ ἀποβληθέντος λαοῦ προσκληθῆναι. Καὶ ἐπειδὴ *Πολλοὶ κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοὶ*, μακαρίζει οὐχὶ τὸν κληθέντα, ἀλλὰ τὸν ἐκλεχθέντα. Μακάριος γὰρ ὃν ἐξελέξατο (29). Τίς δὲ ἡ αἰτία τοῦ μακαρισμοῦ; Ἡ προσδοκωμένη κληρονομία τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν. Ἢ μήποτε κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ἐπειδὴ, ὅταν τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, τότε πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται, πρῶτον μακαρίζει τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν, ἔπειτα τὸν ὕστερον σωζόμενον Ἰσραήλ; Σώζεται δὲ, δηλονότι, οὐχ ὁ τυχὼν, ἀλλὰ τὸ λεῖμμα μόνον τὸ κατ' ἐκλογὴν χάριτος. Διὰ τοῦτό φησι· *Λαὸς ὃν ἐξελέξατο εἰς κληρονομίαν ἑαυτῷ.*

8. *Ἐξ οὐρανοῦ ἐπέβλεψεν ὁ Κύριος· εἶδε πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐξ ἑτοίμου κατοικητηρίου αὐτοῦ.* Τοὺς (30) μένοντας ἐπὶ τοῦ ἰδίου ἀξιώ-

A 7. VERS. 11. *Consilium autem Domini in æternum manet: cogitationes cordis ejus in generationem et generationem.* Non vides gentium dogmata, vanam hanc philosophiam, quam subtiles sint et eximii circa dogmatum inventiones, tum in rationalibus contemplationibus, **139** tum in moralibus præceptionibus, et in physicis quibusdam rationibus aliisque epopticis, quæ vocant, dogmatibus? quomodo dissipata sint omnia, et inutilia facta, una vero Evangelii vēritas nunc in mundo vigeat? Multa enim in hominum cordibus volutantur consilia; sed prævaluit Domini consilium. Et quidem necesse est, si Dei consilium stabile ac firmum in animis nostris permanere debet, ut prius in nobis cogitationes humanæ dissipentur. Quemadmodum enim qui in
B cera scripturus est, ea prius complanata, ita demum quas vult formas imprimit: sic et cor quod divina oracula clare susceperum est, purum a contrariis cogitationibus reddi oportet. *Cogitationes cordis ejus in generationem et generationem.* Itaque populi electi duo cum sint, duoque eis tradita testamenta, per illud, *Cogitationes cordis ejus in generationem et generationem*, possunt, generatione bis nominata, duæ quoque cogitationes intelligi. Una quidem secundum quam prius Testamentum accepimus: altera vero, quæ novam et salutarem Christi doctrinam nobis largita est. VERS. 12. *Beata gens cujus est Dominus Deus ejus; populus quem elegit in hæreditatem sibi.* Nemo beatum prædicat
C Judæorum populum, sed eum populum, qui ex omnibus populis sic electus est, ut optimi quique selecti sint. Sumus enim gens illa nos, quorum est Dominus Deus noster: nos sumus etiam populus, quem elegit in hæreditatem sibi [81]; gens quidem, quia ex multis gentibus collecti sumus [82]: populus vero, quia in populi abjecti locum advocati sumus. Et quoniam *Multi sunt vocati, pauci vero electi* [83], beatum dicit non vocatum, sed electum. Beatus namque quem elegit. Quæ autem beatitudinis causa? Exspectata bonorum æternorum hæreditas. An forte quoniam juxta Apostolum [84], postquam gentium plenitudo intraverit, tunc Israel omnis salvabitur, primum beatam prædicat gentium plenitudinem: deinde Israelem, qui postremo salvabitur? Salvus autem fit non quivis, sed reliquiæ solum, quæ erunt secundum electionem gratiæ [85]. Ideo dicit: *Populus quem elegit in hæreditatem sibi.*

D 8. VERS. 13, 14. *De cœlo respexit Dominus; vidit omnes filios hominum de præparato habitaculo suo.* Eos qui manent in propria dignitate, et humanæ

[81] I Petr. II, 9. [82] ibid. [83] Matth. XX, 16. [84] Rom. XI, 5. [85] ibid.

(26) Dogmata illa quæ hic epoptica vocantur, sacratiora quædam arcana esse putamus. Mox illa, νῦν τῷ κόσμῳ, desunt in editis: sed reperiuntur in Regiis secundo, tertio et quarto, atque in Colbertinis primo et quarto.

(27) Ita quatuor mss. Editio vero Paris. εἰ μέλλει.

(28) Colb. quartus δύο εἰσὶ Θεοῦ ἐκλεκτοί, *duo sunt Dei populi electi.* Statim octo mss. δύναται τὸ λογισμοί... δύο νοεῖσθαι καὶ λογισμούς, quasi verbum νοεῖσθαι hic sumi debeat pro eo, quod est, *exprimere, indicare.* Editio vero Paris. δύνανται κατὰ τὸ, λογισμοί, etc. ut in contextu. Vereor, ne præter illa quæ e Commentariis Eusebii sumpta esse notavimus, alia quoque orationi Basilianæ admista sint: qua de re aliorum erit judicium.

(29) Editio Paris. ἐξελέξατο, φησί. Deest φησὶ in iis quos vidimus codicibus.

(30) Sic editio Paris. cum vetustissimo Reg. quarto et Colb. septimo. Alii tres mss. cum editione Bas. I, τοὺς μὲν ὄντας. Reg. tertius τοὺς μὲν οὖν ὄντας.

Digitized by Google

naturæ officia implent, superne aspicit Dominus : eos vero qui ad extremam malitiam delapsi sunt, aliter intuetur, propterea quod ipse descendit. *Clamor enim*, inquit, *Sodomorum et Gomorrhæ multiplicatus est, et peccata eorum magna valde. Descendens ergo videbo, an secundum clamorem ipsorum venientem ad me consumment* [86]. Et rursus : *Descendit videre civitatem et turrim, quam ædificaverunt filii hominum* [87]. Hic vero, *De cœlo respexit Dominus ; vidit omnes filios hominum*. Considera altum spectatorem : **140** considera intuentem res humanas desuper. Quocunque tandem perrexeris, quidquid egeris, sive in tenebris, sive in die, prospicientem Dei oculum habes. *Ex præparato habitaculo suo*. Non aperiuntur portæ, non contrahuntur vela, expeditum est habitaculum Dei ad videndum. Omnes hominum filios aspicit. Ne unus quidem fugit ipsius conspectum : non tenebræ, non parietes occultant, nihil Dei oculis est impedimento. VERS. 15. Qui tantum abest ut unumquemque non inspiciat, ut etiam corda introspiciat, quæ ipsa sine ulla vitii admistione finxit. Deus hominum conditor cor simplex finxit, adeo ut imaginem secundum se servaret ; postea vero immistis carnis affectionibus, id varium ac valde multiplex effecimus nos, divinam illius speciem, et simplicitatem candoremque corrumpentes. Quamobrem cum cordium sit opifex, propterea etiam omnia nostra opera intelligit. Opera autem dicimus et verba, et cogitationes, et generatim omnem hominis motum. Nam quo animo, quo proposito agamus, utrum ut placeamus hominibus, an ut datis a Deo præceptis obsequamur, solus novit, qui nostra omnia opera intelligit. Quapropter etiam cujuscunque verbi otiosi rationem reddimus [88]. Atque mercedem ne pro poculo quidem aquæ frigidæ perdimus [89], propterea quod intelligit Dominus omnia opera nostra.

ματος, καὶ ποιοῦντας τὰ ἐπιβάλλοντα τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ ἄνωθεν ἐφορᾷ ὁ Κύριος· τοὺς δὲ πρὸς τὸ ἔσχατον τῆς κακίας (31) ὑπενεχθέντας ἑτέρως ἐπισκέπτεται διὰ τοῦ αὐτὸς καταβαίνειν. *Κραυγὴ γάρ*, φησί, *Σοδόμων καὶ Γομόρρας πεπλήθυνται, καὶ αἱ ἁμαρτίαι αὐτῶν μεγάλαι σφόδρα. Καταβὰς οὖν ὄψομαι εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν τὴν ἐρχομένην πρὸς μὲ συντελοῦνται* (32)· καὶ πάλιν· *Κατέβη ἰδεῖν τὴν πόλιν καὶ τὸν πύργον, ὃν ᾠκοδόμησαν οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων*. Ἐνταῦθα δὲ, *Ἐξ οὐρανοῦ ἐπέβλεψεν ὁ Κύριος· εἶδε πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων*. Σκόπει τὸν ὑψηλὸν θεατὴν, σκόπει τὸν ἄνωθεν ἐγκατακύπτοντα τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασιν. Ὅπου περ ἂν βαδίζῃς, ὅ τι περ ἂν ἐνεργῇς, κἂν ἐν σκότει, κἂν ἐν ἡμέρᾳ, ἐπισκοποῦντα ἔχεις τὸν τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμόν. *Ἐξ ἑτοίμου κατοικητηρίου αὐτοῦ*. Οὐ πύλαι ἀνοίγονται· οὐ παραπετάσματα συνάγονται· ἕτοιμόν ἐστιν εἰς θέαν τὸ κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ. Πάντας ἐφορᾷ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Οὐδὲ εἷς διαφεύγει αὐτοῦ τὴν θέαν· οὐ σκότος, οὐ τοῖχοι παρακαλύπτοντες, οὐδὲν ἐμπόδιόν ἐστιν ὀφθαλμοῖς Θεοῦ. Ὃς γε τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ μὴ καθέκαστον (33) ἐφορᾷν, ὅτι καὶ τὰς καρδίας ἐφορᾷ, ἃς αὐτὸς ἔπλασεν ἄνευ τῆς πρὸς τὸ χεῖρον ἐπιμιξίας. Ἁπλῆν (34) αὐτὴν ἔπλασε καθ' ἑαυτὴν εἰκόνα σώζουσαν τὴν καρδίαν ὁ δημιουργὸς τῶν ἀνθρώπων Θεός· ὕστερον δὲ αὐτὴν τῇ πρὸς τὰ πάθη τῆς σαρκὸς ἐπιπλοκῇ ποικίλην ἐποιήσαμεν καὶ παντοδαπὴν ἡμεῖς τὴν καρδίαν, τὸ θεοειδὲς αὐτῆς καὶ ἁπλοῦν (35) καὶ μονότροπον διαφθείραντες. Ἐπεὶ οὖν καρδιῶν ἐστι δημιουργὸς, διὰ τοῦτο καὶ συνίησι πάντα τὰ ἔργα ἡμῶν. Ἔργα δὲ λέγομεν καὶ τοὺς λόγους καὶ τὰς ἐννοίας, καὶ πᾶσαν ἁπαξαπλῶς τὴν τοῦ ἀνθρώπου κίνησιν. Ποίᾳ γὰρ διαθέσει καὶ τίνι προθέσει, πότερον εἰς ἀνθρώπων ἀρέσκειαν, ἢ εἰς ὑπουργίαν τῶν δεδομένων (36) ἡμῖν προσταγμάτων παρὰ Θεοῦ, μόνος οἶδεν ὁ συνιεὶς πάντα τὰ ἔργα ἡμῶν. Διὰ τοῦτο καὶ περὶ παντὸς ῥήματος ἀργοῦ διδόαμεν (37) λόγον. Καὶ ἕως ποτηρίου ὕδατος ψυχροῦ τὸν μισθὸν οὐκ ἀπόλλυμεν, διὰ τὸ εἰς πάντα ἡμῶν τὰ ἔργα συνιέναι τὸν Κύριον.

9. VERS. 16. *Non salvatur rex per multam virtutem*. Non militaris potentiæ copia, non civitatum mœnia, non pedestris phalanx, non equestris potestas, non navalium virium apparatus regi salutem affert. Dominus enim constituit reges ac destituit, et non est potestas nisi a Deo constituta [90]. Serva-

9. *Οὐ σώζεται βασιλεὺς διὰ πολλὴν δύναμιν*. Οὐ στρατιωτικῆς δυνάμεως περιβολὴ, οὐ τεῖχη πόλεων, οὐ πεζικὴ φάλαγξ, οὐχ ἱππικὴ δύναμις, οὐ ναυτικῆς ἰσχύος παρασκευὴ βασιλεῖ τὴν σωτηρίαν περιποιεῖ. Κύριος γὰρ καθιστᾷ βασιλεῖς καὶ μεθιστᾷ, καὶ οὐκ ἔστιν ἐξουσία εἰ μὴ ὑπὸ Θεοῦ τεταγμένη. Σώζεται

[86] Gen. XVIII, 20, 21. [87] Gen. XI, 5. [88] Matth. XII, 36. [89] Matth. X, 42. [90] Rom. XIII, 1.

(31) Sic quatuor mss. Editio Paris. ἐπενεχθέντας. Mox Biblia Sixt. πεπλήθυνται πρὸς μέ, *impletus est*, vel, *multiplicatus est ad me* : hic vero simpliciter legitur πεπλήθυνται, nec aliter in Vulgata, *multiplicatus est*.

(32) *Συντελοῦνται, consummentur* : aut si mavis, *consummentur*. Nam utro quis modo interpretatus fuerit, peccatorum non puto. Secundum Hebræum, *an fecerint consummationem*, Symmachus, ἐπετέλεσαν τὸ ἔργον, *an perfecerint opus*. Vulgata, *opere compleverint*.

(33) Nostri decem mss. μὴ καθέκαστον. Editi μὴ τὰ καθέκαστον. Mox septem mss. ὁρᾷ. Editi cum Reg. sexto et Colb. quinto ἐφορᾷ.

(34) Editi Ἁπλοῦν γάρ. Deest γάρ in mss. Mox Colb. quintus τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων.

(35) Sic tres mss. Editio Paris. αὐτῆς τὸ ἁπλοῦν. Nec ita multo post Reg. secundus συνίησι πάντων τὰ ἔργα ἡμῶν, *omnium nostrum opera*.

(36) Multi mss. τῶν διδομένων. Reg. quintus et sextus et Colb. septimus cum editis δεδομένων.

(37) Editio Basil. et sex mss. διδόαμεν. Editio Paris. δίδομεν. Certe quidem tot codicum auctoritate adducor, ut hic legendum esse διδόαμεν credam. Nec tamen dissimulabo vocem διδόαμεν mihi non videri Basilianam, quo fit ut magis suspicer non nihil temere a librariis verbis Basilii additum fuisse.

Digitized by Google

οὖν βασιλεὺς οὐ παρὰ τὴν πολλὴν δύναμιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν θείαν χάριν. Ὥστε ἀληθῆ καὶ τούτοις εἶναι τὸν λόγον, ὅτι *Χάριτί ἐστε σεσωσμένοι*. Ὥσπερ οὐδὲ γεωργὸς τοσοῦτον διὰ τὴν γεωργικὴν ἐπιμέλειαν τυγχάνει τοῦ γεωργικοῦ μέρους, ὅσον διὰ τὸν αὔξοντα τὰ γεωργούμενα Θεόν. *Οὔτε γὰρ ὁ φυτεύων ἐστί τι, οὔτε ὁ ποτίζων, ἀλλ' ὁ αὐξάνων Θεός*. Εἰ δὲ καρδία βασιλέως ἐν χειρὶ Θεοῦ, οὐ σώζεται διὰ τὴν ὁπλιτικὴν δύναμιν, ἀλλὰ διὰ τὴν θείαν χειραγωγίαν. Ἐν χειρὶ δὲ Θεοῦ ἐστιν οὐχ ὁ τυχὼν, ἀλλ' ὁ ἄξιος τῆς τοῦ βασιλέως προσηγορίας. Ὡρίσαντο δέ τινες βασιλείαν εἶναι τὴν ἔννομον ἐπιστασίαν, ἢ τὴν ἐπὶ πᾶσιν ἀρχὴν ἀνυπεύθυνον ἁμαρτίᾳ. *Καὶ γίγας οὐ σωθήσεται ἐν πλήθει ἰσχύος αὐτοῦ*. Γίγαντα λέγει τὸν φυσικῇ δυνάμει καὶ τόνῳ σωματικῷ κεχρημένον. Οὔτε οὖν βασιλεὺς τὴν ἐκ τοῦ ὁπλιτικοῦ βοήθειαν ἀρκοῦσαν ἔχει πρὸς σωτηρίαν, οὔτε ὁ ἀνδρεῖος ἑαυτῷ πρὸς πάντα ἐπαρκεῖν ἐστιν ἱκανός. Ἀσθένεια γάρ ἐστι καὶ ἀδυναμία πάντα ὁμοῦ τὰ ἀνθρώπινα πρὸς τὴν ἀληθινὴν δύναμιν παραβαλλόμενα. Διὰ τοῦτο *Τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, ἵνα καταισχύνῃ τὰ ἰσχυρά*· καὶ ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσατο (38) αἶνον, ἵνα καταλύσῃ τὸν ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητήν. Μάλιστα γὰρ ἔλαμψεν ἡ θεία χάρις ἐν τοῖς νηπίοις καὶ ἀνοήτοις ἐνεργουμένη. *Ψευδὴς ἵππος εἰς σωτηρίαν· ἐν δὲ πλήθει δυνάμεως αὐτοῦ οὐ σωθήσεται*. Ἐκβέβληται τῆς χρήσεως τῶν ἁγίων ὁ ἵππος. Καὶ οὔτε ἐν πολέμοις εὐημερῶν ὁ Ἰσραὴλ ἱππικῇ δυνάμει ποτὲ φαίνεται κεχρημένος, οὔτε ἰδίᾳ τις τῶν ἁγίων τὴν χρῆσιν τῶν ἵππων ὡς ἁρμόζουσαν παρεδέξατο· Φαραὼ δὲ ἵππῳ (39) χρῆται, καὶ Σεναχηρεὶμ ὁ ὑπερήφανος τῇ περιουσίᾳ τῶν ἵππων μέγα φρονεῖ. Διόπερ τοῦ μὲν Φαραὼ ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔρριψεν εἰς θάλασσαν· τοῦ δὲ Σεναχηρεὶμ ἐνύσταξαν πάντες οἱ ἐπιβεβηκότες τοῖς ἵπποις· ὅθεν καὶ ὁ διὰ Μωϋσέως νόμος τὰ περὶ βασιλέων (40) νομοθετῶν, *Οὐ πληθυνεῖ*, φησὶν, *ἑαυτῷ ἵππον*. *Ἐν δὲ πλήθει δυνάμεως αὐτοῦ οὐ σωθήσεται*. *Ὅταν γὰρ ἀσθενῶ*, φησὶ, *τότε δυνατός εἰμι*. Τὸ δὲ πλῆθος τῆς σωματικῆς δυνάμεως ἐμπόδιόν ἐστι πρὸς τὴν σωτηρίαν τοῦ πνεύματος.

A tur igitur rex non per multam virtutem, sed per divinam gratiam. Quare et erga hos vera sunt verba illa, *Gratia salvati estis* [91]. Ita ne agricola quidem per agricolationis diligentiam tantum fructum assequitur, quantum per Deum segetes augentem. *Neque enim qui plantat, est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat Deus* [92]. Quod si cor regis in manu Dei [93] : non per armorum potentiam, sed per divinum præsidium servatur. In manu autem Dei non est quilibet, sed qui dignus exsistit regis appellatione. Definierunt autem quidam regnum esse legitimum dominatum, aut principatum in omnes, sic ut peccato obnoxius non sit. *Et gigas non salvabitur in multitudine virtutis suæ*. Gigantem dicit eum, qui naturali vi et corporali pollet robore. Neque B igitur rex ex armis sufficiens ad salutem auxilium habet, neque fortis vir sibi ad omnia sufficere potest. Imbecillitas enim et infirmitas sunt omnia simul humana, si cum vera potentia comparentur. Propterea *Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia* [94] ; et ex ore infantium et lactentium perfecit laudem, ut destruat inimicum et ultorem [95]. Nam divina gratia **141** in infantibus ac rudibus operans, maxime resplenduit. Vers. 17. *Fallax equus ad salutem : in multitudine autem virtutis suæ non salvabitur*. Exclusus est ab usu sanctorum equus. Sed neque Israel dum ei res in bellis ex animi sententia succederent, unquam equestri potentia usus fuisse comperitur, neque quisquam sanctorum privatim usum C equorum velut convenientem admisit. At vero Pharao equitatu utitur [96], et superbus ille Sennacherib de equorum multitudine gloriatur [97]. Quamobrem Pharaonis equum et ascensorem projecit in mare [98] : omnes vero Sennacherib equites dormitaverunt [99]. Unde etiam lata per Moysen de regum officiis lex ita sancit : *Non multiplicabit sibi equitatum* [1]. *In multitudine autem virtutis suæ non salvabitur. Cum enim*, inquit, *infirmor, tunc potens sum* [2]. Nam corporearum virium multitudo saluti spiritus obstat.

10. *Ἰδοὺ οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτόν*. Ἀλλαχοῦ μὲν εἴρηται· *Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους*· ἐνταῦθα δὲ, *Ἐπὶ τοὺς φοβου*

10. Vers. 18. *Ecce oculi Domini super metuentes eum*. Alibi quidem dictum est : *Oculi Domini super justos* [3]; hic vero, *super metuentes eum*. Ubi

[91] Ephes. II, 5. [92] I Cor. III, 7. [93] Prov. XXI, 1. [94] I Cor. I, 27. [95] Psal. VIII, 3. [96] Exod. XIV, 9, 23. [97] IV Reg. XIX, 23. [98] Exod. XV, 1. [99] IV Reg. XIX, 35. [1] Deut. XVII, 16. [2] II Cor. XII, 10. [3] Psal. XXXIII, 16.

(38) Ubi legitur in editione Paris. et in multis mss. κατηρτίσω, *perfecisti*, scriptum invenimus in Reg. quarto et in Colb. quinto κατηρτίσατο, *perfecit*, et ita legendum esse arbitramur. Cum enim ante scriptum sit, Τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, ἵνα καταισχύνῃ τὰ ἰσχυρά, *Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia*, verisimile nobis fit, hic legi debere κατηρτίσατο, ἵνα καταλύσῃ, *perfecit, ut destruat*, etc. Nam hoc pacto melius cohærebit oratio. Quod si ejusmodi ratio levior videbitur : illud gravius, quod editio et Basil. et omnes mss. præferant καταλύσῃ, *destruat*, uti perperam editum est in editione Parisiensi. Sed si legeris καταλύσῃ, legas κατηρτίσατο plane necesse est. Non enim cohærebit oratio, si dicas, *perfecisti, ut destruat* : op- D time vero, si scribas, *perfecit, ut destruat*.

(39) Editi et Colbertini tertius et sextus ἵππῳ. Alii quinque mss. ἱππικῇ, ubi suppleri oportet δυνάμει. Hoc ipso in loco legitur in aliquibus mss. κέχρηται. Subinde septem mss. μέγα φρονεῖ. Editio Paris. μεγαλοφρονεῖ.

(40) Editio Paris. περὶ τῶν βασιλέων. At mss. sex περὶ βασιλέων. Ægre est Combefisio, quod interpres in editione Romana Græca sic reddiderit, *Non multiplicabit sibi equum*. Contendit verti oportuisse, *Non multiplicabit sibi equites*, seu *equitatum*. Sed conqueritur, ut mihi quidem videtur, non jure. Nam hoc loco equum pro equitatu sumi vel cæco apparet. Vellem prius legisset notas Nobilii, quam eum reprehendisset.

Digitized by Google

nos ad Dominum respexerimus, fuerintque oculi nostri in ipsum intenti, adeo ut dicere possimus : *Ecce sicut oculi servorum ad manus dominorum suorum, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum* [4] : tunc veluti ad nos inspiciendos oculum Domini attrahimus. *Sperantes in misericordiam ipsius.* Humilitatem eorum qui Domino serviunt, ostendit : quomodo in ejus misericordia sperent. Qui enim suis præclare gestis non confidit, nec ex operibus se justificatum iri exspectat, is unicam salutis spem in Dei misericordia reponit. Cum enim cogitaverit illud : *Ecce Dominus et merces ejus* [5], ut reddat unicuique juxta opus suum, et prava sua opera secum reputaverit, timet supplicium, et minas formidat. Verum ut ne absorbeatur præ tristitia, bona spe præditus est, dum ad miserationes et benignitatem Dei respicit. VERS. 19. Sperat enim animam suam a morte liberandam esse, atque ab ipso in fame pascendam. VERS. 20. *Anima autem nostra patiens erit Domino, quoniam adjutor et protector noster est.* Ad patientiam hortatur hic sermo; ut si quando ab uno aliquo divexantium nos opprimamur, tamen a caritate Dei, quæ est in Christo Jesu [6], nequaquam secedamus, sed auxilium a Deo exspectantes, anima tota res adversas perferamus. VERS. 21. *Quoniam in ipso lætabitur cor nostrum, et in nomine sancto ejus speravimus.* Hoc consonum est cum his quæ in principio psalmi dicta sunt : *Exsultate, justi, in Domino.* Et, *In ipso lætabitur cor nostrum.* Et mihi videtur Apostolus convenienter his dixisse illud : *In his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos* [7]; **142** et illud : *Non solum autem, sed et gloriantes in tribulationibus* [8]. Nam cum Psalmista dixisset : *Anima nostra patiens est Domino*, ut demonstret quod non coactus, neque ab angustiis pressus patientiam ostentet, sed cum omni gaudio pro nomine Domini suscipiat ærumnas, Non solum, inquit, patientes sumus, sed etiam *In ipso lætabitur cor nostrum, et in nomine sancto ejus speravimus.* Satis nobis est ad omnes adversariorum evitandos insultus, si nominemur Christiani. Sanctum autem esse Dei nomen dicitur, non utique ex eo quod in syllabis ullam sanctitatis conferendæ vim habeat, sed quod omnis Dei proprietas, et in-

A *μέρους αὐτόν.* Ὅταν ἡμεῖς ἐπὶ τὸν Κύριον ἀποβλέπωμεν, καὶ ὥσιν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ πρὸς αὐτὸν, ὥστ' ἂν εἰπεῖν ἡμᾶς· *Ἰδοὺ ὡς ὀφθαλμοὶ δούλων εἰς χεῖρας τῶν κυρίων αὐτῶν, οὕτως οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν·* τότε οἱονεὶ ἐφελκόμεθα πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν ἡμῶν τὸν ὀφθαλμὸν τοῦ Κυρίου. *Τοὺς ἐλπίζοντας* (41) *ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ.* Τὸ ταπεινὸν τῶν δουλευόντων τῷ Κυρίῳ ἐμφαίνει, πῶς ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐλπίζουσιν. Ὁ γὰρ μὴ πεποιθὼς ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ ἀνδραγαθήμασι, μηδὲ προσδοκῶν ἐξ ἔργων δικαιωθήσεσθαι, μόνην ἔχει τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας τοὺς οἰκτιρμοὺς (42) τοῦ Θεοῦ. Ὅταν γὰρ ἐνθυμηθῇ τὸ, *Ἰδοὺ Κύριος καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ,* ἀποδοῦναι ἑκάστῳ ὡς τὸ ἔργον αὐτοῦ, καὶ λογίσηται ἑαυτοῦ τὰ πονηρὰ ἔργα, φοβεῖται μὲν τὴν B κόλασιν καὶ ὑποπτήσσει τοῖς ἀπειλουμένοις· πρὸς δὲ τὸ μὴ καταποθῆναι ὑπὸ τῆς λύπης, εὐελπίς ἐστι πρὸς τοὺς (43) οἰκτιρμοὺς τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ φιλάνθρωπον ἀποβλέπων. Ἐλπίζει δὲ, ὅτι ῥυσθήσεται ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐκ θανάτου, καὶ διατραφήσεται ὑπ' αὐτοῦ ἐν λιμῷ. *Ἡ δὲ ψυχὴ ἡμῶν ὑπομενεῖ* (44) *τῷ Κυρίῳ, ὅτι βοηθὸς καὶ ὑπερασπιστὴς ἡμῶν ἐστι.* Παράκλησιν ἔχει πρὸς ὑπομονὴν ὁ λόγος· ὥστε κἂν ποτε καταληφθῶμεν ὑπό τινος τῶν ἐκθλιβόντων ἡμᾶς, μὴ χωρισθῆναι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἀλλ' ὅλῃ ψυχῇ ὑπομένειν τὰ ἐπίπονα, τὴν παρὰ Θεοῦ βοήθειαν ἀναμένοντας. *Ὅτι ἐν αὐτῷ εὐφρανθήσεται ἡ καρδία ἡμῶν, καὶ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ ἠλπίσαμεν.* Τοῦτο συνᾴδει τοῖς ἐν C τῇ ἀρχῇ τοῦ ψαλμοῦ· *Ἀγαλλιᾶσθε, δίκαιοι, ἐν Κυρίῳ·* καὶ, *Ἐν αὐτῷ εὐφρανθήσεται ἡ καρδία ἡμῶν.* Καί μοι δοκεῖ κατὰ ταῦτα εἰρηκέναι ὁ Ἀπόστολος τὸ (45), *Ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς·* καὶ τὸ, *Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμενοι ἐν ταῖς θλίψεσιν.* Εἰπὼν γὰρ ὁ Ψαλμῳδὸς, ὅτι *Ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὑπομενεῖ τῷ Κυρίῳ,* ἵνα δείξῃ, ὅτι οὐχὶ βιαίως οὐδὲ καταπιεζόμενος ὑπὸ τῶν θλίψεων τὴν ὑπομονὴν ἐπιδείκνυται (46), ἀλλὰ μετὰ πάσης χαρᾶς ὑποδέχεται τὰς ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου κακώσεις, Οὐ μόνον, φησὶν, ὑπομένομεν, ἀλλὰ καὶ *Ἐν αὐτῷ εὐφρανθήσεται ἡ καρδία ἡμῶν, καὶ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ ἠλπίσαμεν.* Ἀρκεῖ ἡμῖν τὸ ὀνομάζεσθαι Χριστιανοὺς πρὸς τὸ πᾶσαν ἐκφυγεῖν τὴν ἀπὸ τῶν ἐναντίων

[4] Psal. CXXII, 2. [5] Isa. XL, 10. [6] Rom. VIII, 39. [7] ibid. 37. [8] Rom. V, 3.

(41) *Τοὺς ἐλπίζοντας, sperantes.* Vulgata, *Et in eis qui sperant super misericordia ejus*, quasi legerit interpres καὶ τοὺς ἐλπίζοντας. Sed vocalem καί non præferunt neque editi, neque mss., neque LXX, neque antiqui interpretes Græci.

(42) Editio Paris. et Colb. septimus ἐπὶ τοὺς οἰκτιρμούς. Alii duo mss. εἰς τοὺς οἰκτιρμούς. Sed tum hæc, tum illa propositio deest in Regiis tertio, quarto et quinto, et in Coisl. et in editione Basil. Neutra etiam reperitur in Reg. sexto prima manu; quanquam secundis curis vocula εἰς addita est. Potest quidem hoc loco addi præpositio : sed quin melius absit, mihi dubium non est. Aliquanto post editio Paris. μισθὸς μετ' αὐτοῦ. At decem mss. cum editione Basil. μισθὸς αὐτοῦ. Editio Romana μισθὸς αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ· cui consentit Vulgata, *Merces ejus* D *cum eo.* Unde satis nobis probabile videtur illud μετ' αὐτοῦ, a librariis prætermissum hic fuisse.

(43) Colb. quartus εἰς τούς.

(44) Editi et quinque mss. ὑπομενεῖ, *patiens erit.* Nec aliter legit Augustinus. Colb. quartus et editio Romana ὑπομένει, *patiens est.* Vulgata quoque, *sustinet.* Annotandum, hic legi quidem in Reg. quarto codice ὑπομένει, *patiens est :* sed infra, ubi hoc verbum repetitur, scriptum invenimus in eodem illo ms. ὑπομενεῖ, *patiens erit.*

(45) Editio Basil. et quinque mss. τὸν Ἀπόστολον. Editio Paris. et nonnulli mss. ὁ Ἀπόστολος. Nec ita multo post Colb. quintus æque ac sextus sacer καυχώμεθα.

(46) Reg. secundus ἐνδείκνυται. Statim sex mss. ὀνόματος τοῦ Κυρίου. Editi ὀνόματος αὐτοῦ.

Digitized by Google

ἐπήρειαν. Ἅγιον δὲ τὸ ὄνομα εἶναι λέγεται τοῦ Θεοῦ, οὐ πάντως διὰ τὸ ἐν συλλαβαῖς ἔχειν τινὰ δύναμιν ἁγιαστικήν, ἀλλ' ὅτι πᾶσα ἡ ἰδιότης τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ ἔννοια τῶν ἐξαιρέτως περὶ αὐτὸν θεωρουμένων ἁγία ἐστὶ καὶ ἁγνή. *Γένοιτο, Κύριε, τὸ ἔλεός σου ἐφ' ἡμᾶς, καθάπερ ἠλπίσαμεν ἐπὶ σοί.* Ὁρᾷς πῶς ἐπιστημόνως προσηύξατο; Τὴν ἰδίαν διάθεσιν μέτρον ἐποίησε τῆς ἐπιχορηγίας τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ. Τοσοῦτος, φησὶ, γένοιτο ὁ ἔλεός σου ἐφ' ἡμᾶς, ὅσην φθάσαντες ἡμεῖς ἐπὶ σοὶ τὴν ἐλπίδα κατεβαλόμεθα. Πᾶσα δὲ ἡμῶν ἡ ἐλπὶς ἐπιστρέψαι (47) εἰς τὴν ἀνάπαυσιν, ἵνα, μετασχηματισθέντος τοῦ σώματος τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, νοήσωμεν αὐτὸ τοῦτο γενόμενον σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης (48).

A telligentia eorum quæ præcipue in ipso contemplamur, sancta est et pura. VERS. 22. *Fiat, Domine, misericordia tua super nos, quemadmodum speravimus in te.* Vides quomodo scite ac prudenter oraverit? Proprium affectum, mensuram fecit largitionis miserationum Dei. Tanta, inquit, fiat misericordia tua super nos, quantam in te spem priores conjecimus. Reverti autem in requiem, tota nostra spes est, ut corpore humilitatis nostræ transformato, hoc idem agnoscamus corpori gloriæ Christi conforme effectum.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓ' ΨΑΛΜΟΝ (49).

Τῷ Δαβίδ, ὁπότε ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἔναντίον Ἀβιμέλεχ, καὶ ἀπέλυσεν αὐτὸν, καὶ ἀπῆλθεν.

1. Ἐπὶ δύο ὑποθέσεις ἔλκει ἡ ἔννοια τοῦ ψαλμοῦ. Τά τε ἐν τῇ Νομβῇ τῇ πόλει τῶν ἱερέων γενόμενα παρὰ τοῦ Δαβὶδ δοκεῖ οἰκείως ἔχειν τῇ ἐπιγραφῇ, τά τε ἐν τῇ Γὲθ παρὰ τῷ Ἀγχοὺς τῷ βασιλεῖ τῶν ἀλλοφύλων. Ἠλλοίωσε μὲν γὰρ αὐτοῦ τὸ πρόσωπον καὶ ὅτε τῷ Ἀβιμέλεχ διελέγετο τῷ ἱερεῖ, κρύπτων μὲν τὴν φυγὴν, σπουδάζειν (50) δὲ δὴ προστάγματι ὑπουργεῖν βασιλικῷ προσποιούμενος, ὅτε καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔλαβε, καὶ τὴν ῥομφαίαν τοῦ Γολιάθ. Ἠλλοίωσε δὲ αὐτοῦ τὸ πρόσωπον καὶ ὅτε ἐν μέσοις τοῖς πολεμίοις ἀπολῃφθεὶς, ἐπειδὴ ᾔσθετο αὐτῶν διαλεγομένων πρὸς ἀλλήλους, καὶ παρασκευαζομένων εἰς ἄμυναν (51). *Εἶπον γὰρ,* φησὶν, *οἱ παῖδες Ἀγχοὺς πρὸς ἑαυτούς· Οὐχ οὗτος Δαβὶδ ὁ βασιλεὺς τῆς γῆς; Οὐχὶ τούτῳ ἐξῆρχον ἐν χορῷ λέγουσαι* (52), *Ἐπάταξε Δαβὶδ ἐν μυριάσιν αὐτοῦ, καὶ Σαοὺλ ἐν χιλιάσιν αὐτοῦ; Καὶ ἐφοβήθη,* φησὶ, *Δαβὶδ ἀπὸ προσώπου Ἀγχοὺς, καὶ ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ κατ' ὀφθαλμοὺς αὐτῶν.* Πῶς οὖν ἡ μὲν ἐπιγραφὴ Ἀβιμέλεχ ὀνομάζει, ἡ δ' ἱστορία Ἀγχοὺς παραδίδωσι τὸν βασιλέα Γεθαίων (53); Τοιοῦτον λόγον τινὰ φθάσαντα ἐκ παραδόσεως εἰς ἡμᾶς ἔχομεν, ὅτι οἱ βασιλεῖς τῶν ἀλλοφύλων κοινὸν μὲν εἶχον ὄνομα τὸ Ἀβιμέλεχ, ἴδιον δὲ ἕκαστος ὁ προσηγορεύετο (54). Ὡς καὶ ἐπὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἔστι βασιλείας ἰδεῖν, Καίσαρας λεγομένους κοινῶς καὶ Αὐγούστους, ἄλλα δὲ τὰ κύρια ἑαυτῶν κεκτημένους ὀνόματα. Τοιοῦτον καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἐστὶ τὸ Φα-

B IN PSALMUM XXXIII.

Ipsi David, quando immutavit faciem suam coram Abimelech, et dimisit ipsum, et abiit.

Aut forte etiam divitem dicit populum Israeliticum, quorum est adoptio ac divinus cultus, quorum sunt promissiones, ex quibus sunt patres [56]. Hi itaque ob peccatum in Dominum admissum eguerunt. Qui vero illorum loco inquisierunt Dominum, non minuentur omni bono. **150** Eguerunt autem quodammodo et esurierunt. Postquam enim panem vitæ [57] interfecerunt, venit super ipsos fames panis : et postquam fonti aquæ vivæ [58] struxere insidias, accessit ad illos sitis, ac supplicium sitis ipsos invasit : fames autem, non panis sensibilis, neque sitis aquæ, sed fames audiendi verbum Domini [59]. *Eguerunt itaque et esurierunt.* At vero qui ex gentibus Dominum inquirere didicerunt, non minuentur ullo bono. Perfectum omnino bonum Deus ipse est, quo non minuentur quotquot exquirunt ipsum. Non enim mihi quispiam ineruditus, qui perversum de bono ac malo judicium ferat, bonum nominet eum, qui voluptatem temporariam atque una cum corporis corruptione transeuntem habet. Qui enim corporeas opes et prærogativas corporales in boni ordinem redigit, is reverendum et soli Deo conveniens nomen ad res viles et nullius momenti transfert, et simul in contrarietatem incidet gravissimam. Aut enim dicet apostolos, propterea quod non inquisierunt Dominum, assecutos non esse corporalia bona : aut si eum inquirentes, talia bona non compararunt, Scripturam ipsam accusabit, quæ dicit eos qui Dominum inquirunt, bono nullo destitui. Sed et inquisierunt sancti Dominum, et comprehensione ejus qui inquisitus est, non caruerunt, neque bonis in æterna requie repositis sunt spoliati. Siquidem de illis bonis dici proprie possit illud, *Omni bono*. Nam corporeæ voluptates plus molestiæ quam jucunditatis habent. Procreant enim nuptiæ sterilitatem, viduitatem, stupra ; agricultura infecunditatem ; mercatura naufragia; divitiæ insidias; deliciæ satietasque et assiduæ voluptates morbos varios ac diversa affectionum genera. Paulus utique et inquirebat Dominum, et nihil ei defuit bonorum. Verum quis corporis molestias, in quibus per totam suam vitam vixit, annumeraret ? Ter virgis cæsus est, semel est lapidatus, ter naufragium fecit, noctem ac diem in profundo egit, in itineribus sæpe, in fame et siti, in jejuniis sæpe, in labore et ærumna, in necessitatibus sæpe [60]. Usque ad extremam horam et esuriens homo, et sitiens, et nudus ac colaphis cæsus [61], quo-

A ὑπὸ τῆς (92) βίας τῶν ἀνέμων ἄλλοτε πρὸς ἄλλα μέρη πεφυκὼς μεταῤῥεῖν. Καὶ πλούσιον λέγει τάχα τὸν Ἰσραήλ· ὧν ἡ υἱοθεσία καὶ ἡ λατρεία, ὧν αἱ ἐπαγγελίαι, ἐξ ὧν οἱ πατέρες. Οὗτοι τοίνυν διὰ τὴν εἰς τὸν Κύριον ἁμαρτίαν ἐπτώχευσαν. Οἱ δὲ ἀντ' ἐκείνων ἐκζητήσαντες τὸν Κύριον οὐκ ἐλαττωθήσονται παντὸς ἀγαθοῦ. Ἐπτώχευσαν δέ πως καὶ (93) ἐπείνασαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπέκτειναν τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς, ἦλθεν ἐπ' αὐτοὺς ὁ λιμὸς τοῦ ἄρτου· καὶ ἐπειδὴ ἐπεβούλευσαν τῇ πηγῇ τοῦ ὕδατος τοῦ ζῶντος, ἦλθεν αὐτοῖς ἡ δίψα, καὶ ἐπετέθη (94) αὐτοῖς ἡ ἐκ τῆς δίψης κόλασις· λιμὸς δὲ οὐχὶ ἄρτου αἰσθητοῦ, οὐδὲ δίψα ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸς τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου. *Ἐπτώχευσαν μὲν οὖν καὶ ἐπείνασαν.* Οἱ μέντοι ἀπὸ τῶν ἐθνῶν μαθόντες ἐκζητεῖν τὸν Κύριον οὐκ ἐλαττωθήσονται
B παντὸς ἀγαθοῦ. Τὸ παντέλειον ἀγαθὸν αὐτός ἐστιν ὁ Θεός· οὗ οὐκ ἐλαττωθήσονται πάντες οἱ ἐκζητοῦντες αὐτόν. Μὴ γάρ μοί τις ἀπαίδευτος, ἀδιάκριτον ἔχων τὸν περὶ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ τόπον (95), ἀγαθὸν ὀνομαζέτω τὸν πρόσκαιρον ἔχοντα τὴν ἀπόλαυσιν (96) καὶ τῇ φθορᾷ τοῦ σώματος συναπερχομένην. Ὁ γὰρ τὸν σωματικὸν πλοῦτον καὶ τὰ σωματικὰ προτερήματα εἰς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ τάξιν κατάγων, εἰς πράγματα εὐτελῆ καὶ οὐδενὸς λόγου ἄξια ἄγει τὸ σεμνὸν καὶ μόνῳ Θεῷ πρέπον ὄνομα, καὶ ἅμα ἐναντιώματι χαλεπωτάτῳ περιπεσεῖται. Ἡ γὰρ τοὺς ἀποστόλους ἐρεῖ, παρὰ τὸ μὴ ἐκζητῆσαι τὸν Κύριον, μὴ τετυχηκέναι τῶν σωματικῶν ἀγαθῶν· ἢ εἰ ἐκζητοῦντες ἀπετύγχανον τῶν τοιούτων ἀγαθῶν, τῆς Γρα-
C φῆς αὐτῆς κατηγορήσει λεγούσης μηδενὸς ἀγαθοῦ ἐλαττοῦσθαι τοὺς ἐκζητοῦντας τὸν Κύριον. Ἀλλὰ καὶ ἐξεζήτουν οἱ ἅγιοι τὸν Κύριον, καὶ τῆς αὐτοῦ τοῦ ζητουμένου καταλήψεως οὐκ ἠλαττοῦντο, οὐδὲ τῶν ἀποκειμένων ἐν τῇ αἰωνίᾳ ἀναπαύσει (97) ἀγαθῶν ἐστερήθησαν. Περὶ ἐκείνων γὰρ λέγοιτο ἂν κυρίως τὸ, *Παντὸς ἀγαθοῦ*. Αἱ γὰρ σωματικαὶ ἀπολαύσεις πλεῖον τὸ ὀδυνηρὸν ἔχουσι τοῦ ἡδέος· οἱ γάμοι τὰς ἀπαιδίας, τὰς χηρείας, τὰς διαφθοράς· αἱ γεωργίαι τὴν ἀκαρπίαν· αἱ ἐμπορίαι τὰ ναυάγια· οἱ πλοῦτοι τὰς ἐπιβουλάς· αἱ τρυφαὶ καὶ οἱ κόροι, καὶ αἱ συνεχεῖς ἀπολαύσεις τὸ ποικίλον τῶν νοσημάτων, καὶ τὸ πολυειδὲς τῶν παθῶν. Παῦλος μέντοι καὶ ἐξεζήτει (98) τὸν Κύριον, καὶ οὐδὲν αὐτῷ ἔλειπε τῶν ἀγαθῶν. Καίτοι τίς ἂν ἐξαριθμήσαιτο τὰ τοῦ σώματος
D ὀχληρά, οἷς παρὰ πάντα τὸν ἑαυτοῦ βίον συνέζη; Τρὶς ἐῤῥαβδίσθη, ἅπαξ ἐλιθάσθη, τρὶς ἐναυάγησε, νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκεν, ἐν ὁδοιπορίαις;

[56] Rom. IX, 45. [57] Joan. VI, 48. [58] Joan. IV, 10 seqq. [59] Amos VIII, 11. [60] II Cor. XI, 25, 27. [61] I Cor. IV, 11.

(92) Reg. secundus ἀπὸ τῆς. Mox editi πεφυκός. At septem mss. πεφυκώς.

(93) Deest καί in aliquibus mss. Mox Regii quartus et sextus ἡ λιμός.

(94) Ita mss. non pauci. Editi ἦλθεν ἐπ' αὐτοὺς ἡ δίψα, ἐπετέθη.

(95) Illa, ἀδιάκριτον ἔχων..., τόπον, sic interpretatur Combefisius, *Haud sanum habens judicium* : quam interpretationem satis probatum iri intelligentibus puto, cum vix dubium esse possit, quin hoc loco vox τόπος pro voce κριτήριον posita sit.

(96) Editi et nostri undecim mss. τὸν πρόσκαιρον ἔχοντα τὴν ἀπόλαυσιν. Sed vir doctissimus idemque confidentissimus Combefisius suo periculo legi vult τὸ πρόσκαιρον ἔχον, etc., id quod ita ipse Latine reddidit, *Bonum nuncupet, quod temporaneam habet jucunditatem.* Alii quidlibet sibi licere putaverint ; at nobis religio fuerit editorum simul et tot codicum mss. auctoritatem spernere.

(97) Reg. tertius αἰωνίᾳ ἀπολαύσει, et ita legitur in margine Reg. secundi.

(98) Ita sex mss. At editi ἐζήτει. Reg. secundus ἐκζήτει.

Digitized by Google

πολλάκις, ἐν λιμῷ καὶ δίψει (99), ἐν νηστείαις πολλάκις, ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ, ἐν ἀνάγκαις πολλάκις. Μέχρι τῆς ἐσχάτης ὥρας καὶ πεινῶν ἄνθρωπος, καὶ διψῶν, καὶ γυμνητεύων, καὶ κολαφιζόμενος, πῶς οὐκ ἠλαττοῦτο τῶν σωματικῶν ἀγαθῶν; Ἀνάγαγε οὖν μοι τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ ὄντως ἀγαθόν, ἵνα καὶ τὴν συμφωνίαν τῆς Γραφῆς ἐπιγνῷς, καὶ σεαυτὸν μὴ καταβάλῃς τῇ ἀμφιβολίᾳ τῆς ἐννοίας.

A modo non minuebatur corporalibus bonis? Evehe igitur, quæso, mentem ad id quod vere bonum est, ut et Scripturæ consensionem intelligas, et ne conjicias te in ullam sententiæ ambiguitatem.

8. Δεῦτε, *τέκνα, ἀκούσατέ μου· φόβον Κυρίου διδάξω ὑμᾶς.* Ἐνδιαθέτου (1) διδασκάλου φωνὴ, προσκαλουμένου εἰς μάθησιν διὰ πατρικῆς εὐσπλαγχνίας. Καὶ γὰρ τέκνον ἐστὶ πνευματικὸν τοῦ διδασκάλου ὁ μαθητής. Ὁ γὰρ παρά τινος τὴν μόρφωσιν τῆς εὐσεβείας δεχόμενος, οὗτος οἱονεὶ διαπλάττεται παρ' αὐτοῦ, καὶ εἰς σύστασιν ἄγεται, ὥσπερ καὶ ὑπὸ τῆς κυοφορούσης τὰ ἐν αὐτῇ διαμορφούμενα (2) βρέφη. Ὅθεν καὶ Παῦλος ὅλην τὴν Ἐκκλησίαν τῶν Γαλατῶν, ἐκ τῶν προτέρων διαπεσοῦσαν μαθημάτων, καὶ οἱονεὶ ἀμβλωθεῖσαν, πάλιν ἀναλαμβάνων, καὶ μορφῶν ἄνωθεν ἐν αὐτοῖς τὸν Χριστὸν, τέκνα ἔλεγε· καὶ ἐπειδὴ μετ' ὀδύνης καὶ θλίψεως ἐποιεῖτο τῶν ἐσφαλμένων τὴν ἐπανόρθωσιν, ὠδίνειν ἔλεγε τῇ ψυχῇ διὰ τὴν ἐπὶ τοῖς ἀποπεσοῦσι λύπην. *Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν.* Δεῦτε οὖν, *τέκνα, ἀκούσατέ μου.* Τί ποτε ἄρα διδάσκειν μέλλει ὁ πνευματικὸς ἡμῶν πατήρ; *Φόβον*, φησὶ, *Κυρίου διδάξω ὑμᾶς.* Ἐπειδὴ ἄνω προσέταξε φοβεῖσθαι τὸν Κύριον, καὶ τὸ ἐκ τοῦ φόβου κέρδος ὑπέδειξεν, εἰπὼν, *Ὅτι οὐκ ἔστιν ὑστέρημα τοῖς φοβουμένοις αὐτόν·* νῦν καὶ διδασκαλίαν τινὰ τοῦ θείου φόβου ἡμῖν παραδίδωσι. Τὸ μὲν γὰρ, ὅτι χρὴ ὑγιαίνειν, παντός ἐστιν εἰπεῖν, καὶ τοῦ ἰδιώτου· τὸ δὲ, πῶς χρὴ κτήσασθαι τὴν ὑγείαν, τοῦτο ἴδιον ἤδη τοῦ τὴν ἰατρικὴν τέχνην ἐπισταμένου. Οὐ πᾶς φόβος ἀγαθόν ἐστι καὶ σωτήριον, ἀλλ' ἔστι τις καὶ ἐχθρὸς φόβος, ὃν ἀπεύχεται ὁ Προφήτης ἐγγενέσθαι αὐτοῦ τῇ ψυχῇ, λέγων· *Ἀπὸ φόβου ἐχθροῦ* (3) *ἐξελοῦ τὴν ψυχήν μου.* Ἐχθρὸς γὰρ φόβος ὁ θανάτου ἡμῖν δειλίαν ἐμποιῶν, ὁ προσώπων ὑπεροχὰς καταπτήσσειν ἡμᾶς ἀναπείθων. Πῶς γὰρ ὁ ταῦτα φοβούμενος δυνήσεται ἐν καιρῷ μαρτυρίου μέχρι θανάτου πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀντικαταστῆναι (4), καὶ ἀποδοῦναι τῷ Κυρίῳ τὴν ὀφειλὴν, τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι; Καὶ ὁ ὑπὸ δαιμόνων εὐπτόητος τὸν ἐχθρὸν ἔχει φόβον ἐν ἑαυτῷ. Καὶ ὅλως, ὁ τοιοῦτος φόβος ἀπιστίας ἔοικεν ἔγγονον εἶναι πάθος. Οὐδεὶς γὰρ πιστεύων ἰσχυρὸν αὐτῷ παρεῖναι τὸν βοηθὸν φοβεῖται ἀπό τινος τῶν ἐπιχειρούντων αὐτὸν ἐκταράσσειν. Φόβος δὲ ὁ σωτήριος, καὶ φόβος ἁγιασμοῦ ποιητικὸς, φόβος ὁ κατ' ἐπιτήδευσιν, καὶ οὐχὶ κατὰ πάθος ἐγγινόμενος τῇ ψυχῇ, ποῖός (5) ἐστι βούλει διηγήσωμαι;

8. Vers. 12. *Venite, filii, audite me; timorem Domini docebo vos.* Benevoli magistri vox est, ad disciplinam paterna commiseratione invitantis. Etenim discipulus filius spiritualis est magistri. Qui enim ab aliquo conformationem pietatis suscipit, is velut informatur ab ipso, et compingitur, perinde ut a prægnante infantes, qui in ea formantur. Unde etiam Paulus totam Galatarum Ecclesiam, a prioribus disciplinis dilapsam, et **151** quasi abortivam iterum suscitans, ac denuo in illis Christum formans, filios appellabat: et quoniam collapsos cum dolore et angustia emendabat, spiritu parturire se dixit, ob conceptam de lapsis tristitiam. *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus*[62]. *Venite* igitur, *filii, audite me.* Quid tandem nos spiritualis noster pater docere vult? *Timorem Domini*, inquit, *docebo vos.* Postquam superius jussit Dominum timere, lucrumque quod ex timore percipitur, ostendit his verbis: *Quoniam non est inopia timentibus eum;* tum demum nobis tradit aliquam divini timoris doctrinam. Nam quod recte valere oporteat, cujuslibet vel idiotæ fuerit dicere: quomodo vero comparanda sanitas sit, illud jam proprium est illius, qui artem medicam novit. Non enim quivis timor bonus est aut salutaris, imo est etiam quidam hostilis timor, quem deprecatur Propheta, ne ipsius animæ accedat, dicens: *A timore inimico eripe animam meam*[63]. Inimicus enim timor est qui nobis parit mortis metum, nobisque, ut personarum dignitates formidemus, suadet. Quomodo enim qui isthæc metuit, poterit tempore martyrii ad mortem usque peccato resistere, ac Domino qui pro nobis mortuus est et resurrexit, debitum exsolvere? Et qui a dæmonibus facile perterretur, in se ipso inimicum timorem habet. Et uno verbo, hujusmodi timor perturbatio quædam ex incredulitate prognata videtur esse. Nemo enim qui sibi adesse credit fortem auxiliatorem, timet aliquem eorum, qui ipsum conturbare conantur. Timor autem qui salutaris est, et timor qui confert sanctitatem, timor qui de industria, et non secundum affectionem animo accidit, vis exponam qualis sit? Ad aliquod peccatum impelli te cum videris, horrendum illud et

[62] Gal. IV, 19. [63] Psal. LXIII, 2.

(99) Colb. primus καὶ δίψῃ.

(1) Vox ἐνδιάθετος mihi hoc loco idem valere videtur quod vox ἐμπαθής: *magistri intus affecti, amantis, benevoli.* Sed paulo aliter sentit Combefisius, cujus hæc sunt: ἐνδιαθέτου διδασκάλου, quasi ἐμψύχου, *ex animo loquentis magistri vox: sincere:* sive etiam, *intus, in corde.*

(2) Ita sex mss. Editi vero κυοφορούσης τὰ βρέφη τὰ ἐν αὐτῇ διαμορφούμενα.

(3) Recte ac scite annotavit Combefisius interpretem veterem imprudenter Vulgatam secutum fuisse, nec psalmi verba hic verti debuisse. *a timore inimici*, sed, *a timore inimico.* Res ita perspicua est, ut nemo, opinor, homo qui hunc locum attente legerit, ea de re dubitaturus sit.

(4) Reg. secundus καταστῆναι. Mox mss. sex ἐγερθέντι. Editi vero ἀναστάντι

(5) Ita quatuor mss. cum editione Basil. Editio vero Paris. ὁποῖος.

Digitized by Google

intolerabile Christi tribunal, quæso, cogita : in quo præsidet quidem judex in alto quodam et sublimi throno, omnis vero creatura ob gloriosum ejus conspectum contremiscens astat ; imo vero futurum est ut singuli adducamur, eorum quæ in vita egerimus examen subituri. Deinde ei, qui multa mala per vitam perpetraverit, horribiles quidam ac morosi angeli assident, ignem ex oculis emittentes, ignem spirantes, propter animi acerbitatem, nocti vultu similes, ob faciei tetricitatem et hominum odium. Postea animo tibi fingas barathrum profundum, tenebras impenetrabiles, ignem splendoris expertem, vim quidem urendi in tenebris habentem, sed luce destitutum : subinde vermium quoddam genus venenatum ac carnivorum, edens insatiabiliter, nec unquam exsatiatum, intolerabiles dolores morsibus inducens : postremo supplicium omnium gravissimum, probrum illud et dedecus sempiternum. Hæc time, et hoc timore eruditus, quasi freno quodam a pravis concupiscentiis tuam cohibe animam. Hunc Domini timorem **152** docturum se nos pater ille promisit ; non indiscriminatim quidem docturum, sed eos, qui ei auscultare volunt, non diu collapsos, sed eos, qui propter salutis desiderium accurrunt : non *extraneos a Testamentis* [64], sed eos, qui ex baptismate verbo adoptionis ei conjuncti sunt. Propterea, inquit, venite ; hoc est, per bona opera appropinquate ad me, filii, digni habiti qui per regenerationem filii lucis essetis [65]. Audite, vos qui aures cordis habetis apertas ; *timorem Domini docebo vos* ; eum videlicet quem vobis aliquanto ante descripsimus.

9. VERS. 13. *Quis est homo qui vult vitam, diligens dies videre bonos?* Si quis, inquit, vult vitam, non communem hanc, quam et bruta vivunt, sed eam quæ vere vita est, et morte non dirimitur. Nunc enim, inquit, morimini, *Et vita nostra est abscondita cum Christo in Deo : cum vero Christus apparuerit, vita nostra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria* [66]. Igitur vere vita est Christus, et nostra in ipso conversatio vita vera est. Similiter autem et dies alii sunt boni, quos in promissione proponit Propheta. *Quis est homo qui vult vitam, diligens dies videre bonos?* Dies enim hujus sæculi, mali sunt : siquidem et hoc sæculum, mensura cum sit mundi, de quo dictum est : *Mundus totus in maligno positus est* [67], naturæ mundi, quem dimetitur, assimilatur. Hi autem dies partes sunt hujus temporis. Quapropter dicit Apostolus : *Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt* [68]. Itemque Jacob : *Dies*, inquit, *annorum meorum pauci et mali sunt* [69]. Ita-

Ὅταν μέλλῃς ἐπί τινα ὁρμᾷν ἁμαρτίαν, ἐννόησόν μοι ἐκεῖνο τὸ φρικτὸν καὶ ἀνύποιστον τοῦ Χριστοῦ δικαστήριον, ἐν ᾧ προκαθέζεται μὲν ἐπὶ θρόνου τινὸς ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου ὁ κριτής, παρέστηκε δὲ πᾶσα ἡ κτίσις ὑποτρέμουσα τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ τὴν ἔνδοξον· παράγεσθαι δὲ μέλλομεν καθ' ἕνα εἰς ἐξέτασιν τῶν βεβιωμένων ἡμῖν. Εἶτα τῷ πολλὰ πονηρὰ πεποιηκότι κατὰ τὸν βίον φοβεροί τινες καὶ κατηφεῖς παρίστανται ἄγγελοι, πῦρ βλέποντες, πῦρ ἀναπνέοντες, διὰ τὴν πικρίαν τῆς προαιρέσεως, νυκτὶ ἐοικότες τὰ πρόσωπα, διὰ τὸ κατηφὲς καὶ μισάνθρωπον. Εἶτα βάραθρον βαθὺ, καὶ σκότος ἀδιεξόδευτον, καὶ πῦρ ἀλαμπές· ἐν τῷ σκότει τὴν μὲν καυστικὴν δύναμιν ἔχον, τὸ δὲ φέγγος ἀφῃρημένον. Εἶτα σκωλήκων γένος ἰοβόλον καὶ σαρκοφάγον, ἀπλήστως ἐσθίον, καὶ μηδέποτε κορεννύμενον, ἀφορήτους ὀδύνας ἐμποιοῦν τῇ καταβρώσει. Εἶτα τὴν πασῶν χαλεπωτάτην κόλασιν, τὸν ὀνειδισμὸν ἐκεῖνον καὶ τὴν αἰσχύνην τὴν αἰώνιον. Ταῦτα φοβοῦ· καὶ τούτῳ τῷ φόβῳ παιδευόμενος, οἱονεὶ χαλινῷ τινι ἀνάκοπτε τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῆς πρὸς τὰ φαῦλα ἐπιθυμίας. Τοῦτον τὸν φόβον τοῦ Κυρίου διδάσκειν ἡμᾶς ὁ πατὴρ ἐπηγγείλατο· οὐχ ἁπλῶς διδάσκειν, ἀλλὰ τοὺς ἀκούειν αὐτοῦ προαιρουμένους· οὐ τοὺς μακρὰν ἀποπεσόντας (6), ἀλλὰ τοὺς δι' ἐπιθυμίαν τοῦ σωθῆναι προστρέχοντας· οὐ *τοὺς ξένους τῶν Διαθηκῶν*, ἀλλὰ τοὺς ἐκ τοῦ βαπτίσματος τῇ υἱοθεσίᾳ οἰκειουμένους τῷ λόγῳ. Διὰ τοῦτο, φησὶ, δεῦτε· τουτέστι, διὰ τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἐγγίσατέ μοι, τέκνα, υἱοὶ φωτὸς γενέσθαι διὰ τῆς παλιγγενεσίας καταξιωθέντες. Ἀκούσατε, οἱ ἔχοντες τὰ ὦτα (7) τῆς καρδίας ἀνεῳγμένα· *Φόβον Κυρίου διδάξω ὑμᾶς*· τοῦτον, ὃν μικρῷ πρόσθεν ὁ λόγος ὑμῖν ὑπέγραψεν.

9. *Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ θέλων ζωὴν, ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθάς ;* Εἴ τις θέλει, φησὶ, ζωὴν, οὐ τὴν κοινὴν ταύτην ἣν καὶ τὰ ἄλογα ζῇ, ἀλλὰ τὴν ὄντως ζωὴν τὴν θανάτῳ μὴ διακοπτομένην. Νῦν γὰρ, φησὶν, ἀποθνήσκετε, *Καὶ ἡ ζωὴ ὑμῶν* (8) *κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ· ὅταν δὲ ὁ Χριστὸς φανερωθῇ, ἡ ζωὴ ὑμῶν, τότε καὶ ὑμεῖς σὺν αὐτῷ φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ.* Οὐκοῦν καὶ ἡ ὄντως ζωὴ ὁ Χριστὸς, καὶ ἡ ἡμετέρα ἐν αὐτῷ διαγωγὴ ζωὴ ἐστιν ἀληθινή. Ὁμοίως δὲ καὶ αἱ ἡμέραι ἄλλαι εἰσὶν ἀγαθαὶ, ἃς ἐν ἐπαγγελίᾳ προτίθησιν ὁ Προφήτης. *Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ θέλων ζωὴν, ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθάς ;* Αἱ γὰρ τοῦ αἰῶνος τούτου ἡμέραι πονηραὶ, ἐπειδὴ καὶ ὁ αἰὼν οὗτος, τοῦ κόσμου μέτρον ὑπάρχων, περὶ οὗ εἴρηται, ὅτι *Ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται*, συναφομοιοῦται τῇ φύσει τοῦ κόσμου ὃν ἐκμετρεῖ. Μέρη δὲ τοῦ χρόνου τούτου αἱ ἡμέραι αὗται. Διὰ τοῦτό φησιν ὁ Ἀπόστολος· *Ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν, ὅτι αἱ*

[64] Ephes. II, 12. [65] I Thess. V, 5. [66] Coloss. III, 3, 4. [67] I Joan. V, 19. [68] Ephes. V, 16. [69] Gen. XLVII, 9

(6) *Τοὺς μακρὰν ἀποπεσόντας*, verte : *eos qui procul lapsi sunt*. MARAN.

(7) Ita mss., non pauci. Editi ἔχοντες ὦτα. Ibidem Colb. primus ἠνεῳγμένα.

(8) Sic mss. et editio Basil. cum vulgato Scriptura textu. Editio Paris. ζωὴ ὑμῶν. Illa quæ paulo infra leguntur, τότε καὶ ὑμεῖς σὺν αὐτῷ *φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ*, desunt quidem in quatuor mss., sed reperiuntur in aliis perinde atque in editis.

Digitized by Google

ἡμέραι πονηραί εἰσι. Καὶ ὁ Ἰακὼβ δὲ (9), *Αἱ ἡμέραι*, φησὶ, *τῶν ἐτῶν μου μικραὶ καὶ πονηραί.* Οὐκοῦν νῦν μὲν οὐκ ἐσμὲν ἐν ζωῇ, ἀλλ' ἐν θανάτῳ. Διὸ καὶ ηὔχετο ὁ Ἀπόστολος, λέγων· *Τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου;* Ἄλλη δέ τίς ἐστι ζωὴ, πρὸς ἣν καλεῖ ἡμᾶς ὁ λόγος· καὶ νῦν μὲν αἱ ἡμέραι ἡμῶν πονηραὶ, ἄλλαι δέ τινές εἰσιν ἀγαθαὶ, ἃς νὺξ οὐ διακόπτει· ἔσται γὰρ ὁ Θεὸς αὐτῶν φῶς αἰώνιον, καταλάμπων αὐτὰς τῷ φωτὶ τῆς ἑαυτοῦ δόξης. Μὴ τοίνυν, ὅταν ἀκούσῃς ἡμερῶν ἀγαθῶν, τὴν ἐνταῦθά σοι νομίσῃς ζωὴν ἐν ἐπαγγελίαις προκεῖσθαι. Φθαρταὶ γάρ εἰσιν αὗται, ἃς ὁ αἰσθητὸς ἥλιος ἀπεργάζεται· οὐδὲν δὲ φθαρτὸν ἁρμοζόντως ἂν δῶρον γένοιτο τῷ ἀφθάρτῳ. Εἰ γὰρ ἄφθαρτος ἡ ψυχὴ, ἄφθαρτα αὐτῆς καὶ τὰ χαρίσματα. Καὶ *Παράγει τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου.* Εἰ δὲ σκιὰν ἔχει ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, νόει μοί τινα Σάββατα τρυφερὰ, ἅγια, ἐκ τῶν αἰωνίων ἡμερῶν, νεομηνίας, ἑορτάς· καὶ νόει μοι ἀξίως τοῦ πνευματικοῦ νόμου. *Παῦσον τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ, καὶ χείλη σου τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον.* Εἰ βούλει ἐν ταῖς ἡμέραις γενέσθαι ταῖς ἀγαθαῖς, εἰ ἀγαπᾷς τὴν ζωὴν, ποίησον τὴν ἐντολὴν τῆς ζωῆς (10). *Ὁ γὰρ ἀγαπῶν με*, φησὶ, *τὰς ἐντολάς μου τηρήσει.* Πρώτη δὲ ἐντολὴ τὸ, παῦσαι τὴν γλῶσσαν ἀπὸ κακοῦ, καὶ χείλη τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον. Σχεδὸν γὰρ ἡ προχειροτάτη καὶ πολύτροπος ἁμαρτία ἡ διὰ γλώσσης ἐστὶν ἐνεργουμένη. Ὠργίσθης; καὶ ἡ γλῶσσα προτρέχει. Ἐν ἐπιθυμίαις εἶ; καὶ τὴν γλῶσσαν ἔχεις πρὸ πάντων οἱονεί τινα μαστρωπὸν καὶ προαγωγὸν, συγκαταπρασσομένην τῇ ἁμαρτίᾳ, καθυποκρινομένην (11) τοὺς πλησίον. Καὶ ὅπλον σοι πρὸς τὴν ἀδικίαν ἡ γλῶσσα, μὴ τὰ ἀπὸ καρδίας φθεγγομένη, ἀλλὰ τὰ πρὸς ἀπάτην προφέρουσα. Καὶ τί δεῖ πάντα τῷ λόγῳ ἐπεξιέναι τῶν διὰ γλώσσης ἁμαρτανομένων; Πεπλήρωται ἡμῶν ὁ βίος τῶν ἀπὸ γλώσσης πταισμάτων (12). Αἰσχρολογία, εὐτραπελία, μωρολογία, τὰ οὐκ ἀνήκοντα, καταλαλιαὶ, λόγος ἀργὸς, ἐπιορκίαι (13), ψευδομαρτυρίαι, πάντα ταῦτα τὰ κακὰ, καὶ ἔτι πλείω τούτων, τῆς γλώσσης ἐστὶ δημιουργήματα. Οἱ δὲ ἀνοίγοντες τὸ στόμα κατὰ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος λαλοῦντες, ἄλλῳ τινὶ τὴν ἀσέβειαν καὶ οὐχὶ τῷ ὀργάνῳ τῆς γλώσσης ἐργάζονται; Ἐπειδὴ οὖν *Ἐκ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ, καὶ ἐκ τῶν λόγων σου κατακριθήσῃ*, παῦσον τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ, καὶ μὴ ἐνεργήσῃς θησαυρίσματα γλώσσῃ ψευδεῖ μάταια. Παῦσον δὲ καὶ τὰ χείλη σου τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον· ἀντὶ τοῦ, Ὅλον τὸ ὄργανον τὸ πρὸς τὴν διακονίαν τοῦ λόγου σοι δεδομένον σχολάζειν ἀπὸ τῆς πονηρᾶς ἐνεργείας ποίησον. Ἔστι δὲ ὁ δόλος κακοποιία λαθραία ἐν προσποιήσει τῶν βελτιόνων τῷ πλησίον προσφερομένη.

A que nunc in vita non sumus, sed in morte. Idcirco etiam orabat Apostolus, dicens : *Quis me liberabit de corpore mortis hujus* [70] ? Alia autem quædam vita est, ad quam vocant nos isthæc verba ; et nunc quidem dies nostri mali sunt, alii vero quidam sunt boni, quos nox non intercidit. Erit enim Deus ipsorum lux sempiterna, eos gloriæ suæ luce illustrans. Ne igitur cum audieris dies bonos, præsentem istam vitam existimes tibi proponi in promissionibus. Nam quos dies sol sensibilis peragit, ii sunt caduci : nihil autem caducum poterit esse conveniens donum corruptionis experti. Etenim si anima corruptioni nequaquam obnoxia est, nec etiam corruptioni obnoxia fuerint ipsius dona. *Præterit autem figura hujus mundi* [71]. Quod si lex umbram habet B futurorum bonorum [72], effingas velim animo Sabbata quædam jucunda, sancta, ex æternis diebus conflata, nascentes lunas, festa : sed intellige ita, ut legem spiritualem decet. (Vers. 14.) *Prohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum.* Si vis in diebus esse bonis, si diligis vitam, præceptum vitæ perfice. *Qui* enim, inquit, *diligit me, præcepta mea servabit* [73]. Primum autem præceptum est, prohibere linguam a malo, et labia, ne loquantur dolum. Peccatum enim quod per linguam admittitur, omnium fere familiarissimum est, atque multiplicem formam habet. Iratus es ? jam lingua præcurrit. Concupiscis? etiam ante omnia linguam habes quasi quamdam lenam et conciliatricem, peccati **153** adjutricem, ac verborum lenocinio proximos subducentem. Quin etiam lingua armorum loco tibi est ad iniquitatem, cum ex corde non loquitur, sed fraudulenta proponit. Et quid opus est verbis persequi omnia linguæ peccata ? Vita nostra referta est linguæ delictis. Verba obscena, scurrilitas, stultiloquium, alia non convenientia, obtrectationes, otiosus sermo, perjuria, falsa testimonia, omnia hæc mala, et his adhuc plura, linguæ sunt opificia. Qui vero adversus Dei gloriam os aperiunt, et iniquitatem in excelsum effutiunt, per quid aliud nisi per linguæ instrumentum impietatem perficiunt ? Quoniam igitur] *Ex tuis verbis justificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis* [74], prohibe linguam tuam a malo, nec thesauros lingua mendaci efficias vanos. Insuperque prohibe labia tua, ne loquantur D dolum : hoc est, totum organum ad sermonis munus tibi concessum a prava operatione coerceas. Est autem dolus occultum maleficium, sub officiorum specie proximo illatum.

[70] Rom. VII, 24. [71] I Cor. VII, 31. [72] Hebr. X, 1. [73] Joan. XIV, 23. [74] Matth. XII, 37.

(9) Editio Paris. Ἰακώβ σε. At tres mss. Ἰακὼβ δέ.

(10) Ita septem mss. Editi vero τήρησον τὰς τῆς ζωῆς ἐντολάς. Statim editio Basil. et nonnulli mss. γλῶσσάν σου... χείλη σου. Vocula σου deest in editione Paris. et in aliis quibusdam mss.

(11) Nostra editio Paris. καθυποκλινομένην. Editio Basil. καθυποκριναμένην. At mss. καθυποκρινομένην.

(12) Editio Basil. et tres mss. τῶν ἀπὸ γλώσσης πταισμάτων. Editio Paris. τῶν ἀπὸ τῆς γλώσσης πτ. Alii quatuor mss. τῶν ἀπ' αὐτῆς πτ.

(13) Codices quinque mss. ἐπιορκίαι. Editi cum Reg. quarto ἐπιορκία.

Digitized by Google

10. VERS. 15. *Declina a malo, et fac bonum : inquire pacem, et persequere eam.* Elementariæ sunt hæ admonitiones, et ad pietatem introducunt : quibus edocemur linguam diligenter continere, a dolosis insidiis abstinere, a malo declinare. Non enim perfecto convenit abstinentia mali : sed eum qui recens elementis instituitur, ab illo in malum impetu resilire operæ pretium est, atque a pravæ vitæ consuetudine velut a via mala discedentem, ita demum bonorum operum exercitium aggredi. Enim vero nisi quis prius omnino desciverit ac declinaverit a malo, bonum assequi non potest : sicuti fieri non potest ut quis sanitatem recuperet, nisi depulsus morbus sit : vel ut quis caleflat, nisi plane sedatum sit frigus; neque enim hæc simul consistere possunt. Similiter et qui bonam vitam agere cupit, eum par est ab omni malo consortio recedere. *Inquire pacem, et persequere eam.* De hac dixit Dominus : *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis ; non quomodo mundus dat pacem, ego do vobis* [78]. Inquire igitur pacem Domini, et persequere eam. Persequeris autem non aliter, quam currens secundum scopum ad bravium supernæ vocationis [76]. Pax enim vera in supernis exsistit. Etenim quandiu ad carnem astricti sumus, multis, iisque perturbationem nobis creantibus, sumus conjuncti. Inquire igitur pacem, solutionem videlicet a mundi tumultibus : compara mentem quietam, tranquillum quemdam et imperturbatum animi statum, qui neque cupiditatibus agitetur, neque huc illuc a falsis dogmatibus per verisimilitudinem ad assensum invitantibus trahatur, Dei ut pacem consequare, quæ omnem exsuperat intellectum [77], tuumque cor custodit. Qui quærit pacem, Christum inquirit : quia ipse est pax nostra : qui duos in unum novum hominem condidit, faciens pacem [78], atque per sanguinem crucis suæ, sive quæ in cœlis, sive quæ in terra sunt, pacificans [79].

A 10. *Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν· ζήτησον εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν.* Στυχειώδεις αἱ παραινέσεις, καὶ εἰσαγωγοὶ εἰς εὐσέβειαν ἀκριβοῦσαι γλώσσης κρατεῖν, δολερῶν ἐπιβουλευμάτων ἀπέχεσθαι, ἐκκλίνειν ἀπὸ κακοῦ. Οὐ γὰρ τελείῳ πρέπουσα (14) ἡ ἀποχὴ τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ τῷ ἄρτι στοιχειουμένῳ ἐκνεῦσαι προσήκει ἀπὸ τῆς ἐπὶ τὸ κακὸν φορᾶς, καὶ οἱονεὶ ὁδοῦ κακῆς τῆς ἐν τῷ πονηρῷ βίῳ συνηθείας ἀπαλλαγέντα, οὕτως ἅψασθαι τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐνεργείας. Ἀμήχανον γὰρ ἅψασθαι τοῦ ἀγαθοῦ μὴ ἀποστάντα πρότερον παντελῶς καὶ ἐκνεύσαντα τοῦ κακοῦ· ὡς ἀμήχανον ὑγείαν ἀναλαβεῖν μὴ τῆς νόσου ἀπαλλαγέντα· ἢ ἐν θερμότητι γενέσθαι τὸν μὴ καθαρῶς (15) πεπαυμένον τῆς καταψύξεως· ἀνεπίδεκτα γὰρ ταῦτα ἀλλήλοις. Οὕτω καὶ τὸν μέλλοντα
B ἐν ἀγαθῷ βίῳ γενέσθαι πάσης προσήκει τῆς ἐπὶ τὸ κακὸν συναφείας ἀπαλλαγῆναι. *Ζήτησον εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν.* Περὶ ταύτης εἴρηκεν ὁ Κύριος· *Εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν· οὐ καθὼς ὁ κόσμος δίδωσιν εἰρήνην, ἐγὼ δίδωμι ὑμῖν.* Ζήτησον οὖν τὴν τοῦ Κυρίου εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν. Διώξεις δὲ οὐκ ἄλλως ἢ κατὰ σκοπὸν τρέχων εἰς τὸ (16) βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως. Ἄνω γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡ ἀληθής. Ἐπεὶ ὅσον γε τῇ σαρκὶ συνδεδέμεθα χρόνον, πολλοῖς καὶ τοῖς ἐκταράσσουσιν ἡμᾶς συνεζεύγμεθα. Ζήτησον οὖν εἰρήνην, λύσιν τῶν τοῦ κόσμου τούτου θορύβων· κτῆσαι γαληνιῶντα νοῦν, ἀκύμονά τινα καὶ ἀτάραχον κατάστασιν τῆς ψυχῆς, μήτε ὑπὸ παθῶν σαλευομένην (17),
C μήτε ὑπὸ τῶν ψευδῶν δογμάτων διὰ πιθανότητος προκαλουμένων εἰς συγκατάθεσιν περιελκομένην, ἵνα κτήσῃ τὴν εἰρήνην τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπερέχουσαν πάντα νοῦν, φρουροῦσαν τὴν καρδίαν σου. Ὁ ζητῶν εἰρήνην Χριστὸν ἐκζητεῖ, ὅτι αὐτός ἐστιν ἡ εἰρήνη (18), ὃς ἔκτισε τοὺς δύο εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην, καὶ εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς.

11. **154** VERS. 16. *Oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum.* Quemadmodum sancti corpus sunt Christi, et membra ex parte; et posuit Deus in Ecclesia quosdam quidem ut oculos, quosdam vero ut linguas, alios qui manuum, alios qui pedum vicem obtineant [80] : sic etiam sanctæ virtutes spirituales, et in cœlesti loco diversantes, aliæ dicuntur

11. *Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν.* Ὥσπερ οἱ ἅγιοι σῶμά εἰσι Χριστοῦ καὶ μέλη ἐκ μέρους· καὶ ἔθετο ὁ Θεὸς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοὺς μὲν ὀφθαλμούς, τοὺς δὲ γλώσσας, ἑτέρους (19) τὸν τῶν χειρῶν, καὶ ἄλλους τὸν τῶν ποδῶν ἐπέχοντας λόγον· οὕτω καὶ αἱ ἅγιαι δυνάμεις αἱ πνευματικαὶ καὶ περὶ τὸν οὐράνιον οὖσαι

[78] Joan. XIV, 27. [76] Philipp. III, 14. [77] Philipp. IV, 7. [78] Ephes. II, 14. [79] Coloss. I. 20. [80] I Cor. XII, 27, 28.

(14) Ita sex mss. At editi τελείῳ προσήκουσα.

(15) Ita sex mss. At editi παντελῶς, sensu non dissimili.

(16) Sic mss. septem. Editi ἐπὶ τό. Mox editi ἡ ἀληθινή. At sex mss. ἡ ἀληθής.

(17) Regii tertius et quartus cum Colb. septimo σαλευομένης.... περιελκομένης. At Regii quintus et sextus cum Colb. sexto et cum editis σαλευομένην... περιελκομένην, non diversa sententia. Ibidem Reg. tertius προσκαλουμένων.

(18) Sic octo mss. At editi εἰρήνη ἡμῶν. Verisimile nobis fit, quod usu venire solet, vocem ἡμῶν ex vulgato Scripturæ textu additam esse.

(19) Editi ἑτέρους δέ. Vocula δέ deest in septem

D mss. Statim, ubi editi confuse ἐπισκοπὴν ἡμῶν παραδέχεσθαι ἢ πιστευθῆναι, octo mss. melius et simplicius habent ἐπισκοπὴν ἡμῶν πιστευθῆναι. Quæ autem ejus rei causa exstiterit, quilibet paulo humanior facile videt. Librarius igitur, sive quod ejus quem describebat libri scripturam satis certo ac liquido perspicere non posset, dubitaretque hoc an illo modo scriptum foret, sive quod aliud in aliis exemplaribus scriptum reperisset, utrumque posuit, et lectorum judicio permisit, utrum verius videretur. Id fieri solitum jamdiu docuit earum rerum optimus judex Muretus lib. XV *Var. lect.*, c. 16, cujus verba exscribere non dubitavimus.

Digitized by Google

τόπον, αἱ μὲν ὀφθαλμοὶ λέγονται, τῷ τὴν ἐπισκοπὴν ἡμῶν πιστευθῆναι, αἱ δὲ ὦτα, τῷ παραδέχεσθαι ἡμῶν τὰς δεήσεις. Νῦν οὖν τὴν ἐποπτικὴν ἡμῶν δύναμιν, καὶ τὴν τῶν εὐχῶν ἀντιληπτικὴν, ὀφθαλμοὺς εἶπε καὶ ὦτα. *Ὀφθαλμοὶ οὖν Κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν.* Ἐπειδὴ πᾶσα πρᾶξις τοῦ δικαίου ἀξία τῆς θεωρίας τοῦ Θεοῦ, καὶ πᾶν ῥῆμα, τῷ μηδὲν ἀργῶς λέγεσθαι παρὰ τοῦ δικαίου, ἐνεργόν ἐστι καὶ ἔμπρακτον, διὰ τοῦτο ἀεὶ ἐφορᾶσθαι καὶ ἀεὶ εἰσακούεσθαι τὸν δίκαιον ὁ λόγος φησί. *Πρόσωπον δὲ Κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακὰ, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτῶν.* Πρόσωπον (20) οἶμαι τὴν πεπαῤῥησιασμένην καὶ φανερὰν τοῦ Κυρίου ἐπιδημίαν τὴν ἐπὶ τῆς κρίσεως λέγεσθαι. Διὸ καὶ ὀφθαλμοὶ Κυρίου, ὡς ἔτι (21) πόῤῥωθεν ἐπισκοποῦντος ἡμᾶς, ἐπιβλέπειν τὸν δίκαιον εἴρηνται· αὐτὸ δὲ τὸ πρόσωπον ἐπιφανήσεσθαι, ἐπὶ τὸ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ γῆς πᾶν τὸ τῆς πονηρίας μνημόσυνον. Μὴ γάρ μοι σωματικῶς διαπεπλασμένον τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ νοήσῃς (22)· ἐπεὶ οὕτω γε καὶ ἄλογον εἶναι δόξει τὸ παρὰ τῆς Γραφῆς εἰρημένον, ἰδίᾳ μὲν ὀφθαλμοὺς ὑπάρχειν ἐπιλάμποντας τῷ δικαίῳ, ἰδίᾳ δὲ τὸ πρόσωπον ἐπιφερόμενον τοῖς πονηροῖς. Καίτοι οὔτε ὀφθαλμοὶ χωρὶς προσώπου (23), οὔτε πρόσωπον ὀφθαλμῶν ἐστιν ἄμοιρον. Ἄνθρωπος μὲν οὖν οὐ μὴ ἴδῃ τὸ πρόσωπον Κυρίου, καὶ ζήσεται· οἱ δὲ ἄγγελοι τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ μικρῶν διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρὸς ἡμῶν (24) τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Διότι νῦν μὲν χωρῆσαι ἡμᾶς τὴν θέαν τῆς ἐνδόξου ἐπιφανείας διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς τὴν περικειμένην ἡμῖν ἀμήχανον· οἱ μέντοι ἄγγελοι, τῷ μηδὲν ἔχειν προκάλυμμα τοιοῦτον παραπλήσιον τῇ ἡμετέρᾳ σαρκὶ, ὑπ' οὐδενὸς ἐμποδίζονται διηνεκῶς ἐνατενίζειν τῷ προσώπῳ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Ὥστε καὶ ἡμεῖς, ἐπειδὰν γενώμεθα υἱοὶ τῆς ἀναστάσεως, τότε καταξιωθησόμεθα τῆς πρόσωπον πρὸς πρόσωπον γνώσεως. Τότε δὲ οἱ μὲν δίκαιοι ἐν ἀγαλλιάσει τῆς θέας τοῦ προσώπου καταξιωθήσονται· οἱ δὲ (25) ἁμαρτωλοὶ ἐν κρίσει, μελλούσης ἐξολοθρεύεσθαι παρὰ τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ Θεοῦ πάσης τῆς ἁμαρτίας.

A oculi, quod concreditum eis sit munus nos inspiciendi, aliæ aures, quod nostras preces excipiant. Nunc igitur potentiam quæ nos inspicit, et potentiam quæ preces suscipit, oculos dixit et aures. *Oculi igitur Domini super justos, et aures ejus in preces eorum.* Quoniam omnis justi actio digna est quæ a Deo inspiciatur, et omne verbum, cum nihil otiose a justo dicatur, actuosum est et efficax, idcirco justum semper conspici et semper exaudiri hæc illa verba docent. (Vers. 17.) *Vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.* Arbitror apertum ac conspicuum Domini ad judicium adventum dici vultum. Quapropter et oculi Domini, velut adhuc eminus nos inspicientis, justum intueri dicuntur [81]; ipse autem B vultus dicitur appariturus, ad omnem iniquitatis memoriam de terra delendam. Cave enim cogites Dei vultum corporali specie esse conformatum. Alioquin ita quoque absurdum videbitur quod Scriptura dixit, seorsum quidem oculos esse qui justo affulgeant, seorsum vero vultum qui in malos intentus sit. Et vero neque oculi sine vultu sunt, neque vultus expers est oculorum. Homo igitur non videbit faciem Domini, et vivet [82]: angeli vere eorum qui in Ecclesia pusilli sunt, semper vident faciem Patris nostri, qui in cœlis est [83]. Quare nunc quidem fieri non potest, ut nos, gloriosæ visionis aspectum, ob carnis debilitatem nos circumdantem, apprehendamus; angeli vero, quod nullum tale velamentum habent carni nostræ consimile, re nulla C impediuntur quominus faciem gloriæ Dei jugiter contemplentur. Quare et nos, posteaquam filii facti fuerimus resurrectionis, tunc ea quæ est facie ad faciem cognitione dignabimur. Tunc enim justi conspectum quidem vultus in exsultatione consequentur, peccatores vero in judicio; cum futurum sit, ut peccatum omne justa Dei sententia exterminetur.

12. *Ἐκέκραξαν οἱ δίκαιοι, καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσεν αὐτῶν, καὶ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτῶν ἐῤῥύσατο αὐτούς.* Νοητὴ τῶν δικαίων ἡ κραυγὴ, ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς καρδίας τὴν μεγαλοφωνίαν ἔχουσα, δυναμένη ἐφικέσθαι (26) καὶ αὐτῶν τῶν ὤτων τοῦ D Θεοῦ. Ὁ γὰρ μεγάλα αἰτῶν, καὶ περὶ ἐπουρανίων εὐχόμενος, οὗτος κράζει, καὶ ἀκουστὴν ἀναπέμπει

12. Vers. 18. *Clamaverunt justi, et Dominus exaudivit eos, et ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.* Spiritalis est justorum clamor, in occulto cordis recessu vocem altam edens, quippe qui ad ipsas etiam Dei aures queat pertingere. Qui enim magna petit, apprecaturque cœlestia, is clamat et preces quæ exaudiantur ad Deum trans-

[81] Psal. xxxiii, 16. [82] Exod. xxxiii, 20. [83] Matth. xviii, 10.

(20) Editi cum uno ms. πρόσωπον δέ. In reliquis vero mss. vocula δέ omittitur. Ibidem, ubi in editis legitur, τὴν πεπαῤῥησιασμένην καὶ φοβερὰν, *manifestum ac formidabilem adventum*, scriptum invenimus in novem mss. τὴν πεπαῤῥησιασμένην καὶ φανερὰν, *apertum et conspicuum adventum*.

(21) Octo mss. διὸ ὀφθαλμοὶ μὲν ὡς ἔτι. Mox multi mss. ἐπὶ τῷ.

(22) Editi ἐννοήσῃς. At septem mss. νοήσῃς. Aliquanto post mss. sex ἰδίᾳ γάρ. Editi ἰδίᾳ μέν. Reg. quartus et Colb. septimus ἰδίᾳ ὀφθαλμούς.

(23) Editi χωρὶς τοῦ προσώπου. At mss. non pauci χωρὶς προσώπου. Mox loco verborum illorum, οὔτε πρόσωπον ὀφθαλμῶν ἐστιν ἄμοιρον, legitur in editione Basil. οὔτε πρόσωπον χωρὶς ἐστιν ὀφθαλμῶν.

(24) Ita mss. septem. Editi cum Reg. sexto Πατρὸς αὐτῶν.

(25) *Οἱ δέ*, etc. *Peccatores in judicio.* Supple ἀπὸ κοινοῦ, τῆς θέας τοῦ προσώπου καταξιωθήσονται, *conspectu vultus dignabuntur*, sed tremebundi.

(26) Reg. tertius δυναμένην ἐφικέσθαι.

Digitized by Google

mittit. *Clamaverunt* itaque *justi*; nihil abjectum, nihil terrenum, nihil humile inquisierunt. Propterea vocem ipsorum suscepit Dominus, **155** et ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos. Tamen non tam eos a rebus adversis liberavit, quam eos eventorum victores effecit. (VERS. 19.) *Prope est Dominus iis qui contrito sunt corde, et humiles spiritu salvabit.* Sua ipsius bonitate omnibus appropinquat Dominus : nos vero removemus nosmetipsos per peccatum. *Ecce enim*, inquit, *qui elongant se abs te, peribunt* [84]. Quapropter Moyses Deo appropinquare dicitur [85]; et si qui alius ei similis est, per præclara facinora et actiones bonas Deo prope accedit. Hæc autem verba prophetiam adventus Domini palam continent, consentiuntque cum prioribus. Illic enim dicebatur : *Vultus Domini super facientes mala*, hoc est, ejus in judicio conspectus ad disperdendam omnem iniquitatem fiet : hic vero, *Prope est Dominus iis qui contrito sunt corde*, Domini in carne adventum prænuntiat, appropinquantem jam, et non procul distantem. Atque hujus rei faciat tibi fidem prophetia Isaiæ : *Spiritus* enim *Domini super me : propter quod unxit me : evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, et cæcis visum* [86]. Cum enim medicus mitteretur contritis corde, *Prope*, inquit, *Dominus est* : vobis dico qui humiles estis, quique fastum vestrum contrivistis, vos simul lætificaturus, et per gaudium rerum futurarum ad tolerantiam inducturus. Contritio autem cordis exstirpatio est humanarum cogitationum. Qui præsentia contempsit, ac se ipse Dei addixit verbo, mentemque suam ad eas cogitationes quæ hominem superant, ac magis divinæ sunt, appulit, is utique fuerit qui contritum cor habet, quique suum cor sacrificium quod a Domino non despicitur, effecit. *Cor enim contritum et humiliatum Deus non despiciet* [87]. *Prope est igitur Dominus contritis corde, et humiles spiritu salvabit.* Qui nihil habet elationis, neque ob ullam rem humanam superbit, hic et contritus est corde, et humilis spiritu. Est quidem humilis et is qui in peccato ambulat, cum peccatum omnium maxime humilem reddat. Hinc dicimus humiliatam esse et eam quæ corrupta est, ac virginitatis sanctimoniam amisit. Sic Amnon, inquit, vim Thamar inferens [88], *Humiliavit ipsam* [89]. Quicunque igitur altitudinem ac sublimitatem animi amisere, per peccatum in terram dejecti, et quasi prostrati, non aliter gradientes quam serpentes, decumbunt; cumque iidem nullo modo surrigere se possint, humiliati sunt quidem, non tamen spiritu : non enim laudabilis est illorum humilitas. Qui vero habent spiritus sancti gratiam, haud inviti se ipsos

A τῷ Θεῷ τὴν εὐχήν. *Ἐκέκραξαν* οὖν *οἱ δίκαιοι* · οὐδὲν μικροπρεπὲς, οὐδὲ γήϊνον, οὐδὲ ταπεινὸν ἐπεζήτησαν. Διὰ τοῦτο αὐτῶν παρεδέξατο τὴν φωνὴν ὁ Κύριος, καὶ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτῶν ἐρρύσατο αὐτούς · οὐ τοσοῦτον ἀπολύων αὐτοὺς τῶν ὀχληρῶν, ὅσον κρείττονας τῶν συμβαινόντων κατασκευάζων. *Ἐγγὺς Κύριος τοῖς συντετριμμένοις τὴν καρδίαν, καὶ τοὺς ταπεινοὺς τῷ πνεύματι σώσει.* Τῇ ἑαυτοῦ ἀγαθότητι πᾶσιν ἐγγίζει · μακρύνομεν δὲ ἑαυτοὺς ἡμεῖς διὰ τῆς ἁμαρτίας. *Ἰδοὺ γὰρ*, φησὶν, *οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ, ἀπολοῦνται.* Διὰ τοῦτο Μωϋσῆς ἐγγίζειν λέγεται τῷ Θεῷ · καὶ εἴ τις ἄλλος παραπλήσιος ἐκείνῳ, δι' ἀνδραγαθήματα καὶ πράξεις ἀγαθὰς ἐγγὺς γίνεται τοῦ Θεοῦ. Ἄντικρυς δὲ προφητείαν ἔχει ὁ λόγος τῆς ἐπιδημίας τοῦ Κυ-
B ρίου, καὶ σύμφωνος τῷ προάγοντι. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐλέγετο · *Πρόσωπον* (27) *Κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά* · τουτέστιν, ἡ ἐπιφάνεια αὐτοῦ κατὰ τὴν κρίσιν ἐπὶ ἀφανισμῷ πάσης πονηρίας γενήσεται · ἐνταῦθα δὲ, *Ἐγγὺς ὁ Κύριος τοῖς συντετριμμένοις τὴν καρδίαν*, τὴν ἐπιδημίαν τὴν τοῦ Κυρίου τὴν ἐν σαρκὶ προαγγέλλει, ἐγγίζουσαν ἤδη, καὶ οὐ μακρὰν ἀφεστηκυῖαν. Καὶ τοῦτό σοι πιστὸν ἐκ τῆς Ἡσαΐου προφητείας γενέσθω · *Πνεῦμα* γὰρ *Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με · εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν.* Ἐπειδὴ γὰρ ἰατρὸς ἀπεστέλλετο τῶν συντετριμμένων τὴν καρδίαν, *Ἐγγὺς*, φησὶ, *Κύριός ἐστιν* · ὑμῖν λέγω τοῖς ταπεινοῖς καὶ
C συντρίψασιν ἑαυτῶν τὸ φρόνημα (28), εὐθυμοποιῶν ὑμᾶς καὶ εἰς μακροθυμίαν ἐνάγων τῇ χαρᾷ τῶν προσδοκωμένων. Συντριμμὸς δὲ καρδίας ἐστὶν ὁ ἀφανισμὸς τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν. Ὁ καταφρονήσας τῶν τῇδε, καὶ ἀποδεδωκὼς ἑαυτὸν τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐμπαρέχων ἑαυτοῦ τὸ ἡγεμονικὸν τοῖς ὑπὲρ ἄνθρωπον καὶ θειοτέροις νοήμασιν, οὗτος ἂν εἴη ὁ συντετριμμένην ἔχων τὴν καρδίαν, καὶ ποιήσας αὐτὴν θυσίαν οὐκ ἐξουδενωμένην ὑπὸ τοῦ Κυρίου. *Καρδίαν γὰρ* (29) *συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει. Ἐγγὺς οὖν Κύριος τοῖς συντετριμμένοις τὴν καρδίαν, καὶ τοὺς ταπεινοὺς τῷ πνεύματι σώσει.* Ὁ μηδὲν ἔχων ἔπαρμα, μηδὲ φρονῶν ἐπί τινι τῶν ἀνθρωπίνων, οὗτος καὶ συντετριμμένος ἐστὶ τῇ καρδίᾳ, καὶ ταπεινὸς τῷ πνεύματι.
D Ἔστι μὲν ταπεινὸς καὶ ὁ κατὰ τὴν ἁμαρτίαν πορευόμενος, διότι ταπεινωτικὴ μάλιστα πάντων ἡ ἁμαρτία. Καθὸ καὶ τὴν ἐφθαρμένην καὶ ἀπολέσασαν τὸν τῆς παρθενίας ἁγιασμὸν λέγομεν ταπεινοῦσθαι. Ὡς ὁ Ἀμνὼν, φησὶν, ἐπαναστὰς τῇ Θάμαρ, *Ἐταπείνωσεν αὐτήν.* Ὅσοι οὖν τὸ ἀνάστημα καὶ τὸ δίαρμα τῆς ψυχῆς ἀπολωλέκασιν (30), ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας καταβληθέντες εἰς γῆν, καὶ οἱονεὶ ἐδαφισθέντες, ὁμοίως

[84] Psal. LXXIII, 27. [85] Exod. XXIV, 2. [86] Isa. LXI, 1. [87] Psal. L, 19. [88] II Reg. XIII, 14. [89] Deut. XXII, 29.

(27) Sic mss. sex. Editi πρόσωπον δε.
(28) Reg. tertius τὰ φρονήματα.
(29) Editi γὰρ, φησὶν. Deest φησὶν in mss.
(30) Ita quinque mss. Editi cum Reg. ἀπολώλασιν. Mox Reg. secundus συγκύπτουσι δέ. Aliquanto post ex mss. τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου. Editi cum Reg. sexto τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

Digitized by Google

τῷ ὄφει συμπορευόμενοι συγκύπτουσι, μὴ δυνάμενοι ἀνορθωθῆναι εἰς τὸ παντελὲς, οὗτοι τεταπείνωνται μὲν, οὐ μὴν τῷ πνεύματι· οὐ γὰρ ἐπαινετὴ αὐτῶν ἡ ταπείνωσις. Ὅσοι δὲ ἔχοντες τὴν τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου χάριν, ἑκόντες ἑαυτοὺς ὑποταπεινοῦσι τοῖς ὑποδεεστέροις, κατὰ τὸν Ἀπόστολον λέγοντες ἑαυτοὺς εἶναι δούλους τινῶν ἐν Χριστῷ (31), καὶ *Πάντων περίψημα ἕως ἄρτι*· καὶ πάλιν· *Ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν*· οἱ πνευματικῶς τῇ ταπεινώσει κεχρημένοι, πάντων ἑαυτοὺς ποιοῦντες ἐσχάτους, ἵνα πάντων πρῶτοι γένωνται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Τούτους καὶ μακαρίζει ὁ Κύριος λέγων· *Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι. Πολλαὶ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων, καὶ ἐκ πασῶν αὐτῶν ῥύσεται αὐτοὺς ὁ Κύριος.* Ἐν παντὶ, φησὶ, *θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι.* Διὰ τοῦτό φησι καὶ ὁ Κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς· *Ἐν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἔχετε· ἀλλὰ θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον.* Ὥστε ἐὰν ἴδῃς ποτὲ ἐν νόσοις, ἐν (32) πηρώσεσι σώματος, ἐν ἀποβολῇ τῶν οἰκείων, ἐν πληγαῖς, ἐν ἀτιμίαις, ἐν πάσῃ ἐνδείᾳ καὶ ὑστερήσει τῶν ἀναγκαίων τοὺς δικαίους ὑπάρχοντας, μνήσθητι, ὅτι *Πολλαὶ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων, καὶ ἐκ πασῶν* (33) *αὐτῶν ῥύσεται αὐτοὺς ὁ Κύριος.* Ὁ δὲ λέγων μὴ πρέπειν τῷ δικαίῳ τὴν θλῖψιν, οὐδὲν ἕτερον λέγει ἢ μὴ ἁρμόζειν τῷ ἀθλητῇ τὸν ἀνταγωνιστήν. Μὴ ἀγωνιζόμενος δὲ ὁ ἀθλητὴς τίνας ἕξει τῶν στεφάνων τὰς ὑποθέσεις; Ἤδη δὲ τέταρτον λέγεται ἐν τῷ ψαλμῷ τούτῳ, τίνα τρόπον ἀπὸ θλίψεως ῥύεται ὁ Κύριος, οὓς ἐὰν θέλῃ ῥύσασθαι. Πρῶτον μὲν γάρ· *Ἐξεζήτησα τὸν Κύριον, καὶ ἐπήκουσέ μου, καὶ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεών μου ἐῤῥύσατό με*· δεύτερον δὲ πάλιν· *Οὗτος ὁ πτωχὸς ἐκέκραξε, καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσεν αὐτοῦ, καὶ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτοῦ ἔσωσεν αὐτόν*· καὶ τρίτον· *Ἐκέκραξαν οἱ δίκαιοι, καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσεν αὐτῶν, καὶ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτῶν ἐῤῥύσατο αὐτούς*· καὶ τελευταῖον· *Πολλαὶ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων, καὶ ἐκ πασῶν αὐτῶν ῥύσεται αὐτοὺς ὁ Κύριος.*

A humiliant, subjiciuntque inferioribus : quippe qui, juxta Apostolum dicant esse se quorumvis qui in Christo sunt, servos [90], et *Omnium rejectamentum ad hunc usque diem* [91]; et iterum : *Tanquam purgamenta mundi facti sumus* [92]. Qui secundum spiritum humilitate utuntur, sese omnium faciunt postremos, ut primi in regno cœlorum fiant [93]. Hos prædicat quoque beatos Dominus, dicens : *Beati pauperes spiritu* [94]. (Vers. 20.) *Multæ tribulationes justorum, et ex omnibus his liberavit eos Dominus. In omnibus*, inquit, **156** *tribulationem patimur, sed non angustiamur* [95]. Propterea etiam Dominus ait discipulis suis : *In mundo pressuram habebis; sed confidite, ego vici mundum* [96]. Quare si quando videris justos in morbis, in corporis detruncationi-
B bus, in propinquorum amissione, in plagis, in ignominiis, in omni inopia ac rerum necessariarum egestate detineri, memor fueris quod *Multæ sunt tribulationes justorum, et quod ex omnibus his liberabit eos Dominus.* Qui autem dicit justo non convenire tribulationem, nihil aliud dicit nisi athletæ non congruere adversarium. Sed athletæ non decertanti quæ erunt occasiones coronarum? Jam vero quater in hoc psalmo dicitur, qua ratione eos quos Dominus liberare vult, a tribulatione liberet. Primum enim (Vers. 5) : *Exquisivi Dominum, et exaudivit me, et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me;* secundo (Vers. 7) : *Hic pauper clamavit, et Dominus exaudivit eum, et ex omnibus tribulationibus ejus salvavit eum;* tertio (Vers. 18) : *Clamaverunt justi, et Dominus exaudivit eos, et ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.* Postremo (Vers. 20) : *Multæ tribulationes justorum, et de omnibus his liberavit eos Dominus.*

13. *Φυλάσσει Κύριος πάντα τὰ ὀστᾶ αὐτῶν· ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ συντριβήσεται.* Πότερον δεῖ ἐπὶ τῆς λέξεως μεῖναι, καὶ ἀρκεσθῆναι τῇ κατὰ τὸ πρόχειρον προσπιπτούσῃ ταῖς ἀκοαῖς ἡμῶν ἐννοίᾳ, ὅτι τὰ ὀστᾶ ταῦτα, τὰ τῆς σαρκὸς ὑποστηρίγματα, οὐ συντριβήσεται τῶν δικαίων διὰ τὴν παρὰ τοῦ Κυρίου δεδομένην αὐτοῖς φυλακήν; Καὶ πότερον ζῶντος μόνον καὶ ἐν τῷ βίῳ τυγχάνοντος ἀσύντριπτα τοῦ δικαίου φυλαχθήσεται (34) τὰ ὀστᾶ; ἢ καὶ ἀπολυθέντος τοῦ
D δεσμοῦ τοῦ σωματικοῦ, μηδὲν αἴτιον ἐπισυμβήσεσθαι συντριβῆς τῷ δικαίῳ; Καὶ μὴν πολλὰ μεμαθήκαμεν ἐπὶ τῆς πείρας ὀστᾶ δικαίων συντετριμμένα, τῶν ἐν τοῖς ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν μαρτυρίας παραδόντων ἑαυτοὺς παντοίοις εἴδεσι παθημάτων. Ἤδη γάρ τινων (35) καὶ σκέλη κατέαξαν οἱ διώκοντες, καὶ χεῖ-

13. Vers. 21. *Custodit Dominus omnia ossa eorum. unum ex his non conteretur.* Num in littera hærere oportet, et ea notione quæ statim auditui nostro illabitur, contentum esse, quod videlicet isthæc justorum ossa, carnis fulcra, non conterentur ob datam sibi a Domino custodiam? Et utrum justi ossa, quandiu vivet solum et in vita diversabitur, custodientur a fractura omni illæsa? an justo etiam corporis vinculo exsoluto, nulla fracturæ causa futura sit? Atqui experientia didicimus multa ossa justorum, qui sese quibusvis suppliciorum generibus pro dato de Christo testimonio tradidere, contrita atque comminuta fuisse. Jam enim et quorumdam crura confregerunt persecutores, atque manus ac capita clavis sæpe transfixerunt. Et ta-

[90] II Cor. iv, 5. [91] I Cor. iv, 13. [92] ibid. [93] Matth. xx, 16. [94] Matth. v, 3. [95] II Cor. iv, 8 [96] Joan. xvi, 33.

(31) Facit more suo Combefisius, ut aliquid ad arbitrium suum mutet. Ubi igitur legimus et in editis et in mss. omnibus, τινῶν ἐν Χριστῷ, vult legi oportere τῶν ἐν Χριστῷ. Vulgatam lectionem retinendam esse duximus.

(32) Editi νόσοις ἢ ἐν. Deest ἢ in septem mss.

(33) Regii tertius et quartus δικαίων, ἀλλ' ἐκ πασῶν. Nec ita multo post Colb. primus εἰ μὴ ἁρμόζειν. Reg. tertius εἰ μὴ μὴ ἁρμόζειν. Alii mss. cum editis ἢ μὴ ἁρμ.

(34) Colb. primus φυλαχθήσονται.

(35) Ita mss. octo. Editi τινων αὐτῶν. Mox editi Καίτοιγε. Deest γε in nostris mss.

Digitized by Google

men quis contradicens affirmarit eos qui martyrio consummati sunt, non omnium esse justissimos? Sed fortassis, quemadmodum homo dicitur, hoc est, anima et mens humana, ita et ipsius membra eodem nomine ac corporis partes vocantur. Nam sæpe interioris hominis membra Scriptura nominat; ut cum dicit : *Sapientis oculi in capite ejus* [97]; hoc est, occulta et recondita sapientis pars, provida est et circumspecta. Et rursus tum carnis oculos similiter dicit, non solum in ea quam attulimus sententia, sed etiam ubi ait, præceptum Domini lucidum esse, et illuminans oculos [98]. Quid vero oportet dicere de hoc : *Qui habet aures audiendi, audiat* [99]? Compertum est enim et perspectum, aliquibus inesse aures meliores præstantioresque, quæ Dei possint verba audire. Ad eos autem qui non habent illas aures, quid dicit? *Surdi, audite, et cæci, suspicite* [1]. **157** Item : *Os meum aperui, et attraxi spiritum* [2]. Et, *dentes peccatorum contrivisti* [3]. Nam hæc omnia de iis dicta sunt facultatibus, quæ spiritali alimoniæ ac doctrinæ spiritali inserviunt. Tale est et illud : *Ventrem meum doleo* [4]; et, *Pes justi non impinget* [5]. Omnia enim talia de interiori homine relata sunt. Jam vero juxta eamdem rationem fuerint etiam quædam hominis interni ossa, quibus colligatio harmoniaque facultatum animæ continetur. Et quemadmodum ossa firmitate propria communiunt carnium teneritudinem : sic et in Ecclesia sunt quidam, qui ob constantiam suam debilium imbecillitates ferre possunt. Et ut inter se connectuntur ossa, cum per nervos et colligationes per artuum commissuras inter se adhærescunt : ita quoque fuerit charitatis et pacis vinculum, concretionem quamdam et conjunctionem spiritualium ossium in Dei Ecclesia efficiens. De ejusmodi ossibus, ab harmonia solutis, et velut luxatis, dicit Propheta : *Dissipata sunt ossa nostra secus infernum* [6]. Atque si unquam hæc ossa conturbatio conquassatioque apprehenderit, orans ait : *Sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea* [7]. Ubi vero harmoniam propriam servaverint, a Domino custodita, ne unum quidem ex his conteretur, sed digna sunt, quæ Deo gloriam referant. *Omnia enim*, inquit, *ossa mea dicent : Domine, Domine, quis similis tibi* [8]? Vidisti rationalium ossium naturam? Fortassis autem Ecclesia possit dicere il-

ρας καὶ κεφαλὰς διέπειραν τοῖς ἥλοις πολλάκις. Καίτοι τίς ἀντερεῖ μὴ οὐχὶ πάντων εἶναι δικαιοτάτους τοὺς ἐν τῷ μαρτυρίῳ τετελειωμένους; Ἀλλὰ μήποτε, ὥσπερ ἄνθρωπος λέγεται, τουτέστιν, ἡ ψυχὴ (36), καὶ ὁ νοῦς ὁ ἀνθρώπινος· οὕτω καὶ τὰ μέλη (37) αὐτοῦ ὁμωνύμως ὀνομάζεται πρὸς τὰ τῆς σαρκός· ὡς πολλάκις ὀνομάζει ἡ Γραφὴ τοῦ κρυπτοῦ ἀνθρώπου, ἐν τῷ λέγειν· *Τοῦ σοφοῦ οἱ ὀφθαλμοὶ ἐν κεφαλῇ* (38) *αὐτοῦ*· τουτέστι προορατικόν ἐστι καὶ περιεσκεμμένον τὸ κρυπτὸν τοῦ σοφοῦ. Καὶ πάλιν ὀφθαλμοὺς ὁμοίως λέγει τούς τε τῆς ψυχῆς καὶ τῆς σαρκὸς, οὐ μόνον ἐν ᾗ παρεθέμεθα λέξει, ἀλλ' ἐν τῷ φάσκειν τὴν ἐντολὴν Κυρίου τηλαυγῆ εἶναι καὶ φωτίζουσαν ὀφθαλμούς. Τί δὲ δεῖ λέγειν περὶ τοῦ, *Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω;* Δῆλον γὰρ, ὅτι κέκτηνταί τινες ὦτα κρείττονα δυνάμενα ἀκούειν λόγων Θεοῦ. Πρὸς δὲ τοὺς μὴ ἔχοντας ἐκεῖνα τὰ ὦτα τί φησιν; *Οἱ κωφοὶ, ἀκούσατε, καὶ οἱ τυφλοὶ, ἀναβλέψατε*· καὶ, *Τὸ στόμα μου ἠνοιξα, καὶ εἵλκυσα πνεῦμα*· καὶ, *Ὀδόντας ἁμαρτωλῶν συνέτριψας*. Ταῦτα γὰρ πάντα εἴρηται πρὸς τὰς ὑπουργούσας δυνάμεις ἐπὶ τὴν νοητὴν τροφὴν καὶ τὸν νοητὸν λόγον. Τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ, *Τὴν κοιλίαν μου ἀλγῶ*· καὶ τὸ, *Ὁ πούς τοῦ δικαίου οὐ μὴ προσκόψῃ*. Πάντα γὰρ ἐπὶ τοῦ ἔσω ἀνθρώπου κατεῖλεκται τὰ τοιαῦτα. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ ὁστᾶ τινα ἂν τοῦ ἐν τῷ κρυπτῷ, ἐν οἷς ὁ σύνδεσμος καὶ ἡ ἁρμονία τῶν ψυχικῶν ἐστι (39) δυνάμεων συγκροτουμένη. Καὶ ὥσπερ τὰ ὁστᾶ τῇ οἰκείᾳ εὐτονίᾳ τῶν σαρκῶν περιστέλλει τὴν ἀπαλότητα, οὕτω καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ εἰσί τινες, οἱ διὰ τὴν οἰκείαν στερρότητα τὰ ὑστερήματα δύνανται τῶν ἀσθενούντων βαστάζειν. Καὶ ὥσπερ τὰ ὁστᾶ συνάπτεται ἀλλήλοις κατὰ τὰς διαρθρώσεις νεύροις καὶ συνδέσμοις ἐπιπεφυκόσιν, οὕτως ἂν εἴη καὶ ὁ τῆς ἀγάπης καὶ τῆς εἰρήνης σύνδεσμος, συμφυΐαν τινὰ καὶ ἕνωσιν τῶν πνευματικῶν ὀστέων ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ κατεργαζόμενος. Περὶ τούτων τῶν ὀστέων τῶν λυομένων ἀπὸ τῆς ἁρμονίας, καὶ οἱονεὶ ἐξάρθρων γινομένων, φησὶν ὁ Προφήτης· *Διεσκορπίσθησαν* (40) *τὰ ὁστᾶ ἡμῶν παρὰ τὸν ᾅδην*. Καὶ ἐάν ποτέ γε ταραχὴ αὐτὰ καὶ κραδασμὸς καταλάβῃ, εὐχόμενος λέγει· *Ἴασαί με, Κύριε, ὅτι ἐταράχθη τὰ ὁστᾶ μου*. Ὅταν δὲ σώζῃ τὴν οἰκείαν ἁρμονίαν, φυλαττόμενα ὑπὸ τοῦ Κυρίου, οὐδὲ ἓν αὐτῶν συντριβήσεται, ἀλλ' ἄξιά ἐστι δόξαν ἀναφέρειν τῷ Θεῷ. *Πάντα γὰρ*, φησὶ, *τὰ ὁστᾶ μου ἐροῦσι· Κύριε, Κύριε, τίς* (41) *ὁμοιός σοι;* Εἶδες

[97] Eccle. II, 14. [98] Psal. XVIII, 9. [99] Luc. VIII, 8. [1] Isa. XLII, 18. [2] Psal. CXVIII, 131. [3] Psal. III, 8. [4] Jerem. IV, 19. [5] Prov. III, 23. [6] Psal. CXL, 7. [7] Psal. VI, 3. [8] Psal. XXXIV, 18.

(36) Sic mss. septem. Editio Paris. ὥσπερ ὁ ἄνθρωπος λέγεται ἡ ψυχή, etc.

6. *Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam ; et deducet te mirabiliter dextera tua.* Rursus hic sermo figuratus est, perinde ac si Dominus mercedis loco accipiat illa, *prospere procedere, et regnare*, nempe, *propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam.* Oportet autem intelligere hoc modo : quoniam res humanæ inversæ sunt mendacio, ut seras veritatem, regna in hominibus peccato subjectis : tu enim es ipsa veritas. Et, *Propter mansuetudinem*, ut omnes exemplo tuo ad clementiam et bonitatem perducantur. Quamobrem etiam Dominus dicebat : *Discite a me quod mitis sum et humilis corde* [61]. Quin et istam mansuetudinem factis ipsis ostendit : quippe tacebat conviciis lacessitus ? flagris cæsus, perferebat. *Et deducet te mirabiliter dextera tua.* Non columna nubis, non ignis splendor, sed ipsa dextera tua. Vers. 6. *Sagittæ tuæ acutæ, potentissime.* Acutæ potentis sagittæ sermones sunt appositi ac solertes, qui auditorum pertingunt corda, feriuntque et sauciant animas sensu facili ac prompto prædita. *Verba enim*, inquit, *sapientium, sicut stimuli bonum* [62]. Quare et Psalmista a dolosis hominibus ætatis suæ aliquando liberari cupiens, acutas potentis sagittas exquirit, pro linguæ dolosæ remedio. Quærit itidem carbones adesse *desolatorios* [63], ut quos ob callosam cordis duritiem non tangunt spirituales sagittæ, iis parentum sit supplicium, quod carbones etiam *desolatorios* appellavit Quicunque enim Deum deseruere, iis carbonum desolatoriorum apparatus necessarius est. Nunc igitur *Sagittæ tuæ acutæ.* Quæ fidem amplexatæ sunt animæ, his sauciantur sagittis ; et ubi summa in Deum charitate exarserint, pariter ac sponsa dicunt : *Vulnerata charitate ego sum* [64]. Porro verbi pulchritudo, sapientiæ species, ac Dei in ipsius imagine forma inexplicabilis est ac ineffabilis. Beati igitur, qui contemplandæ veræ illius pulchritudinis sunt cupidi. Nam velut huic alligati per dilectionem, cœlestemque et plane beatum amantes amorem, propinquorum obliviscuntur et amicorum : item domus obliviscuntur et opum omnium ; imo 165 etiam corporalem edendi et bibendi necessitatem obliti, soli divino ac puro amori affixi sunt. Intelligere autem possis *sagittas acutas* eos etiam, qui ad disseminan-

[80] Matth. VI, 10. [60] ibid. [61] Matth. XI, 29. [62] Eccle. XII, 11. [63] Psal. CXIX, 4. [64] Cant. II, 5.

(81) Sic quinque mss. cum editione Basil. At editio Paris. ἔλθῃ. Nec ita multo post quinque mss. Ὑπὲρ ἀληθείας. Editi Ἕνεκεν ἀληθείας. Statim quatuor mss. cum editione Basil. προσδιέστραπται. Editio vero Paris. cum Colb. sexto προσδιέστραπτο.

(82) Editi ἐναχθῶσιν. At mss. quinque προαχθῶσιν.

(83) Ita quoque legitur apud LXX, sed vocem δυνατέ non agnoscit Eusebius, nec dubium quin abesse oporteat. Notat enim Hieronymus ad Suniam, id vocabulum redundare, atque e superiore loco additum esse.

(84) Vox λογικὰ in aliquibus mss. non reperitur.

Digitized by Google

dum in universo orbe Evangelium missi sunt; qui, quod exacuissent sese, operibus justitiæ fulgebant, et subtiliter in discentium animos irrepebant: nam hæ sagittæ quaquaversum præmissæ, populos, ut se submitterent Christo, præparabant. Videtur autem mihi isthæc sententia aptius per hyperbaton restitui, adeo ut is sit sensus: *Intende, et prospere procede, et regna, et deducet te mirabiliter dextera tua, et populi sub te cadent*; propterea quod *sagittæ tuæ acutæ sunt in corde inimicorum regis.* Nullus Deo adversarius, aut arrogans, aut superbus subjicit se Deo, sed qui fidei obtemperavere. Sagittæ autem, eorum qui regis aliquando inimici erant cordibus illapsæ, ipsos ad veritatis desiderium trahunt, ipsos trahunt ad Dominum, ut inimici Dei exsistentes, ei per doctrinam reconcilientur.

Τὰ δὲ βέλη, ταῖς καρδίαις ἐμπεσόντα τῶν ποτε ἀληθείας πόθον; ἕλκει αὐτοὺς πρὸς τὸν Κύριον, διὰ τῶν διδαγμάτων.

7. VERS. 7, 8. *Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi; virga rectitudinis, virga regni tui. Dilexisti justitiam et odisti iniquitatem; propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Postea quam ad naturam humanam intentus, multis verbis de ea disseruit, nunc orationem et altitudinem gloriæ Unigeniti reducit. *Sedes tua, Deus*, inquit, *in sæculum sæculi*: hoc est regnum tuum ultra sæcula se porrigit, estque omni intelligentia antiquius. Et pulchre post populorum obedientiam, regni Dei magnificentiam celebrat. *Virga rectitudinis, virga regni tui.* Quapropter et ei propriam reddidit appellationem, ipsum clare appellans Deum: *Sedes tua, Deus.* Castigatrix est virga Dei: quæ dum castigat, recta, non perversa judicia profert. Quamobrem virga rectitudinis virga regni ipsius nuncupata est. *Si enim dereliquerint filii ejus legem meam, et in judiciis meis non ambulaverint; visitabo in virga iniquitates ipsorum* [66]. Vides justum Dei judicium? Non in quoslibet utitur, sed in peccatores. Hæc autem et consolationis virga dicitur: *Virga enim*, inquit, *et baculus tuus, ipsa me consolata sunt* [66]. Est et hæc virga contritionis. *Reges eos in virga ferrea, tanquam vas figuli confringes eos* [67]. Confringuntur autem terrea ac lutea, gratia eorum qui reguntur; quemadmodum etiam traduntur *In interitum carnis, ut spiritus salvus sit* [68].

8. *Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Quoniam par erat ut typicum

καὶ πίνειν ἀνάγκης, μόνῳ τῷ θείῳ καὶ καθαρῷ προστετήκασιν ἔρωτι. Νοήσεις δὲ ἡκονημένα βέλη καὶ τοὺς ἀποστελλομένους ἐπὶ τὸ (85) ἐπισπεῖραι πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ τὸ Εὐαγγέλιον· οἱ, διὰ τὸ ἡκονῆσθαι, ἔλαμπον τοῖς τῆς δικαιοσύνης ἔργοις, καὶ λεπτῶς ἐπὶ τὰς τῶν διδασκομένων ψυχὰς παρεδύοντο· ταῦτα γὰρ τὰ βέλη, πανταχοῦ προπεμπόμενα, παρεσκεύαζε (86) τοὺς λαοὺς ὑποκάτω πίπτειν τοῦ Χριστοῦ. Δοκεῖ δέ μοι ἀκολουθότερον ἡ λέξις ἀποκαθίστασθαι δι' ὑπερβατοῦ, ὥστε τοιοῦτον εἶναι τὸν νοῦν· *Ἔντεινον* (87) *καὶ κατευοδοῦ καὶ βασίλευε, καὶ ὁδηγήσει σε θαυμαστῶς ἡ δεξιά σου, καὶ λαοὶ ὑποκάτω σου πεσοῦνται· τῷ τὰ βέλη σου ἡκονημένα εἶναι ἐν καρδίᾳ τῶν ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως.* Οὐδεὶς θεομάχος καὶ ἀλαζὼν καὶ ὑπερήφανος ὑποκάτω πίπτει τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' οἱ τὴν ἐκ πίστεως ὑποταγὴν καταδεξάμενοι. Τῶν δὲ ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως, ἕλκει αὐτοὺς εἰς τὸν περὶ τῆς ὥστε, ἐχθροὺς ὄντας τῷ Θεῷ, καταλλαγῆναι αὐτῷ

7. *Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεός, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος, ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. Ἠγάπησας δικαιοσύνην καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεός, ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου.* Ἐπειδὴ πολλὰ πρὸς τὸ ἀνθρώπινον ἀνατεινόμενος διελέχθη, ἐπανάγει νῦν ἐπὶ τὰ ὕψη τῆς περὶ τοῦ Μονογενοῦς δόξης τὸν λόγον. *Ὁ θρόνος σου*, φησὶν, *ὁ Θεός, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος*· τουτέστιν, ἡ βασιλεία σου ἐπέκεινα τῶν αἰώνων, καὶ ἐννοίας πάσης ἐστὶ πρεσβυτέρα. Καὶ καλῶς μετὰ τὴν τῶν λαῶν ὑποταγὴν τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς βασιλείας (88) τοῦ Θεοῦ ἀνυμνεῖ. *Ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου.* Διὰ τοῦτο καὶ ἀπέδωκεν αὐτῷ τὴν ἰδίαν προσηγορίαν, σαφῶς αὐτὸν ἀναγορεύσας Θεόν· *Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεός.* Παιδευτικὴ τίς ἐστιν ἡ ῥάβδος τοῦ Θεοῦ· παιδεύουσα δὲ, εὐθείας καὶ οὐ παρατετραμμένας ἐπάγει τὰς κρίσεις. Διὰ τοῦτο ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας αὐτοῦ προσηγόρευται. *Εἰσὶ γὰρ ἐγκαταλίπωσιν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ τὸν νόμον μου, καὶ* (89) *τοῖς κρίμασί μου μὴ πορευθῶσιν, ἐπισκέψομαι ἐν ῥάβδῳ τὰς ἀνομίας αὐτῶν.* Ὁρᾷς τὴν δικαίαν κρίσιν τοῦ Θεοῦ; Οὐκ ἐπὶ τῶν τυχόντων χρῆται, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἁμαρτανόντων. Αὕτη δὲ καὶ παρακλήσεως λέγεται ῥάβδος· *Ἡ ῥάβδος γάρ σου, φησὶ, καὶ ἡ βακτηρία σου, αὗταί με παρεκάλεσαν.* Αὕτη καὶ συντριμμοῦ ἐστι ῥάβδος. *Ποιμανεῖς γὰρ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, ὡς σκεῦος κεραμέως* (90) *συντρίψεις αὐτούς.* Συντρίβεται δὲ τὰ χοϊκὰ καὶ πήλινα ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῶν ποιμαινομένων· καθὸ καὶ παραδίδοται *Εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ.*

8. *Διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεός, ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου.*

[66] Psal. LXXXVIII, 31, 33. [66] Psal. XXII, 4. [67] Psal. II, 9. [68] I Cor. V, 5.

(85) Alii mss. ἐπὶ τῷ. Alii ἐπὶ τό.
(86) Colb. primus παρασκευάζει.
(87) Reg. secundus ἔντεινε.
(88) Ita mss. sex. Illud, τῆς βασιλείας, desiderabatur in editis.
(89) Sic editio B il. et Regii secundus, tertius et quartus cum Colb. primo, bene. Editio Paris. cum Colb. sexto υἱοί σου τὸν καί, *filii tui.*
(90) Illud, κεραμέως, deest in editione Parisiensi: sed reperitur in quatuor mss. et in editione Basil. in qua pro σκεῦος legitur σκεύη. Nec ita multo post duo mss. cum editione Basil. παραδίδονται.

Digitized by Google

Ἐπειδὴ ἔδει σχηματίσαι τὸ τυπικὸν χρίσμα, καὶ τοὺς τυπικοὺς ἀρχιερέας καὶ βασιλέας, ἐχρίσθη τῷ ἀληθινῷ χρίσματι ἡ σὰρξ τοῦ Κυρίου, τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰς αὐτὴν ἐπιδημίᾳ, ὅπερ ἀγαλλιάσεως ἔλαιον προσηγόρευται. Ἐχρίσθη δὲ *παρὰ τοὺς μετόχους* αὐτοῦ· τουτέστιν, ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους τοὺς μετέχοντας τοῦ Χριστοῦ. Διότι ἐκείνοις μὲν μερική τις ἐδίδοτο Πνεύματος κοινωνία, ἐπὶ δὲ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ κατελθὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς φησιν Ἰωάννης, *Ἔμεινεν ἐπ' αὐτόν*. Καλῶς δὲ ἀγαλλιάσεως ἔλαιον τὸ Πνεῦμα προσαγορεύεται, ἐπειδὴ καὶ εἷς τῶν ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἁγίου γεωργουμένων καρπῶν ἐστιν ἡ χαρά. Ἐπειδὴ δὲ μικτός ἐστιν ὁ περὶ τοῦ Σωτῆρος λόγος διά τε τὴν φύσιν τῆς θεότητος, καὶ τὴν οἰκονομίαν τῆς ἐνανθρωπήσεως, πάλιν εἰς τὸ ἀνθρώπινον τοῦ Θεοῦ ἀποβλέψας, φησίν· *Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν*· ἀντὶ τοῦ, Οἱ μὲν λοιποὶ ἄνθρωποι πόνῳ καὶ ἀσκήσει καὶ προσοχῇ πολλάκις κατορθοῦσι τὴν πρὸς τὸ καλὸν διάθεσιν, καὶ τὴν τῶν φαύλων ἀποστροφήν· σοὶ δὲ φυσική τίς ἐστι πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἡ οἰκείωσις, καὶ πρὸς τὴν ἀνομίαν ἡ ἀλλοτρίωσις. Καὶ ἡμῖν δὲ (91) οὐ χαλεπὸν βουληθεῖσιν ἀναλαβεῖν τὴν πρὸς τὴν δικαιοσύνην ἀγάπην, καὶ τὸ πρὸς τὴν ἀνομίαν μῖσος. Πᾶσαν γὰρ δύναμιν ὁ Θεὸς χρησίμως ἔδωκε τῇ λογικῇ ψυχῇ· ὥσπερ τὴν τοῦ ἀγαπᾶν, οὕτω καὶ τὴν τοῦ μισεῖν· ἵνα λόγῳ εὐθυνόμενοι ἀγαπῶμεν μὲν τὴν ἀρετὴν, μισῶμεν δὲ τὴν κακίαν. Ἔστι γάρ ποτε καὶ ἐπαινετῶς τῷ μίσει χρήσασθαι. *Οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε, Κύριε, ἐμίσησα, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου ἐξετηκόμην* (92); *Τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτούς.*

A chrisma typicos tum pontifices tum reges adumbraret, caro Domini vero chrismate inuncta est, ipso sancti Spiritus in eam adventu : quod lætitiæ oleum appellatum est. Unctus est autem *præ consortibus* suis, hoc est, præ omnibus hominibus qui Christi sunt participes. Nam illis quidem aliqua tribuebatur Spiritus communicatio; at vero Spiritus sanctus in Dei Filium descendens, ut ait Joannes, *Super ipsum mansit*[69]. Recte autem Spiritus oleum lætitiæ nominatur, cum unus ex fructibus quos sanctus Spiritus producit, gaudium sit[70]. **166** Quoniam vero mistus est de Servatore sermo, propter divinitatis naturam et incarnationis dispensationem, rursus ad Dei humanitatem respiciens, ait : *Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem* ; perinde quasi diceret : B Reliqui quidem homines labore exercitioque et attentione plerumque virtutis habitum assequuntur, abhorrentque a vitiis; tibi vero naturalis quædam est cum bono conjunctio ac necessitudo, alienatioque ab iniquitate. Quinetiam nobis, si volumus, difficile non est amorem justitiæ, et iniquitatis odium suscipere. Omnem enim facultatem rationali animæ utiliter dedit Deus ; ut amoris, ita quoque odii : ut ratione directi diligamus virtutem, odio vero habeamus iniquitatem. Licet enim aliquando etiam laudabiliter odio uti. *Nonne eos qui oderant te, Domine, odio habui, et super inimicos tuos tabescebam ? Perfecto odio oderam illos*[71].

9. *Σμύρνα καὶ στακτὴ καὶ κασσία ἀπὸ τῶν ἱματίων σου ἀπὸ βάρεων ἐλεφαντίνων, ἐξ ὧν εὐφράνάν σε θυγατέρες βασιλέων ἐν τῇ τιμῇ σου.* Ὑποκαταβαίνων ἀκολούθως ὁ προφητικὸς λόγος, καὶ πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν οἰκονομίαν προεπιβαλὼν, τῷ ἐνατενισμῷ τοῦ Πνεύματος (93) τοῦ ἀποκαλύπτοντος αὐτῷ τὰ κρυπτὰ, ἦλθεν ἐπὶ τὸ πάθος· *Σμύρνα* γὰρ, φησὶ, *καὶ στακτὴ καὶ κασσία ἀπὸ τῶν ἱματίων σου.* Ἡ μὲν οὖν σμύρνα ὅτι ταφῆς ἐστι σύμβολον, καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἡμᾶς Ἰωάννης ἐδίδαξεν, εἰπὼν ὑπὸ Ἰωσὴφ τοῦ Ἀριμαθαίου ἐντεταφιάσθαι μετὰ σμύρνης καὶ ἀλόης. Ἡ δὲ στακτὴ καὶ αὐτὴ σμύρνης ἐστὶν εἶδος τὸ λεπτότατον. Ἐκθλιβέντος γὰρ τοῦ ἀρώματος, ὅσον μὲν αὐτοῦ ῥυτὸν, εἰς τὴν στακτὴν ἀπομερίζεται· τὸ δὲ παχύτερον (94) ἀπομένον σμύρνα προσα-

C 9. VERS. 9, 10. *Myrrha et gutta et casia a vestimentis tuis a domibus eburneis, ex quibus delectaverunt te filiæ regum in honore tuo.* Propheticus sermo paulatim ordine descendens, ac prius ea omnia quæ ad incarnationis dispensationem attinent, prosecutus, vehementi quodam Spiritus ei occulta revelantis afflatu, venit ad passionem : *Myrrha* enim, inquit, *et gutta et casia a vestimentis tuis.* Quod quidem myrrha symbolum sit sepulturæ, etiam evangelista Joannes nos docuit, qui dicat eum a Joseph ab Arimathæa cum myrrha et aloe sepultum esse[72]. Gutta vero etiam ipsa myrrhæ species est tenuissima. Postquam enim contusum est aroma, quidquid in eo est liquidi, in guttam separatur, quod crassius superest, myrrha appellatur. Itaque

[69] Joan. I, 32. [70] Gal. V, 22. [71] Psal. CXXXVIII, 21, 22. [72] Joan. XIX, 39.

(91) Vocula δέ abest ab editione Basil. et ab aliquibus mss.

(92) Illa, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου ἐξετηκόμην, addita fuisse editioni Basil. ex Oliv. et Anglic. docet vir peritissimus Ducæus. Notat tamen idem ille legi in Oliv. ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς σου, non, ut in vulgatis libris, ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου. Ea autem quæ vidimus exemplaria non conveniunt inter se. In aliis enim verba illa, καὶ ἐπὶ τούς, etc., reperiuntur quidem : sed in aliis non paucis desiderantur. Ibidem post illa, ἐμίσουν αὐτούς, scriptum invenitur in Colbertinis primo et sexto εἰς ἐχθροὺς ἐγένοντό μοι, *Inimici facti sunt mihi.* Sed quemadmodum ultimum illud, εἰς ἐχθροὺς ἐγένοντό μοι, credi potest ex Bibliis adjectum fuisse ab aliquo librario : D ita nihil vetare videtur quominus de illo priore, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐξετηκόμην, idem quoque sentiamus. Utut hæc sunt, nihil quidquam in contextu mutavimus. Quod enim addendum judicavit is, quem modo dixi, vir eruditissimus, id sine certo argumento expungi debere non putamus.

(93) Vehementem quemdam Spiritus afflatum voce ἐνατενισμῷ significari obscurum non est. Verterat interpres vetus, *Spiritus intentione*, non alio quidem, puto, sensu : sed ambigue et improprie. *Τῷ ἐνατενισμῷ τοῦ Πνεύματος.* Vertendum videtur, *accepta a spiritu contemplatione.* MARAN.

(94) Editi παχύ. At quinque mss. παχύτερον. Statim editi ἀποπνέει μέν. Vocula μέν deest in mss. non paucis

Digitized by Google

Christi bonus odor myrrham quidem spirat, ob passionem : guttam vero, quod non immobilis nec otiosus aut inefficax permanserit tribus illis diebus ac noctibus, sed in infernum descenderit, ob resurrectionis dispensationem, ut omnia quæ ad se spectabant expleret. Casiam tandem spirat, quod casia cortex est tenuissimus, et bene olens, lignosum obtendens calamum. Fortassis igitur crucis passionem gratia universæ creaturæ susceptam alte nobis ac sapienter per casiæ nomen innuit Scriptura. Habes ergo myrrham ob sepulturam, guttam ob descensum ad inferos (quandoquidem omnis deorsum fertur), casiam vero, ob carnis in ligno dispensationem. Ex hac autem causa *Delectaverunt*, inquit, *te filiæ regum in honore tuo.* Quæ vero fuerint filiæ regum nisi generosæ magnæque et regiæ animæ? quæ propter hanc ad humana demissionem Christum cognoscentes, ipsum delectaverunt in honore, in vera fide et charitate perfecta, gloriam divinitati ejus dantes. Ait autem hæc aromata non parce adesse Christi vestimentis (hæc est sermonum parabola et dogmatum **167** apparatus), sed a totis ædificiis afferri. Domos enim dicit ædificia maxima, eaque ex ebore constructa : divitem illam Christi erga mundum dilectionem edocente, opinor, Propheta. *Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.* De Ecclesia jam verba facit, de qua in Cantico didicimus [75], quod una sit perfecta Christi columba, quæ eos qui bonis operibus conspicui sunt, ad dextram Christi sedem admittit, segregans ipsos a pravis, sicut pastor segregat oves ab hædis [76]. Astat igitur regina, anima videlicet sponsali Verbo copulata, peccati imperio haud subjecta, sed regni Christi particeps, a dextris Salvatoris in vestitu deaurato, hoc est, in spiritualibus dogmatibus, iisque intertextis ac variegatis : quippe quæ venuste et religiose se ipsa exornet. Quoniam autem non unius speciei sunt dogmata, sed diversa variaque, morales ac naturales et mysticos sermones complectentia, idcirco Scriptura dicit sponsæ vestitum variegatum esse.

A γορεύεται. Οὐκοῦν καὶ ἀποπνέει ἡ τοῦ Χριστοῦ εὐωδία, σμύρνης μὲν διὰ τὸ πάθος, στακτῆς δὲ διὰ τὸ μὴ ἀκίνητον μεῖναι μηδὲ ἀνενέργητον ἐν ταῖς τρισὶν ἡμέραις καὶ ταῖς τρισὶ νυξὶν, ἀλλὰ κατελθεῖν εἰς ᾅδου τῆς περὶ τὴν ἀνάστασιν οἰκονομίας ἕνεκεν, ἵνα πληρώσῃ ἑαυτοῦ τὰ σύμπαντα. Κασσίας δὲ ἀποπνέει, διότι ἡ κασσία φλοιός τίς ἐστι λεπτότατος καὶ εὐώδης, ξυλώδει κάρφει περιτεινόμενος. Μήποτε οὖν τὸ τοῦ σταυροῦ πάθος, ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῆς κτίσεως πάσης παραληφθὲν, βαθέως ἡμῖν καὶ σοφῶς ὁ λόγος διὰ τοῦ τῆς κασσίας ὀνόματος παρηνίξατο. Ἔχεις οὖν σμύρναν μὲν διὰ τὴν ταφὴν, στακτὴν δὲ διὰ τὴν εἰς ᾅδου κάθοδον (ἐπειδὴ πᾶσα σταγὼν ἐπὶ τὰ κάτω φέρεται), κασσίαν δὲ διὰ τὴν τῆς σαρκὸς περὶ τὸ ξύλον οἰκονομίαν. Ἐκ δὲ ταύτης τῆς αἰτίας *Εὐφράνάν σε*, φησὶ, *θυγατέρες βασιλέων ἐν τῇ τιμῇ σου.* Θυγατέρες δὲ βασιλέων τίνες ἂν εἶεν ἢ εὐγενεῖς καὶ μεγάλαι καὶ βασιλικαὶ ψυχαί; αἳ, διὰ τὴν πρὸς τὰ ἀνθρώπινα συγκατάβασιν ἐπιγνοῦσαι τὸν Χριστὸν, εὐφραναν αὐτὸν ἐν τῇ τιμῇ, ἐν ἀληθινῇ πίστει καὶ ἀγάπῃ τελείᾳ, δοξάζουσαι αὐτοῦ τὴν θεότητα. Τὰ δὲ ἀρώματα ταῦτα οὐ μικρολόγως φησὶ προσεῖναι τοῖς ἱματίοις τοῦ Χριστοῦ (τουτέστιν, ἡ παραβολὴ (95) τῶν λόγων καὶ ἡ τῶν δογμάτων κατασκευὴ), ἀλλ' ἀπὸ ὅλων τῶν οἰκοδομημάτων φέρεσθαι. Βάρεις γὰρ τοὺς μεγίστους τῶν οἴκων λέγει (96), καὶ τούτους ἐξ ἐλέφαντος εἶναι κατεσκευασμένους, τὸ πλούσιον, οἶμαι, τῆς τοῦ Χριστοῦ περὶ τὸν κόσμον ἀγάπης τοῦ προφήτου διδάσκοντος. *Παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου, ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη, πεποικιλμένη.* Περὶ τῆς Ἐκκλησίας ἤδη διαλέγεται, περὶ ἧς ἐν τῷ Ἄσματι μεμαθήκαμεν, ὅτι μία ἐστὶ τελεία τοῦ Χριστοῦ περιστερὰ, ἥτις εἰς τὴν δεξιὰν χώραν (97) τοῦ Χριστοῦ λαμβάνει τοὺς ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς γνωριζομένους, διακρίνουσα ἀπὸ τῶν φαύλων, ὥσπερ ὁ ποιμὴν διακρίνει τοὺς ἄρνας ἀπὸ τῶν ἐρίφων. Παρίσταται οὖν ἡ βασίλισσα, ἡ τῷ νυμφικῷ Λόγῳ (98) καθηρμοσμένη ψυχὴ, ἡ μὴ βασιλευομένη ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ βασιλείας μετέχουσα, ἐκ δεξιῶν τοῦ Σωτῆρος ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ· τουτέστιν, ἐν δόγμασι νοεροῖς καθυφασμένοις καὶ πεποικιλμένοις, σοβαρῶς ἑαυτὴν καὶ ἱεροπρεπῶς κατακοσμοῦσα. Ἐπειδὴ δὲ οὐ μονοειδῆ τὰ δόγματα, ἀλλὰ ποικίλα καὶ πολύτροπα, ἠθικούς τε καὶ φυσικοὺς καὶ τοὺς ἐποπτικοὺς λεγομένους περιέχοντα λόγους, διὰ τοῦτο πεποικιλμένον εἶναι τὸν ἱματισμὸν τῆς νύμφης ὁ λόγος φησίν.

10. Vers. 11, 12. *Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui : et concupiscet rex decorem tuum : quoniam ipse est Dominus tuus, et adorabunt eum.*

D 10. *Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου· καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου· ὅτι αὐτός ἐστι Κύριός σου, καὶ*

[75] Cant. VI, 8. [76] Matth. XXV, 32.

(95) Combefisius multis probare conatur, pro παραβολὴ legendum esse περιβολὴ : sed cum editi et nostri octo mss. et Catena Corder. vocem παραβολὴ constanter præferant, illius conjecturam quantumvis bonam secuti non sumus.

(96) Editio Basil. et septem mss. Βάρεις γὰρ οἱ μέγιστοι τῶν οἴκων λέγονται. At editio Paris. et Catena Corder. ut in contextu.

(97) Rursus conjicit Combefisius pro δεξιὰν χώραν legendum esse δεξιὰν χεῖρα· sed cum hic quoque et editi et nostri octo mss. et Catena Corder. vulgatam lectionem tueantur, ab ea recedendum non putavimus.

(98) Fecit quidem suo more Combefisius, ut aliquid mutandum suspicetur : sed hic modestius, quam solet. Dubitat igitur num legi debeat νυμφίῳ Λόγῳ, *Sponso Verbo*, pro νυμφικῷ Λόγῳ, *sponsali Verbo*. Sed ut alias sæpius, ita hic et editi et mss. ei adversantur.

Digitized by Google

προσκυνήσουσιν αὐτῷ (99) Προσκαλεῖται τὴν Ἐκκλησίαν ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν καὶ τὴν τήρησιν τῶν προστασσομένων, καὶ προσοικειοῦται αὐτὴν διὰ τῆς προσηγορίας, θυγατέρα αὐτὴν προσαγορεύων (1)· οἱονεὶ τεκνοποιούμενος αὐτὴν διὰ τῆς ἀγάπης. *Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε.* Διδάσκει αὐτὴν γεγυμνασμένον ἔχειν τὸν νοῦν πρὸς θεωρίαν διὰ τοῦ, *Ἴδε.* Κατανόησον, φησὶ, τὴν κτίσιν, καὶ ὠφεληθεῖσα ἀπὸ τῆς κατ' αὐτὴν τάξεως, οὕτως ἀνάβαινε πρὸς τὴν τοῦ κτίσαντος θεωρίαν. Εἶτα κάμπτων αὐτῆς τὸν ὑψηλὸν τῆς ἀλαζονείας τράχηλον, *Κλῖνον*, φησὶ, *τὸ οὖς σου.* Μὴ ἀποδράμῃς πρὸς τοὺς ἔξω μύθους, ἀλλὰ κατάδεξαι τὸ ταπεινὸν τῆς ἐν τῷ εὐαγγελικῷ λόγῳ φωνῆς· *Κλῖνον τὸ οὖς σου* πρὸς τὴν ὧδε διδασκαλίαν, ἵνα ἐπιλάθῃ τῶν μοχθηρῶν ἐθῶν ἐκείνων καὶ τῶν πατρικῶν διδαγμάτων (2). Διὸ *Ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου. Πᾶς* γὰρ *ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν ἐκ τοῦ διαβόλου γεγέννηται.* Ἔκβαλέ μοι, φησὶ, τὰς τῶν δαιμόνων διδασκαλίας, ἐπιλάθου θυσιῶν, χορείας νυκτερινῆς, μύθων εἰς πορνείαν καὶ πᾶσαν ἀσέλγειαν ἐκκαιόντων. Διὰ τοῦτο θυγατέρα σε ἐμαυτοῦ προσηγόρευσα, ἵνα μισήσῃς τὸν πατέρα τὸν πρότερόν σε γεννήσαντα εἰς ἀπώλειαν. Ἐὰν γὰρ διὰ τῆς λήθης ἀπαλείψῃς τοὺς σπίλους τῶν πονηρῶν μαθημάτων, ἀπολαβοῦσα τὸ ἴδιον ἑαυτῆς κάλλος, ἐπιθυμητὴ φανήσῃ τῷ νυμφίῳ καὶ βασιλεῖ. *Ὅτι αὐτός ἐστι Κύριός σου, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ* (3). Τὸ ἀναγκαῖον τῆς ὑποταγῆς παραδηλοῖ διὰ τοῦ, *Αὐτός ἐστι Κύριός σου. Προσκυνήσουσι δὲ αὐτῷ* (4), πᾶσα ἡ κτίσις. Διότι *Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμψει ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων. Καὶ θυγάτηρ Τύρου ἐν δώροις. Τὸ πρόσωπόν σου λιτανεύσουσιν* (5) *οἱ πλούσιοι τοῦ λαοῦ.* Δοκεῖ ἡ ὑπερβολὴ τῆς εἰδωλολατρείας ἐν τῇ Χανανίτιδι χώρᾳ ἐπιτετηδεῦσθαι. Μητρόπολις δὲ τῆς Χαναὰν ἡ Τύρος. Προτρεπόμενος οὖν εἰς ὑπακοὴν τὴν Ἐκκλησίαν ὁ λόγος, Καὶ θυγάτηρ, φησὶ, Τύρου ἥξει ποτὲ μετὰ δώρων. Καὶ τὸ σὸν δὲ πρόσωπον οἱ πλούσιοι τοῦ λαοῦ προσκυνήσουσιν ἐν δώροις (6). Οὐκ εἶπε, Σὲ προσκυνήσουσιν ἐν δώροις, ἀλλὰ, Τὸ πρόσωπον τὸ σόν. Οὐ γὰρ Ἐκκλησία προσκυνεῖται, ἀλλὰ τῆς Ἐκκλησίας ἡ κεφαλὴ ὁ Χριστὸς, ὃν *πρόσωπον* ὠνόμασεν ἡ Γραφή.

A Exhortatur Ecclesiam ad audienda servandaque præcepta, eamque sibi ipsa appellatione asciscit in familiaritatem, illam appellans filiam; quasi eam sibi pro filia per charitatem adoptasset. *Audi, filia, et vide.* Docet hoc verbo, *Vide*, Ecclesiam habere mentem ad contemplationem exercitatam. Considera, inquit, res creatas atque intuitu ordinis illarum adjuta, ita demum ad ipsiusmet Creatoris contemplationem ascende. Deinde altum superbiæ collum inflectens, *Inclina*, inquit, *aurem tuam.* Ne curras ad externas fabulas, sed humilem sermonis evangelici vocem suscipe : *Inclina aurem tuam* ad hanc doctrinam, ut obliviscare pravarum illarum consuetudinum atque paternorum documentorum. Quapropter *Obliviscere populum tuum, et domum* B *patris tui. Omnis* enim *qui facit peccatum, ex diabolo natus est* [78]. Abjice, inquit, dæmonum doctrinas, obliviscere sacrificiorum, nocturnæ choreæ, fabularum ad stuprum et omnem libidinem inflammantium. Idcirco te mei ipsius filiam vocavi, ut eum parentem oderis, qui te prius ad perditionem genuerat. Etenim si per oblivionem maculas pravorum documentorum deleveris, tuo proprio decore assumpto, desiderabilis apparebis sponso et regi. *Quoniam ipse est Dominus tuus, et adorabunt ipsum.* Necessitatem obedientiæ declarat, his verbis : *Ipse est Dominus tuus. Adorabunt autem ipsum*, nempe omnes res creatæ. Nam *In nomine Jesu Christi omne genu flectetur, cœlestium, terrestrium et infernorum* [76]. **168** Vers. 13. *Et filia Tyri in muneribus.* C *Vultum tuum deprecabuntur divites plebis.* Videtur idololatria in Chananæa regione immodicis studiis exculta fuisse. Metropolis autem Chanaan Tyrus. Ecclesiam igitur ad obedientiam exhortans sermo. Etiam filia, inquit, Tyri veniet aliquando cum muneribus. Et vultum tuum adorabunt divites plebis in muneribus. Non dixit, Te adorabunt in muneribus, sed, Vultum tuum. Ecclesia enim non adoratur, sed caput Ecclesiæ Christus [77], quem Scriptura *vultum* appellavit.

11. *Πᾶσα ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως* D *ἔσωθεν, ἐν κροσσωτοῖς χρυσοῖς περιβεβλημένη, πεποικιλμένη. Ἀπενεχθήσονται τῷ βασιλεῖ παρθένοι ὀπίσω αὐτῆς.* Ἐπειδὴ ἐκαθάρθη (7) ἀπὸ τῶν

11. Vers. 14, 15. *Omnis gloria filiæ regis ab intus, in fimbriis aureis circumamicta, variegata. Afferentur regi virgines post eam.* Postquam purgata est ab antiquis nequitiæ doctrinis, utpote documento

[78] I Joan. III, 8. [76] Philipp. II, 10. [77] Ephes. V, 23.

(99) Hic dissident inter se libri, ut videre est in notis Nobilii et in *Hexaplis*. Editio Paris. et duo mss. προσκυνήσουσιν αὐτῷ, *Adorabunt eum*. Editio Basil. et sex mss. προσκυνήσεις αὐτῷ, *Adorabis eum*, et ita legi in Bibliis mss. tum Regiis tum Colbertinis auctor est Ferrandus.

(1) Regii secundus et tertius cum Colb. primo προσαγορεύει. Alii vero mss. cum editis προσαγορεύων.

(2) Reg. tertius τῶν πατρικῶν παραδόσεων, *paternarum traditionum.*

(3) Hic rursus alii mss. προσκυνήσεις αὐτῷ· alii προσκυνήσουσιν αὐτῷ.

(4) Regii tertius et sextus προσκυνήσει δὲ αὐτῷ, *Adorabit autem eum omnis creatura.*

(5) Sic mss. At editio Paris. λιτανεύουσιν. Haud longe Colbertini primus et sextus μητρόπολις δὲ τῆς Χανανίας ἡ. Editi vero cum multis mss. μητρόπολις δὲ τῆς Χαναὰν ἡ.

(6) Ita Regii secundus, tertius, quartus, quintus et sextus : quibus plane consentiunt et Catena Corder. et Colbertini primus, quintus, sextus et septimus. Editi vero Τὸ σὸν δὲ πρόσωπον προσκυνήσουσιν οἱ πλούσιοι τοῦ λαοῦ, λιτανεύσουσιν ἐν δώροις.

(7) Editio Paris. cum Reg. quarto et Colb. septimo ἐκαθάρθη. Editio vero Basil. et Regii secundus et tertius cum Colb. sexto καθήρθη.

Digitized by Google

obsecuta, et oblita populi sui et domus patris sui, narrat quæ ipsam spectant Spiritus sanctus. Et quoniam reconditam munditiam illius vidit : *Omnis, inquit, gloria filiæ regis*, id est, sponsæ Christi, quæ tandem per adoptionem filia regis effecta sit, *intus est*. Hortantur hæc verba, ut ad intima ecclesiasticæ gloriæ arcana penetremus, quod sponsæ pulchritudo intus exsistat. Qui enim se adornat Patri in abscondito videnti [78], precaturque, et omnia peragit, non ut videatur ab hominibus [79], sed ut soli Deo innotescat; is perinde ac regis filia gloriam omnem intrinsecus habet. Quin etiam fimbriæ aureæ quibus tota circumamicta est ac variegata, intus sunt. Nihil quæras in externo auro et corporali varietate : sed amictum quemdam intellige, qui dignus sit qui eum qui secundum conditoris imaginem est exornet, ut ait Apostolus : *Exspoliantes veterem hominem, et induentes novum, qui renovatur ad agnitionem secundum creatoris imaginem* [80]. Et, qui induit *Viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, patientiam, mansuetudinem* [81], is intrinsecus amictus est, et secundum interiorem hominem ornatus. Sed et Paulus admonet, ut induamus Dominum Jesum [82], non secundum externum hominem, sed ut mentem nostram Dei memoria circumtegat. Arbitror autem spiritalem prætexi vestem, cum actio doctrinæ verbo comes adjungitur. Quemadmodum enim corporalis vestis texitur, cum subtegmen innectitur stamini, ita ubi verbum præcessit, si modo actiones consentaneæ subjungantur, venustissimus amictus animæ confici potest, cujus scilicet vita ex præscripto virtutis acta, sermone et opere compleatur. Fimbriæ autem pendent a vestitu, spirituales et hæ ipsæ, ob idque aureæ esse dicuntur. Quoniam sane verbum majus est opere, idcirco est velut fimbria quædam a textura ad actionem redundans. Sequuntur autem Domini sponsam animæ quædam, quæ seminibus alienarum doctrinarum haud susceptis, adducentur regi, sequentes sponsam. Sed et audiant quæ virginitatem Domino voverunt, quod virgines regi adducentur ; virgines, inquam, quæ proximæ sunt Ecclesiæ, quæ post ipsam sequuntur, nec aberrant ab ecclesiastica disciplina. VERS. 16. *Adducentur* **169** *autem* virgines *in lætitia et exsultatione, ducentur in templum regis*. Non quæ coactæ virginitatem subierunt, non quæ ex tristitia aut necessitate castam vitam sunt amplexæ : sed quæ in lætitia et exsultatione ob præclarum hoc facinus gaudent, hæ adducentur regi, ducenturque non in vulgarem locum, sed in templum regis. Nam vasa sacra, quæ non inquinavit

παλαιῶν διδαγμάτων τῆς πονηρίας, ὑπακούσασα τῷ διδάγματι, καὶ ἐπιλαθομένη τοῦ λαοῦ αὐτῆς, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτῆς, διηγεῖται τὰ περὶ αὐτῆς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ ἐπειδὴ εἶδε τὴν ἐν τῷ κρυπτῷ καθαρότητα, *Πᾶσα*, φησὶν, *ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως*, τουτέστι (8), τῆς Χριστοῦ νύμφης, τῆς γενομένης λοιπὸν διὰ τῆς υἱοθεσίας θυγατρὸς τοῦ βασιλέως, ἔσωθέν ἐστι. Προτρέπει ὁ λόγος ἐπὶ τὰ ἐνδοτάτω χωρεῖν τῆς ἐκκλησιαστικῆς δόξης μυστήρια, ὡς ἔνδον ὄντος τοῦ κάλλους τῆς νύμφης. Ὁ γὰρ εὐτρεπίζων ἑαυτὸν τῷ Πατρὶ τῷ βλέποντι ἐν τῷ κρυπτῷ, καὶ προσευχόμενος, καὶ πάντα πράσσων οὐ πρὸς τὸ θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ πρὸς τὸ μόνῳ φανερωθῆναι Θεῷ· οὗτος ἔχει πᾶσαν τὴν δόξαν ἔσωθεν, ὡς καὶ ἡ θυγάτηρ τοῦ βασιλέως. Καὶ τὰ κροσσωτὰ τοίνυν τὰ (9) χρυσᾶ, οἷς περιβέβληται καὶ πεποίκιλται ὅλη, ἔσωθεν. Μηδὲν ζήτει ἐν τῷ ἔξω χρυσῷ καὶ τῇ σωματικῇ ποικιλίᾳ· ἀλλὰ περιβολὴν νόει τινὰ ἀξίαν κοσμῆσαι τὸν κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος, ὡς φησιν ὁ Ἀπόστολος· *Ἐκδυσάμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν νέον, τὸν ἀνακαινούμενον εἰς ἐπίγνωσιν κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος*. Καὶ ὁ ἐνδυσάμενος δὲ (10) *Σπλάγχνα οἰκτιρμοῦ, χρηστότητα, ταπεινοφροσύνην, μακροθυμίαν, πραότητα*, ἔνδοθεν περιβέβληται, καὶ τὸν ἔσω ἄνθρωπον κεκόσμηται. Καὶ ὁ Παῦλος δὲ παραινεῖ ἐνδύσασθαι (11) τὸν Κύριον Ἰησοῦν, οὐ κατὰ τὸν ἔξω ἄνθρωπον, ἀλλ' ἵνα τὸν νοῦν ἡμῶν ἡ τοῦ Θεοῦ μνήμη περισκεπάζῃ. Οἶμαι δὲ τὸ πνευματικὸν ἱμάτιον ἐξυφαίνεσθαι, ὅταν τῷ διδακτικῷ λόγῳ ἡ ἀκόλουθος ἐπιπλέκηται πρᾶξις. Ὥσπερ γὰρ τῷ στήμονι τῆς κρόκης ἐπιπλεκομένης τὸ σωματικὸν ἱμάτιον ἐξυφαίνεται· οὕτω τοῦ λόγου προϋφεστῶτος, εἰ ἀκολούθως αἱ πράξεις ἐπάγοιντο, σεμνοτάτη τις ἂν γένοιτο περιβολὴ τῆς ψυχῆς, λόγῳ καὶ ἔργῳ τὸν κατ' ἀρετὴν βίον συμπεπληρωμένον ἐχούσης. Κροσσοὶ δὲ ἀπαιωροῦνται τοῦ ἱματίου, νοητοὶ καὶ οὗτοι· διὸ καὶ χρυσοῖ εἶναι λέγονται. Ἐπειδήπερ ὁ λόγος πλείων ἐστὶ τοῦ ἔργου, οἱονεὶ χροσσός τίς ἐστιν ἀπὸ τοῦ πρὸς τὴν πρᾶξιν ὑφάσματος περισσεύων. Ἔπονται δὲ τῇ νύμφῃ τοῦ Κυρίου ψυχαί τινες, αἱ μὴ παραδεξάμεναι σπέρματα (12) λόγων ἀλλοτρίων, αἵτινες ἀπενεχθήσονται τῷ βασιλεῖ, ἀκολουθοῦσαι τῇ νύμφῃ. Ἀκουέτωσαν δὲ καὶ αἱ τὴν παρθενίαν ἐπαγγελλόμεναι τῷ Κυρίῳ, ὅτι παρθένοι ἀπενεχθήσονται τῷ βασιλεῖ· παρθένοι δὲ, αἱ πλησίον οὖσαι τῆς Ἐκκλησίας, αἱ ὀπίσω αὐτῆς ἑπόμεναι, καὶ μὴ ἀποπλανώμεναι τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας. *Ἀπενεχθήσονται δὲ αἱ παρθένοι ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀγαλλιάσει, ἀχθήσονται εἰς ναὸν βασιλέως*. Οὐχ αἱ κατηναγκασμένως ὑπελθοῦσαι τὴν παρθενίαν, οὐδὲ αἱ

[78] Matth. VI, 4, 6. [79] ibid. 1. [80] Colos III, 9, 10. [81] ibid. 12. [82] Rom. XIII, 14.

(8) Totum illud, τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως, τουτέστι, in nostris septem mss. desideratur.

(9) Sic mss. quinque. Editi κροσσωτὰ δὲ τά.

(10) Ita Regii secundus, quartus et sextus cum Colbertinis sexto et septimo. Vocula δέ deest in editis. Ibidem editi et quinque mss. οἰκτιρμοῦ. Reg. 2 cum vulgato textu Græco οἰκτιρμῶν.

(11) Sic Regii secundus, quartus et sextus atque ac Colbertini primus, sextus et septimus. Editi vero cum Reg. quinto ἐνδύσασθε.

(12) Editi cum uno aut altero ms. σπέρμα. At sex mss. σπέρματα.

Digitized by Google

ἐκ λύπης ἢ ἐξ ἀνάγκης καταδεξάμεναι τὸν σεμνὸν βίον, ἀλλ' αἱ ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀγαλλιάσει ἐπὶ τῷ τοιούτῳ κατορθώματι χαίρουσαι (13), αὗται ἀπενεχθήσονται τῷ βασιλεῖ, καὶ ἀχθήσονται οὐκ εἰς τὸν τυχόντα τόπον, ἀλλ' εἰς τὸν ναὸν τοῦ βασιλέως. Τὰ γὰρ ἱερατικὰ σκεύη, ἃ οὐκ ἐμόλυνεν ἀνθρωπίνη χρῆσις, εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰσενεχθήσεται, καὶ ἐξουσίαν ἕξει τῆς εἰς τὰ ἄδυτα παρόδου, ὅπου βέβηλοι πόδες οὐ περιπατήσουσιν. Ἡλίκον δέ ἐστι τὸ ἀχθῆναι εἰς ναὸν βασιλέως, ὁ Προφήτης δείκνυσιν, ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσευχόμενος καὶ λέγων· *Μίαν ἠτησάμην παρὰ Κυρίου, ταύτην ζητήσω· τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου, τοῦ θεωρεῖν με* (14) *τὴν τερπνότητα Κυρίου, καὶ ἐπισκέπτεσθαι τὸν ναὸν αὐτοῦ.*

A humanus usus, in sancta sanctorum introducentur, eisque licebit ad adyta accedere, ubi profani pedes non ambulabunt. Quanta autem res sit in templum regis adduci, Propheta ipse ostendit, pro se ipso orans ac dicens[83]: *Unam petii a Domino, hanc requiram: ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ; ut videam voluptatem Domini, et visitem templum ejus.*

12. Ἀντὶ τῶν πατέρων σου ἐγεννήθησαν (15) οἱ υἱοί σου· καταστήσεις αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Ἐπειδὴ ἄνω προσετάχθη ἐπιλαθέσθαι τοῦ λαοῦ, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς, εἰς ἀντίδοσιν τῆς ὑπακοῆς νῦν ἀντὶ τῶν πατέρων λαμβάνει υἱοὺς, ἐν τηλικούτοις ἀξιώμασι διαπρέποντας, ὥστε καταστῆναι (16) αὐτοὺς *ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν*. Τίνες οὖν οἱ υἱοὶ τῆς Ἐκκλησίας; Ἤτοι οἱ υἱοὶ τοῦ Εὐαγγελίου, οἱ πάσης τῆς γῆς ἄρξαντες. *Εἰς πᾶσαν* γὰρ, φησὶ, *τὴν οἰκουμένην ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν*· καὶ, *Καθεσθήσονται ἐπὶ δώδεκα θρόνους, καὶ κρινοῦσι τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ*. Ἐὰν δέ τις πατέρας τῆς νύμφης λάβῃ τοὺς πατριάρχας, καὶ οὕτως ὁ λόγος τῶν ἀποστόλων οὐ διαπίπτει. Ἀντὶ γὰρ ἐκείνων ἐγεννήθησαν αὐτῇ υἱοὶ διὰ τοῦ Χριστοῦ, οἱ ποιοῦντες τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραάμ· καὶ διὰ τοῦτο ἰσότιμοι αὐτοῖς χρηματίζοντες (17), ἐκ τοῦ πεποιηκέναι τὰ αὐτὰ ἐκείνοις, ἀφ' ὧν τῶν μεγάλων τιμῶν ἠξιώθησαν οἱ πατέρες. Ἄρχοντες μέντοι εἰσὶν ἁπάσης τῆς γῆς οἱ ἅγιοι διὰ τὴν πρὸς τὸ καλὸν οἰκείωσιν, αὐτῆς τῆς τοῦ καλοῦ φύσεως περιτιθείσης αὐτοῖς τὸ πρωτεῖον, ὡς περιέθηκε τῷ Ἰακὼβ τὴν κατὰ τοῦ Ἡσαῦ ἐξουσίαν. *Γίνου* γὰρ, φησὶ, *κύριος τοῦ ἀδελφοῦ σου*. Οἱ τοίνυν ἰσότιμοι τοῖς πατράσι γενόμενοι (18), καὶ τὴν κατὰ πάντων ὑπεροχὴν διὰ τὴν τῆς ἀρετῆς ἄσκησιν προσλαβόντες, καὶ υἱοὶ τῆς Χριστοῦ νύμφης εἰσὶ, καὶ παρὰ τῆς ἰδίας μητρὸς καθίστανται ἄρχοντες ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Σκόπει δέ μοι τὴν ἐξουσίαν τῆς βασιλίδος, ὅση τις ἐπ' αὐτῆς ἐστι· χειροτονεῖν ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. *Μνησθήσομαι τοῦ ὀνόματός σου ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ. Διὰ τοῦτο λαοὶ ἐξομολογήσονταί σοι εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος*. Ἐπὶ πᾶσιν ὡς ἐκ προσώπου τῆς Ἐκκλησίας ὁ λόγος εἴρηται, ὅτι *Μνησθήσομαι τοῦ ὀνόματός σου ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ*. Τίς δέ ἐστιν ἡ τῆς Ἐκκλησίας μνήμη; Ἡ ἐξομολόγησις τῶν λαῶν.

B 12. VERS. 17. *Pro patribus tuis nati sunt filii tui: constitues eos principes super omnem terram.* Quandoquidem supra præceptum est ei ut oblivisceretur populi et domus patris, in obedientiæ remunerationem nunc pro patribus accipit filios tantis dignitatibus insignitos, ut constituantur *principes super omnem terram*. Qui sunt igitur Ecclesiæ filii? Nimirum Evangelii filii, qui orbi universo imperarunt. *In omnem* enim, inquit, *terram exivit sonus eorum*[84]; et, *Sedebunt super duodecim thronos, et judicabunt duodecim tribus Israel*[85]. Si quis autem sponsæ patres intelligat patriarchas, ita quoque intellecta sententia ab apostolis aliena non est. Nam pro illis nati sunt et filii per Christum, facientes opera Abrahæ[86], et ideo æque honorati ac ipsi, quod eadem egerunt quæ illi, ob quæ honoribus magnis dignati sunt patres. Principes vero universæ terræ sunt sancti, C ob suam cum bono necessitudinem, cum ipsa boni natura eis principatum tribuat, sicut Jacobo potestatem in ipsum Esau præbuit. *Fias* enim, inquit, *dominus fratris tui*[87]. Quicunque igitur honore patribus pares facti sunt, atque per virtutis exercitationem omnibus præstiterunt, et filii sponsæ Christi sunt, et a propria matre principes super omnem terram constituuntur. Velim autem consideres quanta sit reginæ potestas, sic ut creet ac præficiat principes super omnem terram. VERS. 18. *Memor ero nominis tui in omni generatione et generatione. Propterea populi confitebuntur tibi in sæculum et in sæculum sæculi.* Post omnia tanquam ex Ecclesiæ persona dictum est illud, *Memor ero nominis tui in omni generatione et generatione.* Quæ autem est hæc D Ecclesiæ memoria? Confessio populorum.

[83] Psal. XXVI, 4. [84] Psal. XVIII, 5. [85] Matth. XIX, 28. [86] Joan. VIII, 39 [87] Gen. XXVII, 29.

(13) Vir quidem doctissimus, teste Ducæo, conjecerat ita emendandum esse, ἐπὶ τὸ τοιοῦτο κατόρθωμα χωροῦσαι· sed Ducæus ipse vulgatam lectionem, ἐπὶ τῷ τοιούτῳ κατορθώματι χαίρουσαι, retinendam censuit, ad idque probandum testimonio codicis Oliv. usus est: cui codici addi possunt Reg. quartus, Colb. sextus et alii nonnulli.

(14) Sic editio Basil. et mss. quinque. Deest με in editione Paris. Ibidem Reg. secundus τὸν ναὸν τὸν ἅγιον αὐτοῦ.

(15) Codices tres ἐγενήθησαν, *facti sunt.*

(16) Sic mss. quinque. Editi ὡς καταστῆναι.

(17) Sic Regii secundus, tertius et quartus cum Colbertinis primo et sexto. Editi χρηματίζουσιν.

(18) Sic quatuor mss. At editi γινόμενοι.

Digitized by Google

170 IN PSALMUM XLV.

In finem pro filiis Core : pro arcanis psalmus.

1. Prophetiam de rebus quæ in fine eventuræ sunt, continere mihi videtur hic psalmus. Quem finem intuitus etiam Paulus, dicit : *Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo et Patri* [88]. Aut quoniam actiones nostræ deducunt nos ad finem, unaquæque ad proprium sibi ipsi; idcirco bona quidem ad beatitudinem, mala vero ad æternam damnationem : et quoniam consilia a Spiritu in hoc psalmo tradita, obtemperantes ad bonum finem deducunt; hac de causa inscriptus est, *In finem*, quod ejus documenta ad beatum humanæ vitæ finem referantur. *Pro filiis Core.* Filius autem Core dictus est et hic psalmus, quos Spiritus sanctus ideo non dividit, B quod velut una anima et una voce cum omni inter se concordia sermones propheticos emiserunt, nihil quidquam alio præter alios vaticinante, sed prophetico dono æqualiter eis concesso, ob æqualem ipsorum inter se in bona affectum. Cæterum *Pro arcanis* dictus est psalmus; id est, pro occultis, et reconditis in mysterio. Postquam autem singulas hujus psalmi sententias attigeris, verborum arcana docebere; ac disces non cujusvis esse mysteria divina contemplari, sed ejus solius, qui implendi promissi organum concinnum fieri possit, sic ut psalterii loco anima illius moveatur ab operante in ipsa Spiritu sancto. VERS. 2. *Deus noster refugium et virtus, adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.* Auxilio multo opus est homini C omni, ob insitam ei natura infirmitatem : siquidem multæ ei molestiæ ærumnæque accidunt. Dum igitur de omnibus calamitatibus refugium quærit, quasi ad tutum locum aufugiens, vel ad acutum quemdam verticem forti muro circumseptum sese recipiens, propter hostium incursum, ita demum ad Deum confugit, ratus hanc solam sibi requiem esse, si in ipso permaneat. Refugium itaque ad Deum patere, in confesso est apud omnes : sed, quod ad salvantis electionem attinet, non parum erroris confusionisque invexit inimicus. Etenim dum insidiatur velut hostis, rursus quibus insidiatus est, eos deceptos inducit, ut ad se ceu custodem confugiant. Quare duplex eis malum imminet : quippe aut per vim capiuntur, aut ex fraude pereunt. Eam ob rem ad dæmones perfugiunt increduli, et ad idola, veri Dei cognitione ex illata sibi a diabolo confusione spoliati. Sed et qui Deum agnoscunt, in ferendo de rebus judicio errant, dum in-

[88] I Cor. xv, 24.

(19) Ita Colbertini primus, quintus et sextus cum duobus Regiis, nec aliter legitur apud Paulum, I Cor. xv, 24. Editi vero cum Reg. secundo παραδιδῷ. Reg. sextus prima manu παραδιδῷ, secunda παραδῷ.

(20) Sic mss. septem. Editi vero διδόμεναι.

(21) Colb. primus *προσίεντο*. Nec ita multo post sex mss. εἰς τά. Editi et Colb. sextus περὶ τά.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΜΕ' ΨΑΛΜΟΝ.

A

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν υἱῶν Κορέ· ὑπὲρ τῶν κρυφίων ψαλμός.

1. Προφητείαν μοι δοκεῖ περιέχειν ὁ ψαλμὸς περὶ τῶν κατὰ τὸ τέλος. Ὅπερ τέλος εἰδὼς καὶ ὁ Παῦλος, φησίν· *Εἶτα τὸ τέλος, ὅταν παραδῷ* (19) *τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρί.* Ἡ ἐπειδὴ αἱ πράξεις ἡμῶν ἀπάγουσιν ἡμᾶς πρὸς τὸ τέλος, ἑκάστη τὸ οἰκεῖον ἑαυτῇ, ἡ μὲν ἀγαθὴ πρὸς τὴν μακαριότητα, ἡ δὲ φαύλη πρὸς τὴν αἰωνίαν κατάκρισιν· αἱ δὲ παρὰ τοῦ Πνεύματος ἐν τῷ ψαλμῷ τούτῳ παραδιδόμεναι (20) συμβουλαὶ πρὸς τὸ ἀγαθὸν τέλος ἀπάγουσι τοὺς πειθομένους· τούτου ἕνεκεν ἐπιγέγραπται *Εἰς τὸ τέλος*· ὡς τῆς ἀναφορᾶς τῶν διδαγμάτων ἐπὶ τὸ μακάριον τέλος τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς ὑπαρχούσης. *Ὑπὲρ τῶν υἱῶν Κορέ.* Τοῖς δὲ υἱοῖς Κορὲ καὶ οὗτος εἴρηται ὁ ψαλμὸς, οὓς οὐ διαιρεῖ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, διότι ὥσπερ μιᾷ ψυχῇ καὶ μιᾷ φωνῇ μετὰ πάσης τῆς πρὸς ἀλλήλους συμφωνίας τοὺς προφητικοὺς λόγους προΐεντο (21)· μηδὲν τοῦ ἑτέρου αὐτῶν παρὰ τοὺς λοιποὺς προφητεύσαντος, ἀλλ' ἴσου αὐτοῖς τοῦ προφητικοῦ χαρίσματος δωρηθέντος διὰ τὸ ἴσον αὐτῶν τῆς πρὸς ἀλλήλους εἰς τὰ καλὰ διαθέσεως. *Ὑπὲρ δὲ τῶν κρυφίων* εἴρηται ὁ ψαλμός· τουτέστιν, ὑπὲρ ἀπορρήτων, καὶ τῶν ἐν μυστηρίῳ κεκρυμμένων. Γενόμενος δὲ ἐν τοῖς κατὰ μέρος ῥητοῖς τοῦ ψαλμοῦ, μαθήσῃ τὸ κεκρυμμένον τῶν λόγων· καὶ ὅτι οὐ τοῦ τυχόντος ἐστὶν ἐνιδεῖν τοῖς θείοις μυστηρίοις, ἢ μόνου (22) τοῦ δυναμένου γενέσθαι τῆς ἐπαγγελίας ἐναρμόνιον ὄργανον, ὥστε ἀντὶ ψαλτηρίου κινεῖσθαι αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ὑπὸ τοῦ ἐνεργοῦντος αὐτῇ ἁγίου Πνεύματος. *Ὁ Θεὸς ἡμῶν καταφυγὴ καὶ δύναμις, βοηθὸς ἐν θλίψεσι ταῖς εὑρούσαις ἡμᾶς σφόδρα.* Πολλῆς βοηθείας δέεται πᾶς ἄνθρωπος, διὰ τὴν ἐκ φύσεως προσοῦσαν αὐτῷ ἀσθένειαν, πολλῶν αὐτῷ προσπιπτόντων ἀνιαρῶν καὶ ἐπιπόνων. Τὴν οὖν (23) ἐκ πάντων τῶν περιστατικῶν καταφυγὴν ἐπιζητῶν, ὥσπερ ἐπὶ ἄσυλον φεύγων (24) χωρίον, ἢ ἐπί τινα κορυφὴν ὀξεῖαν καρτερῷ τείχει περιειλημμένην καταφεύγων, διὰ τὴν τῶν πολεμίων ἐπιδρομήν· οὕτως ἐπὶ τὸν Θεὸν καταφεύγει, μόνην εἶναι ἡγούμενος ἀνάπαυσιν τὴν ἐν αὐτῷ διαμονήν. Ὅτι μὲν οὖν ἐπὶ τὸν Θεὸν ἡ καταφυγὴ παρὰ πᾶσιν ὡμολόγηται, πολλὴν δὲ πλάνην καὶ σύγχυσιν ὁ ἐχθρὸς ἐνεποίησε D περὶ τὴν τοῦ σώζοντος ἐκλογήν. Ἐπιβουλεύων γὰρ ὡς πολέμιος, πάλιν τοὺς ἐπιβουλευθέντας ἐξαπατᾷ, αὐτῷ προσφεύγειν ὡς φύλακι, ὥστε διπλοῦν αὐτοῖς περιίστασθαι τὸ κακόν· ἢ βιαίως ληφθεῖσιν, ἢ ἐξ ἀπάτης ἀπολομένοις. Διὰ τοῦτο πρὸς δαίμονας καὶ

(22) Editio Basil. et quinque mss. ἢ μόναν. Editio Paris. μόνον.

(23) Voculam οὖν addidimus ex Catena Corderiana. Ibidem Colb. septimus περιστατικῶν.

(24) Editi καταφεύγων. At mss. septem φεύγων. Aliquanto post Reg. tertius τολεμίων κατα δρομήν.

Digitized by Google

εἴδωλα (25) καταφεύγουσιν οἱ ἄπιστοι, τοῦ ὄντως Θεοῦ τὴν γνῶσιν ὑπὸ τῆς παρὰ τοῦ διαβόλου γενομένης αὐτοῖς συγχύσεως ἀφαιρεθέντες. Καὶ οἱ ἐπιγινώσκοντες δὲ τὸν Θεὸν περὶ τὴν τῶν πραγμάτων διάκρισιν σφάλλονται, ἀπαιδεύτως τὰς αἰτήσεις τῶν συμφερόντων ποιούμενοι, καὶ αἰτοῦντές τινα ὡς ἀγαθὰ, οὐκ ἐπὶ συμφέροντι πολλάκις αὐτῶν, καὶ φεύγοντες ἄλλα (26) ὡς πονηρά, τοὐλλὴν αὐτοῖς ἐνίοτε τὴν ὠφέλειαν φέροντα. Οἷον, νοσεῖ τις; Φεύγων τὸ ἐκ τῆς νόσου ἐπίπονον, εὔχεται τὴν ὑγίειαν. Ἀπέβαλε χρήματα; Περιώδυνός ἐστι τῇ ζημίᾳ. Ἔστι δὲ πολλάκις καὶ ἡ νόσος ὠφέλιμος, ὅταν παιδαγωγεῖν μέλλῃ τὸν ἁμαρτάνοντα· καὶ ἡ ὑγίεια βλαβερὰ, ὅταν ἐφόδιον γίνηται πρὸς ἁμαρτίαν τῷ ἔχοντι. Οὕτω καὶ χρήματα ἤδη τισὶν ὑπηρεσία πρὸς ἀκολασίαν ἐγένετο· καὶ πενία πολλοὺς ἐσωφρόνισε τῶν ὡρμημένων κακῶς. Μήτε οὖν φύγῃς ἃ μὴ δεῖ, μήτε προσφύγῃς ᾧ μὴ δεῖ. Ἀλλ' ἔν σοι φευκτὸν ἤτω, ἡ ἁμαρτία, καὶ μία καταφυγὴ ἐκ τῶν κακῶν (27), ὁ Θεός. Μὴ πεποίθετε (28) ἐπ' ἄρχοντας· μὴ ἐπαίρεσθε ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι· μὴ φρονεῖτε ἐπὶ δυνάμει σώματος· μὴ τῆς ἀνθρωπίνης δόξης τὸ περιφανὲς διώκετε. Οὐδὲν τούτων σώζει· πάντα (29) πρόσκαιρα, πάντα ἀπατηλά. Μία καταφυγὴ, ὁ Θεός. *Ἐπικατάρατος ἄνθρωπος ὁ τὴν ἐλπίδα ἔχων ἐπ' ἄνθρωπον*, ἢ ἐπί τι τῶν ἀνθρωπίνων.

scite utilia postulant, ac quædam petunt ut bona, eis sæpe non conducibilia, alia vero ut mala declinant, quæ sibi aliquando **171** multum allatura erant emolumenti. Exempli causa : ægrotat quis ? Morbi molestiam fugiens, rogat sanitatem. Amisit pecunias ? Ob hanc jacturam maximo angitur dolore. Erit enim utilis sæpenumero vel morbus, cum videlicet peccantem refrenabit. Et nocua est sanitas tum cum ea fruenti fit peccati occasio. Sic et pecuniæ quibusdam jam ad libidinem inservierunt : paupertas vero plurimos ad vitia magnopere propendentes repressit. Neque igitur refugias quæ non oportet : nec confugias ad quem non oportet. Unum porro vitandum tibi est, peccatum videlicet, et unicum ex malis refugium tibi sit Deus. Ne confidite principibus [89]; ne efferamini animo in incerto divitiarum [90]; ne superbiatis ob corporis vires ; ne humanæ gloriæ prosequamini splendorem. Nihil horum ducit ad salutem ; temporaria omnia, omnia fallacia. Refugium unicum, Deus. *Maledictus homo qui spem ponit in homine* [91], aut in aliqua re humana.

2. Ὁ Θεὸς οὖν ἡμῶν καταφυγὴ καὶ δύναμις. Τῷ δυναμένῳ λέγειν, *Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ*, δύναμίς ἐστιν ὁ Θεός. Πολλῶν μὲν οὖν ἐστιν εἰπεῖν, Ὁ Θεὸς ἡμῶν καταφυγή· καὶ τὸ, *Κύριε, καταφυγὴ ἐγενήθης ἡμῖν*· τὸ δὲ ἀπὸ τῆς αὐτῆς διαθέσεως εἰπεῖν τῷ Προφήτῃ πάνυ ὀλίγων. Ὀλίγοι γὰρ οἱ μὴ τεθαυμακότες τὰ ἀνθρώπινα, ἀλλ' ὅλοι ἠρτημένοι τοῦ Θεοῦ, καὶ αὐτὸν ἀναπνέοντες, καὶ πᾶσαν ἐλπίδα καὶ πεποίθησιν ἔχοντες. Καὶ ἐλέγχει γε ἡμᾶς τὰ πράγματα, ὅταν ἐν ταῖς θλίψεσιν ἐπὶ πάντα μᾶλλον ἢ ἐπὶ τὸν Θεὸν τρέχωμεν. Νοσεῖ τὸ παιδίον; Καὶ σὺ τὸν ἐπαοιδὸν περισκοπεῖς, ἢ τὸν τοὺς περιέργους χαρακτῆρας τοῖς τραχήλοις τῶν ἀναιτίων νηπίων περιτιθέντα· ἢ τό γε τελευταῖον ἐπὶ τὸν ἰατρὸν ἔρχῃ καὶ τὰ φάρμακα, τοῦ δυναμένου σώζειν καταμελήσας. Κἂν ἐνύπνιόν σε ἐκταράξῃ, πρὸς τὸν ὀνειροσκόπον τρέχεις. Κἂν φοβηθῇς ἐχθρὸν, προστάτην ἕνα τῶν ἀνθρώπων περινοεῖς. Καὶ ὅλως ἐφ' ἑκάστης χρείας ἐλέγχῃ, ῥήματι μὲν τὸν Θεὸν ὀνομάζων καταφυγὴν, ἔργῳ δὲ τὴν ἐκ τῶν ἀνωφελῶν καὶ ματαίων βοήθειαν ἐπισπώμενος. Ἔστι δὲ τῷ δικαίῳ ἀληθινὴ βοήθεια ὁ Θεός. Ὥσπερ τις στρατηγὸς ὁπλιτικὸν γενναῖον ἐξηρτημένος ἕτοιμος ἀεὶ βοηθεῖν τῷ καταπονουμένῳ μέρει· οὕτως ὁ Θεὸς βοηθὸς ἡμῶν ἐστι, καὶ

2. *Deus* igitur *noster refugium et virtus.* Illi qui potest dicere : *Omnia possum in eo qui me confortat* Christo [92], virtus est Deus. Multorum quidem est dicere : *Deus noster refugium;* et, *Domine, refugium factus es nobis* [93] : id vero eodem ac Propheta animo dicere, perquam paucorum est. Pauci enim sunt qui humana non mirentur, sed toti pendeant ex Deo, ipsumque spirent, ac in ipso omnem spem ac fiduciam habeant. Et sane arguunt nos res ipsæ, cum in afflictionibus ad quælibet potius quam ad Deum recurramus. Ægrotat filius ? Mox tu conjectis quoquoversum oculis, magum requiris, vel quempiam qui vanos characteres collo innocentium puerorum circumponat ; vel postremum, eo qui servare potest neglecto, ad medicum devenis, et ad medicamenta. Insomnium si te sollicitat, curris ad conjectorem. Si timueris inimicum, aliquem hominem adjutorem attendis. Et in summa, convinceris in quacunque necessitate, verbo quidem Deum refugium nominare, sed re ipsa ex inutilibus vanisque rebus auxilium tibi accersere. Est autem justo verum auxilium Deus. Quemadmodum enim imperator forti militum manu instructus, ad opem parti oppressæ ferendam semper paratus est : ita Deus adjutor noster est, et auxiliator cuilibet contra dia-

[89] Psal. CXLV, 2. [90] I Tim. VI, 17. [91] Jer. XVII, 5. [92] Philipp. IV, 13. [93] Psal. LXXXIX, 1.

(25) Illud, καὶ εἴδωλα, additum fuisse contextui ex Oliv. et Anglic. tradit vir eruditissimus Ducæus : quibus codicibus tum Colbertinos quintum et sextum et septimum, tum Regios quartum et sextum adjungi oportere monemus. Fatendum tamen id in Regiis secundo et tertio deesse.

(26) Editi φεύγοντές τινα. At sex mss. φεύγοντες ἄλλα.

(27) Editi ἐκ πάντων κακῶν. At mss. sex simpliciter ἐκ τῶν κακῶν.

(28) Colbertini primus et sextus cum Reg. secundo et cum Coisl. πεποίθατε. Editi cum Regiis quarto et sexto πεποίθετε.

(29) Sic mss. et editio Basil., nec aliter legerat interpres. Sed vox πρόσκαιρα operarum negligentia in editione Paris. omissa fuerat. Mox mss. septem ἐπικατάρατος : qua ex voce in editione Paris. factæ sunt duæ, ἐπεὶ κατάρατος. Subinde mss. tres ἐπί τινι τῶν.

Digitized by Google

boli insidias pugnanti, emittens administratorios spiritus ad indigentium salutem. Invenit autem afflictio omnem justum, ob vitæ institutam rationem. Qui enim declinat latam ac spatiosam viam, ambulat autem angustam et arctam viam [94], is a tribulationibus invenitur. Rem ad vivum expressit Propheta, cum dixit: *In tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.* Nos enim ceu animata animalia deprehendunt tribulationes, quæ patientiam producunt, et per patientiam probationem, et per probationem spem [95]. Unde et Apostolus ait: *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei* [96]. Et, *Multæ tribulationes justorum* [97]. **172** Sed qui generose et intrepide tribulationis tentationem sustinuerit, nempe: *In his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos* [98]. Ac tantum abest ut animum despondeat, ac torpeat in tribulationibus, ut etiam gloriandi occasionem ex malorum magnitudine desumat, dicens: *Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus* [99].

A σύμμαχος παντὶ τῷ στρατευομένῳ κατὰ τῆς μεθοδείας τοῦ διαβόλου, ἀποστέλλων τὰ λειτουργικὰ πνεύματα πρὸς τὴν σωτηρίαν τῶν δεομένων. Εὑρίσκει δὲ ἡ θλῖψις πάντα τὸν δίκαιον διὰ τὴν τοῦ βίου ἐπιτήδευσιν. Ὁ γὰρ ἐκκλίνων μὲν τὴν πλατεῖαν καὶ εὐρύχωρον ὁδὸν, ὁδεύων δὲ τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην, εὑρίσκεται ὑπὸ τῶν θλίψεων. Ἐμψύχως τὸν λόγον ἐσχημάτισεν ὁ Προφήτης εἰπών· *Ἐν θλίψεσι ταῖς εὑρούσαις ἡμᾶς σφόδρα.* Ὥσπερ γὰρ ζῶα ἔμψυχα καταλαμβάνουσιν ἡμᾶς, ἐργαζόμεναι ὑπομονὴν, καὶ διὰ τῆς ὑπομονῆς δοκιμὴν, καὶ διὰ τῆς δοκιμῆς ἐλπίδα. Ὅθεν καὶ ὁ Ἀπόστολός φησι· *Διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ* (30)· καὶ, *Πολλαὶ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων.* Ἀλλ' ὁ γενναῖος καὶ B ἀταράχως τὸν ἐκ τῆς θλίψεως πειρασμὸν ὑπομείνας ἐρεῖ, ὅτι *Ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς.* Καὶ τοσοῦτον ἀπέχει ἀπαυδᾷν καὶ ἀποκνεῖν ἐν ταῖς θλίψεσιν, ὅτι καὶ καυχήματος ἀφορμὴν τὸ ὑπερβάλλον τῶν κακῶν ποιεῖται λέγων, ὅτι *Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμενοι ἐν ταῖς θλίψεσι.*

(16) Ita Colbertini primus, quintus, sextus et septimus, perinde atque Regii tertius et quartus. Editi cum Regiis secundo et sexto ἠπατημένῃ.

(17) Illud, περὶ ἡμῶν, abest a quatuor mss.

(18) Reg. tertius τοῦ Χριστοῦ κάθοδον. Ibidem editio Paris. τὴν εἰς ᾅδου. Deest τὴν in iis quos vidimus codicibus et in editione Basil.

(19) Illa, Μὴ φοβοῦ, φησὶν, ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος, desunt quidem in editis et in Colb. septimo : sed leguntur in Regiis primo, secundo, tertio, quarto et sexto, inque Colbertinis primo, quinto et sexto. Statim Reg. tertius ἔτι καὶ τοῖς υἱοῖς.

Digitized by Google

si nusquam sit providentia Dei, quæ res humanas inspiciat; aut sit quidem fortassis inspectio divina, sed ea nequaquam ad terrestrem locum pertingat, adeo ut res quoque nostras **187** intueatur; etenim si esset providentia, unicuique distribueret propria, sic ut divites quidem essent justi, qui divitiis uti scirent: pauperes vero essent mali, quibus divitiæ instrumentum forent suæ ipsorum iniquitatis. Cum igitur multi sint inter gentes atque terrigenas, qui talia sentiunt, quique propter apparentem inæqualitatem distributionis rerum ad vitam pertinentium, mundum citra providentiam regi suspicantur; hos compellat sermo, ineruditum ipsorum motum coercens: quos ipso etiam initio ad audienda dogmata invitabat. Aut etiam privatim ad solam pauperis personam orationem convertit, dicens: *Ne timeas, cum dives factus fuerit homo.* Illi enim vel maxime indigent consolatione, ne potentiores reformident. Nulla enim, inquit, utilitas est diviti morienti, cum non queat secum auferre divitias; qui scilicet id ex earum possessione lucratus sit solum, quod ipsius anima in hac vita ab adulatoribus beata prædicata sit. Verum cum moritur, non assumet, inquit, omnem hanc opulentiam: vix indumentum accipiet, quo pudenda ejus tegantur, idque, si visum fuerit famulis ipsum amicientibus. Bene cum eo actum fuerit, si exiguam terram sortiatur, eamque ipsi a funeris curatoribus datam ob commiserationem: qui ei isthæc præstant, ob communis humanæ naturæ reverentiam, non ei hæc largientes, sed humanam naturam honore afficientes. Proinde ne sis pusillo animo circa præsentia: sed exspecta beatam illam et perpetuam vitam. Tunc enim videbis paupertatem, et ignominiam, et deliciarum privationem ei qui justus est bene cedere. Et ne conturberis nunc propter ea quæ putantur bona, tanquam injuste sint divisa. Audies enim quomodo dicetur diviti quidem: *Recepisti bona tua in vita tua*[1]; pauperi vero quod acceperit mala in vita sua. Quapropter ut hic jure ac merito reperit consolationem, ita ille dolore cruciatur. VERS. 19. *Confitebor tibi, cum benefeceris ei.* Loquitur de homine terreno, et qui bona esse existimat solas vitæ hujus prærogativas, spes, sanitatemque et potentiam. De hoc isto dicit, quod Deo confitebitur, cum fuerit affectus beneficiis; in adversis autem omnem proferat blasphemiam. Nam relicto paupere, Deum jam alloquitur: in redarguendis divitiis etiam hoc adhibens, quod dives in sola opulentia Deo agat gratias,

A οὐδαμοῦ ἔστι πρόνοια Θεοῦ ἐπισκοποῦσα τὰ ἀνθρώπινα· ἢ ἐστι μέν που τάχα ἡ θεία ἐπισκοπή, οὐ μὴν καὶ πρὸς τὸν περίγειον τόπον φθάνει, ὥστε καὶ τὰ ἡμέτερα ἐφορᾷν. Εἰ γὰρ πρόνοια ἦν, ἑκάστῳ μερίζουσα τὰ οἰκεῖα, ὥστε πλουτεῖν μὲν τοὺς δικαίους, τοὺς ἐπισταμένους τῷ πλούτῳ χρήσασθαι, πένεσθαι δὲ τοὺς πονηροὺς τοὺς ἔχοντας (20) ὄργανον τῆς οἰκείας πονηρίας τὸν πλοῦτον. Ἐπεὶ οὖν πολλοί εἰσιν ἐν τοῖς ἔθνεσι καὶ τοῖς γηγενέσιν οἱ τὰ τοιαῦτα φρονοῦντες, καὶ διὰ τὴν φαινομένην ἀνωμαλίαν τοῦ ἐπιμερισμοῦ τῶν βιωτικῶν πραγμάτων ἀπρονόητον εἶναι τὸν κόσμον ὑπολαμβάνοντες· τούτοις διαλέγεται ὁ λόγος, καταστέλλων αὐτῶν τὴν ἀπαίδευτον κίνησιν· οὓς καὶ ἐν προοιμίοις ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν τῶν διδαγμάτων ἐκάλει. Ἤ που καὶ πρὸς μόνον ἰδίως τὸ πρόσ-
B ωπον τοῦ πένητος ἀποτείνεται λέγων· *Μὴ φοβοῦ, ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος.* Οὗτοι γὰρ καὶ μάλιστα παραμυθίας δέονται πρὸς τὸ μὴ ὑποπτήσσειν τοὺς ὑπερέχοντας. Οὐδὲν γάρ, φησὶν, ὄφελος τῷ πλουσίῳ ἀποθνήσκοντι, μὴ δυναμένῳ λαβεῖν τὸν πλοῦτον σὺν ἑαυτῷ· ὅς γε τοσοῦτον ἀπὸ τῆς ἀπολαύσεως ἐκέρδαινε μόνον, ὅσον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ (21) παρὰ τῶν κολάκων μακαρισθῆναι. Ἐν δὲ τῷ ἀποθνήσκειν, οὐ λήψεται, φησὶ, πᾶσαν ταύτην τὴν περιβολήν· μόλις ἑνδυμα λήψεται καλύπτον αὐτοῦ τὰ ἀσχήμονα· καὶ τοῦτο, ἐὰν δόξῃ τῶν οἰκετῶν τοῖς περιστέλλουσιν. Ἀγαπητὸν αὐτῷ γῆς ὀλίγης λαχεῖν· καὶ ταύτης δι' οἴκτου διδομένης αὐτῷ παρὰ
C τῶν κηδευόντων, οἵτινες αὐτῷ παρέχονται ταῦτα αἰδοῖ τῆς κοινῆς καὶ (22) ἀνθρωπίνης φύσεως, οὐκ αὐτῷ χαριζόμενοι, ἀλλὰ τιμῶντες τὴν ἀνθρωπότητα. Μὴ μικροψύχει οὖν περὶ τὰ παρόντα, ἀλλὰ ἀνάμενε τὴν μακαρίαν ἐκείνην ζωὴν καὶ ἀπέραντον. Ὄψει γὰρ τότε, ὅτι πρὸς καλοῦ γίνεται τῷ δικαίῳ ἡ πενία, καὶ ἡ ἀδοξία, καὶ ἡ στέρησις τῆς τρυφῆς. Καὶ μὴ ταραχθῇς νῦν ἐπὶ τοῖς νομιζομένοις ἀγαθοῖς, ὡς ἀδίκως μεριζομένοις. Ἀκούσῃ γὰρ πῶς τῷ μὲν πλουσίῳ λεχθήσεται· *Ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου·* τῷ δὲ πένητι, ὅτι ἀπέχει τὰ κακὰ ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ. Διόπερ ἀκολούθως ὁ μὲν παρακαλεῖται, ὁ δὲ ὀδυνᾶται. *Ἐξομολογήσεταί σοι, ὅταν ἀγαθύνῃς αὐτῷ* (23). Περὶ τοῦ χοϊκοῦ ἀνθρώπου καὶ ἀγαθὰ
D νομίζοντος εἶναι μόνα τὰ τοῦ βίου τούτου προτερήματα, πλοῦτον, καὶ ὑγίειαν, καὶ δυναστείαν, περὶ τούτου φησὶν, ὅτι ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ, ὅταν ἀγαθύνηται· ἐν δὲ τοῖς περιστατικοῖς πᾶσαν ἀφίησι δυσφημίαν. Καταλιπὼν γὰρ τὸν πένητα, πρὸς τὸν Θεὸν ἤδη ποιεῖται τὸν λόγον· ἐν κατηγορίᾳ τῇ τοῦ πλούτου (24) παραλαμβάνων καὶ τὸ ἐν τῇ εὐθηνίᾳ

[1] Luc. xvi, 25.

(20) Sic Regii primus, secundus, tertius et sextus, non secus ac Colbertini tertius, quintus et septimus cum editione Basileensi. Editio vero Paris. cum Colb. sexto τοὺς μὴ ἔχοντας, non emendate.

(21) Reg. tertius ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ.

(22) Sic quinque mss. Deest καί in editis.

(23) Sic mss. octo cum editione Romana. Editi vero et Colb. sextus ἀγαθύνῃς αὐτόν. Mox Colbertini sextus et septimus cum Reg. tertio ἐξομολογήσεται.

(24) Editi cum mss. non paucis ἐν κατηγορίᾳ τὰ τοῦ πλούτου. At Coisl. ἐν κατηγορίᾳ τῇ τοῦ πλούτου. Combefisius ex Catena legendum censet ἐν τῇ κατηγορίᾳ τοῦ πλούτου: a qua conjectura codex Coisl. non multum abludit. Ibidem editi et mss. nonnulli καὶ τὸ ἐν τῇ. Alii quidam mss. καὶ τοῦτο ἐν τῇ. Reg. quartus καὶ τοῦτο τὸ ἐν τῇ.

Digitized by Google

μόνῃ εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, σκυθρωποτέρων δέ τινων περιστάντων, μηκέτι τὸν αὐτὸν διαμένειν. Τοιοῦτον γάρ ἐστι καὶ τὸ τοῦ διαβόλου εἰς κατηγορίαν προσφερόμενον τῷ (25) Ἰὼβ, ὅτι οὐ δωρεὰν σέβεται Ἰὼβ τὸν Κύριον, ἀλλὰ μισθὸν ἔχει τῆς εὐσεβείας τὸν πλοῦτον, καὶ τὰ λοιπά. Διὸ καὶ εἰς ἀπόδειξιν τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀρετῆς ἐγύμνωσεν αὐτὸν ὁ Θεὸς ὧν εἶχεν, ἵνα διὰ πάντων διαφανῇ τὸ πρὸς Θεὸν εὐχάριστον τοῦ ἀνθρώπου.

11. *Εἰσελεύσῃ* (26) *ἕως γενεᾶς πατέρων αὐτοῦ.* Οἶμαι λέγειν περὶ τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὅτι τοσοῦτον ἐπιγινώσκει Θεὸν (27), ὅσον ἡ τῶν πατέρων αὐτοῦ συνήθεια παραδέδωκε· τῇ δὲ οἰκείᾳ τοῦ φρονεῖν δυνάμει οὐδὲν πλέον προσκτᾶται, οὐδὲ προστίθησιν ἑαυτῷ εἰς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν. Τοσοῦτον οὖν, φησὶ, παραγίνῃ σὺ, ὁ Θεὸς, καὶ τοσαύτη ἐστὶν ἐν αὐτῷ ἡ περὶ σοῦ ἔννοια, ὅση ἐν τῇ γενεᾷ τῶν πατέρων αὐτοῦ ὑπῆρχε. Καὶ ἐνταῦθα τὸ ἀργὸν πολὺ τῆς διανοίας καὶ ὅλον γήϊνον καὶ φιλόσαρκον τοῦ ἐν πλούτῳ καὶ τρυφῇ κυλιομένου παρίστησι, καὶ τοῦ ὑπὲρ τῶν βιωτικῶν μεριμνῶν καταπεπνιγμένον τὸν νοῦν ἔχοντος. *Διὰ τοῦτο ἕως αἰῶνος οὐκ ὄψεται φῶς.* Οἱ γὰρ τυφλοῖς διδασκάλοις τὴν ὁδηγίαν ἑαυτῶν ἐπιτρέψαντες ἐστέρησαν ἑαυτοὺς τῆς τοῦ φωτὸς ἀπολαύσεως. Ἔχει δὲ (28) καί τινα τοιοῦτον νοῦν τὸ, *Εἰσελεύσῃ ἕως γενεᾶς πατέρων αὐτοῦ.* Τουτέστι, τοὺς ἐν πονηρῷ βίῳ καὶ δόγμασι πατρίοις μὲν, ἀλλοτρίως δὲ ἔχουσι πρὸς τὴν εὐσέβειαν, καταληφθέντας (29), οὐκ αὐτοὺς ἐκδικεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀρχηγοὺς τῶν μοχθηρῶν διδαγμάτων ἐπιζητεῖς. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ λεγόμενον (30)· *Εἰσελεύσῃ ἕως γενεᾶς πατέρων αὐτοῦ.* Οὐ γὰρ μόνον ὁ πονηρὰς ἔχων περὶ Θεοῦ ἐννοίας ὑπαίτιος, ἀλλὰ καὶ ὁ τούτων πρὸς τὴν ἀπώλειαν ταύτην καθηγησάμενος. Τοιοῦτοι δὲ οἱ καὶ τὴν προγόνων κακίαν διαδεξάμενοι, καὶ δυσέκνιπτον ἔχοντες, διὰ τὸ χρονίῳ ἕθει βεβαιωθῆναι. *Ἕως αἰῶνος οὐκ ὄψεται φῶς.* Πέμπονται γὰρ *Εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων·* καὶ τοῦτο κατὰ τὴν δικαίαν κρίσιν τοῦ Θεοῦ ὑπομένουσιν, ἐπειδὴ ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, διὰ τοῦ τὰ φαῦλα (31) πράσσειν, ἐμίσουν τὸ φῶς. *Ἄνθρωπος, ἐν τιμῇ ὢν, οὐ συνῆκε· παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς.* Σχετλιαστικὴ ἡ φωνή. Ἄνθρωπος, ὁ βραχύ τι παρ' ἀγ-

A nec amplius idem permaneat, ubi res aliquæ tristiores acciderint. Tale enim est etiam illud diaboli, in criminis loco objectum Jobo, quod Job non gratis colat Dominum [a], sed divitias mercedem pietatis obtineat, et reliqua. Idcirco etiam ad ostendendam viri virtutem, eum iis quæ possidebat privavit Deus, ut in omnibus gratus hominis in Deum animus innotesceret.

11. VERS. 20. *Introibis usque in progenies patrum ipsius.* **188** Arbitror eum hoc de peccatore dicere, quod tantum cognoscit Deum, quantum patrum ipsius consuetudo tradidit; propria vero sapiendi facultate nihil amplius acquirit, neque parat sibi quidquam ad veritatis agnitionem. Tantum igitur, in-
B quit, accedis tu, Deus, et tanta ei de te inest intelligentia, quanta in generatione patrum ipsius exstitit. Et hic animum valde inertem et totum terrenum ac carni addictum exhibet ejus, qui in divitiis deliciisque volutatur, ac mentem habet hujus vitæ curis suffocatam. *Quapropter usque in æternum non videbit lumen.* Qui enim se cæcis doctoribus ducendos commiserint, semetipsos lucis usu privaverunt. Quin et talem quemdam sensum habet illud, *Introibis usque in progenies patrum ipsius.* Hoc est, eos, qui in mala vita et dogmatibus paternis quidem, sed a pietate alienis, deprehensi sunt, non ulciscceris modo, sed auctores etiam pravorum dogmatum inquiris. Atque hoc est quod dicitur: *Introibis usque in progenies patrum ipsius.*
C Non enim solum qui prave de Deo sentit, reus est: sed etiam qui aliis ad hanc perditionem præivit. Ejusmodi autem sunt et qui majorum malignitatem suscepere: quæ, quod diutina consuetudine corroborata est, elui vix potest. *Usque in æternum non videbit lumen.* Mittuntur enim *In tenebras exteriores, ubi erit fletus et stridor dentium* [b]; idque justo Dei judicio patiuntur, cum in hac vita inter mala patranda oderint lumen. VERS. 21. *Homo cum in honore esset, non intellexit; comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis.* Miserabilis vox. Homo, paulo angelis inferior [c], de quo et Salomon ait: Magnum quiddam est homo, et res pretiosa vir misericors [d]: hic ipse, eo quod propriam
D

[a] Job I, 9. [b] Matth. VIII, 12. [c] Hebr. II, 7, 9. [d] Prov. XX, 6.

(25) Codex Combef. cum Coisl. προφερόμενον τῷ. Aliquanto post Colb. primus τὸν Θεόν.

(26) Regii secundus, tertius et sextus et editio Basil. εἰσελεύσῃ, *introibis*: quam scripturam et hi tres codices et editio Basil. in duobus locis sequentibus constanter exhibent. Et ita scripsisse Basilium tota orationis series aperte ostendit. Ita quoque olim legebatur apud tres interpretes, auctore Theodoreto. At Colbertini sextus et septimus, et Reg. quartus, et Oliv. et LXX et editio Paris. εἰσελεύσεται, *introibit*. Ubi notandum, hic quidem in ultimis tribus codicibus legi εἰσελεύσεται: sed infra in iisdem semel aut iterum legi εἰσελεύσῃ.

(27) Ait Combefisius legi fœdo errore in Catena, τοσοῦτον ἐπιγινώσκει ὁ Θεός, id quod ita reddidit Corderius, *quod tantum cognoscat eum Deus*, etc. Hoc idem peccatum et in editione Basil. et in Regiis secundo, tertio et quarto pariter reperitur. Sed tamen scripturam veram, τοσοῦτον ἐπιγινώσκει Θεόν, tuentur tum editio Parisiensis, tum Colbertini quintus, sextus et septimus. Ibidem editio Basil. et Regii secundus, tertius et quartus cum Coisl. ὅτι τῇ τῶν πατέρων αὐτοῦ συνηθείᾳ παραδέδοται.

(28) Sic mss. septem. Abest δέ ab editis.

(29) Editio Basil. et quatuor mss. καταλειφθέντας. Editio vero Paris. cum Colb. quinto et cum Reg. sexto καταληφθέντας.

(30) Regii tertius et quartus λεγόμενον ὅτι. Statim Reg. tertius ἀλλὰ καὶ ὁ τούτου. Editi et multi mss. τούτων.

(31) Reg. tertius διὰ τὸ τὰ φαῦλα.

Digitized by Google

non percepit dignitatem, sed carnis cupiditatibus succubuit, *Comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis.*

A γέλους ἐλαττωθείς, περὶ οὗ καὶ ὁ Σολομών φησι· Μέγα ἄνθρωπος, καὶ τίμιον ἀνὴρ ἐλεήμων· οὗτος διὰ τὸ μὴ αἰσθανθῆναι τοῦ οἰκείου ἀξιώματος, ἀλλ' ὑποκῦψαι τοῖς πάθεσι τῆς σαρκὸς, *Παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς.*

IN PSALMUM LIX.

1. Cum vestram ad audiendum alacritatem, mearumque virium debilitatem intueor, similitudo pueri cujuspiam animum subit: qui quidem jam robustior est, necdum tamen a lacte depulsus fuit, sed maternam mamillam præ infirmitate exsiccatam divexat: cui mater, etiam si siccos lactis fontes habere se sentiat, quia tamen trahitur et ab ipso vellicatur, mammam porrigit; non ut nutriat infantem, sed ut ipsum ejulantem sedet. Et quidem tametsi vires nostræ longa **189** hac ac B varia corporis ægritudine exaruerunt, nihilominus tamen præsto sunt vobis, non ministraturæ delicias eximias, sed quod utcunque vobis satisfacere possit: quippe amoris vestri magnitudini satis est, si vel sola voce desiderium in me vestrum leniatur. Salutetur igitur Dei Ecclesia, ac dicere discat quod modo legebamus: VERS. 13. *Da nobis auxilium de tribulatione: et vana salus hominis.* Quare fortassis ne causari quidem infirmitatem sinit psalmi sententia: siquidem afflictio, non debilitatis prætextus auxilium opemque conciliat. Qui ergo sunt repulsi ob peccata, ac deinde Dei misericordia rursus admissi, iis fuerit opportunum dicere: VERS. 3. *Deus, repulisti nos, et destruxisti* C *nos: iratus es, et misertus es nostri.* Vel potius, quoniam de psalmi sententia incidit sermo, age, expositionem ejus aliquatenus attingamus.

2. Historia præsentis psalmi, ad verbum quidem, secundum inscriptionem, nusquam hoc tempore in traditis divinitus historiis invenitur. Attamen aliqua huic non imparia ab iis qui diligenter inquirunt, in secundo Regnorum libro reperientur, in quo scriptum est: *Et percussit David Adrazar filium Raab, regem Soba, eum iret ipse ad imponendam manum suam super flumen Euphratem. Et cepit David de rebus ejus mille currus, et septem millia equitum, et viginti millia virorum peditum. Et dissolvit David omnes currus, et dereliquit ex eis centum currus* [7]. Et paulo post dicit: *Et regnavit David super Israel,* D

[7] II Reg. VIII, 3, 4.

(32) Editio Paris. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν νθ' ψαλμόν. Εἰς τὸ τέλος τοῖς ἀλλοιωθησομένοις· Ἔτι εἰς στηλογραφίαν τῷ Δαβὶδ εἰς διδαχήν, ὁπότε ἐνεπύρισε τὴν Μεσοποταμίαν Συρίας, καὶ τὴν Συρίαν Σοβᾶ, καὶ ἐπέστρεψεν Ἰωὰβ, καὶ ἐπάταξε τὸν Ἐδὼμ ἐν τῇ φάραγγι τῶν Ἁλῶν, δώδεκα χιλιάδας. *In finem iis qui immutabuntur; adhuc in tituli inscriptionem ipsi David in doctrinam, cum succendit Mesopotamiam Syriæ, et Syriam Soba, et convertit Joab, et percussit Edom in valle Salinarum, duodecim millia.* Hic titulus neque in nostris undecim mss. neque in editione Basileensi reperitur. Idcirco autem additum eum fuisse a typographis putamus, quod lucis aliquid Basilianæ explanationi afferre videatur.

(33) Ita Regii secundus, tertius et quartus. Deest

ΕΙΣ ΤΟΝ ΡΝΘ' ΨΑΛΜΟΝ (32).

1. Πρὸς τὸ πρόθυμον ἀφορῶντα τῆς ὑμετέρας ἀκοῆς, καὶ τὸ τῆς ἐμαυτοῦ δυνάμεως ἀσθενὲς, ὑπῆλθέ με τις εἰκὼν παιδίου νεανικωτέρου λοιπόν, οὔπω μέντοι ἀπογεγαλακτισμένου, διοχλοῦντος δὲ (33) τὴν μητρῴαν θηλὴν ὑπ' ἀῤῥωστίας κατεψυγμένην· ᾧ κἂν αἰσθάνηται ἡ μήτηρ ξηρὰς ἔχουσα τὰς πηγὰς τοῦ γάλακτος, ἑλκομένη καὶ σπαρασσομένη παρ' αὐτοῦ τὸν μαζὸν ἐπιδίδωσιν· οὐχ ἵνα θρέψῃ τὸ νήπιον, ἀλλ' ἵνα παύσῃ κλαυθμυριζόμενον. Καὶ τοίνυν εἰ καὶ τὰ ἡμέτερα κατεξηραμμένα τῇ μακρᾷ ταύτῃ καὶ ποικίλῃ τοῦ σώματος ἀῤῥωστίᾳ, ὅμως πρόκειται ὑμῖν, οὐκ ἀπόλαυσιν ἀξιόλογον, ἀλλὰ πληροφορίαν τινὰ παρεχόμενα, διότι τῆς ἀγάπης ὑμῶν τὸ ὑπερβάλλον ἀρκεῖται καὶ μόνῃ τῇ φωνῇ τὸν ἐφ' ἡμῖν πόθον (34) καταπραῦναι. Προσειρήσθω τοίνυν ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, καὶ διδασκέσθω λέγειν ὅπερ ἀρτίως ἐλέγομεν· *Δὸς ἡμῖν βοήθειαν ἐκ θλίψεως, καὶ ματαία σωτηρία ἀνθρώπου.* Ὥστε τάχα οὐδὲ τὸ προφασίζεσθαι ἀῤῥωστίαν ἡμῖν ἡ τοῦ ψαλμοῦ διάνοια συγχωρεῖ, εἴπερ ἡ θλῖψις βοηθείας πρόξενος, ἀλλ' οὐκ ἀσθενείας ἐστὶν ἀφορμή. Τοῖς οὖν ἀπωσμένοις διὰ τὰς ἁμαρτίας, εἶτα διὰ φιλανθρωπίαν Θεοῦ (35) πάλιν προσδεχθεῖσιν εὔκαιρον λέγειν· *Ὁ Θεὸς, ἀπώσω* C *ἡμᾶς, καὶ καθεῖλες ἡμᾶς· ὠργίσθης, καὶ ᾠκτείρησας ἡμᾶς.* Μᾶλλον δὲ, ἐπειδὴ εἰς ἀκολουθίαν ὁ λόγος τῆς τοῦ ψαλμοῦ διανοίας ἐνέπεσε, δεῦρο μετρίως ἀψώμεθα αὐτοῦ τῆς ἐξηγήσεως.

2. Ἡ ἱστορία τοῦ προκειμένου ψαλμοῦ αὐτολεξεὶ μὲν, κατὰ τὴν ἐπιγραφὴν, οὐδέπω καὶ νῦν εὕρηταί που κειμένη τῶν θεοπνεύστων ἱστοριῶν· τὰ μέντοι ἰσοδυναμοῦντα αὐτῇ τοῖς φιλοπόνως ἐρευνῶσιν ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ τῶν Βασιλειῶν εὑρεθήσεται, ἐν ᾗ γέγραπται· *Καὶ ἐπάταξε Δαβὶδ τὸν Ἀδραζὰρ υἱὸν Ῥαὰβ* (36), *βασιλέα Σωβᾶ, πορευομένου αὐτοῦ ἐπιστῆσαι τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ποταμὸν Εὐφράτην. Καὶ προκατελάβετο Δαβὶδ τῶν αὐτοῦ χίλια ἅρματα, καὶ ἑπτὰ χιλιάδας ἱππέων, καὶ εἴκοσι χιλιάδας ἀνδρῶν πεζῶν. Καὶ παρέλυσε Δαβὶδ* D *πάντα τὰ ἅρματα, καὶ ὑπελείπετο ἐξ αὐτῶν ἑκα-*

δὲ in multis aliis mss. et in editis.

(34) Editio Basil. et Regii secundus, tertius et sextus cum Colb. tertio τὸν ἐφ' ὑμῖν πόθον. Editio Paris. et multi alii mss. τὸν ἐφ' ἡμῖν πόθον.

(35) Illa, διὰ φιλανθρωπίαν Θεοῦ, jamdudum annotavit Ducæus ex Anglic. et Oliv. addita fuisse. Annotare nostrum est, hoc idem et in nostris quoque codicibus inveniri. Infra pro ἐξηγήσεως legitur in Reg. tertio διηγήσεως.

(36) Editio Paris. υἱὸν Ῥαάβ. Editio Basil. et tres mss. υἱὸν Ῥαάφ. At codex Combef. et alii sex mss. υἱὸν Μωάβ. Ibidem Editi et Colb. septimus βασιλέως Σωβᾶ. Sed Oliv. et Anglic. cum aliis decem mss. βασιλέα Σωβᾶ.

Digitized by Google

τὸν ἅρματα. Καὶ μετὰ βραχέα λέγει· *Καὶ ἐβασίλευσε* (37) *Δαβὶδ ἐπὶ Ἰσραὴλ, καὶ ἦν Δαβὶδ ποιῶν κρίμα καὶ δικαιοσύνην, καὶ Ἰωὰβ υἱὸς Σαρουΐας ἐπὶ τῆς στρατιᾶς.* Καὶ μετ' ὀλίγα· *Καὶ ἀπέστειλαν οἱ υἱοὶ Ἀμμὼν, καὶ ἐμισθώσαντο τὴν Συρίαν Ῥοὼβ* (38), *καὶ τὴν Συρίαν Σωβᾶ εἴκοσι χιλιάδας ἀνδρῶν· καὶ εἶδεν Ἰωὰβ, ὅτι ἐγενήθη πρὸς αὐτὸν ἀντιπρόσωπον τοῦ πολέμου, καὶ ἐπέλεξεν* (39) *ἐκ πάντων τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ παρετάξαντο* (40) *ἐξεναντίας Συρίας. Καὶ εἶδον οἱ δοῦλοι Ἀδραζὰρ, ὅτι ἔπταισαν ἀπέναντι Ἰσραὴλ, καὶ ἠτιμάσησαν ἐπὶ Ἰσραὴλ, καὶ ἐδούλευσαν αὐτοῖς.* Ταύτῃ τῇ περικοπῇ (41) τῆς ἱστορίας εὑρίσκομεν τὴν ἐπιγραφὴν τοῦ ψαλμοῦ συμβαίνουσαν· πλὴν γε ὅτι ὁ χρόνος ἐστὶ τῆς στηλογραφίας ταύτης, καθ' ὃν λσμπρότατος ἑαυτοῦ καὶ περιφανέστατος ἦν ἐν τοῖς κατὰ πόλεμον ἀνδραγαθήμασιν ὁ Δαβίδ. Ὥστε ζητήσεως ἄξιον, πῶς ἀπὸ ὀδυρμῶν καὶ θρήνων ἄρχεται, δέον περιχαρῆ εἶναι καὶ εὔθυμον ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν. Ἄλλαι γὰρ ἑορταζόντων φωναὶ, καὶ ἄλλαι σκυθρωπαζόντων. Ἐπινίκια δὲ ἑορτῆς ὑπόθεσις πανδήμου, οὐ στρατιώταις μόνον, ἀλλὰ καὶ γεωργοῖς, καὶ ἐμπόροις, καὶ χειροτέχναις, καὶ πᾶσι τοῖς μετέχουσι τῶν ἀγαθῶν τῆς εἰρήνης. Πῶς οὖν (42), *Ὁ Θεὸς, ἀπώσω ἡμᾶς, καὶ καθεῖλες ἡμᾶς;* Καὶ μὴν προσελάβετο τοὺς νενικηκότας. Πῶς δὲ καθεῖλεν οὓς τοσοῦτον ηὔξησε, προσθεὶς αὐτοῖς ὅπλα, καὶ ἅρματα, καὶ ἵππους, καὶ ὑπηκόους καὶ χώραν ὑπόφορον, τὴν Ἀραβίαν πᾶσαν, τὴν Φοινικὴν (43), τὴν Μέσην τῶν ποταμῶν; Ἄξιον ἐπιστῆσαι, μή τινα ἀχαριστίαν ἔχει τὰ ῥήματα. Ὁ γὰρ ἀνελὼν μὲν πρότερον τὸν Ἀδραζὰρ βασιλέα Σωβᾶ, λαβὼν δὲ παρ' αὐτοῦ χίλια ἅρματα, καὶ ἑπτὰ χιλιάδας ἱππέων, καὶ εἴκοσι χιλιάδας πεζῶν, πάλιν δὲ τὸν Συρίας βασιλέα ἐπιβοηθοῦντα τῷ ἑπταικότι δουλωσάμενος, καὶ ὑπόφορον καταστήσας, καὶ ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ εἴκοσι καὶ δύο χιλιάδας (44) αὐτοῦ καταφονεύσας, καὶ τρίτην νίκην τοὺς υἱοὺς Ἀμμὼν νικήσας παραταξαμένους παρὰ τὴν θύραν τῆς πόλεως διὰ Ἰωὰβ τοῦ ἀρχιστρατήγου, ὃς διελὼν δίχα τὴν δύναμιν, τοῖς μὲν ἀπήντα κατὰ πρόσωπον, τοὺς δὲ κατὰ νότου περιελθὼν ἐχειρώσατο· πῶς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἀνδραγαθήμασι στυγνὰ οὕτω καὶ κατηφῆ φθέγγεται, λέγων· *Ὁ Θεὸς, ἀπώσω ἡμᾶς, καὶ καθεῖλες ἡμᾶς· ὠργίσθης, καὶ ὠκτείρησας ἡμᾶς;* Ἀλλ' ὁ μὲν καιρὸς τῆς στηλογραφίας οὗτος ἦν ὁ τῶν κατορθωμάτων· ἡ δὲ δύναμις τῶν γεγραμμένων εἰς τὸ τέλος ἔχει τὴν ἀναφοράν·

A *et erat David faciens judicium et justitiam, et Joab filius Sarviæ super exercitum erat*[8]. Nec multo post: *Et miserunt filii Ammon, et mercede conduxerunt Syriam Rhoob, et Syriam Soba viginti millia hominum: et vidit Joab, quod esset ad se contraria facies prælii; et elegit ex omnibus filiis Israel, et struxerunt aciem ex adverso Syriæ. Et viderunt servi Adrazar, quod ceciderunt ante Israel, et transfugerunt ad Israel, et servierunt eis*[9]. Inscriptionem psalmi huic fragmento historiæ reperimus convenire, nisi quod tituli hujus inscriptio id tempus spectat, quo David ob res bello fortiter gestas, multo clarissimus erat ac illustrissimus. Quare par fuerit quærere, qua ratione a luctu et lamentis ordiatur, cum ipsum ob præclara facinora perlætum esse oporteret ac valde hilarem. B Aliæ enim sunt festum diem agentium voces, aliæ tristium. Epinicia autem argumentum sunt communis celebritatis, non militibus solum, sed etiam agricolis et mercatoribus et artificibus, et omnibus qui bonorum pacis participes fiunt. Quomodo igitur, *Deus, repulisti nos, et destruxisti nos?* Atqui eos effecerat victores. Quomodo autem destruxit, quos adeo locupletavit, tradens ipsis arma, et currus, et equos, et subditos, ac regionem vectigalem, Arabiam omnem, Phœnicem, Mesopotamiam? Num vitium aliquod ingrati animi verba isthæc **190** præ se ferant, scire operæ pretium est. Qui enim prius Adrazar regem Soba evertit, eique currus mille eripuit, et septem millia equitum, et viginti millia peditum, quique rursus Syriæ regem lapso suppetias ferentem redegit in servitutem, fecitque vectigalem, ac in uno temporis momento viginti duo millia ipsius occidit, et tertia victoria filios Ammon, qui aciem instruxerant juxta civitatis portam, per Joab exercitus ducem devicit, qui viribus suis in duas partes divisis, aliis quidem occurrit a fronte, alios vero a tergo adortus subegit: quomodo post ejusmodi strenua facta, adeo tristia ac mœsta profert, dicens: *Deus, repulisti nos, et destruxisti nos: iratus es, et misertus es nostri?* Porro tempus quidem inscriptionis tituli, illud erat, quo egregia facinora perpetravit: vis vero eorum quæ scripta sunt, ad finem refertur; cum autem finem dicit, qui in sæculorum consummatione eventurus est. Quapropter et iis, qui immutabuntur, scriptum psalmum esse dicit. Potest autem id intelligi de omni omnino hominum genere, quod

C

D

[8] II Reg. VIII, 15, 16. [9] II Reg. X, 6, 9, 19.

(37) Ita mss. septem. Editi ἐβασίλευε. Ibidem editio Paris. ἐπὶ πάντα Ἰσραήλ. Sed quin fuerit ex Bibliis adjecta vox πάντα, dubitari vix posse arbitramur, cum et in editione Basil. et in nostris undecim mss. pariter desit.

(38) Editio Paris. Ῥαάβ. At mss. tres cum LXX Ῥοώβ.

(39) Editio Basil. et mss. septem ἐπέλεξεν. Editio Paris. cum Bibliis ἐπελέξατο. Reg. secundus ἐπέλεξαν.

(40) Corrigendum esse hunc locum ex Oliv. et Anglic. putat Ducæus, aitque pro παρετάξαντο legendum esse παρετάξατο. Sed cum vulgatam lectionem et mss. nostri omnes et LXX ex æquo tueantur, nihil innovandum censuimus.

(41) Editi τῇ προκοπῇ. At Oliv. et Anglic. cum nostris duodecim mss. τῇ περικοπῇ, bene.

(42) Sic editio Basil. cum sex mss. Editio vero Paris. Πῶς οὖν φησιν. Mox editi πῶς δὲ καί. Deest καί in mss. non paucis.

(43) Alia est interpunctio in Coisl. Ἀραβίαν, πᾶσαν τὴν Φοινίκην, *Arabiam, Phœnicen omnem.*

(44) Videtur legisse interpres εἴκοσι χιλιάδας, cum vertat, *viginti millia.* Sed et in Oliv. et in aliis mss. non paucis legitur εἴκοσι καὶ δύο χιλιάδας, *viginti duo millia*, et ita editum invenimus II Reg. VIII, 5.

Digitized by Google

ad omnes hujus psalmi utilitas perveniat. Qui enim immutantur, et qui immutabuntur, ii sunt qui neque eumdem corporis habitum servant, neque in eadem semper persistunt sententia : sed qui ut corpore alii efficiuntur juxta ætatum vicissitudines, ita mente pro casuum varietatibus permutantur. Alii namque sumus pueri, alii puberes, alii viri jam facti, ac consenescentes iterum omnino immutamur. Et alii quidem sumus in lætiore rerum statu : alii vero ex aliis efficimur, asperiore temporum casu usi : alii dum ægrotamus, alii dum valemus : alii in nuptiis, alii in luctu. Aut quoniam dictum non est, Iis qui immutantur, sed, *Iis qui immutabuntur*, voxque speciem prophetiæ præ se fert, quod futuri sit temporis ; convenientius fuerit, ut immutandos intelligamus eos, qui, relicta vana patrum suorum consuetudine, ex Evangelii disciplina vitam suam erant instituturi. Itaque non illius ætatis Judæis hic psalmus scriptus est, sed nobis immutandis, qui deorum multitudinem in pietatem, ac idolorum errorem in Conditoris nostri cognitionem mutavimus : qui pro repugnante legi voluptate, consentientem legi temperantiam elegimus : qui pro tibiis et choris ac ebrietate psalmum jejuniumque et precationem nobis vindicavimus. Proinde qui hunc psalmum dixerit scriptum nobis esse, a veritatis scopo haud aberrabit. Ideo et nostra sunt oracula divina, et ab Ecclesia Dei, tanquam dona divinitus missa, in singulis conventibus leguntur, velut alimentum quoddam animarum, quod a Spiritu subministretur. Sed et hic psalmus scriptus est ut in columna inscribatur ; hoc est, non negligenter et perfunctorie audiatur ; neque, quemadmodum cito delentur quæ in materia se **191** facile corrumpente scribuntur : sic in tuo animo isthæc ad breve tempus memoriæ insculpas, deinde ipsa confundi ac oblitterari sinas ; sed in tua anima ceu in columna incisa sint ; id est, immutabiliter ac firmiter per omne tempus in memoria insideant. Quod si nos repulerit Judæus, velut a scriptis alienos ; per hæc quæ scripta sunt, ipsum afficiamus pudore : sic ut ostendamus mixtam vocationem esse, quæ distantia colligit, et ea quæ procul absunt convocat, ac per fidem in Christum efficit multos unum. VERS. 7. *Meus est*, inquit, *Gulaad, et meus est Manasses*. Et Ephraim dixit, et Judam assumpsit, et annumeravit Moab. Quin et in Idumæam ascensurum se minatur, ac omnium simul subjectionem annuntiat : VERS. 10. *Mihi alienigenæ subditi sunt.*

A τέλος δὲ λέγει τὸ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἐκβήσεσθαι μέλλον. Διὸ καὶ τοῖς ἀλλοιωθησομένοις γεγράφθαι φησὶ τὸν ψαλμόν. Ἔστι δὲ ἁπαξαπλῶς περὶ παντὸς τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων νοῆσαι, ὡς εἰς πάντας τῆς ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ διαβαινούσης ὠφελείας. Ἀλλοιούμενοι γὰρ καὶ ἀλλοιωθησόμενοι οἱ μήτε τὴν τοῦ σώματος ἕξιν τὴν αὐτὴν διασώζοντες, μήτε ἐπὶ τῆς γνώμης ἀεὶ τῆς αὐτῆς βεβηκότες, ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμα κατὰ τὰς τῶν ἡλικιῶν μεταβολὰς ἀλλοιούμενοι, τὴν δὲ διάνοιαν πρὸς τὰς ποικιλίας τῶν συμπτωμάτων μετατιθέμενοι. Ἄλλοι μὲν γάρ ἐσμεν παῖδες, καὶ ἄλλοι ἔφηβοι, καὶ ἀνδρωθέντες ἕτεροι, καὶ ἀπογηράσαντες πάλιν παντελῶς ἀλλοιούμεθα (45). Καὶ ἄλλοι μὲν ἐν ταῖς φαιδροτέραις ἐσμὲν καταστάσεσι τῶν πραγμάτων· ἄλλοι δὲ ἐξ ἄλλων γινόμεθα τραχυτέρᾳ συντυ-

B χίᾳ καιρῶν κεχρημένοι· ἄλλοι νοσοῦντες, καὶ ἄλλοι εὐπαθοῦντες· ἄλλοι ἐν γάμοις, καὶ ἄλλοι ἐν πένθεσιν. Ἢ διὰ τὸ μὴ εἰρῆσθαι, Τοῖς ἀλλοιουμένοις, ἀλλὰ, *Τοῖς ἀλλοιωθησομένοις*, καὶ τὴν φωνὴν ἔνδειξιν ἔχειν προφητείας, τῷ εἰς τὸ μέλλον (46) ἐκκεκλίσθαι τὸν χρόνον, ἀκολουθότερον ἐννοεῖν τοὺς ἀλλοιωθησομένους τοὺς μέλλοντας, τὴν πρὸς τὰ μάταια τῶν πατέρων συνήθειαν (47) ἀφέντας, τῇ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ἀκριβείᾳ κανονίζειν τὴν πολιτείαν. Οὐ τοίνυν τοῖς τότε Ἰουδαίοις ὁ ψαλμὸς γέγραπται, ἀλλ' ἡμῖν τοῖς ἀλλοιωθησομένοις, τοῖς τὴν πολυθεΐαν εἰς εὐσέβειαν διαμείβουσι, τὴν περὶ τὰ εἴδωλα πλάνην (48) εἰς τὴν τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς ἐπίγνωσιν· τοῖς ἀντὶ ἡδονῆς παρανόμου σωφροσύνην ἔννομον αἱ-

C ρουμένοις· ἀντὶ αὐλῶν, καὶ χορῶν, καὶ μέθης, ψαλμὸν, καὶ νηστείαν, καὶ προσευχὴν μεταλαμβάνουσιν. Ἡμῖν οὖν γεγράφθαι τὸν ψαλμὸν εἰπών τις, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τῆς ἀληθείας. Διὸ (49) καὶ ἡμέτερά ἐστι τὰ θεῖα λόγια, καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ, ὡς θεόπεμπτα δῶρα, καθ' ἕκαστον σύλλογον ὑπαναγινώσκεται, οἷόν τις τροφὴ ψυχῶν χορηγουμένη διὰ τοῦ Πνεύματος. Ἀλλὰ καὶ εἰς στηλογραφίαν γέγραπται ὁ ψαλμός· τουτέστι, μὴ πάρεργος ἔστω αὐτοῦ ἡ ἀκρόασις· μηδὲ, ὥσπερ τὰ ἐν τῇ εὐφθάρτῳ ὕλῃ γραφόμενα ταχὺν (50) λαμβάνει τὸν ἀφανισμὸν, οὕτως ἐν τῇ σεαυτοῦ διανοίᾳ πρὸς ὀλίγον ἐγχαράξας τῇ μνήμῃ, εἶτα συγχωρήσῃς αὐτὰ συγχυθῆναι (51) καὶ ἀφανισθῆναι· ἀλλ' ἔχε ἐνεστηλιτευμένα σου τῇ ψυχῇ· τουτέστιν ἀκίνητα καὶ πάγια εἰς πάντα τὸν χρόνον

D ἐνιδρυμένα τῇ μνήμῃ. Ἐὰν δὲ παρωθῆται ἡμᾶς ὁ Ἰουδαῖος ὡς ἀλλοτρίους τῶν γεγραμμένων, ἐκ τῶν γεγραμμένων αὐτὸν δυσωπήσωμεν· δηλοῦντες τὸ σύμμικτον τῆς κλήσεως· ὅπως τὰ διεστῶτα συνάγει, τὰ μακρὰν συγκαλεῖ, ἕνα ποιεῖ τοὺς πολλοὺς διὰ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως (52). *Ἐμός ἐστι*, φησὶ, *Γαλαάδ· καὶ ἐμός ἐστι Μανασσῆς*. Καὶ τὸν Ἐφραὶμ

(45) Reg. tertius ἀλλοιούμενοι.

(46) Nostri undecim mss. habent εἰς τὸ μέλλον. Editi εἰς τὸν μέλλοντα. Ibidem tres mss. ἐγκεκλίσθαι. Statim quinque mss. ἀκολουθότερον νοεῖν.

(47) Ita Oliv. et Combef. cum aliis sex mss. At editi et Reg. sextus τῶν ἀνθρώπων συνήθειαν.

(48) Colbertini primus et sextus cum Reg. quarto τὴν περὶ τὰ εἴδωλα πτοίαν, *inanem idolorum metum*. Multi alii mss. cum editis τὴν περὶ τὰ εἴδωλα πλάνην. Nec ita multo post nostra editio Paris. αἱρημένοις. Secunda editio Paris. ᾐρημένοις. At mss. αἱρουμένοις.

(49) Ita sex mss. cum editione Basil. At editio Paris. διότι.

(50) Codices aliquot ταχύ, *celeriter*.

(51) Editi συγχεθῆναι. At mss. septem συγχυθῆναι. Hoc ipso in loco editio Paris. ἐνστηλιτευμένα. At quatuor mss. ἐνεστηλιτευμένα. Colb. sextus ἐστηλιτευμένα.

(52) Colbertini primus, quartus, quintus, sextus

εἶπε, καὶ τὸν Ἰούδαν προσελάβετο· καὶ συνηρίθμησε τὸν Μωάβ. Καὶ τῆς Ἰδουμαίας ἐπιβήσεσθαι ἀπειλεῖ· καὶ πάντων ὁμοῦ τὴν ὑποταγὴν εὐαγγελίζεται· *Ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ὑπετάγησαν.*

3. *Ὁ Θεὸς οὖν ἀπώσω ἡμᾶς.* Τοὺς μακρύνοντας ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῶν ἁμαρτημάτων ἀπώσω. Τὰ συστήματα τῆς πονηρίας ἡμῶν καθεῖλες, [εὐεργετῶν ἡμᾶς διὰ τῆς ἀσθενείας.] Ὠργίσθης, ὅτε ἦμεν φύσει τέκνα ὀργῆς, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ. Ὠκτείρησας ἡμᾶς, ὅτε τὸν Μονογενῆ σου προέθου ἱλαστήριον ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ἵνα ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ τὴν ἀπολύτρωσιν εὕρωμεν. Ἃ οὐκ ἂν ἐγνωρίσαμεν εὐεργετούμενοι, εἰ μὴ ἐπότισας ἡμᾶς *Οἶνον κατανύξεως.* Οἶνον λέγει τὸν λόγον τὸν τὴν πεπωρωμένην καρδίαν εἰς συναίσθησιν ἄγοντα. *Ἔδωκας τοῖς φοβουμένοις σε σημείωσιν, τοῦ φυγεῖν ἀπὸ προσώπου τόξου.* Μωϋσῆς μὲν τὰς φλιὰς τῶν Ἰσραηλιτῶν (53) τῷ αἵματι τοῦ προβάτου κατεσημήνατο· σὺ δὲ ἔδωκας ἡμῖν σημείωσιν, αὐτὸ τὸ αἷμα τοῦ ἀμώμου ἀμνοῦ τοῦ σφαγιασθέντος ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας τοῦ κόσμου. Καὶ Ἰεζεκιὴλ ἐπὶ τὰ μέτωπα τῶν προσώπων δίδοσθαι λέγει τὸ σημεῖον. *Πορεύεσθε γὰρ,* φησὶν, *ὀπίσω αὐτοῦ, καὶ κόπτετε· μὴ φείσησθε* (54)· *μηδὲ ἐλεήσητε. Πρεσβύτερον, καὶ νεανίσκον, καὶ νήπιον, καὶ παρθένον, καὶ γυναῖκας ἀποκτείνατε εἰς ἐξάλειψιν· ἐπὶ δὲ πάντας, ἐφ' οὕς ἐστι τὸ σημεῖον, μὴ ἐγγίσητε. Ὁ Θεὸς ἐλάλησεν ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ, Ἀγαλλιάσομαι, καὶ διαμεριῶ Σίκιμα* (55). Σίκιμα τὸ ἐξαίρετον χωρίον, τῷ Ἰωσὴφ παρὰ τοῦ Ἰακὼβ δεδομένον, τύπος τῆς διαθήκης τῆς μόνῳ δοκούσης τῷ Ἰσραὴλ δεδωρῆσθαι. Τὴν τοίνυν ἐξαίρετον διαθήκην καὶ κληρονομίαν τοῦ λαοῦ ταύτην εἰς μερισμὸν ἄξω, καὶ κοινὴν ποιήσω πρὸς τοὺς λοιποὺς. Διαμερισθείσης οὖν τῆς διαθήκης εἰς πάντας, καὶ τοῦ ἀπ' αὐτῆς ὠφελίμου κοινοῦ πᾶσι τοῖς εὐεργετουμένοις παρὰ Θεοῦ γινομένου, τότε καὶ ἡ κοιλὰς τῶν σκηνῶν διαμετρηθήσεται· τουτέστιν, ἡ οἰκουμένη πᾶσα, οἱονεὶ κλήροις τισὶ, ταῖς καθ' ἕκαστον τόπον παροικίαις διαιρεθήσεται. Τότε καὶ τὰ διεστῶτα συνάψει, *Ὁ εἰρηνοποιῶν εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· Καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ* (56) *λύσας, τὰ ἀμφότερα ποιήσει ἕν.*

4. *Ἐμός ἐστι Γαλαάδ, καὶ ἐμός ἐστι Μανασσῆς.* Ἔγγονος τοῦ Μανασσῆ ὁ Γαλαάδ· ἵνα δείξῃ τὴν τῶν πατριαρχῶν ἀκολουθίαν παρὰ Θεοῦ καθήκουσαν, ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα. *Καὶ Ἐφραὶμ ἀντίληψις τῆς κεφαλῆς μου· Ἰούδας βασιλεύς μου.* Τὰ ἀπορραγέντα μέρη συνάπτει διὰ τῆς ὁμο-

3. *Deus* igitur *repulisti nos.* Eos qui semetipsos a te elongant, pro ratione delictorum repulisti. Destruxisti iniquitatis nostræ congeriem, ob infirmitatem nobis benefaciens. Iratus es, cum natura essemus iræ filii [10], spem non habentes, et ne Deum quidem in mundo agnoscentes [11]. Misertus es nostri tum, cum Unigenitum tuum pro nostris peccatis propitiationem proposuisti, ut in ejus sanguine inveniremus redemptionem. Quæ utique non agnovissemus beneficio tuo nobis contigisse, nisi nos (Vers. 5) *Vino compunctionis* potasses. Vinum autem appellat sermonem, quo obduratum cor ad sensum deducitur. Vers. 6. *Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus.* Moyses quidem Israelitarum postes ovillo sanguine obsignavit [12]; tu vero nobis dedisti significationem, sanguinem ipsum incontaminati agni, qui pro mundi peccato immolatus est. Et Ezechiel in frontes facierum signum datum esse dicit [13]: *Ambulate enim,* inquit, *post ipsum, et percutite, ne peperceritis, neque misereamini. Seniorem, et juvenem, et infantem, et virginem, et mulieres interficite ad internecionem: ad omnes vero, in quibus est signum, ne appropinquetis.* Vers. 8. *Deus locutus est in sancto suo, Lætabor, et partibor Sicimam.* Sicima peculiare prædium, Josepho a Jacobo datum [14], figura ac typus est testamenti, quod Israeli soli traditum esse videtur. Itaque peculiare illud testamentum hæreditatemque populi adducam in divisionem, ac cum cæteris communicabo. Postquam ergo testamentum inter omnes distributum fuerit, et illius utilitas omnibus beneficio a Deo affectis facta fuerit communis, tunc etiam convallis tabernaculorum metietur: hoc est, totus terrarum orbis habitaculis per singula loca quasi quibusdam sortibus dividetur. Tunc demum distantia conjunget is, *Qui pacificat sive quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt* [15]: *Et medium parietem maceriæ solvens, utraque unum faciet* [16].

4. *Meus est Galaad, et meus est Manasses.* Galaad **192** Manassæ est soboles; ut patriarcharum seriem ostendat ex Deo descendentem, ex quibus Christus est secundum carnem. *Et Ephraim susceptio capitis mei; Juda rex meus.* Abscissas partes connectit per concordiam. Vers. 10. *Moab spei le-*

[10] Ephes. II, 3. [11] ibid. 12. [12] Exod. XII, 7. [13] Ezech. IX, 5, 6. [14] Gen. XLVIII, 22. [15] Coloss. I, 20. [16] Ephes. II, 14.

et septimus cum Reg. tertio τῆς εἰς Χριστὸν κλήσεως, haud recte. Editi cum Regiis quarto et sexto, ut in textu.

(53) Colb. quartus φλιὰς τῶν Ἰσραηλιτῶν θυρῶν, *postes portarum Israelitarum.* Sed abest θυρῶν a multis aliis mss. et ab editis.

(54) Reg. quartus et Colb. sextus æque ac LXX φείδεσθε. Editi cum plurimis mss. φείσησθε.

(55) Sic Colbertini primus, quartus et sextus cum Reg. tertio. Vox Σίκιμα semel duntaxat reperitur in aliquibus mss. et in editis. Illud, τὸ ἐξαίρετον χωρίον, sic verterat interpres, *præcipuum prædium:* sed, meo quidem judicio, melius reddidit Combefisius, *peculiare prædium.* Jacobus enim agrum illum Josepho extra sortem tradidisse dicitur Gen. XLVIII, 22.

(56) Ita editio Basil. et mss. non pauci. Abest articulus ab editione Paris. Aliquanto post editio Basil. et duo mss. ἔγγονος. In illo quod mox sequitur, ἵνα δείξῃ, ellipsim inesse vident, opinor, omnes. Hoc est: *Hæc ideo dicit, ut ostendat patriarcharum successionem ex Deo descende*

Digitized by Google

bes. Aut, *Lebes lavacri*, ait alius quidam interpres: aut, *Lebes securitatis;* hoc est, vilis et abjectus homo, cui cum minis interdictum est, ne in Domini Ecclesiam ingrediatur. Non enim intrabit Moabites et Ammonites usque ad tertiam, et usque ad decimam generationem, et usque ad æternum tempus. Quoniam tamen baptisma remissionem habet peccatorum, ac debitoribus affert securitatem; idcirco, factam per baptismum redemptionem et conjunctionem cum Deo ostendens, *Moab*, inquit, *lebes est lavacri*, aut *Lebes securitatis. Omnes* igitur *alienigenæ subditi sunt*, utpote qui se Christi jugo submiserint: quare in Idumæam suum extendet calceamentum. Divinitatis autem calceamentum caro est Dei gestatrix, per quam ad homines accessit. Ob hanc spem Propheta beatum prædicans tempus adventus Domini, ait (VERS. 11): *Quis deducet me in civitatem munitionis?* Fortassis Ecclesiam dicit, quæ quidem civitas est, quod sit cœtus qui legibus regitur: *civitas* vero *munitionis*, ob fidei munimentum. Unde interpres quidam significantissime reddidit: *In civitatem circummunitam*. Quis igitur dabit mihi, ut magnum illud spectaculum conspiciam, Deum inter homines diversantem? Illud est, quod a Domino dictum fuit: *Multi prophetæ et justi cupierunt videre quæ videtis, et non viderunt* [17].

νοίας. Ὁ Μωὰβ τῆς ἐλπίδος λέβης. Ἢ, Λέβης, φησὶ, λουτροῦ (57), ἄλλος τις τῶν ἑρμηνευσάντων· ἢ, Λέβης ἀμεριμνίας· τουτέστιν, ὁ ἀπόβλητος ἄνθρωπος, ὁ ἀπειλὴν ἔχων μὴ εἰσελεύσεσθαι εἰς Ἐκκλησίαν Κυρίου. Οὐκ εἰσελεύσεται γὰρ Μωαβίτης καὶ Ἀμμανίτης ἕως τρίτης καὶ ἕως δεκάτης γενεᾶς, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον. Ὅμως ἐπειδὴ τὸ βάπτισμα ἄφεσιν ἔχει ἁμαρτημάτων, καὶ ἀμεριμνίας πρόξενον γίνεται τοῖς καταχρέοις, τὴν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀπολύτρωσιν καὶ πρὸς Θεὸν οἰκείωσιν ἐνδεικνύμενος, *Μωὰβ*, φησὶ, *λέβης ἐστὶ λουτροῦ*, ἢ, *Λέβης ἀμεριμνίας. Πάντες* οὖν *ἀλλόφυλοι ὑπετάγησαν* τῷ ζυγῷ τοῦ Χριστοῦ ὑποκύψαντες· διὰ τοῦτο ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἐπιβαλεῖ τὸ ἑαυτοῦ ὑπόδημα. Ὑπόδημα δὲ τῆς θεότητος ἡ σὰρξ (58) ἡ θεοφόρος, δι' ἧς ἐπέβη τοῖς ἀνθρώποις. Ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἐλπίδι μακαρίζων τὸν καιρὸν τῆς τοῦ Κυρίου ἀποδημίας ὁ Προφήτης φησί· *Τίς ἀπάξει με εἰς πόλιν περιοχῆς;* Τάχα τὴν Ἐκκλησίαν λέγει· πόλιν μὲν, διὰ τὸ σύστημα εἶναι νομίμως οἰκούμενον (59)· *περιοχῆς* δὲ διὰ τὴν τῆς πίστεως περιβολήν. Ὅθεν εὐσημότατά τις τῶν ἑρμηνευσάντων ἐκδέδωκεν, *Εἰς πόλιν περιπεφραγμένην*. Τίς οὖν δώσει μοι τὸ μέγα τοῦτο θέαμα ἰδεῖν, Θεὸν ἀνθρώποις (60) ἐπιδημοῦντα; Τοῦτό ἐστι τὸ εἰρημένον παρὰ τοῦ Κυρίου· ὅτι *Πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον*.

5. *Da nobis auxilium de tribulatione.* Auxilium ne quæramus a robore, ne a bona corporis habitudine: ne ab ullo eorum qui clari et illustres hominibus habentur, opem consequi velimus. Non in pecuniarum exsuperantia, non in potentiæ fastu, non in gloriæ sublimitate sita victoria est: sed ex summa tribulatione largitur Dominus auxilium iis qui ipsum inquirunt. Talis erat et Paulus, qui in suis gloriabatur tribulationibus [18]. Quare dicere poterat, *Cum infirmor, tunc potens sum* [19]. VERS. 13. *Da nobis* igitur, *Domine, auxilium de tribulatione*; cum tribulatio patientiam operetur, patientia probationem, probatio spem: spes autem non confundat [20]. Vides quo tribulatio te subvehat? Ad spem quæ non confundit. Ægrotas? Gaude, quia, *Quem diligit Dominus, castigat* [21]. Pauper es? Lætare,

5. Δὸς ἡμῖν βοήθειαν ἐκ θλίψεως. Μὴ ἀπὸ ἰσχύος ζητήσωμεν τὴν βοήθειαν· μὴ ἀπὸ εὐπαθείας σαρκός· ἀπὸ μηδενὸς (61) τῶν παρὰ ἀνθρώποις νενομισμένων περιφανῶν ἀξιώσωμεν τυχεῖν τῆς ἀντιλήψεως. Οὐκ ἐν περιβολῇ χρημάτων, οὐκ ἐν δυνάμεως ὄγκῳ, οὐκ ἐν ὑψώματι δόξης τὸ κρατεῖν περιγίνεται, ἀλλ' ἐκ τῆς καθ' ὑπερβολὴν θλίψεως χαρίζεται Κύριος τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν τὴν βοήθειαν. Τοιοῦτος ἦν καὶ ὁ Παῦλος, καυχήματα ἑαυτοῦ τὰς θλίψεις ποιούμενος. Διὰ τοῦτο ἠδύνατο λέγειν· *Ὅταν ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι. Δὸς* οὖν *ἡμῖν, Κύριε, βοήθειαν ἐκ θλίψεως*· ἐπειδὴ ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμὴν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα, ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει. Ὁρᾷς τοῦ ἀνάγει σε ἡ θλῖψις; Εἰς τὴν ἀκαταίσχυντον ἐλπίδα. Νοσεῖς; εὐθύμει, ὅτι *Ὃν ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει*. Πτω-

[17] Matth. XIII, 17. [18] Rom. V, 3. [19] II Cor. XII, 10. [20] Rom. V, 3-5. [21] Hebr. XII. 6.

(57) Editio Paris. cum Colb. septimo τοῦ λουτροῦ. Deest τοῦ in plurimis mss. et in editione Basil.

(58) Sic Regii tertius et quartus æque ac tres Colbertini. Editi vero cum Reg. sexto ἡ θεοφόρος σάρξ. Hæc Basilii verba citat Theodoretus tom. IV, *Dial.* I, pag. 40.

(59) Ait Combefisius suo periculo pro οἰκούμενον legendum esse οἰκονομούμενον: sed quid necesse sit ita legi contra auctoritatem omnium librorum tum mss., tum excusorum, ego non satis intelligo. Nam utriusque verbi οἰκεῖσθαι et οἰκονομεῖσθαι eamdem sæpe significationem esse, vel ex lexicis constat. Interpretem illum qui mox a Basilio laudatur, Symmachum esse docent Eusebius et Theodoretus. Notandum tamen apud Eusebium et apud Theodoretum, pro περιπεφραγμένην legi simpliciter πεφραγμένην. Sed suspicor illud, περὶ, a librariis utroque in loco omissum esse, tum quod vox περιπεφραγμένην significantior sit, tum quod in *Hexaplis* ita ex mss. editum fuisse videamus.

(60) Colb. quartus Θεὸν ἐν ἀνθρώποις. Haud longe duo mss. Δὸς οὖν ἡμῖν.

(61) Totum illud, ἀπὸ μηδενὸς, etc., sic Latine redditum in editione Paris. invenimus: *A nulla, inquam, re quæ quamlibet apud homines præstans sit et eximia, dignum est ut ab ea deposcas tibi impartiri veluti redemptionem.* Sed Basilii verba de personis non de rebus intelligenda esse puto. Hoc igitur dicit, neque a rebus, neque ab hominibus quamlibet claris ullum auxilium exspectandum esse. Nam omnia excludit, et res et personas.

Digitized by Google

χεύεις (62) ; εὐφραίνου, ὅτι Λαζάρου σε τὰ ἀγαθὰ διαδέξεται. Ἀτιμάζῃ διὰ τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ; Μακάριος εἶ, ὅτι σου (63) ἡ αἰσχύνη εἰς ἀγγέλου δόξαν μεταβληθήσεται. Πείσωμεν ἑαυτούς, ἀδελφοί, ἐν καιρῷ πειρασμοῦ, μὴ πρὸς ἀνθρωπίνας ἐλπίδας ἀποτρέχειν, μηδὲ ἐκεῖθεν ἑαυτοῖς τὰς βοηθείας θηρᾶσθαι, ἀλλ' ἐν δάκρυσι καὶ στεναγμοῖς, καὶ φιλοπόνῳ προσευχῇ, καὶ ἀγρυπνίᾳ εὐτόνῳ τὰς δεήσεις ποιεῖσθαι. Οὗτος γὰρ λαμβάνει βοήθειαν ἐκ θλίψεως, ὁ τῆς ἀνθρωπίνης βοηθείας ὡς ματαίας καταφρονῶν, καὶ τῇ ἐπὶ τὸν σώζειν δυνάμενον ἡμᾶς ἐλπίδι στηριζόμενος, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A quia Lazari bona te excipient [22]. Ignominia afficeris propter Christi nomen? Beatus es, quia tuum dedecus in angeli gloriam vertetur. Nobis, fratres, tentationis tempore persuadeamus, ut ne ad humanas spes confugiamus, nec **193** inde nobis quæramus auxilia : sed in lacrymis et suspiriis, et sedula obsecratione, et intentis vigiliis preces peragamus. Hic enim e tribulatione præsidium accipit, qui opem humanam ut vanam aspernatur, ac spe nititur illius, qui nos salvos facere potest, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΞΑ' ΨΑΛΜΟΝ.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ Ἰδιθοὺμ, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

1. (64) Δύο ψαλμοὺς ἔγνωμεν *Ὑπὲρ Ἰδιθοὺμ* ἔχοντας τὴν ἐπιγραφήν· τόν τε τριακοστὸν ὄγδοον καὶ τὸν ἐν χερσί. Καὶ λογιζόμεθα μὲν Δαβὶδ (65) εἶναι τὴν σύνταξιν τῆς πραγματείας· τῷ μέντοι Ἰδιθοὺμ δεδόσθαι εἰς ὠφέλειαν αὐτοῦ, ἐπὶ διορθώσει τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων, καὶ εἰς μελῳδίαν τὴν ἐπὶ τοῦ λαοῦ· δι' ἧς καὶ ὁ Θεὸς ἐδοξάζετο, καὶ οἱ ἀκούοντες τῆς ἁρμονίας ἐπανωρθοῦντο τὰ ἤθη. Ἦν γὰρ καὶ ὁ Ἰδιθοὺμ ἱεροψάλτης, ὡς μαρτυρεῖ ἡμῖν ἡ ἱστορία τῶν Παραλειπομένων, λέγουσα· *Καὶ μετ' αὐτῶν* (66) *Αἰμὰν καὶ Ἰδιθοὺμ, σάλπιγγές τε καὶ κύμβαλα τοῦ ἀναφωνεῖν, καὶ ὄργανα τῶν ᾠδῶν τοῦ Θεοῦ.* Καὶ μετ' ὀλίγα φησί· *Καὶ ἔστησε Δαβὶδ ὁ βασιλεὺς καὶ οἱ ἄρχοντες τῆς δυνάμεως εἰς τὰ ἔργα τοὺς υἱοὺς Ἀσὰφ, καὶ Αἰμὰν* (67), *καὶ Ἰδιθοὺμ, τοὺς ἀποφθεγγομένους ἐν κινύραις, καὶ ἐν νάβλαις, καὶ ἐν τυμπάνοις.* Περὶ ὑπομονῆς τοίνυν ἑκάτερος ψαλμὸς τὴν πλείστην ποιεῖται (68) πραγματείαν, δι' ἧς καταστέλλεται μὲν τῆς ψυχῆς τὸ θυμούμενον, ὑπερηφανίας δὲ πάσης ἐξορισθείσης, κατορθοῦται ταπείνωσις. Ἀμήχανον γὰρ τὸν μὴ καταδεξάμενον τὸ πρὸς πάντας ὑποδεὲς καὶ ἔσχατον (69) δυνηθῆναί ποτε ἢ λοιδορούμενον θυμοῦ κρατῆσαι, ἢ θλιβόμενον διὰ μακροθυμίας περιγενέσθαι τῶν πειρασμῶν. Ὁ γὰρ τὴν ἄκραν ταπείνωσιν κατορθώσας, ἐν μὲν ταῖς λοιδορίαις πλείονα ἑαυτοῦ προκατεγνοὺς τὴν εὐτέλειαν, οὐ κινηθήσεται τὴν ψυχὴν ὑπὸ τῶν ῥημάτων τῆς ἀτιμίας· ἀλλ' ἐὰν μὲν ἀκούσῃ πένης, οἶδεν ἑαυτὸν πτωχὸν ὄντα, καὶ πάντων ἐνδεῆ, καὶ τῆς καθ' ἡμέραν παρὰ τοῦ Κυρίου χορηγίας ἐπιδεόμενον· ἐὰν δὲ ἀκούσῃ δυσγενὴς καὶ ἐξ ἀφανῶν,

B

IN PSALMUM LXI.

In finem pro Idithum, psalmus Davidi.

1. Psalmos duos novimus, quibus inscriptio est *Pro Idithum*, tricesimum octavum, et hunc quem habemus in manibus. Et arbitramur quidem a Davide compositum opus esse, datum vero Idithum pro utilitate ipsius, ad corrigendas animæ affectiones, et ad concinnandam coram populo melodiam, per quam et Deus afficiebatur gloria, et mores eorum qui harmoniam audiebant emendabantur. Erat enim et Idithum ipse sacrorum psalmorum cantor, ut nobis testatur Paralipomenon historia, dicens : *Et cum ipsis Æman et Idithum, et tubæ et cymbala ad resonandum, et organa canticorum Dei* [23]. Et paulo post ait : *Statuit David rex et principes exercitus ad opera filios Asaph et Æman et Idithum, sonos edentes in citharis, et in nablis, et in tympanis* [24]. Itaque de patientia psalmus uterque plurimum tractat, per quam ut sedatur animi indignatio, ita omni superbia exterminata, humilitas acquiritur. Fieri enim non potest, ut is qui infimo ultimoque loco erga omnes haberi non vult, queat unquam aut dum conviciis impetitur, iræ dominari, aut dum afflictatur, per patientiam tentationes superare. Qui enim ad summam humilitatem pervenit, is cum in conviciis suam vilitatem majorem prior agnoscat, ob verba ignominiosa animo non commovebitur : sed si appelletur pauper, novit se ipsum pauperem esse, et omnium indigum, ac quotidiano Domini stipendio opus habere ; si vero vocetur ignobilis et obscurus, prius sibi in suo corde conscius est, procreatum esse se ex luto. Quapropter illic quidem ait, *Dixi : Custodiam vias meas* [25],

C

D

[22] Luc. xvi, 22. [23] I Paral. xvi, 42. [24] I Paral. xxv, 1. [25] Psal. xxxviii, 2.

(62) Sic editio Basil. cum quinque mss. At nostra editio Paris. πτωχεύσεις, non ita recte. Mox Reg. secundus cum editione Basil. διαδέξονται.

(63) Editio Basil. cum quatuor mss. ὅτι σου. Editio Paris. cum mss. non paucis ὅτι σοι. Statim Colb. primus Πείσωμεν οὖν.

(64) Initium Basilianæ explanationis tribuitur Theodoro in Catena Corderiana. Illud quoque fragmentum quod proxime in ea Anonymi cujusdam nomine editum est, ad nostrum Basilium similiter pertinet.

(65) Sic mss. et editio Basil. At editio Paris. τοῦ Δαβίδ.

(66) Colb. quartus καὶ μετ' αὐτοῦ, nec aliter LXX, I Paralip. xvi, 41. At editi cum quatuor mss. καὶ μετ' αὐτῶν.

(67) In Anglic. Αἰθὰν legitur pro Αἰμάν. Sed vulgatam lectionem Αἰμὰν exhibent et Oliv. et nostri mss. una cum LXX. Mox Colb. quartus ἐν κινύρᾳ.

(68) Ita sex mss. At editi ποιεῖ.

(69) Reg. secundus ἐπιδεὲς καὶ ἔσχατον. Nec ita multo post editio Basil. cum duobus mss. πλεῖον ἑαυτοῦ. Editio Paris. cum multis mss. πλείονα ἑαυτοῦ.

Digitized by Google

peccatorisque conjurationem narrat, et propriam patientiam. *Cum enim*, inquit, *consisteret peccator adversum me, obmutui et humiliatus sum, et silui a bonis* [26]. Postea progrediens ait: *Verumtamen omnia vanitas, omnis homo vivens* [27]; deinde, *Thesaurizat, et ignorat cui congregabit ea* [28]. At in præsenti psalmo dubitanter orditur, velut ad animam suam loquens, tanquam si isthæc ex prius dictis consequerentur. Etenim ne anima sensui carnis subdita, ad iras et tristitias provocetur: Cur, inquit, affectionum malarum servam facio animam, cui corporis affectionumque ejus **194** principatus a Deo, qui eam condidit, concreditus est? Oportet itaque imperare affectibus, et servire Deo. Fieri enim non potest, ut ipsa et a peccato et a Deo regatur: sed ut malitiæ oportet eam dominari, ita Domino universorum subjectam esse. Quare Propheta insurgens in eum, qui tentationes inducit, multamque malorum turbam ei excitat, et suum studium in id confert, ut spiritus celsitatem redigat in servitutem [29], ac ipsum carni subjiciat, velut redarguens vanam illius adversum se versutiam, hæc dicit: Quid me servire cogis iis quibus fas non est? Mihi Dominus est, agnosco verum Regem.

2. *Nonne Deo subjecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum.* Causam dixit cur subjici studeat: quoniam a Deo salutare est. Proprium enim Opificis est, opificiorum suorum incolumitatem curare. Vel, *Ab ipso salutare est;* quoniam prophetice prævidens futuram esse gratiam incarnationis Domini, hæc dicit: nimirum Deo servire oportere, et ipsum diligere, qui beneficium tantum prior contulerit in hominum genus, ut ne proprio quidem Filio pepercerit, sed pro nobis omnibus illum tradiderit [30]. Mos est enim Scripturæ, ut Christum Dei salutare appellet; sicut alicubi etiam Simeon ait: *Nunc dimittis servum tuum, Domine, quia viderunt oculi mei salutare tuum* [31]. Subjiciamur igitur Deo, quod salutare ab ipso est. Quid autem sit salutare, explicat. Non nuda quædam est operatio, aliquam nobis beneficentiam afferens, qua ab infirmitate liberemur, bonaque corporis habitudine utamur. Sed quid est salutare? VERS. 3. *Etenim ipse Deus meus et Salvator meus, susceptor meus; non movebor multum.* Filius, qui ex Deo est, Deus noster est. Idem etiam Salvator est generis humani, debilitatem nostram fulciens, ac commo-

προειλημμένον ἔχει ἐν τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ τὸ ἐκ πηλοῦ γεγενῆσθαι. Διὰ τοῦτο ἐκεῖ μέν φησιν, *Εἶπα, Φυλάξω τὰς ὁδούς μου*, καὶ διηγεῖται τοῦ ἁμαρτωλοῦ τὴν ἐπισύστασιν, καὶ τὴν οἰκείαν μακροθυμίαν· *Ἐν τῷ συστῆναι γάρ*, φησί, *τὸν ἁμαρτωλόν ἐναντίον μου, ἐκωφώθην καὶ ἐταπεινώθην, καὶ ἐσίγησα ἐξ ἀγαθῶν*· εἶτα προϊὼν λέγει· *Πλὴν τὰ σύμπαντα ματαιότης, πᾶς ἄνθρωπος ζῶν*· εἶτα, *Θησαυρίζει, καὶ οὐ γινώσκει τίνι συνάξει αὐτά.* Ἐν δὲ τῷ προκειμένῳ ψαλμῷ ἄρχεται διαπορητικῶς, οἱονεὶ τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ διαλεγόμενος, ὡς ἐξ ἀκολουθίας τῶν προειρημένων. Ἵνα γὰρ μὴ τῷ φρονήματι τῆς σαρκὸς ἡ ψυχὴ ὑποταγεῖσα, πρὸς ὀργὰς καὶ λύπας διερεθίζηται, ἵνα τί, φησί, δούλην ποιοῦμαι (70) πονηρῶν παθῶν τὴν ψυχήν, παρὰ τοῦ κτίσαντος αὐτὴν Θεοῦ τὴν ἡγεμονίαν τοῦ σώματος καὶ τῶν ἐν αὐτῷ παθημάτων πεπιστευμένην; Δεῖ τοίνυν ἄρχειν μὲν τῶν παθῶν, δουλεύειν δὲ τῷ Θεῷ. Ἀμήχανον γὰρ αὐτὴν καὶ ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας βασιλεύεσθαι, καὶ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ δεῖ κακίας μὲν ἐπικρατεῖν, τῷ Δεσπότῃ δὲ τῶν ὅλων ὑποτετάχθαι. Διὰ τοῦτο ἀποτεινόμενος ὁ Προφήτης τῷ ἐπάγοντι τοὺς πειρασμοὺς, καὶ τὸν πολὺν ὄχλον αὐτῷ τῶν κακῶν (71) ἐπεγείροντι, καὶ σπουδὴν ἔχοντι δουλαγωγῆσαι τὸ φρόνημα τοῦ πνεύματος, καὶ ὑπορρῖψαι αὐτὸ τῇ σαρκὶ, οἷον ἐλέγχων αὐτοῦ ματαίαν οὖσαν τὴν κατ' αὐτοῦ ἐπίνοιαν, ταῦτά φησι· Τί με βιάζῃ δουλεύειν οἷς μὴ θέμις; Ἔχω Δεσπότην, γνωρίζω τὸν ἀληθῶς Βασιλέα.

2. *Οὐχὶ τῷ Θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου; παρ' αὐτοῦ γὰρ τὸ σωτήριόν μου.* Τὴν αἰτίαν εἶπε τῆς περὶ τὴν ὑποταγὴν σπουδῆς· ὅτι τὸ σωτήριον παρὰ τοῦ Θεοῦ. Ἴδιον γὰρ Δημιουργοῦ τὸ τῶν ἑαυτοῦ ποιημάτων (72) τῆς ἀσφαλείας φροντίζειν. Ἢ, *Παρ' αὐτοῦ τὸ σωτήριον*· ἐπειδὴ προφητικῶς προορώμενος τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι χάριν τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου, ταῦτά φησιν· ὅτι δουλεύειν δεῖ τῷ Θεῷ, καὶ ἀγαπᾷν αὐτὸν, ὃς τηλικαύτην εὐεργεσίαν εἰς τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων προκατεβάλετο, ὡς μηδὲ τοῦ ἰδίου Υἱοῦ φείσασθαι, ἀλλ' ὑπὲρ πάντων ἡμῶν παραδοῦναι. Σωτήριον γὰρ ἔθος ὀνομάζειν τῇ Γραφῇ τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ· ὥς που καὶ Συμεών φησι· *Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, Δέσποτα* (73)· *ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου.* Ὑποταγησώμεθα οὖν τῷ Θεῷ, διότι παρ' αὐτοῦ τὸ σωτήριον. Τί δέ ἐστι τὸ σωτήριον, ἑρμηνεύει. Οὐκ ἐνέργειά τις ψιλὴ, χάριν τινὰ ἡμῖν παρεχομένη εἰς ἀπαλλαγὴν ἀσθενείας, καὶ σώματος εὐεξίαν. Ἀλλὰ τί ἐστι τὸ σωτήριον; *Καὶ γὰρ αὐτὸς Θεός μου καὶ Σωτήρ μου, ἀντιλήπτωρ μου· οὐ μὴ σαλευθῶ ἐπὶ πλεῖον* (74). Θεὸς ἡμῶν ἐστιν ὁ ἐκ τοῦ Θεοῦ Υἱός. Ὁ αὐτὸς καὶ Σωτὴρ τοῦ γένους τῶν

[26] Psal. xxxviii, 3. [27] ibid. 6. [28] ibid. 7. [29] I Cor. ix, 27. [30] Rom. viii, 32. [31] Luc. ii, 29, 30.

(70) Colb. quartus δούλην ποιοῦμεν.

(71) Reg. tertius ὄχλον τῶν παθῶν, *turbam cupiditatum.*

(72) Colb. quartus τῶν ἑαυτοῦ δημιουργημάτων.

(73) Ita editio Basil. et octo mss. At in editione Paris. post vocem Δέσποτα addita sunt illa, κατὰ τὸ ῥῆμά σου ἐν εἰρήνῃ, sed quin ex Evangelio huc translata sint, dubium non habeo.

(74) Verterat interpres ex Vulgata, *Non movebor amplius.* Sed cum vox *amplius* accommodari vix posse videatur ad Basilianam explanationem, nos cum Combefisio *multum* interpretari maluimus. Atque hanc nostram interpretandi rationem a Scripturæ sensu non aberrare, ex *Hexaplis* cognosci potest. In iis enim ex Hebræo sic vertitur, *Non labar multum.* Hoc idem ostendit et Aquilas, dum ita interpretatus est οὐ σφαλήσομαι πολλήν, *Non labar multam.* Mox operarum negligentia pro ὑπερείδων editum fuerat in editione Paris. ὑπεριδών.

Digitized by Google

ἀνθρώπων, ὁ τὸ ἀσθενὲς ἡμῶν ὑπερείδων, ὁ τὸν ἐκ τῶν πειρασμῶν ἐγγινόμενον ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν σάλον ἐπανορθούμενος. *Οὐ μὴ σαλευθῶ ἐπὶ πλεῖον·* ἀνθρωπίνως ὁμολογεῖ τὸν σάλον. *Ἐπὶ πλεῖον*, Ἀμήχανον γὰρ ἐν ἀνθρώπου (75) ψυχῇ μὴ γενέσθαι τινὰ σάλον ἀπὸ τῶν πειρασμῶν. Ἕως μὲν οὖν μικρὰ ἁμαρτάνομεν καὶ ὀλίγα, ὥσπερ τὰ φυτὰ ὑπὸ πραείας αὔρας περιδονούμενοι (76), ἠρέμα πως σαλευόμεθα· ἐπειδὰν δὲ πλείω καὶ μείζονα ᾖ τὰ κακά, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς τῶν ἁμαρτημάτων αὐξήσεως καὶ ὁ σάλος ἐπιτείνεσθαι πέφυκε. Καὶ οἱ μὲν ἐπὶ πλεῖον σαλεύονται· οἱ δὲ μέχρι τοῦ καὶ αὐτόῤῥιζοι ἀνατραπέντες καταβληθῆναι, ὅταν λαίλαπος πάσης βιαιότερον τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας τὰς οἱονεὶ ῥίζας τῆς ψυχῆς, αἷς ἐπεστήριχτο (77) τῇ πίστει τῇ κατὰ Θεὸν, ἀπορῥήξῃ. Ἐγὼ τοίνυν, φησὶν, ἐσαλεύθην μὲν ὡς ἄνθρωπος· ἐπὶ πλεῖον δὲ οὐ μὴ σαλευθῶ, διὰ τὸ ἀντιστηρίζεσθαι τῇ δεξιᾷ χειρὶ τοῦ Σωτῆρος.

3. *Ἕως πότε ἐπιτίθεσθε ἐπ' ἄνθρωπον; φονεύετε πάντες ὑμεῖς, ὡς τοίχῳ κεκλιμένῳ καὶ φραγμῷ ὠσμένῳ;* Πάλιν τοῖς πονηροῖς ὑπηρέταις τοῦ διαβόλου μάχεται, τὴν ἀμετρίαν αἰτιώμενος ὁ λόγος τῆς παρ' αὐτῶν ἐπαγομένης ἐπιβουλῆς. Ὅτι οἱ μὲν ἄνθρωποί εἰσι ζῶον ἀσθενές· ὑμεῖς δὲ ἐπιτίθεσθε, οὐκ ἀρκούμενοι τῇ πρώτῃ προσβολῇ· ἀλλὰ καὶ δευτέραν καὶ τρίτην ἐπάγετε, ἕως ἂν οὕτω τὴν ψυχὴν τοῦ παραπεσόντος ὑμῖν καταστρέψητε (78), ὥστε γενέσθαι παραπλησίαν τοίχῳ κλιθέντι καὶ φραγμῷ ἀνατραπέντι. Τοῖχος δὲ, ἕως μὲν ὄρθ' ἑστὼς διαφυλάσσει στάσιν, πάγιος μένει· ἐπειδὰν δὲ κλιθῇ, ἀνάγκη πᾶσα αὐτὸν διαλυθέντα πεσεῖν. Τὰ μὲν γὰρ ἡνωμένα βάρη μετὰ τὴν κλίσιν ὀρθοῦται (79), τὰ δὲ ἐκ πλειόνων συγκείμενα, ἐπειδὰν ἐφ' ἓν τὴν ῥοπὴν πάθῃ, οὐκέτι δέχεται τὴν ἐπανόρθωσιν. Ἐνδείκνυται τοίνυν ὁ λόγος, ὅτι ἡ φύσις ἡ τοῦ ἀνθρώπου, σύνθετος οὖσα, ἐκλίθη μὲν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, λυθῆναι δὲ πάντως αὐτὴν χρὴ· ὥστε, ὑπὸ τοῦ ἐξ ἀρχῆς οἰκοδομήσαντος αὐτὴν τεχνίτου πάλιν ἀνασκευασθεῖσαν, τὸ ἀσφαλὲς καὶ ἀκατάλυτον καὶ πρὸς δευτέραν πτῶσιν ἀνεπιβούλευτον ἀπολαβεῖν. *Θεοῦ γεώργιον*, φησὶ, *Θεοῦ οἰκοδομή ἐστε*. Τὴν οἰκοδομὴν ταύτην κατέσεισεν ὁ ἐχθρός· τὰ γενόμενα ἐν αὐτῇ ῥήγματα ἀνεσκεύασεν ὁ Δημιουργός. Οὕτως ἀναγκαία μὲν ἡ πτῶσις διὰ τὴν ἁμαρτίαν, μεγάλη δὲ ἡ ἀνάστασις διὰ τὴν ἀθανασίαν. *Πλὴν τὴν τιμήν μου ἐβουλεύσαντο ἀπώσασθαι· ἔδραμον* (80)

tionem ex tentationibus animis nostris advenientem corrigens. *Non movebor multum.* Humano more confitetur commotionem. *Multum.* Fieri enim non potest ut in hominis natura commotio nulla excitetur a tentationibus. Dum igitur parva et pauca peccata committimus, leniter quodammodo commovemur, velut plantæ quæ a leni aura agitantur: ubi vero plura majoraque fuerint mala, pro ratione incrementi peccatorum, etiam commotio augeri solet. Et alii quidem multum commoventur: alii vero usque adeo, ut etiam radicitus eversi dejiciantur, cum spirituales nequitiæ quasi radices animæ, quibus per fidem in Deum subnixa erat, omni turbine violentius abruperint. Ego itaque, inquit, commotus quidem sum ut homo; sed multum non commovebor, quoniam suffulcior dextera manu Salvatoris.

3. Vers. 4. *Quousque irruitis in hominem? interficitis* **195** *universi vos tanquam parieti inclinato et maceriæ depulsæ?* Rursus adversus pravos diaboli ministros pugnat hic sermo, immodicas quæ ab ipsis struuntur insidias accusans. Nimirum homines animal debile sunt; vos autem irruitis, primo assultu non contenti: sed et secundum et tertium infertis, donec sic animam ejus qui in vos inciderit, subvertatis, ita ut parieti inclinato et maceriæ dirutæ fiat consimilis. Paries autem quandiu quidem situm rectum conservat, firmus manet; ubi vero inclinatus fuerit, ipsum dissolutum cadere omnino necesse est. Nam pondera ex uno constantia post inclinationem eriguntur: sed ea quæ ex pluribus componuntur, postquam inclinationem ad unam partem perpessa fuerint, denuo erigi non possunt. Ostendit igitur sermo, naturam hominis cum composita sit, inclinatam quidem fuisse a peccato, sed ipsam penitus solvi oportere, ut ab artifice qui eam ab initio ædificavit rursus reparata, statum accipiat tutum, indissolubilemque, et insidiis alterius casus inaccessum. *Dei agricultura*, inquit, *Dei ædificatio estis*[39]. Ædificationem istam concussit inimicus, at fracturas in ea factas Opifex instauravit. Sic necessarius quidem est casus, propter peccatum: sed magna est resurrectio, ob immortalitatem. Vers. 5. *Verumtamen vretium meum cogitave-*

[39] I Cor. III, 9.

(75) Colb. quartus ἐπ' ἀνθρώπου. Ibidem tres mss. γίνεσθαι.

(76) Editio Basil. περιδονούμενα. Editio vero Paris. et Anglic. et Oliv. et nostri novem mss. περιδονούμενοι.

(77) Colb. quartus ἀπεστήρικτο. Statim editi Ἐγὼ τοίνυν ἐσαλεύθην, φησὶν, ὡς. At mss. quinque ut in contextu.

(78) Ita Colbertini quintus, sextus et septimus cum Reg. tertio et cum editione Basil. Alii quidam mss. cum editione Paris. καταστρέψησθε.

(79) Reg. secundus ὀρθοῦνται.

(80) Illud, ἔδραμον, ita in Vulgata et apud Latinos Patres expressum invenitur, *cucurri*: et ita quoque, invito Basilio, interpretatus est Tilmannus. Etenim qui non videt, nisi vertatur *cucurrerunt*, ἀκολουθίαν orationis constare non posse, executiat necesse est. Rem gratam facturum me studiosis existimavi, si hoc loco edenda curarem quæ olim in hunc locum annotavit antiquissimus interpres Eusebius. Ejus igitur hæc sunt, psalmum sexagesimum primum interpretantis: *Ἔδραμον ἐν δίψει τὴν ἐμὴν ἀπώλειαν θεάσασθαι διψῶντες.* Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ἐν δίψει, ἐν διαψεύσματι* ὁ Ἀκύλας· ὁ δὲ Σύμμαχος, *ἐν ψεύσματι*· ἡ δὲ ε' ἔκδοσις, *ἐν ψεύδει*· καὶ πάλιν ἑτέρα ἔκδοσις, *ἐν δόλῳ*, ἡρμήνευσαν. Εἰκὸς οὖν καὶ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς ἀναγνώσει κεῖσθαι μὲν πρότερον τὸ, *ἐν ψεύδει*· ἵνα ᾖ τὸ λεγόμενον· *Ἔδραμον ἐν ψεύδει*, τουτέστιν, οἱ ἐχθροί μου, καὶ οἱ ἐπιβουλεύοντες οὐ σὺν ἀληθείᾳ, τὸν κατ' ἐμοῦ δρόμον καὶ τὴν κατ' ἐμοῦ σπουδὴν ἐποιοῦντο, ὅλους δὲ αὐτοὺς τῷ ψεύδει παραδόντες· σφάλμα δὲ γραφικὸν γεγονέναι ἐν τοῖς μετὰ

Digitized by Google

runt repellere; cucurrerunt in siti, ore suo benedicebant, et corde suo maledicebant. Pretium hominis est sanguis Christi : *Pretio enim*, inquit, *empti estis; nolite fieri servi hominum* [33]. Hoc igitur pretium inutile nobis reddere cogitaverunt milites hujus maligni, semel liberatos rursus in servitutem adducentes. *Cucurrerunt in siti.* Concitationem ac vehementiam insidiarum dæmonum enuntiat : quippe adversum nos currunt, interitum nostrum sitientes. *Ore suo benedicebant, et corde suo maledicebant.* Multi sunt qui pravas comprobant actiones; et dicacem quidem lepidum dicunt, eum vero qui obscena verba profert, politicum : amarulentum et iracundum, non contemnendum dicunt : laudant parcum et illiberalem ut œconomicum, prodigum tanquam liberalem, scortatorem et lascivum, ut virum genio indulgentem, et animi solutioris : denique vitium omne specioso nomine virtutis adjacentis appellant. Tales ore quidem benedicunt, corde vero maledicunt [34]. Nam verbis bene ominatis omnem exsecrationem vitæ illorum ingerunt, ipsosque æternæ damnationis reos per ea quæ approbant, constituunt. Rursus alloquitur animam, ejus erga Deum obedientiam **196** adaugens. Vers. 6. *Verumtamen*, inquit, *Deo subjecta esto, anima mea, quoniam ab ipso patientia mea.* Indicat tentationum magnitudinem, et illud Apostoli dicit, quod non sinet tentari nos supra id quod sustinere possumus [35]. *Ab ipso* enim *patientia mea.*

4. Vers. 8. *In Deo salutare meum, et gloria mea : Deus auxilii mei, et spes mea in Deo est.* Beatus qui ob nullam vitæ rem quantumvis sublimem exsultat, sed suam gloriam Deum habet : qui in Christo gloriatur, ac secundum Apostolum dicere potest : *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Christi* [36]. Nunc vero multi de corpore gloriantur, qui sese in gymnicis exercuere certaminibus, aut omnino ob ætatis florem vigent : multi itidem efferuntur de bellica fortitudine, qui etiam tribulium eædem virtutem esse ducunt. Enimvero rerum in bellis bene gestarum præmia, ac trophæa ab imperatore et a civitatibus erecta, pro cædis magnitudine fiunt. Alii gloriantur ob ductos circum civitates muros : alii ob aquæductuum structuras, et magno-

ἐν δίψει, τῷ στόματι αὐτῶν εὐλόγουν, καὶ τῇ καρδίᾳ αὐτῶν κατηρῶντο. Τιμὴ ἀνθρώπου τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ· *Τιμῆς γὰρ*, φησὶν, *ἠγοράσθητε· μὴ γίνεσθε δοῦλοι ἀνθρώπων.* Ταύτην οὖν τὴν τιμὴν ἐβουλεύσαντο ἄχρηστον ἡμῖν καταστῆσαι, τοὺς ἅπαξ ἐλευθερωθέντας πάλιν εἰς δουλείαν ἐνάγοντες, οἱ στρατιῶται τοῦ πονηροῦ. *Ἔδραμον ἐν δίψει.* Τὸ σύντονον λέγει τῆς τῶν δαιμόνων ἐπιβουλῆς, ὅτι τρέχουσι καθ' ἡμῶν, διψῶντες ἡμῶν τὴν ἀπώλειαν. *Τῷ στόματι αὐτῶν εὐλόγουν, καὶ τῇ καρδίᾳ αὐτῶν κατηρῶντο.* Πολλοί εἰσι (81) τὰς πονηρὰς πράξεις ἀποδεχόμενοι, καὶ χαρίεντα μὲν τὸν εὐτράπελον λέγοντες, τὸν δὲ αἰσχρολόγον πολιτικόν· τὸν πικρὸν καὶ ὀργίλον ἀκαταφρόνητον ὀνομάζουσι· τὸν φειδωλὸν καὶ ἀκοινώνητον ὡς οἰκονομικὸν ἐπαινοῦσι, τὸν ἄσωτον ὡς ἐλευθέριον, τὸν πόρνον καὶ ἀσελγῆ ἀπολαυστικόν τινα καὶ ἀνειμένον· καὶ ἁπαξαπλῶς πᾶσαν κακίαν ἐκ τῆς παρακειμένης ἀρετῆς ὑποκορίζονται. Οἱ τοιοῦτοι τῷ στόματι μὲν εὐλογοῦσι, τῇ δὲ καρδίᾳ καταρῶνται. Ἐν γὰρ τῇ τῶν ῥημάτων εὐφημίᾳ πᾶσαν κατάραν ἐπάγουσιν αὐτῶν τῇ ζωῇ, ὑποδίκους αὐτοὺς τῇ αἰωνίᾳ κατακρίσει (82) δι' ὧν ἀποδέχονται καθιστῶντες. Πάλιν τῇ ψυχῇ διαλέγεται, τὴν ὑποταγὴν αὐτῆς τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ἐπιτείνων. *Πλὴν τῷ Θεῷ*, φησὶν, *ὑποτάγηθι, ἡ ψυχή μου, ὅτι παρ' αὐτοῦ* (83) *ἡ ὑπομονή μου.* Ἐνδείκνυται τὸ μέγεθος τῶν πειρασμῶν, καὶ τὸ τοῦ Ἀποστόλου λέγει· ὅτι οὐκ ἐάσει ἡμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δυνάμεθα ὑπενεγκεῖν. *Παρ' αὐτοῦ γὰρ ἡ ὑπομονή μου*

4. *Ἐπὶ τῷ Θεῷ τὸ σωτήριόν μου καὶ ἡ δόξα μου· ὁ Θεὸς τῆς βοηθείας μου, καὶ ἡ ἐλπίς μου ἐπὶ τῷ Θεῷ.* Μακάριος ὁ μηδενὶ (84) τῶν κατὰ τὸν βίον ὑψηλῶν ἐπαγαλλόμενος, ἀλλὰ Θεὸν ἔχων τὴν ἑαυτοῦ δόξαν· ὁ καύχημα ἔχων ἑαυτοῦ τὸν Χριστόν· ὁ δυνάμενος λέγειν κατὰ τὸν Ἀπόστολον· *Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ.* Νῦν δὲ πολλοὶ μὲν ἐνδοξάζονται σώματι, οἱ περὶ τοὺς γυμνικοὺς ἐσχολακότες ἀγῶνας, ἢ ὅλως οἱ ἐπὶ τῇ ἀκμῇ τῆς ἡλικίας σφριγῶντες (85)· πολλοὶ δὲ τῇ κατὰ τοὺς πολέμους ἀνδρίᾳ, οἱ καὶ τὸ φονεύειν τοὺς ὁμοφύλους ἀρετὴν τιθέμενοι. Ἡ γὰρ ἐν τοῖς πολέμοις ἀριστεία καὶ τὰ τρόπαια ὑπὸ στρατηγοῦ καὶ πόλεων ἐγειρόμενα κατὰ τὴν τοῦ φονεύειν περιουσίαν γίνεται. Ἄλλοι δοξάζονται, τείχη πόλεσι περιβάλλοντες·

[33] I Cor. VII, 23. [34] Psal. LXI, 5. [35] I Cor. X, 13. [36] Galat. VI, 14.

ταῦτα συνέβη χρόνοις, ὥστε ἀντὶ τοῦ, *ἐν ψεύδει, ἐν δίψει* γραφῆναι. « *Cucurrerunt in siti, meum cernere perniciem sitientes. Pro illo autem,* » in siti, *Aquila*, in fallacia; *Symmachus vero*, in mendacio; *quinta editio*, in falso; *et alia item editio*, in dolo, *interpretati sunt. Verisimile itaque est in nostra quoque lectione positum primo fuisse*, in mendacio, *ita ut diceretur*, cucurrerunt in mendacio, *id est, inimici et insidiatores mei, non duce veritate, sed cum sese totos mendacio tradidissent, cursum et studium suum contra me direxerunt : sed sequentibus temporibus lapsu graphico pro illo*, ἐν ψεύδει, in mendacio, ἐν ἴψει, in siti, *positum fuisse.*

(81) Editio Paris. πολλοί εἰσιν οἱ. Deest οἱ in editione Basil. et in quinque mss. Statim Reg. tertius ἀκαταπόνητον.

(82) Ita mss. plerique omnes. Editi κρίσει.

(83) Sic editi cum Reg. sexto et cum Colb. tertio. At multi mss. et hic et paulo post παρ' αὐτῷ. Subinde editio Basil. et quatuor mss. καὶ τὸ τοῦ. Editio Paris. cum uno aut altero ms. καὶ τὰ τοῦ.

(84) Sic novem mss. cum editione Basil. At editio Paris. ἐπὶ μηδενί.

(85) Codices tres pro σφριγῶντες habent φρονοῦντες. Colb. quartus μεγαφρονοῦντες. Vox quæ sequitur, ἀριστεία, fere significat fortitudinem, aut præclarum facinus : sed ita interpretati sumus, ut sensus postulare videbatur.

Digitized by Google

καὶ ἄλλοι ἐν ὑδραγωγῶν κατασκευαῖς, καὶ γυμνασίων μεγάλων οἰκοδομήμασιν. Ὁ δεῖνα δὲ τὸν πλοῦτον ἑαυτοῦ θηριομάχοις προσαναλίσκων, καὶ ταῖς ματαίαις τῶν δήμων φωναῖς ἐπαγαλλόμενος, φυσᾶται τοῖς ἐπαίνοις, καὶ μέγα φρονεῖ, τὴν δόξαν ἔχων ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτοῦ· ὅς γε καὶ ἔγγραφον ἐν τοῖς περιφανέσι τῆς πόλεως τὴν ἑαυτοῦ ἁμαρτίαν ἐπὶ τῶν πινάκων δείκνυσιν. Ἄλλος ἐπὶ πλούτῳ (86) δοξάζεται· καὶ ἄλλος, ὅτι ῥήτωρ ἐστὶ δεινός τις καὶ ἄμαχος, ἢ τῆς κατὰ τὸν κόσμον σοφίας ἔμπειρος. Ὧν πάντων ἐλεεῖν τὴν δόξαν προσῆκε· μακαρίζειν δὲ τοὺς τὸν Θεὸν ἑαυτῶν δόξαν ποιουμένους. Εἰ γὰρ ὁ δεῖνα μέγα φρονεῖ, ὅτι δοῦλός ἐστι βασιλέως, τιμώμενος παρ' αὐτοῦ τὰ μεγάλα· πόσον σοι προσῆκεν ἐπὶ σαυτῷ μεγαλύνεσθαι, ὅτι δοῦλος εἶ τοῦ μεγάλου Βασιλέως, προσκληθεὶς παρ' αὐτοῦ εἰς τὴν ἄκραν οἰκείωσιν, λαβὼν τὸ Πνεῦμα τῆς ἐπαγγελίας, ὥστε σφραγισθεὶς ἐν αὐτῷ υἱὸς ἀποδειχθῆναι Θεοῦ; Ἐν ἑαυτῷ δὲ γνοὺς (87) τὸ ὄφελος τῆς γνησίας ἐπὶ Θεὸν ἐλπίδος, ἐπὶ τὸν ἴσον ἑαυτοῦ ζῆλον παρακαλεῖ τὸν λαὸν, λέγων· *Ἐλπίσατε ἐπ' αὐτὸν, πᾶσα συναγωγὴ λαῶν, ἐκχέατε* (88) *ἐνώπιον αὐτοῦ τὰς καρδίας ὑμῶν.* Ἀμήχανόν ἐστι χωρητικοὺς ἡμᾶς γενέσθαι τῆς θείας χάριτος μὴ τὰ ἀπὸ κακίας πάθη προκατασχόντα τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἐξελάσαντας. Εἶδον ἰατροὺς ἐγὼ μὴ πρότερον διδόντας τὰ σωτήρια φάρμακα, πρὶν ἐμετοῖς ἀποκενῶσαι τὴν νοσοποιὸν ὕλην, ἣν ἐκ πονηρᾶς διαίτης ἑαυτοῖς οἱ ἀκόλαστοι ἐναπέθεντο. Ἀλλὰ καὶ ἀγγεῖον προκατειλημμένον ὑπό τινος δυσώδους ὑγροῦ, μὴ ἐκπλυνθὲν, οὐ μὴ δέξηται τοῦ μύρου τὴν ἐπιῤῥοήν. Δεῖ τοίνυν ἐκχυθῆναι τὰ προϋπάρχοντα, ἵνα δυνηθῇ χωρηθῆναι τὰ ἐπαγόμενα. *Πλὴν μάταιοι οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων.* Εἶδε μὴ πάντας ἀκολουθοῦντας αὐτοῦ τῷ παραγγέλματι (89), μηδὲ καταδεχομένους ἐλπίζειν ἐπὶ τὸν Θεὸν, ἀλλ' ἔχοντας τὴν ἐλπίδα ἐπὶ τὰ μάταια τοῦ βίου. Διὰ τοῦτό φησι· *Πλὴν μάταιοι οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ψευδεῖς οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων.* Διὰ τί μάταιοι; Ἐπειδὴ ψευδεῖς. Ποῦ μάλιστα αὐτῶν τὸ ψεῦδος ἐλέγχεται; *Ἐν ζυγοῖς*, φησὶ, *τοῦ ἀδικῆσαι.* Ποίοις φησὶ ζυγοῖς; Μὴ γὰρ πάντες ἄνθρωποι ζυγοστατοῦσι; μὴ πάντες ἐριοπῶλαι, ἢ κρεωπῶλαι, ἢ χρυσὸν ἢ ἄργυρον διατίθενται, ἢ ὅλως περὶ ταύτας τὰς ὕλας τὴν σπουδὴν ἔχουσιν, ἃς ζυγοῖς καὶ σταθμοῖς πεφύκασιν οἱ ἔμποροι διαμείβειν; Ἀλλὰ πολὺ μὲν τὸ τῶν βαναύσων γένος, ζυγῶν οὐδὲν εἰς τὴν ἐργασίαν αὐτῶν προσδεόμενον (90)· πολλοὶ δὲ οἱ ναυτιλλόμενοι· πολλοὶ δὲ οἱ περὶ τὰ δικαστήρια καὶ τὸ ἄρχειν στρεφόμενοι, παρ' οἷς μὲν τὸ ψεῦδός ἐστιν, ὁ δὲ διὰ τῶν ζυγῶν δόλος οὐκ ἐπιτηδεύεται. Τί οὖν ἐστιν ὃ λέγει; Ὅτι ἑκάστου ἡμῶν (91) ἐν τῷ κρυπτῷ ζυγός τις ἐστὶ

A rum gymnasiorum ædificia. Ille opes suas in bestiarios insumens, et vanis populorum acclamationibus exsultans, laudibus inflatur, ac magnifice de se sentit tum, cum gloriam in sua turpitudine collocat [37]: qui etiam in patentibus urbis locis suum peccatum tabulis inscriptum ostentat. Effertur alius ob divitias : alius, quod rhetor sit callidus, et invincibilis, aut mundanæ sapientiæ peritus. Quorum omnium gloriæ misereri par fuerit, et beatos prædicare eos, qui Deum suam ipsorum gloriam constituunt. Etenim si quis sese magnopere jactat, quod servus sit regis, atque in magno honore apud eum habeatur: quantum convenit gloriari te apud temetipsum, quod Regis magni servus es, ab ipso accitus ad summam familiaritatem, promissionis Spiritu accepto: B ut in ipso obsignatus, Dei filius efficiare? Cum autem sinceræ in Deum spei utilitatem in semetipso agnosceret Propheta, populum ad parem secum æmulationem invitat dicens : Vers. 9. *Sperate in eo, omnis congregatio populorum, effundite coram illo corda vestra.* Fieri non potest, ut divinæ gratiæ capaces reddamur, nisi malitiæ affectiones, quæ animas nostras occupaverant, expulerimus. Novi ego medicos, qui non prius salutaria medicamenta tradebant, quam materiam morbidam per vomitum evacuassent, quam intemperantes illi ex malo victu sibi pepererant. Sed et in vas graveolenti quopiam liquore imbutum, nisi fuerit elotum, unguentum non infunditur. Ea ergo quæ prius inerant, effundi C oportet, ut quæ immittuntur, recipi possint. Vers. 10. *Verumtamen vani filii hominum.* Novit non omnes suum sequi monitum, neque spem in Deum suscipere, sed spem reponere in hujus vitæ vanitatibus. Idcirco ait : *Verumtamen vani filii hominum, mendaces filii hominum.* Cur vani? Quia mendaces. Ubinam maxime mendacium eorum deprehenditur? *In stateris*, inquit, *ad fraudandum factis.* De qualibus stateris loquitur? Nunquid enim omnes **197** homines utuntur stateris? num omnes lanæ venditores sunt, aut macellarii; aut aurum aut argentum tractant, aut omnino in hisce materiis operam et studium ponunt, quas mercatores cum stateris ac ponderibus solent divendere? Atqui multa sunt genera operariorum, qui ad operas suas stateris D nihil opus habent. Multi enim nauticam exercent artem ; multi etiam circa forum et magistratus occupantur, apud quos quidem est mendacium, nec tamen per stateras dolus perficitur. Quid igitur est quod dicit? Quod in unoquoque nostrum intus statera quædam a nostro Conditore constructa sit, in qua

[37] Philipp. III, 19.

(86) Reg. secundus ἐν πλούτῳ.

(87) Editio Basil. et sex mss. Ἐν ἑαυτῷ γνούς. At editio Paris. et Reg. sextus secundis curis ἐν ἑαυτῷ δέ.

(88) Editi et mss. aliquot ἐχέατε. Alii tres mss. ἐχέετε. Ibidem nostra editio Paris. ἀμήχανόν ἐστι τὸ χωρητικοὺς ὑμᾶς. Editio vero Basil. cum multis mss. ut in contextu.

(89) Legitur in Catena Corder. αὐτοῦ τῷ κηρύγματι.

(90) Reg. quartus προσδεομένων. Ad marginem vero Reg. sexti scriptum invenitur προσδεόμενοι. Statim Reg. quartus cum Colb. quarto δικαστήρια καὶ τὰ ἀρχεῖα. Editi vero cum multis mss. καὶ τὸ ἄρχειν.

(91) Colbertini quartus et quintus ἑκάστῳ ἡμῶν.

Digitized by Google

rerum naturam discernere ac judicare queat. *Posui ante tuam faciem vitam et mortem, bonum et malum*[38], duas naturas sibi invicem oppositas : expende ipsas in tuo ipsius tribunali : pondera diligenter quid sit tibi conducibilius, utrum temporariam eligere voluptatem, et per eam accipere æternam mortem : an in virtutis exercitio afflictionem eligere, et illius ope delicias æternas consequi ? Mendaces igitur sunt homines, corrupta habentes animæ judicia : quorum etiam miseretur Propheta dicens : *Væ, qui dicunt tenebras lucem, et lucem tenebras : qui dicunt amarum dulce, et dulce amarum*[39]. Mihi, inquit, præsto sunt præsentia ; quis vero novit futura ? Male ponderas, cum mala bonis præferas, vana veris ducas potiora, temporalia æternis anteponas, voluptatem fluxam pro lætitia perpetua ac perpeti eligas. *Mendaces ergo filii hominum in stateris ad fraudandum adhibitis.* Injuria afficiunt maxime quidem se ipsos, deinde vero proximos : quippe qui et sibi ipsis in suis actionibus male consulunt, et aliis sunt exemplo malo. Non licebit tibi dicere in die judicii : Non noveram bonum. Proponuntur tibi tuæ ipsius lances, bonum ac malum sufficienter discernentes. Nam corporis pondera ex trutinæ momentis æstimamus : sed quæ in vita eligenda sunt, libero animæ arbitrio secernimus : quod et stateram nominavit, quippe quia æqualem ad utrumque inclinationem recipere potest. ούματος βάρη ταῖς ἐπὶ τῆς τρυτάνης ῥοπαῖς δοκιμάζομεν, τὰ δὲ τοῦ βίου ἐκλεκτὰ τῷ αὐτεξουσίῳ τῆς ψυχῆς διακρίνομεν· ὃ καὶ ζυγὸν ὠνόμασε (96), διὰ τὸ ἴσην δύνασθαι λαμβάνειν τὴν ροπὴν ἐφ' ἑκάτερα.

5. VERS. 11. *Nolite sperare in iniquitate, et rapinas nolite concupiscere.* Superius dixit : *Sperate in eo, omnis congregatio populorum.* Vidit morem geri tarde segniterque, et pronuntiavit : *Verumtamen vani filii hominum.* Rursus vetat ne speremus in iniquitate. Qui coactus ex iniquitate divitias sufficiens sibi adjumentum ad robur et potentiam esse judicat, assimilis est ægroto, qui in morbi gravitate habitudinem bonam constituit. *Nolite sperare in iniquitate.* Hæc impedimento tibi ad omnem actionem. *Et super rapinam nolite concupiscere.* Aliena ne concupiscamus, admonet. *Divitiæ si affluant, nolite cor apponere.* Si videris quempiam prædivitem, ne vitam ipsius **198** beatam prædicaveris. Si undelibet, et ex uberibus fontibus tibi affluant divitiæ, ne in earum copia acquiescas. *Divitiæ si affluant.* Admirare vocem. Fluxa est divitiarum natura, torrente citius præterlabitur possessores, alios aliter solet mutare. Quemadmodum fluvius ab alto labens

5. *Μὴ ἐλπίζετε ἐπ' ἀδικίαν καὶ ἐπὶ ἅρπαγμα μὴ ἐπιποθεῖτε.* Ἄνω εἶπεν· *Ἐλπίσατε ἐπ' αὐτόν, πᾶσα συναγωγὴ λαῶν.* Εἶδε τὸ ὀκνηρὸν τῆς ὑπακοῆς, καὶ ἀπεφήνατο, ὅτι *Πλὴν μάταιοι οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων.* Πάλιν ἀπαγορεύει μὴ ἐλπίζειν ἐπ' ἀδικίαν. Ὁ τὸν ἐξ ἀδικίας ἠθροισμένον πλοῦτον ἱκανὴν ἑαυτῷ πρὸς τὸ ἰσχύειν καὶ κρατεῖν ἀφορμὴν εἶναι κρίνων ὅμοιός ἐστιν ἀῤῥώστῳ ἐν τῇ περιουσίᾳ τῆς νόσου τὴν εὐξίαν τιθεμένῳ. *Μὴ ἐλπίζετε ἐπ' ἀδικίαν.* Αὕτη σοι ἐμποδίζει πρὸς πᾶσαν ἐνέργειαν. *Καὶ ἐπὶ ἅρπαγμα* (97) *μὴ ἐπιποθεῖτε.* Μὴ εἶναι τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμητὰς παραινεῖ. *Πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίᾳ* (98). Ἐὰν ἴδῃς τινὰ τῶν ὑπερπλουτούντων, μὴ μακαρίσῃς αὐτοῦ τὴν ζωήν. Ἐάν σοι πολλαχόθεν καὶ ἐξ ἀφθόνων πηγῶν περιῤῥέῃ τὰ χρήματα, μὴ προσδέξῃ αὐτῶν τὴν περιουσίαν. *Πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ.* Θαύμασον τὴν φωνήν. Ῥευστὴ ἡ φύσις τοῦ πλούτου· χειμάῤῥου ὀξύτερον τοὺς ἔχοντας παρατρέχει· ἄλλοτε ἄλλον πέφυκε πα-

[38] Deut. xxx, 15. [39] Isa. v, 20.

(92) Ita editio Basil. et Oliv. et Anglic. cum aliis quinque mss. At editio Paris. cum paucis mss. αἰωνίας ζωῆς, *vitam æternam*. Colb. septimus αἰωνίου βρυφῆς. Ibidem. Colb. quartus Ψευδεῖς οὖν οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων.

(93) Ita sex mss. At editi et mss. nonnulli τῶν ἀληθῶν.

(94) Sic mss. quatuor. Editi οἱ καὶ αὐτοῖς. Colbertini quartus et sextus οἱ καὶ αὐτοί.

(95) Sic Oliv. et Anglic. et Combef. cum aliis sex mss. At editi προσφέρεται.

(96) Colb quartus ὠνόμασεν ὁ Προφήτης. Mox idem codex ἐπὶ τὰ ἁρπάγματα.

(97) Rursus Reg. quartus ἁρπάγματα.

(98) Sic septem mss. tum hoc loco tum aliquanto post. Editi vero et LXX καρδίαν. Haud longe mss. septem αὐτοῦ τήν. Editi vero αὐτῶν.

Digitized by Google

ραμείβεσθαι. Ὥσπερ ποταμὸς ἀφ' ὑψηλοῦ φερόμενος ἐγγίζει μὲν τοῖς παρεστῶσι τῇ ὄχθῃ, ὁμοῦ δὲ ἥψατο, καὶ εὐθὺς ἀνεχώρησεν· οὕτω καὶ ἡ τοῦ πλούτου εὐκολία ὀξυτάτην ἔχει καὶ ὀλισθηρὰν τὴν παρουσίαν, ἄλλους ἐξ ἄλλων παραμείβεσθαι πεφυκυῖα. Σήμερον τοῦδε ὁ ἀγρὸς (99), καὶ αὖριον ἑτέρου, καὶ μετ' ὀλίγον ἄλλου. Ἀπόβλεψον πρὸς τὰς ἐν τῇ πόλει οἰκίας, πόσα ἤδη, ἀφ' οὗ γεγόνασιν, ὀνόματα μετειλήφασιν, ἄλλοτε ἀπ' ἄλλου τῶν κεκτημένων ὀνομαζόμεναι. Καὶ χρυσὸς ἀεὶ τὰς τοῦ ἔχοντος χεῖρας διαῤῥέων, ἐφ' ἕτερον μεταβαίνει, καὶ ἀπ' ἐκείνου πρὸς ἄλλον. Μᾶλλον δύνασαι ὕδωρ τῇ χειρὶ περιλαβὼν κατασχεῖν, ἢ πλοῦτον σεαυτῷ διαρκῶς συντηρῆσαι. Καλῶς οὖν εἴρηται τὸ, *Πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίᾳ.* Μὴ τῇ ψυχῇ σου προσπάθῃς· ἀλλὰ τὸ ἀπ' αὐτοῦ χρήσιμον καταδέχου, μὴ ὡς ἕν τι τῶν ἀγαθῶν ὑπεραγαπῶν καὶ θαυμάζων, ἀλλ' ὡς ὀργανικὴν αὐτοῦ τὴν ὑπηρεσίαν αἱρούμενος. Εἶτα ἐπάγει πᾶσι τοῖς εἰρημένοις ἀπόφασιν, οὐκέτι ἰδίων ῥημάτων, ἀλλ' ἣν παρ' αὐτοῦ ἤκουσε τοῦ Θεοῦ. *Ἅπαξ γάρ*, φησὶν, *ἐλάλησεν ὁ Θεός, δύο ταῦτα ἤκουσα.* Καὶ μηδένα ταρασσέτω ὡς παράδοξον τὸ εἰρημένον, πῶς ὁ μὲν Θεὸς ἅπαξ ἐλάλησεν, ὁ δὲ Προφήτης δύο ἤκουσε. Δυνατὸν γὰρ ἅπαξ μέν τινα λαλῆσαι, ἐν δὲ τῷ ἅπαξ πολλὰ εἶναι τὰ λαληθέντα. Ἄνθρωπος γάρ τις, συντυχών τινι ἅπαξ, περὶ πολλῶν διελέχθη· καὶ δύναται ὁ ἀκούσας αὐτοῦ τῶν ῥημάτων εἰπεῖν ὅτι, Ἅπαξ μέν μοι ἐφθέγξατο, περὶ πολλῶν δὲ ἐλάλησε. Τοῦτό ἐστι τὸ εἰρημένον νῦν· Ἡ μὲν Θεοῦ ἐπιφάνεια ἅπαξ μοι γέγονε, δύο δὲ πράγματά ἐστιν ἃ ἐλάλησεν. Οὐκ εἶπεν· Ἓν ἐλάλησεν ὁ Θεὸς, δύο δὲ ταῦτα ἤκουσα· οὕτω γὰρ ἂν ἔδοξέ τινα ἔχειν ὁ λόγος πρὸς ἑαυτὸν ἐναντίωσιν. Τίνα οὖν ἦν τὰ δύο ἃ (1) ἤκουσεν; Ὅτι, *Τὸ κράτος τοῦ Θεοῦ, καὶ σοῦ, Κύριε, τὸ ἔλεος.* Ὅτι δυνατὸς, φησὶν, ὁ Θεὸς ἐν τῇ κρίσει, καὶ ὁ αὐτὸς ἐλεήμων. Μήτε οὖν ἐλπίζετε ἐπ' ἀδικίαν, μήτε πλούτῳ προστίθεσθε, μήτε αἱρεῖσθε ματαιότητα, μήτε τὸ τῆς ψυχῆς κριτήριον διεφθαρμένον περιφέρετε. Εἰδότες (2), ὅτι κραταιὸς ἡμῶν ὁ Δεσπότης, φοβήθητε αὐτοῦ τὸ ἰσχυρὸν, καὶ μὴ ἀπογνῶτε αὐτοῦ τῆς φιλανθρωπίας. Πρὸς μὲν οὖν τὸ μὴ ἀδικεῖν, ἀγαθὸς ὁ φόβος· πρὸς δὲ τὸν ἅπαξ εἰς ἁμαρτίαν ὀλισθήσαντα μὴ ἑαυτὸν προέσθαι διὰ τῆς ἀνελπιστίας, ἀγαθὴ ἡ ἐλπὶς τοῦ ἐλέους. Τὸ γὰρ κράτος τοῦ Θεοῦ, καὶ παρ' αὐτοῦ (3) τὸ ἔλεος. *Ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. ὯΙ γὰρ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν.* Ἐθλιψας τὸν ἀδελφόν; ἐκδέχου τὸ ἴσον. Ἥρπασας τὰ τῶν ὑποδεεστέρων, κατεκονδύλισας πένητας (4), κατῃσχυνας ἐν λοιδορίαις, ἐσυκοφάντησας, κατεψεύσω, ἀλλοτρίοις ἐπεβούλευσας γάμοις, ἐπιώρκησας, ὅρια πατέρων μετέθηκας (5), κτήμασιν ὀρφανῶν ἐπῆλθες, χήρας ἐξέθλιψας, τὴν παροῦσαν ἡδονὴν τῶν ἐν ἐπαγγελίαις ἀγαθῶν προετίμησας; ἐκδέχου τού-

A iis quidem qui ad ripam astant appropinquat, sed simul ut contigit, statim secedit : ita etiam divitiarum instabilitas velocissimam lubricamque præsentiam habet, alios ex aliis permutare solita. Hodie hujus est ager, cras alterius, et paulo post alius. Respice ad civitatis domos ; quot jam nomina, ex quo exstructæ sunt, accepere, aliter ab alio possessore appellatæ. Quin etiam aurum semper e manibus ejus, quem penes est, elabens, ad alterum transit, et ab illo ad alium. Comprehensam manu aquam facilius possis continere, quam divitias tibi constanter servare. Quare recte dictum est : *Divitiæ si affluant, nolite cor apponere.* Ne iis sis animo deditus : sed de ipsis commodum cape, non illas velut unum quodpiam bonum impensius diligens, aut admirans,

B sed earum famulatum tanquam instrumentum quoddam admittens. Deinde his dictis omnibus sententiam subdit, non ex suis ipsius verbis adornatam, sed quam ab ipso Deo audivit. VERS. 12. *Semel enim*, inquit, *locutus est Deus, duo hæc audivi.* Nec quemquam hoc dictum quasi paradoxum perturbet, quomodo Deus quidem semel locutus sit, Propheta vero duo audiverit. Fieri enim potest ut quis semel locutus sit, et inter semel loquendum dicta sint multa. Nam homo quispiam, semel cum aliquo congressus, de multis disseruit ; ita qui ipsius verba audivit, potest dicere : Semel quidem me allocutus est, sed de multis sermonem habuit. Hoc est, quod modo dictum fuit : Mihi quidem semel apparuit Deus, sed res duæ

C sunt, quas dixit. Non ait : Unum locutus est Deus, et tamen hæc duo audivi ; sic enim sermo quodammodo secum pugnare videretur. Quæ igitur erant duo hæc quæ audivit ? *Potestas Dei est*, (VERS. 13) *et tua, Domine, misericordia.* Deus, inquit, potens in judicio, et idem misericors. Neque igitur sperate in iniquitate, neque divitiis addicti estote, neque amplectamini vanitatem, neque animi judicium corruptum circumferte. Dominum nostrum potentem esse cum non ignoretis, timete ejus fortitudinem, nec tamen desperetis de ipsius benignitate. Et quidem bonus est timor, ut ne quid admittamus iniqui : spes vero misericordiæ bona est, ut ne qui semel in peccatum prolapsus est, se ipse per desperationem perdat. Nam Dei est potestas, et ab ipso est

D misericordia. *Quia tu reddes unicuique juxta opera sua. Etenim qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis*[40]. Afflixisti fratrem ? par exspecta. Rapuisti inferiorum facultates ; pugnis pauperes **199** cecidisti ; per convicia incussisti pudorem, calumniatus es, mentitus es, alienis nuptiis parasti insidias, pejerasti, terminos patrum transposuisti, orphanorum invasisti possessiones, viduas oppressisti, bonis promissis prætulisti præsentem voluptatem ? Vicem his dignam exspecta. Qualia enim unusquisque semi-

[40] Matth. VII, 2.

(99) Ita editio Basil. et mss. multi. Editio Paris. τοῦδε ἀγροῦ.

(1) Ita septem mss. At editi δύο ταῦτα ἃ. Mox mss. ὁ αὐτὸς ἐλεήμων. Editi inverso ordine ἐλεήμων ὁ αὐτός.

(2) Sic septem mss. At editi ἀλλ' εἰδότες.

(3) Codices tres παρ' αὐτῷ.

(4) Reg. secundus πένητα.

(5) Tilmannus verbis Proverbiorum XXII, 28, usus, illa, ὅρια πατέρων, etc., sic interpretatus fuerat :

Digitized by Google

nat, talia et metet [1]. Cæterum si quid etiam boni abs te perpetratum est, remunerationem præstolare illo longe majorem. *Quia tu reddes unicuique juxta opera sua.* Hujus sententiæ si per omnem tuam vitam memineris, multa poteris vitare peccata : in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

A των τὴν ἀντιμέτρησιν. Οἷα γὰρ σπείρει ἕκαστος, τοιαῦτα καὶ θερίσει. Καὶ μέντοι καὶ εἴ τι τῶν ἀγαθῶν πέπρακταί σοι, κἀκείνων ἐκδέχου πολλαπλασίους τὰς ἀντιδόσεις. *Ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.* Ταύτης μεμνημένος παρὰ πάντα σου (6) τὸν βίον τῆς ἀποφάσεως, δυνήσῃ τὰ πολλὰ τῶν ἁμαρτημάτων διαφυγεῖν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

IN PSALMUM CXIV.

1. Jamdudum occupato hoc sacro Martyrum templo, a media nocte ad hanc usque meridiem Deum martyrum*, dum adventus noster exspectaretur, hymnis placare perrexistis. Itaque vobis parata merces est, qui martyrum honorem, Deique cultum et somno et quieti prætuleritis. Quod si opus est ut nostram ipsorum defensionem suscipiamus, causam cur moras interposuerimus, vosque deseruerimus diutius, dicturi sumus : quod alterum huic parem Dei ecclesiam, non mediocri intervallo a vobis disjunctam, administrantes, istud diei spatium in id insumpserimus. Cum igitur tribuerit Dominus, ut et apud illos impleverim ministerium, nec sim a vestra charitate frustratus, mecum largitori benefico gratias agite, qui hanc quam videtis corporis nostri debilitatem invisibili sua potentia levavit. Porro ne diutius detentis vobis simus molesti ; ubi pauca ex eo psalmo quem vos canentes deprehendimus, disseruerimus, ac verbo consolatorio pro nostris viribus paverimus vestras animas, singulos ad habendam corporis curam dimittemus. Quid igitur erat quod a vobis canebatur? Vers. 1. *Dilexi*, inquit, *quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ.* Non cujusvis est dicere : *Dilexi* ; sed ejus, qui jam perfectus est, ac servitutis timorem transgreditur, atque adoptionis spiritum adeptus est. Et quidem cum dixit : *Dilexi*, non apposuit, *quem* ; sed subaudimus, *Deum universorum.* Quod enim proprie amabile est, hoc Deus est; quandoquidem amabile id esse definiunt, quod omnia expetunt. Bonum autem est Deus, et primum, et bonorum perfectissimum. Ipsum igitur dilexi, Deum, eorum quæ desiderari possunt, supremum; atque pro eo has afflictationes cum gaudio amplexus sum. Quæ autem sint hæ, paulo post recenset. Nimirum commemorat dolores mortis, in-

ΕΙΣ ΤΟΝ ΡΙΔ' ΨΑΛΜΟΝ (7).

1. Πάλαι προκαταλαβόντες τὸν ἱερὸν τοῦτον τῶν Μαρτύρων σηκὸν, ἐκ μέσης νυκτὸς τὸν Θεὸν τῶν μαρτύρων διὰ τῶν ὕμνων ἐξιλεούμενοι, διεκαρτερήσατε μέχρι τῆς μεσημβρίας ταύτης, τὴν ἡμετέραν ἄφιξιν ἀναμένοντες. Ὑμῖν μὲν οὖν καὶ ὕπνου καὶ ἀναπαύσεως τὴν εἰς τοὺς μάρτυρας τιμὴν καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ λατρείαν προτιμῶσιν, ἕτοιμος ὁ μισθός. Εἰ δὲ δεῖ καὶ ἡμᾶς ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν ἀπολογήσασθαι, τῆς διατριβῆς ἕνεκεν καὶ τῆς ἐπὶ πλεῖστον ἀπολείψεως ὑμῶν (8), ἐροῦμεν τὴν αἰτίαν, ὅτι ἄλλην ὁμότιμον ταύτῃ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν οἰκονομοῦντες, οὐκ ὀλίγῳ πρὸς ὑμᾶς διειργομένην τῷ διαστήματι, τὸν χρόνον τοῦτον τῆς ἡμέρας καταναλώσαμεν. Ἐπεὶ οὖν ἔδωκεν ὁ Κύριος κἀκείνοις πληρῶσαι τὴν λειτουργίαν, καὶ μὴ διαμαρτεῖν τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, ἀπόδοτε μεθ' ἡμῶν τὴν εὐχαριστίαν τῷ εὐεργέτῃ, τῷ τὴν ὁρωμένην ταύτην τοῦ σώματος ἡμῶν ἀσθένειαν τῇ ἀοράτῳ αὐτοῦ δυνάμει χειραγωγοῦντι. Ὡς ἂν δὲ μὴ ἐπὶ πλεῖον παρακατέχοντες ὑμᾶς ἀνιῶμεν, βραχέα ἐξ οὗ κατελάβομεν ᾄδομένου ὑμῖν ψαλμοῦ διαλεχθέντες, καὶ τῷ λόγῳ τῆς παρακλήσεως κατὰ τὴν προσοῦσαν ἡμῖν δύναμιν τὰς ψυχὰς ὑμῶν θρέψαντες, ἐπὶ τὴν τοῦ σώματος ἐπιμέλειαν ἕκαστόν διαφήσομεν (9). Τί τοίνυν ἦν τὸ ᾀδόμενον ; *Ἠγάπησα*, φησὶν, *ὅτι εἰσακούσεται Κύριος τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου.* Οὐ παντός ἐστιν εἰπεῖν τὸ, *Ἠγάπησα*, ἀλλὰ τοῦ τελειουμένου (10) ἤδη καὶ ὑπερβαίνοντος τὸν τῆς δουλείας φόβον, καὶ ἐν τῷ πνεύματι γενομένου τῆς υἱοθεσίας. Οὐ πρόσκειται μὲν οὖν τῷ, *Ἠγάπησα*, τὸ, *τινά* · προσυπακούεται δὲ παρ' ἡμῶν ὅτι, *τὸν Θεὸν τῶν ὅλων.* Τὸ γὰρ κυρίως ἀγαπητὸν, ὁ Θεός · ἐπειδήπερ ἀγαπητὸν ὁρίζονται εἶναι, οὗ πάντα ἐφίεται. Ἀγαθὸν δὲ ὁ Θεὸς (11), καὶ πρῶτον καὶ τελειότατον τῶν ἀγαθῶν. Αὐτόν τε οὖν ἠγάπησα τὸν Θεὸν, τῶν ὀρεκτῶν ὄντα τὸ ἔσχατον, καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ παθήματα μετὰ χα-

[1] Gal. vi, 8.

Terminos quos posuerunt patres tui esne transgressus? Sed vim verborum non satis exprimi recte et vere judicavit eruditissimus vir Ducæus. Etenim aliud est limites agris positos loco movere, aliud eosdem deambulando transgredi. Hic videre est in editione Parisiensi multas interrogandi notas : sed cum absint a mss. nostris, eas delendas censuimus.

(6) Colbertini primus et sextus cum Reg. quarto πάντα σου. Deest σου in editis et in aliis mss.

(7) Prima psalmi verba, Ἠγάπησα, ὅτι εἰσακούσεται Κύριος, *Dilexi, quoniam exaudiet Dominus*, leguntur in editione Parisiensi : sed et in editione Basil. et in nostris novem mss. desiderantur. Statim ipso initio editi προκαταλαβόντας. At codex Combef. et alii octo simpliciter καταλαβόντες.

(8) Colbertini tertius, quintus, sextus et septimus æque ac Regii quartus et sextus cum editione Paris. ἀπολείψεως ὑμῶν, *derelictionis vestræ*. Editio vero Basil. et Reg. tertius ἀπολείψεως ἡμῶν, *absentiæ nostræ*.

(9) Nostra editio Paris. et duo mss. διαφήσομεν. Alii quatuor mss. διαφήσομεν.

(10) Colbertini primus et septimus τοῦ τελείου μόνου. Colb. quartus τοῦ τετελειωμένου.

(11) Colb. primus Ἀγάπη δὲ ὁ Θεός. Editi cum aliis mss. Ἀγαθὸν δὲ ὁ Θεός. Mox Colb. quartus καὶ τελειώτατον. Subinde idem codex τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ πάθη.

Digitized by Google

ρᾶς ὑπεδεξάμην. Τίνα δέ ἐστι ταῦτα, μικρὸν ὕστερον διεξέρχεται, τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, τοὺς κινδύνους τοῦ ᾅδου, τὴν θλῖψιν, τὴν ὀδύνην, ἅπερ πάντα αὐτῷ ἀγαπητὰ διὰ τὴν πρὸς Θεὸν ἀγάπην, καὶ τὴν ἐλπίδα, τὴν ἀποκειμένην τοῖς τὰ ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας πάθη καταδεχομένοις, ἐφαίνετο. Οὐ γὰρ παρὰ προαίρεσιν, οὐδὲ βιαίως καὶ κατηναγκασμένως ὑπέμεινα, φησὶ, τοὺς ἀγῶνας, ἀλλὰ στοργῇ τινι καὶ διαθέσει ὑπεδεξάμην τὰ ἐπίπονα· ὥστε ἔχειν με λέγειν· *Ὅτι ἕνεκα σοῦ θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν.* Καὶ ἔοικε ταῦτα ἰσοδυναμεῖν τοῖς τοῦ Ἀποστόλου, καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῆς αὐτῷ διαθέσεως λέγεσθαι τὸ, *Τίς* (12) *ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλῖψις; ἢ στενοχωρία; ἢ διωγμός; ἢ λιμός; ἢ γυμνότης; ἢ κίνδυνος; ἢ μάχαιρα;* Ἠγάπησα οὖν ταῦτα πάντα, εἰδὼς, ὅτι ὑπὸ θεατῇ καὶ ἀθλοθέτῃ τῷ Δεσπότῃ τῶν ὅλων τοὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας διαφέρω κινδύνους. *Ὅτι εἰσακούσεται Κύριος τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου.* Οὕτω γὰρ καὶ ἕκαστος ἡμῶν δύναται τὸ ἐν ταῖς ἐντολαῖς ἐπίπονον διανύειν, ὅταν οἰονεὶ θεατῇ τῷ Θεῷ (13) τῶν ὅλων ἐπιδεικνύμενος ᾖ τὴν ἑαυτοῦ πολιτείαν.

A ferni pericula, tribulationem, dolorem : quæ omnia ob Dei amorem, et ob spem repositam iis qui ærumnas afflictionesque pro pietate sustinent, ei amabilia videbantur. Non enim, inquit, præter voluntatem, neque vi, neque necessitate hæc pertuli certamina, sed amore quodam et affectu hosce labores **200** suscepi, ut possim dicere : *Quoniam propter te mortificamur tota die*[48]. Atque hæc videntur idem valere ac Apostoli verba, et eodem affectu ab eo proferri atque ab Apostolo : *Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius*[49]? Dilexi igitur hæc omnia, quod scirem me sub spectatore et præmiorum largitore Domino universorum, pro pietate pericula subire. *Quoniam* B *exaudiet Dominus vocem orationis meæ.* Sic enim et quilibet nostrum præceptorum difficultates superare potest, cum suum vitæ institutum universorum Deo velut spectatori patefacit.

2. *Ὅτι ἔκλινε τὸ οὖς αὐτοῦ ἐμοί.* Ἔκλινεν, εἶπεν, οὐχ ἵνα σωματικήν τινα ἔννοιαν λάβῃς περὶ Θεοῦ ὦτα ἔχοντος, καὶ ταῦτα πρὸς τὸ ἠρεμαῖον τῆς φωνῆς ἐπικλίνοντος, ὅπερ ἡμεῖς ποιοῦμεν πρὸς τοὺς μικρὸν φθεγγομένους προσεγγίζοντες ἡμῶν τὴν ἀκοὴν, ἵνα ἐκ τοῦ σύνεγγυς τῇ αἰσθήσει παραδεξώμεθα τὸ λαλούμενον, ἀλλ' *Ἔκλινεν*, εἶπεν, ἵνα τὸ ἑαυτοῦ ἀσθενὲς ἐπιδείξηται. Ὅτι χαμαὶ κειμένῳ μοι συγκατέβη διὰ φιλανθρωπίαν· οἰονεὶ, ἀῤῥώστου τινὸς ἐκ πολλῆς ἀσθενείας οὐδὲ φθέγγεσθαι τρανῶς δυναμένου, φιλάνθρωπος ἰατρὸς προσαγαγὼν ἑαυτοῦ τὴν ἀκοὴν ἐκ τοῦ σύνεγγυς μανθάνοι (14) τὰ ἀναγκαῖα τῷ κάμνοντι. *Ἔκλινεν οὖν τὸ οὖς αὐτοῦ ἐμοί.* Ἡ γὰρ θεία ἀκοὴ οὐ φωνῆς δεῖται πρὸς αἴσθησιν· οἶδε γὰρ καὶ ἐν τῷ κινήματι τῆς καρδίας γνωρίσαι τὰ ἐπιζητούμενα. Ἢ οὐκ ἀκούεις, ὅτι Μωϋσῆς μηδὲν φθεγγόμενος, ἀλλὰ τοῖς ἀλαλήτοις ἑαυτοῦ στεναγμοῖς ἐντυγχάνων τῷ Κυρίῳ, ἠκούετο (15) παρὰ τοῦ Κυρίου λέγοντος· *Τί βοᾷς πρός με;* Οἶδεν ὁ Θεὸς καὶ αἵματος ἀκοῦσαι δικαίου, ᾧ γλῶσσα οὐ πρόσεστιν, οὐδὲ φωνὴ τὸν ἀέρα περῶσα. Ἔργων δὲ δικαίων παρουσία μεγαλοφωνία ἐστὶ παρὰ Θεῷ. *Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις μου ἐπικαλέσομαι.* Ἡμεῖς μὲν, ἐν μιᾷ προσευξάμενοι ἡμέρᾳ, ἢ ἐν μιᾷ ὥρᾳ βραχύ τι ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν ἐπιστυγνάσαντες, ἀμεριμνῶμεν (16) ὡς ἤδη τι ποιήσαντες ἐφάμιλλον τῇ κακίᾳ ἡμῶν. Ὁ μέντοι ἅγιος παντὶ τῷ χρόνῳ τῆς ζωῆς ἑαυτοῦ παραμετρουμένην ἐπιδείκνυσθαι λέγει (17) τὴν ἐξομολόγησιν· *Ἐν ταῖς ἡμέραις γάρ μου,*

2. VERS. 2. *Quia inclinavit aurem suam mihi. Inclinavit*, inquit, non ut corpoream quamdam de Deo notionem accipias, quasi habeat aures, easque ad submissam vocem inclinet : quod nos erga illos qui exili voce loquuntur, efficimus, aures nostras admoventes, ut ex illa proximitate id quod dicitur, sensu percipiamus : sed, *Inclinavit*, ait, ut suam ipsius detegeret infirmitatem. Quandoquidem C ad me humi jacentem ob suam erga homines benevolentiam descendit : velut cum benignus medicus, si quis ægrotus præ multa infirmitate clare loqui non queat, ea quæ sunt ægrotanti necessaria, ex propinquo, suis auribus admotis, ediscit. *Inclinavit* itaque *aurem suam mihi.* Utique auditus divinus voce non indiget ad percipiendum, siquidem petita etiam in cordis motu cognoscere valet. Nonne scis ex auditu, quod Moyses nihil loquens, sed tacitis suis suspiriis Dominum interpellans, a Domino audiebatur dicente : *Quid clamas ad me*[50]? Novit Deus vel sanguinem justi audire, cui nec lingua inest, nec vox aerem permeans. Quin etiam operum justorum præsentia clamor magnus apud Deum est. *Et in diebus meis invocabo.* Nos equidem cum una D die oravimus, vel per unam horam brevi aliqua tristitia ob peccata fuimus affecti, securi vivimus, tanquam si quidpiam quod iniquitatem nostram compensaret a nobis patratum esset. Sed hic sanctus confessionem, quæ omne vitæ suæ tempus admetiri possit, editurum se affirmat : *Omnibus enim,*

[48] Psal. XLIII, 22. [49] Rom. VIII, 35. [50] Exod. XIV, 15.

(12) Sic mss. multi. Editio Paris. τῷ, Τίς.

(13) Reg. tertius οἰονεὶ θεατῇ καὶ ἀθλοθέτῃ τῷ Θεῷ. Sed cum illud, καὶ ἀθλοθέτῃ, in editis et in aliis mss. desit, credi merito potest ab aliquo librario additum fuisse.

(14) Editi cum Colb. quinto μανθάνει. At septem mss. μανθάνοι.

(15) Ita Colbertini primus, quintus et sextus cum Regiis secundo et quarto. Editi vero cum Regiis tertio et sexto ἤκουσε. Mox mss. tres ὁ Θεός. Deest articulus in editis et in aliis mss. Subinde mss. novem δικαίου. Editi δικαίων.

(16) Colb. quartus ἀμεριμνῶμεν. Editi cum plurimis mss. ἀμεριμνοῦμεν. Ibidem quatuor mss. ὡς ἤδη. Editi cum uno aut altero ms. ὡς δή.

(17) Ita editio Basil. cum novem mss., nec aliter legit interpres. Editio Paris. ἐπιδείκνυσθαι μέλλει.

Digitized by Google

inquit, *diebus meis invocabo*. Deinde ut ne Deum ab ipso propterea invocatum fuisse existimes, quod in hac vita rebus secundis uteretur, eique prospere succederent omnia; narrat calamitatum magnitudinem, in quibus constitutus nequaquam nominis Dei oblitus est. Vers. 3. *Circumdederunt me* enim, inquit, *dolores mortis, pericula inferni invenerunt me.* Ili quidem dolores proprie usurpantur ad significandos puerperii dolores, cum venter ad tumorem usque distentus, foras fetum impellit: deinde vero **201** partes genitales pressæ, et circum fetum distensionibus contractionibusque nervorum dilatatæ, acutissimos dolores et acerbos cruciatus parturientibus creant. Transtulit autem dolores partus ad ipsos etiam mortis dolores, qui in animæ et corporis divisione animal obsident. Ait igitur se nihil mediocre passum esse, imo se ipsos quoque mortis dolores expertum fuisse, atque in periculum descensus inferni deductum. Num igitur hæc sola de quibus gloriatur, pertulit, cum alioqui isthæc sæpe nec voluntaria quidem sint? Nihil autem coactum laudabile est. At vide hujus athletæ magnanimitatem. Postquam enim *Circumdederunt me dolores mortis, et pericula inferni invenerunt me*, tantum abfuit ut his tentationibus succubuerim, ut etiam me ipse sponte tentaminibus multo pluribus objecerim. *Afflictionem et dolorem* ut volens mihi ipse *excogitavi*, ita non invitus ab eis apprehensus sum. Siquidem in superioribus *Pericula inferni invenerunt me*; hic vero *Tribulationem et dolorem inveni*. Cum enim illic adversus ea quæ mihi a tentatore illata sunt, firmus ac constans inventus essem: adjeci, ut meæ in Deum charitatis copiam ostenderem, afflictioni afflictionem, et dolori dolorem: non quod meis viribus obstiterim hisce molestiis, sed quod nomen Domini invocaverim. Tale est et illud Apostoli dicentis: *In his omnibus plus quam victores sumus per eum qui dilexit nos* [46]. Vincit quidem, qui ab his, quæ necessario accidunt, non frangitur: sed plus quam victor est, qui sua etiam sponte et voluntate dolores ad demonstrandam patientiam sibi accersit. Qui letale aliquod peccatum admiserit, dicat: *Circumdederunt me dolores mortis. Omnis enim*, inquit, *qui facit peccatum, ex diabolo natus est* [46]. Cum igitur, inquit, peccatum patrarem, et in mortis utero gestarer, tunc etiam ab inferni periculis inventus sum. Quomodo ergo sanavi me ipsum? Propterea quod *tri-*

[46] Rom. VIII, 37. [46] I Joan. III, 8.

(18) Reg. sextus et Colb. tertius ἐν αἷς. At multi mss. ἐν οἷοις. Imo ita quoque legitur in margine Reg. sexti et Colb. tertii. Nec ita multo post editio Paris. εὗρεσαν. Multi mss. cum LXX εὕροσαν.

(19) Editi πρὸς τά. Multi mss. πρὸς τό. Mox multi mss. μέρη. Editi vero μόρια.

(20) Ita quinque mss. At editi προσεθέμην. Statim quatuor mss. ἐπεξεῦρον. Editi ὑπεξεῦρον. Colb. quintus ἐξηῦρον.

(21) Ita editi cum Reg. sexto. Alii sex mss. θλίψεις ἐπί. Mox Colb. quartus καὶ ὀδύνας.

(22) Sic editio Basil. cum multis mss. et cum sacro textu. Editio Paris. τούτοις ἅπασιν.

φησὶ, *πάσαις ἐπικαλέσομαι*. Εἶτα ἵνα μὴ οἰηθῇς, ὅτι ἐνευημερῶν τῷ βίῳ τούτῳ, καὶ πάντων αὐτῷ τῶν πραγμάτων κατὰ ῥοῦν προϊόντων, ἐπεκαλεῖτο τὸν Θεὸν, διηγεῖται τὸ μέγεθος τῶν περιστάσεων, ἐν αἷς (18) ὢν οὐκ ἐπελάθετο τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ. *Περιέσχον γάρ με*, φησὶν, *ὠδῖνες θανάτου, κίνδυνοι ᾅδου εὗροσάν με.* Κυρίως μὲν αἱ ὠδῖνες ἐπὶ τῶν κατὰ τὰς κυήσεις ὀδυνῶν εἰσι τεταγμέναι, ὅταν, πρὸς ὄγκον ἡ γαστὴρ διεγειρομένη, ὠθῇ τὸ ἔμβρυον πρὸς τὸ ἔξω (19)· εἶτα θλιβόμενα τὰ γεννητικὰ μέρη, καὶ περιτεινόμενα τῷ κυήματι σπασμοῖς καὶ συνολκαῖς τῶν ἰνῶν, ὀξυτάτας; ἀλγηδόνας καὶ δριμείας ὀδύνας ἐμποιεῖ ταῖς τικτούσαις. Μετήνεγκε δὲ τὰς ὠδῖνας καὶ ἐπὶ τοῦ θανάτου, τὰς περιϊσταμένας τὸ ζῶον ἐν τῷ μερισμῷ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος. Οὐδὲν οὖν φησι μέτριον πεπονθέναι, ἀλλὰ μέχρι καὶ αὐτῶν πεπειρᾶσθαι τῶν ὠδίνων τοῦ θανάτου, καὶ εἰς κίνδυνον τῆς καταβάσεως τοῦ ᾅδου ἀφῖχθαι. Ἆρ' οὖν καὶ μόνα ταῦτα πέπονθεν ἐφ' οἷς σεμνύνεται, ἢ ταῦτα μὲν πολλάκις καὶ ἀκούσια; Οὐδὲν δὲ τῶν ἠναγκασμένων ἐπαινετόν. Ἀλλὰ βλέπε τὸ μεγαλοφυὲς τοῦ ἀθλητοῦ. Ἐπειδὴ γὰρ *Περιέσχον με ὠδῖνες θανάτου, καὶ κίνδυνοι ᾅδου εὗροσάν με*, τοσοῦτον ἀπέσχον τοῖς πειρασμοῖς τούτοις ὑποπεσεῖν, ὅτι καὶ πολλῷ τούτων πλείοσι κατὰ τὸ ἑκούσιον πειρασμοῖς ἐμαυτὸν προεθέμην (20). *Θλῖψιν καὶ ὀδύνην* ὥσπερ ἐκὼν ἐμαυτῷ *ἐπεξεῦρον*, οὐκ ἀκουσίως ὑπ' αὐτῶν κατελήφθην. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς κατόπιν *Κίνδυνοι ᾅδου εὗροσάν με*· ἐνταῦθα δὲ *Θλῖψιν καὶ ὀδύνην εὗρον*. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖ ἀνενδότως ἔχων εὑρέθην πρὸς τὰ παρὰ τοῦ πειράζοντος ἐπαχθέντα, ἵνα δείξω τὴν περιουσίαν τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης, προσέθηκα θλῖψιν ἐπὶ (21) τῇ θλίψει, καὶ ὀδύνην ἐπὶ τῇ ὀδύνῃ· οὐ τῇ ἐμαυτοῦ δυνάμει τῶν ἀλγεινῶν κατεπανιστάμενος, ἀλλὰ διότι τὸ ὄνομα Κυρίου ἐπεκαλεσάμην. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· *Ἐν τούτοις πᾶσιν* (22) *ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς.* Νικᾷ μὲν γὰρ ὁ μὴ ἐνδιδοὺς τοῖς πρὸς ἀνάγκην ἐπαγομένοις· ὑπερνικᾷ δὲ ὁ καὶ αὐθαιρέτως ὀδύνας εἰς ἐπίδειξιν τῆς ὑπομονῆς ἐπισπώμενος. Ὁ γενόμενος ἐν ἁμαρτίᾳ τινὶ τῇ πρὸς θάνατον λεγέτω· *Περιέσχον με ὠδῖνες θανάτου. Πᾶς γὰρ*, φησὶν, *ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν ἐκ τοῦ διαβόλου γεγέννηται* (23). Ὅτε οὖν ἦμην, φησὶν, ἐργάτης τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἐκυοφορούμην ὑπὸ τοῦ θανάτου, τότε καὶ εὑρέθην ὑπὸ τῶν τοῦ ᾅδου κινδύνων. Πῶς οὖν ἐξιασάμην ἐμαυτόν; Ἐπειδὴ *θλῖψιν καὶ ὀδύνην εὗρον* τὴν διὰ τῆς μετανοίας. Ἀναλογοῦσαν γὰρ τῷ μεγέθει τῆς ἁμαρ-

(23) Oliv. et Regii tertius et quartus, perinde atque Colbertini sextus et septimus, cum editione Basil. γεγένηται. Editio Paris. γεγέννηται. Colb. quintus Πᾶς γὰρ, φησὶν, ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἐκ τοῦ διαβόλου γεγέννηται, *Quisquis enim*, inquit, *facit peccatum, servus est peccati, et ex diabolo natus est.* Notandum est Combefisium eo in codice (nam illius codex, noster est Colbertinus quintus) pro πᾶς male πῶς legisse; nec debuisse eam lectionem, qualem citat, tanquam emendatiorem prædicare. Mox Reg. tertius ἐργάτης τῆς ἀνομίας.

Digitized by Google

τίας τὴν ἐκ τῆς μετανοίας κάκωσιν ἐμαυτῷ ἐπενόησα, καὶ οὕτως ἐτόλμησα τὸ ὄνομα Κυρίου ἐπικαλέσασθαι. Τίνα δὲ ἦν ἃ εἶπον; *Ὦ Κύριε, ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου.* Κατέχομαι ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ ταύτῃ, σὺ δὸς τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ λύτρον, καὶ ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου.

A *bulationem et dolorem inveni* per pœnitentiam. Enimvero talem pœnitentiæ cruciatum, qui peccati magnitudini conveniret, mihi ipse excogitavi, et sic nomen Domini ausus sum invocare. Quæ autem erant quæ dixi? Vers. 4. *O Domine, libera animam meam.* In hac detineor captivitate, tu pro me pretium da redemptionis, et libera animam meam.

3. *Ἐλεήμων ὁ Κύριος καὶ δίκαιος.* Πανταχοῦ συνάπτει ἡ Γραφὴ τοῖς οἰκτιρμοῖς τοῦ Θεοῦ τὴν δικαιοσύνην, διδάσκουσα ἡμᾶς, ὅτι οὔτε ὁ ἔλεος τοῦ Θεοῦ ἄκριτος, οὔτε ἡ κρίσις ἀνελεήμων. Ἀλλὰ καὶ ἐλεῶν, κεχριμένως τοῖς ἀξίοις ἐπιμετρεῖ τοὺς οἰκτιρμούς· καὶ κρίνων, ἐστοχασμένως τῆς ἀσθενείας ἡμῶν ἐπάγει τὴν κρίσιν, φιλανθρωπίᾳ μᾶλλον ἢ τῇ τοῦ ἴσου ἀντιμετρήσει ἀμυνόμενος ἡμᾶς. *Καὶ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐλεεῖ.* Ἔλεός ἐστι πάθος ἐπὶ τοὺς παρ' ἀξίαν τεταπεινωμένους, παρὰ τῶν συμπαθῶς διατιθεμένων γινόμενον. Ἐλεοῦμεν τὸν ἐκ μεγάλου πλούτου πρὸς τὴν (24) ἐσχάτην πενίαν μεταπεσόντα, τὸν ἐκ τῆς ἄκρας εὐεξίας τοῦ σώματος εἰς τὴν ἐσχάτην ἀσθένειαν καταβληθέντα, τὸν ἐπὶ κάλλει καὶ ὥρᾳ σώματος ἀγαλλόμενον, καὶ ὑπὸ τῶν αἰσχίστων παθῶν διαφθαρέντα. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἡμεῖς ἤμέν ποτε ἔνδοξοι ἐπὶ τῆς τοῦ παραδείσου διαγωγῆς, ἐγενόμεθα δὲ ἄδοξοι καὶ ταπεινοὶ διὰ τὴν ἔκπτωσιν, *Ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐλεεῖ*, ὁρῶν ἡμᾶς οἷοι ἀνθ' οἵων γεγόναμεν. Διὰ τοῦτο καὶ τὸν Ἀδὰμ ἀνεκαλεῖτο τῇ (25) τοῦ ἐλέου φωνῇ, λέγων· Ἀδάμ, *ποῦ εἶ*; Οὐ γὰρ διδαχθῆναι ἐζήτει ὁ πάντα εἰδώς, ἀλλὰ νοῆσαι αὐτὸν ἐβούλετο οἷος ἀνθ' οἵου γέγονε. *Ποῦ εἶ;* ἀντὶ τοῦ, Εἰς οἷον πτῶμα κατελήλυθας ἀπὸ τηλικούτου ὕψους;

B

C

3. Vers. 5. *Misericors Dominus et justus.* Scriptura ubique Dei miserationibus justitiam conjungit : quippe docet nos, neque Dei misericordiam judicio carere, neque judicium expers esse misericordiæ. Sed et dum miseretur, iis qui digni sunt, suas cum judicio miserationes admetitur : atque dum judicat, habita infirmitatis nostræ ratione infert judicium, benignitate magis, quam par pari referendo plectens nos. *Et Deus noster miseretur.* Misericordia affectio est erga eos qui præter meritum depressi sunt, ab iis qui miseratione **202** moventur proficiscens. Miseramur eum, qui ex magnis divitiis in extremam incidit paupertatem : eum, qui ex optima corporis habitudine ad summam redactus est debilitatem : eum, qui ob pulchritudinem ac elegantiam corporis prægestiebat, sed a fœdissimis ac turpissimis morbis corruptus est. Quoniam igitur et nos in paradiso degentes, eramus aliquando clari ac spectabiles, et tamen ob ejectionem, inglorii et abjecti evasimus, *Deus noster miseretur*, dum quales nos ex qualibus facti simus, videt. Quapropter et Adamum hac misericordiæ voce revocabat, dicens : *Adam, ubi es* [47]? Non enim edoceri quærebat omnium gnarus, sed intelligere ipsum volebat, qualis ex quali factus esset. *Ubi es?* quasi dicat : In quam ruinam ex tanta sublimitate incidisti?

4. *Φυλάσσων τὰ νήπια ὁ Κύριος· ἐταπεινώθην, καὶ ἔσωσέ με.* Εἴτε κατὰ τὸν φυσικὸν λόγον, οὐκ ἂν συνέστη ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, μὴ τῶν κομιδῇ νηπίων καὶ ἔτι βρεφῶν ὑπὸ τοῦ Κυρίου φυλασσομένων. Πῶς γὰρ ἢ (26) τὰ ἐν τῇ μήτρᾳ κυοφορούμενα ἠδύνατο τρέφεσθαι ἢ κινεῖσθαι ἐν οὕτω στενοῖς χωρίοις, καὶ μηδεμίαν ἔχουσιν ἀναστροφὴν (27), ἀλλ' ἐν σκοτεινοῖς τόποις καὶ ἐνύγροις τὴν ζωὴν ἔχοντα, καὶ οὔτε ἀναπνεῖν δυνάμενα, οὔτε ζῆν τὴν τῶν ἀνθρώπων ζωήν, ἀλλὰ δίκην ἰχθύων τοῖς ὑγροῖς ἐμφερόμενα, εἰ μὴ τῇ παρὰ τοῦ Θεοῦ φυλακῇ διεκρατεῖτο; Πῶς δ' ἂν εἰς τὸν ἀήθη τοῦτον ἐκπεσόντα τόπον, καὶ ἀπὸ τῆς ἐν τῇ μήτρᾳ θερμότητος τῷ ἀέρι περιψυχόμενα κἂν πρὸς τὸ βραχὺ διήρκεσεν, εἰ μὴ παρὰ Θεοῦ διεσώζετο; *Φυλάσσων* οὖν *τὰ νήπια ὁ Κύριος· ἐταπεινώθην, καὶ ἔσωσέ με.* Ἢ καὶ οὕτω νοήσεις τὸν λόγον· Ὅτι ἐπειδὴ ἐστράφην, καὶ ἐγενόμην ὡς τὸ νήπιον, καὶ ἐδεξάμην τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ὡς παιδίον, καὶ διὰ τῆς ἀκακίας ἐμαυτὸν εἰς τὴν τῶν παιδίων ταπεί-

D

4. Vers. 6. *Custodiens parvulos Dominus; humiliatus sum, et salvum me fecit.* Sive naturali ratione id accipias, non consisteret humana natura, si ii qui sunt prorsus parvuli et adhuc infantes, a Domino non custodirentur. Quomodo enim qui in utero gestantur, nutriri aut moveri possent, cum in spatiis adeo angustis, in quibus nullo modo se convertere ac versare liceat, diversentur, sed in tenebrosis et humidis locis vivant, neque respirare, neque hominum vitam vivere valentes, sed instar piscium fluidis innatantes, nisi Dei custodia servarentur? Quomodo rursus ad insolitum hunc locum elapsi, et post uteri calorem aere refrigerati, vel ad breve tempus persisterent, nisi a Deo conservarentur? *Custodiens* ergo *parvulos Dominus; humiliatus sum, et servavit me.* Aut etiam sic verba istiusmodi intelligere poteris : Quandoquidem conversus sum, et factus sum ut parvulus, ac regnum cœlorum velut puer suscepi, meque ipse per inno-

[47] Gen. III, 9.

(24) Sic septem mss. At editi επι την. Haud longe Reg. secundus ἀσθένειαν μεταβληθέντα.

(25) Reg. secundus ἐνεκαλεῖτο. Mox Reg. tertius οἵου γεγένηται.

(26) Sic mss. tres. Deest ἢ in editis et in aliis quibusdam mss.

(27) Ita editio Basil. et Oliv. et Combef. et alii septem. Editio Paris. καὶ μηδεμίαν ἔχουσιν ἀναπνοήν, *In quibus nec respirare liceat.*

Digitized by Google

centiam ad puerorum humilitatem demisi : *Custodiens parvulos Dominus*, quoniam *humiliatus sum, servavit me.*

5. VERS. 7. *Convertere, anima mea, in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi.* Sibi ipsi verba consolatoria proponit bonus athleta, similiter ac Paulus, dicens : *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi; in reliquo reposita est mihi corona justitiæ* [48]. Hæc quoque sibi dicit Propheta : Quoniam vitæ hujus cursum satis longum explesti, *Convertere* de cætero *in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi.* Siquidem iis qui legitime in hac vita decertarunt, sempiterna requies proposita est, quæ non ex operum debito tribuitur, sed ex Dei munificentissimi gratia, iis qui in ipso spem habuere, datur. Deinde, priusquam bona illic reposita enarret, quomodo a mundi molestiis liberatus sit, recensens, pro iis gratias agit animarum liberatori, qui ex varia et inevitabili cupiditatum servitute ipsum exemit. Quæ autem sunt hæc? VERS. 8. *Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lacrymis, et pedes meos a lapsu.* Rerum præsentium comparatione futuram describit requiem. Hic enim, inquit, circumdederunt me dolores mortis : illic vero eripuit animam meam a morte. Hic oculi lacrymantur ex afflictione : **203** illic vero non amplius lacrymæ tenebras pupillis effundunt eorum, qui contemplatione pulchritudinis majestatis Dei oblectantur. *Abstulit enim Deus omnem lacrymam ab omni facie* [49]. Hic magnum est eadendi periculum : quapropter et Paulus aiebat : *Qui se existimat stare videat ne cadat* [50]. Illic autem firmi sunt gressus : vita immutabilis; non amplius periculum est in peccatum prolabendi. Neque enim carnis est rebellio : neque mulier mutuam ad peccatum confert operam. Nam non est masculus et femina in resurrectione, sed una quædam vita est ac simplex : siquidem qui in regione vivorum habitant, suo ipsorum Domino placent. Mundus hic et ipse interiturus est, et morientium est locus. Quoniam enim visibilium substantia composita est, et quidquid compositum est, dissolvi solet, nos qui in mundo exsistimus, cum mundi partes simus, necessario naturæ universi efficimur consortes. Quare ante etiam quam anima per mortem a corpore separetur, morimur sæpe homines. Neque vero dictum hoc tibi videatur paradoxum, sed rei ipsius considera veritatem. Quippe natura comparatum est, ut homo in tribus annorum hebdoma-

νωσιν κατήγαγον· *Ὁ φυλάσσων τὰ νήπια Κύριος*, ἐπειδὴ *ἐταπεινώθην*, *ἔσωσέ* (28) *με*.

5. *Ἐπίστρεψον*, *ψυχή μου*, *εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου*, *ὅτι Κύριος εὐηργέτησέ σε*. Ἑαυτῷ προσάγει τοὺς παρακλητικοὺς λόγους ὁ καλὸς ἀγωνιστής, παραπλησίως τῷ Παύλῳ λέγων· *Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι*, *τὸν δρόμον τετέλεκα*, *τὴν πίστιν τετήρηκα· λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος*. Ταῦτα λέγει (29) καὶ πρὸς ἑαυτὸν ὁ Προφήτης· Ἐπειδὴ ἱκανῶς τοῦ βίου τούτου τὸν δολιχὸν ἐξεπλήρωσας, *Ἐπίστρεψον* λοιπὸν *εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου*, *ὅτι Κύριος εὐηργέτησέ σε*. Πρόκειται γὰρ ἀνάπαυσις αἰωνία τοῖς νομίμως τὸν ἐνταῦθα διαθλήσασι βίον, οὐ κατὰ ὀφείλημα τῶν ἔργων ἀποδιδομένη (30), ἀλλὰ κατὰ χάριν τοῦ μεγαλοδώρου Θεοῦ τοῖς εἰς αὐτὸν ἠλπικόσι παρεχομένη. Εἶτα, πρὶν τὰ ἐκεῖ ἀγαθὰ διηγήσασθαι, τὴν ἀποφυγὴν τῶν τοῦ κόσμου ὀχληρῶν διηγούμενος, ἐπὶ τούτοις εὐχαριστεῖ τῷ ἐλευθερωτῇ τῶν ψυχῶν, τῷ τῆς ποικίλης αὐτὸν (31) καὶ ἀπαραιτήτου δουλείας τῶν παθημάτων ἐξαιρουμένῳ. Τίνα δέ ἐστι ταῦτα; *Ὅτι ἐξείλετο τὴν ψυχήν μου ἐκ θανάτου*, *τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀπὸ δακρύων*, *καὶ τοὺς πόδας μου ἀπὸ ὀλισθήματος*. Συγκρίσει τῶν ὧδε τὴν μέλλουσαν ἀνάπαυσιν διαγράφει. Ἐνταῦθα γάρ με, φησί, περιέσχον ὠδῖνες θανάτου· ἐκεῖ δὲ ἐξείλετο τὴν ψυχήν μου ἐκ θανάτου. Ἐνταῦθα οἱ ὀφθαλμοὶ τὸ (32) ἐκ τῆς θλίψεως προχέουσι δάκρυον· ἐκεῖ δὲ οὐκέτι δάκρυον ἐπισκοτοῦν ταῖς κόραις τῶν εὐφραινομένων τῇ θεωρίᾳ τοῦ κάλλους τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. *Ἀφεῖλε γὰρ ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ παντὸς προσώπου*. Ἐνταῦθα πολὺς ὁ κίνδυνος τοῦ ὀλισθήματος· διὸ καὶ Παῦλος ἔλεγεν· *Ὁ δοκῶν ἑστάναι βλεπέτω μὴ πέσῃ*. Ἐκεῖ δὲ πάγιοι αἱ βάσεις· ἀπερίτρεπτος ἡ ζωή· οὐκέτι κίνδυνος πρὸς ἁμαρτίαν ὑπενεχθῆναι. Οὔτε γὰρ σαρκὸς ἐπανάστασις, οὔτε γυναικὸς συνεργία πρὸς ἁμαρτίαν. Διότι οὐκ ἔνι ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐν τῇ ἀναστάσει, ἀλλὰ μία τίς ἐστι ζωὴ (33) καὶ μονότροπος, εὐαρεστούντων τῷ ἑαυτῶν Δεσπότῃ τῶν κατοικούντων ἐν τῇ χώρᾳ τῶν ζώντων. Ὁ κόσμος οὗτος αὐτός τέ ἐστι θνητὸς, καὶ χωρίον ἀποθνησκόντων (34). Ἐπειδὴ γὰρ σύνθετός ἐστι τῶν ὁρωμένων ἡ σύστασις, τὸ δὲ σύνθετον ἅπαν διαλύεσθαι πέφυκεν, οἱ ἐν τῷ κόσμῳ ὄντες, μέρη ὄντες τοῦ κόσμου, ἀναγκαίως τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ἀπολαύομεν. Διὰ τοῦτο καὶ πρὶν θανάτῳ τὴν ψυχὴν διαζευχθῆναι τοῦ σώματος, ἀποθνήσκομεν πολλάκις οἱ ἄνθρωποι. Καὶ μὴ παράδοξον

[48] II Tim. IV, 7, 8. [49] Isa. XXV, 8. [50] I Cor. X, 12.

(28) Sic editio Basil. cum quinque mss. At editio Paris. cum Colb. sexto καὶ ἔσωσε. Statim Colb. quartus εὐηργέτησέ με.

(29) Editio Basil. cum plurimis mss. λέγει. Editio Paris. λέγῃ. Haud longe mss. nonnulli εὐηργέτησέ με.

(30) Ita quinque mss. At editi ἀποδεδομένη.

(31) Sic editi cum multis mss. At Reg. tertius cum Colb. sexto ποικίλης αὐτάς, *qui ipsas exemit*. Colb. quartus ποικίλης ταύτης. Paulo post editi cum multis mss. et cum LXX καὶ τοὺς πόδας. Deest καί in duobus codicibus, quibuscum consentit Vulgata.

(32) Editi ὀφθαλμοί μου. Abest μου a sex mss., nec dubium quin melius desit. Hæc enim non de oculis unius, sed de oculis omnium qui vitam æternam consequentur, accipienda esse vel cæco appareat.

(33) Ita multi mss. At editi ἡ ζωή.

(34) Colb. quartus ἀποθνησκόντων ἐστί. Mox co-

Digitized by Google

φανῇ (35) σοι τὸ λεγόμενον, ἀλλὰ σκόπει τοῦ πράγματος τὴν ἀλήθειαν. Ἐν τρισὶ γὰρ ἑβδομάσιν ἐτῶν τρεῖς ὑφίστασθαι πέφυκεν ἀλλοιώσεις καὶ μεταβολὰς ἡλικιῶν καὶ βίων ὁ ἄνθρωπος, καὶ καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα ἴδιος ὅρος περιγράφων τὰ παρελθόντα, καὶ ἐναργῆ παρέχων τὴν μεταποίησιν. Τοῦ παιδίου ἡ ἡλικία ἐν τῇ τῶν ὀδόντων ἀποβολῇ (36) κατὰ τὴν πρώτην ἑβδομάδα περιορίζεται. Τοῦ παιδὸς λοιπὸν τοῦ πρὸς τὰς μαθήσεις ἐπιτηδείου ἡ προθεσμία ἐστὶ μέχρι τῆς ἐφηβείας. Ὁ ἔφηβος, μέχρι πρώτου καὶ εἰκοστοῦ ἔτους συμπληρωθεὶς, ὅταν ἰούλοις ἄρξηται κατασκιάζειν τὰς παρειὰς, ἀφανίζεται λεληθότως, πρὸς τὸν ἄνδρα ἤδη τοῦ νεανίσκου μεθισταμένου. Ὅταν τοίνυν ἴδῃς ἄνδρα ἀποθέμενον μὲν τὴν ἐπίδοσιν τῆς καθ' ἡλικίαν αὐξήσεως, βεβηκότα δὲ ἤδη τοῖς λογισμοῖς, καὶ μηδὲν ἴχνος τῆς νεότητος φέροντα, οὐχὶ τεθνηκέναι ἐν αὐτῷ λογίσῃ τὰ παρελθόντα; Πάλιν ὁ πρεσβύτης, πρὸς ἕτερον σχῆμα καὶ ψυχῆς διάθεσιν μεθαρμοσθεὶς, ἕτερός ἐστι προδήλως παρὰ τοὺς προτέρους. Ὥστε καὶ ἡ ζωὴ τῶν ἀνθρώπων διὰ πολλῶν θανάτων συμπληροῦσθαι πέφυκεν, οὐ μόνον ἐν τῇ κατὰ τὰς μεθηλικιώσεις μεταβολῇ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς καθ' ἁμαρτίαν πτώμασι τῶν ψυχῶν. Ὅπου δὲ οὐκ ἔστιν ἀλλοίωσις οὔτε σώματος οὔτε ψυχῆς (οὐδὲ γάρ ἐστι λογισμοῦ παρατροπὴ, οὐδὲ μετάθεσις γνώμης, οὐδεμιᾶς περιστάσεως τὸ εὐσταθὲς καὶ ἀτάραχον τῶν λογισμῶν ἀφαιρουμένης), χώρα ἐστὶν (37) ἐκείνη τῷ ὄντι ζώντων, ὁμοίων ὄντων ἀεὶ αὐτῶν ἑαυτοῖς. Ἐν ᾗ μάλιστα εὐαρεστήσειν τῷ Θεῷ τῶν ὅλων ὁ Προφήτης κατεπαγγέλλεται, ὡς ὑπ' οὐδενὸς μέλλων τῶν ἔξωθεν διακόπτεσθαι πρὸς τὸν σκοπὸν τῆς ἀληθινῆς καὶ ὁμοτίμου τοῖς ἀγγέλοις δουλείας. *Φιλοτιμούμεθα*, φησὶν, *εἴτε ἐνδημοῦντες* ἐν τῷ σώματι, *εἴτε ἐκδημοῦντες* ἀπὸ τοῦ σώματος, *εὐάρεστοι αὐτῷ εἶναι*. Ζώντων ἐκείνη χώρα, ἐν ᾗ οὐκ ἔνι νὺξ, οὐκ ἔνι ὕπνος τὸ τοῦ θανάτου μίμημα· ἐν ᾗ οὐκ ἔνι βρῶσις, οὐκ ἔνι πόσις, τὰ τῆς ἀσθενείας ἡμῶν ὑπερείσματα, οὐκ ἔνι νόσος, οὐκ ἔνι ἀλγήματα (38), οὐκ ἰατρεία, οὐ δικαστήρια, οὐκ ἐμποριαι, οὐ τέχναι, οὐ χρήματα, τῶν κακῶν ἡ ἀρχὴ, ἡ τῶν πολέμων ὑπόθεσις, ἡ ῥίζα τῆς ἔχθρας· ἀλλὰ χώρα ζώντων, οὐκ ἀποθνησκόντων διὰ τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ ζώντων τὴν ἀληθῆ ζωὴν τὴν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ (39), ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

dibus tres ætatis ac vitæ vicissitudines ac mutationes sustineat, eoque per singulas hebdomades terminus proprius præterita circumscribit, et manifestam exhibet permutationem. Terminatur dentitione ætas pueri circa primam hebdomadem. Præfinitum tempus pueri qui jam ad disciplinas idoneus est, ad pubertatem usque extenditur. Pubes anno vicesimo primo completus, cum scilicet prima lanugine genas vestire et adumbrare incœperit, sensim desinit, adolescente jam in virum transeunte. Cum igitur videris virum qui per ætatem crescere et augeri destiterit, jamque firma sit ratiocinatione, nec ullum juventutis vestigium præ se ferat, an non ea quæ præterita sunt, in ipso mortua esse existimabis? Senex rursus in aliam formam et in alium animi affectum conversus, manifeste alius est, si cum prioribus comparetur. Quare vita hominum non solum cum ætas mutatur, sed etiam cum animæ in peccatum labuntur, per multas mortes suapte natura expletur. Ubi vero non est commutatio neque corporis neque animæ (neque enim est rationis eversio, aut sententiæ permutatio, si adversitas nulla mentis constantiam ac tranquillitatem aufert), illa est vere viventium regio, quippe qui sibi ipsis semper sint consimiles. In qua universorum Deo maxime complaciturum **204** se pollicetur Propheta, cum nihil externum impediturum sit, quominus scopum veræ et æqualis cum angelis servitutis assequatur : *Contendimus*, inquit, *sive præsentes* in corpore, *sive* a corpore *peregrinantes, placere illi* [81]. Viventium illa est regio, in qua non est nox, non est somnus mortis imago : in qua non est cibus, non est potus, infirmitatis nostræ fulcimenta, non est morbus, non sunt dolores, non medicina, non fora, non mercaturæ, non artes, non pecuniæ, malorum origo, bellorum causa, inimicitiæ radix : sed est regio viventium, non morientium per peccatum, sed veram vitam viventium in Christo Jesu, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

[81] II Cor. v, 9.

dex idem ἐν τῷ κόσμῳ ζῶντες. Hæc aliunde sumpta esse, nec ad Basilium pertinere patet ex Præfatione num. 37.

(35) Reg. tertius φανήτω σοι τό.

(36) Illud, ὀδόντων ἀποβολῇ, sic reddidit Tilmannus, *dentium abjectione* : sed quid hac voce *abjectione* intellexerit, ex eo, si viveret, libenter quærerem. Etenim amissionem et jacturam, quæ est propria et nativa vocis ἀποβολή significatio, si exprimere voluit, sopore gravi correptus fuisse putandus est, si ex suis verbis sententiam absurdam effici non animadvertit. Cornarius vero, ut hoc incommodi vitaret, interpretari maluit, *dentium jactu*, hoc est, *dentium ortu, dentitione*. Quibus ex verbis quam quidem sententiam effici, nemo, opinor, homo negabit : sed, nisi valde fallor, vim vocis ἀποβολῇ non exprimi, facillime omnes fatebuntur. Puto ego Basillum, si talia de pueris narrare statuisset, προβολῇ non ἀποβολῇ scripturum fuisse. Sed, ut verum dicam, hæc et alia non pauca Basilianis inepte annexa esse suspicor. Lege Præfationem. — Stabit certe hujus loci αὐθεντία, nisi validiori argumento impugnetur. Mire enim in auctoris nostri sententiam quadrat vox ἀποβολή, siquidem revera *terminatur puerilis ætas* (*primorum*) *dentium* ABJECTIONE, *circa primam hebdomadem*. EDIT. PATROL.

(37) Ita octo mss. At editi χώρα ἐστὶν ἐκεῖ.

(38) Oliv. ἄλγημα. Editi cum multis mss. ἀλγήματα. Statim Colb. sextus ἐμπορεῖα. Oliv. ἐμπορία.

(39) Oliv. et alii tres mss. Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. Illud quod mox sequitur, τῶν αἰώνων, deest quidem in editis et in uno aut altero codice : sed in multis aliis mss. reperitur.

Digitized by Google

MONITUM.

205 1. Basilii *in Eunomium* libros antiquitus celeberrimos fuisse, nemini, qui paulum modo versatus sit in hoc litterarum genere, ignotum est. Passim enim laudantur, passim commendantur apud antiquos. Horum meminit Hieronymus (40), Amphilochius (41), Theodoretus (42), concilium Chalcedonense (43), Leontius Byzantinus (44), imperator Justinianus (45), Ephræmus Antiochensis (46), et alii multi, quos longum esset recensere omnes. Imo eorumdem mentionem fecisse videtur Basilius ipse. Cum enim rescivisset suspectum se haberi quorumdam errorum ab Athanasio Ancyrano, vel potius se ab eo aperte argui; suspicionem immeritam, ne dicam falsissimam criminationem, longe ab se removet, his verbis : Οὐ γὰρ δὴ τοῖς γεγραμμένοις ὑφ' ἡμῶν πρὸς τοὺς ἀνόμοιον κατ' οὐσίαν τολμήσαντας εἰπεῖν τὸν Υἱὸν καὶ Θεὸν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ἢ πρὸς τοὺς κτίσμα καὶ ποίημα εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημήσαντας, ταύτην ἂν ἐπενεγκεῖν τὴν λοιδορίαν ἠνέσχου, ὁ τοὺς μεγάλους ἄθλους ἐκείνους καὶ περιδοήτους ὑπὲρ τῆς ὀρθοδοξίας διενεγκών. *Non enim ob ea quæ a nobis scripta sunt adversus eos qui Filium et Deum Deo et Patri secundum substantiam inæqualem dicere ausi sunt, aut adversus eos qui Spiritum sanctum creaturam et opificium esse blasphemo ore docuerunt, calumniam istam inferre voluisses, tu qui magna illa ac celebria certamina pro recta fide pertulisti.* Quibus verbis, ut mihi quidem videtur, Basilius (47) eos quos adversus Eunomium scripserat libros tam clare designat, ut ipsos tantum non nominare videatur.

2. Causam autem cur libros illos composuerit Basilius, cum nemo melius noverit quam ipse, eum ea de re loquentem audire præstat. Verba igitur illius hæc sunt num. 2 : *Sed jam*, inquit, *ad arguendum accedam, ex ipsa inscriptione sumens exordium. Primus enim omnium dolus, hic ille ei excogitatus est dicendi modus, ut in speciem apologiæ ac defensionis doctrinam suam composuerit, ne velut aggressor videatur dogmata impia exponere, sed coactus ad hos sermones devenisse. Cupiebat quidem omni modo pravum illud ac impium dogma promulgare; et quam olim conceperat ac pepererat blasphemiam, proferre in medium : sed videbat fore, ut si aperte doctoris locum arriperet, præterquam quod id grave admodum esset ac molestum audientibus, præterea se etiam fide indignum ac suspectum apud plerosque redderet, qui videlicet gloriæ cupiditate aggressus esset innovare. Sin autem simulata apologia verba faceret, et innovationis se suspicionem evasurum putabat, et hoc pacto auditores magis allecturum, cum soleant homines omnes suapte natura lacessitis favere.* Plura qui volet, numerum secundum quo Basilius malam Eunomii artem fuse exagitat, legere poterit.

3. De tempore autem quo illi libri conscripti sint a Basilio, nihil aliud dicere habemus, nisi quod conjectos esse eos ab ipso constet ante episcopatum, si modo Photio credere velimus. Refert enim olympiades multas insumpsisse Eunomium in iis confutandis, illamque suam responsionem statim post Basilii mortem promulgasse. Hæc autem nequaquam fieri potuissent, nisi opus suum Basilius in lucem edidisset ante episcopatum : quem multis olympiadibus breviorem fuisse omnes confitentur. Accedit etiam, quod Basilius, ut ex initio libri primi patet, nihildum scripserat adversus hæreticos tum, cum Eunomianæ hæresi profligandæ operam navavit. Quod argumento est, eum, cum esset junior, hoc operis suscepisse. Quamquam autem, ut ipse ait, in hoc scribendi genere inexercitatus erat, eo tamen successu rem gessit, ut, nisi inexercitatum se monuisset, exercitatissimum eum in debellandis hæreticis atque paratissimum fuisse dicas. Nihil enim opere Basilii solidius, nihil absolutius, nihil magis idoneum ad divinitatem Verbi et Spiritus sancti, quam Eunomius impugnabat, comprobandam. Ipsa Eunomii verba, quo magis ejus errores innotescerent, referenda esse censuit Pater gravissimus; atque hoc pacto ejus audacia temeritasque ita repressa est, ut responsionem suam, quoad Basilius vixit, publicare ausus non sit. Sed statim atque mortuus est vir sanctissimus, impius ille quos diu præparaverat libros in lucem edendos curavit. Sperabat, nisi valde fallor, non repertum iri qui mortui defensionem susciperet : sed sua eum spes fefellit. Nam præter Gregorium Nyssenum, cujus etiamnum exstant libri, Theodorus Mopsuestenus (48) atque Sophronius Basilii (49), aut, ut melius dicam, Verbi ipsius et Spiritus sancti causam egisse memorantur.

4. Traditum quidem est ab antiquis aliquot *in Eunomium* libros a Basilio conscriptos fuisse : sed quot composuerit, tres an quinque, ex eisdem certo cognosci non potest. Quod si **206** librorum γνησιό-

(40) V. ill., c. 116.
(41) Orat. 2, pag. 18.
(42) Dial. 2, p. 97.
(43) Conc. tom. IV, pag. 828.
(44) Leon. in N. et F.
(45) Conc. tom. V, pag. 697.
(46) Phot. cod. CCXXIX, pag. 820, 825 et 828.
(47) Epist. olim 53.
(48) Phot., c. IV, pag. 6.
(49) Phot., c. V, pag. 8 et 9.

Digitized by Google

της aut νοθεία ex multitudine aut ex paucitate testium penderet, controversiæ omni finem imponere facillimum esset. Cum enim non amplius tres aut quatuor numerari vulgo soleant, qui duos libros posteriores pro falsis habuerint : contra innumeros ac celeberrimos viros eosdemque doctissimos reperias, qui duos posteriores libros perinde ut tres priores Basilio Magno ascribant. Nam, ut interim de antiquioribus scriptoribus taceam, Bellarminus, Fronto Ducæus, Franciscus Gombefisius, Tillemontius, Elias Dupinus et alii permulti Basilium horum quinque *in Eunomium* librorum auctorem faciunt. Et quod majus est, illi quinque libri in concilio Florentino ut a Latinis, ita a Græcis Basilii nomine pariter citantur. Quoniam tamen ejusmodi quæstiones ex tutioribus principiis dijudicari debent, res semper in controversia versabitur, donec aliquid certius ad omnem dubitationem tollendam afferatur. Hic esset ea de re loquendi satis idoneus locus; sed tamen hoc argumentum, ut decet, tractare cum longioris sit operæ, id commodius multo in Præfatione facturos nos credidimus. Neque tamen, opinor, videbitur alienum, præcipuas duas causas, cur posteriores duo libri suspecti sint, hoc loco in medium proferre. Prima igitur hæc est, quod scriptionis genus tam aperte diversum sit, ut de hoc inter utriusque opinionis patronos plane conveniat : altera, quod posteriores duos libros in veteri editione Veneta et in aliquibus mss. deesse constet. De his, ut dixi, uberius in Præfatione disputatur, §§ XI et XII.

5. Hactenus de Basilii libris : nunc pauca de opere Eunomii. Contigit autem non immerito, ut luce indignus libellus diu in tenebris latuerit : sed tandem inopinato emersit. Nam vir eruditissimus Joannes Albertus Fabricius, cum ejusmodi opusculum ad quosdam Basilii locos explanandos utile fore judicasset, id edendum duobus abhinc annis curavit (50). Nos igitur, viri doctissimi exemplo, hoc idem in Appendice rursus typis mandare statuimus, ne, si secus faciamus, aliquid in nostra editione deesse videatur.

(50) In *Bibliotheca Græca*, tom. VIII, pag. 262, ed. Vet. Edit.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ

ΑΝΑΤΡΕΠΤΙΚΟΣ

ΤΟΥ ΑΠΟΛΟΓΗΤΙΚΟΥ ΤΟΥ ΑΥΣΣΕΒΟΥΣ ΕΥΝΟΜΙΟΥ (51).

ΛΟΓΟΣ Α'.

—

S. P. N. BASILII,

CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPI,

LIBRI

QUIBUS IMPII EUNOMII APOLOGETICUS EVERTITUR.

—

207 LIBER PRIMUS.

1. Εἰ μὲν ἐβούλοντο πάντες, ἐφ' οὓς τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπικέκληται, μηδὲν τῇ ἀληθείᾳ τοῦ Εὐαγγελίου παρεγχειρεῖν,

1. Si omnes, super quos nomen Dei ac Salvatoris nostri Jesu Christi invocatum est, nihil voluissent tentare et aggredi præter Evangelii veritatem,

(51) Tot sunt fere tituli varii, quot codices. Vir doctissimus Combefisius sibi legere visus est in antiquo suo codice τοῦ ἁγίου... ἀντιῤῥητικὸς τοῦ Ἀπολογητικοῦ τοῦ δυσσεβοῦς Εὐνομίου, *Confutatio Apo-*

Digitized by Google

sed traditione apostolorum fideique simplicitate contenti esse, nihil nunc opus nobis esset oratione : sed quam ab initio coluimus taciturnitatem, etiamnum omnino amplecteremur. At enim cum veritatis inimicus præter ea quæ a principio in Ecclesia Dei conserit zizania [52], additamentis semper malum augeat, nuncque instrumenta omnem simul ejus artem suscipientia nactus, per Christianismi simulationem, negationem deitatis Unigeniti introducat, externa illa ac vana sapientia puritatem ac simplicitatem doctrinæ divini Spiritus conturbans, ac verbis persuasibilibus [53] simpliciores seducens ; necessario et nos, tum propter vestrum qui imperastis amorem, tum propter nostram ipsorum securitatem, nostram interim imbecillitatem non curantes, quanquam in hoc dicendi genere inexercitati sumus, tamen pro tradita nobis a Domino scientiæ mensura, et veritati patrocinari, et mendacium confutare recepimus; rati e tribus bonis unum saltem omnino consecuturos nos : nimirum, aut iis qui jam præoccupati sunt, confutationem **208** hanc velut morbi remedium daturos, aut sanis oblaturos tutamen qualecunque, aut certe, nos ipsos qui nostris fratribus optime consuluerimus, mercedem adepturos. Qui autem primus dicere aperte ac docere ausus est, dissimilem esse substantia unigenitum Filium Deo et Patri, quantum certe nos novimus, Aetius ille est Syrus, de quo non dicam quibus ab initio innutritus artibus, sese perniciose in Dei Ecclesias intruserit, ut ne omissa confutatione conviciari videar. At in impietate qui successit, eamque perfecit, Eunomius hic est Galata, qui sibi ipse ex rebus turpissimis claritudinem comparans (*Gloria enim*, inquit, *in confusione ipsorum* [54]), cum reposita piis bona postposuisset honori ei quem se sperabat acquisiturum, si scriberet quæ

A τῇ δὲ παραδόσει τῶν ἀποστόλων καὶ τῇ ἁπλότητι τῆς πίστεως ἐξαρκεῖσθαι, οὐδὲν ἂν ἡμῖν ἔδει λόγων ἐν τῷ παρόντι, ἀλλὰ καὶ νῦν ἂν πάντως ἦν ἐξ ἀρχῆς ἐτιμήσαμεν σιωπὴν ἠσπασάμεθα· ἐπειδὴ δὲ ὁ ἐχθρὸς τῆς ἀληθείας προσθήκαις (52) ἀεὶ τὸ κακὸν πλεονάζων, πρὸς οἷς ἐξ ἀρχῆς ἐπέσπειρε ζιζανίοις τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ, καὶ νῦν εὑρὼν ὄργανα πᾶσαν ἀθρόως αὐτοῦ τὴν τέχνην ὑποδεχόμενα, ἐν προσχήματι Χριστιανισμοῦ τὴν ἄρνησιν τῆς θεότητος τοῦ Μονογενοῦς παρεισάγει, τῇ ἔξωθεν ταύτῃ καὶ ματαίᾳ σοφίᾳ τὸ καθαρὸν καὶ ἁπλοῦν τῆς διδασκαλίας τοῦ θείου Πνεύματος (53) συνταράσσων, καὶ ἐν πιθανολογίᾳ τοὺς ἀκεραιοτέρους παρακρουόμενος· ἀναγκαίως καὶ ἡμεῖς, διά τε τὴν ὑμετέραν τῶν ἐπιταξάντων ἀγάπην καὶ διὰ τὸ ἡμῶν αὐτῶν (54) ἀσφαλὲς, ἐν τούτῳ τῆς ἀσθε-
B νείας ὑπεριδόντες, καίτοι παντελῶς ἀγύμναστοι τοῦ τοιούτου εἴδους τῶν λόγων ὄντες, κατὰ τὸ ἐπιχορηγηθὲν (55) ἡμῖν παρὰ τοῦ Κυρίου τῆς γνώσεως μέτρον, τῇ τε ἀληθείᾳ συνίστασθαι, καὶ ἀπελέγχειν τὸ ψεῦδος ὑπεδεξάμεθα· ἡγούμενοι τριῶν ἀγαθῶν ἑνός γε πάντως μὴ ἁμαρτήσεσθαι· ἢ γὰρ τοῖς ἤδη προειλημμένοις ἀλεξητήριον τοῦ κακοῦ τὸν ἔλεγχον δώσειν· ἢ φυλακὴν μετρίαν παρέξειν τοῖς ὑγιαίνουσιν· ἢ πάντως γε αὐτοὶ τῶν ἐπὶ τῷ προελέσθαι (56) τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν τὰ βέλτιστα μισθῶν ἐπιτεύξεσθαι. Ἔστι δὲ ὁ μὲν πρῶτος εἰπεῖν φανερῶς καὶ διδάξαι τολμήσας ἀνόμοιον εἶναι κατὰ τὴν οὐσίαν τὸν μονογενῆ Υἱὸν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ὅσα γε ἡμεῖς ἴσμεν. Ἀέτιος ὁ Σύρος, ὃν οὐκ ἐρῶ, ποδαποῖς (57) τὸ ἐξ
C ἀρχῆς ἐντετραμμένος ἐπιτηδεύμασι, ταῖς Ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ προῖὼν εἰσεφθάρη, ἵνα μὴ δόξω λοιδορεῖν, τῶν ἐλέγχων ἀφέμενος· ὁ δὲ ἐκδεξάμενος τὴν ἀσέβειαν καὶ τελειώσας αὐτὴν Εὐνόμιος οὗτος ὁ Γαλάτης (58), ὃς, ἐκ τῶν αἰσχίστων ἑαυτῷ τὴν περιφάνειαν κτώμενος (*Ἡ γὰρ δόξα*, φησὶν, *ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν*), τὴν ἐκ τοῦ γράψαι ἃ μηδεὶς ἂλ-

[52] Matth. XIII, 25. [53] I Cor. II, 4. [54] Philipp. III, 19.

logetici impii Eunomii. Sed bona illius venia dicam in eo libro non legi ἀντιῤῥητικός, sed ἀνατρεπτικός, *Anatrepticus Apologetici impii Eunomii*. Nec aliter habent editio Ven. et Regii quartus et quintus, in quibus sic legitur : Ἀνατρεπτικὸς τοῦ ἀπολογητικοῦ Εὐνομίου. Hic et illud notandum, legi in Reg. quinto, ante titulum, τοῦ βροντοφώνου καὶ σοφοῦ Βασιλείου, *Basilii tonantis ac sapientis*. Reg. primus simpliciter κατ' Εὐνομίου, *in Eunomium*. Reg. secundus κατ' Εὐνομίου, ἀντιῤῥητικός, *contra Eunomium, confutatio*. Denique codex Colb. τοῦ ἁγίου Βασιλείου τῶν πρὸς Εὐνόμιον ἀντιῤῥητικῶν λόγ. α'. *Liber primus antirrheticorum sancti Basilii contra Eunomium*.

(52) Editio Paris. et mss. non pauci ὁ ἐχθρὸς τῆς ἀληθείας διάβολος, *veritatis inimicus diabolus* : sed vox διάβολος non invenitur neque in Colb. neque in Reg. quinto, neque in editione Ven. Unde suspicor vocem διάβολος primum ab aliquo librario appositam fuisse in ora sui libri, ut indicaret verbis illis, ὁ ἐχθρὸς τῆς ἀληθείας, hoc loco diabolum significari. Cum autem non raro contingat, ut lectio aliqua e margine in textum irrepat, id hic contigisse puto ; ob idque eam vocem expunxi.

(53) Codex Colb. τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

(54) Antiqui duo libri ἡμῶν αὐτῶν. Vox posterior in editis desideratur.

(55) Colb. et Reg. quintus κατὰ τὸ ἐπιμετρηθέν, eodem sensu, *pro admenso nobis scientiæ modo*.

(56) Colb. ἐν τῷ προελέσθαι.

D (57) Editi cum aliquibus mss. ποταποῖς. Alii mss. numero plures ποδαποῖς.

(58) Illud, ὁ Γαλάτης, deest in Reg. tertio. Nec cuiquam mirum videri debet, si vox Γαλάτης in hoc Reg. libro non legatur, cum Gregorius Nyssenus moneat eam vocem in aliquibus mss. statim post mortem Basilii inventam non fuisse. Nam conquerenti Eunomio, vocatum se esse a Basilio Galatam, cum esset Cappadox, respondit Gregorius hoc in suis codicibus non reperiri. Ubi notandum, Gregorium rem non negasse, sed simpliciter dixisse, id in suis deesse exemplaribus. Imo, ut mox patebit, Gregorius ipse Basilium excusavit, tanquam si Eunomium Galatam vocasset. Quare Basilius non injuria credi potest, in errorem geographicum incidisse : præsertim cum editi et codices omnes, si excipiatur Reg. tertius, magno inter se consensu vocem Γαλάτης exhibeant. Puto igitur Basilium scripsisse Γαλάτης : sed id nomen deletum fuisse ab aliquo, qui ægre ferret mendam vel minimam in illius libris inveniri, quique fortasse arbitraretur se Gregorio rem gratam facturum, si hanc maculam e

Digitized by Google

λος τετόλμηκε πώποτε φιλοτιμίαν τῶν ἀποκειμένων τοῖς εὐσεβέσιν ἀγαθῶν προτιμήσας, ὑπ' ὀδόντα (59) τέως λαλουμένην τὴν βλασφημίαν ἐπήρθη δημοσιεῦσαι τῷ λαμπρῷ τούτῳ συντάγματι, ἀρχηγὸς καὶ πρωτοστάτης ὅλης αἱρέσεως ἀναρρηθῆναι φιλοτιμούμενος. Ὅνπερ οὖν καὶ εὐθύνειν πρόκειται ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι. Ἑνὸς δὲ κακοῦ ἐν ἀμφοτέροις ὑπάρχοντος, δῆλον, ὡς ἐν τῷ μαθητῇ τῷ κατηρτισμένῳ καὶ ὁ διδάσκαλος συναπελεγχθήσεται, ὁ τὰ σπέρματα τῆς ἀσεβείας καταβαλόμενος (60)· εἴπερ δὴ ὑπάρξειεν ἡμῖν διὰ τῶν προσευχῶν ὑμῶν τοσαύτην λαβεῖν τοῦ λόγου δύναμιν, ὥστε κατὰ τὸν ζηλωτὴν Φινεὲς τῇ μιᾷ πληγῇ τοῦ ἐλέγχου ἀμφοτέρων ὁμοῦ καθικέσθαι τῶν κατὰ τὴν εὐσέβειαν (60*) συμπεπλεγμένων ἀλλήλοις. Πολλὰ τοίνυν ἔχων αὐτὸν ἐν τούτῳ δεικνύναι τῷ λόγῳ ψεύστην, ἀμαθῆ, ὑβριστὴν, εἴρωνα, βλάσφημον, τῶν μὲν ἄλλων τὴν μνήμην ἐν παρέργῳ θήσομαι, τὴν δὲ βλασφημίαν, ἣν εἰς τὸ ὕψος τῆς δόξης τοῦ Μονογενοῦς ἐλάλησε, τῶν ἐκ τῆς τέχνης προκαλυμμάτων ἀπογυμνώσας, ἐμφανῆ πᾶσι καταστῆσαι πειράσομαι.

2. Ἤδη δὲ βαδιοῦμαι πρὸς τοὺς ἐλέγχους, ἐξ αὐτῆς τῆς ἐπιγραφῆς τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος. Πρῶτον μὲν γὰρ αὐτῷ πάντων κακούργημα τὸ σχῆμα τοῦτο τῶν λόγων ἐπινενόηται, ἐν ἀπολογίας εἴδει τὴν διδασκαλίαν συνθέντι (61), ἵνα μὴ δόξῃ προηγουμένως ποιεῖσθαι τῶν δογμάτων τῆς ἀσεβείας τὴν ἔκθεσιν, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης ἐπὶ τοὺς λόγους τούτους ἐληλυθέναι. Ἐβούλετο μὲν γὰρ ἐκ παντὸς τρόπου τὸ πονηρὸν τοῦτο καὶ ἄθεον περιαγγεῖλαι κήρυγμα, καὶ εἰς μέσον ἐνεγκεῖν ἣν πάλαι συνέλαβε καὶ ὠδίνε βλασφημίαν (62)· ἐώρα δὲ, ὅτι τὸ μὲν ἐκ τοῦ προφανοῦς ἐν διδασκάλου τάξει προκαθεσθῆναι, πρὸς τῷ λίαν φορτικῷ καὶ προσάντες τοῖς ἀκούουσιν, ἔτι καὶ ἀπίθανον ἑαυτὸν καὶ ὕποπτον τοῖς πολλοῖς καταστήσει, ὡς δόξης ἐπιθυμίᾳ ἐπὶ τὸ νεωτερίζειν ἐληλυθότα· εἰ δὲ ἐν ἀπολογίας πλάσματι τοὺς λόγους ποιοῖτο, τῆς τε (63) καινοτομίας τὸ ὕποπτον διαφεύξεσθαι, καὶ μᾶλλόν τι τούτῳ προσάξεσθαι τοὺς ἀκούοντας, φύσει πάντων ἀνθρώπων ταῖς εὐνοίαις εἰωθότων τοῖς ἐλαττουμένοις πρόσκλισθεσθαι. Διὰ τοῦτο κατηγόρους αἰτιᾶται καὶ συκοφάντας, κἀκείνοις τοῦ λόγου τὴν αἰτίαν προσάπτει. Ὥστε δὲ πᾶσιν αὐτοῦ γενέσθαι τὴν τέχνην καταφανῆ, οὐδὲν χεῖρον αὐτῆς ἀκοῦσαι τοῦ προοιμίου τῆς λέξεως. Ἔχει δὲ οὕτως.

A nullus unquam alius ausus fuisset, sic animo elatus est, ut blasphemiam hactenus sub dentibus deblateratam hoc suo splendido opere evulgarit : quippe hæresis totius auctor atque architectus prædicari ambibat. Quem sane etiam redarguere in præsenti propositum nobis est. Cum autem eadem in utrisque improbitas sit, palam est in perfecto discipulo magistrum quoque, qui semina impietatis jecit, refutatum iri; si modo nobis vestris precibus datum fuerit vim dicendi tantam accipere, ut, exemplo æmulatoris illius Phinees [58], utrosque inter se impietate conjunctos uno redargutionis ictu simul configamus. Etsi igitur multa suppetunt mihi, quibus ostendere possim eum fuisse in eo libro mendacem, imperitum, conviciatorem, cavillatorem, B blasphemum : cætera quidem obiter commemorabo; blasphemiam vero quam in sublimitatem gloriæ Unigeniti locutus est, artis involucris detectis, manifestam omnibus facere conabor.

2. Sed jam, sumpto ex ipsa inscriptione argumento, accedam ad arguendum. Primus enim omnium dolus, hic ille ei excogitatus est dicendi modus, ut in speciem apologiæ ac defensionis doctrinam suam componeret, ne velut aggressor videatur dogmata impia exponere, sed coactus ad hos sermones devenisse. Cupiebat quidem omni modo C pravum illud ac impium dogma promulgari; et quam olim conceperat ac pepererat blasphemiam, proferre in medium : sed videbat fore, ut si aperte doctoris locum arripuisset, præterquam quod id grave admodum esset ac molestum audientibus, præterea se etiam fide indignum ac suspectum apud plerosque redderet, qui videlicet gloriæ cupiditate aggressus esset innovare. Sin autem simulata apologia verba faceret, et **209** innovationis se suspicionem evasurum putabat, et hoc pacto auditores magis allecturum, cum soleant homines omnes suapte natura lacessitis favere. Quapropter accusatores calumniatoresque culpat, eisque sui scripti causam ascribit. Quare ut ejus artificium fiat perD spicuum omnibus, melius fuerit ipsum proloquentem audire. Sic autem habet.

[58] Num. xxv, 8.

fratris charissimi scriptis tolleret. Sed quam levis sit et pusillus error ille, ostendit fratrum optimus Gregorius lib. I *in Eunom.* pag. 307 : *Mirum vero*, inquit, *si eum qui in confiniis duarum regionum habitabat in obscuro quodam Corniaspinæ angulo, non Oltiserium, sed Galatam nominavit, si tamen nominasse ostendi potest. Non enim hoc reperi in nostris codicibus : sed esto, dixerit hoc Basilius.* Aetius ille Syrus cujus aliquanto ante mentio facta est, ex impietate cognomen Athei accepit. De eo copiosissime loquuntur tum alii multi, tum Gregorius Nyssenus, lib. I *contra Eunom.* pag. 292 et seq.

(59) Ὑπ' ὀδόντα, *blasphemiam sub dente prolatam* : hoc est, *blasphemiam clanculum disseminatam.* Mox editi προστάτης. At Reg. tertius, cui prima manu consentit Colbertinus, πρωτοστάτης.

(60) Antiqui duo libri καταβαλόμενος. Editi καταβαλλόμενος.

(60*) Vel legendum κατὰ τὴν ἀσέβειαν, vel Latine reddendum *contra pietatem*, quod magis placeret. Præpositionem κατά, etiam sequente accusativo, *contra* significare posse, Græce doctis notum est. Ed.

(61) Colb. συντιθέντι.

(62) Reg. quartus καὶ ὦδινεν ἀδικίαν, *et peperit iniquitatem* : sed in ora libri legitur γρ. βλασφημίαν.

(63) Editi τῆς γε. Regii duo τῆς τε.

Digitized by Google

Eunomius. Cum calumniari, et petulanti lingua ac improba mente aliquibus detrahere, opus sciamus esse hominum flagitiosorum, seque simultatibus oblectantium : contra, si qui per calumniam pravi esse visi sunt, omni studio mendacium redarguendo propulsare conentur, id opus esse virorum, qui probi sunt, quique sibi privatim bene consulentes, multorum securitatem plurimi faciunt.

Basilius. Genus igitur orationis tale est, quale esse possit ejus, qui nihil simpliciter, nihil sine dolo efficit. Nam et innovandi suspicionem prætextu apologiæ tegit, et quasi calumniæ obterendæ necessitate ad hos sermones devenerit, auditorum captat benevolentiam. Inde autem illius circa apologiam commentum deprehenditur, quod cum non possit nominare accusatorem ullum criminis, cujus causa se decertare simulat, tamen citra oppositam sibi personam ad agendam apologiæ fabulam furtim accedat. Nec ex tolerantia eos qui sibi molesti fuerunt, nominatim dicere abstinet (qui enim fieri possit ut id faciat qui tantis conviciis contradicentes impetit?), sed mendacii evidentiam veritus, certas accusatorum personas producere erubuit. Nam si nominare aliquos potuisset, dixisset profecto ac divulgasset : videlicet etiamsi haud explesset suam iram, at certe securitati multorum, quibus se maxime prospicere profitetur, consuluisset. Etenim quæ latet improbitas, perniciosior est quam quæ promulgata est. Quare cum calumniatores noverimus, eorum linguas petulantes ac mentem improbam facilius effugere poterimus : ipsis enim sapientissimi illius utar verbis. At quoniam tunc ob quamvis tandem causam conticuit, nunc interrogetur, nunc respondeat, qui fuerint calumniatores, qui, eum calumniis lacessere incipientes, ad respondendum coegerint? unde terrarum venerunt? qui judices, coram quibus subiit certamen? quo in consessu hanc accusationem sustinuit? ubi terrarum et marium congregatus? Quid enim possit dicere? In Seleucia? At ob silentium convicti sunt, qui scilicet, etiamsi ad objecta sibi crimina depellenda ab iis qui convenerant sæpius invitarentur, tamen non occurrerint; ob idque damnati sunt. Alloquor enim in communi omnem simul cœtum, 210 qui propter impietatis societatem velut morbosum quoddam membrum a sano

ΕΥΝΟΜΙΟΣ.(64) Τὸ μὲν οὖν συκοφαντεῖν καὶ διαβάλλειν τινὰς ἐξ ἀκολάστου γλώττης καὶ γνώμης ἀγνώμονος, μοχθηρῶν καὶ (65) φιλαπεχθημόνων ἔργον εἰδότες· τὸ δὲ τοὺς ἐκ διαβολῆς εἶναι δόξαντας πονηροὺς πάσῃ προθυμίᾳ πειρᾶσθαι τὸ ψεῦδος τοῖς ἐλέγχοις ἀποτρέπειν ἀνδρῶν σωφρόνων καὶ μετὰ τῆς ἰδίας εὐβουλίας τὴν τῶν πολλῶν ἀσφάλειαν περὶ πολλοῦ ποιουμένων.

ΒΑΣΙΛΙΟΣ. Τὸ μὲν οὖν σχῆμα τοῦ λόγου τοιοῦτον, οἷον ἂν γένοιτο τοῦ μηδὲν ἁπλῶς μηδὲ ἀδόλως ποιοῦντος. Τό τε γὰρ περὶ τὴν καινοτομίαν ὕποπτον τῷ τῆς ἀπολογίας προκαλύμματι συσκιάζει, καὶ εὔνοιαν θηρᾶται παρὰ τῶν ἀκουόντων, ὡς τῇ ἀνάγκῃ τῆς διαβολῆς ἐπὶ τοὺς λόγους τούτους ἐλθών. Ἐλέγχεται δὲ αὐτοῦ ἡ περὶ τὴν ἀπολογίαν σκηνή, ὅτι τοῦ ἐγκλήματος, ἐφ' ᾧ διαγωνίζεσθαι προσποιεῖται, κατήγορον εἰπεῖν οὐκ ἔχων, ἀπρόσωπον τὸ τῆς ἀπολογίας ὑπεισέρχεται (66) δρᾶμα· οὐ διὰ μακροθυμίαν ὀνομαστὶ μνησθῆναι τῶν λελυπηκότων ἀπεχόμενος (πῶς γάρ, ὅς γε τοσαύταις λοιδορίαις πλύνει τοὺς ἀντιλέγοντας), ἀλλὰ τοῦ ψεύδους τὸ περιφανὲς ὑφορώμενος, ἐπιφημίζειν ἑαυτῷ ὡρισμένα πρόσωπα κατηγόρων αἰσχύνεται. Εἰ γὰρ εἶχεν ὀνομάσαι τινάς, εἶπεν ἂν πάντως καὶ διεβόησεν· εἰ καὶ μὴ τὴν ἑαυτοῦ ὀργὴν ἐκπληρῶν, ἀλλά γε τῶν πολλῶν ἀσφάλειαν διοικούμενος· ὧν δὴ καὶ μάλιστα προνοεῖν ἐπαγγέλλεται. Λανθάνουσα γὰρ πονηρία τῆς προκεκηρυγμένης βλαβερωτέρα. Ὥστε, εἴπερ ἐγνωμεν τοὺς συκοφάντας, ῥᾷον ἂν διεφύγομεν τὰς ἀκολάστους γλώσσας αὐτῶν καὶ τὰς ἀγνώμονας γνώμας· αὐτοῖς γὰρ χρήσομαι τοῦ σοφωτάτου τοῖς ῥήμασιν. Ἀλλ' ἐπειδὴ τότε, δι' ἣν δήποτε αἰτίαν, ἀπεσιώπησε, νῦν ἐρωτάσθω, νῦν ἀποκρινέσθω (67)· τίνες οἱ κατήγοροι οἱ, τῷ προλαβεῖν ταῖς διαβολαῖς, ἀναγκαίαν αὐτῷ τὴν ἀπολογίαν κατασκευάζοντες; ἐκ ποίας οἰκουμένης ἐλθόντες; τίνες οἱ δικασταὶ, ἐφ' ὧν διατίθεται τὸν ἀγῶνα; ἐν ποίῳ δικαστηρίῳ τὴν γραφὴν ταύτην ὑπεισῆλθε (68); ποῦ γῆς ἢ θαλάττης συγκροτηθέντι; Τί γὰρ ἂν καὶ εἴποιεν; Ἐν Σελευκείᾳ; Ἀλλὰ σιωπήσαντες (69) ἐάλωσαν, οἵ γε, προκαλουμένων πολλάκις τῶν συνελθόντων εἰς τὰς ὑπὲρ τῶν ἐπιφερομένων εὐθύνας, οὐκ ἀπήντησαν (70)· ἐφ' οἷς δὴ καὶ κατεκρίθησαν τηνικαῦτα. Κοινὸς γάρ μοι ὁ λόγος πρὸς ἅπαν ὁμοῦ τὸ σύνταγμα, τὸ διὰ τὴν κοινωνίαν τῆς ἀσεβείας, ὥσπερ τι μέλος νενο-

(64) Legitur in editis intra contextum Εὐν... Βασ...; contra, illa, Εὐν... Βασ., in ora Regii tertii inveniuntur. Nihil tamen mutandum judicavimus.

(65) Reg. tertius et Colb. ἀγνώμονος πονηρῶν καί.

(66) Antiqui duo libri εἰσέρχεται, non ita recte.

(67) Codices duo ἀποχρινέσθω. Editi ἀποκρινάσθω.

(68) Veteres aliquot libri γραφὴν εἰσῆλθεν. Nec ita multo post Reg. quartus ἂν καὶ εἴποι.

(69) Editi ἀλλὰ σιωπῶντες : at codices melioris notæ σιωπήσαντες.

(70) Idem docet Athanasius lib. *De syn*., num. 12 : Τοῦτο δὲ πεποιήκασιν, ἐπειδὴ κληθέντες ἀπολογήσασθαι ἐφ' οἷς αὐτῶν πλεῖστοι κατηγόρουν, οὐκ ἀπήντησαν. *Ideo autem hoc fecerunt, quod in jus vocati, ut a multis allatas adversum se criminationes depellerent, non comparuissent.* Loquitur Athanasius de episcopis, qui in concilio Seleuciensi aut depositi, aut communione privati fuerunt. Athanasium secutus Socrates lib. II, cap. 40, ita scripsit : Ἐπεὶ οὖν πολλάκις καλούμενοι οὐκ ἀπήντησαν, καθεῖλον αὐτόν τε Ἀκάκιον, Γεώργιον Ἀλεξανδρείας, etc. *Sed quoniam sæpius accersiti venire detrectabant, deposuerunt et ipsum Acacium, Georgium Alexandriæ*, etc.

Digitized by Google

σηκὸς τοῦ ὑγιαίνοντος σώματος τῆς Ἐκκλησίας ἀπορράγέν. Ἀλλ' ἐν Κωνσταντινουπόλει (71); Ἀλλ' οὐδὲν ἐκεῖ ἀπολογίας ἔδει καὶ λόγων. Τοὺς γὰρ ἐκ τῆς βασιλικῆς αὐλῆς, καὶ τῶν λοιπῶν τοὺς τὰ μέγιστα δυναμένους ἑαυτῶν ποιησάμενοι, ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος τοῖς πράγμασι προσεφέροντο· αὐτοὶ καὶ κατήγοροι, καὶ δικασταὶ, καὶ δήμιοι, καὶ πάντα ὄντες ὅσα ἐβούλοντο, ὅτε, τῶν ἐπισκόπων τοὺς μὲν ἐκβάλλοντες, τοὺς δὲ ἐγκαθιστῶντες, τοῖς δὲ τὸν περὶ τοῦ ζῆν ἐπικρεμῶντες (72) κίνδυνον, αὐτοὶ τὰς πόλεις ἐν ἀλλήλοις κατ' ἐξουσίαν πολλὴν διελάγχανον· καὶ ὁ μέν τις τῶν (73) ἐν Συρίᾳ πόλεων ἐκπεσών, τὴν Κωνσταντινούπολιν, ὡς ἐπὶ τυραννίδα, κατέλαβεν· αὐτὸς δὲ οὗτος ὁ ἄμαχος καὶ δεινὸς λογογράφος (74) ἄθλον τῆς ἀσεβείας τὴν Κύζικον ἀπηνέγκατο· Θεοσεβίῳ δὲ μετὰ τοὺς ἐπὶ ταῖς ἀῤῥήτοις βλασφημίαις ἐλέγχους ἡ Ἐκκλησία Σάρδεων προεπόθη. Καὶ σιωπῶ Βιθυνοὺς, καὶ Παφλαγόνας, καὶ Κίλικας, καὶ πάντας ὅσους ἐν κύκλῳ (75) φερόμενον τὸ κακὸν ἐπενείματο. Ποίας οὖν ἀπολογίας ἔτι καιρὸς ἦν τότε; Ἀλλ', οἶμαι, οὐδὲ βουλομένῳ δυνατὸν ψεύσασθαι. Ὥστε παντὸς ἀληθέστερον, ὅτι τὸ σχῆμα τοῦ λόγου μηχάνημα αὐτῷ πρὸς τὴν ἀπάτην (76) ἐστίν. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Ὁ δὲ, μικρὸν προελθὼν, σκέψασθε οἷα γράφει. Οὐδὲ γὰρ ἄχρηστον ἴσως πρὸ τῶν ἐλέγχων τῆς ἀσεβείας ὀλίγα τοῦ περὶ αὐτὸν τύφου παραδηλῶσαι.

A Ecclesiæ corpore abruptus est. An Constantinopoli? Verum illic ipsis nihil opus erat apologia atque oratione. Nam cum aulæ regiæ viros ac reliquos qui plurimum pollebant, conciliassent sibi, longe superiores effecti, res aggrediebantur, iidem ipsi accusatores, et judices, et carnifices, et omnia quæ volebant exsistentes, cum episcoporum alios ejicerent, substituerent alios in illorum locum, alios in periculum vitæ adducerent, ipsi vero magna cum potestate inter se partirentur civitates: tum demum quidam ex Syriæ urbibus pulsus, Constantinopolim quasi ob tyrannidem exercendam occupavit. Hic autem iste inexpugnabilis et gravis orator, præmium impietatis Cyzicum retulit: Theosebio vero post maximarum blasphemiarum redargutionem, Sar- B diensis Ecclesia propinata est. Taceo autem Bithynos, Paphlagones, Cilices, et omnes quoscunque depasta est circumlata improbitas. Cujus ergo apologiæ necessitas tunc erat? Sed, opinor, mentiri ne volens quidem potuit. Quare quavis re verius est, hanc orationis formam ei ad decipiendum excogitatam esse. Sed de his hactenus. Quæ vero paululum progressus scribat, considerate. Neque enim fortasse inutile fuerit anteaquam confutemus ejus impietatem, pauca de fastu ipsius in medium proferre.

3. ΕΥΝ. Αἰτοῦμαι δὲ πρὸ πάντων ὑμᾶς, τούς τε νῦν ἀκουσομένους καὶ τοὺς εἰς ὕστερον ἐντευξομένους, μὴ τῷ πλήθει διακρίνειν ἐθέλειν τῆς ἀληθείας τὸ ψεῦδος, τῇ πλείονι μοίρᾳ τὸ κρεῖττον συνάπτον- C

3. EUN. Ante omnia autem rogamus vos, qui et nunc audituri estis, et postmodum lecturi, ut ne velitis ex multitudine verum a falso discernere, parti majori tributa palma; neque mente cæcutire,

(71) Concilium illud cujus hoc loco fit mentio, habitum fuit Constantinopoli anno 360. De eo autem nihil attinet dicere, cum quale fuerit, satis superque ex verbis Basilii colligi possit. Ejus meminere multi gravesque auctores, Basilius ipse in suis Epistolis, Socrates lib. II, cap. 41, Soz. lib. IV, cap. 23 et 24, etc. Mox mss. aliquot δυναμένους δι' ἑαυτῶν. Subinde editi αὐτοὶ καί. At particula καί deest in multis mss.

(72) Editi et nonnulli mss. ἐπικρεμαννύντες. Alii quidam mss. antiquiores ἐπικρεμῶντες. Ibidem mss. ἐν ἀλλήλοις. Vocula ἐν in editis non invenitur.

(73) Reg. secundus καὶ Εὐδόξιος μὲν τῶν, etc. Unde interpres: *Tunc ex urbibus Syriæ pulsus Eudoxius.* Alii sex mss. cum utraque editione Ven. et Paris. ut in contextu, nomine Εὐδόξιος omisso. Quanquam autem nomen Εὐδόξιος non invenitur in D iis quos dixi codicibus, bis tamen in ora Regii quinti legitur. Facit quidem tot codicum auctoritas, ut vix existimem Eudoxium a Basilio nominatum fuisse: sed mihi dubium non est, quin de eo sermonem habuerit. Postquam enim duas Syriæ urbes Germaniciam et Antiochiam occupavit, tum demum ad sedem Constantinopolitanam translatus est. Lege Socratem lib. II, cap. 37 et 43. Hic notam quamdam Regii quinti ascribere non pigebit. Ita igitur legere est in extrema pagina: Οὗτος ἦν μὲν Ἀντιοχεὺς, διεδέξατο δὲ τὸν Μακεδόνιον, ἀντ' αὐτοῦ παρὰ Κωνσταντίνου ἐπίσκοπος Κωνσταντίνου πόλεως ἀποκαταστήσας· ὃς εἰς τὸν θρόνον αὐτῆς... πρῶτος τὴν πολυθρύλλητον ἀφῆκε φωνὴν, φήσας· Ὁ Πατὴρ ἀσεβὴς, ὁ Υἱὸς εὐσεβὴς, ὁ μὲν ὡς μηδένα δῆθεν σεβόμενος, ὁ δὲ ὡς σεβόμενος τὸν Πατέρα. *Hic erat Antiochenus, successit vero Macedonio: loco illius constitutus episcopus Constantinopolis a Constantino* [*Constantio*]: *qui cum in thronum illius ascendisset, primus celeberrimam vocem emisit, dicens: Pater est impius, Filius pius, ille quidem tanquam nullius cultor, hic vero tanquam cultor Patris.* Hæc autem Eudoxii subtilitas risum movit audientibus, ut auctor est Sozomenus lib. IV, cap. 26. Post illud, εἰς τὸν θρόνον αὐτῆς, sequitur vox quædam ita detrita, ut eam legere non potuerim.

(74) Vir eruditissimus Ducæus ex suo Regio codice, qui est noster Reg. secundus, post vocem λογογράφος edenda curavit illa, διὰ τῆς τούτου προστασίας ἱδρῦσαι τὸ δόγμα ἐπειγομένου, *hujus auxilio, qui dogma stabilire studebat.* Sed cum hæc verba non legantur neque in reliquis mss. neque in edit. Ven., ea expungere non dubitavimus. Ducæus in suis notis jure redarguit quosdam, a quibus Sardica et Sardes, cum duæ sint civitates, confunduntur tamen, et oppidum unum efficiuntur. Sardica igitur urbs est Thraciæ mediterranea: Sardes vero, seu Sardis, Lydiæ est urbs, ad latus Tmoli montis sita. Plura qui volet, notam viri doctissimi legere poterit. Theosebius, ut de eo quoque aliquid dicamus, successerat Heortasio, qui apud Sozomenum lib. IV, cap. 24, in concilio Constantinopolitano anni 360 depositus fuisse dicitur.

(75) Reg. tertius οὓς ἐν κύκλῳ.

(76) Editio Paris. et Reg. secundus πρὸς τὴν τῶν ἁπλουστέρων ἀπάτην, *ad simpliciores decipiendos.* Editio Ven. et reliqui sex mss. simpliciter πρὸς τὴν ἀπάτην. Quod diximus aliquanto ante, nomen Εὐδόξιος in Reg. secundo additum fuisse, id de illo, τῶν ἁπλουστέρων, dici posse arbitramur. Mox editi ἐπὶ τοσοῦτον. Libri veteres εἰς τοσοῦτον. Nec ita multo infra editio nostra καὶ τοὺς ὕστερον. Antiqui duo libri εἰς ὕστερον.

Digitized by Google

dignitatum habita ratione; neque aures obturare posterioribus, priorum agmini concessa victoria.

Bas. Quid dicis? Palmamne demus antiquioribus? ne revereamur multitudinem Christianorum, neque eorum qui nunc sunt, neque eorum qui fuerunt, ex quo prædicatum est Evangelium? ne reputemus dignitatem eorum, qui donis spiritualibus cujuscunque generis claruerunt, quibus omnibus inimicam et adversam hanc viam impietatis recens excogitasti: sed clausis prorsus animæ oculis, et sancti cujuslibet viri memoria **211** e mente depulsa, unusquisque cor nostrum otiosum ac purgatum captionibus ac sophismatis tuis subdamus? Magna profecto foret tua potentia, si quæ multiplici suo artificio diabolus consecutus non est, ea tibi solo imperio assequi contingeret: si videlicet persuasu ac inductu tuo traditionem quæ per præteritum omne tempus apud tot sanctos obtinuit, impio vestro commento postponeremus. Huic autem satis non est, eorum duntaxat qui nunc audiunt animum avocare; sed postulat etiam, ut ii qui deinceps libellum lecturi sunt, habeant mentem eamdem. O fastum! putare librum sibi etiam in posterum superstitem fore, et memoriam suam nunquam perituram. Et nunc quidem tantopere intumescit qui paulo post apud auditores joculari quadam simulatione utitur, quasi fastum omnem negligens, sicque quos finxit judices alloquens.

Eun. Ad hæc, neque nobis succenseatis, si fastum negligentes ac timorem, gratiæque præsenti et securitati præferentes securitatem ad futura attinentem, atque intentatas impiis minas magis quam errenam omnem afflictionem ac mortem temporem metuendas esse arbitrati, veritatem nudam absque ullo velamine exponamus.

Bas. Quam superbiæ immoderationem hæc verborum pompa non excedit? Quin adest cavillo etiam contumelia in judices: siquidem, propterea quod bona ægre ferant, vix possunt quin succenseant viro, qui negligit fastum ac tumorem; qui spectantem ad futura securitatem præsenti suæ securitati anteponit; qui futurum supplicium morte temporali horribilius judicat. Quid autem hoc sibi vult? Ne, viri, succenseatis mihi, qui ad ipsum virtutis spi-

A τας (77)· μήτε μὴν ἀξιώμασι προσέχοντας ἀμαυροῦσθαι τὴν διάνοιαν, ἢ τῇ τάξει τῶν προλαβόντων τὸ πλέον νέμοντας, ἀποφράττειν τὰς ἀκοὰς τοῖς ὑστέροις.

ΒΑΣ. Τί λέγεις; Μὴ νείμωμεν τὸ πλέον τοῖς προλαβοῦσι; μὴ αἰδεσθῶμεν τὸ πλῆθος τῶν τε νῦν ὄντων Χριστιανῶν, καὶ τῶν ὅσοι γεγόνασιν ἀφ' οὗ κατηγγέλη τὸ Εὐαγγέλιον; μὴ λογισώμεθα τὸ ἀξίωμα τῶν ἐν παντοίοις χαρίσμασι διαφανέντων πνευματικοῖς, οἷς ἅπασιν ἐχθρὰν καὶ πολεμίαν τὴν πονηρὰν ὁδὸν ταύτην τῆς ἀσεβείας ἐκαινοτόμησας; ἀλλὰ μύσαντες ἁπαξαπλῶς τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὺς, καὶ παντὸς ἁγίου μνήμην τῆς διανοίας ὑπεροφίσαντες, σχολάζουσαν καὶ σεσαρωμένην τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν ἕκαστος ταῖς παραγωγαῖς σου καὶ τοῖς
B σοφίσμασι φέροντες ὑποθῶμεν; Μεγάλης μέντ' ἂν εἴης τῆς δυναστείας ἐπειλημμένος, εἴπερ ὧν ταῖς ποικίλαις ἑαυτοῦ μεθοδείαις ὁ διάβολος οὐκ ἐπέτυχε, τούτων σοι τυχεῖν ἐξ ἐπιτάγματος περιέσται· ἐάν περ, πεισθέντες σοι, τὴν ἐν παντὶ τῷ παρελθόντι χρόνῳ ὑπὸ τοσούτων ἁγίων κεκρατηκυῖαν παράδοσιν ἀτιμοτέραν (78) κρίνωμεν τῆς δυσσεβοῦς ὑμῶν ἐπινοίας. Τῷ δὲ οὐκ ἐξαρκεῖ μόνον τῶν νῦν ἀκουόντων τοὺς λογισμοὺς ὑφελέσθαι, ἀλλ' ἀξιοῖ καὶ τοὺς ὕστερόν ποτε συνεσομένους τῷ λόγῳ τὴν αὐτὴν ἔχειν γνώμην. Ὦ τῆς ἀλαζονείας! τὸ καὶ εἰς ὕστερον (79) οἴεσθαι αὐτῷ διαρκέσειν τὸν λόγον, καὶ ἀθάνατον εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον τὴν μνήμην αὐτοῦ φυλαχθήσεσθαι. Καὶ ταῦτα νῦν ἀπαυθαδιάζεται ὁ μετ'
C ὀλίγα πρὸς τοὺς ἀκροωμένους διαθρυπτόμενος ὡς τύφου παντὸς ἀμελῶν, οὑτωσὶ λέγων τοῖς ἐν τῷ δράματι δικασταῖς.

ΕΥΝ. Πρὸς δὲ τούτοις μηδὲ ἡμῖν χαλεπαίνειν, εἰ, τύφου μὲν ἀμελήσαντες καὶ φόβου, τῆς δὲ παραυτίκα χάριτος καὶ ἀσφαλείας τὴν ὑπὲρ τῶν μελλόντων ἄδειαν προτιμήσαντες, καὶ πάσης ἐπιγείου κακοπαθείας θανάτου τε προσκαίρου φοβερωτέραν τὴν κατὰ τῶν ἀσεβῶν ὡρισμένην ἀπειλὴν εἶναι κρίναντες, παντὸς ἐπικαλύμματος γυμνὴν ἐκτιθέμεθα τὴν ἀλήθειαν.

ΒΑΣ. Ποίας ἀλαζονείας, ὑπερβολὴν ὁ κόμπος οὗτος τῶν λόγων οὐχ ὑπεραίρει; Καὶ πρόσεστι τῇ εἰρωνείᾳ καὶ ὕβρις κατὰ τῶν δικαζόντων· εἴπερ τῷ πρὸς τὰ καλὰ δυσχερῶς ἔχειν μόλις κατέχονται χα-
D λεπαίνοντες ἀμελοῦντι μὲν αὐθαδείας καὶ τύφου (80), τῆς δὲ ἐν τῷ παρόντι ἀσφαλείας τὴν ὑπὲρ τῶν μελλόντων ἄδειαν πρωτιμῶντι, καὶ τοῦ προσκαίρου θανάτου φοβερωτέραν κρίνοντι τὴν εἰς ὕστερον (81) κόλασιν. Τοῦτο δέ ἐστι τί; Μὴ χαλεπαίνετέ μοι, ὦ

(77) Reg. tertius συνάψαντας.

(78) Reg. quartus κρινοῖμεν: quo in codice legitur quidem περινοίας: sed ita tamen, ut vera lectio ἐπινοίας in ora libri addita sit.

(79) Editi καὶ ὕστερον. Codices non pauci εἰς ὕστερον.

(80) Horum verborum ea est sententia: Eunomius in suos judices contumeliosus est, cum de eis ita loquatur quasi res laudandas animo iniquo ferre potuissent. Mihi, inquit, ne succenseatis, quod fastum ac tumorem neglexerim, etc. Nemo enim non videt Eunomium, si bene, ut par erat, de suis judicibus existimasset, nunquam verbis ita injuriosis usurum fuisse.

(81) Libri veteres εἰς ὕστερον. Abest εἰς a Vulgatis. Hoc ipso in loco editi Τοῦτο δέ ἐστι τοιοῦτον. Τίς (sic) μὴ χαλεπαίνετε. Antiqui tres libri ut in contextu.

Digitized by Google

ἄνδρες, πρὸς αὐτὸ τὸ ἀκρότατον τῆς ἀρετῆς ἀνελθόντι, καὶ ὑπερβάντι μὲν τὰ γήϊνα, πᾶσαν δὲ τὴν πολιτείαν εἰς οὐρανὸν μεταθέντι. Καινὸς οὗτος ἀλαζονείας τρόπος. Δι' ὧν γὰρ ἀμελεῖν προσποιεῖται τοῦ τύφου, πρὸς τὴν ἐσχάτην φυσίωσιν ἑαυτὸν ὑπεραίρει. Εἰ γὰρ ἐφ' οἷς ἐνδείκνυται συγγνώμης ἀξίως πράσσειν, τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας ἐστὶ τὰ κεφάλαια, εἰκάζειν ἀφίησιν ὁποῖόν τινα αὐτὸν ἐν τοῖς κατωρθωμένοις ἡγεῖσθαι προσῆκε. Ταῦτα μὲν οὖν ὡσανεὶ χαρακτῆρα τῆς ὅλης αὐτῆς προαιρέσεως ἔχοντα, πολλῶν ἀποσιωπηθέντων, ἱκανῶς εἴρηται, ἵνα δι' ὧν μὲν ἐψεύσατο, τὸν πατέρα τοῦ ψεύδους ἐν αὐτῷ λαλοῦντα γνωρίσωμεν· ἐκ δὲ τῶν ἀλαζονευμάτων τίνι συγκατακέκριται διδαχθῶμεν, σαφῶς τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος τὸν τυφωθέντα εἰς κρῖμα ἐμπίπτειν τοῦ διαβόλου· ἐπ' αὐτοὺς δὲ λοιπὸν τοὺς ἐλέγχους τῆς ἀσεβείας ἔλθωμεν.

A cem ascendi, qui transcendi terrena, ac conversationem omnem in cœlum transtuli. Novus hic est arrogantiæ modus. Quibus namque negligere se fastum simulat, iisdem se ipse ad summum animi tumorem effert. Nam si quibus ostendit venia esse digna quæ gerit, ea evangelicæ vitæ capita sunt; conjectare sinit, qualem se in reliquis præclare gestis haberi conveniat. Et quidem hæc quibus totus illius animus quasi exprimitur, multis silentio præteritis, abunde memorata sunt; ut per ea quæ mentitus est, patrem mendacii in eo locutum cognoscamus [56], discamusque ex ejus arrogantia, quocum sit condemnatus; cum aperte dicat Apostolus [57], fastu tumidum in diaboli judicium incidere. Jam tandem ad redarguendam impietatem accedamus.

4. Πίστιν ἐκτίθεται πρῶτον ἐξ ἁπλῶν καὶ ἀδιορίστων λέξεων συγκειμένην, ᾗ ἐχρήσαντο καί τινες (82) τῶν Πατέρων, οὐχὶ πρὸς ζητήσεις ὑποκειμένας ἀποτεινόμενοι, ἀλλ' ἁπλῶς οὕτως ἐφ' ἑαυτῶν (83) ἐν ἁπλότητι καρδίας διαλεγόμενοι. Εἴ τε καὶ (84) Ἄρειος, ὥς φασι, σοφιζόμενος τὸν Ἀλέξανδρον, ταύτην αὐτῷ προετείνατο (καὶ γὰρ τοῦτο λέγουσιν), ἀλλ' ὁμοῦ μὲν ταύτην ὡς ὁμολογοῦσαν τῇ ἑαυτοῦ γνώμῃ προΐσχεται διὰ δύο προφάσεις· μίαν μὲν, ὥστε τὴν τῆς καινοτομίας ὑπόνοιαν ἐκφυγεῖν, ἐν τῷ τὴν τῶν Πατέρων πίστιν ὡς ὀρθῶς ἔχουσαν ἀποδέχεσθαι· ἑτέραν δὲ, τοῦ πάντας ἀπροοράτως ταῖς πάγαις αὐτοῦ τῶν σοφισμάτων περιπεσεῖν τῇ ἁπλότητι τῶν ῥημάτων τούτων καταπιστεύσαντας. Ὁμοῦ δὲ κἀκεῖνο συνεῖδεν (85), ὅτι καὶ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην εὐπροσώπως αὐτῷ παρεισαγαγεῖν ὑπάρξει, ἐξηγησυμένῳ δῆθεν τὰ τῶν Πατέρων, καὶ μάλιστα μὲν λήσασθαι ἀσεβῶν· εἰ δ' ἄρα καὶ φωραθείη, ἀναίτιος εἶναι δόξειν, ὡς οὐδὲν οἰκοθεν οὐδὲ παρ' ἑαυτοῦ τι λέγων, ἀλλ' ἀλλοτρίας γενόμενος διανοίας ἐξηγητής. Ἐν. ᾧ δὴ καὶ γελοιότατόν τι παθὼν οὐκ ἐπῄσθετο. Ἐπαινέσας γὰρ αὐτὴν (86) πολλὰ καὶ μεγάλα, μικρὸν ὑποβὰς, τοῖς αἰσχίστοις πάλιν ὀνείδεσι περιβάλλει. Ἀλλ' ἵνα σαφέστερον ὃ λέγω γένηται, κατὰ μέρη τὸν λόγον διελόμενος ἐξετάσω. Καὶ πρῶτόν γε τὴν (87) πίστιν ἣν προτείνεται καταμάθωμεν, αὐτὰς τὰς ἐκείνου φωνὰς παραθέμενοι.

B 4. Fidem proponit primum ex simplicibus ac vagis vocibus compositam, qua quidam ex Patribus usi sunt, ad propositas quæstiones non attenti, sed simpliciter sic a seipsis in simplicitate cordis disserentes. Quanquam autem Arius, ut aiunt, hanc Alexandro obtulit, ipsum **212** decipiens (nam et hoc dicunt), nihilominus tamen eamdem tanquam suæ ipsius sententiæ consentaneam profert propter duas causas: primum quidem, ut innovandi effugiat suspicionem, cum Patrum fidem tanquam rectam suscipiat: alteram, ut omnes, verborum horum simplicitati adhibita fide, incaute in sophismatum ipsius laqueos incidant. Simul autem etiam illud intellexit, se et suam ipsius sententiam speciosa quadam ratione obiter inducturum, si videlicet dicta Patrum exponeret, et maxime impietatem occulturum. Quod si forte deprehenderetur, putavit fore, ut extra culpam esse videretur, quod non e suo, neque a se quidquam diceret, sed alienæ sententiæ esset interpres. Qua in re admisisse se quiddam risu dignissimum non animadvertit. Postquam enim multis ac summis laudibus extulit fidem Patrum, eam probris fœdissimis afficit. Sed, ut clarius fiat quod dico, librum in partes divisum expendam. Et primum quidem quam proponit fidem, ipsis illius verbis appositis, consideremus.

C

ΕΥΝ. Τὴν δὲ κρατοῦσαν, φησὶν, ἄνωθεν παρὰ τῶν Πατέρων εὐσεβῆ παράδοσιν, ὥσπερ τινὰ γνώμονα καὶ κανόνα προεκθέμενοι, ἀκριβεῖ τούτῳ χρησώμεθα (88) κριτηρίῳ πρὸς τὴν τῶν λεγομένων ἐπίκρισιν.

Eun. At, inquit, traditionem piam quæ ab initio apud Patres obtinuit, velut amussim ac regulam quamdam præmittentes, hac accurata judicandi ratione utamur, ut de iis quæ referentur sententiam feramus.

D

[56] Joan. VIII, 44. [57] I Tim. III, 6.

(82) Editi ἐχρήσαντο καί τινες. Vocula καί in mss. non invenitur. Præclara sententia, dignaque Basilio Magno. Quotiescunque igitur hæretici proferunt Patrum testimonia, quæ sibi favere videantur, si testimonia illa petita sint ex peregrinis quibusdam locis, in quibus Patres de aliqua re non consulto, sed fortuito obiterque loquantur, toties egregia illa Basilii sententia debet adhiberi.

(83) *Ἐφ' ἑαυτῶν*, *sponte naturæ*, hoc est, primo mentis impetu, id quod agitur quasi non cogitantes.

(84) Editi εἰ δὲ καί. Libri veteres εἴτε καί. Athanasius lib. *De syn.* refert quamdam Arii ad Alexandrum epistolam, in qua impius ille fidei professionem ediderat. Lege Epiph. hær. LXIX, n. 7 et 8.

(85) Reg. tertius κἀκεῖνο συνιδεῖν.

(86) *Αὐτήν*, hoc est, πίστιν τῶν Πατέρων, *fidem Patrum*, de qua aliquanto ante.

(87) Reg. tertius cum Colb. πίστιν ἣν ἐκτίθεται, *fidem quam exponit*.

(88) Editi χρησόμεθα. At mss. plerique omnes χρησώμεθα.

Digitized by Google

Bas. His subjungit Patrum fidem, hoc modo se habentem.

Eun. Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, ex quo omnia : et in unum unigenitum Filium Dei, Deum Verbum, Dominum nostrum Jesum Christum, per quem omnia : et in unum Spiritum sanctum, paracletum.

Bas. Deinde statim adjungit.

Eun. Simplicior igitur et communis fides omnium, qui aut videri aut esse Christiani cupiunt, ut compendio ac summatim dicam, hæc est.

Bas. Equidem de eorum quæ retulit contrarietate, et de impudenti dictorum inter se repugnantia paulo post loquemur. Illud tamen prius in memoriam reduxerimus, hunc illum esse, qui superius valde arroganter pollicitus est nobis, se veritatem velamine omni nudam propositurum. Hic igitur scriptum est : Credimus ingenerationem esse essentiam Dei universorum : aut, credimus Unigenitum essentia dissimilem esse Patri. Nam hæc scripsisset, si, quemadmodum pollicitus erat, doloso nullo velamine opinionem suam obumbrasset. Sed, opinor, insidiosa oratione ubique adhibita, sua reticet, ut ne aures inassuetas personans, sibi ipse adimat fidem, et suam sententiam receptu difficilem reddat : contra proponit Patrum fidem, quæ, utpote verbis indifferentibus constans, nihil quidquam quod toti orationis ejus **213** constructioni repugnaret, exhibitura esset, quæque cum hac facile consentiret, si in expositionis modum ad ea quæ prius dicta essent sermonem traduceret. Quod autem hæc vera sint, hinc liquet. Nam simul ut Patrum fidem proposuit, statim transilit ad expositionem, tum alio obtentu, tum quod ea ad crimen diluendum haudquaquam sufficeret. Quid est igitur quod ipsam proposueris, nec statim ad eos sermones deveneris, qui et sinceritatem haberent, et a criminibus eximere te possent? Nunc autem eam proponit ceu tutam judicandi regulam : rursus vero eamdem corrigit velut nihil sani complectentem. Hoc porro perspectum ac notum est omnibus, quod opinioni

Βας. Τούτοις ἐπάγει τὴν πίστιν ἔχουσαν οὕτως.

Ευν. Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἰς ἕνα μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, Θεὸν Λόγον, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, δι' οὗ τὰ πάντα· καὶ εἰς ἓν Πνεῦμα ἅγιον (89), τὸ παράκλητον.

Βας. Εἶτα εὐθὺς ἐπισυνάπτει.

Ευν. Ἡ μὲν οὖν (90) ἁπλουστέρα πίστις καὶ κοινὴ πάντων, ὅσοις τὸ δοκεῖν ἢ τὸ εἶναι Χριστιανοῖς ἐπιμελὲς, ὡς ἐν ἐπιδρομῇ κεφαλαιωδέστερον εἰπεῖν, αὕτη.

Βας. Περὶ μὲν οὖν τῆς ἐν οἷς εἶπεν ἐναντιότητος καὶ τῆς ἀναισχύντου μάχης τῶν εἰρημένων πρὸς ἄλληλα μικρὸν ὕστερον ἐροῦμεν (91). Ἐκεῖνο δὲ πρότερον ἑαυτοὺς ὑπομνήσωμεν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ ἐν τοῖς ἄνω λόγοις πάνυ σοβαρῶς ἡμῖν ἐπαγγελλόμενος γυμνὴν παντὸς προκαλύμματος ἐκθήσεσθαι τὴν ἀλήθειαν. Ἐνταῦθα τοίνυν (92) που γέγραπται· Πιστεύομεν τὴν ἀγεννησίαν οὐσίαν εἶναι τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων, ἢ, πιστεύομεν ἀνόμοιον κατὰ τὴν οὐσίαν εἶναι τὸν Μονογενῆ τῷ Πατρί. Ταῦτα γὰρ ἔγραψεν ἂν, εἴπερ, ὡς ὑπέσχετο, μηδενὶ παραπετάσματι δολερῷ τὸ ἑαυτοῦ φρόνημα συνεσκίαζεν. Ἀλλ', οἶμαι, πᾶσιν ἐπιβούλως τοῖς λόγοις χρώμενος, τὰ μὲν παρ' ἑαυτοῦ σιωπᾷ, ἵνα μὴ ἀγυμνάστοις ταῖς ἀκοαῖς προσβάλλων ἀπίθανον ἑαυτὸν (93) καὶ δυσπαράδεκτον καταστήσῃ· τὴν δὲ τῶν Πατέρων πίστιν προβάλλεται, ἢ διὰ τὴν μεσότητα τῶν ἐν αὐτῇ ῥημάτων οὔτε τι ἐναντίωμα (94) πρὸς τὴν ὅλην τοῦ λόγου αὐτῷ (95) κατασκευὴν παρέξειν ἔμελλε, καὶ ἀκολουθήσειν ῥᾳδίως ἐν ἐξηγήσεως εἴδει μετάγοντι τὸν λόγον ἐφ' ἃ προῄρηται (96). Ὡς δὲ ἀληθῆ ταῦτα, δῆλον αὐτόθεν. Ἐκθέμενος γὰρ αὐτὴν, εὐθὺς ἐπιπηδᾷ τῇ ἐξηγήσει, προφάσει χρώμενος ἄλλῃ τέ τινι, καὶ ὅτι οὐκ ἐξαρκεῖ πρὸς τὴν διάλυσιν τοῦ ἐγκλήματος. Τίνος οὖν ἕνεκεν αὐτὴν προεβάλου, ἀλλ' οὐκ εὐθὺς ἐπ' ἐκείνους ἦλθες τοὺς λόγους, οἳ καὶ τὸ ἀκριβὲς εἶχον, καὶ ἐξαιρεῖσθαί σε τῶν ἐγκλημάτων ἔμελλον; Νῦν δὲ προτείνεται μὲν ὡς ἀσφαλὲς κριτήριον, διορθοῦται δὲ πάλιν, ὡς οὐδὲν ὑγιὲς ἔχουσαν. Τοῦτο δὲ παντὶ γνώριμον, ὅτι, ὥσπερ ἀγκίστρῳ πρὸς θάνατον ἕλκοντι, τῷ ἑαυτοῦ φρονήματι.

(89) Reg. tertius καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

(90) Editi Ἡμῶν οὖν ὁπλουστέρα καὶ κοινὴ πίστις πάντων. At mss. ut in contextu.

(91) Coll. λέξομεν. Reg. tertius λέξωμεν. Ἐκεῖνο δὲ πρῶτον.

(92) Respicit Basilius ad aliquam fidei formulam hæreticorum : quam confessus fuisset Eunomius a se adoptatam esse, si sincere ac sine fuco loqui voluisset. Interpres, *Credimus innascibilitatem esse Dei omnium essentiam.* Sed ἀγεννησία non est *innascibilitas*, sed *ingeneratio :* quam naturæ dotem qui possidet, natura gigni non potest.

(93) Reg. secundus προσβάλλων τὴν ἀσέβειαν, ἀπίθανον ἑαυτόν, *ne auribus inassuetis impietatem ingerens, sibi ipse detrahat fidem*, etc. Alii mss. et editi ut in contextu, nisi quod in editis legatur προσβαλών.

(94) Editi οὐκέτι ἐναντίωμα. At mss. plerique omnes ita ut edidimus.

(95) Veteres aliquot libri αὐτῷ του λόγου, inverso ordine. Illud, καὶ ἀκολουθήσειν, quod statim sequitur, videtur sic accipi debere : Rursus proponit fidem, quæ facile cum suis verbis consentiat.

(96) Editio utraque cum tribus mss. ἐφ' ἃ προείρηται, *ad ea quæ dicta sunt.* Reg. tertius et Coll. ἐφ' ἃ προῄρηται, *ad ea quæ ei libent*, optime. Reg. quartus utramque lectionem præfert, primam in contextu, alteram in ora libri. Haud procul Coll. cum altero ms. προεβάλου. Editi προεβάλλου. Subinde Reg. quartus κριτήριον, ἐπιδιορθοῦται. — *Ἐφ' ἃ προῄρηται.* Totus hic locus sic videtur reddendus : *Proponit Patrum fidem, quæ, utpote verbis indifferentibus constans, nihil quod toti illius orationis constructioni repugnet, exhibitura erat, eumque facile secutura, si sermonem sub expositionis specie ad ea, quæ intendit, transferret. Hæc autem vera esse sua sponte liquet.* Maran.

Digitized by Google

ματι τὸ ἁπλοῦν τῆς πίστεως (97), οἷόν τι δέλεαρ, περιβάλλει, ἵνα τῷ φαινομένῳ ἐπιδραμόντες οἱ ἀπειρότεροι, ἀφυλάκτως τῷ κακῷ τῆς ἀσεβείας περιπαρῶσιν. Ὡς ἂν δὲ μὴ δόξειεν ἄνευ ἀνάγκης τῇ ἐπιδιορθώσει τῆς πίστεως ἐγχειρεῖν, ἣν αὐτὸς ἀπεσέμνυνε ταῖς ὑπερβολαῖς τῶν ἐπαίνων, ταύτην, ὥσπερ ἐπιλαθόμενος (98) τῶν ἑαυτοῦ λόγων, σκέψασθε πῶς διασύρει.

ΕΥΝ. Ἡ μὲν οὖν ἁπλουστέρα καὶ κοινὴ πάντων πίστις ὅσοις τὸ δοκεῖν ἢ τὸ εἶναι Χριστιανοῖς ἐπιμελές, ὡς ἐν ἐπιδρομῇ κεφαλαιωδέστερον εἰπεῖν, αὕτη.

ΒΑΣ. Εἰπέ μοι, ἡ εὐσεβὴς τῶν Πατέρων παράδοσις, καὶ ὁ κανών, ὡς αὐτὸς ὠνόμασας, καὶ ὁ γνώμων, καὶ τὸ ἀσφαλὲς (99) κριτήριον, νῦν ὄργανον ἀπάτης, καὶ τέχνη σχηματισμοῦ, καὶ τὰ τοιαῦτα πάλιν προσαγορεύεται (1); Εἰ γὰρ οὐχὶ τοῖς ὄντως οὖσι Χριστιανοῖς ἐφαρμόζει, ἀλλὰ τοῖς τὸ δοκεῖν πρὸ τοῦ εἶναι τετιμηκόσι, τί ἄλλο περὶ αὐτῆς ὑπολαμβάνειν ἢ ταῦτα προσῆκε; Τίς ἂν οὖν, μὴ παντελῶς παραπαίων, τὸν κανόνα τοῦ εὐθέως τοῖς τὴν ψυχὴν ἐνδιαστρόφοις ἁρμόζειν εἴποι, καὶ τὸν γνώμονα τῆς ἀληθείας τοῖς ἐχθροῖς τῆς ἀληθείας; Οἱ γὰρ τὸ ὀνομάζεσθαι Χριστιανοὶ πρὸ τοῦ ἀληθῶς εἶναι τετιμηκότες, ἐπὶ τῇ τῶν πολλῶν ἀπάτῃ (2) τὸν σχηματισμὸν τοῦτον ὑποδυόμενοι, πόρρω πάσης εὐθύτητος καὶ ἀληθείας εἰσίν. Οὔτε οὖν διεστραμμένον κατευθυνθήσεται, ὡς τοῦ Ἐκκλησιαστικοῦ λόγος, οὔτε τὰ τῆς ἀληθείας κριτήρια τοῖς τὸ ψεῦδος κατὰ τὸν βίον ᾑρημένοις ἁρμόσει, ὅπερ τούτῳ δοκεῖ.

5. Ἀλλὰ δι' ἃς εἶπον αἰτίας εἰς οὕτω προδήλους ἐναντιότητας ὑπενέχθη, ἵνα οἷς μὲν ἐπαινεῖ τὴν πίστιν κοινωνεῖν τοῖς Πατράσι τῆς εὐσεβείας δόξῃ, οἷς δὲ λαμβάνεται πάλιν αὐτῆς, τὴν ὁδὸν (3) ἑαυτῷ πρὸς τὴν ἐξήγησιν ὑπανοίξῃ. Διὰ τοῦτο τὴν αὐτὴν καὶ κανόνα λέγει, καὶ προσθήκης φησὶν ἀκριβεστέρας δεῖσθαι. Τοῦτο δὲ αὐτὸ (4) καὶ τῆς ἐσχάτης ἀμαθείας σημεῖον ἔστω, εἴ τῳ καὶ τοῦτο φίλον παρεξετάζειν. Ὁ γάρ τοι κανών, ὦ σοφώτατε, καὶ ὁ γνώμων, ἕως ἂν μηδὲν ἐνδέῃ τοῦ κανὼν εἶναι καὶ γνώμων, οὐδεμίαν προσθήκην εἰς ἀκρίβειαν ἐπιδέχεται. Κατὰ γὰρ τὸ ἐλλεῖπον ἡ πρόσθεσις. Ἀτελεῖς δὲ ὑπάρχοντες, οὐδὲ τῶν προσηγοριῶν τούτων ὑγιῶς ἂν ἔτι τυγχάνοιεν. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Ἤδη δὲ καὶ οὓς ἐκτίθεται περὶ Θεοῦ λόγους ἐπισκεψώμεθα.

ΕΥΝ. Εἷς τοίνυν, φησί, κατά τε φυσικὴν ἔννοιαν καὶ κατὰ τὴν τῶν Πατέρων διδασκαλίαν ἡμῖν ὁμολόγηται Θεός, μήτε παρ' ἑαυτοῦ μήτε παρ' ἑτέρου γενόμενος. Ἑκάτερον γὰρ αὐτῶν ἐπίσης ἀδύνατον,

suæ velut hamo ad mortem trahenti simplicitatem fidei ceu escam quamdam circumdat, ut imperitiores ad id quod apparet festinantes, incaute impietatis scelere transfigantur. Sed ne videatur citra necessitatem emendationem fidei aggredi, quam ipse summis laudibus extulit, videte quomodo ei quasi verborum suorum oblitus detrahat.

EUN. Simplicior igitur et communis fides omnium, qui aut videri, aut esse Christiani cupiunt, ut compendio ac summatim dicam, hæc est.

BAS. Dic mihi, pia Patrum traditio regulaque, uti ipse nominasti, et amussis, tutaque judicandi ratio, nunc rursus instrumentum fraudis, et ars simulandi, et alia id genus appellatur? Etenim si eos qui vere Christiani sunt nequaquam decet, at iis tamen qui videri quam esse malunt, quid aliud de ea quam talia sentire convenit? Quis igitur, nisi demens omnino sit, dixerit regulam recti iis qui animo perverso sunt convenire, aut veritatis amussim, iis qui veritatis sunt inimici? Qui enim vocari Christiani quam vere esse maluerunt, simulationem hanc ad multos decipiendos induentes, procul ab omni rectitudine ac veritate absunt. Neque igitur distortum dirigetur, velut Ecclesiastes dixit [88]: neque veritatis judicia iis qui in vita mendacium amplexati sunt, convenient: quod quidem huic videtur.

5. Verum ob eas quas retuli causas tam aperte secum pugnat, ut dum laudat fidem, pietatis Patrum particeps esse videatur: dum vero ipsam rursus criminatur, viam sibi aperiat ad expositionem. Quapropter eamdem et regulam appellat, aitque eam additamento accuratiore indigere. Hoc ipsum autem etiam extremæ ignorantiæ signum fuerit, si cui id quoque disquirere libuerit. Regula enim et amussis, o sapientissime, quandiu nihil defuerit quominus regula sint et **214** amussis, accessionem nullam ad integritatem admittunt. Fit enim accessio ob defectum. Quod si imperfectæ fuerint, ne has quidem appellationes jam recte acceperint. Sed de his satis. Jam vero etiam quos de Deo profert sermones consideremus.

EUN. Nos igitur, inquit, unum Deum et juxta naturalem notionem et juxta Patrum doctrinam confitemur, neque a seipso, neque ab alio factum. Nam utrumque horum ex æquo fieri non potest,

[88] Eccle. I, 15.

(97) Editio utraque cum Reg. quinto τὸ ἁπλοῦν τῆς ἐπιτάσεως· unde Cornarius: *simplicitatem increbrescentis orationis*. At Colb. et sex alii mss. τὸ ἁπλοῦν τῆς πίστεως, *simplicitatem fidei*.

(98) Editi ἐπιλανθανόμενος. Veteres duo libri ἐπιλαθόμενος.

(99) Codex unus καὶ τὸ ἀσφαλέστατον. Mox Reg. tertius νῦν ὄργανα.

(1) Editi προσαγορεύονται. At mss. προσαγορεύεται. Nota interrogationis hic invenitur in multis mss. Statim editi περὶ αὐτοῦ ὑπολαμβάνειν. Libri antiqui περὶ αὐτῆς.

(2) Colb. cum Reg. tertio ἐπὶ τὴν ἀπάτην. Locum Ecclesiastæ sic expressere LXX: Διεστραμμένον οὐ δυνήσεται ἐπικοσμηθῆναι, *Perversum non poterit adornari*. Vulg. *Perversi difficile corriguntur*.

(3) Editi, δι' ἃς εἴπομεν... αὐτῆς ὁδόν. Codices melioris notæ ut in contextu.

(4) Editi Τοῦτο δὲ αὐτοῦ. Antiqui duo libri τοῦτο δὲ αὐτό. Alii duo τοῦτο δὲ αὐτῷ. Quod aliquanto post legitur, Ἀτελεῖς δὲ ὑπάρχοντες, referri debet ad voces ὁ κανών, ὁ γνώμων.

Digitized by Google

cum revera id quod facit, prius esse oporteat eo quod fit; et id quod fit, posterius eo quod facit. Neque vero quidquam seipso prius aut posterius esse potest, neque aliud quidquam ante Deum. Enimvero illud præ posteriore dignitatem haberet deitatis.

Bas. Quorsum igitur totam hanc ejus apposui dictionem? Ut conspicua fiat viri vana loquacitas, qua per totum librum utitur. Etsi enim ille ipse dixit evidens esse communibus omnium intelligentiis, Deum esse ingenitum, hoc tamen nobis nititur commonstrare. Unde simile quiddam facit, ac si quis clara in meridie sanis oculis præditos homines docere ratione velit, solem cœlestium omnium stellarum esse lucidissimum. Quod si deridetur qui ea quæ sensibus nota sunt, ratione ostendit : qui res ex communibus notionibus confessas docet, nonne amentiæ ejusdem futurus est reus? Hæc enim profecto longe certiora sunt æquis rerum æstimatoribus, quam quæ cadunt sub oculos. Et vero si quis esset qui in hanc veritatem impudenter inveheretur, et eum qui ingenitus est, aut a seipso, aut ab altero genitum esse contenderet, hæc ista verborum vanitas veniam aliquam fortasse obtinere posset : sin autem nullus ad hunc usque diem, nec eorum qui alieni sunt a nostra doctrina, nec eorum qui ex ipsa Ecclesia exiere, contra veritatem insurrexerunt, eo devenit stupiditatis, ut de ingeniti ingeneratione dubitaret : quid ei lucri ex his verbis accedat, haud intelligo. Num vere Aristotelis aut Chrysippi syllogismis opus nobis erat, ut disceremus eum qui ingenitus est, neque a seipso, neque ab altero genitum fuisse : et eumdem seipso nec antiquiorem, nec juniorem esse? Quid igitur sibi volunt hæc ejus verba? Videtur mihi se inter suos sectatores jactare, tanquam prudens quispiam ac egregia mente præditus, qui cum acutus sit in absurdis prospiciendis, in hoc quod deprehendit dissolvendo acutior est, ob idque in verborum versutia gloriari, et conari subtiliter et argute illud demonstrare, quod is qui ingenitus est, nec a seipso, nec ab alio genitus sit. Deinde vero ne hic quidem artis suæ obliviscitur : sed rebus confessis immorans, quasi elementa quædam sibi ipse ad eam quæ sequitur doctrinam interserit. Illud enim non otiose dixit, quod oporteat id quod facit revera prius esse eo quod efficitur : sed ut in instituendis de Filio sermonibus, in antecessum concessum habeat **215** Filium postea factum Patri accessisse, siquidem id quod facit, eo quod fit antiquius est : item, ut hoc tanquam inde consequens colligat, Filium scilicet ex non exstantibus factum

ἐπειδή γε δεῖ κατὰ ἀλήθειαν τὸ ποιοῦν τοῦ γινομένου προϋπάρχειν, καὶ τὸ ποιούμενον τοῦ ποιοῦντος εἶναι δεύτερον. Μήτε δὲ αὐτὸ ἑαυτοῦ πρότερον ἢ ὕστερον εἶναι δύνασθαι, μήτε ἕτερόν τι πρὸ τοῦ Θεοῦ. Ἡ γὰρ ἂν ἐκεῖνο πρὸ τοῦ δευτέρου τὸ τῆς θεότητος ἔσχεν ἀξίωμα.

ΒΑΣ. Τίνος οὖν ἕνεκεν (5) πᾶσαν αὐτοῦ ταύτην παρεθέμην τὴν λέξιν; Ἵνα καταφανὴς ἡ ἀδολεσχία τοῦ ἀνδρὸς, ᾗ χρῆται παρὰ πάντα τὸν λόγον, γένηται. Εἰπὼν γὰρ αὐτὸς ἐναργὲς ὑπάρχειν ταῖς κοιναῖς πάντων ἐννοίαις τὸ εἶναι τὸν Θεὸν ἀγέννητον (6), ἀποδείξεις τούτου κομίζειν ἡμῖν ἐπιχειρεῖ, παραπλήσιον ποιῶν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐν σταθερᾷ μεσημβρίᾳ τοὺς ἐρρωμένους τὰς ὄψεις λόγῳ διδάσκειν βούλοιτο φανότατον εἶναι τῶν κατ' οὐρανὸν ἀστέρων τὸν ἥλιον. Εἰ δὲ ὁ τὰ τῇ αἰσθήσει γνώριμα λόγῳ δεικνὺς καταγέλαστος, ὁ τὰ ταῖς κοιναῖς προλήψεσιν ὁμολογημένα διδάσκων πῶς οὐχὶ τῆς ἴσης παρανοίας ὑπεύθυνος; Πολλῷ γὰρ δήπου ταῦτα τῶν διὰ τῆς ὄψεως φαινομένων τοῖς σωφρονοῦσι πιστότερα. Εἰ μὲν οὖν ἦν τις ὁ κατὰ τῆς ἀληθείας ταύτης ἀναισχυντῶν, καὶ τὸν ἀγέννητον ἢ παρ' ἑαυτοῦ ἢ παρ' ἑτέρου γεγεννῆσθαι (7) διατεινόμενος, εἶχεν ἄν τινα τυχὸν συγγνώμην ἡ ματαιότης τῶν λεγομένων· εἰ δὲ οὐδεὶς μέχρι σήμερον οὔτε τῶν ἔξω τοῦ λόγου τοῦ καθ' ἡμᾶς, οὔτε τῶν ἐξ αὐτῆς τῆς Ἐκκλησίας ἐπαναστάντων τῇ ἀληθείᾳ, εἰς τοσοῦτον ἦλθεν ἀποπληξίας, ὥστε διαμφισβητεῖν (8) περὶ τῆς ἀγεννησίας τοῦ ἀγεννήτου· τί κέρδος ἐκ τῶν λόγων τούτων, οὐ συνορῶ. Ἡ τῶν Ἀριστοτέλους ὄντως ἡμῖν καὶ Χρυσίππου συλλογισμῶν ἔδει πρὸς τὸ μαθεῖν, ὅτι ὁ ἀγέννητος οὐ γεγέννηται (9), οὔτε αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ, οὔτε ὑφ' ἑτέρου; καὶ οὔτε πρεσβύτερος, οὔτε νεώτερος αὐτός ἐστιν ἑαυτοῦ; Τί οὖν αὐτῷ ταῦτα βούλεται; Δοκεῖ μοι ὁμοῦ μὲν τοῖς ἀκολούθοις ἐγκαλλωπίζεσθαι, ὡς δὴ πυκνός τις καὶ περιττὸς τὴν διάνοιαν, καὶ ὀξὺς μὲν ὑπιδέσθαι τὸ ἄτοπον, ὀξύτερος δὲ διαλῦσαι τὸ φωραθὲν, καὶ διὰ τοῦτο ἐναβρύνεσθαι τῇ τῶν λόγων στροφῇ, καὶ περὶ τὴν ἀπόδειξιν λεπτουργεῖν τοῦ μήτε ὑφ' ἑαυτοῦ μήτε ὑφ' ἑτέρου τὸν ἀγέννητον γεγεννῆσθαι. Ἔπειτα μέντοι οὐδὲ ἐνταῦθα τῆς ἑαυτοῦ τέχνης ἐπιλανθάνεται· ἀλλ' ἐν τῇ τῶν ὁμολογουμένων διατριβῇ, ὥσπερ στοιχεῖά τινα πρὸς τοὺς ἑξῆς λόγους ἑαυτῷ παρεμβάλλει. Οὐ γὰρ ἀργῶς αὐτῷ ἐκεῖνο ἔχει, ὅτι δεῖ, κατὰ ἀλήθειαν, τὸ ποιοῦν τοῦ γινομένου προϋπάρχειν. Ἀλλ' ἵνα ἐν τοῖς περὶ Υἱοῦ λόγοις προδιωμολογημένον ἔχῃ, τὸ ὕστερον προσγεγενῆσθαι τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν, εἴπερ τὸ ποιοῦν ἐστι τοῦ γινομένου πρεσβύτερον· τούτῳ δὲ ὡς ἑπόμενον λάβῃ, τὸ ἐκ μὴ ὄντων τὸν Υἱὸν γεγεννῆσθαι (10). Ἀλλ' ὁ μὲν τῆς εἰς τὸν Υἱὸν ἀσεβείας ἔλεγχος ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις ἀναμενάτω. Ἐγὼ δὲ καὶ τὴν τοῦ ἀγεννήτου προσηγορίαν, κἂν τὰ μάλιστα

(5) Veteres duo libri τίνος ἕνεκα. Mox in iisdem mss. vox ταύτην deest.

(6) Editi Θεὸν ἀγένητον, *Deum non factum, Deum non natum.* At mss. Θεὸν ἀγέννητον, *Deum non genitum, Deum generationis expertem.*

(7) Editi et Reg. secundus ἀγέννητον... γεγεννῆσθαι. Alii tres mss. ἀγένητον... γεγενῆσθαι. Exarati manu libri, cum hæ voces occurrunt, solent inter se dissidere, alii aliam scripturam præferentes; quæ variatio et in ipsis libris impressis invenitur.

(8) Editi ὡς διαμφισβητεῖν. At mss. non pauci ὥστε.

(9) Reg. tertius ἀγέννητος οὐ γεγένηται.

(10) Editi τὸν Υἱὸν γεγεννῆσθαι, *Filium genitum esse.* At mss. plerique omnes γεγενῆσθαι. Mox Reg. tertius cum Colb. τόποις ἀναμενέτω.

Digitized by Google

δοχῇ ταῖς ἐννοίαις ἡμῶν συμβαίνειν, ἀλλ' οὖν ὡς οὐδαμοῦ τῆς Γραφῆς κειμένην, καὶ πρῶτον στοιχεῖον οὖσαν τῆς βλασφημίας αὐτῶν, σιωπᾶσθαι ἂν δικαίως ἀξίαν εἶναι φήσαιμι, τῆς Πατρὸς φωνῆς ἴσον δυναμένης τῷ ἀγεννήτῳ, πρὸς τῷ καὶ τὴν περὶ τοῦ Υἱοῦ ἔννοιαν συνημμένως ἑαυτῇ διὰ τῆς σχέσεως συνεισάγειν. Ὁ γὰρ ὄντως Πατὴρ καὶ μόνος ἐξ οὐδενός ἐστιν ἑτέρου· τὸ δὲ, ἐξ οὐδενὸς, ταυτόν ἐστι τῷ, ἀγέννητος. Οὐ τοίνυν ἀγέννητον προσαγορευτέον μᾶλλον ἡμῖν ἢ Πατέρα, εἴ γε μὴ μέλλοιμεν εἶναι σοφώτεροι τῶν διδαγμάτων τοῦ Σωτῆρος, εἰπόντος· *Πορευθέντες, βαπτίζετε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς*, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ ἀγεννήτου. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Ἡμεῖς δὲ τὰ συνεχῆ τοῦ λόγου διασκεψώμεθα (11). Ὀλίγον γὰρ προελθὼν, καὶ οἷον συγκεφαλαιούμενος αὐτὸς (12) ἑαυτῷ τὰ εἰρημένα, οὕτω γράφει.

A esse. At impietatis in Filium confutatio suis locis reservetur. Ego vero etiam ingeniti appellationem, quanquam maxime nostro intelligendi modo congruere videtur, tamen quod nusquam in Scriptura usurpetur, sitque primum impietatis ipsorum elementum, hanc silentio jure tradendam esse duxerim. Quippe vox Patris idem valet quod vox ingeniti, præterquam quod Filii etiam notionem conjunctim per relationem simul præferat. Qui enim revera et solus Pater est, ex nullo alio est: hoc autem quod ex nullo est, idem est atque ingenitus. Non igitur magis ingenitus quam Pater appellandus nobis est, nisi Salvatoris documenta voluerimus sapientia superare, qui dixit: *Euntes baptizate in nomine Patris* [59], non ingeniti. Sed de his hactenus.

B Nos vero ea quæ proxime refert, expendamus. Nam ubi paululum progressus est, sibique ipse ea quædixerat velut in summam redegit, sic scribit.

ΕΥΝ. Ἆρ' οὖν, εἰ μήτε αὐτὸς ἑαυτοῦ, μήτε ἕτερόν τι αὐτοῦ προϋπάρχειν δέδεικται, πρὸ δὲ πάντων αὐτὸς, ἀκολουθεῖ τούτῳ τὸ ἀγέννητον· μᾶλλον δὲ αὐτό ἐστιν (13) οὐσία ἀγέννητος.

Eun. Itaque, si ostensum est neque ipsum ante seipsum, neque quidquam aliud ante ipsum esse, sed ipsum ante omnia exstare: sequitur illum ingeneratio: imo potius ipsa est substantia ingenita.

ΒΑΣ. Ἦν τοίνυν ἐν τούτοις ἐφωράσαμεν κακουργίαν συνιδεῖν μὲν, οἶμαι (14), καὶ πάνυ ῥᾴδιον τῷ καὶ μικρὸν ἐπιστήσαντι, ἐμφανῆ δὲ ποιῆσαι τοῖς πολλοῖς οὐκ εὐμαρές. Πλὴν ἀλλὰ πειρατέον, τὴν ἐλπίδα θεμένους ἐπὶ τὸν διδόντα ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις, δυνάμει πολλῇ. Εἰπὼν, ὅτι, εἰ μήτε αὐτὸς ἑαυτοῦ, μήτε ἕτερόν τι αὐτοῦ προϋπάρχει, ἀκολουθεῖ αὐτῷ τὸ ἀγέννητον· εἶτα συνιδὼν, ὅτι ἐκ τῆς τῶν τεθέντων ἀκολουθίας πρὸς τὸ ἐναντίον αὐτῷ περιῆλθεν ὁ λόγος (εἰ γὰρ ἀκολουθεῖ τῷ Θεῷ τὸ ἀγέννητον, ἔξωθεν αὐτῷ παρέπεται δηλονότι. Τὸ δὲ ἔξωθεν τοῦ Θεοῦ C οὐκ οὐσία αὐτοῦ ἐστιν. Ἐκ δὲ τούτων (15) οἰχήσεται διαῤῥυὲν αὐτῷ τὸ σκαιώρημα), ἵνα δὲ μὴ τοῦτο πάθῃ, τί ποιεῖ; Βραχὺ φροντίσας τοῦ γέλωτος, ὃν ἐπὶ τῷ τὰ ἀνακόλουθα λέγειν ὑπέχειν ἔμελλε, τῇ ἐπιδιορθώσει ἀπῆγαγε τὸν λόγον πρὸς ἃ ἐβούλετο, εἰπών· Μᾶλλον δὲ αὐτό (16) ἐστιν οὐσία ἀγέννητος. Τοῦτο δὲ οὐδεμίαν μὲν ἔχει ὁμολογίαν πρὸς τὰ προάγοντα· πῶς γὰρ καὶ ἐπόμενον αὐτῷ τὸ (17) ἀγέννητον ὁ Θεὸς

Bas. Proinde quam in his deprehendimus improbitatem, intelligere quidem, ut puto, facile est admodum ei, qui vel leviter attenderit animum: at eam vulgo manifestam reddere non ita fuerit facile. Tentandum tamen, posteaquam spem collocaverimus in eo, qui dat verbum evangelizantibus, virtute multa [60]. Dixerat porro quod illud, si neque ipse ante seipsum, neque aliud quidquam ante ipsum est, sequatur ingeneratio: sed postmodum intellexit verba sua sibi ob jactorum fundamentorum consequentiam in contrariam partem cedere. Nam si Deum sequitur ingeneratio, ea illi procul dubio extrinsecus accedit. Quod autem extra Deum est, substantia ejus non est. Ex his autem dolosum illius commentum diffluet ac dilabetur. Sed hoc ei ne accidat, quid facit? Haud multum curans risum, quem ob pugnantia quæ loquebatur subiturus erat, orationem ad ea quæ voluit, corrigendo convertit, his verbis: Imo potius hæc ipsa est substantia ingenita. Hoc autem cum iis

[59] Matth. XXVIII, 19. [60] Psal. LXVII, 12.

(11) Editi εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρός· τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ ἀγεννήτου.... σκεψώμεθα. Libri veteres, uti videre est in contextu.

(12) Ita antiqui duo libri. Vox αὐτός in editis desideratur. Aliquanto post Reg. tertius ἕτερόν τι πρὸ αὐτοῦ ὑπάρχειν ἀποδέδεικται, *demonstratum est.*

(13) Editio Paris. et Regii primus, secundus et sextus, μᾶλλον δὲ αὐτός ἐστιν, *imo vero ipse est substantia ingenita.* Regii tertius et quintus cum Colb. et cum editione Ven. μᾶλλον δὲ αὐτό ἐστιν, *imo vero ipsa est substantia ingenita*, hoc est τὸ ἀγέννητον, *ipsa ingeneratio*, est substantia ingenita. — *Μᾶλλον δὲ αὐτό ἐστιν οὐσία ἀγέννητος.* In hoc loco, qui infra bis repetitur, multo clarior erit tota disputatio, si legamus ut in nonnullis codicibus mss. et editis, αὐτός ἐστιν. *Vel potius ipse* (Deus) *est substantia ingenita.* Testatur Basilius p. 223 hæc Eunomium de Deo universorum dixisse; idque patet ex his quæ protinus addit Eunomius. Præterea conceptis verbis hoc loco non dicebat Eunomius ipsum ingenitum esse essentiam Dei, sed eo spectare illius verba observat Basilius, p. 216. MARAN.

(14) Editi συνιδεῖν καὶ, οἶμαι. Libri veteres ita, ut edidimus.

(15) E regione horum verborum, Ἐκ δὲ τούτων, in margine Reg. tertii scriptum est illud, Εἰ δὲ τοῦτο δοθείη, *Quod si hoc concederetur.* Basilius, cujus alioqui sermo perspicuus est et clarus, dum obscuras Eunomii ineptias confutare cogitur, fit et ipse quodammodo obscurus. Eunomiana illa, ἀκολουθεῖ τούτῳ τὸ ἀγέννητον, μᾶλλον δὲ αὐτό ἐστιν οὐσία ἀγέννητος, contendit Basilius inter se pugnare, nec inter se conciliari posse. Nam, inquit, quod quemquam sequitur, id in eo adventitium est, nec est ejus substantia. Ex quo fit, ut τὸ ἀγέννητον, cum ex Eunomii sententia Deum sequatur, adventitium quidam sit in Deo, nec Deus ipse, nec substantia ingenita dici possit. Ex quibus colligi debet, Eunomium, cum τὸ ἀγέννητον substantiam ingenitam esse diceret, secum nequaquam consensisse.

(16) Editio Paris. cum tribus mss. μᾶλλον δὲ αὐτός. Alii quatuor mss. cum editione Ven. αὐτό.

(17) Editio utraque cum Reg. quinto αὐτὸ τό-

Digitized by Google

quæ præcesserunt nullo pacto **216** consentit. Quomodo enim Deus ita comparatus est, ut ingeneratio sit in eo et quiddam consequens, et rursus quiddam non consequens, imo sit aliquid, quod in substantiæ ratione contineatur? Verumtamen non sinit cavillationem sibi omnino corruere. Etenim si posteaquam dixerat ingenerationem Deum sequi, hic sermonem stitisset, nec potuisset dicere ingenerationem esse substantiam Dei universorum, nec ostendere, unigenitum Filium secundum ipsam substantiam diversum esse, cum nihil eorum quæ extrinsecus sequuntur, necessitudinem inter Patrem et Filium secundum ipsam substantiam dirimere possit. Nunc vero cum subjunxerit : Imo potius hæc ipsa est substantia ingenita ; ostendit hoc ipsum quod Deus est, ipsam ingenerationem esse. Hoc autem quantum ei cursum ad impietatem stabiliendam semper paret, paulo post sermone progrediente ostendam. Porro quod quidem initio dixit, id ex rerum veritate per concessorum consequentiam apparet : quod vero postremum posuit, id hæretico sensu adjectum est, cum impudentissime omnium hic orator ad sermonem corrigendum transilierit. Qui enim fieri potest ut idem et sequatur Deum, et idem sit quod ipse, cum omnibus compertum sit ac perspectum, id quod sequitur, aliud esse ab eo cujus consequens est? Hic vero quasi via quadam arrepta, ex eo quod sermonem furtim occupavit, confirmat ingenerationem substantiam esse Dei universorum : ut hoc demonstrato concessum habeat, Unigenitum secundum substantiam Patri esse dissimilem. Quæ autem dicat, perspicite.

ἔχει ; καὶ πάλιν οὐχ ἑπόμενον, ἀλλ' ἐν τῷ τῆς οὐσίας λόγῳ περιεχόμενον ; ὅμως γε μὴν (18) οὐκ ἐᾷ παντελῶς αὐτῷ διαφθαρῆναι τὸ σόφισμα. Εἰ γὰρ, εἰπὼν, ὅτι ἀκολουθεῖ αὐτῷ τὸ ἀγέννητον, ἐνταῦθα τὸν λόγον ἔστησεν, οὐκ ἂν εἶχεν ὅπως ἡ τὴν ἀγεννησίαν οὐσίαν λέγῃ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων, ἢ ἀλλοτρίως ἔχοντα κατ' αὐτὴν τὴν οὐσίαν (19) τὸν μονογενῆ Υἱὸν ἐπιδείξῃ, οὐδενὸς δυναμένου τῶν ἑξωθεν ἑπομένων, Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὴν κατ' αὐτὴν τὴν οὐσίαν οἰκειότητα διιστᾶν (20). Νῦν δὲ τῷ ἐπαγαγεῖν, Μᾶλλον δὲ αὐτό ἐστιν οὐσία ἀγέννητος, ἐνεδείξατο, ὅτι αὐτὸ, ὅπερ ἐστὶν ὁ Θεὸς, ἀγεννησία ἐστί· τοῦτο δὲ ὅσον αὐτῷ δρόμον (21) ἀεὶ πρὸς τὴν ἐγχείρησιν τῆς ἀσεβείας προευτρεπίζει, μικρὸν τῷ λόγῳ προελθὼν ἐπιδείξω. Ἔστι δ' ἄρα, ὃ μὲν ἐξ ἀρχῆς εἶπεν, ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων ἀληθείας κατὰ τὸ ἀκόλουθον τῶν δεδομένων ἀναφανέν· ὃ δὲ τελευταῖον ἐπέθηκεν, ἐκ τοῦ φρονήματος τοῦ αἱρετικοῦ προσερρύηκεν, ἀναισχυντότατα πάντων τοῦ λογογράφου πρὸς τὴν ἐπιδιόρθωσιν τοῦ λόγου (22) μεταπηδήσαντος. Πῶς γὰρ τὸ αὐτὸ καὶ ἀκολουθεῖ τῷ Θεῷ, καὶ ταυτόν ἐστιν αὐτῷ, πᾶσιν ὄντος προδήλου, ὅτι τὸ ἀκολουθοῦν ἕτερόν ἐστι παρὰ τὸν οὗ ἐστιν ἐπακολούθημα ; Ὃ δὲ, ὥσπερ ὁδοῦ τινος λαβόμενος, ἐκ τοῦ καθ' ὑφαρπαγὴν αὐτῷ προληφθέντος (23) λόγου, πρὸς τὴν κατασκευὴν ἐντεῦθεν χωρεῖ τοῦ τὴν ἀγεννησίαν οὐσίαν εἶναι τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων, ἵνα, τούτου δειχθέντος, ὁμολογούμενον ἔχῃ τὸ ἀνόμοιον κατὰ τὴν οὐσίαν εἶναι τὸν Μονογενῆ τῷ Πατρί. Σκεπεῖτε δὲ ἃ φησιν (24).

Eun. Ingenerationem autem dum dicimus, non nomine solum, secundum humanam cogitandi rationem, decorandum Deum putamus : sed ei persolvendum arbitramur quod maxime Deo debemus, ut idipsum scilicet quod est confiteamur. Quæ enim juxta intelligentiam dicuntur, cum in nominibus solum et prolatione exsistentiam habeant, una cum vocibus dissolvuntur.

ΕΥΝ. Ἀγέννητον δὲ λέγοντες, οὐκ ὀνόματι μόνον, κατ' ἐπίνοιαν ἀνθρωπίνην, σεμνύνειν οἰόμεθα δεῖν, ἐκτινύναι δὲ αὐτῷ τὸ πάντων ἀναγκαιότατον ὀφλημα τῷ Θεῷ τὴν τοῦ εἶναι ὅ ἐστιν ὁμολογίαν. Τὰ γάρ τινι κατ' ἐπίνοιαν λεγόμενα, ἐν ὀνόμασι μόνον καὶ προφορᾷ τὸ εἶναι ἔχοντα, ταῖς φωναῖς συνδιαλύεσθαι πέφυκεν.

Bas. Negat ingenerationem juxta nostrum intel-

ΒΑΣ. Ἀναιρεῖ τὸ (25) κατ' ἐπίνοιαν θεωρεῖσθαι

Alii sex mss. αὐτῷ τό. Lectio utraque potest admitti.

(18) Illa, ὅμως γε μήν, *verumtamen non sinit*, etc., hoc modo intelligi posse videntur : Eunomius, quantum in se est, non sinit suum sophisma iners esse et inefficax : sed illud ita proponit, ut ex eo colligi possit, primum τὸ ἀγέννητον, *ingenerationem*, ipsam esse essentiam Dei universorum : deinde, unigenitum Filium non esse Deum verum. Et vero vir impius illud quasi principium primum ponebat, Deum natura gigni non posse : quo semel posito, concludebat Filium, cum genitus sit, Deum non esse.

(19) Editi ἔχοντα κατὰ τὴν οὐσίαν. Antiqui tres libri κατ' αὐτὴν τὴν οὐσίαν.

(20) Reg. tertius οἰκειότητα διασπᾷν • quæ lectio legitur quoque in margine Reg. secundi.

(21) Editio utraque τοῦτο δὲ αὐτῷ ὅσον δρᾶμα · unde Cornarius, *hoc vero quantum scenicum actum præparet ad impietatis transgressionem*. Codices duo ὅσον αὐτῷ δρᾶμα ἀεὶ πρὸς τήν. Alius in contexto quidem habet δρόμον · at in margine scriptum invenitur manu recentiore δρᾶμα. Reg. secundus ὅσον αὐτῷ δρόμον ἀεὶ πρὸς τήν, nec aliter legitur in Regiis tertio et quarto, nisi quod vox *ἀεί* in eis desit. Nec ita multo post mss. duo ἐπιδείξει. Subinde Colb. et Reg. tertius ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων ἀκολουθίας.

(22) Illud, πρὸς τὴν ἐπιδιόρθωσιν τοῦ λόγου, *ad sermonem corrigendum*, debet accipi de illo, μᾶλλον δέ. Etenim hæ voces, *imo vero, vel potius*, quibus Græca verba exprimi solent, quædam sunt correctionis et occupationis formulæ.

(23) Editi et mss. nonnulli αὐτῷ ληφθέντος. Codex alius cum editione Ven. προσληφθέντος. Alii tres mss. melius προληφθέντος, *ex iis quæ occupavit, quæ prius dixit*.

(24) Reg. tertius Σκόπει δὲ οἷά φησιν. Statim codex unus ὀνόματι μόνῳ.

(25) Illud, Ἀναιρεῖ τό, etc., ita interpretatur Trapezuntius : *Destruit ex commentatione in Deo ingenitum esse perspici*, subobscurius. Verbum ἀναιρεῖν, nisi valde fallor, hoc loco sumitur pro eo, quod est, *negare, inficiari*. Et certe Budæus, cum ait pag. 168, ἀναιρεῖν τὴν διαδικασίαν, nihil aliud esse, nisi *actionem negare*, aperte nobiscum facit. Mox Reg. quartus οἰόμενος ῥᾳδίαν αὐτῷ ἐντεῦθεν.

Digitized by Google

ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγέννητον, ἡγούμενος ἐντεῦθεν ῥᾳδίαν αὐτῷ τὴν ἐπιχείρησιν ἔσεσθαι τοῦ τὴν ἀγεννησίαν οὐσίαν εἶναι τοῦ Θεοῦ (26)· ἐκ τούτου δὲ ἀναντιῤῥήτως δείξειν, ἀνόμοιον εἶναι κατ' αὐτὴν τὴν οὐσίαν τὸν μονογενῆ Υἱὸν τῷ Πατρί. Διὰ τοῦτο προσπλέκεται τῷ ῥήματι τῆς ἐπινοίας, ὡς οὐδὲν σημαίνοντι τὸ παράπαν, ἀλλ' ἐν μόνῃ τῇ προφορᾷ τὴν ὑπόστασιν κεκτημένῳ· καὶ ἀνάξιον εἶναι Θεοῦ προσποιεῖται ταῖς ἐπινοίαις αὐτὸν ἀποσεμνύνειν. Ἐγὼ δὲ εἰ μὲν ἐπινοίᾳ θεωρητὸν (27) ἢ μὴ τὸ ἀγέννητον, οὕπω διισχυρίζομαι πρὶν ἂν ὑπ' αὐτῆς τοῦ λόγου τῆς ἐξετάσεως διδαχθῶμεν.

A ligendi modum in Deo considerari, ratus probaturum se hinc facili conatu, ingenerationem substantiam Dei esse : inde vero evidenter ostensurum esse se, unigenitum Filium secundum ipsam substantiam Patri esse dissimilem. Quapropter vocabulo intelligentiæ inhæret tanquam nihil omnino significanti, sed in sola prolatione exsistentiam habenti : atque Deo indignum esse simulat, eum videlicet ideis ac perceptionibus ornare ac cohonestare. Ego vero an ingenitum possimus mente assequi, necne, non prius affirmo, quam ab ipsa rationis indagatione doceamur.

6. Αὐτὸ δὲ τοῦτο, τί ποτέ ἐστιν ἡ ἐπίνοια, ἡδέως ἂν αὐτὸν ἐρωτήσαιμι· ἆρ' οὐδὲν παντάπασι σημαίνει τὸ ὄνομα τοῦτο, καὶ ψόφος ἄλλως ἐστὶ διὰ τῆς γλώττης ἐκπίπτων; Ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον οὐχὶ ἐπίνοια, παράνοια δ' ἂν μᾶλλον καὶ φλυαρία προσαγορεύοιτο. Εἰ δὲ συγχωροίη σημαίνειν μέν τι τὴν ἐπίνοιαν, ψευδὲς δὲ τοῦτο παντελῶς καὶ ἀνύπαρκτον, ὡς ἐν ταῖς μυθοποιίαις κενταύρων δή τινων ἀναπλασμοὺς καὶ χιμαίρας, πῶς τὸ σημαινόμενον (27*) ψεῦδος τῷ ψόφῳ τῆς γλώττης συναφανίζεται, τῆς μὲν φωνῆς πάντως εἰς ἀέρα προχεομένης, τῶν δὲ ψευδῶν νοημάτων ἐναπομενόντων (28) τῇ διανοίᾳ; Οὐδὲ γὰρ ἐπειδάν ποτε ψευδῶν παντελῶς καὶ διακένων ἀναπλασμῶν, ἢ ἐν ταῖς καθ' ὕπνον φαντασίαις, ἢ ἄλλως ἐν τοῖς ματαίοις τοῦ νοῦ κινήμασιν ἡ ψυχὴ πληρωθεῖσα, παρακατάσχῃ τῇ μνήμῃ, εἶτα διὰ τῆς φωνῆς ἐξαγγεῖλαι προέληται, ὁμοῦ τῷ προενεχθέντι λόγῳ συνεφανίσθη καὶ τὰ φαντάσματα. Πολλοῦ γὰρ ἂν ἄξιον ἦν τὰ ψευδῆ λέγειν, εἴπερ ἡ φύσις τοῦ ψεύδους τοῖς λαλουμένοις συνδιεφθείρετο· ἀλλ' οὐκ ἔχον ἐστὶ φύσιν τοῦτό γε (29). Ὑπόλοιπον δ' ἂν εἴη δεικνύναι, πῶς μὲν ἡ συνήθεια, καὶ ἐπὶ ποίων πραγμάτων τῇ *ἐπινοίᾳ* χρῆται· πῶς δὲ τὰ θεῖα λόγια τὴν χρῆσιν αὐτῆς παρεδέξατο. Ὁρῶμεν τοίνυν, ὅτι ἐν μὲν τῇ κοινῇ χρήσει τὰ ταῖς ἀθρόαις ἐπιβολαῖς τοῦ νοῦ ἁπλᾶ δοκοῦντα εἶναι καὶ μοναχὰ, ταῖς δὲ κατὰ λεπτὸν ἐξετάσεσι ποικίλα φαινόμενα, καὶ πολλὰ (30) ταῦτα τῷ νῷ διαιρούμενα, ἐπινοίᾳ μόνῃ διαιρετὰ λέγεται (31).

6. Sed quidnam sit perceptio ista, libenter cum interrogaverim : utrum hoc nominis nihil omnino significet, et sonus sit qui temere ex ore excidat? **217** At res hujusmodi non perceptio, sed potius amentia ac nugacitas appellari potest. Quod si concesserit significari quidem aliquid perceptione, sed falsum quiddam omnino, et quod revera non exsistat, quemadmodum in fabularum commentis centauri ac chimæræ confinguntur : quomodo falsum illud quod significatum est, una cum linguæ sono interit, cum etsi vox omnino in aerem diffunditur, tamen cogitationes falsæ remaneant in animo? Neque enim anima quæ falsis prorsus ac vanis commentis sive in somniorum visis, sive alias in vanis animi motionibus repletur, cum semel hæc in memoria retinuerit, et deinde per vocem efferre voluerit, etiam una cum prolato sermone imagines rerum evanescunt. Etenim si natura falsi simul cum verbis interiret, operæ pretium esset falsa dicere. Sed hoc certe naturam non habet Reliquum jam fuerit ostendere, quomodo et quibus in rebus consuetudo dictione *perceptionis* utatur, et quomodo divina Eloquia usum ejus susceperint. Videmus igitur, quod in communi quidem usu, quæ subito mentis impetu simplicia esse videntur ac unica, apparent tamen varia post accuratam indagationem, præsertim si has multas partes mens dividat, ea ratione sola divisibilia esse dicantur. Exempli causa, corpus

26) Editio Paris. οὐσίαν εἶναι τοῦ Θεοῦ. Illud, τοῦ Θεοῦ, deest in mss. et in editione Ven. Nolim tamen expungantur hæ voces, nisi subaudiantur.

(27) Reg. tertius ἐπινοίᾳ θεωρητέον. Cum vox ἐπίνοια sæpius occurrat, alienum non videtur, eam paucis explicare. Igitur voce ἐπίνοια Eunomius intelligebat mentis cogitata, subtilem quamdam animi perceptionem, uno verbo, hunc nostrum intelligendi modum, quo res metaphysice consideramus : quam ultimam notionem omnium aptissimam esse arbitramur ad declarandum hujus vocis usum. Quacunque igitur voce ad nomen ἐπίνοια exprimendum utamur, ejus quam diximus notionis meminisse operæ pretium est.

(27*) Unus codex aut alter cum utraque editione πῶς τὸ σημαῖνον, *Quomodo id quod rem falsam significat, simul cum linguæ sono interit?* Alii quinque mss. πῶς τὸ σημαινόμενον, etc. *Quomodo falsum quod significatur, una cum linguæ sono interit?*

(28) Editio utraque cum Reg. quinto τῶν δὲ ψευδῶν ὀνομάτων ἐναπομενόντων, male. Reg. quartus ψευδῶν νοημάτων ἐναπομενόντων· a quo codice alii quinque non dissident, nisi quod vox ψευδῶν in eis desideretur.

(29) Illa, ἀλλ' οὐκ ἔχον, etc., Trapezuntius sic verterat : *Non est hic istius rei natura :* quæ interpretatio cum non placeret Combefisio, vir doctus ita emendavit : *At id fieri nequit, impossibile est.* Ad verbum interpretabimur : *Sed hoc non hanc naturam habet.* Hoc est : Mendacium non tale est, ut sit ἀνύπαρκτον quiddam, consistatque solum in nomine et prolatione. Melius fortasse et simplicius sic interpretari licet : *Sed id non ita est.*

(30) Legendum ποικίλα φαινόμενα καὶ πολλά, *Videmus igitur in communi usu quæ subito mentis impetu simplicia videntur et unica, accuratius autem inquirendo varia et multa, ea dum mente dividuntur, sola cogitatione divisibilia dici.* Paulo post d. 2, lege κατ' ἐπίνοιαν καὶ ταῦτα. MARAN.

(31) Reg. tertius, ἐπινοίᾳ μόνῃ θεωρητὰ λέγεται, *ratione sola dicuntur esse comprehensibilia.* Alii sex mss. et utraque editio magno inter se consensu ἐπινοίᾳ μόνῃ διαιρετὰ λέγεται, *ratione sola dicuntur esse divisibilia.*

Digitized by Google

simplex esse prima apprehensio dicit: sed ubi ratio supervenit, illud multiplex esse ostendit, ipsum per cogitationem in ea ex quibus compositum est dissolvens, in colorem, in figuram, in duritiem, in magnitudinem, inque reliqua. Rursus quæ non subsistunt omnino, sed quadam mentis pictura ac imaginatione sola confinguntur, qualia portenta sunt quæ poetæ ac pictores cogitatione comminiscuntur, stuporem in legentibus excitaturi, hæc quoque ex consuetudine dicuntur contemplationi obnoxia esse. Quorum nulla mentione facta, sive ex ignorantia sive ex malitia, de sola rerum non subsistentium perceptione Eunomius disseruit; et ne hujus quidem naturam ut se habet, exponit. Non enim ait significari quidquam per animi perceptionem, ne falsum quidem: sed dicit nomen esse sine ulla significatione, atque in sola pronuntiatione subsistere. Et tamen tantum abest ut hoc perceptionis nomen de solis vanis ac non exsistentibus visis prædicetur, ut post primam in nobis a sensu impressam ideam, subtiliorem accurationemque rei considerationem, perceptionem nominemus: unde ex consuetudine, licet improprie, ratiocinatio vocatur. **218** Verbi gratia, tritici simplex intellectus omnibus inest, quod ubi apparuerit cognoscimus: at cum diligentius inquirimus, tunc et rerum multarum contemplatio, et diversa nomina res intellectas significantia sese animo offerunt. Enimvero idem triticum nunc fructum, nunc semen, et rursus alimentum appellamus; fructum quidem, velut præteritæ agriculturæ finem: semen vero, velut futuræ principium: alimentum denique, velut corpori comedentis augendo idoneum. Horum unumquodque et ratione consideratur, nec tamen una cum oris sono evanescit: seu cogitata in cogitantis animo fixa manent. Et in summa, quæcunque sensu cognoscuntur, ac in subjecto simplicia quidem esse videntur, variam vero rationem per contemplationem admittunt, hæc omnia animi perceptione sub contemplationem cadere dicuntur.

A Οἷον, τὸ σῶμα ἁπλοῦν μὲν εἶναί φησιν ἡ πρώτη ἔντευξις, ποικίλον δὲ ὁ λόγος ἐπιὼν δείκνυσι, τῇ ἐπινοίᾳ αὐτὸ εἰς τὰ ἐξ ὧν σύγκειται διαλύων, καὶ χρῶμα, καὶ σχῆμα, καὶ ἀντιτυπίαν, καὶ μέγεθος, καὶ τὰ λοιπά. Πάλιν τὰ ἀνυπόστατα μὲν παντελῶς, κατὰ δὲ ἀναζωγράφησίν τινα τῆς ἐννοίας καὶ φαντασίαν μόνην ἀνατυπούμενα, ὡς ὅσα οἱ μυθοποιοὶ καὶ ζωγράφοι πρὸς τὴν τῶν ἐντυγχανόντων ἔκπληξιν τερατεύονται κατ' ἐπίνοιαν καὶ ταῦτα θεωρητὰ ὑπὸ τῆς συνηθείας λέγεται. Ὧν οὐδενὸς ἐπιμνησθεὶς οὗτος, ἢ ἀμαθῶς ἢ κακούργως, περὶ τῆς τῶν ἀνυπάρκτων ἐπινοίας μόνης ἡμῖν ἐφιλοσόφησε· καὶ οὐδὲ ταύτην ὡς ἔχει φύσεως ἐξηγούμενος. Οὐ γὰρ σημαίνειν μέν τι τὴν ἐπίνοιαν, ψευδὲς δὲ τοῦτο, φησίν· ἀλλὰ παντελῶς ἄσημον εἶναι τὸ ὄνομα, καὶ ἐν μόνῃ τῇ ἐκφωνήσει B τὴν ὑπόστασιν ἔχειν. Καίτοι τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ κατὰ τῶν ματαίων μόνων (32) καὶ ἀνυποστάτων φαντασιῶν τὸ ὄνομα τοῦτο τῆς ἐπινοίας κεῖσθαι, ὥστε μετὰ τὸ πρῶτον ἡμῖν ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως ἐγγινόμενον νόημα τὴν λεπτοτέραν καὶ ἀκριβεστέραν τοῦ νοηθέντος ἐπενθύμησιν ἐπίνοιαν ὀνομάζεσθαι· ὅθεν ἡ συνήθεια καλεῖ ἐπιλογισμὸν, εἰ καὶ μὴ οἰκείως (33). Οἷον τοῦ σίτου νόημα μὲν ἁπλοῦν ἐνυπάρχει πᾶσι, καθὸ φανέντα γνωρίζομεν· ἐν δὲ τῇ ἀκριβεῖ περὶ αὐτοῦ ἐξετάσει, θεωρία τε πλειόνων (34) προσέρχεται, καὶ προσηγορίαι διάφοροι τῶν νοηθέντων σημαντικαί. Τὸν γὰρ αὐτὸν σῖτον νῦν μὲν καρπὸν λέγομεν, νῦν δὲ σπέρμα, καὶ πάλιν τροφήν· καρπὸν μὲν, ὡς τέλος τῆς παρελθούσης γεωργίας· σπέρμα δὲ, ὡς ἀρχὴν τῆς C μελλούσης· τροφὴν δὲ, ὡς κατάλληλον εἰς προσθήκην τῷ τοῦ προσφερομένου σώματι. Τούτων ἓν ἕκαστον τῶν λεγομένων καὶ κατ' ἐπίνοιαν θεωρεῖται, καὶ τῷ ψόφῳ τῆς γλώσσης οὐ συναπέρχεται· ἀλλὰ τῇ ψυχῇ τοῦ νενοηκότος ἐνίδρυται τὰ νοήματα. Καὶ ἁπαξαπλῶς, πάντα τὰ τῇ (35) αἰσθήσει γνώριμα, καὶ ἁπλᾶ μὲν εἶναι τῷ ὑποκειμένῳ δοκοῦντα, ποικίλον δὲ λόγον κατὰ τὴν θεωρίαν ἐπιδεχόμενα, ἐπινοίᾳ θεωρητὰ λέγεται.

7. Ad hunc fere modum, etiam a divina Scriptura usum edocemur perceptionis. Equidem omittam reliqua; et quanquam dicere multa habeo, tamen unius solius opportunissimi mentionem faciam. Dominus noster Jesus Christus cum de seipso verba faceret, deitatisque in homines affectum, atque incarnationis gratiam hominibus declararet, proprietatibus quibusdam, quas in ipso contemplari possumus, hunc usum significavit. Nam seipsum dixit portam, viam, panem, vitem, pastorem, ac lucem [31], qui tamen multis nomini-

7. Ἐγγὺς δὴ [τοῦ τοιούτου τρόπου τῆς ἐπινοίας τὴν χρῆσιν καὶ παρὰ τοῦ θείου δεδιδάγμεθα λόγου. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα παρήσω, πολλὰ ἔχων εἰπεῖν, ἑνὸς δὲ μόνου τοῦ καιριωτάτου μνησθήσομαι. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς (36) ἐν τοῖς περὶ ἑαυτοῦ λόγοις, τὴν φιλανθρωπίαν τῆς θεότητος καὶ τὴν ἐξ D οἰκονομίας χάριν τοῖς ἀνθρώποις παραδηλῶν, ἰδιώμασί τισι τοῖς περὶ αὐτὸν θεωρουμένοις ἀπεσήμανε ταύτην (37), θύραν ἑαυτὸν λέγων, καὶ ὁδὸν, καὶ ἄρτον, καὶ ἄμπελον, καὶ ποιμένα, καὶ φῶς, οὐ πο-

[31] Joan. x, 9; xiv, 6; vi, 51; xv, 1; x, 11; viii, 12.

(32) Codices nonnulli μόνον. Statim codex unus cum editis ἐκ τῆς αἰσθήσεως. At mss. multi ἀπὸ τῆς.

(33) Totum illud, ὅθεν ἡ συνήθεια καλεῖ ἐπιλογισμὸν, εἰ καὶ μὴ οἰκείως, *Unde consuetudo attentionem diligentiorem vocat ratiocinationem, etsi non proprie*, in multis codicibus desideratur: sed legitur in utraque editione et in Colb., et in margine Regii quinti.

(34) Reg. tertius θεωρία τε πλειον. Reg. alter θεωρία τε πλείων.

(35) Editi πάντα τῇ. Libri veteres πάντα τὰ τῇ.

(36) Codices duo Ἰησοῦς Χριστός. Hoc ipso in loco editi περὶ αὐτοῦ. Antiqui tres libri περὶ ἑαυτοῦ.

(37) Reg. quartus ὑπεσήμηνε ταύτην. Monere juvat, illud, ταύτην, referendum esse ad vocem superiorem τὴν χρῆσιν.

Digitized by Google

λυώνυμός τις ὤν· οὐ γὰρ πάντα τὰ ὀνόματα εἰς ταυ- A
τὸν ἀλλήλοις φέρει. Ἄλλο γὰρ τὸ σημαινόμενον φω-
τὸς, καὶ ἄλλο ἀμπέλου, καὶ ἄλλο ὁδοῦ, καὶ ἄλλο ποι-
μένος. Ἀλλ' ἓν ὧν κατὰ τὸ ὑποκείμενον, καὶ μία
οὐσία καὶ ἁπλῆ καὶ ἀσύνθετος, ἄλλοτε ἄλλως ἑαυτὸν ὀνο-
μάζει, ταῖς ἐπινοίαις διαφερούσας ἀλλήλων τὰς προσ-
ηγορίας μεθαρμοζόμενος. Κατὰ γὰρ τὴν τῶν ἐνεργειῶν
διαφορὰν, καὶ τὴν πρὸς τὰ εὐεργετούμενα σχέσιν,
διάφορα ἑαυτῷ καὶ τὰ ὀνόματα τίθεται. Φῶς μὲν γὰρ
ἑαυτὸν τοῦ κόσμου λέγει, τό τε ἀπρόσιτον τῆς ἐν τῇ
θεότητι δόξης τῷ ὀνόματι τούτῳ διασημαίνων, καὶ ὡς
τῇ λαμπρότητι τῆς γνώσεως τοὺς κεκαθαρμένους τὸ
ὄμμα τῆς ψυχῆς καταυγάζων· ἄμπελον δὲ, ὡς τοὺς
ἐν αὐτῷ κατὰ τὴν πίστιν ἐῤῥιζωμένους ἐπ' ἔργων
ἀγαθῶν καρποφορίαις ἐκτρέφων· ἄρτον δὲ, ὡς οἰκειο-
τάτῃ τροφῇ λογικοῦ τυγχάνων, τῷ διακρατεῖν τὴν B
σύστασιν τῆς ψυχῆς, καὶ τὸ ἰδίωμα αὐτῆς διασώζειν,
ἀναπληρῶν (38) ἀεὶ παρ' ἑαυτοῦ τὸ ἐνδέον, καὶ πρὸς
τὴν ἐξ ἀλογίας ἐγγινομένην ἀῤῥωστίαν οὐκ ἐῶν
ὑποφέρεσθαι (39). Καὶ οὕτως ἄν τις τῶν ὀνομάτων
ἕκαστον ἐφοδεύων ποικίλας εὕροι τὰς ἐπινοίας ἑνὸς
ἑκάστου τοῦ κατὰ τὴν οὐσίαν τοῖς πᾶσιν ὑποκειμέ-
νου. Τίς οὖν οὕτω τὴν γλῶσσαν πρὸς βλασφημίαν
ἡκόνηται, ὥστε τολμῆσαι εἰπεῖν ταῖς φωναῖς τὰς
ἐπινοίας ταύτας συνδιαλύεσθαι; Τί οὖν ἄτοπον οὕτω
καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων λαμβάνεσθαί τινα κατ'
ἐπίνοιαν, καὶ αὐτὸ τοῦτο πρῶτον (40), περὶ οὗ ὁ
σύμπας ἡμῖν κεκίνηται λόγος; Εὑρήσομεν γὰρ οὐδα-
μοῦ ἑτέρως λεγόμενον τὸ *ἀγέννητον*. Ἄφθαρτον γὰρ
(41) καὶ ἀγέννητον εἶναι τὸν Θεὸν τῶν ὅλων λέγομεν,
κατὰ διαφόρους ἐπιβολὰς τοῖς ὀνόμασι τούτοις προσ- C
αγορεύοντες. Ὅταν μὲν γὰρ εἰς τοὺς κατόπιν αἰῶνας
ἀποβλέψωμεν, ὑπερεκπίπτουσαν πάσης ἀρχῆς εὑρί-
σκοντες τὴν ζωὴν τοῦ Θεοῦ, ἀγέννητον αὐτὸν λέγο-
μεν· ὅταν δὲ τοῖς ἐπερχομένοις αἰῶσι τὸν νοῦν ἐπεκ-
τείνωμεν, τὸν ἀόριστον (42) καὶ ἄπειρον, καὶ οὐδενὶ
τέλει καταληπτὸν προσαγορεύομεν ἄφθαρτον. Ὡς
οὖν τὸ ἀτελεύτητον τῆς ζωῆς (43) ἄφθαρτον, οὕτω
τὸ ἄναρχον αὐτῆς ἀγέννητον ὠνομάσθη, τῇ ἐπινοίᾳ
θεωρούντων ἡμῶν ἑκάτερα. Τίς οὖν ἀντερεῖ λόγος καὶ
ἐπινοεῖσθαι τῶν ὀνομάτων τούτων ἑκάτερον, καὶ ὁμο-
λογίαν εἶναι τοῦ κατ' ἀλήθειαν τῷ Θεῷ προσόντος;
Ὁ δὲ ὡς μαχόμενα ταῦτα καὶ ἀσύμβατα παντελῶς (44)
ἀπ' ἀλλήλων διίστησι· τὸ, τί κατ' ἐπίνοιαν τί λέγε-
σθαι, καὶ τὸ ἀποπληροῦν τῷ Θεῷ (45) τὴν τοῦ εἶναι ὅ D
ἐστιν ὁμολογίαν.

bus præditus non est; nec enim nomina omnia inter se significatum eumdem præ se ferunt. Enimvero aliud lux, aliud vitis, aliud via, aliud pastor significat. Sed cum unum sit secundum subjectum, sitque una substantia simplex, et non composita, alias aliter se ipse nominat, diversas appellationes inter se ratione dissidentes sibi ipsi accommodans. Nam pro operationum diversitate, et pro ea habitudine quam ad ea habet, quæ beneficiis ejus afficiuntur, diversa quoque sibi nomina imponit. Nam ideo se-ipsum lucem mundi dicit, quod partim inaccessam deitatis majestatem hoc nomine significet, partim quod splendore scientiæ eos qui purgatos animi oculos habent, illuminet. Vitem vero, quod eos qui in eo per fidem radices egerunt, bonorum operum fertilitate enutriat. Panem autem, quod sit cibus mentis maxime proprius, quippe qui animæ statum sustineat atque proprietatem ejus conservet, id quod deest explens semper de seipso, nec sensim delabi sinens ad eam quæ ex rationis inopia emergit infirmitatem. Quod si quispiam ita nomina singula percurrat, rationes varias invenire poterit, tametsi secundum substantiam unum et idem subjectum est omnibus. Quis igitur sic paratam ad blasphemandum habet linguam, ut dicere audeat, simul cum vocibus has perceptiones interire? Quid igitur absurdi est, ad hunc etiam modum de Deo universorum **219** quædam secundum perceptionem accipi, et hoc ipsum primum, de quo nobis tota instituta est disputatio? Nusquam enim reperiemus vocem hanc, *ingenerationem*, aliter usurpari. Incorruptibilem namque ac ingenitum Deum universorum dicimus, eum pro diversa notione his nominibus appellantes. Cum enim in transacta jam sæcula respicimus, Deique vita principium omne superare a nobis invenitur, tunc ingenitum ipsum dicimus: cum vero in futura sæcula cogitationem extendimus, eum, ceu infinitum ac immensum, nec ullo fine comprehensum, vocamus incorruptibilem. Quemadmodum igitur vita fine carens dicitur incorruptibilitas: ita eadem principii expers vocatur ingeneratio, tum cum utraque per mentem speculamur. Qua igitur ratione negabitur, et hæc utraque nomina excogitari, et ejus quod revera Deo inest confessionem esse? Ille vero tanquam si hæc inter se pugnarent, nec inter se conciliari ullo modo possent, alterum ab altero

Οἷον, τὸ σῶμα ἁπλοῦν μὲν εἶναί φησιν ἡ πρώτη ἔντευξις, ποικίλον δὲ ὁ λόγος ἐπιὼν δείκνυσι, τῇ ἐπινοίᾳ αὐτὸ εἰς τὰ ἐξ ὧν σύγκειται διαλύων, καὶ χρῶμα, καὶ σχῆμα, καὶ ἀντιτυπίαν, καὶ μέγεθος, καὶ τὰ λοιπά. Πάλιν τὰ ἀνυπόστατα μὲν παντελῶς, κατὰ δὲ ἀναζωγράφησίν τινα τῆς ἐννοίας καὶ φαντασίαν μόνην ἀνατυπούμενα, ὡς ὅσα οἱ μυθοποιοὶ καὶ ζωγράφοι πρὸς τὴν τῶν ἐντυγχανόντων ἔκπληξιν τερατεύονται κατ' ἐπίνοιαν καὶ ταῦτα θεωρητὰ ὑπὸ τῆς συνηθείας λέγεται. Ὧν οὐδενὸς ἐπιμνησθεὶς οὗτος, ἢ ἀμαθῶς ἢ κακούργως, περὶ τῆς τῶν ἀνυπάρκτων ἐπινοίας μόνης ἡμῖν ἐφιλοσόφησε· καὶ οὐδὲ ταύτην ὡς ἔχει φύσεως ἐξηγούμενος. Οὐ γὰρ σημαίνειν μέν τι τὴν ἐπίνοιαν, ψευδὲς δὲ τοῦτο, φησίν· ἀλλὰ παντελῶς ἄσημον εἶναι τὸ ὄνομα, καὶ ἐν μόνῃ τῇ ἐκφωνήσει τὴν ὑπόστασιν ἔχειν. Καίτοι τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ κατὰ τῶν ματαίων μόνων (32) καὶ ἀνυποστάτων φαντασιῶν τὸ ὄνομα τοῦτο τῆς ἐπινοίας κεῖσθαι, ὥστε μετὰ τὸ πρῶτον ἡμῖν ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως ἐγγινόμενον νόημα τὴν λεπτοτέραν καὶ ἀκριβεστέραν τοῦ νοηθέντος ἐπενθύμησιν ἐπίνοιαν ὀνομάζεσθαι· ὅθεν ἡ συνήθεια καλεῖ ἐπιλογισμὸν, εἰ καὶ μὴ οἰκείως (33). Οἷον τοῦ σίτου νόημα μὲν ἁπλοῦν ἐνυπάρχει πᾶσι, καθὸ φανέντα γνωρίζομεν· ἐν δὲ τῇ ἀκριβεῖ περὶ αὐτοῦ ἐξετάσει, θεωρία τε πλειόνων (34) προσέρχεται, καὶ προσηγορίαι διάφοροι τῶν νοηθέντων σημαντικαί. Τὸν γὰρ αὐτὸν σῖτον νῦν μὲν καρπὸν λέγομεν, νῦν δὲ σπέρμα, καὶ πάλιν τροφήν· καρπὸν μὲν, ὡς τέλος τῆς παρελθούσης γεωργίας· σπέρμα δὲ, ὡς ἀρχὴν τῆς μελλούσης· τροφὴν δὲ, ὡς κατάλληλον εἰς προσθήκην τῷ τοῦ προσφερομένου σώματι. Τούτων ἓν ἕκαστον τῶν λεγομένων καὶ κατ' ἐπίνοιαν θεωρεῖται, καὶ τῷ ψόφῳ τῆς γλώσσης οὐ συναπέρχεται· ἀλλὰ τῇ ψυχῇ τοῦ νενοηκότος ἐνίδρυται τὰ νοήματα. Καὶ ἁπαξαπλῶς, πάντα τὰ τῇ (35) αἰσθήσει γνώριμα, καὶ ἁπλᾶ μὲν εἶναι τῷ ὑποκειμένῳ δοκοῦντα, ποικίλον δὲ λόγον κατὰ τὴν θεωρίαν ἐπιδεχόμενα, ἐπινοίᾳ θεωρητὰ λέγεται.

7. Ad hunc fere modum, etiam a divina Scriptura usum edocemur perceptionis. Equidem omittam reliqua; et quanquam dicere multa habeo, tamen unius solius opportunissimi mentionem faciam. Dominus noster Jesus Christus cum de seipso verba faceret, deitatisque in homines affectum, atque incarnationis gratiam hominibus declararet, proprietatibus quibusdam, quas in ipso contemplari possumus, hunc usum significavit. Nam seipsum dixit portam, viam, panem, vitem, pastorem, ac lucem [31], qui tamen multis nomini-

7. Ἐγγὺς δὴ [τοῦ τοιούτου τρόπου τῆς ἐπινοίας τὴν χρῆσιν καὶ παρὰ τοῦ θείου δεδιδάγμεθα λόγου. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα παρήσω, πολλὰ ἔχων εἰπεῖν, ἑνὸς δὲ μόνου τοῦ καιριωτάτου μνησθήσομαι. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς (36) ἐν τοῖς περὶ ἑαυτοῦ λόγοις, τὴν φιλανθρωπίαν τῆς θεότητος καὶ τὴν ἐξ οἰκονομίας χάριν τοῖς ἀνθρώποις παραδηλῶν, ἰδιώμασί τισι τοῖς περὶ αὐτὸν θεωρουμένοις ἀπεσήμανε ταύτην (37), θύραν ἑαυτὸν λέγων, καὶ ὁδὸν, καὶ ἄρτον, καὶ ἄμπελον, καὶ ποιμένα, καὶ φῶς, οὐ πο-

[31] Joan. x, 9; xiv, 6; vi, 51; xv, 1; x, 11; viii, 12.

(32) Codices nonnulli μόνον. Statim codex unus cum editis ἐκ τῆς αἰσθήσεως. At mss. multi ἀπὸ τῆς.

(33) Totum illud, ὅθεν ἡ συνήθεια καλεῖ ἐπιλογισμὸν, εἰ καὶ μὴ οἰκείως, *Unde consuetudo attentionem diligentiorem vocat ratiocinationem, etsi non proprie*, in multis codicibus desideratur: sed legitur in utraque editione et in Colb., et in margine Regii quinti.

(34) Reg. tertius θεωρία τε πλειον. Reg. alter θεωρία τε πλείων.

(35) Editi πάντα τῇ. Libri veteres πάντα τὰ τῇ.

(36) Codices duo Ἰησοῦς Χριστός. Hoc ipso in loco editi περὶ αὐτοῦ. Antiqui tres libri περὶ ἑαυτοῦ.

(37) Reg. quartus ὑπεσήμηνε ταύτην. Monere juvat, illud, ταύτην, referendum esse ad vocem superiorem τὴν χρῆσιν.

Digitized by Google

λυώνυμός τις ὢν· οὐ γὰρ πάντα τὰ ὀνόματα εἰς ταὐτὸν ἀλλήλοις φέρει. Ἄλλο γὰρ τὸ σημαινόμενον φωτὸς, καὶ ἄλλο ἀμπέλου, καὶ ἄλλο ὁδοῦ, καὶ ἄλλο ποιμένος. Ἀλλ' ἓν ὢν κατὰ τὸ ὑποκείμενον, καὶ μία οὐσία καὶ ἁπλῆ καὶ ἀσύνθετος, ἄλλοτε ἄλλως ἑαυτὸν ὀνομάζει, ταῖς ἐπινοίαις διαφερούσας ἀλλήλων τὰς προσηγορίας μεθαρμοζόμενος. Κατὰ γὰρ τὴν τῶν ἐνεργειῶν διαφορὰν, καὶ τὴν πρὸς τὰ εὐεργετούμενα σχέσιν, διάφορα ἑαυτῷ καὶ τὰ ὀνόματα τίθεται. Φῶς μὲν γὰρ ἑαυτὸν τοῦ κόσμου λέγει, τό τε ἀπρόσιτον τῆς ἐν τῇ θεότητι δόξης τῷ ὀνόματι τούτῳ διασημαίνων, καὶ ὡς τῇ λαμπρότητι τῆς γνώσεως τοὺς κεκαθαρμένους τὸ ὄμμα τῆς ψυχῆς καταυγάζων· ἄμπελον δὲ, ὡς τοὺς ἐν αὐτῷ κατὰ τὴν πίστιν ἐῤῥιζωμένους ἐπ' ἔργων ἀγαθῶν καρποφορίαις ἐκτρέφων· ἄρτον δὲ, ὡς οἰκειοτάτη τροφὴ λογικοῦ τυγχάνων, τῷ διακρατεῖν τὴν σύστασιν τῆς ψυχῆς, καὶ τὸ ἰδίωμα αὐτῆς διασώζειν, ἀναπληρῶν (38) ἀεὶ παρ' ἑαυτοῦ τὸ ἐνδέον, καὶ πρὸς τὴν ἐξ ἀλογίας ἐγγινομένην ἀῤῥωστίαν οὐκ ἐῶν ὑποφέρεσθαι (39). Καὶ οὕτως ἄν τις τῶν ὀνομάτων ἕκαστον ἐφοδεύων ποικίλας εὕροι τὰς ἐπινοίας ἑνὸς ἑκάστου τοῦ κατὰ τὴν οὐσίαν τοῖς πᾶσιν ὑποκειμένου. Τίς οὖν οὕτω τὴν γλῶσσαν πρὸς βλασφημίαν ἠκόνηται, ὥστε τολμῆσαι εἰπεῖν ταῖς φωναῖς τὰς ἐπινοίας ταύτας συνδιαλύεσθαι; Τί οὖν ἄτοπον οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων λαμβάνεσθαί τινα κατ' ἐπίνοιαν, καὶ αὐτὸ τοῦτο πρῶτον (40), περὶ οὗ ὁ σύμπας ἡμῖν κεκίνηται λόγος; Εὑρήσομεν γὰρ οὐδαμῶς ἑτέρως λεγόμενον τὸ *ἀγέννητον*. Ἄφθαρτον γὰρ (41) καὶ ἀγέννητον εἶναι τὸν Θεὸν τῶν ὅλων λέγομεν, κατὰ διαφόρους ἐπιβολὰς τοῖς ὀνόμασι τούτοις προσαγορεύοντες. Ὅταν μὲν γὰρ εἰς τοὺς κατόπιν αἰῶνας ἀποβλέψωμεν, ὑπερεκπίπτουσαν πάσης ἀρχῆς εὑρίσκοντες τὴν ζωὴν τοῦ Θεοῦ, ἀγέννητον αὐτὸν λέγομεν· ὅταν δὲ τοῖς ἐπερχομένοις αἰῶσι τὸν νοῦν ἐπεκτείνωμεν, τὸν ἀόριστον (42) καὶ ἄπειρον, καὶ οὐδενὶ τέλει καταληπτὸν προσαγορεύομεν ἄφθαρτον. Ὡς οὖν τὸ ἀτελεύτητον τῆς ζωῆς (43) ἄφθαρτον, οὕτω τὸ ἄναρχον αὐτῆς ἀγέννητον ὠνομάσθη, τῇ ἐπινοίᾳ θεωρούντων ἡμῶν ἑκάτερα. Τίς οὖν ἀντερεῖ λόγος καὶ ἐπινοεῖσθαι τῶν ὀνομάτων τούτων ἑκάτερον, καὶ ὁμολογίαν εἶναι τοῦ κατ' ἀλήθειαν τῷ Θεῷ προσόντος; Ὁ δὲ ὡς μαχόμενα ταῦτα καὶ ἀσύμβατα παντελῶς (44) ἀπ' ἀλλήλων διίστησι· τὸ, τὶ κατ' ἐπίνοιαν τὶ λέγεσθαι, καὶ τὸ ἀποπληροῦν τῷ Θεῷ (45) τὴν τοῦ εἶναι ὅ ἐστιν ὁμολογίαν.

bus prædītus non est; nec enim nomina omnia inter se significatum eumdem præ se ferunt. Enimvero aliud lux, aliud vitis, aliud via, aliud pastor significat. Sed cum unum sit secundum subjectum, sitque una substantia simplex, et non composita, alias aliter se ipse nominat, diversas appellationes inter se ratione dissidentes sibi ipsi accommodans. Nam pro operationum diversitate, et pro ea habitudine quam ad ea habet, quæ beneficiis ejus afficiuntur, diversa quoque sibi nomina imponit. Nam ideo seipsum lucem mundi dicit, quod partim inaccessam deitatis majestatem hoc nomine significet, partim quod splendore scientiæ eos qui purgatos animi oculos habent, illuminet. Vitem vero, quod eos qui in eo per fidem radices egerunt, bonorum operum fertilitate enutriat. Panem autem, quod sit cibus mentis maxime proprius, quippe qui animæ statum sustineat atque proprietatem ejus conservet, id quod deest explens semper de seipso, nec sensim delabi sinens ad eam quæ ex rationis inopia emergit infirmitatem. Quod si quispiam ita nomina singula percurrat, rationes varias invenire poterit, tametsi secundum substantiam unum et idem subjectum est omnibus. Quis igitur sic paratam ad blasphemandum habet linguam, ut dicere audeat, simul cum vocibus has perceptiones interire? Quid igitur absurdi est, ad hunc etiam modum de Deo universorum **219** quædam secundum perceptionem accipi, et hoc ipsum primum, de quo nobis tota instituta est disputatio? Nusquam enim reperiemus vocem hanc, *ingenerationem*, aliter usurpari. Incorruptibilem namque ac ingenitum Deum universorum dicimus, eum pro diversa notione his nominibus appellantes. Cum enim in transacta jam sæcula respicimus, Deique vita principium omne superare a nobis invenitur, tunc ingenitum ipsum dicimus: cum vero in futura sæcula cogitationem extendimus, eum, ceu infinitum ac immensum, nec ullo fine comprehensum, vocamus incorruptibilem. Quemadmodum igitur vita fine carens dicitur incorruptibilitas: ita eadem principii expers vocatur ingeneratio, tum cum utraque per mentem speculamur. Qua igitur ratione negabitur, et hæc utraque nomina excogitari, et ejus quod revera Deo inest confessionem esse? Ille vero tanquam si hæc inter se pugnarent, nec inter se conciliari ullo modo possent, alterum ab altero dirimit: inficiatur videlicet, et aliquid dici juxta animi perceptionem, et per hoc ipsum Deo persolvi ejus quod est confessionem.

(38) Veteres aliquot libri καὶ ἀναπληρων.

(39) Editi cum Colb. et Reg. quinto ἀποφέρεσθαι. Alii quinque mss. ὑποφέρεσθαι. Mox editi ἑνὸς ἑκάστου. Vox ἑκάστου deest in multis mss.

(40) Editi et Reg. secundus καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ ἀγέννητον πρῶτον. Illud, τὸ ἀγέννητον, delevimus, aliorum sex codicum et editionis Ven. auctoritatem secuti.

(41) Illa, Ἄφθαρτον γάρ, etc., refert Gregorius Nyssenus, tomo II, pag. 824, eaque adversus calumnias Eunomii docte et copiose defendit.

(42) Editi et Reg. quintus τὸν ἀόριστον. Alii quinque mss. τὸ ἀόριστον. Ibidem scriptum invenitur in tribus codicibus ἄληπτον pro ἄπειρον· sed vox ἄπειρον legitur in aliis mss. et in ipso Gregorio Nysseno, licet alioqui non semper iisdem vocibus utatur, quibus Basilius.

(43) Antiqui tres libri τὸ ἀτέλεστον τῆς ζωῆς. Ibidem editi τὸ ἄναρχον αὐτοῦ.... ἐπιθεωρούντων. At mss. ita, ut edidimus.

(44) Editio utraque cum Reg. quinto καὶ ἀσύμβαντα παντελῶς. Alii sex mss. καὶ ἀσύμβατα, recte.

(45) Editi τοῦ Θεοῦ. Libri veteres τῷ Θεῷ.

Digitized by Google

8. At enim ne hoc quidem prætercamus, qualis ei simulatio pietatis excogitata sit ad auditorum eversionem, cum dicit,

EUN. Se ingeniti appellatione Deum non decorare juxta humanum intelligendi modum, sed ei persolvere debitum maxime omnium necessarium; quandoquidem eum id quod est confitetur esse.

BAS. Quibusnam verbis possit pro merito explicari harum versutiarum obliquitas? Nititur terrere simpliciores; quasi quod debent non reddant Deo, nisi ingenerationem substantiam esse confiteantur. Atque suam ipsius impietatem debiti solutionem appellat, ut ne quid videatur a seipso dicere, sed id quod necessario Deo debetur, persolvere. Quin et reliquis declarat, fore ut, si ingenerationem in substantia ponant, innoxii sine pœna dimittantur: si secus juxta pium modum acceperint, futurum esse, ut ipsi tanquam qui debitum omnium antiquissimum maximeque necessarium omiserint solvere, iram sustineant implacabilem. Proinde libens eum interrogaverim, utrum hunc animi candorem pariter in omnibus quæ de Deo prædicantur servet, an in hoc duntaxat verbo? Nam si nihil omnino juxta intelligendi modum speculatur, ut ne humanis appellationibus Deum exornare videatur; omnia quæ de Deo prædicantur, similiter substantiam esse confitebitur. Quomodo igitur ridiculum non est, creandi facultatem substantiam esse dicere? aut etiam providentiam, aut similiter præscientiam rursus substantiam esse? et uno verbo, omnem actionem substantiam putare? Quod si omnia hæc ad unum significatum tendunt, necesse omnino est, ut nomina idem inter se **220** valeant, quemadmodum fit in iis qui multis nominibus appellantur: sicuti cum eumdem dicimus Simonem et Petrum et Cepham. Quare qui audierit immutabilitatem Dei, deveniet ad ingenerationem: item, qui audierit indivisibilem esse, ad creandi facultatem deferetur. Ecquid hac confusione fieri possit absurdius, si quis videlicet adempto proprio uniuscujusque nominis significatu, tum communi usui, tum Spiritus doctrinæ repugnet? Et quidem cum audimus de Deo, quod omnia in sapientia fecit [62], creatricem ipsius artem docemur: cum vero audimus, quod aperit manum suam, et implet omne animal beneplacito [63], Providentiam omnia invadentem discimus: quando autem

8. Καὶ γὰρ αὖ μηδὲ τοῦτο παρέλθωμεν, οἷον αὐτῷ τῆς εὐλαβείας τὸ σχῆμα ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων ἐπινενόηται ἐν τῷ λέγειν,

ΕΥΝ. Μὴ κατ' ἐπίνοιαν ἀνθρωπίνην σεμνύνειν τὸν Θεὸν τῇ τοῦ ἀγεννήτου προσηγορίᾳ, ἐκτιννύναι δὲ αὐτῷ τὸ πάντων ἀναγκαιότατον ὄφλημα, ἐν τῇ τοῦ εἶναι ὅ ἐστιν ὁμολογίᾳ.

ΒΑΣ. Τίς ἂν λόγος ἀξίως τῆς σκολιότητος ταύτης τῶν τεχνασμάτων ἐφίκοιτο; Ἐκφοβεῖν τοὺς ἁπλουστέρους ἐπιχειρεῖ, ὡς μὴ ἀποδιδόντας τὰ ὀφειλόμενα τῷ Θεῷ, εἰ μὴ οὐσίαν εἶναι ὁμολογήσειαν τὸ ἀγέννητον, καὶ ὀφλήματος ἔκτισιν τὴν ἰδίαν ἀσέβειαν ὀνομάζει, ἵνα μὴ δόξῃ παρ' ἑαυτοῦ τι λέγειν, ἀλλὰ τὸ ἀναγκαίως τῷ Θεῷ ὀφειλόμενον ἐκπληροῦν. Καὶ τοῖς λοιποῖς ἐνδείκνυται, ὅτι ἐν μὲν τῇ οὐσίᾳ τιθέμενοι (46) τὸ ἀγέννητον, ἀνεύθυνοι ἀφεθήσονται· εἰ δὲ ἑτέρως κατὰ τὸν εὐσεβῆ τρόπον (47) ὑπολαμβάνοιεν, ὡς ἐλλειποῦσι τὸ πάντων χρεῶν πρεσβύτατον καὶ ἀναγκαιότατον ἔκτισμα, ἀπαραίτητον τὴν ὀργὴν ἐκδέξονται. Ἡδέως οὖν ἂν αὐτὸν (48) ἐξετάσαιμι, τὴν εὐγνωμοσύνην ταύτην ὁμοίως ἐπὶ πάντων τῶν περὶ Θεοῦ λεγομένων φυλάσσει, ἢ κατὰ τοῦτο μόνον τὸ ῥῆμα; Εἰ μὲν γὰρ οὐδὲν ὅλως κατ' ἐπίνοιαν θεωρεῖ, ἵνα μὴ δόξῃ ἀνθρωπίναις τὸν Θεὸν σεμνύνειν προσηγορίαις, πάντα ὁμοίως οὐσίαν ὁμολογήσει τὰ ἐπιλεγόμενα τῷ Θεῷ. Πῶς οὖν οὐ καταγέλαστον, τὸ δημιουργικὸν οὐσίαν εἶναι λέγειν; ἢ τὸ προνοητικὸν πάλιν οὐσίαν; ἢ τὸ προγνωστικὸν πάλιν ὡσαύτως (49); καὶ ἁπαξαπλῶς, πᾶσαν ἐνέργειαν, οὐσίαν τίθεσθαι; Καὶ εἰ πάντα ταῦτα πρὸς ἓν σημαινόμενον τείνει, ἀνάγκη πᾶσα ταυτὸν ἀλλήλοις δύνασθαι τὰ ὀνόματα· ὡς ἐπὶ τῶν πολυωνύμων· ὅταν Σίμωνα καὶ Πέτρον καὶ Κηφᾶν τὸν αὐτὸν λέγωμεν. Οὐκοῦν ὁ ἀκούσας τὸ ἀναλλοίωτον τοῦ Θεοῦ, πρὸς τὸ ἀγέννητον ὑπαχθήσεται· καὶ ὁ ἀκούσας τὸ ἀμερὲς, πρὸς τὸ δημιουργικὸν (50) ἀποφέρεται. Καὶ ταύτης τί ἂν γένοιτο τῆς συγχύσεως ἀτοπώτερον, ἀφελόμενον τὴν ἰδίαν σημασίαν ἑκάστου τῶν ὀνομάτων, ἀντινομοθετεῖν τῇ τε κοινῇ χρήσει καὶ τῇ διδασκαλίᾳ τοῦ Πνεύματος; Καίτοι ὅταν μὲν ἀκούσωμεν περὶ τοῦ Θεοῦ, ὅτι πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησε, τὴν δημιουργικὴν τέχνην αὐτοῦ διδασκόμεθα· ὅταν δὲ, ὅτι ἀνοίγει τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ἐμπιπλᾷ πᾶν ζῷον εὐδοκίας (51), τὴν διὰ πάντων κεχωρηκυῖαν πρόνοιαν· ὅταν δὲ, ὅτι *Ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ*, τὸ ἀόρατον τῆς αὐτοῦ φύσεως παιδευόμεθα. Πάλιν δὲ τὸ ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ λεγόμενον (52),

[62] Psal. CIII, 24. [63] Psal. CXLIV, 16.

(46) Reg. quartus τῇ οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ τιθέμενοι, *si ingeniturum in essentia Dei constituant*. Hoc est, si contendant Dei naturam in eo sitam esse, ut generari non possit. Illud, κατὰ τὸν εὐσεβῆ τρόπον, quod mox sequitur, videtur sic accipi debere: *juxta modum qui Eunomio quidem videtur pius esse, sed non est.*

(47) *Κατὰ τὸν εὐσεβῆ τρόπον.* His verbis intelligit Basilius catholicum sensum Marcionis sensui oppositum. MARAN.

(48) Codices aliquot οὖν ἂν αὐτόν. Vocula ἄν ab editis aberat.

(49) Antiqui duo libri λέγειν, τὸ προνοητικὸν πάλιν οὐσίαν· τὸ προγνωστικὸν ὡσαύτως. Aliquanto post editi τὸν αὐτὸν λέγομεν. Codices multi λέγωμεν.

(50) Editi cum Colb. πρὸς τὸ δημιουργόν. Alii quatuor mss. δημιουργικόν.

(51) Vulg. *Et implet omne animal benedictione.* Suspicari fortasse poterit quispiam, interpretem pro εὐδοκίας legisse εὐλογίας.

(52) Editio Paris. πάλιν δὲ διὰ τὸ ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ λεγόμενον. Sed præpositio διά nec in editione Ven. nec in nostris codicibus invenitur. Quare facile crediderim additam eam fuisse a typographis ut sensus integer redderetur. Editio

Digitized by Google

Ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι, τὸ ἀεὶ ταυτὸν καὶ ἄτρεπτον τῆς θείας οὐσίας μανθάνομεν. Πῶς οὖν οὐχὶ μανία σαφὴς, μὴ ἴδιον σημαινόμενον ἑκάστῳ τῶν ὀνομάτων ὑποβεβλῆσθαι λέγειν, ἀλλὰ, παρὰ τὴν ἐνέργειαν (53), πάντα ταυτὸν δύνασθαι ἀλλήλοις διορίζεσθαι τὰ ὀνόματα; Ἔπειτα ἐὰν καὶ δῶμεν τοῦτο, οὐδ' οὕτω πλέον αὐτοῖς οὐδὲ εἰς τὸν σκοπὸν περιέσται. Εἰ γὰρ πάντα ταῦτα, ἐπὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς λαμβανόμενα, τὴν οὐσίαν αὐτοῦ σημαίνει, τὸ ἀναλλοίωτον λέγω, καὶ τὸ ἀόρατον, καὶ τὸ ἄφθαρτον, παραπλησίως δηλονότι καὶ ἐπὶ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ (54), οὐσίας ἔσται δηλωτικά. Ἀόρατον γὰρ, καὶ ἀναλλοίωτον, καὶ ἄφθαρτον, καὶ ἀμερῆ, καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα. καὶ τὸν μονογενῆ Υἱὸν ὀνομάζομεν. Καὶ οὕτω τὸ σοφὸν αὐτοῖς εἰς τὸ ἐναντίον περιελεύσεται. Οὐ γὰρ (55) μᾶλλον διὰ τὸ ἐν μιᾷ προσηγορίᾳ διάφορον ἀνόμοιον κατὰ τὴν οὐσίαν ἀποδεικνύειν ἕξουσιν, ἢ διὰ τὴν ἐν τοῖς πλείοσι κοινωνίαν ὅμοιον ὁμολογεῖν ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀνάγκης τῶν δεδομένων ἐκβιασθήσονται. Εἰ δὲ λέγοι ἐπὶ μόνης τῆς τοῦ ἀγεννήτου φωνῆς τῇ εὐλαβείᾳ (56) ταύτῃ κεχρῆσθαι, ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων ἀφυλάκτως ἔχειν· πάλιν αὐτὸν ἐρωτήσωμεν, τίς ἡ ἀποκλήρωσις (57), τοσούτων ὄντων τῶν περὶ Θεοῦ λεγομένων, ἐν ἑνὶ τούτῳ μόνῳ τὴν ἀκρίβειαν ἐπιδείκνυσθαι, καὶ ἐν ἑνὶ τούτῳ ἀποπληροῦντα (58) αὐτῷ τὴν τοῦ εἶναι ὃ ἐστιν ὁμολογίαν, ἐν ἑτέροις παμπληθέσιν ἀνθρωπίναις ἐπινοίαις σεμνύνειν μὴ (59) παραιτεῖσθαι; Ὁ γὰρ πλειόνων ὀφειλέτης οὐ μᾶλλον εὐγνώμων ἐν τῇ τοῦ ἑνὸς ἀποδόσει ἢ ὑπερβάλλων ἀγνωμοσύνῃ ἐν τῇ τῶν πλειόνων ἀποστερήσει. Οὕτω μὲν οὖν, ὡς τὰ πανοῦργα τῶν θηρίων, ταῖς ἑαυτοῦ τέχναις ἁλίσκεται, οἷς λανθάνειν ἐπιχειρεῖ, τούτοις πλέον διελεγχόμενος.

A audimus quod *Posuit tenebras latibulum suum* [64], invisibilis naturæ ejus admonemur. Cum rursus audimus id quod in persona Dei dicitur : *Ego sum, et non mutor* [65], perpetuam identitatem ac immutabilitatem substantiæ divinæ intelligimus. Nonne igitur manifesta est insania, si dicas proprium significatum unicuique nomini subjectum non esse ? sed contra verborum vim, decernas nomina omnia idem inter se valere ? Præterea etiamsi hoc dederimus, ne sic quidem eis quidquam amplius supererit ad tuendum propositum. Etenim si hæc omnia cum de Deo et Patre dicuntur, substantiam ejus significant, immutabile dico et invisibile et incorruptibile : similiter sine dubio etiam de unigenito Dei Filio dicta, substantiam indicabunt. Nam invisibilem et immu-
B tabilem et incorruptibilem et indivisibilem ac reliquis nominibus similibus etiam unigenitum Filium nominamus. Et ita subtilis eorum argutia ipsis recidet in contrarium. Non enim magis propter unius appellationis diversitatem, dissimilem in substantia Filium poterunt demonstrare, quam propter plurium convenientiam similem confiteri cogentur, ad hoc ex concessis necessario adacti. Quod si dixerit in sola ingeniti voce se hac circumspectione uti, in reliquis vero incaute se gerere : rursus ipsum percontemur, quænam sit hæc divisio, ut cum tot **221** sint quæ de Deo dicuntur, tamen in hoc uno solo diligentiam ostendat, atque in hoc uno ei confessionem persolvat, qua confitetur id eum esse quod
C est : in cæteris vero quam plurimis, eum humanis intelligendi modis decorare non recuset. Etenim plura qui debet, non magis gratus judicatur ob unius redditionem, quam supra modum ingratus ob plurium fraudationem. Sic igitur instar versutarum bestiarum suis ipsius artibus capitur, dum quibus latere nititur, iis magis convincitur.

[64] Psal. xvii, 12. [65] Malac. iii, 6.

Ven. et Reg. quintus πάλιν δὲ τὸ ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ λεγόμενον, et ita legendum esse arbitror, sic ut illud, ὅταν ἀκούσωμεν, subaudiri debeat.

(53) Reg. tertius perinde atque alii mss. habet quidem in contextu ἐνέργειαν, *contra vim verborum :* at scriptum invenitur in margine ἐνάργειαν, *contra evidentiam.* Mihi dubium non est quin interpres vetus legerit παρὰ τὴν ἀλήθειαν, cum interpretatus sit, *contra veritatem :* sed qua id auctoritate fecerit, nescio.

(54) Editi et mss. nonnulli Υἱοῦ καὶ Θεοῦ. Alii mss. Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.

(55) Hoc dicit Basilius : Patrem Filio substantia dissimilem esse ex eo colligit Eunomius, quod Pater ingenitus sit, Filius vero genitus : sed illud argumentandi genus ineptum est et absurdum. Cum enim multa sint in quibus inter se perfectissime conveniant Pater et Filius, ob integerrimam illam in pluribus consensionem atque convenientiam, potius Eunomium fateri oportuerat, Patrem et Filium inter se similes esse, nec debuit ob unius vocis diversitatem eos dissimiles prædicare.

(56) Vox εὐλαβείᾳ sumi videtur hoc loco pro quadam circumspectione, seu, pro accurata quadam loquendi et scribendi ratione. Combefisius vertit : *hac religionis larva.*

(57) *Τίς ἡ ἀποκλήρωσις ; Quænam hæc temeritas ?* Ibidem delenda negatio ante παραιτεῖσθαι. Clara enim Basilii sententia : arguit adversarium, quod essentiam Dei in sola ingeniti voce confiteri vellet, in aliis vocibus, nempe incorruptibilis et invisibilis, ejus essentiam pariter confiteri recusaret. MARAN.

(58) Editi καὶ ἐν τούτῳ ἀποπληροῦν. Regii tres ἐν ἑνὶ τούτῳ ἀποπληροῦντα. Colb. manu recenti emendatus ἀποκληροῦντα.

D (59) Particula μὴ abest a Reg. secundo ; nec incogitanter omissa est a librario, cum in ora ejus libri scriptum sit, τὸ μὴ περισσόν, *particula* μὴ *superflua est.* Hoc idem visum est et Combefisio, qui ait vocula μὴ contextum aperte vitiosum reddi. Sed ego longe aliter sentio, arbitrorque particulam μὴ maxime necessariam esse, nedum ejus loci sententiam corrumpat. Igitur horum verborum hæc est sententia : Eunomius aliter judicat de voce *ingeniti*, aliter de voce *indivisibilis*, *immutabilis*, *incorruptibilis* et aliorum similium. Negat Eunomius vocem *ingeniti* de Deo dici posse ex nostro intelligendi modo : sed vult eam naturæ divinæ ita esse propriam, ut naturam ipsam divinam constituat. Etenim, ut jam notavimus, illud erat argumentum præcipuum Eunomii, τὸ ἀγέννητον, *ingenerationem* substantiam ipsam esse divinam. Negabat ergo hæreticus ille nomen, *ingenitus*, dici de Deo posse ex humano intelligendi modo : sed fatebatur nomina

Digitized by Google

9. Qualia vero sint quæ sequuntur, perpendite. Posteaquam ostendit, ut putat, fieri æquaquam posse, ut ingeneratio cogitatione concipiatur, subdit :

Eun. Nec vero secundum privationem : siquidem privationes sunt privationes eorum quæ sunt natura, suntque habitibus posteriores.

Bas. Quod autem hæc ex mundana sapientia garriat, a qua præceps actus, ejusmodi verborum novitatibus animum adjecit, demonstrare arduum non fuerit. Sunt enim Aristotelis de habitu et privatione verba, qui posteriores habitibus privationes esse ait; quemadmodum ii qui legerunt in libro qui inscribitur *Categoriæ*, possunt testari. Nobis autem satis erat ostendisse, non ex doctrina Spiritus, sed ex sapientia principum hujus sæculi hæc eum dicere, ac illud psalmi in ipsum proferre : *Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua, Domine*[66]. Et quoniam didiceramus, non ex doctrina Domini nostri Jesu Christi esse quæ dicuntur, satis habebamus vocis ipsius meminisse : *Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur*[67] : atque hoc pacto longiorem sermonem contrahere. Quippe hinc illud omnibus conspicuum fecissemus, quod nihil ipsis nobiscum sit commune. *Etenim quæ concordia Christo cum Belial? aut quæ pars fideli cum infideli*[68]? Verum ne videamur ob redargutionum inopiam ad silentium confugere, age, de iis etiam pauca disseramus. Multa eorum quæ de Deo dicuntur, o Eunomi, simili forma efferri videmus, ut puta incorruptibilis, immortalis, invisibilis. Jam vero et hanc vocem *ingenitus* formæ ejusdem esse ducimus. Quod si quipiam ea quæ sunt ejusmodi, nominant privativa, nihil ad nos. Neque enim artificia novimus verborum, neque eos qui noverunt imitamur. Verum cujuscunque tandem generis existimentur esse voces reliquæ, quas enumeravimus : ejusdem generis esse et *ingeniti* appellationem dicturi sumus. Quemadmodum igitur incorruptibile significat non inesse corruptionem

9. Τίνα δέ ἐστι τὰ ἑξῆς τοῦ λόγου σκοπεῖτε (60). Δείξας, ὡς οἴεται, ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν ἐπινοίᾳ λαβεῖν τὸ ἀγέννητον, ἐπάγει·

ΕΥΝ. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κατὰ στέρησιν· εἴ γε τῶν κατὰ φύσιν αἱ στερήσεις εἰσὶ στερήσεις, καὶ τῶν ἕξεων δεύτεραι.

ΒΑΣ. Ταῦτα δὲ, ὅτι ἐκ τῆς τοῦ κόσμου σοφίας περιλαλεῖ, ὑφ' ἧς ἐκτραχηλισθεὶς, ταῖς τοιαύταις τῶν λόγων ἐπέθετο καινοτομίαις, οὐ χαλεπὸν ἐπιδεῖξαι. Ἀριστοτέλους γάρ εἰσιν, ὡς οἱ ἀνεγνωκότες εἴποιεν ἄν, ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις αὐτοῦ *Κατηγορίαις*, οἱ περὶ ἕξεως καὶ στερήσεως λόγοι, δευτέρας εἶναι λέγοντος τῶν ἕξεων τὰς στερήσεις. Ἡμῖν δὲ ἐξήρκει δείξασιν αὐτὸν οὐκ ἐκ τῆς διδασκαλίας τοῦ Πνεύματος, ἀλλ' ἐκ τῆς σοφίας τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου λαλοῦντα, τὸ τοῦ ψαλμοῦ πρὸς αὐτὸν ἐπιφθέγξασθαι, ὅτι *Διηγήσαντό μοι παράνομοι ἀδολεσχίας, ἀλλ' οὐχ ὡς ὁ νόμος σου, Κύριε* · καὶ μαθόντας, ὅτι οὐκ ἐκ τῶν διδαγμάτων (61) τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐστι τὰ λεγόμενα, τῆς αὐτοῦ φωνῆς ὑπομνησθῆναι, ὅτι *Ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ*· καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τοὺς πολλοὺς τῶν λόγων ἑαυτοῖς συντεμεῖν, ἐντεῦθεν πᾶσι καταφανὲς ποιήσαντας, ὅτι οὐδεμία ἡμῖν πρὸς αὐτοὺς κοινωνία. *Τίς γὰρ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ; ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου;* Ἵνα δὲ μὴ δόξωμεν διὰ ἀπορίαν ἐλέγχων εἰς τὴν σιωπὴν καταφεύγειν, φέρε, καὶ περὶ τούτων βραχέα διαλεχθῶμεν. Πολλά, ὦ Εὐνόμιε, τῶν περὶ Θεοῦ λεγομένων κατὰ τὸν ὅμοιον ὁρῶμεν ἐκφερόμενα τύπον, οἷον ὁ ἄφθαρτος, ὁ ἀθάνατος, ὁ ἀόρατος. Τοῦ δὲ αὐτοῦ τύπου τιθέμεθα εἶναι καὶ τὸ, *ἀγέννητος*. Εἰ μὲν οὖν στερητικά τινες ὀνομάζουσι τὰ τοιαῦτα, οὐ πρὸς ἡμᾶς ὁ λόγος. Οὔτε γὰρ ἴσμεν τεχνολογίας λέξεων, οὔτε τοὺς εἰδότας ζηλοῦμεν. Πλήν γε δὴ ὅτι οὗπερ ἂν τεθῶσιν αἱ λοιπαὶ φωναὶ ἃς ἀπηριθμησάμεθα, τοῦ αὐτοῦ εἶναι φήσομεν καὶ τὴν τοῦ, *ἀγεννήτου*, προσηγορίαν. Ὡς τοίνυν τὸ ἄφθαρτον τὸ μὴ προσεῖναι τῷ Θεῷ φθορὰν σημαίνει· καὶ τὸ ἀόρατον τὸ ὑπερβαίνειν αὐτὸν

[66] Psal. cxviii, 85. [67] Joan. viii, 44. [68] II Cor. vi, 15.

illa, *indivisibilis*, *incorruptibilis*, *immutabilis*, etc., tribui Deo posse secundum nostram concipiendi rationem. Atque, ut Eunomii verbis utar, recusabat homo impius decorare Deum per *ingeniti* appellationem ex humano cogitandi modo; at non recusabat eum decorare ex nostra concipiendi ratione per appellationem *indivisibilis*, *immutabilis*, etc. Ex quibus planum est et compertum, particulam μή minime redundare, imo vero maxime necessariam esse, ut possimus sic interpretari : *in cæteris vero quam plurimis eum non recuset humanis intelligendi modis decorare;* qua interpretatione mens Eunomii optime exprimitur, qui, ut diximus, nomen unum Filio tribuere ita recusabat, ut reliqua ei dare non recusaret. Nec est prætereundum silentio, voculam μή, ut in editione Parisiensi, ita et in editione Ven. et in Colb. et in Regiis tribus codicibus reperiri. Et illud adnotabo, legi in Reg. primo σεμνύνειν ἐ παραιτεῖσθαι. Puto autem ἐ scriptum fuisse pro ἤ, *vel*, *aut*, librariumque indicare voluisse, horum duorum verborum alterum quidem legi oportere : sed nescivisse utrum seligi deberet, ob idque utramque vocem posuisse, ut pro suo quisque arbitratu legeret. Redeamus ad Eunomium, cujus tota ratiocinatio eo redibat : Quanquam Filius vocatur invisibilis, immortalis, immutabilis, quemadmodum et Pater, tamen Deus vere et proprie non est. Hæc enim nomina non afficiunt ipsam naturam divinam : sed Deo tribuuntur ex humano concipiendi modo. Sed aliud nomen est, quod Dei est proprium, quod character est divinitatis, quod ipsam naturam divinam constituit, quod Deo non tribuitur ex nostro intelligendi modo, et tamen id nomen non convenit Filio, imo etiam maxime repugnat; ex quo fit ut Filius proprie Deus non sit. Illud autem nomen est τὸ ἀγέννητον, *ingenitum*.

(60) Codices duo σκοπήσατε. Ibidem editi Δείξας γάρ. Vocula γάρ deest in omnibus mss.

(61) Editi et Reg. quintus οὐκ ἐκ τῶν θείων καὶ ἀληθινῶν διδαγμάτων, *non ex divinis verisque documentis*. Alii sex mss. ut in contextu; nec aliter legerat interpres.

Digitized by Google

πᾶσαν την διὰ τῶν ὀφθαλμῶν κατάληψιν· καὶ τὸ ἀσώ- A
ματον τὸ μὴ ὑπάρχειν αὐτοῦ τριχῆ διαστατὴν τὴν
οὐσίαν· καὶ τὸ ἀθάνατον τὸ μηδέποτε διάλυσιν αὐ-
τῷ προσγενήσεσθαι· οὕτω φαμὲν καὶ τὸ, ἀγέννητον,
δηλοῦν τὸ γέννησιν αὐτῷ (62) μὴ προσεῖναι. Εἰ μὲν
οὖν μηδὲν τούτων στερητικὸν τῶν ὀνομάτων, οὐδὲ
ἐκεῖνο. Εἰ δὲ ἐπ' ἐκείνων δίδως τὸ κατὰ στέρησιν
λέγεσθαι, ἐπὶ τῆς τοῦ ἀγεννήτου προσηγορίας οὐ
συγχωρεῖς, εἰπὲ, τίνος μὲν ἕξεως προλαβούσης στέ-
ρησιν ἐμφαίνει τὸ ἄφθαρτον; πῶς δὲ οὐχὶ τὸ ἴσον
αὐτῷ δύναται τὸ (63) ἀγέννητον; Ἀλλὰ περὶ μόνην
ταύτην τὴν λέξιν κακοτεχνεῖ, διότι ἐντεῦθεν αὐτῷ αἱ
ἀφορμαὶ τῆς ἀσεβείας ἤρτηνται. Ἵνα δὲ σαφὲς αὐ-
τοῦ τὸ τέχνασμα γένηται, οὕτω ποιήσατε· οὓς ἐπὶ
τοῦ ἀγεννήτου γυμνάσει λόγους, ὅτι οὔτε κατ' ἐπί-
νοιαν ἀνθρωπίνην, οὔτε κατὰ στέρησιν εὔλογόν ἐστι B
περὶ Θεοῦ λέγεσθαι, τούτους μετενεγκόντες ἐπ' ἄλ-
λου τινὸς τῶν περὶ Θεοῦ λεγομένων, σκοπεῖτε. Εὑ-
ρήσετε γὰρ ἑκάστῳ ἀκριβῶς ἐφαρμόζοντας. Καὶ, εἰ
βούλεσθε, ἐπὶ τοῦ ἀφθάρτου ταῦτα λέγωμεν, αὐτὴν
αὐτοῦ τὴν λέξιν μετακομίσαντες. Ἄφθαρτον δὲ λέ-
γοντες, οὐ κατ' ἐπίνοιαν ἀνθρωπίνην σεμνύνειν οἰό-
μεθα δεῖν· ἀποτιννύναι δὲ αὐτῷ τὸ πάντων ἀναγ-
καιότατον ὄφλημα, τὴν τοῦ εἶναι ὃ ἐστιν ὁμολογίαν·
ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κατὰ στέρησιν (64)· εἴ γε τῶν κατὰ
φύσιν αἱ στερήσεις εἰσὶ στερήσεις, καὶ τῶν ἕξεων
δεύτεραι. Τί μᾶλλον ἐπὶ τοῦ ἀγεννήτου πρέπει ταῦτα
φιλοσοφεῖν ἢ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀφθάρτου, καὶ ὅλως ἐφ'
ἑκάστης φωνῆς τῆς κατὰ τὸν αὐτὸν τύπον ἐκφερο-
μένης; Ἀλλ' οὐδὲν τῶν ἄλλων αὐτῷ πρὸς τὴν ἀσέ- C
βειαν συνεργεῖ. Διὸ τῶν λοιπῶν οὐδὲ μέμνηται, καί-
τοι μυρίων ὄντων τῶν περὶ Θεοῦ λεγομένων.

in Deo : et invisibile, excedere eum omnem oculorum comprehensionem : et incorporeum, substantiam ejus trina dimensione non constare : et immortale, cum dissolutioni nunquam obnoxium fore : eumdem ad modum dicimus *ingenitum* etiam significare, generationem in ipso non inesse. Proinde si nullum ex illis nominibus privativum est, neque hoc erit. Quod si concedis illa secundum privationem dici, sed id in appellatione ingeniti non admittas : dic, quo habitu **222** præcedente, incorruptibile privationem indicet? aut quomodo ingenitum non idem quod hoc valeat? At circa hoc verbum solum malignis artibus utitur, quod ei hinc impietatis dependent occasiones. Sed artificium ejus manifestum ut fiat, ita facite : quos de ingenito instruit sermones, quod neque ex humano concipiendi modo, neque ex privatione de Deo dici par est; hos translatos in aliud quoddam nomen ex his quæ de Deo dicuntur, consideretis velim. Unicuique enim illorum prorsus convenire comperietis. Et, si vultis, de incorruptibili eadem dicamus, his ipsis quibus utitur verbis huc transmotis. Incorruptibilem autem cum dicimus, non secundum humanum intelligendi modum decorandum esse Deum arbitramur : sed persolvendum ei debitum maxime omnium necessarium, confessionem videlicet, qua eum id esse quod est confiteamur : sed neque secundum privationem : siquidem privationes sunt privationes eorum quæ sunt natura, suntque habitibus posteriores. Cur magis de ingenito hæc affirmare decet, quam de incorruptibili, et omnino de qualibet voce, quæ eodem modo proferatur? Sed meminit quidem reliquorum, etiamsi innumera aliud nihil ei ad impietatem conducit. Quare ne sint quæ de Deo dicuntur.

10. Ἔχει δὲ οὕτως. Ἓν μὲν οὐδέν ἐστιν ὄνομα ὃ πᾶσαν ἐξαρκεῖ τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν περιλαβὸν, ἱκα-
νῶς ἐξαγγεῖλαι· πλείω δὲ καὶ ποικίλα κατ' ἰδίαν
ἕκαστον σημασίαν, ἀμυδρὰν μὲν παντελῶς καὶ μι-
κροτάτην, ὡς πρὸς τὸ ὅλον, ἡμῖν γε μὴν ἐξαρκοῦσαν
τὴν ἔννοιαν συναθροίζει. Ἐν τοίνυν τοῖς περὶ Θεοῦ
λεγομένοις ὀνόμασι, τὰ μὲν τῶν προσόντων τῷ Θεῷ
δηλωτικά ἐστι, τὰ δὲ τὸ ἐναντίον, τῶν μὴ προσόντων.
Ἐκ δύο γὰρ τούτων οἱονεὶ χαρακτήρ τις ἡμῖν ἐγγί-
νεται τοῦ Θεοῦ, ἔκ τε τῆς τῶν ἀπεμφαινόντων ἀρνή-
σεως καὶ ἐκ τῆς τῶν ὑπαρχόντων ὁμολογίας. Οἷον,
ὅταν ἄφθαρτον ὀνομάζωμεν, δυνόμει (65) λέγομεν
ἑαυτοῖς ἢ τοῖς ἀκούουσιν, ὅτι Μὴ οἷόν φθορᾷ τὸν
Θεὸν ὑποκεῖσθαι· καὶ ὅταν ἀόρατον, ὅτι Μὴ ὑπολά-
βῃς αὐτὸν τῇ διὰ τῶν ὄψεων αἰσθήσει καταλαμβά- D

10. Habet autem se res hoc modo. Nullum quidem nomen est quod totam Dei naturam complexum, sat eam possit enuntiare : plura vero et varia, singula in propria significatione, obscuram quidem omnino et perquam exiguam, si cum toto comparetur, nobis tamen sufficientem, intelligentiam congerunt. Itaque inter nomina ea quæ de Deo dicuntur, aliqua significant quæ Deo insunt : aliqua vero econtrario indicant quæ ei non insunt. Ex his enim duobus, et ex eorum quæ dissentanea sunt negatione, et ex eorum quæ adsunt confessione, velut quidam Dei character nobis imprimitur. Exempli causa, cum incorruptibilem nominamus, idem facimus ac si dicamus aut nobis ipsis aut audientibus : Cave putes Deum subjacere corruptioni :

(62) Reg. tertius γένεσιν αὐτῷ. Editi et alii mss. γέννησιν αὐτῷ.

(63) Editi δύναιτ' ἂν τό. At mss. quatuor δύναται τό.

(64) Editi κατὰ τὴν στέρησιν. Articulus in mss. non invenitur. *Neque secundum privationem.* Hoc est, quemadmodum non putamus Deum decorandum esse per privationem : ita non putamus eum decorandum esse per humanum intelligendi modum. Ea igitur videtur fuisse mens Eunomii, aliter judicandum esse de vocibus ἄφθαρτος, ἀθάνατος, ἀόρατος, aliter de voce ἀγέννητος. Illa enim privativa sunt, cum præ se privationem ferant, corruptionis, mortis, visus : sed hoc tale non est, cum privationem non indicet, sed ipsam naturam divinam constituat. Argumentum autem illud Eunomii quam leve sit et futile, ex Basilii verbis perspici potest.

(65) Illud, δυνάμει, qui ita interpretaretur, *æquipollenter*, bene quidem rem expressurum puto, sed non Latine. Aliquanto infra mss. nonnulli μηδὲ ἀρχῆς.

Digitized by Google

et cum invisibilem : Ne existimaveris ipsum oculorum sensu comprehendi : et cum immortalem, Absit ut unquam credas mortem Deo accidere : Sic igitur et cum ingenitum, Ne arbitreris ex ulla causa aut principio exsistentiam Dei dependere. Et ut verbo dicam, ex unoquoque horum docemur, ut ne in indecoras sententias incidamus tum, cum de Deo quidpiam cogitamus. Itaque ut præcipuam Dei proprietatem cognoscamus, alter alteri, cum de Deo sermo habetur, interdicimus ne cogitatione ad ea quæ non oportet deferamur, ne unquam homines putent Deum esse quidquam corruptibile, aut visibile, aut generatum. Quare per omnia hæc prohibitoria nomina, ejus quod alienum est fit quasi negatio quædam, dum singula distinguens mens nostra, eorum quæ in Deo non insunt opiniones **223** exuit. Deum rursus bonum dicimus, et justum, et creatorem, et judicem, aliaque hujusmodi. Quemadmodum igitur in illis hæ voces reprobationem quamdam, ac interdictionem significabant notionum a Deo alienarum : ita hic positionem et naturam eorum quæ propria Dei sunt, convenienterque in eo considerantur, significant. Itaque ex utroque appellationum genere docemur, aut de his quæ adsunt, quod adsint : aut de his quæ absunt, quod absint. Vox autem *ingenitum* ea quæ non adsunt significat : indicat enim Deo generationem non adesse. Hoc autem sive quis privationem, sive interdictionem, sive negationem, sive quid hujusmodi appellare voluerit, haud contendemus. Quod autem nihil eorum quæ in Deo insunt significet ingeniti vox, ex jam dictis satis declaratum esse puto. At substantia non est quidquam eorum quæ non adsunt : sed est ipsum *esse* Dei, quod inter ea quæ non sunt, annumerare, summæ amentiæ est. Etenim si substantia in numero eorum quæ non sunt, locatur, multo minus aliud quidpiam eorum quæ de Deo dicuntur, fuerit. Demonstratum est autem, ingeniti vocem inter ea quæ non adsunt, numerari ; mendax est igitur qui hac voce substantiam significari putat.

11. At vero Eunomius aliquid de Deo secundum privationem dici ægre ferens, tanquam si res esset absurda, ad religiosiorem scilicet sententiam con-

νεσθαι· καὶ ὅταν ἀθάνατον, ὅτι Μήποτε οἰηθῇς θάνατον προσγίνεσθαι τῷ Θεῷ. Οὕτω δὴ καὶ ὅταν ἀγέννητον, ὅτι Μηδεμιᾶς αἰτίας μήτε ἀρχῆς ἐξῆφθαι τὸ εἶναι τοῦ Θεοῦ νομίσῃς. Καὶ ὅλως, ἐξ ἑκάστου τούτων διδασκόμεθα μὴ εἰς ἀπρεπεῖς ἐννοίας ἐν ταῖς περὶ Θεοῦ ὑπολήψεσι καταπίπτειν. Οὐκοῦν ἵνα τὸ ἐξαίρετον ἰδίωμα τοῦ Θεοῦ ἐπιγνῶμεν, ἀπαγορεύομεν ἀλλήλοις ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ λόγοις, μὴ καταφέρειν τὰς διανοίας (66) εἰς ἃ μὴ δεῖ, ἵνα μήποτε οἰηθῶσιν ἐν τῶν φθαρτῶν, ἢ ἐν τῶν ὁρατῶν, ἢ ἐν τῶν γεννητῶν τὸν Θεὸν ὑπάρχειν οἱ ἄνθρωποι. Ὥστε διὰ τούτων γε (67) ἁπάντων τῶν ἀπηγορευμένων ὀνομάτων, οἱονεὶ ἀπάρνησίς τίς ἐστι τοῦ ἀλλοτρίου, διαρθρουμένης ἡμῶν τῆς διανοίας, καὶ τὰς περὶ (68) τῶν μὴ προσόντων αὐτῷ ὑπολήψεις ἀποτιθεμένης. Πάλιν, ἀγαθὸν λέγομεν τὸν Θεὸν, καὶ δίκαιον, καὶ δημιουργὸν, καὶ κριτὴν, καὶ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα. Ὡς οὖν (69) ἐπ' ἐκείνων ἀθέτησίν τινα καὶ ἀπαγόρευσιν τῶν ἀλλοτρίων τοῦ Θεοῦ ἐσήμαινον αἱ φωναὶ, οὕτως ἐνταῦθα θέσιν καὶ ὕπαρξιν τῶν οἰκείων τῷ Θεῷ καὶ πρεπόντως περὶ αὐτὸν θεωρουμένων ἀποσημαίνουσιν. Ἐκ τοίνυν ἑκατέρου τοῦ εἴδους τῶν προσηγοριῶν διδασκόμεθα, ἢ περὶ τῶν προσόντων, ὅτι πρόσεστιν, ἢ περὶ τῶν μὴ προσόντων, ὅτι μὴ πρόσεστι. Τό γε μὴν *ἀγέννητον* τῶν μὴ προσόντων ἐστὶ σημαντικόν· δηλοῖ γὰρ τὸ μὴ προσεῖναι γέννησιν τῷ Θεῷ. Τοῦτο δὲ εἴτε ἀφαιρετικὸν, εἴτε ἀπαγορευτικὸν ἢ ἀρνητικόν τι τοιοῦτον βούλοιτό τις προσαγορεύειν, οὐ διοισόμεθα. Ὅτι δὲ οὐ τῶν ὑπαρχόντων τῷ Θεῷ σημαντικόν ἐστι τὸ ἀγέννητον, ἀρκούντως οἶμαι δηλοῦσθαι τοῖς εἰρημένοις. Ἡ δὲ οὐσία οὐχ ἕν τι τῶν μὴ προσόντων ἐστὶν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ *εἶναι* τοῦ Θεοῦ, ὅπερ ἐν τοῖς μὴ οὖσι καταριθμεῖν παρανοίας ἐστὶ τῆς ἀνωτάτω. Εἰ γὰρ ἡ οὐσία ἐν τοῖς μὴ οὖσι, σχολῇ γε ἂν (70) ἄλλο τι τῶν λεγομένων εἴη. Δέδεικται δὲ ἄρα τὸ ἀγέννητον τοῖς μὴ προσοῦσι συντεταγμένον (71)· ὥστε ψευδὴς ὁ τιθέμενος τῆς οὐσίας αὐτῆς εἶναι τὴν φωνὴν ταύτην δηλωτικήν.

11. Ὁ δὲ, ὡς ἐπ' ἀτόπῳ τῷ κατὰ στέρησίν τι λέγεσθαι περὶ Θεοῦ δυσχεραίνων, ἐπὶ τὸ εὐσεβέστερον (72) δῆθεν καταφεύγει, τὸ εἰς αὐτὴν τὴν οὐσίαν

(66) Scriptum in margine Reg. quarti ἐννοίας. Statim idem codex μήποτε οἰηθῶμεν sed illud quod paulo post legitur, οἱ ἄνθρωποι, eo in codice omittitur.

(67) Vocula γε in majori parte mss. deest.

(68) Illud, καὶ τὰς περὶ, etc., ad verbum sic interpretabere : *et deponit opiniones rerum quæ Deo non adsunt.*

(69) Hæc verba, Ὡς οὖν, etc., sic debent intelligi : quemadmodum nomina privativa, qualia sunt *indivisibile, incorruptibile*, etc., removent a Deo cogitationes quasdam : ita ea nomina quæ privationem non præferunt, quod genus sunt *bonus, justus, creator*, etc., positivum quiddam in Deo ostendunt.

(70) Editi σχολή γ' ἄν. Reg. tertius σχολή γε ἄν. Codex Colb. cum duobus Regiis σχολῇ. bene. Hoc dicit Basilius : Si substantia locatur inter ea quæ in Deo positiva non sunt : longe minus quidvis aliud eorum, quæ de Deo prædicantur, locabitur

.nter ea quæ positiva sunt in Deo. Etenim nihil æque designat in Deo positivum quiddam, atque substantia ipsa, quam omnium basim esse constat. Ex quibus colligi debet, Basilium, ut alias sæpe, ita hic ἐλλειπτικῶς locutum fuisse, sic ut post vocem εἴη subaudiatur ἐν οὖσι, *in exstantibus :* quas duas voces Latinas in interpretatione quoque subaudiendas esse moneo.

(71) Editi ἐν τοῖς μὴ προσοῦσι τεταγμένον. At mss. plerique omnes ut in contextu.

(72) Interpres, qui, ut puto, sibi persuadere non poterat, quidquam pie ab Eunomio dictum fuisse, sibi visus est legere ἐπὶ τὸ ἀσεβέστερον. Ita enim vertit : *ad aliud magis impie dictum refugit.* Sed et editi et mss. habent ἐπὶ τὸ εὐσεβέστερον, *ad aliquid magis pium confugit :* quod ironice dictum esse, nemo non videt. Hoc ipso in loco editio Paris. καταφεύγει, καὶ αὐτὴν τὴν οὐσίαν τίθεται τὸ ἀγέννητον. Editio Ven. καταφεύγει, τῷ αὐτήν, etc., ut in edi-

Digitized by Google

τίθεσθαι τὸ ἀγέννητον, καὶ συνάγων ἑαυτῷ τὸν λόγον πρὸς τὸ κεφάλαιον, οὕτω γράφει·

ΕΥΝ. Οὐκοῦν, εἰ μήτε κατ' ἐπίνοιαν, μήτε κατὰ στέρησιν, μήτε ἐν μέρει (ἀμερὴς γὰρ), μήτε ἐν αὐτῷ ὡς ἕτερον (ἁπλοῦς γὰρ), μήτε παρ' αὐτὸν ἕτερον (εἷς γὰρ καὶ μόνος ἀγέννητος), αὐτὸ ἂν εἴη οὐσία ἀγέννητος.

ΒΑΣ. Ἤγαγε τὸν λόγον ἐφ' ἃ ἐβούλετο, καὶ πανταχόθεν τὸ ἀγέννητον ἀποσπάσας, εἰς αὐτὴν (73) συνήλασεν, ὡς ᾤετο, τὴν οὐσίαν· εἰπὼν περὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων, ὅτι αὐτὸ ἂν εἴη οὐσία ἀγέννητος. Ἐγὼ δὲ τὴν μὲν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ ἀγέννητον εἶναι καὶ αὐτὸς ἂν φαίην, οὐ μὴν τὸ ἀγέννητον τὴν οὐσίαν. Ἔπειτα μέντοι κἀκείνῳ προσέχειν ἄξιον, ὅτι τὸ ἀμερὲς καὶ τὸ ἁπλοῦν, ταυτὸν ὑπάρχον κατὰ τὴν ἔννοιαν (ἀμερές τε (74) γάρ ἐστι τὸ μὴ ἐκ μερῶν συγκείμενον, καὶ ἁπλοῦν ὡσαύτως τὸ μὴ ἐκ πλειόνων τὴν σύστασιν ἔχον), οὗτος ὡς διαφέροντα τῷ ὑποκειμένῳ διίστησιν ἀπ' ἀλλήλων. Εἶτα ἀπαγορεύει μὴ δεῖν καταμερίζειν τὸν Θεὸν, μηδὲ τὸ μέν τι αὐτοῦ ἀγέννητον, τὸ δὲ γεννητὸν ὑποπτεύειν· μηδ' αὖ ἐγκεῖσθαι ὡς ἕτερον ἐν ἑτέρῳ νομίζειν αὐτῷ τὸ ἀγέννητον. Τούτων δὲ τὸ μάταιον ἀποκνῶ διελέγχειν. Ἔοικε γάρ πως συνεξομοιοῦσθαι τῷ ματαιολογοῦντι ὁ ἀντιλέγων. Διόπερ, οἶμαι, ὁ σοφὸς παρεγγυᾷ Σολομὼν μὴ ἀποκρίνασθαι (75) τῷ ἄφρονι κατὰ τὴν ἐκείνου ἀφροσύνην. Τοὺς γὰρ (76) μήτε εἰρημένους μήτε λεχθέντας ποτὲ λόγους ὑπὸ διαίρεσιν ἤγαγεν, ἵνα δόξῃ ἐν πολλοῖς τοῖς ἀπηριθμημένοις, καθ' ἕνα μόνον τρόπον, οἰκείως ἐξευρίσκειν λεγόμενον τὸ ἀγέννητον. Ἡμῖν δὲ ἴσως πλείονος ἔδει λόγου πρὸς τὴν τοῦ ψεύδους παράστασιν, καὶ πρὸς τὸ δεῖξαι, ὅτι περ οὐκ οὐσία Θεοῦ τὸ ἀγέννητον, εἴπερ τὰ ἐν τῇ διαιρέσει παρ' αὐτοῦ ἀπηριθμημένα μὴ σαφῶς ἐξελήλεγκτο. Εἰ γὰρ ἰσχυρῶς εἶχεν ὁ λόγος αὐτῷ, ὅτι οὔτε κατ' ἐπίνοιαν οὔτε κατὰ στέρησιν λαμβάνεται τὸ ἀγέννητον, οὐδ' οὕτω μὲν ἂν πάντως ἀκολουθίαν εἶχε τὸ συναγόμενον. Τίς γὰρ ἡ ἀνάγκη, ὑπὸ ἓν τῶν ἀπηριθμημένων τὴν ἀγεννησίαν πεσεῖν; Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπειδὴ αὐτὸς ὡς ἀναγκαίως συνημμένον τοῖς προάγουσιν ἐπιφέρει τὸ, Οὐκοῦν εἰ (77) μήτε κατ' ἐπίνοιαν, μήτε κατὰ στέρησιν, μήτε κατὰ ἄλλον τινὰ τῶν ἀπηριθμημένων τρόπον, αὐτὸ ἂν εἴη οὐσία ἀγέννητος· οὕτως ἡμεῖς ἀντιστρέψαντες εἴπωμεν, ὅτι Οὐκοῦν ἐπειδὴ κατ' ἐπίνοιαν θεωρεῖται, καὶ στερητικόν ἐστι τὸ ὄνομα, οὐχὶ οὐσία τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγέννητον. Ἕως γὰρ οὐκ

fugit; eo nimirum, ut in ipsa substantia ingenitum constituat; sermonemque in summam contrahens, ita scribit:

Eun. Igitur si neque secundum concipiendi modum, neque secundum privationem, neque in parte (quippe est indivisibilis), neque in ipso velut aliud (simplex namque est), neque præter eum aliud (unus enim est et solus ingenitus): hoc ipsum fuerit utique substantia ingenita.

Bas. Perduxit orationem quo voluit; et posteaquam undelibet ingenitum extrusit, in ipsam, ut putavit, substantiam intrusit, quippe qui de Deo universorum dixerit, quod ingenitum ipsa ingenita substantia sit. Ego vero substantiam Dei ingenitam esse, etiam ipse dixerim, non autem ingenitum esse substantiam. Deinde illud quoque attendere operæ pretium est, quod indivisibile et simplex, quæ eadem sunt inter se significatione (indivisibile enim est quod ex partibus non componitur, et simplex similiter quod e pluribus non constat); hic quasi diversa sint subjecto, alterum ab altero separat. Postea vetat, Deum dividi oportere, aut aliam ipsius partem ingenitam, aliam genitam suspicari, aut rursus arbitrari, ingenitum in ipso velut aliud in alio situm esse. Horum autem verborum vanitatem piget me confutare. Videtur enim quodammodo similis fieri ei qui vana dicit, is qui contradicit. **224** Quapropter, opinor, sapiens Salomon admonet [69], ut ne respondeamus insipienti juxta insipientiam illius. Quæ enim neque dicta, neque prolata sunt unquam, ea hic suæ divisioni subjecit, ut, multis enumeratis, invenire videatur ingenitum unico modo proprie dici. Nobis autem fortasse longiori opus esset oratione, ut mendacium detegeremus, ingenitumque substantiam Dei non esse demonstraremus: nisi quæ ab eo per divisionem enumerata sunt, jam liquido refutata essent. Nam etiamsi vim haberet allata ab illo ratio, quod neque ex intelligendi modo, neque ex privatione ingenitum accipitur: utique ne sic quidem id quod colligit, consequeretur. Quid enim necesse est sub uno enumeratorum contineri ingenitum? Sed quoniam ipse tanquam aliquid præcedentibus necessario conjunctum infert illud: Igitur si neque secundum intelligentiam, neque secundum privationem, neque secundum alium ullum ex enumeratis modum, ingenitum utique ipsamet fuerit substantia ingenita: nos retorquentes sic dicamus: Igitur quoniam

[69] Prov. xxvi, 4.

tione Paris. Codex Colb. et alii quinque Regii καταφεύγει, τὸ εἰς αὐτὴν τὴν οὐσίαν τίθεσθαι τὸ ἀγέννητον. Supple ἤτοι ἐπί, ut legas ἤτοι ἐπὶ τὸ εἰς αὐτὴν τήν, etc. Videlicet eo confugit: aut illud, τὸ εἰς αὐτήν, inverte, ut legas, εἰς τὸ αὐτὴν τήν, etc., *ita ut arbitretur illud, ingenitum*, ipsam esse substantiam. Etenim principiis suis insistens Eunomius, mox ait illud, *ingenitus*, ipsam esse substantiam.

(73) Reg. quartus ἀποσπάσας ἐπ' αὐτήν.

(74) Sic mss. tres. Abest τε a vulgatis.

(75) Antiqui duo libri μὴ ἀποκρίνεσθαι.

(76) Horum verborum, Τοὺς γάρ, etc., hæc est sententia: divisionem illam, μήτε κατ' ἐπίνοιαν, μήτε κατὰ στέρησιν, μήτε ἐν μέρει, Eunomius finxit, eamque primus evulgavit.

(77) Illa, Οὐκοῦν εἰ, ita intellige: Si neque secundum nostram intelligendi rationem, neque secundum privationem, neque secundum alios quos enumeravimus intelligendi modos *ingenitum* de Deo dicitur; necesse est ut *ingenitum* ipsa sit ingenita essentia substantiaque.

Digitized by Google

ratione consideratur, et privativum nomen est, non est substantia Dei ingenitum. Quandiu enim quæ nobis dicta sunt non refutat, nec suis propositionibus robur addit, id quod colligit, nullum locum habebit.

12. In summa, quod putat se Dei, qui super omnia est, substantiam ipsam adinvenisse, quantæ superbiæ est atque elationis! Fere enim jactantia superant vel illum ipsum, qui dixit: *Super astra ponam sedem meam*[70]: qui scilicet non contra stellas aut cœlum insurgant, sed ipsam Dei universorum substantiam pervadere se glorientur. Percontemur autem eum, undenam comprehendisse se eam dicat. Ex communine notione? At hæc Deum esse, non quid sit, nos admonet. An ex doctrina Spiritus? Quali, aut ubi tradita? Nonne magnus ille David cui occulta absconditaque suæ sapientiæ Deus manifestavit, palam confitetur inaccessam esse Dei cognitionem, cum dicit: *Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est; num potero ad eam*[71]? Isaias autem dum majestatem Dei specularetur, quid nobis de divina substantia declaravit? qui proferens de Christo vaticinium, testatur his verbis: *Generationem ejus quis enarrabit*[72]? Quid vero vas electionis Paulus, qui loquentem in se habebat Christum, qui ad tertium usque cœlum raptus est, qui arcana audivit verba, quæ non licet homini loqui; quam nobis de substantia Dei doctrinam reliquit? Hic ad particulares providentiæ rationes cum respexisset, velut vertigine laborans propter insuperabilem contemplandi difficultatem, quasi clamans vocem illam emisit: *O altitudo divitiarum et sapientiæ et cognitionis Dei: quam inscrutabilia sunt judicia ejus, et impervestigabiles viæ ejus*[73]! Quod si hæc illi ipsi qui ad mensuram cognitionis Pauli pervenerunt, assequi non possunt; quanta est superbia eorum, qui se substantiam **225** Dei profitentur cognoscere? Quos profecto libens interrogaverim, quidnam de terra in qua commorantur, et ex qua nati sunt, dicant, quam ejus nobis exponant substantiam: ut si de iis quæ humi sunt ac pedibus subjacent, certo indubitanterque disserant, tunc eis quoque, cum de rebus intellectum omnem superantibus sententiam proferunt, fidem habeamus. Quæ igitur substantia est terræ? quis comprehensionis modus? Respondeant nobis utrum eam ratio assequatur, an sensus? sed si sensum dicent, quo sensu potest comprehendi? Visune? At hic colores percipit. An tactu? At hic duritiem et mollitiem, calidum et frigidum, et alia hujusmodi discernit: quorum nihil ullus, nisi in summam dementiam lapsus, substantiam dixerit. De gustu vero, deque olfactu quid attinet dicere? quorum alter sapores, alter vapores attingit.

A ἐλέγχει τὰ εἰρημένα, οὐδὲ ταῖς προτάσεσιν ἑαυτοῦ τὴν ἰσχὺν ἀποδίδωσιν, οὐδεμίαν αὐτῷ χώραν ἕξει τὸ συναγόμενον.

12. Ὅλως δὲ, τὸ οἴεσθαι τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ αὐτὴν τὴν οὐσίαν ἐξευρηκέναι, πόσης ὑπερηφανίας ἐστὶ καὶ φυσιώσεως! Σχεδὸν γὰρ καὶ αὐτὸν ἀποκρύπτουσι τῇ μεγαληγορίᾳ τὸν εἰπόντα· *Ἐπάνω τῶν ἄστρων θήσομαι τὸν θρόνον μου*· οἱ γε οὐχὶ ἀστέρων, ἢ οὐρανοῦ κατατολμῶσιν, ἀλλ' αὐτὴν ἐμβατεύειν τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων τὴν οὐσίαν ἀλαζονεύονται. Ἐξετάσωμεν γὰρ αὐτὸν, πόθεν αὐτῆς φησιν ἐν περινοίᾳ γεγενῆσθαι. Ἆρ' ἐκ τῆς κοινῆς ἐννοίας (78); Ἀλλ' αὕτη τὸ εἶναι τὸν Θεὸν, οὐ τὸ τί εἶναι ἡμῖν ὑποβάλλει. Ἀλλ' ἐκ τῆς διδασκαλίας B τοῦ Πνεύματος; Ποίας; ἢ τῆς ποῦ κειμένης; Οὐχ ὁ μὲν μέγας Δαβὶδ, ᾧ τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς ἑαυτοῦ σοφίας ἐδήλωσεν ὁ Θεὸς, φανερῶς ὁμολογεῖ (79) τῆς γνώσεως τὸ ἀπρόσιτον, λέγων· *Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς* (80) *σου ἐξ ἐμοῦ, ἐκραταιώθη· οὐ μὴ δύκωμαι πρὸς αὐτήν*; Ἡσαΐας δὲ, ὁ ἐν θεωρίᾳ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ γενόμενος, τί περὶ τῆς θείας οὐσίας ἐδήλωσεν ἡμῖν; ὅς γε ἐν τῇ περὶ Χριστοῦ προφητείᾳ διαμαρτύρεται λέγων· *Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται*; Τί δὲ τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς Παῦλος, ὁ λαλοῦντα ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν Χριστὸν, ὁ ἕως τρίτου ἁρπαγεὶς οὐρανοῦ, ὁ τὰ ἄῤῥητα ἀκούσας ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι, τίνα ἡμῖν περὶ οὐσίας Θεοῦ διδασκαλίαν ἀφῆκεν; ὅς γε ὅτε εἰς τοὺς μερικοὺς τῆς οἰκονομίας διέκυψε λόγους, οἷον C ἰλιγγιάσας πρὸς τὸ τῆς θεωρίας ἀδιεξόδευτον, ἐκείνην ἐξεβόησε τὴν φωνήν· *Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ· ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ*! Εἰ δὲ ταῦτα τοῖς εἰς τὸ τῆς Παύλου γνώσεως μέτρον ἐφθακόσιν ἀνέφικτα, πόσος ὁ τῦφος τῶν ἐπαγγελλομένων εἰδέναι τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν; Οὓς ἡδέως ἂν ἐρωτήσαιμι περὶ τῆς γῆς ἐφ' ἧς ἑστᾶσι, καὶ ἀφ' ἧς γεγόνασι, τί ποτε λέγουσι; τίνα αὐτῆς τὴν οὐσίαν ἀπαγγέλλουσιν ἡμῖν; ἵνα, ἐὰν ἄρα περὶ τῶν χαμαὶ καὶ ὑπὸ τοῖς ποσὶ κειμένων ἀναντιῤῥήτως ἡμῖν διαλεχθῶσι, τότε αὐτοῖς καὶ περὶ τῶν ἐπέκεινα πάσης ἐννοίας διατεινομένοις πιστεύσωμεν. Τίς οὖν τῆς γῆς ἡ οὐσία; ποῖος τρόπος τῆς καταλήψεως; Ἀποκρινάσθωσαν ἡμῖν, πότερον λόγος ἐφίκετο ταύτης, ἢ αἴσθησις; καὶ εἰ μὲν τὴν αἴσθησιν φήσουσι, ποίᾳ τῶν αἰσθήσεών ἐστι καταληπτή; Ὁράσει; Ἀλλὰ χρωμάτων ἐστὶν ἀντιληπτικὴ αὕτη. Ἀλλ' ἁφῇ; Καὶ αὕτη (81) σκληρότητος καὶ ἁπαλότητος, καὶ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ τῶν τοιούτων ἐστὶ διακριτική, ὧν οὐδὲν ἄν τις οὐσίαν εἴποι, μὴ εἰς ἔσχατον παρανοίας ὑπενεχθείς. Περὶ γεύσεως δὲ καὶ ὀσφρήσεως τί χρὴ καὶ

[70] Isa. xiv, 13. [71] Psal. cxxxviii, 6. [72] Isa. liii, 8. [73] Rom. xi, 33

(78) Colb. Ἆρα ἐκ τῆς κοινῆς οὐσίας; *An ex communi essentia?* Male.

(79) Reg. tertius ἐδήλωσε φανερῶς ὁ Θεὸς, ὁμολογεῖ, non ita recte.

(80) Libri veteres ἡ γνῶσις. Articulus in excusis desideratur. Statim in quatuor mss. reperitur interrogationis nota post vocem αὐτήν; *Num potero ad eam?*

(81) Editi Ἀλλὰ ἁφῇ; Καὶ αὐτή. At mss. duo Ἀλλ' ἁφῇ; καὶ αὕτη.

Digitized by Google

λέγειν ; ὧν ἡ μὲν χυμῶν, ἡ δὲ ἑτέρα τῶν ἀτμῶν τὴν ἀντίληψιν ἔχει. Ἀκοὴ δὲ ψόφων ἐστὶ καὶ φωνῶν αἰσθητικὴ, τῶν οὐδεμίαν ἐχόντων πρὸς τὴν γῆν οἰκειότητα. Λείπεται οὖν τῷ λόγῳ φάσκειν αὐτοὺς τὴν οὐσίαν αὐτῆς εὑρηκέναι. Ποίῳ τούτῳ ; ποῦ τῆς Γραφῆς κειμένῳ ; ὑπὸ τίνος τῶν ἁγίων παραδοθέντι ;

13. Ὁ μέν γε περὶ τῆς κτίσεως ἡμῖν διαλεχθεὶς, τοσοῦτον ἡμᾶς ἐδίδαξεν, ὅτι *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος* · ἐξαρκεῖν ἡγούμενος τὸν ποιήσαντα αὐτὴν καὶ διακοσμήσαντα διαγγεῖλαι · τίς δὲ ἡ οὐσία ταύτης περιεργάζεσθαι, ὡς μάταιον καὶ ἀνωφελὲς τοῖς ἀκούουσι παρητήσατο. Εἰ τοίνυν μήτε τῇ ἐκ τῆς αἰσθήσεως μαρτυρίᾳ, μήτε τῇ ἐκ τοῦ λόγου διδασκαλίᾳ, ἡ γνῶσις αὐτῆς βεβαιοῦται, πόθεν ἔτι φήσουσι τὴν κατάληψιν αὐτῆς ἐσχηκέναι; Τὸ μὲν γὰρ ὅσον αὐτῆς αἰσθητὸν, ἢ χρῶμά ἐστιν, ἢ ὄγκος, ἢ βάρος, ἢ κουφότης, ἢ πυκνότης, ἢ χαυνότης, ἢ ἀντιτυπία, ἢ ἀπαλότης, ἢ ψυχρότης, ἢ θερμότης, ἢ αἱ κατὰ τοὺς χυμοὺς ποιότητες, ἢ αἱ κατὰ σχῆμα διαφοραὶ (82) · ὧν οὐδὲν ἂν οὐσίαν εἴποιεν οὗτοι, οὐδὲ εἰ πάντα ῥᾳδίως λέγοιεν. Λόγῳ δὲ πάλιν οὐδενὶ γέγονε θεωρητὴ τῶν σοφῶν καὶ μακαρίων ἀνδρῶν · ποῖος οὖν ἔτι τρόπος τῆς γνώσεως ὑπολείπεται (83) ; Ἀποκρινάσθωσαν ἡμῖν οἱ περιφρονοῦντες μὲν πάντα τὰ ἐν ποσὶ, διαβαίνοντες δὲ τὸν οὐρανὸν, καὶ πάσας τὰς ὑπερκοσμίους δυνάμεις, αὐτῇ δὲ τῇ πρώτῃ οὐσίᾳ διὰ τοῦ νοῦ συναπτόμενοι. Ἀλλ' ἔοικεν ὁ τῦφος πάντων εἶναι τῶν ἐν ἀνθρώποις παθῶν (84) χαλεπώτατον, καὶ ὄντως τῷ τοῦ διαβόλου κρίματι περιβάλλειν, οἷς ἂν προσγένηται (85). Ὅθεν καὶ οὗτοι οὐδὲ τῆς γῆς, ἣν καταπατοῦσι, τὴν φύσιν, ἥτις ἐστὶν, ἐπιστάμενοι, αὐτὴν ἐμβατεύειν τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἀλαζονεύονται (86). Καὶ τοῖς μὲν ἁγίοις αὐτοῦ ὁ Θεὸς, τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῷ Ἰακὼβ, ὧν, διὰ τὸ εἰς πᾶσαν ἀρετὴν τελεῖν, καὶ τὸ Θεὸς ὀνομάζεσθαι, ὡς τι ἐξαίρετον καὶ πρέπον τῇ ἑαυτοῦ μεγαλειότητι, προετίμησε, λέγων ἑαυτὸν Θεὸν Ἀβραὰμ, καὶ Θεὸν Ἰσαὰκ, καὶ Θεὸν Ἰακώβ · *Τοῦτο γάρ μού ἐστιν* (87) *ὄνομα αἰώνιον*, φησὶ, *καὶ μνημόσυνόν μου γενεὰν γενεᾶς*. Τούτοις τοίνυν οὐδὲ τὸ ὄνομα ἑαυτοῦ ἐδήλωσεν ὁ Θεὸς, ἥπου γε τὴν οὐσίαν ἥτις ἐστὶν ἀπεκάλυψεν. *Ἐγὼ γὰρ*, φησὶ, *Κύριος* · *καὶ ὤφθην πρὸς Ἀβραὰμ* (88), *καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ, Θεὸς ὢν αὐτῶν* · *καὶ τὸ ὄνομά μου οὐκ ἐδήλωσα αὐτοῖς* · ὡς μεῖζον δηλονότι ἢ ὥστε ἀνθρωπίνῃ ἀκοῇ χωρηθῆναι. Εὐνομίῳ (89) δὲ, ὡς ἔοι-

A Auditus denique sonos percipit et voces, quibus nihil est affinitatis cum terra. Reliquum igitur est, ut sermone invenisse se ejus substantiam dicant. Quo tandem ? et quo loco Scripturæ editus est ? a quo sanctorum traditus ?

13. Certe de creatione qui disseruit, tantum docuit nos, Deum in principio fecisse cœlum et terram, atque terram fuisse invisibilem et inornatam [74] ; satis sibi esse ratus, eum qui hanc fecit atque exornavit, prædicare : quæ vero ejus substantia foret, tanquam si fuisset quiddam vanum et audientibus inutile, noluit curiosius investigare. Itaque si neque ex sensuum testimonio, neque ex sermonis doctrina, cognitio ejus constat, unde jam B dicent comprehensionem ipsius adeptos esse ? Nam quod in ea sensibile est, aut color est, aut moles, aut gravitas, aut levitas, aut densitas, aut raritas, aut durities, aut mollities, aut frigiditas, aut caliditas, aut humorum qualitates, aut figuræ diversitas : quorum hi nihil dixerint substantiam, etiamsi omnia facile soleant affirmare. Rursus nullo sermone sapientium virorum atque beatorum percepta est. Quis igitur jam superest modus comprehensionis ? Respondeant nobis qui cuncta quæ sub pedibus sunt, despiciunt : cœlum vero et quaslibet cœlestes potestates transcendunt, ac ipsi primæ substantiæ mente conjunguntur. Sed videtur arrogantia omnium humanorum vitiorum gravissimum esse, et quibus inest, eos vere diaboli crimine implicari. C Unde etiam hi, ne noscentes quidem qualis sit terræ quam calcant natura, ipsam Dei universorum substantiam adire se arroganter asserunt. Et Deus sanctis quidem suis, Abraham et Isaac et Jacob, quorum, ob totius virtutis perfectionem, quasi hoc fuisset præcipuum quiddam ac majestati suæ conveniens, Deus etiam nominari voluit, Deum Abraham seipsum appellans, et Deum Isaac, et Deum Jacob : *Hoc enim nomen meum est æternum*, inquit, *et memoriale generationum generationibus* [75]. Iis igitur ne suum quidem nomen declaravit Deus, nedum quæ sit sua ipsius essentia, revelarit. *Ego enim*, inquit *Dominus : et visus sum Abraham et Isaac* **226** *et Jacob, Deus exsistens ipsorum ; et* D *nomen meum non indicavi ipsis* [76] ; tanquam majus videlicet, quam ut humanæ aures capiant. At Eunomio, ut videtur, non nomen modo, sed etiam suam

[74] Gen. I, 1, 2. [75] Exod. III, 15. [76] Exod. VI, 2, 3.

(82) Editi διαφοραὶ, ἢ μέγεθος. Sed illud, ἢ μέγεθος, delendum censuimus, fidem veterum quatuor librorum secuti. Nec valde admodum dubito, quin melius absit, cum aliquanto ante vox ὄγκος posita sit, quæ non raro, ut notum est, idem valet quod vox μεγέθος. Accedit etiam, quod has duas voces interpres vetus non agnoverit. Ibidem mss. οὐδὲν ἄν. Vocula ἄν in editis deerat.

(83) Reg. quartus γνώσεως ὑπολέλειπται. Ibidem editi ἀποκρινέσθωσαν ἡμῖν οἱ περιφρονοῦντες πάντα. Codex Colb. et Regii tres ita, ut edidimus.

(84) Reg. quartus τῶν ἀνθρωπίνων παθῶν.

(85) Potest hic locus, si libet, verti et hoc modo : *et in quibus inest, eos vere diaboli condemnationi obnoxios reddere.* Mox editi ἧς καταπατοῦσι. At mss. non pauci ἣν.

(86) Editi ἀλαζονεύοντας, negligentia operarum. Aliquanto post Reg. quartus τῇ αὐτοῦ μεγαλειότητι.

(87) Reg. quartus γάρ μοί ἐστιν. Infra mss. multi ἥπου τὴν οὐσίαν.

(88) Editi et unus codex καὶ ὤφθην τῷ Ἀβραάμ. Alii quinque mss. καὶ ὤφθην πρὸς Ἀβραάμ, et ita editum invenitur apud LXX.

(89) Editi et Reg. secundus χωρηθῆναι δυνάμενον. Alii tres mss. χωρηθῆναι μὴ δυνάμενον. Regii duo et Colb. χωρηθῆναι. Εὐνομίῳ, et ita edendum judicavimus. Et vero illud, ὥστε, regit infinitivum χω-

Digitized by Google

ipsam essentiam Deus patefecit : et arcanum tantum quod nulli sanctorum fuit apertum, ipse in suis libris conscribens prodit, ac temere apud omnes homines effutit. Et quæ quidem in promissionibus nobis reposita sunt, humanam omnem cognitionem excedunt, et pax Dei intellectum omnem superat[77] : ipsam vero Dei essentiam supra omnem intelligentiam et supra humanam omnem cognitionem esse non vult.

14. Ego vero ipsius comprehensionem non homines solum, sed omnem etiam rationalem naturam excedere arbitror. Nunc autem cum dico rationalem, creatam dico. Nam soli Filio notus est Pater, et Spiritui sancto. *Nemo enim novit Patrem nisi Filius*[78]. Et : *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunditates Dei. Nemo enim novit*, inquit, *quæ hominis sunt, nisi spiritus hominis qui est in eo : et quæ Dei sunt, nemo novit, nisi Spiritus qui est ex Deo*[79]. Quid igitur præcipui relinquent Unigeniti cognitioni, aut sancti Spiritus, siquidem ipsi ipsam essentiam comprehendunt? Nec enim potentiæ, bonitatis ac sapientiæ Dei contemplationem Unigenito attribuentes, accommodatam sibi esse essentiæ intelligentiam putabunt. Nam contra omnino, constat ipsam quidem essentiam nulli nisi Unigenito et Spiritui sancto cogitabilem esse; sed ab operationibus Dei subvectos nos, et per ea quæ condita sunt conditorem intelligentes, sic bonitatem ac sapientiam ejus percipere. De Deo enim notum est, quod cunctis hominibus Deus manifestavit[80]. Nam quæ apud theologos de essentia Dei conscripta esse videntur, per quasdam tropologias aut etiam allegorias, ad alias notiones ferunt. Quare si quis citra examen secundum sensum magis obvium litteræ nudæ insistere contendat, ad Judaicas et aniles fabulas devolutus, omnino ejus de Deo notionis, quæ digna sit, inops consenescet. Nam præterquam quod materialem quamdam essentiam Dei intelliget, eaque in re impiis gentibus assentietur, ipsam quoque et variam et compositam animo sibi finget. Cum enim propheta narret electrinum quidem Deum esse a lumbis usque ad superna, ex igne vero inferna conflata esse[81] : quicunque ad altiorem intellectum per litteram non ascendit, sed corporeis inhærens descriptionibus, et talem esse Dei essentiam ab Ezechiele edoctus, rursus Deum ignem esse a Moyse audiet[82], atque a sapiente Daniele ad alias opiniones deduce-

κεν, οὐ τὸ ὄνομα μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν αὐτοῦ (90) τὴν οὐσίαν ὁ Θεὸς ἐνεφάνισε· καὶ τὸ τοσοῦτον ἀπόρρητον, ὃ μηδενὶ τῶν ἁγίων ἐφανερώθη, αὐτὸς ἐν βίβλοις γράφων δημοσιεύει καὶ ἐκλαλεῖ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀπερισκέπτως. Καὶ τὰ μὲν ἐν ἐπαγγελίαις ἀποκείμενα ἡμῖν ὑπὲρ πᾶσαν γνῶσίν ἐστιν ἀνθρωπίνην, καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ ὑπερέχει πάντα νοῦν· αὐτὴν δὲ τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ οὐ καταδέχεται ὑπὲρ πάντα νοῦν καὶ ὑπὲρ πᾶσαν γνῶσιν ἀνθρώπων εἶναι.

14. Οἶμαι δὲ οὐκ ἀνθρώπους μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν λογικὴν φύσιν ὑπερβαίνειν αὐτῆς τὴν κατάληψιν. Λογικὴν δὲ νῦν τὴν ἐν τῇ κτίσει λέγω. Υἱῷ γὰρ μόνῳ γνωστὸς ὁ Πατὴρ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· ὅτι *Οὐδεὶς οἶδε τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Υἱός*· καὶ, *Τὸ Πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ. Οὐδεὶς γὰρ οἶδε*, φησὶ, *τὰ τοῦ ἀνθρώπου εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ* (91)· *καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς ἔγνωκεν εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ*. Τί οὖν ἐξαίρετον τῇ γνώσει τοῦ Μονογενοῦς ἢ τοῦ ἁγίου Πνεύματος καταλείψουσιν, εἴπερ αὐτοὶ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἔχουσι τὴν κατάληψιν; Οὐ γὰρ δή, τῆς δυνάμεως, καὶ τῆς ἀγαθότητος, καὶ τῆς σοφίας τοῦ Θεοῦ τῷ Μονογενεῖ τὴν θεωρίαν προσνείμαντες, σύμμετρον ἑαυτοῖς θήσονται τῆς οὐσίας τὴν κατανόησιν. Πᾶν γάρ που τὸ ἐναντίον, εἰκὸς αὐτὴν μὲν τὴν οὐσίαν ἀπερίοπτον εἶναι παντὶ, πλὴν εἰ τῷ (92) Μονογενεῖ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· ἐκ δὲ τῶν ἐνεργειῶν τοῦ Θεοῦ ἀναγομένους ἡμᾶς, καὶ διὰ τῶν ποιημάτων τὸν ποιητὴν ἐννοοῦντας, τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ καὶ τῆς σοφίας λαμβάνειν τὴν σύνεσιν. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ (93), ὃ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁ Θεὸς ἐφανέρωσεν. Ἐπεί γε ὅσα παρὰ τοῖς θεολόγοις περὶ οὐσίας Θεοῦ ἀναγεγράφθαι δοκεῖ τροπολογίαις τισὶν ἢ καὶ ἀλληγορίαις, πρὸς ἑτέρας ἐννοίας οἱ λόγοι φέρουσιν. Ὥστε εἴ τις ἀβασανίστως κατὰ τὴν πρόχειρον ἐκδοχὴν ψιλῷ παρίστασθαι φιλονεικοίη τῷ γράμματι, πρὸς Ἰουδαϊκοὺς καὶ γραώδεις μύθους ἐκτραπείς, πτωχὸς παντελῶς τῶν ἀξίων περὶ Θεοῦ νοημάτων καταγηράσει. Πρὸς γὰρ τῷ ὑλικήν τινα ἐννοεῖν τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ κατὰ τοῦτο τοῖς ἀθέοις τῶν Ἑλλήνων συμφέρεσθαι, ἔτι καὶ ποικίλην καὶ σύνθετον ὑπολήψεται ταύτην. Ἠλέκτρινον μὲν τὸ ἀπὸ ὀσφύος ἕως ἄνω τὸν Θεὸν εἶναι τοῦ προφήτου διηγουμένου, ἐκ πυρὸς δὲ συμβεβλῆσθαι τὰ κάτω· ὁ δὲ μὴ πρὸς ὑψηλοτέρας ἐννοίας ἀναβαίνων διὰ τοῦ γράμματος (94), ἀλλ' αὐτοῦ που ταῖς σωματικαῖς ἐγκαταμένων ὑπογραφαῖς, καὶ τοιαύτην τοῦ

[77] Philipp. IV, 7. [78] Matth. XI, 27. [79] I Cor. II, 10, 11. [80] Rom. I, 19. [81] Ezech. VIII, 2. [82] Deut. 4 24.

ρηθῆναι, nec necesse fuit addere, aut δυνάμενον, aut μὴ δυνάμενον : imo tum hoc, tum illud pariter παρέλκειν obscurum non est.

(90) Codex unus αὐτὴν ἑαυτοῦ. Mox editi καὶ τοσοῦτον τὸ ἀπόρρητον. Illud, ἀπόρρητον, caret articulo in omnibus nostris codicibus : sed reperitur in quatuor mss. ante vocem τοσοῦτον.

(91) Codices non pauci τὸ πνεῦμα τὸ ἐν αὐτῷ. Editi et Reg. quintus τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ. Ibidem editi εἰ μὴ πνεῦμα τό. Libri veteres τὸ πνεῦμα.

(92) Editi et codex unus πλὴν ἢ τῷ. Alii sex mss. πλὴν εἰ τῷ. Mox editi τῆς σοφίας αὐτοῦ. Illud, αὐτοῦ, in mss. non invenitur; ob idque delendum censuimus.

(93) Illud, γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, ita redditum est in Vulgata : *Quod notum est Dei*; apud Erasmum, hoc modo : *Id quod de Deo cognosci potest.*

(94) Reg. quartus διὰ τῶν γραμμάτων.

Digitized by Google

Θεοῦ τὴν οὐσίαν παρὰ τοῦ Ἰεζεκιὴλ διδαχθεὶς, πάλιν πῦρ εἶναι τὸν Θεὸν παρὰ τοῦ Μωσέως ἀκούσεται, καὶ παρὰ τοῦ σοφοῦ Δανιὴλ πρὸς ἄλλας ὑπολήψεις ἀπενεχθήσεται· καὶ οὕτως οὐ ψευδεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ μαχομένας ἀλλήλαις ἐκ τῶν Γραμμάτων εὑρεθήσεται τὰς φαντασίας ἀναλεγόμενος. Ἀφεμένοις (95) οὖν τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν πολυπραγμοσύνης ὡς ἀνεφίκτου, τῇ ἁπλῇ παραινέσει τοῦ Ἀποστόλου πειστέον, λέγοντος· *Πιστεῦσαι γὰρ δεῖ πρῶτον, ὅτι ἔστι Θεὸς, καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται.* Οὐ γὰρ ἡ τοῦ τί ἐστιν ἐξερεύνησις, ἀλλ' ἡ τοῦ ὅτι ἔστιν ὁμολογία τὴν σωτηρίαν ἡμῖν (96) παρασκευάζει. Ἐπεὶ οὖν ἀπερινόητος ἀνθρώπου φύσει καὶ ἄῤῥητος παντελῶς ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ ἀποδέδεικται, λειπόμενόν ἐστι περὶ τῆς ἀγεννησίας αὐτῆς τί τέ ἐστι, καὶ πῶς ἐπιθεωρεῖται τῷ Θεῷ τῶν ὅλων διεξελθεῖν.

A tur [83]; atque hoc pacto non falsas solum, sed inter se etiam pugnantes imaginationes ex Scripturis colligere reperietur. Proinde curiosa essentiæ indagatione, tanquam quæ captum nostrum superet, **227** relicta, credendum nobis est simplici consilio Apostoli, qui dicit : *Nam primum credere oportet, esse Deum, et esse remuneratorem quærentibus se* [84]. Non enim investigatio qua perscrutamur quid sit, sed confessio qua ipsum esse confitemur, salutem nobis conciliat. Quare cum demonstratum sit, essentiam Dei ab humana natura intelligi ac explicari nullo modo posse, reliquum est ut de ipsa ingeneratione inquiramus quid sit, et quomodo eam in Deo universorum speculemur.

15. Εὑρίσκομεν οὖν λογιζόμενοι, ὅτι οὐκ ἐν τῇ τοῦ τί ἐστιν ἀνερευνήσει ἡ τοῦ ἀγεννήτου ἡμῖν ἔννοια ὑποπίπτει, ἀλλὰ μᾶλλον, ἵνα βιασάμενος (97) εἴπω τὸν λόγον, ἐν τῇ τοῦ ὅπως ἐστίν. Ἐξετάζων γὰρ ἡμῶν ὁ νοῦς, εἰ ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς ἑαυτοῦ τινα αἰτίαν ὑπερκειμένην ἔχει, εἶτα οὐ δυνάμενος ἐπινοεῖν οὐδεμίαν, τὸ ἄναρχον αὐτοῦ τῆς ζωῆς ἀγέννητον προσηγόρευσεν. Ὡς γὰρ ἐν τοῖς περὶ τῶν ἀνθρώπων λόγοις, ὅταν λέγωμεν ὅτι, Ὁ δεῖνα ἐκ τοῦδε γέγονεν, οὐ τὸ τί ἐστιν ἑκάστου, ἀλλὰ τὸ ὅθεν γέγονε διηγούμεθα· οὕτω καὶ ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ ἡ *ἀγέννητος* φωνὴ οὐ τὸ τί, ἀλλὰ τὸ (98) μηδαμόθεν αὐτοῦ σημαίνει. Οὕτω δ' ἂν σαφέστερον ὃ λέγω γένοιτο. Ὁ εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς, τὴν κατὰ σάρκα γενεαλογίαν τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκτιθέμενος, καὶ ἀπὸ τῶν τελευταίων ἐπὶ τοὺς πρώτους ἀναποδίζων, ἤρξατο μὲν ἀπὸ τοῦ Ἰωσήφ· εἰπὼν δὲ τοῦτον μὲν τοῦ Ἡλεὶ, τὸν δὲ τοῦ Ματθὰν, καὶ οὕτω κατὰ ἀνάλυσιν (99) πρὸς τὸν Ἀδὰμ τὴν ἐξήγησιν ἐπανάγων, εἶτα ἐλθὼν ἐπὶ τοὺς ἄνω, καὶ εἰπὼν ὅτι ὁ Σὴθ ἐκ τοῦ Ἀδὰμ, ὁ δὲ Ἀδὰμ ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἐνταῦθα τῆς ἀναβάσεως ἔληξεν· οὐχὶ τὰς οὐσίας (1) τῶν ἀπηριθμημένων δηλῶν ἐν τῇ διηγήσει τῆς ἑκάστου γενέσεως, ἀλλὰ τὰς προσεχεῖς ἀρχὰς ἀφ' ἧς ἕκαστος γέγονεν ἐκτιθέμενος. Ὥσπερ οὖν ἐκεῖνος εἶπεν, ὅτι ὁ

15. Reperimus itaque rem reputantes, quod non in scrutatione, qua quid sit scrutamur, ingeniti nobis notio accedit : sed potius, ut coactus sententiam dicam, in scrutatione, qua scrutamur quomodo sit. Nam cum mens nostra expendit an Deus qui est super omnia [85], causam aliquam se superiorem habeat, nec tamen ullam excogitare potest, ejus vitam principio carentem, ingenitum appellavit. Quemadmodum enim in sermonibus qui de hominibus instituuntur, cum dicimus : Hic ex illo natus est ; non quid sit, sed unde natus sit, narramus : sic et in iis qui de Deo habentur sermonibus, vox *ingenitus* non quid sit, sed eum ab alio non esse significat. Quod autem dico, ita hoc modo fiet magis perspicuum. Lucas evangelista genealogiam Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi secundum carnem exponens, et ab ultimis ad primos rediens, incepit quidem a Joseph : sed ubi dixit hunc Heli esse, hunc vero Mathan, sicque ordine inverso ad Adam usque narrationem perduxit, tum ad superiores progressus, cum dixisset Seth esse ex Adam, Adam vero ex Deo, hic ascensum terminavit [86]. Nec tamen, cum uniuscujusque generationem narraret, eorum qui enumerati fuerant indicavit essentias : sed origines proximas unde unus-

[83] Dan. VII, 9. [84] Hebr. XI, 6. [85] Rom. IX, 5. [86] Luc. III, 23-38.

(95) Codex unus ἀφεμένους. Alii quinque mss. cum vulgatis ἀφεμένοις : quam scripturam vitiosam esse Combefisius credidit ; et ita hunc locum emendavit, ut pro ἀφεμένοις legat ἀφεμένῃ. Fateor quidem hanc emendationem primo aspectu necessariam videri : sed si quispiam rem paulo attentius consideret, lectionem aliam defendi posse fortasse non negabit, tum ob consensum veterum librorum, tum quod vox ἡμῖν possit suppleri, hoc modo : πειστέον ἡμῖν ἀφεμένοις τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν .... τῇ ἁπλῇ, etc. *Nobis, curiosam essentiæ indagationem omittentibus, credendum est simplici*, etc. Et certe cum Latine dici possit, *nobis credendum est Apostolo*, non video cur Græce dici non possit, ἡμῖν πειστέον τῷ Ἀποστόλῳ : quo semel dato, vox ἀφεμένοις ad vocem ἡμῖν aut ad similem referetur. Legitur in uno codice et in vulgatis λέγοντος πιστευτέον. Alii mss. habent πειστέον, λέγοντος.

(96) Editi et unus codex σωτηρίαν ἡμῶν. Alii quinque mss. ἡμῖν.

(97) Illud, ἵνα βιασάμενος, etc., ita verterat interpres : *ut quasi coactus hoc dicam verbum.* At Combefisius, rejecta hac interpretatione, hunc locum sic expressit : *ut doctrinam proferre nitar.* Videtur Basilius hoc loco excusare se de minutis illis rebus, quæ ad scholas pertinent, et ad grammaticam ; monetque invitum se his in tricis morari. Ex quo intelligitur interpretationem Trapezuntii a mente Basilii non ita alienam videri, nec tam facile a Combefisio repudiari debuisse.

(98) Codex unus οὐ τὸ τί ἐστιν, ἀλλὰ τό. Mox editi et unus ms. οὕτωσὶ δ' ἄν. Alii mss. οὕτω δ' ἄν.

(99) Illud, κατὰ τὴν ἀνάλυσιν, ita ad verbum vertit interpres : *per resolutionem.* Est autem genus loquendi, quo Græci uti solebant, cum res aliqua inverso ordine atque præpostero diceretur.

(1) Antiqui tres libri οὐ τὰς οὐσίας. Mox editi ἐκθέμενος. At mss. multi ἐκτιθέμενος.

Digitized by Google

quisque natus esset, exposuit. Quemadmodum igitur ille dixit Adam ex Deo esse : sic nos nosmetipsos percontemur, Deus autem ex quo? Nonne in uniuscujusque mente promptum fuerit respondere, ex nullo? Quod autem ex nullo est, utique sine principio est : et quod sine principio est, id ingenitum est. Sicut ergo in hominibus origo ex aliquo, non est eorum essentia : sic neque in Deo universorum ipsum ingenitum quod idem est atque ex nullo esse, ejus essentiam **228** dicere possumus. Porro esse sine principio, essentiam esse qui dicit, non aliter facit ac si quis interrogatus quæ fuerit essentia Adæ, et quæ ipsius natura, respondeat, non ex coitu viri et mulieris, sed divina manu conformatum eum fuisse. At, inquiet quis, non modum quo subsistat, inquiro, sed ipsum materiale hominis subjectum : quod longe absum ut discam ex responsione. Hoc autem nobis etiam contingit, cum ex *ingeniti* voce magis quomodo Deus sit, quam quæ sit ejus natura edoceamur.

16. In summa, si quis velit veritatem eorum quæ a nobis dicuntur perdiscere, se ipse perscrutetur : num ad ingeniti notionem perveniat tum, cum vult aliquid de Deo intelligere. Ego equidem video, quod cogitatione velut inventura sæcula extenta, fine carentem dicimus eum, cujus vita nullo fine terminatur : ita etiam dum ad superiora sæcula conscendentes cogitatione, atque in immensitatem vitæ Dei velut in vastum quoddam pelagus intuentes, cum principium nullum unde sit apprehendere possimus; imo cum videamus Dei vitam ultra omne quod intelleximus, semper extendi ac protrahi, hoc, quod in illius vita principio caret et origine, ingenitum vocavimus. Hæc est enim vocis *ingeniti* notio, non habere aliunde exsistendi principium. At Eunomius, quoniam in solo universorum Deo ingenitum inspicitur, facinorosissime omnium hoc ad Unigeniti blasphemiam rapuit. Quid enim progredieus ait?

Eun. Ingenitus autem cum sit, ut superius demonstravimus, nunquam potest generationem admittere, adeo ut suam ipsius naturam communicet cum genito : sed omnem comparationem ac participationem cum genito fugiet.

Bas. O impudentem et improbam blasphemiam! O occultum dolum et multiplicem versutiam! quam diligenter ex ipso diaboli artificio loquitur. Nam quia dissimilem Deo ac Patri unigenitum Filium ac

Ἀδὰμ ἐκ τοῦ Θεοῦ· οὕτως ἡμεῖς ἑαυτοὺς ἐρωτήσωμεν, ὁ δὲ Θεὸς ἐκ τίνος; Ἆρα οὐχὶ πρόχειρόν ἐστιν ἐν τῇ ἑκάστῳ διανοίᾳ, ὅτι ἐξ οὐδενός; Τὸ δὲ ἐξ οὐδενὸς τὸ ἄναρχόν ἐστι δηλονότι· τὸ δὲ ἄναρχον τὸ ἀγέννητον. Ὡς οὖν ἐπὶ ἀνθρώπων οὐκ ἦν οὐσία τὸ ἔκ τινος, οὕτως οὐδὲ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων οὐσίαν ἐστὶν εἰπεῖν τὸ ἀγέννητον (2)· ὅπερ ἴσον ἐστὶ τῷ ἐξ οὐδενός. Ὁ δὲ τὸ ἄναρχον οὐσίαν εἶναι λέγων παραπλήσιον ποιεῖ, ὥσπερ ἂν εἴ τις, ἐρωτώμενος, τίς ἡ τοῦ Ἀδὰμ οὐσία, καὶ τίς ἡ φύσις αὐτῷ; ὁ δὲ ἀποκρίνοιτο, μὴ (3) ἐκ συνδυασμοῦ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, ἀλλ' ἐκ τῆς θείας χειρὸς διαπλασθῆναι. Ἀλλ' οὐχὶ τὸν τρόπον τῆς ὑποστάσεως ἐπιζητῶ, φήσειεν ἄν τις, ἀλλ' αὐτὸ τοῦ ἀνθρώπου τὸ ὑλικὸν ὑποκείμενον· ὃ πολλοῦ δέω μανθάνειν διὰ τῆς ἀποκρίσεως. Τοῦτο δὲ καὶ ἡμῖν συμβαίνει ἐκ τῆς τοῦ *ἀγεννήτου* φωνῆς τὸ ὅπως τοῦ Θεοῦ μᾶλλον ἢ αὐτὴν τὴν φύσιν διδασκομένοις.

16. Ὅλως δὲ εἴ τις βούλοιτο τὴν ἀλήθειαν τῶν παρ' ἡμῶν λεγομένων καταμαθεῖν, ἑαυτὸν ἀνερευνάτω· ὅταν τι νοῆσαι τῶν περὶ Θεοῦ βουληθῇ, εἰ εἰς τὸ σημαινόμενον (4) τοῦ ἀγεννήτου χωρεῖ. Ἐγὼ μὲν γὰρ ὁρῶ, ὅτι, ὥσπερ τοῖς ἐπερχομένοις αἰῶσι τὴν διάνοιαν ἐπεκτείνοντες, ἀτελεύτητον λέγομεν τὸν οὐδενὶ πέρατι τὴν ζωὴν ὁριζόμενον· οὕτω καὶ εἰς τὸ ἄνω τῶν αἰώνων τοῖς λογισμοῖς ἀναβαίνοντες, καθοῖον εἴς τι πέλαγος ἀχανὲς ἐπὶ τὸ ἄπειρον τῆς τοῦ Θεοῦ ζωῆς διακύπτοντες, οὐδεμιᾶς ἀρχῆς ἀφ' ἧς γέγονε λαβέσθαι δυνάμενοι, ἀλλὰ τοῦ νοουμένου ἐξωτέραν ἀεὶ καὶ ὑπερεκπίπτουσαν τοῦ Θεοῦ τὴν ζωὴν ἐννοοῦντες, τοῦτο τὸ ἄναρχον τῆς ζωῆς ἀγέννητον προσειρήκαμεν. Αὕτη γὰρ τοῦ *ἀγεννήτου* ἡ ἔννοια, τὸ μὴ ἔχειν ἑτέρωθεν τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι. Ὁ δὲ, ἐπειδὴ περὶ μόνον τὸν Θεὸν τῶν ὅλων τὸ ἀγέννητον θεωρεῖται (5), κακουργότατα πάντων (6) εἰς τὴν κατὰ τοῦ Μονογενοῦς ἥρπασεν αὐτὸ βλασφημίαν. Τί γάρ φησι προϊών;

Ευν. Ἀγέννητος δὲ ὢν κατὰ τὴν προλαβοῦσαν ἀπόδειξιν, οὐκ ἄν ποτε πρόσοιτο γέννησιν, ὥστε τῆς ἰδίας μεταδοῦναι τῷ γεννωμένῳ φύσεως, ἐκφύγοι τε ἂν πᾶσαν σύγκρισιν καὶ κοινωνίαν τὴν πρὸς τὸ γεννητόν.

Βας. Ὦ τῆς ἀναισχύντου (7) καὶ πονηρᾶς βλασφημίας! Ὦ τοῦ κεκρυμμένου δόλου καὶ τῆς ποικίλης ῥᾳδιουργίας! ὡς ἀκριβῶς ἐξ αὐτῆς τοῦ διαβόλου τῆς μεθοδείας φθέγγεται! Ἀνόμοιον γὰρ βουλόμενος τῷ

(2) Reg. tertius et Colb. ἐστὶν εἰπεῖν τὸ ἐξ οὐδενὸς ὅπερ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀγέννητος· ὁ δὲ τὸ ἄναρχον. *Ita neque in universorum Deo illud de substantia licet dicere, quod ex nullo sit, quod idem est atque generationi obnoxium non esse.* Sed præstat legi, ut mihi quidem videtur, ut in aliis codicibus et in impressis libris scriptum invenitur.

(3) Reg. quartus ἀποκρίνοιτο τὸ μή. Mox mss. ἐκ τῆς θείας χειρός. Articulus deerat in vulgatis.

(4) Editi et sex mss. βουληθῇ, εἰς τὸ σημαινόμενον. Codex Colb. secunda quidem manu, sed antiqua tamen, βουληθῇ εἰ εἰς τὸ σημαινόμενον, *se ipse perscrutetur an procedat ad notionem ingeniti;* et ita legi oportere arbitror, nec ob aliam causam particulam εἰ prætermissam fuisse, quam quod librarii εἰ cum εἰς confuderint, ultimamque voculam scribere satis habuerint.

(5) *Τὸ ἀγέννητον θεωρεῖται, consideratur ingenitum,* hoc est, *ratio ingeniti, proprietas ingeniti, notio ingeniti, et ejus natura.*

(6) Editi πάντως. Codex Colb. et alii quidam mss. πάντων. Mox duo mss. εἰς τὴν τοῦ.

(7) Editi Ὦ τοῦ ἀναισχύντου. At mss. Ὦ τῆς.

Digitized by Google

Θεῷ καὶ Πατρὶ τὸν Μονογενῆ Υἱὸν καὶ Θεὸν ἐπιδεῖξαι, τὸ μὲν τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ὄνομα σιωπᾷ, ἁπλῶς δὲ περὶ ἀγεννήτου καὶ γεννητοῦ διαλέγεται· καὶ τὰ τῆς σωτηρίου πίστεως ὀνόματα κρύπτων, ψιλὰ παραδίδωσι τῆς βλασφημίας τὰ δόγματα· ἵνα, τῆς ἀσεβείας ἐν τοῖς πράγμασι γυμνωθείσης, εἶτα τῆς μεταβάσεως ἐπὶ τὰ πρόσωπα γενομένης (8), αὐτὸς μὲν μηδὲν δόξῃ δύσφημον εἰρηκέναι, τῇ δὲ τοῦ λόγου ἀκολουθίᾳ κατεσκευασμένην ἔχῃ τὴν βλασφημίαν. Ἀγέννητος δὲ ὤν, φησὶν, ἐκφύγοι ἂν πᾶσαν σύγκρισιν καὶ κοινωνίαν τὴν πρὸς τὸ γεννητόν. Οὐκ εἶπεν, ὅτι Πατὴρ καὶ Υἱός· ἀλλ', Ἀγέννητος καὶ γεννητός (9). Ἓν μὲν δὴ αὐτοῦ τοῦτο τοιοῦτον κακούργημα· ἕτερον δὲ ποῖον, σκοπεῖτε. Ἀγέννητος δὲ ὤν, φησὶν, οὐκ ἄν ποτε πρόσοιτο γέννησιν· καὶ ἐπάγει, ὥστε τῆς ἰδίας μεταδοῦναι τῷ γεννωμένῳ φύσεως. Τὸ, *οὐκ ἄν ποτε πρόσοιτο γέννησιν*, δύο σημαίνει· ἓν μὲν, ὅτι τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ φύσει οὐκ ἐφαρμόζει (10) γέννησις (ἀδύνατον γὰρ ὑπὸ γέννησιν ἐλθεῖν τὴν ἀγέννητον φύσιν)· ἕτερον δὲ, ὅτι γεννῆσαι οὐ καταδέχεται (11). Οὗτος μὲν οὖν κατὰ τὸ δεύτερον σημαινόμενον ἐχρήσατο τῇ φωνῇ· συναρπάζει δὲ τοὺς πολλοὺς ἐκ τῆς προτέρας ἐννοίας. Ἐπεὶ ὅτι γε τοῦτό ἐστι τὸ κατασκευαζόμενον, σαφῶς τὸ ἐπιφερόμενον δείκνυσιν. Εἰπὼν γὰρ ὅτι, *Οὐκ ἄν ποτε πρόσοιτο γέννησιν*, ἐπήγαγεν· *ὥστε τῆς ἰδίας μεταδοῦναι τῷ γεννωμένῳ φύσεως*. Τῇ γὰρ δευτέρᾳ (12) ἐννοίᾳ τοῦτό ἐστιν ἀκόλουθον· ὅτι οὐ καταδέχεται γενέσθαι Πατὴρ, ἵνα μὴ μεταδῷ τῆς ἰδίας φύσεως τῷ γεννωμένῳ. Τίς ἂν γένοιτο τῆς ἀσεβείας ταύτης χαλεπωτέρα; τίς ἐλάλησε τοσαύτην ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος ποτέ;

17. Ἐγὼ μὲν γὰρ φοβοῦμαι, μὴ καὶ ἡμεῖς, ἐν τῷ τὰς ἀλλοτρίας ἀναλαμβάνειν βλασφημίας διὰ τοῦ στόματος, μολύνωμεν ἑαυτῶν τὴν διάνοιαν, καὶ τῆς κατακρίσεως αὐτοῖς κοινωνήσωμεν (13). Παραμυθεῖται δέ με τὸ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις, ὅτι καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὴν τῶν Ἰουδαίων εἰς τὸν Κύριον βλασφημίαν ἔγγραφον τοῖς μετὰ ταῦτα παραδοῦναι οὐ παρῃτήσατο, ἐκείνων στηλιτεῦον εἰς ἅπαντα χρόνον τὴν βλασφημίαν, οὐχὶ τῇ ἀχράντῳ δόξῃ τοῦ Μονογενοῦς προστριβόμενόν τινα βλασφημίαν (14). Εἰ τοίνυν οὐκ ἄν ποτε πρόσοιτο γέννησιν, ὥστε τῆς ἰδίας μεταδοῦναι τῷ γεννωμένῳ φύσεως, οὐκ ἔστι μὲν Πατὴρ ὁ Θεὸς, οὐκ ἔστι δέ (15)· ἀλλ' ἄμεινον ἡμῖν

A Deum vult ostendere, Patris et Filii nomen silentio prætermittit, ac simpliciter de ingenito et genito disserit. Quin et occultatis salutiferæ fidei nominibus, blasphemiæ dogmata nuda tradit, ut, denudata in ipsis rebus impietate, ac deinde facto ad personas transitu, videatur ipse nihil dixisse blasphemi, sed orationis serie blasphemiam concinnatam habeat. Ingenitus autem cum sit, inquit, effugit utique omnem comparationem ac communionem cum genito. Non dixit: Pater et Filius, sed, Ingenitus et genitus. Tale est igitur unum, quod ab eo excogitatum est: alterum vero quale sit considerate. Ingenitus vero cum sit, inquit, nunquam sane admiserit generationem: et subjungit, adeo ut suam ipsius naturam communicet cum genito. Illud, *nun-*

B *quam sane admiserit generationem*, duo significat: unum, quod propriæ ipsius naturæ non congruit generatio (quippe fieri non potest ut natura ingenita generetur): alterum, quod generare non sustinet. Hic quidem hac voce secundum posteriorem sensum usus est: sed ex priore sensu vulgus hominum in suam sententiam trahit. Etenim quod hoc sit quod astruitur, manifeste patet ex eo quod infertur. **229** Nam posteaquam dixit: *Nunquam sane admiserit generationem*, subjunxit, *adeo ut suam ipsius naturam communicet cum genito*. Hoc namque sensui posteriori convenit, siquidem non sustinet Pater fieri, ut ne cum genito naturam propriam communicet. Impietate hac quæ possit esse

C perniciosior? quis unquam tantam iniquitatem locutus est in celsitudinem?

17. Ego equidem vereor, ne nos quoque dum alienas blasphemias ore repetimus, mentem nostram polluamus, atque condemnationis eorum fiamus participes. Sed consolatur me illud in Evangeliis proditum, quod Spiritus sanctus quoque Judæorum in Dominum blasphemiam scriptam posteris tradere non abstinuerit, illorum blasphemiam in omne tempus ita notans, ut nullam tamen incontaminatæ Unigeniti majestati blasphemiam affricet. Itaque si nunquam generationem admiserit, adeo ut propriæ naturæ participem faciat genitum, non est quidem Pater Deus, non est etiam; sed præstat

D ut blasphemiam imperfectam relinquamus. Alter

(8) Editi γινομένης. Libri antiqui γενομένης. Mox Reg. tertius αὐτὸς μὲν μὴ δόξῃ.

(9) Reg. quartus ἀλλὰ ἀγέννητον καὶ γεννητόν.

(10) Codices duo ἐφαρμόσει.

(11) *Γεννῆσαι οὐ καταδέχεται, id non admittit, ut generet*: hoc est, *generare non potest: liberum ei non est generare: gignendi non habet facultatem.*

(12) *Τῇ γὰρ δευτέρᾳ*. Hoc est: quod sequitur, ἵνα μὴ μεταδῷ τῆς ἰδίας φύσεως τῷ γεννωμένῳ, id aperte ostendit verba illa Eunomii, οὐκ ἄν ποτε πρόσοιτο γέννησιν, de *activa* generatione accipi debere, sic ut pater gignere non possit.

(13) Sic libri veteres. Editi αὐτῆς κοινωνήσωμεν.

(14) Colb. cum Reg. tertio τινα δυσφημίαν, *infamiam aliquam.*

(15) Illa, οὐκ ἔστι δέ, sic vertit interpres: *sed non ita est.* Quid autem hæc sibi velint, alius viderit. Ego arbitror vocem υἱός subaudiri debere post illud οὐκ ἔστι δέ, hac sententia: ut Deus non est Pater, ita non est Filius. Hoc est, nec Deus Pater vocari debet Pater, nec Filius debet vocari Filius. Et idcirco Basilius ait relinquere se blasphemiam Eunomii, imperfectam, quod nomen υἱός prætermiserit. Nec ita multo post Basilius hoc idem fecit, cum ita scripsit, αὐτή τε ἡ ἀλήθεια, ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. Nemo enim non videt vocem ψευδὴς hic suppleri debere, hoc modo: ψευδὴς αὐτή τε ἡ ἀλήθεια, *mendax et ipsa veritas*, etc. Sane non ob aliam causam has duas voces prætermisit Basilius, quam quod impia Eunomii verba omnia proferre horruerit.

Digitized by Google

quidem non admisit generationem : alter vero genitoris naturam non participavit. Deinde ipse secum certat, novam blasphemiæ mitigationem excogitans, non quod quidquam dicat quod ad pœnitentiam pertineat, sed quod posterioribus priora superare conetur. Quid enim proferre ausus est?

ἀφεῖναι ἀτελὲς τὸ βλάσφημον. Ὁ μὲν γὰρ οὐ προσήκατο γέννησιν· ὁ δὲ οὐ μετέλαβε τῆς τοῦ γεννήσαντος φύσεως. Εἶτα ἐπαγωνίζεται αὐτὸς ἑαυτῷ καινὴν (16) τῆς βλασφημίας τὴν παραμυθίαν ἐπινοῶν, οὐ τῷ εἰπεῖν τι μετανοίας ἐχόμενον, ἀλλὰ τοῖς δευτέροις φιλονεικῶν ἀποκρῦψαι τὰ φθάσαντα. Τί γὰρ ὑπέμεινε φθέγξασθαι;

Eun. Effugeritque utique omnem comparationem ac communicationem cum genito.

ΕΥΝ. Ἐκφύγοι τε ἂν πᾶσαν σύγκρισιν καὶ κοινωνίαν τὴν πρὸς τὸ γεννητόν.

Bas. At nisi comparatio sit Filii cum Patre, nisi sit communicatio cum genitore, mendaces sunt apostoli, mendacia Evangelia, ipsa etiam veritas, Dominus noster Jesus Christus. Sed ego iterum horreo blasphemiam, quam cuique facile est intelligere. Nam si nullam habet comparationem cum Patre, quomodo dicebat Philippo : *Tanto tempore vobiscum sum, et non vidisti me, Philippe* [87.88]? et, *Qui videt me, videt eum qui misit me* [89]? Nam eum qui nec comparationem suscipit nec ullam cum Filio communionem habet, quomodo in seipso Filius ostendere potuisset? Nec enim per dissimile aut alienum comprehendi potest quod ignoratur : sed ex affini affine solet cognosci. Sic in sigillo inspicitur ejus qui se impressit effigies, et per imaginem exemplar cognoscitur, si videlicet comparemus nos eam cuæ in utroque est identitatem.

ΒΑΣ. Εἰ δὲ μὴ σύγκρισίς ἐστι τῷ Υἱῷ πρὸς τὸν Πατέρα, μηδὲ κοινωνία πρὸς τὸν γεννήσαντα, ψευδεῖς μὲν οἱ ἀπόστολοι, ψευδῆ δὲ τὰ Εὐαγγέλια· αὐτή τε ἡ (17) ἀλήθεια, ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. Ἀλλ' ἐγὼ μὲν πάλιν φρίσσω τὴν βλασφημίαν· παντὶ δὲ συνιδεῖν ῥᾴδιον. Εἰ γὰρ μηδεμίαν σύγκρισιν ἔχει πρὸς τὸν Πατέρα, πῶς ἔλεγε τῷ Φιλίππῳ· *Τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἐώρακάς με, Φίλιππε;* καὶ, *Ὁ θεωρῶν ἐμὲ θεωρεῖ τὸν πέμψαντά με;* Τὸν γὰρ μήτε (18) σύγκρισιν ἐπιδεχόμενον, μήτε κοινωνίαν τινὰ πρὸς αὐτὸν κεκτημένον, πῶς ἂν ἔδειξεν ἐν ἑαυτῷ ὁ Υἱός; Οὐ γὰρ διὰ τοῦ ἀνομοίου καὶ ἀλλοτρίου καταληπτόν ἐστι τὸ ἀγνοούμενον· ἀλλὰ τῷ οἰκείῳ πέφυκε τὸ οἰκειον ἐπιγινώσκεσθαι. Οὕτως ἐν μὲν τῷ (19) ἀποσφραγίσματι ὁ τοῦ τυπώσαντος χαρακτὴρ καθορᾶται· δι' εἰκόνος δὲ ἡ γνῶσις τοῦ ἀρχετύπου γίνεται, συγκρινόντων ἡμῶν δηλονότι τὴν ἐν ἑκατέρῳ ταὐτότητα (20).

18. Quare hac una blasphemia voces omnes quæ a Spiritu sancto ad glorificationem Unigeniti traditæ sunt, reprobantur. Et quidem Evangelium docet, quod *Hunc Pater signavit* **230** *Deus* [90] : Apostolus vero ait : *Qui est imago Dei invisibilis* [91]. Imago, non inanimata, neque manu elaborata, neque artis aut industriæ opus : sed imago viva, imo vero, ipsa per se vita, non in figuræ similitudine, sed quæ in ipsa substantia similitudinem dissimilitudinis cujuscunque expertem semper retinet. Ego enim illud, *in forma Dei esse* [92], idem valere dico, quod hoc, *in substantia Dei esse*. Sicut enim illud, *formam assumpsisse servi* [93], significat Dominum nostrum in substantia humanæ naturæ natum esse : ita etiam hoc, *in*

18. Ὥστε διὰ μιᾶς ταύτης βλασφημίας πάσας ἀθετεῖσθαι τὰς φωνὰς τὰς παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰς τὴν τοῦ Μονογενοῦς δοξολογίαν παραδοθείσας· τοῦ μὲν Εὐαγγελίου διδάσκοντος ὅτι, *Τοῦτον ὁ Πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ Θεός*· τοῦ δὲ Ἀποστόλου· *Ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου.* Εἰκὼν οὐκ ἄψυχος, οὐδὲ χειρόκμητος (21), οὐδὲ τέχνης ἔργον καὶ ἐπινοίας· ἀλλὰ εἰκὼν ζῶσα, μᾶλλον δὲ αὐτοζῶσα ζωή, οὐκ ἐν σχήματος ὁμοιότητι, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ οὐσίᾳ τὸ ἀπαράλλακτον (22) ἀεὶ διασώζουσα. Ἐγὼ γὰρ καὶ τὸ, *ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχειν*, ἴσον δύνασθαι τῷ, *ἐν οὐσίᾳ Θεοῦ ὑπάρχειν*, φημί. Ὡς γὰρ τὸ, *μορφὴν ἀνειληφέναι δούλου*, ἐν τῇ οὐσίᾳ τῆς ἀνθρωπότητος τὸν Κύριον ἡμῶν γεγεννῆσθαι σημαίνει· οὕτω

[87.88] Joan. xiv, 9. [89] Joan. xii, 45. [90] Joan. vi, 27. [91] Coloss. i, 15. [92] Philipp. ii, 6. [93] ibid. 7.

(16) Recte et vere judicavit vir doctissimus Ducæus, καινὴν non κενὴν hoc loco legi oportere. Nam, si Regium secundum excipias, ita habent antiqui omnes tum calamo notati, tum typis descripti libri. Præterea ita legi debere, ipsa orationis series satis ostendit. Ibidem unus codex παραμυθίαν ἐνοῶν.

(17) Codices non pauci αὐτὴ δὲ ἡ. Hoc ipso in loco mss. nonnulli ὁ Χριστός.

(18) Sic mss. omnes. Vox μήτε typographis exciderat.

(19) Editi et Reg. quintus οὕτως ἐν μέσῳ τῷ. Hinc Cornarius : *Sic in medio sigillo, ejus qui significavit figura conspicitur.* Alii quinque mss. Regii cum Colb. οὕτως ἐν μὲν τῷ. Ait vir eruditissimus Ducæus, legi alicubi ὁ τυπώσας χαρακτήρ, et ita legisse videtur Trapezuntius, qui vertat : *Sicut in impressa figura imprimens character inspicitur.* Sed editio Ven. et Paris. perinde atque nostri septem mss. constanter habent ὁ τοῦ τυπώσαντος : quod ut melius intelligatur, monere juvat, vocem ἑαυτόν supplendam esse, sicque hæc verba construi debere : οὕτως ἐν μὲν τῷ ἀποσφραγίσματι καθορᾶται ὁ χαρακτὴρ τοῦ τυπώσαντος ἑαυτόν, *sic in sigillo conspicitur effigies ejus qui se impressit*

(20) Jure ac merito reprehendit Ducæus Trapezuntium, quod illa, τὴν ἐν ἑκατέρῳ ταὐτότητα, ita vertisset : *in utroque similitudinem;* cum vertere debuisset, *in utroque identitatem.* Nec enim licet scriptori Christiano ita Latinitatis studiosum esse, ut voces quoque Christianæ religionis proprias refugiat, et in earum locum alias substituat, quæ sententiam aut omnino mutent, aut certe non parum corrumpant.

(21) Reg. tertius codex, optimæ notæ, οὐδὲ χειρότμητος, *neque secta manu.*

(22) Editi et Reg. quintus ἀπαράλλακτον αὐτή. Vox αὐτή in reliquis sex mss. deest; nec dubium habeo quin melius absit, cum inutilis omnino et superflua esse videatur. Voculam ἀεί ex tribus mss. addidimus.

Digitized by Google

δὲ καὶ τὸ, *ἐν* (23) *μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχειν*, τῆς θείας οὐσίας παρίστησι πάντως τὴν ἰδιότητα. *Ὁ ἑωρακὼς ἐμέ*, φησὶν, *ἑώρακε τὸν Πατέρα*. Οὗτος δὲ ἀλλοτριῶν τοῦ Πατρὸς τὸν Μονογενῆ, καὶ παντελῶς ἀποσχίζων τῆς πρὸς αὐτὸν κοινωνίας, τὴν δι' αὐτοῦ γενομένην τῆς γνώσεως ἄνοδον, τὸ ὅσον ἐπ' αὐτῷ (24), διακόπτει. *Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστιν*, ὁ Κύριός φησιν. Εὐνόμιος δὲ οὐδεμίαν λέγει κοινωνίαν εἶναι τῷ Πατρὶ πρὸς τὸν ἐξ αὐτοῦ. Καὶ, *Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ζωὴν ἔχει ἐν ἑαυτῷ, οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ Υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ*. Τοῦτο παρ' αὐτοῦ δεδιδάγμεθα τοῦ Κυρίου· παρὰ δὲ Εὐνομίου τί; Μηδεμίαν εἶναι σύγκρισιν τῷ γεννηθέντι πρὸς τὸν γεννήσαντα. Καὶ ἁπαξαπλῶς, διὰ μιᾶς ταύτης φωνῆς ἀναιρεῖ μὲν τὸν τῆς εἰκόνος λόγον, ἀθετεῖ δὲ τὸ ἀπαύγασμα εἶναι καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως. Οὔτε γὰρ εἰκόνα δυνατὸν τοῦ ἀσυγκρίτου νοεῖσθαι, οὔτε ἀπαύγασμα εἶναι τοῦ ἀκοινωνήτου κατὰ τὴν φύσιν. Τῷ δὲ αὐτῷ εἴδει πάλιν τοῦ τεχνάσματος ἐπιμένει, τῷ ἀγεννήτῳ λέγων μὴ εἶναι πρὸς τὸ γεννητὸν σύγκρισιν· οὐχὶ τῷ Πατρὶ πρὸς τὸν ἐξ αὐτοῦ, ἵνα ἥνπερ ἂν ταῖς φωναῖς ταύταις ὑπάρχουσαν ἀντίθεσιν ἐπιδείξῃ, ταύτην ἐπ' αὐτῆς τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ μετενέγκῃ.

A *forma Dei esse*, prorsus divinæ substantiæ proprietatem exhibet. *Qui vidit me*, inquit, *vidit Patrem*[94], Ilic autem alienum a Patre Unigenitum faciens, ac prorsus rescindens ab ejus societate, cognitionis ascensum qui per ipsum fit, quantum in ipso est, abscindit. *Quæcunque habet Pater, mea sunt*, inquit Dominus[95]. At Eunomius communionem nullam esse ait Patri cum eo qui ex ipso est. Et, *Sicut Pater in seipso vitam habet, sic dedit et Filio vitam habere in semetipso*[96]. Hoc sumus ab ipso Domino edocti: ab Eunomio vero quid? Nempe, nullam esse comparationem geniti cum genitore. Et uno verbo, ut imaginis rationem hac unica voce tollit, ita splendorem ac characterem esse substantiæ[97] B negat. Neque enim fieri potest, ut imaginem intelligas ejus qui nullam habet comparationem, neque, ut splendor sit ejus qui nullam communionem secundum naturam habet. Cæterum in eodem artificii genere rursus persistit, dum ait non esse comparationem ingeniti cum genito: non Patris, cum eo qui ex ipso est, ut quam his vocibus inesse oppositionem ostenderit, eam in ipsam Patris et Filii substantiam transferat.

19. Ὅπως δὲ μὴ, πασαις αὐτοῦ κατακολουθοῦντες ταῖς βλασφημίαις, καὶ ἕκαστον εὐθύνειν τῶν εἰρημένων ἐπιχειροῦντες, εἰς πολὺ μῆκος τὸν λόγον ἐκτείνωμεν (25)· ὅσα μὲν καὶ πρόχειρον ἔχει τὴν ἀσέβειαν, καὶ αὐτόθεν φανερὰ τοῖς ἐντυγχάνουσίν ἐστι, παρήσομεν· ἃ δὲ λόγου τινὸς πρὸς τὸν ἔλεγχον δεῖται, C ταῦτα παραθησόμεθα. Ποικίλως γὰρ τὸ πρὸς τὸν Υἱὸν ἀκοινώνητον τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας κατασκευάσας, καὶ πανταχόθεν, ὡς οἴεται, τὸ ἄτοπον ἐπιδείξας, ἐπάγει·

19. Sed ne, si omnes ipsius blasphemias persequamur, et singula quæ dixit confutare conemur, longius orationem protrahamus: quæ quidem manifestam habent impietatem, et per se legentibus patent, præteribimus; quæ vero aliqua ratione opus est redarguere, hæc proferemus in medium. Nam ubi variis modis substantiam Patris Filio incommunicabilem esse affirmavit, et undecunque, ut sibi videtur, ineptiam ostendit, hæc adjungit:

ΕΥΝ. Οὐ γὰρ δὴ τοῦτο ἂν εἴποιμεν, ὡς κοινὴ μὲν ἀμφοῖν ἡ οὐσία· τάξει δὲ καὶ τοῖς ἐκ χρόνου πρεσβείοις ὁ μὲν ἔστι πρῶτος, ὁ δὲ δεύτερος (26). Ἐπειδή γε δεῖ προσεῖναι ἐν τοῖς ὑπερέχουσι τὸ τῆς ὑπεροχῆς αἴτιον· οὐ συνέζευκται δὲ τῇ οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ οὐ χρόνος, οὐκ αἰὼν, οὐ τάξις. Ἥ τε γὰρ τάξις δευτέρα τοῦ τάττοντος· οὐδὲν δὲ τῶν τοῦ Θεοῦ ὑφ' ἑτέρου τέτακται. Ὁ τε χρόνος ἀστέρων ποιά τίς ἐστι κίνησις (27)· ἀστέρες δὲ οὐ τῆς ἀγεννήτου μόνον οὐσίας καὶ νοητῶν ἁπάντων, ἀλλὰ καὶ τῶν πρώτων σωμάτων γεγόνασιν ὕστεροι (28). Περὶ δὲ D αἰώνων τί δεῖ καὶ λέγειν, τῆς Γραφῆς σαφῶς διαγορευούσης, πρὸ τῶν αἰώνων ὑπάρχειν τὸν Θεόν;

Eun. Non enim dicere possumus, communem quidem utrisque substantiam esse, ordine vero et temporis prærogativa illum primum esse, hunc vero secundum. Siquidem certe in iis quæ præstant, præstantiæ causam inesse oportet; substantiæ autem Dei non tempus, non ævum, non ordo conjunctus est. Nam et ordo ordinante posterior est; nec quidquam eorum quæ Dei sunt, ab altero ordinatum est. Et tempus quidam **231** est stellarum motus ad qualitatem pertinens: stellæ autem non post ingenitam solum substantiam ac cunctas creaturas intelligentes, sed post prima etiam corpora factæ sunt. Jam vero de sæculis quid attinet dicere, cum Scriptura aperte pronuntiet Deum ante sæcula esse?

[94] Joan. XIV, 9. [95] Joan. XVII, 10. [96] Joan. V, 26. [97] Hebr. I, 3.

(23) Codex unus cum editis οὕτω λέγων τὸ ἐν. Alii tres οὕτω λέγων ἐν. Denique alii tres οὕτω δὲ καὶ τὸ ἐν. Respicit Basilius ad illud Apostoli: *Qui cum in forma Dei esset..... semetipsum exinanivit formam servi accipiens*, Philipp. II, 6, 7.

(24) Editi γενομένην..... ἐφ' ἑαυτῷ. At mss. tres ut in contextu. Illud quod sequitur, ἀθετεῖ δὲ τό, ad verbum interpretabimur, *reprobat splendorem esse*: hoc est, negat.

(25) Unus codex Reg. εἰς πολὺ μήκιστον τὸν λόγον ἐκβάλωμεν. Colb. εἰς πολὺ μῆκος τῶν λόγων ἐκβάλωμεν. Alii duo et editi uti in contextu, nisi quod unus pro ἐκτείνωμεν habet ἐκβάλλωμεν.

(26) Antiqui sex libri πρῶτος, ὁ δὲ ὕστερος. Editi et Reg. quintus πρῶτος, ὁ δὲ δεύτερος, nec aliter legitur in Eunomii opere, quod in codice Colbertino integrum invenitur. Mox vocula ἐν in duobus mss. deest, et in illo ipso opere Eunomii.

(27) Reg. tertius ὅ τε χρόνος ποιὰ τάσις ἐστὶν ἀστέρων κίνησις, et ita quoque habuit codex Colbertinus manu prima. Alii duo mss. Ὁ τε γὰρ χρόνος, etc.

(28) Editi cum Reg. quinto γεγόνασι δεύτεροι. Alii sex mss. γεγόνασιν ὕστεροι.

Digitized by Google

Bas. Postquam sumpsit sibi in oratione quæ voluit, et ea quæ suæ causæ accommodata sunt posuit, tum in absurdos sensus seipse detrudens, hinc demonstrasse se putat, necessario recipienda esse dogmata sua. Ait enim : Hoc dicere non possumus, quod communis quidem sit utrique substantia ; ordine vero, et temporis prærogativa hic sit primus, ille vero secundus. Quod si communem substantiam sic a se acceptam dixerit, ut quamdam ex materia prius exsistente distributionem ac divisionem, in ea quæ ab ipsa sunt, intelligat; nos hanc sententiam non possumus suscipere; absit ! et qui hoc dicunt, si qui sunt, eos iis qui dissimilitudinem profitentur, impietate inferiores non esse affirmamus. Si vero quis substantiæ communionem ita accipit, ut unam et eamdem *essendi* rationem in utrisque consideret, ut si ex hypothesi Pater lux subjecto intelligitur, Unigeniti quoque essentiam lucem confiteatur; et quamcunque quis *essendi* rationem reddiderit in Patre, eamdem et Filio accommodet ; si ita essentiæ communio accipitur, admittimus, atque hoc nostrum dogma esse profitebimur. Nam hoc pacto et deitas una erit, unitate videlicet secundum essentiæ rationem intellecta, adeo ut in numero quidem et in proprietatibus utrumque designantibus differentia sit : in deitatis vero ratione unitas consideretur.

20. Cum igitur constitutum sit quomodo oporteat communitatem substantiæ accipi, quæ sequuntur expendamus, quam scilicet habeant cum præcedentibus connexionem. Ordine vero, inquit, et temporis prærogativa, ille primus est, hic secundus. Quid necesse est ea quorum communis est essentia, et ordini subjici, et esse tempore posteriora ? Non enim fieri potest, ut universorum Deus cum sua ipsius imagine quæ citra temporis accessionem illustrata est, ab æterno non sit, et conjunctionem non habeat non solum ultra tempora, sed etiam ultra omnia sæcula. Nam idcirco splendor [28] dicitur, ut conjunctionem intelligamus : et figura substantiæ [29], ut consubstantialitatem perdiscamus. Sed

[28] Hebr. I, 3. [29] ibid.

A ΒΑΣ. Ὑποθέμενος (29) ἑαυτῷ κατὰ τὸν λόγον ἅπερ ἐβούλετο, καὶ τὰ ἀκόλουθα λαβὼν ταῖς ὑποθέσεσιν, εἶτα εἰς ἀτόπους ἐννοίας ἑαυτὸν ἐξωθῶν, ἀναγκαίαν ἐντεῦθεν οἴεται τὴν παραδοχὴν τῶν ἰδίων δογμάτων (30) ἐπιδεικνύναι. Φησὶ γὰρ ὅτι, Οὐκ ἂν τοῦτο εἴποιμεν, ὡς κοινὴ μὲν ἀμφοῖν ἡ οὐσία· τάξει δὲ καὶ τοῖς ἐκ χρόνου πρεσβείοις ὁ μὲν ἔστι πρῶτος, ὁ δὲ δεύτερος. Εἰ μὲν οὖν τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας οὕτω νοήσας εἶπεν, ὡς ἐξ ὕλης προϋπαρχούσης διανομήν τινα καὶ καταδιαίρεσιν (31) εἰς τὰ ἀπ' αὐτῆς νοεῖν, οὔτ' ἂν αὐτοὶ καταδεξαίμεθα τὴν διάνοιαν ταύτην· μὴ γένοιτο ! καὶ τοὺς λέγοντας, εἴ τινες καί εἰσιν, οὐδὲν ἕλαττον ἀσεβεῖν τῶν τὸ ἀνόμοιον λεγόντων ἀποφαινόμεθα· εἰ δὲ οὕτω τις ἐκλαμβάνοι τὸ τῆς οὐσίας κοινόν, ὡς τὸν τοῦ εἶναι λόγον ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἐπ' B ἀμφοῖν θεωρεῖσθαι, ὥστε καὶ εἰ καθ' ὑπόθεσιν φῶς ὁ Πατὴρ τῷ ὑποκειμένῳ (32) νοοῖτο, φῶς καὶ τὴν τοῦ Μονογενοῦς οὐσίαν ὁμολογεῖσθαι, καὶ ὅνπερ ἂν τις ἀποδῷ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς τὸν τοῦ εἶναι λόγον, τὸν αὐτὸν τοῦτον καὶ τῷ Υἱῷ ἐφαρμόζειν· εἰ οὕτω τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας λαμβάνοιτο, δεχόμεθα· καὶ ἡμέτερον εἶναι τὸ δόγμα φήσομεν. Κατὰ τοῦτο γὰρ καὶ θεότης μία· δηλονότι κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον τῆς ἑνότητος νοουμένης, ὥστε ἀριθμῷ μὲν τὴν διαφορὰν (33) ὑπάρχειν, καὶ ταῖς ἰδιότησι ταῖς χαρακτηριζούσαις ἑκάτερον· ἐν δὲ τῷ λόγῳ τῆς θεότητος τὴν ἑνότητα θεωρεῖσθαι.

20. Δωρισμένου τοίνυν πῶς χρὴ τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας ἐκδέχεσθαι, τὰ ἑφεξῆς ἐξετάσωμεν, τίνα συν- C άφειαν ἔχει πρὸς τὰ προάγοντα. Τάξει δὲ, φησὶ, καὶ τοῖς ἐκ χρόνου πρεσβείοις ὁ μὲν ἔστι πρῶτος, ὁ δὲ δεύτερος. Τίς ἡ ἀνάγκη ἐφ' ὧν ἡ οὐσία κοινὴ, τάξει τε ὑποβεβλῆσθαι ταῦτα, καὶ χρόνου εἶναι δεύτερα (34); Οὐ γὰρ δυνατὸν τῇ ἑαυτοῦ εἰκόνι (35) ἀχρόνως ἀπαυγασθείσῃ τὸν Θεὸν τῶν ὅλων μὴ ἐξ ἀϊδίου συνεῖναι, καὶ μὴ χρόνον μόνον, καὶ αἰώνων δὲ (36) πάντων ἐπέκεινα τὴν συνάφειαν ἔχειν. Διὰ τοῦτο γὰρ ἀπαύγασμα εἴρηται, ἵνα τὸ συνημμένον νοήσωμεν, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως, ἵνα τὸ ὁμοούσιον ἐκμανθάνωμεν. Ἀλλὰ καὶ τάξις ἡ μὲν φυσική τίς ἐστιν, ἡ δὲ κατ' ἐπιτήδευσιν. Φυσικὴ μὲν, ὡς ἡ τῶν κτι-

(29) Illud, ὑποθέμενος, sic reddidit interpres : *Supposuit primo quod voluit.* Fateor quidem verbum ὑποτίθεσθαι usitate dici pro eo quod est *supponere :* sed arbitror hic idem valere quod *sumere alicunde materiam scribendi.*

(30) Antiqui sex libri τοιούτων δογμάτων. Editi et Reg. quintus τῶν ἰδίων.

(31) Editi et Reg. quintus διανομήν τινα κατὰ διαίρεσιν, nec aliter legerat Cornarius, qui ita interpretatus sit : *Distributionem quamdam secundum divisionem in ea quæ ab ipsa sunt :* quod quid significare possit, ex eo, si viveret, libens quærerem. Alii quinque mss. διανομὴν καὶ καταδιαίρεσιν, uno verbo, bene. Reg. primus διανομὴν τινα καὶ καταδιαίρεσιν, paulo melius. Hoc ipso in loco Reg. quartus ἐννοεῖν.

(32) Cum vox ὑποκείμενον late pateat, fortasse debet hoc loco sumi pro *ipsa substantia*, ut hoc dicat Basilius : *Si Pater ex hypothesi intelligitur lux esse in se et in sua substantia*, etc. Quod mox sequitur, καὶ ὅνπερ, etc., ita converterat interpres vetus : *Et quantamcunque aliquis Patri attributionem, hanc ipsam et Filio accommodet :* sed quantum D a mente Basilii aberrarit, ex Græcis patet. Illud, τὸν τοῦ εἶναι λόγον, ad verbum reddidimus, *essendi rationem*, non Latine quidem, sed significantissime.

(33) Vox διαφορά differentiam quidem significat : sed cum nomen differentiæ latissime pateat, ita hic et in similibus locis restringendum est, ut proprie pro distinctione accipiatur. Statim mss. nonnulli τῷ λόγῳ τῷ τῆς.

(34) Antiqui sex libri cum editione Ven. καὶ χρόνου εἶναι δεύτερα. Reg. secundus cum editione Paris. καὶ χρόνου πρεσβείοις εἶναι δεύτερα. Nemo, opinor, homo non videt vocem πρεσβείοις ex superioribus incaute accersitam fuisse, et hoc loco inepte repetitam.

(35) Codex unus τῇ ἀπ' αὐτοῦ εἰκόνι.

(36) Codices aliquot μόνον, αἰώνων δέ. Itidem mss. nonnulli συνημμένον νοῶμεν. Subinde Reg. quartus καὶ φυσικὴ μὲν ὡς.

Digitized by Google

σμάτων κατα τοὺς δημιουργικοὺς λόγους διαταχθεῖσα (37), καὶ ὡς ἡ τῶν ἀριθμητῶν (38) θέσις, καὶ ὡς ἡ τῶν αἰτίων πρὸς τὰ αἰτιατὰ σχέσις, ἐκείνου προδιωμολογημένου τοῦ καὶ τῆς φύσεως αὐτῆς ποιητὴν εἶναι καὶ δημιουργὸν τὸν Θεόν· ἐπιτετηδευμένη δὲ καὶ τεχνικὴ, ὡς ἡ ἐν τοῖς κατασκευάσμασι, καὶ μαθήμασι, καὶ ἀξιώμασι, καὶ ἀριθμῷ, καὶ τοῖς τοιούτοις. Τούτων τοίνυν τὸ πρότερον ἀποκρυψάμενος οὗτος, τοῦ δευτέρου εἴδους τῆς τάξεως ἐπεμνήσθη, καί φησι, μὴ χρῆναι λέγειν ἐπὶ Θεοῦ τάξιν, ἐπείπερ ἡ τάξις δευτέρα ἐστὶ τοῦ τάττοντος. Ἐκεῖνο δὲ ἢ οὐ συνεῖδεν, ἢ ἐκὼν ἀπεκρύψατο, ὅτι ἔστι τι τάξεως εἶδος, οὐκ ἐκ τῆς παρ' ἡμῶν θέσεως συνιστάμενον, ἀλλ' αὐτῇ τῇ κατὰ φύσιν ἀκολουθίᾳ συμβαῖνον, ὡς τῷ πυρὶ πρὸς τὸ φως ἐστι τὸ ἐξ αὐτοῦ. Ἐν τούτοις γὰρ πρότερον τὸ αἴτιον λέγομεν, δεύτερον δὲ τὸ ἐξ αὐτοῦ (39)· οὐ διαστήματι χωρίζοντες ἀπ' ἀλλήλων ταῦτα, ἀλλὰ τῷ λογισμῷ τοῦ αἰτιατοῦ προεπινοοῦντες τὸ αἴτιον. Πῶς οὖν εὔλογον ἀρνεῖσθαι τὴν τάξιν, ἐφ' ὧν ἐστι πρότερον καὶ δεύτερον, οὐ κατὰ τὴν ἡμετέραν θέσιν, ἀλλ' ἐκ τῆς κατὰ φύσιν αὐτοῖς ἐνυπαρχούσης ἀκολουθίας; Τίνος οὖν ἕνεκεν ἀθετεῖ τὴν τάξιν ἐπὶ Θεοῦ λαμβάνεσθαι; Ἡγεῖται, εἰ (40) ἐπιδείξειε μηδαμῶς ἄλλως τὸ πρότερον ἐπὶ Θεοῦ νοεῖσθαι, λειπόμενον ἕξειν, κατ' αὐτὴν τὴν οὐσίαν τὴν ὑπεροχὴν ἐπιδείκνυσθαι (41). Ἡμεῖς δὲ, κατὰ μὲν τὴν τῶν αἰτίων πρὸς τὰ ἐξ αὐτῶν σχέσιν, προτετάχθαι τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα φαμέν· κατὰ δὲ τὴν τῆς φύσεως διαφορὰν, οὐκέτι, οὐδὲ κατὰ τὴν τοῦ χρόνου ὑπεροχήν· ἢ οὕτω γε καὶ αὐτὸ (42), τὸ Πατέρα εἶναι τὸν Θεὸν, ἀθετήσομεν, τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν ἀλλοτριότητος τὴν φυσικὴν συνάφειαν ἀθετούσης.

21. Ἐπεὶ μέντοι ἀφορίσασθαι ἡμῖν τοῦ χρόνου τὴν φύσιν ὁ σοφὸς τὰ πάντα προήχθη, καὶ ἐνταῦθα (43) αὐτοῦ τὸ βέβαιον καὶ περιεσκεμμένον τῆς διανοίας ἴδωμεν. Χρόνον τοίνυν εἶναί φησι ποιάν τινα κίνησιν ἀστέρων· ἡλίου δηλονότι καὶ σελήνης καὶ τῶν λοιπῶν, ὅσοις καθ' ἑαυτὰ (44) κινεῖσθαι δύναμίς ἐστι. Τὸ τοίνυν ἀπὸ γενέσεως οὐρανοῦ καὶ γῆς μέχρι τῆς

A et ordo alius naturalis est, alius artificialis. Naturalis quidem, ut creaturarum, qui ex creandi ratione dispositus est, et sicut numerabilium positio, et causarum ad producta habitus; cum res confessa sit, Deum etiam ipsius naturæ conditorem esse et opificem. Excogitatus **232** vero et artificialis, ut ille, qui deprehenditur in probationibus, in disciplinis, in dignitatibus, in numero et reliquis hujusmodi. Eunomius itaque horum priore occultato, de secundo ordinis genere fecit mentionem; aitque non oportere dicere in Deo ordinem esse, quoniam ordo ordinante posterior est. Illud vero aut non intellexit, aut ultro occuluit, quoddam ordinis esse genus, non nostra constitutum ordinatione, sed ipsa necessitudine naturali contingens, quo se modo habent ignis et lux, quæ ex ipso est. Nam in iis causam priorem esse dicimus: posterius vero id quod ab ipsa est, non intervallo hæc a se invicem dirimentes, sed cogitatione causam ante effectum intelligentes. Quonam igitur pacto rationi consentaneum fuerit, ordinem in iis negare, in quibus est prius et posterius, non ex nostra dispositione, sed ex naturali quadam rerum consecutione? Cur igitur fastidit ordinem in Deo admittere? Arbitratur, si ostenderit non aliter prius in Deo intelligi, reliquum se habiturum, in ipsa scilicet substantia præstantiam demonstrari. Nos autem, pro habitu causarum ad ea quæ ex ipsis sunt, Patrem Filio præponi dicimus: at vero secundum naturæ diversitatem, non item, neque secundum temporis excessum: alioquin hoc pacto etiam Deum Patrem esse negabimus; cum alienatio quæ in essentia reperitur, conjunctionem naturalem aboleat.

21. Sed quoniam huc ille in omnibus sapiens progressus est, nobis ut definiret temporis naturam, et hic quam firma, quam circumspecta sit mens ejus, videamus. Tempus ergo certum quemdam stellarum motum esse dicit, solis videlicet et lunæ ac reliquarum, quibus inest qua per se moveantur. Intervallum igitur quod ab origine cœli et terræ ad stel-

B

C

(37) Editi λόγους ταχθεῖσα. Veteres quinque libri διαταχθεῖσα.

(38) Antiqui duo libri τοῦ ἀριθμοῦ. Alius τῶν ἀριθμῶν. Alii tres cum editis τῶν ἀριθμητῶν.

(39) Reg. tertius τὸ ἀπ' αὐτοῦ. Aliquanto post codex unus πρότερον καὶ ὕστερον οὐ κατά.

(40) Illa, ἡγεῖται, εἰ, etc., possunt fortassis hoc modo intelligi: Eunomius sibi videtur propositum assecutus fuisse, si probaverit, quidquid prius in Deo concipitur, id necessario prius esse et ævo, et tempore, et ordine. Sed falli eum constat. Etsi enim Filius dicatur posterior esse ordine, inde non efficitur eum aut Patri esse dissimilem, aut eo posteriorem esse ætate et tempore. Reg. tertius οἴεται, εἰ ἐπιδείξειε.

(41) Codex unus ὑπεροχὴν θεωρεῖσθαι.

(42) Illud, ἢ οὕτω γε, etc., sic interpretatur Combefisius, *Hoc, quod est Deum Patrem esse, destruemus.* In quo quidem reprehendendus non est, quod rem non expresserit: sed, quod locutus sit minus Latine, id est, suo more.

(43) Editi et Reg. quintus καὶ ἐντεῦθεν. Alii quinque mss. καὶ ἐνταῦθα.

D

(44) Editi cum Reg. secundo ὅσοις ἐν ἄλλοις κατὰ τούτων καθ' ἑαυτά: quod quin vitiosum sit, dubitari non potest. Et certe hominibus, qui paulum modo in hoc studiorum genere versati sunt, erroris causam detegere difficile non est. Cæcutit enim qui non videt errorem hinc exortum esse, quod librarius aliquis illa, ἐν ἄλλοις κατὰ τούτων, in ora sui libri scripsisset, ut monerentur qui legerent, pro καθ' ἑαυτά scriptum inveniri in aliis quibusdam exemplaribus κατὰ τούτων: ex quo contigit, ut totum illud, ἐν ἄλλοις κατὰ τούτων, ex libri ora in contextum irrepserit. Combefisius vitii aliquid in impressis libris subesse animadverterat quidem: sed dum hunc locum ita emendavit, ὅσοις ἂν ἄλλοις κατὰ τούτους καθ' ἑαυτά, magis etiam eum corrupit. Hæc autem recte, ut putabat, emendata sic verterat: *Si quæ aliæ sunt, quibus ut his, a se ipsis motus vis competit.* Codices tres ὅσοις καθ' ἑαυτά. Alii totidem ὅσοις καθ' ἑαυτούς. Certe utro quis modo legerit, peccaturum eum non puto. Sed si legas καθ' ἑαυτά, supple ἄστρα: si legas ἑαυτούς, supple ἀστέρας.

Digitized by Google

larum usque creationem intercessit, quidnam esse decernet eximius ille rerum sublimium speculator? Nam qui mundi creationem virtute Spiritus conscripsit, magna illa luminaria et reliquas stellas die quarta productas esse perspicue narrat [1]. Tempus igitur, ut liquet, in prioribus diebus nequaquam erat : siquidem nondum movebantur stellæ. Quomodo enim id fieri potuisset, cum ne conditæ quidem fuissent initio? Et iterum, cum Jesus Nave adversus Gabaonitas pugnaret, quoniam sol præcepto ligatus manebat immobilis, ac luna in loco stabat [2], tempus tunc non erat? Quodnam igitur nomen illi diei spatio imponemus? quam excogitabis appellationem? Etenim si temporis defecerat natura, ævum utique ei successit. At ævum exiguam diei **233** partem appellare, quem dementiæ modum non superat? Sed, quæ multa est ejus solertia, putare videtur, diem ac noctem fieri quapiam stellarum motione ad qualitatem pertinente, atque has esse temporis partes : unde tempus statuit quemdam esse stellarum motum qualitate præditum, ne id quidem quod dicit intelligens. Non enim motum qualitate præditum, sed quantitate donatum, si tamen ita loqui fas est, dicere magis conveniebat. Quis enim sic omnino puer est mente, ut ignoret dies, horas, menses, annos, temporis mensuras, non partes esse? Tempus autem spatium est, quod æque extenditur atque ipsa mundi constitutio : quo motum omnem sive stellarum, sive animalium, sive cujuscunque rei quæ movetur, admetimur, prout dicimus aliud alio velocius aut tardius esse : velocius quidem, id quod minore tempore plus percurrit spatii ; tardius vero, quod minus longiore tempore movetur. Eunomius vero quoniam in tempore stellæ moventur, temporis ipsas esse opifices pronuntiat. Proinde ex sapientissimi illius sententia, quoniam scarabei quoque in tempore moventur, constituamus tempus talem quamdam motionem esse scarabeorum : etenim quod dixit, id ab hoc nihil differt, nominum dignitate excepta. Et hæc quidem ita se habent. Quæ autem sequuntur, considerate.

22. Eun. Atqui, inquit, ne fieri quidem potest, ut

[1] Gen. I, 14-19. [2] Jos. X, 12, 13.

(45) Sic libri veteres; editi κοσμογένειαν. '

(46) Editi operarum incuria Οὐ γὰρ ἐκινοῦν τόπῳ οἱ. Codices duo ἐκινοῦντό πω. Alii quidam mss. ἐκινοῦντό πως. Ibidem codices duo οἱ μηδέ.

(47) *Πῶς γὰρ, οἵ γε μηδ' ἐγεγόνεισαν τὴν ἀρχήν; Quomodo enim id fieri potuisset, cum ne conditæ quidem omnino* (stellæ) *fuissent?*

(48) Editi ἔμενε. Antiqui tres libri ἔμεινε.

(49) Editi, Εἰ γὰρ τοῦ. Codices tres, Εἰ γὰρ ἡ τοῦ· alii duo, Ἢ γὰρ τοῦ χρόνου φύσις ἐπιλελοίπει, ἢ αἰών, *aut enim temporis natura defecerat, aut ævum in locum illius successit.*

(50) Editi μᾶλλον ἄν. Libri veteres μᾶλλον ἦν.

(51) Editi χρόνου ἐστίν. At mss. εἰσίν.

(52) Sic libri veteres. Editi ἢ οὐτινοσοῦν. Mox mss. tres ἐν ἐλάττονι. Particula ἐν ab excusis abest. Subinde mss. nonnulli διάστημα διαβαῖνον.

(53) Reg. quartus δημιουργοὺς ἀπεφήνατο. Mox editi οἱ κάνθαροι.... ὁρισόμεθα. Codices non pauci ut in contextu.

ποιήσεως των ἀστέρων διάστημα τι ποτε ἄρα εἶναι ὁ δεινὸς τὰ μετέωρα οὗτος ἀποφανεῖται; Σαφῶς γὰρ ὁ τὴν κοσμογονίαν (45) τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος ἀναγράψας τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ τοὺς μεγάλους φωστῆρας καὶ τοὺς λοιποὺς ἀστέρας γεγενῆσθαί φησι. Χρόνος οὖν οὐκ ἦν, ὡς ἔοικεν, ἐν ταῖς κατόπιν ἡμέραις· οὐ γὰρ ἐκινοῦντό πω οἱ ἀστέρες (46). Πῶς γὰρ, οἵ γε μηδ' ἐγεγόνεισαν τὴν ἀρχήν (47); Καὶ πάλιν, ὅτε ἐπολέμει τοῖς Γαβαωνίταις ὁ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦς, ἐπειδὴ ἀκίνητος ὁ ἥλιος ἔμεινε (48) τῷ προστάγματι πεδηθείς, καὶ ἡ σελήνη κατὰ χώραν εἱστήκει, χρόνος οὐκ ἦν τηνικαῦτα; Τί ἐκεῖνο οὖν τὸ διάστημα τῆς ἡμέρας εἴπωμεν; τίνα προσηγορίαν ἐπινοήσεις; Εἰ γὰρ ἡ τοῦ (49) χρόνου φύσις ἐπιλελοίπει, αἰὼν ἀντεισῆλθε δηλονότι. Αἰῶνα δὲ μικρὸν ἡμέρας μέρος προσαγορεύειν τίνα τῆς ἀνοίας ὑπερβολὴν ἀπολείπει; Ἀλλ' ἔοικεν ἐκ πολλῆς ἀγχινοίας ἡμέραν μὲν καὶ νύκτα ἐν τῇ ποιᾷ τῶν ἀστέρων κινήσει νομίζειν γίνεσθαι, ταῦτα δὲ εἶναι τοῦ χρόνου μέρη· ὅθεν τὸν χρόνον ποιάν τινα κίνησιν ἀστέρων ἀπεφήνατο, οὐδὲ αὐτὸ τοῦτο συνεὶς ὅ τι λέγει. Οὐ γὰρ ποιὰν, ἀλλ' εἴπερ ἄρα, ποσὴν, μᾶλλον ἦν (50) εἰπεῖν οἰκειότερον. Ἀλλὰ τίς οὕτω παῖς παντελῶς τὴν διάνοιαν, ὥστε ἀγνοεῖν, ὅτι ἡμέραι μὲν, καὶ ὧραι, καὶ μῆνες, καὶ ἐνιαυτοὶ, μέτρα τοῦ χρόνου εἰσὶν (51), οὐχὶ μέρη; Χρόνος δέ ἐστι τὸ συμπαρεκτεινόμενον τῇ συστάσει τοῦ κόσμου διάστημα· ᾧ πᾶσα παραμετρεῖται κίνησις, εἴτε ἀστέρων, εἴτε ζώων, εἴτε οὑτινοσοῦν (52) τῶν κινουμένων, καθὸ λέγομεν ταχύτερον ἢ βραδύτερον ἕτερον ἑτέρου· ταχύτερον μὲν τὸ ἐν ἐλάττονι χρόνῳ πλεῖον διάστημα μεταβαῖνον, βραδύτερον δὲ τὸ ἔλαττον ἐν πλείονι χρόνῳ κινούμενον. Ὁ δὲ, ἐπειδὴ ἐν χρόνῳ οἱ ἀστέρες κινοῦνται, χρόνου αὐτοὺς εἶναι δημιουργοὺς ἀποφαίνεται (53). Οὐκοῦν κατὰ τὸν τοῦ σοφωτάτου λόγον, ἐπειδὴ καὶ κάνθαροι ἐν χρόνῳ κινοῦνται, ὁρισώμεθα τὸν χρόνον εἶναι ποιάν τινα κανθάρων κίνησιν· οὐδὲν γὰρ τούτου τὸ παρ' αὐτοῦ λεχθὲν διαφέρει, πλὴν τῆς σεμνότητος τῶν ὀνομάτων. Καὶ ταῦτα μὲν τοιαῦτα, σκέψασθε δὲ τὰ ἑφεξῆς.

22. ΕΥΝ. Ἀλλὰ μὴν (54), φησὶν, οὐδὲ ἐνυπάρχειν

(54) Illa, Ἀλλὰ μὴν etc., ita Latine reddens interpres, *Atqui*, inquit, *ne id quidem fieri potest, ut forma quæpiam, vel crassities, vel quantitas sit in substantia Dei*, vim vocis οἷον non satis attendit. Suspicari fortasse possit quispiam cum viro doctissimo Combefisio, hæc dicta fuisse ἐλλειπτικῶς, vocemque Υἱόν subaudiendam esse, hoc modo : οὐδὲ δυνατὸν τὸν Υἱὸν ἐνυπάρχειν τῇ οὐσίᾳ, etc. *Atqui*, inquit, *ne fieri quidem potest, ut Filius in Dei substantia exsistat tanquam forma, aut moles*, etc. Fateor quidem hanc conjecturam optimam videri, atque ad hunc locum facile accommodari posse : quoniam tamen apud virum eruditissimum Fabricium, qui librum Eunomii nuper edidit, ita editum invenimus, Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἐνυπάρχειν τι ταύτῃ οὐσίᾳ δυνατὸν οἷον εἶδος etc., hanc scripturam sequi satius duco. Et certe hoc nostrum judicium non parum adjuvat, quod in Colbertino codice, qui et ipse inter cætera opus Eunomii complectitur, eodem plane modo scriptum sit, nisi quod in ipso pro οὐδέ

Digitized by Google

τι τῇ οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ δυνατὸν, οἷον εἶδος, ἢ ὄγκον, ἢ πηλικότητα, διὰ τὸ πάντη συνθήκης ἐλεύθερον εἶναι τὸν Θεόν. Εἰ δὲ τούτων καὶ τῶν τοιούτων τι (55) μήτε ἐστὶ μήτε ποτὲ γένοιτ' ἂν εὐαγὲς ἐπινοῆσαι συμπεπλεγμένον τῇ οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ (56), ποῖος ἔτι συγχωρήσει λόγος πρὸς τὴν ἀγέννητον ὁμοιοῦν τὴν γεννητήν; τῆς κατ' οὐσίαν (57) ὁμοιότητος, ἢ συγκρίσεως, ἢ κοινωνίας, μηδεμίαν ὑπεροχὴν ἢ διαφορὰν καταλιπούσης, ἰσότητα δὲ σαφῶς ἐργαζομένης, μετὰ δὲ τῆς ἰσότητος ἀγέννητον ἀποφαινούσης τὸν ὁμοιούμενον, ἢ συγκρινόμενον. Οὐδεὶς δὲ οὕτως (58) ἀνόητος καὶ πρὸς ἀσέβειαν τολμηρὸς, ὥστε ἴσον εἰπεῖν τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν, αὐτοῦ τοῦ Κυρίου διαῤῥήδην εἰπόντος· *Ὁ Πατήρ ὁ πέμψας με μείζων μου ἐστί·* καὶ πάλιν μετ' ὀλίγα. Ἀλλ' ὅτι μὲν οἷς ὁ τῶν πάντων Θεὸς ἀγέννητος καὶ ἀσύγκριτος, πλειόνων ὄντων τῶν παραλελειμμένων, ἀποχρῆν ἡγοῦμαι καὶ τὰ ῥηθέντα πρὸς ἀπόδειξιν.

ΒΑΣ. Ὅταν τινὸς ἅπτεσθαι μέλλῃ πονηροῦ λόγου, προλαμβάνει (59) τινὰ συγχωρούμενα παρὰ πάντων, ἵνα διὰ τῆς ἐν τούτοις εὐγνωμοσύνης μηδὲ περὶ τῶν λοιπῶν ἀπιστῆται. Οὐδὲν (60), φησὶν, οἷόν τε ἐνυπάρχειν τοῦ Θεοῦ τῇ οὐσίᾳ, οὔτε εἶδος, οὔτε ὄγκον, οὔτε πηλικότητα, διὰ τὸ πάντη συνθήκης ἐλεύθερον εἶναι τὸν Θεόν. Μέχρι τούτων ἐστὶν εὐγνώμων· ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς εἰς ἑαυτὸν ἐπανῆλθεν. Ὡς γὰρ ἀναγκαίως τοῖς προεκτεθεῖσιν ἑπομένην τὴν βλασφημίαν ἐπισυνάπτει, λέγων· Εἰ δὲ τούτων καὶ τῶν τοιούτων τι μήτε ἐστὶ, μηδέποτ' ἂν γένοιτο εὐαγὲς ἐπινοῆσαι συμπεπλεγμένον τῇ οὐσίᾳ, τίς συγχωρήσει λόγος (61) πρὸς τὴν ἀγέννητον ὁμοιοῦν τὴν γεννητήν; Ποίαν ἀκολουθίαν ἔχει ταῦτα πρὸς ἄλληλα, εἰ ἀσύνθετός ἐστιν ὁ Θεὸς, ἀνεπίδεκτον εἶναι τὸν Υἱὸν τῆς πρὸς αὐτὸν ὁμοιότητος; Εἰπὲ γάρ· οὐχὶ δὲ καὶ σὺ τὸν Υἱὸν παραπλησίως ἐρεῖς μήτε εἶδος, μήτε ὄγκον (62), μήτε πηλικότητα ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, καὶ πάντη συνθήκης ἐλεύθερον εἶναι;

23. Ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδὲ μανέντα σε ἡγοῦμαί ποτε τολμήσειν ἄλλο τι εἰπεῖν τὸν Υἱὸν ἢ ἀσώματον καὶ ἀνείδεον καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ πάντα ὅσαπερ ἂν ἐπὶ τοῦ Πατρὸς εἴποις. Πῶς οὖν οὐκ εὐσεβὲς τὸν μὴ ἔχοντα εἶδος τῷ εἶδος μὴ ἔχοντι παραβάλλειν (63); καὶ τὸν μὴ ἔχοντα πηλικότητα τῷ μὴ ἔχοντι ταύτην; καὶ τὸν ἀσύνθετον ὅλως τῷ ἀσυνθέτῳ; Ὁ

A quidquam in Dei substantia exsistat, velut forma, aut moles, aut quantitas, quod compositione omni prorsus immunis est Deus. Quod si cogitare neque fas est, neque unquam fuerit, horum et talium quidquam cum Dei substantia complicatum esse; quænam adhuc ratio sinet, ut cum substantia ingenita genitam conferamus? quippe ea quæ secundum substantiam est similitudo, sive comparatio, sive communio, nullam præstantiam aut differentiam relinquit, imo æqualitatem aperte efficit; atque cum æqualitate ingenitum demonstrat eum, qui assimilatur, vel comparatur. Nemo autem ita est stolidus et ad impietatem audax, qui æqualem Patri Filium dicat, cum Dominus ipse palam dixerit: *Pater qui me misit, major me est*[3]. Et rursus paulo post. Sed, B missis pluribus, ea quæ diximus satis, puto, demonstrant universorum Deum ingenitum atque incomparabilem, unum esse.

Bas. Cum improbum aliquem sermonem vult attingere, nonnulla quæ ab omnibus conceduntur præmittit, ut propterea, quod de iis **234** recte sentit, in reliquis quoque sibi fidem paret. Neque, inquit, fieri potest, ut in Dei substantia exsistat quidquam, neque forma, neque moles, neque quantitas, quod Deus prorsus expers est compositionis. Ad hæc usque verba æquus est: in iis vero quæ sequuntur, ad se ipse redit. Nam blasphemiam velut necessario ex præmissis consequentem adjungit, verbis illis: Quod si cogitare neque fas est, neque unquam fuerit, horum et talium quidquam cum Dei substantia complicatum esse, quænam adhuc ratio sinet, C ut cum substantia ingenita genitam comparemus? Quamnam inter se cognationem habent illa, fieri non posse, si Deus incompositus est, ut Filius ei sit consimilis? Dic enim, nonne tu quoque pariter dices Filium neque formam, neque molem, neque quantitatem in seipso habere, atque prorsus a compositione liberum esse?

23. Ego equidem, vel si insanires, non puto ausurum te esse aliud quid dicere Filium quam incorporeum, quam formæ expertem et figuræ, et omnia quæ de Patre dicere possis. Quomodo igitur pium non fuerit, eum qui formam non habet, formam non habenti comparare? item, eum qui quantitatem non D habet, quantitatem non habenti? item, eum qui

[3] Joan. XIV, 28.

legatur οὐδέν. Addidimus igitur ex his libris voculam *τί*, sicque interpretati sumus: *Atqui*, inquit, *ne fieri quidem potest, ut quidquam in Dei substantia exsistat tanquam forma*, etc.

(55) Vocula *τί* deest in nostris septem mss. et in editione Ven. sed legitur in editione Paris. et apud Fabricium.

(56) Pro illo, τῇ οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ, in opere Eunomii simpliciter legitur ταύτῃ: sed ita mutatum a Basilio puto, ut Eunomii sententia magis pateret.

(57) Vox οὐσίαν addita est in Reg. tertio post vocem γεννητήν, si non eadem manu, at antiqua tamen: sed cum neque in vulgatis, neque in aliis mss. reperiatur, addendam eam non censuimus; eo magis, quod facile ex orationis serie suppleri possit. Statim ubi legitur in excusis καταλιπούσης, scriptum in duobus codicibus invenitur καταλειπούσης.

(58) Editi et Reg. tertius Οὐδεὶς γὰρ οὕτως. At reliqui mss. Οὐδεὶς δὲ οὕτως.

(59) Editi et mss. multi προσλαμβάνει. At Reg. quartus προλαμβάνει, rectius.

(60) Editio Paris. οὐδέ. Editio Ven. et nostri mss. omnes οὐδέν.

(61) Reg. quartus τῇ οὐσίᾳ, ποῖος ἔτι συγχωρήσει λόγος.

(62) Sic Colb. et duo Regii. Illud, μήτε ὄγκον, in vulgatis desiderabatur.

(63) Editi ἔχοντα εἶδος μὴ ἔχοντι παραβάλλειν. At mss. plerique omnes ita, ut edidimus.

Digitized by Google

omnino incompositus est, incomposito ? Hic vero in forma statuit similitudinem, et in mole æqualitatem : quantitatem autem quid præter molem esse putet, ipse sane aptius exposuerit.

Eun. Idcirco, inquit, nec æqualis, nec similis, quoniam et quantitate caret et forma.

Bas. Ego vero in hoc ipso pono similitudinem. Quemadmodum enim Pater liber est ab omni compositione, ita et Filius simplex omnino est atque incompositus. Quin etiam similitudinem non secundum formæ identitatem, sed secundum ipsam substantiam perspici arbitror. Quibus enim forma figuraque circumjacet, iis secundum formæ identitatem inest similitudo : quæ vero natura nec formam nec figuram admittit, reliquum est ut in ipsa substantia habeat similitudinem, æqualitatem vero non in mo- B les dimensione, sed in potentia identitate possideat. Christus, inquit, Dei potentia, et Dei sapientia [4], tota videlicet paterna potestate in ipso residente. Unde quæcunque videt Patrem facientem, ea et Filius similiter facit [5].

Eun. Sed similitudo, inquit, quæ secundum substantiam est, aut comparatio, aut communitas, neque præstantiam, neque differentiam ullam relinquens, æqualitatem aperte efficit.

Bas. Quomodo igitur differentiam nullam relinquit, ne eam quidem, quæ causis inest cum iis quæ ex ipsis sunt ? Subjungit postea :

Eun. Quis autem ita stolidus est, vel ad impietatem ita audax, ut æqualem Patri Filium dicat ?

Bas. Ad hæc dicamus ei illa prophetæ : *Facies meretricis facta est tibi ; amisisti pudorem* **235** *erga omnes* [6]. Etenim ut illæ suis ipsarum probris caste viventes aspergunt, ita hic quoque eos qui majestatem Unigeniti magnificare cupiunt, stolidos et ad impietatem audaces vocat, iisdem offensus, quibus et Judæi exacerbabantur, dicentes tunc : *Æqualem seipsum facit Deo* [7].

24. Et certe (nemini videatur mirum quod dico) illi quodammodo consequentiam rerum magis perspicere videbantur. Nam ægre ferebant quod Deum Patrem suum appellaret [8] : hanc inde a seipsis consecutionem colligentes, quod hoc pacto faceret æqualem se Deo ; quasi necessario sequatur, si Patrem habeat Deum, Deo æqualem esse. Eunomius autem, prius illud concedens, posterius negat, ac Domini vocem objicit nobis, dicentis : *Pater, qui me*

Α δὲ τὸ ὅμοιον ἐν τῷ εἴδει τίθεται, καὶ τὸ ἴσον ἐν τῷ ὄγκῳ· τὴν δὲ πηλικότητα (64), ὅ τι καὶ οἴεται παρὰ τὸν ὄγκον εἶναι, αὐτὸς ἂν οἰκειότερον ἐξηγήσαιτο.

ΕΥΝ. Διὰ τοῦτο οὔτε ἴσος, φησὶν, οὔτε ὅμοιος, ἐπειδὴ καὶ ἄποσός ἐστι καὶ ἀνείδεος.

ΒΑΣ. Ἐγὼ δὲ κατ' αὐτὸ τοῦτο τὴν ὁμοιότητα τίθεμαι. Ἐπειδὴ ὥσπερ ὁ Πατὴρ συνθήκης ἐστὶ πάσης ἐλεύθερος, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς ἁπλοῦς παντελῶς, καὶ ἀσύνθετος, καὶ τὸ ὅμοιον, μὴ κατὰ τὴν τοῦ εἴδους ταὐτότητα θεωρεῖσθαι, ἀλλὰ κατ' αὐτὴν τὴν οὐσίαν. Ὅσοις μὲν γὰρ μορφὴ καὶ σχῆμα περίκειται, τούτοις, κατὰ τὴν ταὐτότητα τοῦ εἴδους, ἡ ὁμοιότης· τὴν δὲ ἀνείδεον καὶ ἀσχημάτιστον φύσιν ἐν αὐτῇ τῇ οὐσίᾳ λείπεται ἔχειν τὴν ὁμοιότητα· καὶ τὸ ἴσον μὴ Β ἐν τῇ τῶν ὄγκων παραμετρήσει, ἀλλ' ἐν τῇ ταὐτότητι τῆς δυνάμεως. Χριστὸς, φησὶ, Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία· ὅλης τῆς πατρικῆς δυνάμεως ἐναποκειμένης αὐτῷ δηλονότι. Ὅθεν ὅσαπερ ἂν βλέπῃ τὸν Πατέρα ποιοῦντα, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ.

ΕΥΝ. Ἀλλ' ἡ κατ' οὐσίαν, φησὶν, ὁμοιότης, ἢ σύγκρισις, ἢ κοινωνία, μηδεμίαν ὑπεροχὴν ἢ διαφορὰν καταλείπουσα, ἰσότητα σαφῶς ἀπεργάζεται (65).

ΒΑΣ. Πῶς οὖν οὐδεμίαν διαφορὰν καταλείπει, οὐδὲ τὴν τοῖς αἰτίοις πρὸς τὰ ἐξ αὐτῶν ἐνυπάρχουσαν ; Εἶτα ἐπάγει·

ΕΥΝ. Τίς δὲ οὕτως ἀνόητος, ἢ πρὸς ἀσέβειαν τολμηρὸς, ὥστε ἴσον εἰπεῖν τὸν Υἱὸν τῷ Πατρί ;

C ΒΑΣ. Εἴπωμεν αὐτῷ τὰ τοῦ προφήτου πρὸς ταῦτα· ὅτι, *Ὀψὶς πόρνης ἐγένετό σοι· ἀπηναισχύντησας πρὸς πάντας*. Καὶ γὰρ ἐκεῖναι τὰ ἑαυτῶν ὀνείδη τοῖς σεμνῶς βεβιωκόσι προστρίβονται· καὶ οὗτος τοὺς τὴν δόξαν τοῦ Μονογενοῦς μεγαλύνειν ἐπιθυμοῦντας ἀνοήτους ἀποκαλεῖ καὶ πρὸς ἀσέβειαν τολμηροὺς, ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς χαλεπαίνων, ἐφ' οἷς καὶ Ἰουδαῖοι παρωξύνοντο τηνικαῦτα λέγοντες ὅτι, *Ἴσον ἑαυτὸν ποιεῖ τῷ Θεῷ*.

24. Καίτοι γε (καὶ μηδενὶ παράδοξον τὸ λεγόμενον δόξῃ) μᾶλλόν πως ἐδόκουν ἐκεῖνοι τὸ ἀκόλουθον ἐπιβλέπειν. Ἠγανάκτουν γὰρ, ὅτι Πατέρα ἑαυτοῦ ἔλεγε τὸν Θεόν· τὸ ἐφεξῆς ἀφ' ἑαυτῶν συλλογιζόμενοι, ὅτι διὰ τούτου ἴσον ἑαυτὸν ποιεῖ (66) τῷ Θεῷ· ὡς ἀναγκαίως ἑπομένου τῷ Πατέρα ἔχειν τὸν Θεὸν τοῦ D ἴσον (67) ὑπάρχειν αὐτῷ. Ὁ δὲ, τὸ πρῶτον συγχωρῶν δῆθεν, πρὸς τὸ δεύτερον ἀνανεύει, καὶ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν ἡμῖν προβάλλεται εἰπόντος· *Ὁ Πατήρ,*

[4] I Cor. I, 24. [5] Joan. v, 19. [6] Jerem. III, 3. [7] Joan. v, 18. [8] ibid.

(64) Eunomium ridet Basilius, quasi dicat : Philosophorum præstantissimus Eunomius distinguit molem a quantitate. Dicat autem velim quid sit discriminis inter utramque.

(65) Codices aliquot ἐργάζεται. Ibidem mss. tres, Πῶς οὖν. Vox ultima deest in excusis. Ex his constat aliquod differentiæ genus in Patre et Filio a Basilio, more et exemplo Patrum Græcorum, plane agnosci ; quale est videlicet, quod invenitur inter causam et id quod ab ea est, aut quale est, quod reperitur inter principium et id quod ab eo originem trahit. Sed illud differentiæ genus naturæ identitatem in Patre et Filio non destruit, imo firmat et constabilit.

(66) Editi ἐποίει. At mss. ποιεῖ.

(67) Editi τὸ ἴσον, male. Codex Colbertinus cum duobus Regiis τοῦ ἴσον, bene : quod ut melius intelligatur, ordo verborum sic immutandus est, τοῦ ἴσον ὑπάρχειν αὐτῷ ἑπομένου τῷ Πατέρα ἔχειν τὸν Θεόν.

Digitized by Google

ὁ (68) *πέμψας με, μείζων μου ἐστί*· τοῦ δὲ Ἀποστόλου λέγοντος οὐκ ἀκούει (69) ὅτι, Οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. (70) Καίτοι εἰ κατὰ τὸν σὸν λόγον ἡ ἀγεννησία οὐσία ἦν, ἐβούλετο δὲ τὴν κατ' οὐσίαν ὑπεροχὴν ἐπιδεῖξαι, εἶπεν ἄν· Ὁ ἀγέννητος μείζων μου ἐστίν. Ὑμέτερος δέ ἐστιν ὁ λόγος, ὅτι ἡ τοῦ Πατρὸς προσηγορία ἐνεργείας ἐστὶ καὶ οὐκ οὐσίας σημαντική. Μείζονα οὖν λέγοντες τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα, μείζονα τοῦ ἔργου φατὲ τὴν ἐνέργειαν. Πᾶσα δὲ δήπου (71) ἐνέργεια συμβαίνει τῷ μέτρῳ τοῖς ἐξ αὐτῆς γινομένοις· καὶ μεγάλη μὲν τῶν μεγάλων ἔργων ἐστί, σμικρὰ δὲ τῶν σμικροτέρων. Τὸ οὖν μείζονα τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα κατὰ τοῦτον τὸν λόγον ὁμολογεῖν οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ ἀσύμμετρον τῷ ἔργῳ τίθεσθαι τὴν ἐνέργειαν, καὶ μάτην φάσκειν πρὸς τὸ (72) τῆς ἐνεργείας μέγεθος τὸν Θεὸν κεκινῆσθαι, οὐ δυνηθέντα τῇ ἐνεργείᾳ παρισῶσαι τὸ τέλος. Ὥστε τὸ ἕτερον τοῖν δυοῖν (73) ἀναγκαίως διαπεσεῖται· ἢ μὴ δηλοῦν ἐνέργειαν τὸν Πατέρα, ἀλλὰ οὐσίαν, καὶ οὕτως αὐτοῖς ὁ σεσοφισμένος τῆς ὁμοιότητος (74) λόγος διαγεγράψεται, ὅμοιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν τιθεμένων, τουτέστι, τῇ ἐνεργείᾳ· οἷον γὰρ ἠθέλησεν ὁ Πατήρ, φησί, τοιοῦτον ἐποίησε, καθὸ καὶ εἰκόνα βουλήσεως (75) ὀνομάζουσιν· ἢ τοῦτο φυλάσσοντας, μὴ εἶναι λέγειν μείζονα τὸν Πατέρα. Ἐπειδήπερ πᾶσα ἐνέργεια, μηδενὸς ἀνθισταμένου τῶν ἔξωθεν, σύμμετρός ἐστι τοῖς οἰκείοις ἀποτελέσμασι. Ταῦτα μὲν οὖν πρὸς ἔλεγχον τῆς ἐν τοῖς δόγμασιν αὐτῶν ἀσυμφωνίας (76) εἰρήσθω.

A *misit, major me est*[9]: nec audit Apostolum, qui dicit quod non rapinam arbitratus sit esse se æqualem Deo[10]. Atqui si, ut dicis, ingeneratio substantia esset, voluissetque præstantiam secundum substantiam ostendere, dixisset utique: Ingenitus major me est. Nam sententia vestra hæc est, Patris appellatione operationem non substantiam significari. Itaque cum dicitis Patrem Filio majorem, operationem opere majorem dicitis. Omnis enim operatio, proportione servata, iis quæ ex illa fiunt, congruit; et magna quidem magnorum operum est, parva vero minorum. Proinde majorem Filio Patrem hoc modo confiteri, nihil aliud est, quam incongruentem operi operationem statuere, et dicere frustra Deum ad operationis magnitudinem commotum esse, cum non B potuerit effectum operationi adæquare. Quare duorum alterum eveniat necesse est, ut aut Pater non significet operationem, sed substantiam; sicque evanescet excogitata ab eis similitudinis ratio, qua sanciunt Filium Patri similem esse, operatione scilicet: qualem enim voluit Pater, inquiunt, talem fecit, quo etiam pacto voluntatis imaginem eum vocant: aut, si ab hoc sibi caveant, non dicent Patrem majorem esse. Nam operatio omnis, externa nulla re obstante, habet cum effectibus suis proportionem. Atque hæc ad confutandam ipsorum in dogmatibus dissensionem dicta sint.

Ἐκεῖνο δὲ τίνι τῶν πάντων ἄδηλον, ὅτι τὸ μεῖζον ἢ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον (77), ἢ κατὰ τὸν τῆς δυνάμεως πλεονασμὸν, ἢ κατὰ τὴν τοῦ ἀξιώματος ὑπεροχὴν, ἢ κατὰ τὴν τῶν ὄγκων περιουσίαν λέγεται; Κατὰ μὲν οὖν τὸν ὄγκον μὴ εἰλῆ-

25. Illud autem cui non est perspicuum, quod aliquid dici possit majus, aut ratione causæ, aut potentiæ redundantia, aut excellentia dignitatis, aut molis magnitudine? Itaque non accipi *majus* secundum magnitudinem, et hic ipse prior dixit; **236** et plane C

[9] Joan. XIV, 28. [10] Philip II, 6.

(68) Veteres aliquot libri cum editis, ὁ Πατήρ μου ὁ. Alii codices melioris notæ, ὁ Πατὴρ ὁ.

(69) Reg. tertius in contextu quidem habet οὐκ ἀκούει: sed in ora libri habet οὐκ ἀκούεις. Statim editi ἡγήσατο εἶναι. Libri veteres ἡγήσατο τὸ εἶναι.

(70) Ita hoc loco Basilius adversarios adoritur, ut eos suis ipsorum armis confodiat. Dicitis vos, inquit Basilius, nomen Patris operationem, non substantiam indicare. Id autem si verum est, hinc efficitur, Patrem non substantia Filio majorem esse, sed operatione duntaxat. D

(71) Editi et unus ms. Πᾶσα γὰρ δήπου. Alii quatuor mss. Πᾶσα δὲ δήπου. Aliquanto post duo mss. ἢ ἀσυμμέτρως τῷ.

(72) Illa, πρὸς τό, etc., hoc sensu dicta fuisse arbitror. Patrem Filio majorem esse si profiteamini, consequens est ut dicatis Deum frustra in id incubuisse, ut magnum quemdam effectum ederet, cum quod vellet assequi non potuerit. Ista est enim vestra sententia, productum non fuisse a Deo, cum Filium genuit, effectum quempiam, qui aut operationi respondeat, aut cum ea proportionem habeat ullam. Ex quo fit ut Pater, cum Filium generavit, rem non ita magnam produxerit.

(73) Ὥστε τὸ ἕτερον τοῖν δυοῖν, etc. Totus hic locus sic videtur reddendus: *Itaque alterutrum ex duobus necessario admittent, ita ut vel Pater non significet operationem, sed substantiam* (*sicque illis evanescet excogitata similitudinis ratio, dum Patri similem Filium dicunt, id est operationi: qualem enim voluit Pater, inquiunt, talem fecit: unde et imaginem voluntatis illum appellant*); *vel si id retineant, major Filio Pater dici non possit.*

(74) Codex Colb. cum Reg. tertio ἀνομοιότητος, corrupte. Alii mss. et editi ὁμοιότητος, recte. Illud quod mox sequitur, ὅμοιον τῷ etc., ita interpretans Trapezuntius, *cum Patri Filium, id est operationi similem arbitrentur*, sensum verborum alio detorsit. Hoc dicit Basilius, arbitrari Eunomianos. Filium similem esse Patri operatione.

(75) Reg. tertius εἰκόνα βουλῆς. Illud, ἢ τοῦτο φυλάσσοντας, sic debet accipi. Aut si dicunt non significari substantiam appellatione Patris, sed operationem, vel inviti fateantur necesse est Patrem Filio majorem non esse. Etenim, ut ait mox Basilius, operatio omnis habet cum suis effectibus proportionem. Cum igitur operatio Patris infinita sit, et ipse quoque effectus infinitus esse debet, alioqui nec similitudo nec proportio esset operationem inter et effectum.

(76) Editi et Reg. quintus αὐτῶν συμφωνίας, et ita legerat interpres, cum verterit, *ad reprehendendam ipsorum in dogmatibus concordiam*. Alii sex mss. ἀσυμφωνίας, *ad redarguendam ipsorum in dogmatibus discordiam*, optime.

(77) Codices duo ἢ κατ' αὐτὸν τὸν τῆς αἰτίας λόγον. Ibidem editi et unus ms. ἢ κατ' αὐτὸν τὸν τῆς δυνάμεως. Alii sex mss. ἢ κατὰ τὸν τῆς δυν...

Digitized by Google

res ita se habet; cum in magnitudine *majus* tantum sit, quantum et minus et amplius. Quæ enim magnitudine non possunt comprehendi, imo potius, quæ magnitudine ac quantitate omnino carent, ea quis possit inter se dimetiri? quæ autem non queunt inter se comparari, quomodo in iis id quod excedit cognoscetur? Dicere autem Christum Dei potentiam, potentia inferiorem esse, valde puerile est, et eorum qui ne audierunt quidem vocem Domini, qui dixit: *Ego et Pater unum sumus* [11]: quique illud, *unum*, pro æqualitate potentiæ accepit, ut ex ipsis Evangelii verbis ostendemus. Cum enim dixisset de iis qui crediderant: *Nullus eos e manu mea rapiet;* et, *Pater qui mihi dedit, major omnibus est;* et, *Nullus e manu Patris mei potest rapere*, adjunxit: *Ego et Pater unum sumus* [12], sic ut aperte *unum* pro æqualitate ac identitate potentiæ accipiat. Præterea si Dei sedes, ut nos credimus, dignitatis nomen est, illa Filio a dextris Patris assignata sedes quidnam aliud quam dignitatis æqualitatem significat? Quin et Dominus in gloria Patris venturum se pollicetur [13]. Reliquum est igitur, ut vox *majus* hic secundum causæ rationem dicatur. Nam quoniam a Patre origo est Filii, hoc major est Pater, quod causa sit et principium. Quapropter et Dominus sic dixit: *Pater meus me major est*, prout Pater videlicet. Illud autem, *Pater*, quid aliud indicat nisi causam atque originem esse ejus qui ex ipso genitus est? Denique secundum vestram sapientiam, substantia ipsa substantia non dicitur major aut minor. Quare et secundum illos ipsos, et secundum veritatem ipsam, vox *majoris* quæ usurpata est, nullo pacto præstantiam secundum substantiam significat. Nec vero hic ipse Deum Patrem majorem dixerit secundum molem, qui scilicet statuerit, quantitatem in Deo intelligi non oportere. Superest igitur is, quem nos diximus, *majoris* modus, principii, inquam, et causæ. Quam itaque blasphemiam circa vocem *majus* tentavit, ea ejusmodi est.

26. Illud autem admiratione dignum, quod sic in paucis ad sermones perquam inter se contrarios delapsus, oculis animi velut quadam cæcitate perculsis, verborum inter se pugnam intelligere non potuit: planum ut sit ac conspicuum, eum tam alienum esse a Dei pace, quam Dominus noster iis qui vere ac sincere in ipsum crediderunt, reliquit, dicens: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis* [14], ut non cum aliis solum, sed secum etiam ipse pugnet.

φθαι τὸ μεῖζον (78) αὐτός τε οὗτος προλαβὼν ἔφησε, καὶ τὸ εἰκὸς οὕτως ἔχει· ἐπειδήπερ τὸ *μεῖζον* ἐν τοῖς μεγέθεσι τοσοῦτόν ἐστιν, ὅσον καὶ τὸ ἔλαττον, καὶ ἔτι. Τὰ δὲ ἀπερίληπτα τῷ μεγέθει, μᾶλλον δὲ ἀμεγέθη καὶ ἄποσα παντελῶς, τίς ἂν ἀλλήλοις παραμετρήσειεν; ὧν δὲ ἀμήχανος ἡ παράθεσις, τίνι ἂν τρόπῳ ἐν τούτοις τὸ ὑπερβάλλον ἐπιγνωσθείη; Δυνάμει δὲ λέγειν ἐλλείπειν τὸν Χριστὸν τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν κομιδῇ νηπίων καὶ οὐδὲ κατακουόντων τῆς φωνῆς τοῦ Κυρίου (79), λέγοντος· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*· καὶ τὸ *ἕν* ἀντὶ τοῦ κατὰ τὴν δύναμιν ἴσου παραλαμβάνοντος, ὡς ἐξ αὐτῶν δείξομεν τοῦ Εὐαγγελίου τῶν ῥημάτων. Εἰπὼν γὰρ περὶ τῶν πιστευσάντων ὅτι, *Οὐ μή τις ἁρπάσῃ ἐκ τῆς χειρός μου*· καὶ ὅτι *Ὁ Πατήρ, ὃς δέδωκέ μοι, μεῖζων πάντων ἐστί*· καὶ, *Οὐδεὶς δύναται ἁρπάσαι ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ Πατρός μου*, ἐπήγαγεν· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*, σαφῶς τὸ *ἕν* ἀντὶ τοῦ ἴσου καὶ ταὐτοῦ κατὰ δύναμιν παραλαμβάνων. Ἀλλὰ μὴν εἴ γε καὶ ὁ θρόνος ὁ τοῦ Θεοῦ (80), ὥσπερ οὖν ἡμεῖς πεπιστεύκαμεν, ἀξιώματός ἐστιν ὄνομα, ἡ ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς ἀφωρισμένη τῷ Υἱῷ καθέδρα τί ποτε ἕτερον, καὶ οὐχὶ τὸ ὁμότιμον τῆς ἀξίας ἀποσημαίνει; Ἀλλὰ καὶ ἥξειν ὁ Κύριος ἐπαγγέλλεται ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρός. Λείπεται τοίνυν κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον ἐνταῦθα τὸ *μεῖζον* λέγεσθαι. Ἐπειδὴ γὰρ (80*) ἀπὸ τοῦ Πατρὸς ἡ ἀρχὴ τῷ Υἱῷ, κατὰ τοῦτο μείζων ὁ Πατὴρ, ὡς αἴτιος καὶ ἀρχή. Διὸ καὶ ὁ Κύριος οὕτως εἶπεν· *Ὁ Πατήρ μου μείζων μου ἐστί*, καθὸ Πατὴρ δηλονότι. Τὸ δὲ, *Πατὴρ*, τί ἄλλο σημαίνει ἢ οὐχὶ τὸ αἰτία εἶναι καὶ ἀρχὴ τοῦ ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντος; Ὅλως δὲ οὐσία οὐσίας, καὶ κατὰ τὴν ὑμετέραν (81) σοφίαν, μείζων καὶ ἐλάττων οὐ λέγεται. Ὥστε καὶ κατὰ τούτους, καὶ κατ' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν, οὐδενὶ ἂν τρόπῳ τὴν κατ' οὐσίαν ὑπεροχὴν ὁ προκείμενος λόγος τοῦ *μείζονος* ἐμφαίνοι. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κατ' ὄγκον φαίη ἂν αὐτὸς οὗτος μείζονα τὸν Θεὸν Πατέρα· ὅ γε ἀποφηνάμενος (82) μὴ χρῆναι περὶ τὸν Θεὸν ὑπονοεῖν πηλικότητα. Ὑπόλοιπος οὖν ἐστιν ὁ παρ' ἡμῶν λεχθεὶς τοῦ *μείζονος* τρόπος, ὁ τῆς ἀρχῆς, λέγω, καὶ τῆς αἰτίας. Ἡ μὲν οὖν κατὰ τὸ *μεῖζον* ἐπιχείρησις αὐτοῦ τῆς βλασφημίας τοιαύτη.

26. Ἐκεῖνο δὲ θαυμάσαι ἄξιον, ὅτι οὕτως ἐν βραχεῖ πρὸς τοὺς ἐναντιωτάτους λόγους περιτρεπόμενος, καθάπερ ἀορασίᾳ τινὶ τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὺς πεπληγμένος, συνιδεῖν τὴν ἐν τοῖς (83) λεχθεῖσι μάχην οὐκ ἐδυνήθη· ἵνα φανῇ τοσοῦτον ξένος ὢν τῆς τοῦ Θεοῦ εἰρήνης, ἣν ὁ Κύριος ἡμῶν τοῖς γνησίως καὶ ἀδόλως εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσιν ἀφῆκεν, εἰπών· *Εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν*· ὥστε οὐχὶ τοῖς ἄλλοις μόνον,

[11] Joan. x, 30. [12] ibid. 28-30. [13] Matth. xvi, 27. [14] Joan. xiv, 27.

(78) Codex unus τὸ μείζονα. Aliquanto post editi ὅσον καὶ τό. Vocula καί in multis mss. deest.

(79) Editi τῆς φωνῆς τῆς Κυρίου, libri veteres τῆς φωνῆς τοῦ Κυρίου.

(80) Antiqui duo libri θρόνος τοῦ Θεοῦ. Ibidem editi, Ὥσπεο οὖν ἡμεῖς. Illud, οὖν, in aliquibus mss. deest.

(80*) Reg. quartus παρὰ τοῦ.

(81) Editi et Reg. secundus κατὰ τὴν ἡμετέραν. Alii quatuor mss. κατὰ τὴν ὑμετέραν.

(82) Editi μείζονα τὸν πατέρα· ὅ γε ἀποφαινόμενος. Colb. cum Reg. tertio uti legere est in contextu.

(83) Libri veteres τὴν ἐν τοῖς. Illud, τὴν in editis desideratur.

Digitized by Google

ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ διαμάχεται. Μείζονα γὰρ εἰπὼν τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα τοῦ Μονογενοῦς Υἱοῦ, καὶ τοῖς τὸ ἴσον λέγουσι μανίαν ἐπικαλέσας (84), ὡς αὐτὸς ἀναντιῤῥήτους ἔχων τούτου τὰς ἀποδείξεις, μικρὸν ὑποβὰς σκέψασθε οἷα γράφει.

ΕΥΝ. Ἀλλ' ὅτι μὲν εἷς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἀγέννητος καὶ ἀσύγκριτος, πλειόνων ὄντων τῶν παραλελειμμένων, ἀποχρῆν, ἡγοῦμαι, καὶ τὰ ῥηθέντα πρὸς ἀπόδειξιν.

ΒΑΣ. Ἐρωτάσθω τοίνυν, εἰ ἀσύγκριτος ὁ Θεὸς, πόθεν αὐτοῦ ἡ ὑπεροχὴ κατελήφθη; Τὸ γὰρ μεῖζον ἐκ τῆς πρὸς τὰ ὑπερεχόμενα παραθέσεως θεωρεῖται. Πῶς οὖν ὁ αὐτὸς καὶ μείζων ἐστὶ καὶ ἀπαράθετος; Ἀλλ' ἵνα μὲν παρηλλαγμένην τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν πρὸς τὴν τοῦ Μονογενοῦς ἐπιδείξῃ, συγκριτικῶς λεγόμενον τὸ *μεῖζον* εἰς τὴν τῆς οὐσίας διαφορὰν ἐξεδέξατο· ἵνα δὲ πάλιν εἰς τὸ ὁμότιμον τῇ κτίσει τὸν Μονογενῆ καταγάγῃ, ἀσύγκριτον εἶναι τὸν Πατέρα νομοθετεῖ· καινήν τινα καὶ ἀσύγκριτον ὄντως τὴν ὁδὸν τῆς βλασφημίας ἐπινοῶν· ἐν προσποιήσει δὴ τοῦ ὑψοῦν καὶ ἐξαίρειν τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, τοῦ Μονογενοῦς Υἱοῦ καὶ Θεοῦ τὴν δόξαν κατασμικρύνων· τοῦ Κυρίου διαμαρτυρουμένου καὶ λέγοντος· *Ὁ μὴ τιμῶν τὸν Υἱὸν, οὐ τιμᾷ τὸν Πατέρα*· καὶ· *Ὁ ἀθετῶν ἐμὲ οὐκ ἐμὲ ἀθετεῖ· ἀλλὰ τὸν πέμψαντά με.* Ἀλλ' ὁ ἐχθρὸς τῆς ἀληθείας, ὁ ἐνεργῶν τὰ τοιαῦτα λέγειν καὶ γράφειν αὐτοῖς, εἶδεν ἐκεῖνο (85), ὅτι, εἰ πρὸς τὴν σύνεσιν αὐτοὺς τῆς τοῦ Μονογενοῦς δόξης ἀποτυφλώσειε, καὶ τὴν αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς γνῶσιν συναφαιρήσεται· ὥστε, εἰ καὶ δοκοῦσιν ὑπερβολάς τινας νέμειν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, μηδὲν αὐτοῖς ὄφελος εἶναι τῆς πρὸς αὐτὸν ἀγούσης ὁδοῦ τὴν γνῶσιν ἀφῃρημένοις. Ἐπειδὴ καὶ Ἰουδαῖοι δοξάζειν τὸν Θεὸν οἴονται, καὶ Ἑλλήνων τις ἀκούσεται βουλομένων τι μέγα περὶ Θεοῦ λέγειν· ἀλλ' ὅμως οὐκ ἂν τις εἴποι μεγαλύνειν αὐτοὺς τὸν Θεὸν ἄνευ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, δι' οὗ ἡ προσαγωγὴ τῆς γνώσεώς ἐστιν.

27. Ἀσύγκριτον οὖν τὸν Θεὸν λέγει, ἵνα δείξῃ Υἱὸν ἴσον ὄντα τῇ κτίσει, ἐν τῷ ὁμοίως τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς ἀπολείπεσθαι· διότι τὰ (86) ἴσῳ μέτρῳ ὑπερεχόμενα ἴσα ἀλλήλοις ἀναγκαίως ἐστί. Τοσοῦτον δὲ ὑπερέχεται κατὰ τὸν τούτου (87) λόγον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁ Μονογενὴς Υἱὸς, ὅσον καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον. Τοιοῦτον γάρ ἐστι τὸ ἀσύγκριτον, ὃ πᾶσιν ὁμοίως ἐστὶν ἀπροσπέλαστον καὶ ἀνέφικτον. Εἰ δὲ ἴσον (88) τοῖς ἄλλοις τοῦ Πατρὸς ἀπολείπεται, ἴσος ἐκείνοις ἐστὶ μεθ' ὧν ἀπολείπεται. Τί οὖν τῆς βλασφημίας ταύτης χεῖρον εἴποιεν ἂν Ἰουδαῖοι; τί δὲ τῶν ἐθνῶν λεγόντων ἐστὶν ἀκούειν; Καὶ οὐκ ἐρυθριῶσιν οἱ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον πρεσβεύειν σχηματιζόμενοι, Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι τοῖα καὶ προσ-

A Nam ubi Deum et Patrem dixit unigenito Filio majorem, et eos qui æqualem dicunt, dementiæ insimulavit; quasi suppeterent sibi ea de re demonstrationes, quibus non possit contradici, paululum progressus qualia scribat, expendite.

Eun. Verum, quod unus sit universorum Deus ingenitus atque incomparabilis, pluribus omissis, ea quæ dicta sunt, puto, sufficiunt ad demonstrationem.

Bas. Interrogetur itaque : si incomparabilis **237** est Deus, unde præsentia ejus comprehensa est? Quippe id quod majus est ex comparatione eorum quæ superantur, æstimatur. Qui igitur fieri potest, ut idem et major sit et incomparabilis? Verum ut Dei substantiam ab Unigeniti substantia diversam B ostenderet, illud, *majus*, ceu comparative usurpatum pro substantiæ diversitate accepit : rursus, ut ad creaturæ æqualitatem Unigenitum detrudat, Patrem sancit esse incomparabilem. Novam quidem ac vere incomparabilem blasphemiæ viam commentus es:, qui interea dum exaltare se ac extollere Deum et Patrem simulat, imminuat Unigeniti Filii et Dei majestatem ; quanquam Dominus testatur ac dicit : *Qui non honorat Filium, Patrem non honorat* [15]; et, *Qui me contemnit, non me contemnit, sed eum qui me misit* [16]. Sed veritatis inimicus, cujus opera ac impulsu isti hæc dicunt scribuntque, illud vidit, quod si eos circa gloriæ Unigeniti cognitionem excæcarit, etiam ipsius Dei ac Patris cognitionem simul ablaturus esset : ut etiamsi videantur prærogativas C quasdam Deo et Patri attribuere, nullum tamen inde emolumentum consequantur, cum eis ejus viæ, quæ ad ipsum ducit, adempta notitia sit. Nam et Judæi gloria Deum afficere se putant; et audias gentiles nonnullos, qui aliquid velint magni de Deo dicere : sed ab iis absque fide in Christum per quem ad cognitionem accessus fit, Deum magnificari dixerit nemo.

27. Incomparabilem igitur dicit Deum, ut Filium in eo creaturis æqualem esse ostendat, quod pariter abest a majestate Patris. Quæ enim æquali superantur mensura, æqualia inter se necessario sunt. Tantum autem superatur secundum hujus sententiam a Deo et Patre unigenitus Filius, quantum et D aliorum singula. Nam quod comparari non potest, id ejusmodi est, ut omnibus pariter inaccessum sit atque impervium. Quare si Filius a Patre æque distat, atque res aliæ, æqualis est iis quibuscum ab illo distat. Quid igitur hac blasphemia pejus dixerint Judæi? quid deterius ex gentibus audire possumus? Nec pudet eos qui se Verbum Dei colere fingunt, Judæis ac gentilibus jucunda documenta atque fami-

[15] Joan. v, 23. [16] Luc. x, 16.

(84) Reg. tertius in margine manu paulo recentiore ἐπεγκαλέσας.

(85) Reg. quartus οἶδεν ἐκεῖνο, *novit illud*, et ita quoque legitur in Colbertino, sed secunda manu.

(86) Codex unus διὸ τά. Alii duo διότι καὶ τά.

87) Codices aliquot τὸν τούτων, *uti sentiunt Eunomiani.*

(88) Editi, Εἰ δὲ τὸ ἴσον. At mss. antiquiores, Εἰ δὲ ἴσον.

Digitized by Google

liaria proponere. Nam si Deo et Patri non comparatur, quemadmodum neque angeli, neque cœlum, neque sol, neque terra, neque animalium quæ in ea sunt ullum, neque plantarum ulla ; quomodo a propriis creaturis erit diversus ? contra, unde illi cum Patre conjunctio ? *Ego*, inquit, *et Pater unum sumus* [17]. Rursus enim ejusdem dicti faciamus mentionem. Hoc, dic mihi, nonne verbum est comparantis seipsum ? Quid dico comparantis ? imo unientis, ut ita dicam, et naturæ similitudinem integerrimam hinc declarantis ? Hic vero incomparabilem esse Deum statuit. Et bonitas **238** quidem Dei ac Salvatoris nostri Jesu Christi, homines, prout capere possumus, per studium ac exercitationem bonorum operum eo adducit, ut fiant Deo universorum consimiles, dum dicit : *Sitis perfecti sicut et Pater vester cœlestis perfectus est* [18]; hic autem Unigenitum naturali cum Patre conjunctione, quantum in ipso est, privat. Sed et hæc ratio sic adversus hunc ipsum retorquebitur. Etenim si incomparabilis est Pater, unde Filium dissimilem esse demonstrabit ? Et vero, si ex essentiarum inter se comparatione dissimilitudinem invenisse se dicturus est, qui fieri potest ut incomparabilis sit qui talis est ? Sin autem ne comparatur quidem ullo modo, quomodo potuit diversitatem cognoscere ? Sic malum non bono solum videtur adversari, sed ipsum etiam sibi.

A ἡγορα (89) διδάγματα προτεινόμενοι. Εἰ γὰρ μὴ συγκρίνεται τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ (90), ὥσπερ οὔτε ἄγγελοι, οὔτε οὐρανὸς, οὔτε ἥλιος, οὔτε γῆ, οὔτε τῶν ἐν αὐτῇ ζώων τε καὶ φυτῶν ἕκαστον· πῶς μὲν τὴν διαφορὰν ἕξει πρὸς τὰ οἰκεῖα κτίσματα ; πόθεν δὲ αὐτῷ πρὸς τὸν γεννήσαντα ἡ οἰκειότης ; Ἐγώ, φησὶ, *καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*. Πάλιν γὰρ τοῦ αὐτοῦ μνημονεύσωμεν (91). Τοῦτο, εἰπέ μοι, οὐχὶ συγκρίνοντος ἑαυτόν ἐστι τὸ ῥῆμα ; Τί λέγω συγκρίνοντος ; ἑνοῦντος μὲν οὖν, ὡς εἰπεῖν, καὶ τὸ τῆς φύσεως ἀπαράλλακτον (92) παριστῶντος ἐντεῦθεν. Ὁ δὲ ἀσύγκριτον εἶναι τὸν Θεὸν ἀποφαίνεται. Καὶ ἡ μὲν ἀγαθότης τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοὺς ἀνθρώπους (93), καθόσον ἐσμὲν χωρητικοὶ, διὰ τῆς μελέτης καὶ τῆς ἀσκήσεως τῶν ἀγαθῶν ἔργων τῇ πρὸς τὸν Θεὸν τῶν ὅλων ὁμοιώσει προσάγει ἐν οἷς φησι· *Γίνεσθε τέλειοι καθὼς καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστιν*· οὗτος δὲ τὸν Μονογενῆ τὴν ἐκ φύσεως αὐτῷ ὑπάρχουσαν πρὸς τὸν γεννήσαντα οἰκειότητα (94), τὸ εἰς αὐτὸν ἧκον, ἀποστερεῖ. Καίτοι καὶ οὗτως (95) αὐτῷ εἰς τὸ ἐναντίον ὁ λόγος περιτραπήσεται. Εἰ γὰρ ἀσύγκριτος ὁ Πατὴρ, πόθεν λαβὼν τῆς ἀνομοιότητος τοῦ Υἱοῦ τὰς ἀποδείξεις παρέξεται ; Εἰ μὲν γὰρ, ἀντιπαρεξετάζων τὰς οὐσίας ἀλλήλαις, εὑρηκέναι φήσει τὸ ἀνόμοιον, πῶς ἀσύγκριτος ὁ τοιοῦτος ; *εἰ* δὲ οὐδὲ συγκρίνεται τὴν ἀρχὴν (96), πῶς ἐπιγνῶναι τὸ ἀγαθῷ ἐναντιοῦσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ ἑαυτῷ (97).

B

διάφορον ἠδυνήθη ; Οὕτως ἔοικε τὸ κακὸν οὐ τῷ

[17] Joan. x, 30. [18] Matth. v, 48.

(89) Illud, φίλα καὶ προσήγορα, si mavis, ita cum Combefisio interpretare : *jucunda ac faventia*.

(90) Dissident quidem inter se editi et libri veteres : sed ita, ut sententia eadem semper remaneat. Editi συγκρίνοιτο τῷ Πατρί. Codex unus συγκρίνεται τῷ Θεῷ Πατρί. Alius συγκρίνεται τῷ Θεῷ καὶ Πατρί, et ita loqui solet Basilius. Denique alii duo mss. συγκρίνεται τῷ Πατρί.

(91) Editi μνημονεύσομεν. Codices tres μνημονεύσωμεν, recte.

(92) Illud, τὸ ἀπαράλλακτον, non qualemcunque similitudinem significat, sed eam, quæ omnis dissimilitudinis expers sit, sic ut idem sit quod *identitas* apud theologos.

(93) Hunc locum ita Trapezuntius verterat : *omnes homines perducit :* in quo a Combefisio jure reprehenditur, quod vocem *omnes* de suo addiderit.

(94) Editiones Ven. et Basil. et Stephani et sex mss. τὴν ἐκ φύσεως αὐτῷ ὑπάρχουσαν... οἰκειότητα. Editio Paris. et Reg. secundus τῆς ἐκ φύσεως αὐτῷ ὑπαρχούσης.... οἰκειότητος, et ita legendum esse censet Ducæus. Sed ipsum audire præstat. *Solet enim*, inquit, *ex regulis grammatices* στερέω *genitivo rei jungi, qua privatur aliquis, ut* στερεῖσθαι κεφαλῆς, στερεῖσθαι τῆς πόλεως, *capite vel urbe privari.* Sed non animadvertit vir alioqui doctissimus, aliud

C multo esse, solere aliquid fieri, aliud semper fieri. Verba autem privativa solent quidem genitivo rei jungi : sed id non semper fieri constat ; imo non raro regunt duos accusativos. Quare nullam video causam, cur editiones veteres tot codicum numero suffultas sequi nobis non liceat. Lege Thesaurum. Veteres aliquot libri ὑπάρχουσαν πρὸς τὸν γεγεννηκότα.

(95) Editi καὶ οὗτος. Libri antiqui καὶ οὕτως. Vox τοιοῦτος, quæ aliquanto post legitur, hoc loco debet sumi pro eo qui comparatur ac confertur cum alio.

(96) Illud, τὴν ἀρχὴν, non raro sumitur adverbialiter pro eo, quod est, *initio, omnino*, etc., nec debuerat interpres sic vertere : *Quod si nec initium quidem comparationis habet.*

D (97) Post vocem ἑαυτῷ in Regiis primo, secundo et sexto sequuntur illa, οὗ γένοιτο λυτρῶσαι ἡμᾶς χάριτι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ δόξα σὺν ἁγίῳ Πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας : quorum verborum interpretationem Latinam cum vidisset Ducæus in editione Parisiensi, conquestus est Græca ex suo codice Regio addita non fuisse. Sed ea in re viro doctissimo assentiri non queo, cum ejusmodi clausulas a librariis addi solitas, nemo qui paulummodo in veteribus libris legendis versatus sit, ignoret.

Digitized by Google

ΠΡΟΣ ΕΥΝΟΜΙΟΝ (98) ΛΟΓΟΣ Β'.

ΠΕΡΙ ΥΙΟΥ.

—

ADVERSUS EUNOMIUM LIBER SECUNDUS.

DE FILIO.

—

1. Ἐν τοίνυν τοῖς περὶ Θεοῦ τῶν ὅλων λόγοις ὑποκατασκευάσας ὅσον ἐδύνατο τὰς εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ βλασφημίας, αὐτῷ λοιπὸν ἐπαφῆκε τῷ Μονογενεῖ Θεῷ τὴν γλῶσσαν. Τί γάρ φησι;

ΕΥΝ. Καὶ εἷς Υἱός. Μονογενὴς γὰρ, περὶ οὗ ἐνῆν μὲν τὰς τῶν ἁγίων φωνὰς παραθέμενον, δι' ὧν Υἱὸν καὶ γέννημα καὶ ποίημα καταγγέλλουσι, ταῖς τῶν ὀνομάτων διαφοραῖς καὶ τὴν τῆς οὐσίας παραλλαγὴν ἐμφανίσαντας, ἀπηλλάχθαι φροντίδων καὶ πραγμάτων· διὰ δὲ τοὺς σωματικὴν τὴν γέννησιν ὑπολαμβάνοντας, καὶ ταῖς ὁμωνυμίαις προσπταίοντας, ἀναγκαῖον ἴσως καὶ περὶ τούτων διὰ βραχέων εἰπεῖν.

ΒΑΣ. Ταῦτα μὲν (99) ὁ Εὐνόμιος. Ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν οὕτω χρὴ διανοεῖσθαι περὶ τοῦ λόγου παντὸς, ὡς πλάσματος οἷα ἐν τοῖς διδασκαλείοις τῆς ματαιότητος εἰς μελέτην τοῦ ἐν τῷ ψεύσματι πιθανοῦ τοῖς μειρακίοις προβάλλεται (ἐπειδὴ καὶ παραπλησίως ἐκείνοις πάντα σκιαμαχίᾳ προσέοικε· πρὸς κατηγόρους τε μάχη μὴ ὑφεστῶτας· καὶ ἀπολογία πρὸς κατηγορίαν οὐ προρρηθεῖσαν· καὶ λόγος (1) πρὸς δικαστὰς τοὺς οὐδαμοῦ φαινομένους)· εἰ οὕτω χρὴ καὶ τούτων ἀκούειν, αὐτός τε ἀφίημι τὴν ἐξέτασιν, καὶ παντὶ παραινῶ μηδὲν τῶν εἰρημένων περιεργάζεσθαι· εἰ δὲ μεῖζόν ἐστι τὸ ἐπάγγελμα, καὶ πολλοῖς γέγονεν ὑπόνοια (2), εἶναί τινα παρ' αὐτῷ τῆς ἀληθείας φροντίδα, ἀνάγκη πᾶσα τῶν εἰρημένων ἕκαστον διευθύνειν εἰς δύναμιν. Τίς ἂν οὖν τρόπος τῆς ἐξετάσεως δικαιότερος γένοιτο, ἢ τοῖς διδάγμασι (3) τοῖς παρὰ τοῦ Πνεύματος ἡμῖν δεδομένοις τὸν λόγον συγκρίνοντας, ὃ μὲν ἂν ἐκείνοις συμφωνοῦν εὕρωμεν καταδέχεσθαι, τῷ δὲ ἐναντίως ἔχοντι ἀπιστεῖν καὶ ὡς ἐχθρὸν ἀποφεύγειν;

2. Πρῶτον τοίνυν ἐκεῖνο δεικνύτω, τίνες τῶν ἁγίων

1. Itaque posteaquam in iis quos de Deo universorum habuit sermonibus præstruxit, quoad potuit, in Dei Filium blasphemias, deinceps in ipsum unigenitum Deum immittit linguam. Quid enim dicit?

Eun. Et unus Filius. Unigenitus enim, de quo sanctorum voces per quas Filium et geniturarn et creaturam prædicant, si protulissemus; sic poteramus, substantiæ etiam diversitate per nominum diversitatem declarata, curis liberi esse atque negotiis. Sed propter eos qui generationem corpoream intelligunt, et quibus voces ambiguæ sunt offensioni, necesse forte fuerit de iis etiam pauca dicere.

Bas. Hæc quidem Eunomius. Ego vero si oporteat de tota oratione sicut de re ficta sentire, qualia in vanitatis scholis proponuntur adolescentibus ad exercitationem, ut appareat in mendacio verisimilitudo (siquidem ut illis contingit, ita hic pugnæ adumbratæ similia sunt omnia : pugna videlicet contra accusatores qui non exstant : apologia ac responsio ad accusationem non prænuntiatam; oratio ad judices qui nusquam comparent); si, inquam, et hæc audire oportet, tum ipse de iis inquirere desino, tum omnes admoneo, ut nihil eorum quæ dicta sunt, satagant. Sin majus est quod promittit; et multis aborta est suspicio, aliquam esse apud eum veritatis curam, necesse omnino fuerit singula **239** verba pro nostra virili parte confutare. Quis autem expendendi modus justior fuerit, quam si datis nobis a Spiritu documentis orationem conferentes, quod quidem illis consonum invenerimus, id suscipiamus : quod vero iis adversatur, id nequaquam credamus atque ut inimicum effugiamus?

2. Primum itaque illud ostendat, qui sint sancti

(98) Regii primus et sextus Τοῦ αὐτοῦ λόγος β', ἀνατροπὴ τοῦ ἀθέου δόγματος τοῦ Εὐνομίου. *Ejusdem liber secundus. Eversio impii dogmatis Eunomii.* Reg. secundus Τοῦ αὐτοῦ περὶ Υἱοῦ λόγος δεύτερος, ἀνατροπὴ, etc., ut supra. Editio Paris. Κατ' Εὐνομίου τοῦ δυσσεβοῦς λόγος β'. Codex Colb. et Reg. tertius ut in contextu.

(99) Editi Ταῦτα μὲν οὖν. Vox οὖν in mss. deest.

(1) Codex unus καὶ λόγοι. Alii tres mss. καὶ λόγοις, corrupte.

(2) Codices duo ἐγγέγονεν ὑπόνοια.

(3) Antiqui duo libri ἢ τοῖς δόγμασι, et ita quoque legitur in aliis duobus mss., sed in ora libri duntaxat, in contextu vero scriptum invenitur διδάγμασι : quam ultimam lectionem præferunt quoque editi et alii tres mss.

Digitized by Google

qui genituram et facturam Christum appellarint? quas Scripturarum voces habeat ad demonstrationem? Nam si beati Petri voce quæ in Actis apostolorum conscripta est, innititur, ubi dicit : *Sciat tota domus Israel, quod Dominum ipsum et Christum fecit Deus, hunc Jesum quem vos crucifixistis* [19]: primum quidem id testimonium convenientiam nullam habet cum quæsito. Nam ostensurum se professus, Filium a sanctis *facturam* dictum fuisse, testimonium perhibet de Deo et Patre, quod fecerit. Non enim illud dixerit, licere sibi, tum cum de tantis rebus sermo instituitur, derivationes quasdam ac variationes nominum excogitare. Enimvero si vel otiosi verbi pœnas in die judicii dabimus; multo minus si quidquam in tantis rebus innovamus, id nobis citra pœnam remittetur. Fortasse enim illud quidem tanquam consentaneum de Deo et Patre dici, a divina Scriptura edocti sumus: hoc vero non convenire Unigenito, Spiritus sanctus silendo ostendit. Quomodo igitur tutum fuerit, voce *Fecit* immutata, universorum factorem facturam dicere? Etenim si appellatio ejusmodi ei conveniret, utique non fuisset prætermissa a Spiritu silentio. In creaturis quidem reperimus a verbo *Fecit* desumptam fuisse facturæ appellationem : in Filio autem Dei non item. *In principio enim Deus fecit cœlum et terram* [20]. Et rursus : *In facturis manuum tuarum meditabar* [21]. Et, *Enimvero quæ sunt invisibilia illius, ex creatione mundi, dum per facturas intelliguntur, perspiciuntur* [22]. Sic Scriptura in quibus opportunum est usurpans hoc nomen, id de Domino nostro et Salvatore Jesu Christo, tanquam gloriæ ejus majestatem haud decens, obticuit. Sed tamen et asciam, et lapidem angularem, et lapidem offensionis, et petram scandali, et aliis ejusmodi nominibus, in quibus non multum videtur inesse laudis, iis, qui nominum significationem non assequuntur, Dominum gloriæ appellare non erubescit; at *facturam* nusquam omnino nominavit. At vero hic ab ipsis sanctis hoc se nominis accepisse ait, ut non suos solum æquales, sed sanctos etiam qui olim fuerunt, calumniis suis involvat.

3. Verum præterquam quod ob periculum non oportet talia audere, neque Domini nomina a seipso transformare : præterea ne ipsa quidem Apostoli sententia exhibet nobis eam Unigeniti quæ ante sæ-

γέννημα καὶ ποίημα τὸν Χριστὸν προσειρήκασι; ποίας ἔχει φωνὰς τῶν Γραφῶν εἰς ἀπόδειξιν; Εἰ γὰρ τῇ τοῦ μακαρίου Πέτρου φωνῇ τῇ ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων ἀναγεγραμμένῃ ἐπιστηρίζοιτο, ἔνθα φησί· *Γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι Κύριον αὐτὸν καὶ Χριστὸν ἐποίησεν ὁ Θεὸς, τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε*· πρῶτον μὲν οὐδὲν οἰκεῖον ἔχει τῷ ζητουμένῳ ἡ μαρτυρία. Ἐπαγγειλάμενος γὰρ δείξειν παρὰ τῶν ἁγίων εἰρῆσθαι *ποίημα* τὸν Υἱὸν, τὴν μαρτυρίαν παρέχεται περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὅτι ἐποίησεν. Οὐ γὰρ ἐκεῖνό γε ἂν εἴποι, ὅτι ἔξεστιν αὐτῷ ἐν τοῖς περὶ τῶν τηλικούτων λόγοις παραγωγάς τινας καὶ παρασχηματισμοὺς τῶν ὀνομάτων ἐπινοεῖν (4). Εἰ γὰρ καὶ ἀργοῦ λόγου εὐθύνας ὑφέξομεν ἐν ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, ἢ πού γε τὸ περὶ τῶν τηλικούτων καινοτομεῖν ἀνεύθυνον ἡμῖν ἀφεθήσεται. Τάχα γάρ που τὸ μὲν (5) ὡς πρέπον ἐπὶ Θεοῦ καὶ Πατρὸς λέγεσθαι παρὰ τοῦ θείου δεδιδάγμεθα λόγου· τὸ δὲ οὐχ ἁρμόζον τῷ Μονογενεῖ δι' ὧν ἀπεσιώπησε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐνεδείξατο. Πῶς οὖν ἀσφαλὲς τὴν, *Ἐποίησε*, φωνὴν μεταῤῥυθμίζοντα (6), ποίημα λέγειν τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων; Εἰ γὰρ ἔπρεπεν αὐτῷ προσηγορία τοιαύτη, οὐκ ἂν ἐσωπήθη παρὰ τοῦ Πνεύματος. Ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῆς κτίσεως εὕρομεν ἀπὸ τοῦ, *Ἐποίησε*, τὴν τοῦ ποιήματος προσηγορίαν μεταληφθεῖσαν· ἐπὶ δὲ τοῦ Υἱοῦ τῶν Θεοῦ (7) οὐκέτι. *Ἐν ἀρχῇ γὰρ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν*· καὶ πάλιν· *Ἐν τοῖς ποιήμασι τῶν χειρῶν σου ἐμελέτων*· καὶ, *Τὰ* (8) *γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται*. Οὕτως ἐφ' ὧν ἐστι χρήσιμον τὸ ὄνομα παραλαμβάνουσα ἡ Γραφὴ, ἐπὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ (9), ὡς οὐ πρέπον τῷ μεγαλείῳ τῆς δόξης, παρεσιώπησε. Νῦν δὲ ἀξίνην μὲν καὶ λίθον ἀκρογωνιαῖον, καὶ λίθον προσκόμματος, καὶ πέτραν σκανδάλου, καὶ τοιαῦτα ἕτερα ἐν οἷς οὐ πολὺ δοκεῖ τὸ εὔφημον εἶναι τοῖς μὴ καθικνουμένοις τῆς σημασίας τῶν ὀνομάτων, τὸν Κύριον τῆς δόξης προσαγορεύειν οὐκ ἐπαισχύνεται· *ποίημα* δὲ οὐδαμοῦ τὸ παράπαν ὠνόμασε. Καίτοι γε οὗτος παρ' αὐτῶν εἰληφέναι τῶν ἁγίων τὸ ὄνομα τοῦτό φησιν, ἵνα ταῖς συκοφαντίαις μὴ μόνον (10) τοὺς κατ' αὐτὸν περιβάλῃ, ἀλλὰ καὶ τοὺς πάλαι ποτὲ γενομένους ἁγίους.

3. Ἄνευ δὲ τοῦ μὴ χρῆναι διὰ τὸ ἐπικίνδυνον τοῖς τοιούτοις ἐπιτολμᾷν, καὶ τὰ τοῦ (11) Κυρίου ὀνόματα παρ' ἑαυτοῦ μεταπλάττειν· ἔτι οὐδὲ ἡ τοῦ Ἀποστόλου διάνοια τὴν πρὸ αἰῶνος ὑπόστασιν τοῦ Μονογε-

[19] Act. II, 36. [20] Gen. I, 1. [21] Psal. CXLII, 5. [22] Rom. I, 20.

(4) Reg. quartus in margine ὀνομάτων ἐπικρατεῖν.

(5) Hoc dicit Basilius : Scriptura cum de Patre sermonem habet, verbo *fecit* utitur, ut ostendat hoc verbum Patri tanquam rerum omnium conditori convenire : contra, cum de Filio loquitur, nunquam vocem *facturæ* usurpat, ut doceamur id nomen ei, qui pariter rerum conditor est, non congruere. Antiqui quatuor libri Τάχα γάρ που τὸ μὲν ... λόγου, τοῦτο δέ. Editi τάχα γὰρ τοῦτο μὲν ... λόγου, τοῦτο δέ. Hoc ipso in loco editi et duo mss. οὐχ ἁρμόζειν. Alii quinque mss. οὐχ ἁρμόζον.

(6) Editi μεταῤῥυθμίζοντας. Antiqui sex libri μεταῤῥυθμίζοντα, *quomodo tutum fuerit ei qui ex verbo* fecit *vocem* facturæ *concinnavit?*

(7) Alii τοῦ Υἱοῦ καὶ Θεοῦ.

(8) Editi καὶ πάλιν τά. Codices multi καὶ τά.

(9) Editi Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ. Al mss. uti in contextu.

(10) Reg. quartus μὴ μόνους.

(11) Editi ἐπιτολμᾷν, κατὰ τοῦ. Antiqui tres libri ἐπιτολμᾷν, καὶ τὰ τοῦ, recte.

Digitized by Google

νοῦς ἡμῖν παρίστησι, περὶ ἧς ὁ λόγος ἐν τῷ παρόντι. Οὐδὲ γὰρ περὶ τῆς οὐσίας αὐτῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου, τοῦ ἐν ἀρχῇ ὄντος πρὸς τὸν Θεὸν, ἀλλὰ περὶ τοῦ κενώσαντος ἑαυτὸν ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ, καὶ γενομένου συμμόρφου τῷ σώματι τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, καὶ σταυρωθέντος ἐξ ἀσθενείας, σαφῶς διαλέγεται. Καὶ τοῦτο παντὶ γνώριμον τῷ καὶ μικρὸν ἐπιστήσαντι τῆς ἀποστολικῆς λέξεως τῷ βουλήματι, ὅτι οὐχὶ θεολογίας ἡμῖν παραδίδωσι τρόπον, ἀλλὰ τοὺς τῆς οἰκονομίας λόγους παραδηλοῖ. *Κύριον* γὰρ, φησὶ, *καὶ Χριστὸν αὐτὸν* (12) *ὁ Θεὸς ἐποίησε, τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε*, τῇ δεικτικῇ φωνῇ μονονουχὶ πρὸς τὸ ἀνθρώπινον αὐτοῦ καὶ ὁρώμενον πᾶσι προδήλως ἐπερειδόμενος. Ὁ δὲ τὴν, *ἐποίησεν*, φωνὴν εἰς τὴν ἀρχῆθεν γέννησιν (13) τοῦ Μονογενοῦς μεταφέρει. Καὶ οὐδὲ ἐκεῖνο αὐτὸν δυσωπεῖ, ὅτι τὸ, *Κύριος*, οὐκ οὐσίας ἐστὶν, ἀλλ' ἐξουσίας ὄνομα. Ὥστε ὁ εἰπὼν, *Κύριον αὐτὸν καὶ Χριστὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε*, τὴν κατὰ πάντων ἀρχὴν καὶ δεσποτείαν λέγει τὴν παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐπιτραπεῖσαν αὐτῷ, οὐ τὴν (14) εἰς τὸ εἶναι πάροδον αὐτοῦ διηγεῖται. Ταῦτα μὲν οὖν μικρὸν ὕστερον ἐπιδείξομεν, ὅταν ἐλέγχωμεν αὐτὸν παρὰ τὸ βούλημα τοῦ Πνεύματος τὰς ἐκ τῆς Γραφῆς μαρτυρίας παρατιθέμενον· νυνὶ δὲ ἐπὶ τὰ συνεχῆ τοῦ λόγου προΐωμεν. Τί οὖν αὐτῷ βούλεται τὸ ὄνομα τοῦτο; καὶ τί δήποτε ποίημα προσαγορεύειν τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων ἐπιχειρεῖ; Σοφίσματι κιβδήλῳ παρακρουσάμενος ἑαυτὸν, οἴεται ταῖς τῶν ὀνομάτων διαφοραῖς καὶ τῆς οὐσίας παραλλαγὴν συνεκφαίνεσθαι (15).

4. Καίτοι τίς ἂν τῷ λόγῳ τούτῳ σωφρονῶν πρόσθοιτο, ὅτι ὧν τὰ ὀνόματά ἐστι διάφορα, τούτων παρηλλάχθαι καὶ τὰς οὐσίας ἀνάγκη; Πέτρου γὰρ καὶ Παύλου, καὶ ἁπαξαπλῶς ἀνθρώπων πάντων προσηγορίαι μὲν διάφοροι, οὐσία δὲ πάντων μία. Διόπερ ἐν τοῖς πλείστοις οἱ αὐτοὶ ἀλλήλοις ἐσμέν· τοῖς δὲ ἰδιώμασι μόνοις (16) τοῖς περὶ ἕκαστον θεωρουμένοις ἕτερος ἑτέρου διενηνόχαμεν. Ὅθεν καὶ αἱ προσηγορίαι οὐχὶ τῶν οὐσιῶν εἰσι σημαντικαὶ, ἀλλὰ τῶν ἰδιοτήτων, αἳ τὸν καθ' ἕνα χαρακτηρίζουσιν. Ὅταν οὖν ἀκούωμεν (17) *Πέτρου*, οὐ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ νοοῦμεν ἐκ τοῦ ὀνόματος (οὐσίαν δὲ λέγω νῦν τὸ ὑλικὸν ὑποκείμενον· ὅπερ οὐδαμῶς σημαίνει τοὔνομα), ἀλλὰ τῶν ἰδιωμάτων ἃ περὶ αὐτὸν θεωρεῖται τὴν ἔννοιαν ἐντυποῦμεθα. Εὐθὺς γὰρ ἐκ τῆς φωνῆς ταύτης νοοῦμεν τὸν τοῦ Ἰωνᾶ (18), τὸν ἐκ τῆς Βηθσαϊδᾶ, τὸν ἀδελφὸν

cula fuit subsistentiam : de qua nunc nobis sermo est. Neque enim de substantia ipsa Dei Verbi, quod in principio erat apud **240** Deum [23], sed de eo qui seipsum exinanivit in forma servi [24], et factus est conformis corpori humilitatis nostræ [25], ac crucifixus est ex infirmitate [26], clare ac perspicue disserit. Et hoc notum est omnibus qui vel parum ad apostolicæ dictionis sensum animum intenderunt, quod non theologiæ nobis modum tradit, sed dispensationis rationes declarat. *Dominum* enim, inquit, *et Christum ipsum Deus fecit, hunc Jesum quem vos crucifixistis* [27] : hac demonstrativa voce in humanitatem ejus atque in id quod oculis omnium subjectum erat tantum non aperte intentus. Hic vero vocem *fecit* ad eam Unigeniti generationem quæ a principio fuit, transfert. Et ne illud quidem eum pudore afficit, quod vox *Dominus* non nomen sit substantiæ, sed potestatis. Quare qui dixit, *Dominum ipsum et Christum Deus fecit*, principatum ac dominium in omnes ei a Patre traditum dicit, non illius ad *esse* transitum narrat. Et quidem hæc paulo post ostendemus; cum convincemus illum Scripturæ testimonia præter Spiritus voluntatem proferre in medium : sed nunc ad verba cohærentia progrediamur. Quid ergo hoc nomen sibi vult ? qua tandem de causa facturam factorem omnium appellare aggreditur ? Ipse se fucata cavillatione decipiens, substantiæ etiam diversitatem una cum nominum discrimine ostendi existimat.

4. Sed quis mentis compos ad hanc sententiam accesserit, quod quorum nomina sunt diversa, horum etiam substantias diversas esse necesse sit ? Petri enim et Pauli, et in summa, hominum omnium appellationes sunt quidem diversæ : sed tamen omnium una substantia est. Quapropter in plurimis iidem inter nos sumus, et solis proprietatibus quæ in unoquoque considerantur, alter ab altero differimus. Unde et appellationes non substantias, sed proprietates quibus quisque designatur, significant. Itaque cum audimus *Petrum*, non ejus substantiam hoc nomine intelligimus (substantiam autem nunc dico materiale subjectum, quod nequaquam eo nomine significatur), sed proprietates quæ circa eum considerantur, cogitatione depingimus. Illico enim per hanc vocem intelligimus

[23] Joan. I, 2. [24] Philip. II, 7. [25] Philip. III, 21. [26] II Cor. XIII, 4. [27] Act. II, 36.

(12) Sic antiqui tres libri. Vox αὐτόν in vulgatis desiderabatur. Illud quod mox sequitur, προδήλως ἐπερειδόμενος, sic ad verbum interpretari poteris, *tantum non palam incumbens*. Hoc est, apostolus Petrus per vocem *hunc* tantum non commonstravit humanitatem Christi Domini : aut, si mavis, apostolus Petrus per vocem *hunc* tam perspicue humanitatem Christi Domini indicavit, ut eam tantum non oculis subjiciat. Reg. tertius προδήλως ἀπερειδόμενος.

(13) Reg. tertius ἀρχῆθεν γένεσιν. Alii mss. cum editis γέννησιν.

(14) Illud, οὐ τήν, etc., ita verterat Trapezuntius, *non quomodo esse cœperit, narrat*. Interpretationem Trapezuntii emendans Combefisius sic scripsit : *quod nactus est, ut esset*, subobscurius. Ad verbum vertimus, non Latine quidem, sed fideliter tamen, *non ejus ad* esse *transitum narrat* : hoc est, Non narrat quomodo huc pervenerit, ut sit.

(15) Reg. quartus συνεμφαίνεσθαι.

(16) Editi cum Reg. quinto ἰδιώμασι μόνον. Alii quinque mss. μόνοις.

(17) Codex unus Ὅταν γάρ. At Colb. et Reg. tertius Ὅταν οὖν ἀκούωμεν. Editi Ὅταν γοῦν ἀκούσωμεν.

(18) Editi νοοῦμεν Πέτρον, τὸν τοῦ Ἰωνᾶ. Vox Πέτρον deest in Colb. et in Reg. tertio ; nec dubium est, quin melius absit. Lege Ducæum.

Digitized by Google

Jonæ filium, qui fuit ex Bethsaida, Andreæ fratrem, qui ex piscatore ad apostolatus ministerium vocatus est, qui quoniam fide præstabat, Ecclesiæ ædificationem in seipsum recepit : quorum nihil quidquam essentia est, si essentia tanquam substantia intelligatur. Quare nomen characterem qui dem Petri nobis circumscribit : ipsam vero essentiam nequaquam exhibet. Rursus, cum *Paulum* audimus, **241** aliarum proprietatum intelligimus concursum, Tarsensem, Hebræum, secundum legem Pharisæum, Gamalielis discipulum, æmulationis ergo Ecclesiarum Dei persecutorem, ex tremendo viso ad agnitionem perductum, apostolum gentium. Hæc enim omnia una Pauli voce circumscribuntur. Atqui, si verum esset essentias eorum quorum nomina diversa sunt, contrario modo se habere, oporteret certe et Paulum et Petrum et generatim homines omnes diversæ inter se essentiæ esse. Sed cum nemo sit ita ignarus, ita communis naturæ imperitus, qui id dicere animum inducat : *E luto* enim, inquit, *formatus es tu, sicut et ego* [28] ; ubi nihil aliud nisi eamdem essentiam omnium esse significat Scriptura ; mendax est qui ex nominum diversitate diversitatem essentiæ sequi fingit. Nec enim rerum natura nomina sequitur ; sed posterius rebus nomina inventa sunt. Etenim si id verum esset : quorum eædem essent appellationes, eorum etiam oporteret unam et eamdem essentiam esse. Proinde cum Dei appellatione [29] dignati sint qui in virtute sunt perfecti, essent utique homines Deo universorum coessentiales. At sicut hoc dicere manifesta insania est, sic et sermo ille dementiam non dissimilem sapit.

5. Patet igitur ex dictis, quod nomina non significent quoque in Patre et Filio essentiam, sed proprietates designent. Nullum igitur locum habet is sermo, qui ex nominum diversitate essentiarum contrarietatem introducit. Hoc autem modo seipse ante omnia evertit. Nam si factura et genitura differunt inter se ; Unigeniti essentiæ, ex diversitate nominum consequentes, erunt diversæ. Sed si hoc dicere dementium est, neque illud eorum est qui mentis compotes sunt. Hic autem simulat etiam habere se innumeras demonstrationes, quod Filius a sanctis *factura* appellatus sit. At quasi ad alia quædam potiora festinaret, in præsenti scilicet mentionem differt. Est autem et hoc artificiosa versutaque malitia, silentium, cum verbis inops est, anteponere. Etenim si umbram haberet testimonii,

A Ἀνδρέου, τὸν ἀπὸ ἁλιέων εἰς τὴν διακονίαν τῆς ἀποστολῆς προσκληθέντα, τὸν διὰ πίστεως ὑπεροχὴν ἐφ' ἑαυτὸν (19) τὴν οἰκοδομὴν τῆς Ἐκκλησίας δεξάμενον· ὧν οὐδέν ἐστιν οὐσία, ὡς ἡ ὑπόστασις (20) νοουμένη. Ὥστε τὸ ὄνομα τὸν χαρακτῆρα μὲν ἡμῖν ἀφορίζει τὸν Πέτρου· αὐτὴν δὲ οὐδαμοῦ παρίστησι τὴν οὐσίαν. Πάλιν ἀκούσαντες *Παύλου*, ἑτέρων ἰδιωμάτων συνδρομὴν ἐνοήσαμεν· τὸν Ταρσέα, τὸν Ἑβραῖον, τὸν κατὰ νόμον Φαρισαῖον, τὸν μαθητὴν Γαμαλιήλ, τὸν κατὰ ζῆλον διώκτην τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, τὸν ἐκ τῆς φοβερᾶς ὀπτασίας εἰς τὴν ἐπίγνωσιν ἐναχθέντα (21), τὸν ἀπόστολον τῶν ἐθνῶν. Ταῦτα γὰρ πάντα ἐκ μιᾶς φωνῆς τῆς Παύλος περιορίζεται. Καίτοιγε, εἴπερ ἀληθὲς ἦν, ὅτι ὧν τὰ ὀνόματα διενήνοχεν, ἐναντίως ἔχουσιν αἱ οὐσίαι, ἐχρῆν δήπου B καὶ Παῦλον καὶ Πέτρον καὶ ἁπαξαπλῶς ἀνθρώπους ἅπαντας ἑτερουσίους ἀλλήλοις εἶναι. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο οὐδεὶς οὕτως ἀμαθὴς καὶ τῆς κοινῆς φύσεως ἀνεπίσκεπτος, ὥστ' ἂν εἰπεῖν προαχθῆναι· *Ἐκ πηλοῦ* γάρ, φησὶ, *διήρτισαί σὺ, ὡς κἀγώ*· οὐδὲν ἕτερον τοῦ λόγου ἢ τὸ ὁμοούσιον πάντων ἀνθρώπων ἀποσημαίνοντος· ψευδὴς (22) ὁ τῇ διαφορᾷ τῶν ὀνομάτων τὸ τῆς οὐσίας διάφορον ἕπεσθαι σοφιζόμενος. Οὐ γὰρ τοῖς ὀνόμασιν ἡ τῶν πραγμάτων φύσις ἀκολουθεῖ, ἀλλ' ὕστερα τῶν πραγμάτων εὑρηται τὰ ὀνόματα. Εἰ γὰρ τοῦτ' ἦν ἀληθὲς, ἔδει καὶ ὧν προσηγορίαι (23) εἰσὶν αἱ αὐταὶ, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν οὐσίαν εἶναι. Οὐκοῦν ἐπειδὴ οἱ κατ' ἀρετὴν τέλειοι τῆς τοῦ Θεοῦ προσηγορίας ἠξίωνται, ὁμοούσιοι ἂν εἶεν τῷ Θεῷ τῶν ὅλων οἱ ἄνθρωποι. Ἀλλ' ὥσπερ τοῦτο λέγειν μανίᾳ σαφὴς, C οὕτω κἀκεῖνος ὁ λόγος τῆς ἴσης ἔχεται παρανοίας.

5. Φανερὸν τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι καὶ ἐπὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ οὐχὶ οὐσίαν παρίστησι τὰ ὀνόματα, ἀλλὰ τῶν ἰδιωμάτων ἐστὶ δηλωτικά· ὥστε μηδεμίαν εἶναι χώραν τῷ λόγῳ, ἐκ τῆς τῶν ὀνομάτων παραλλαγῆς τὴν τῶν οὐσιῶν ἐναντίωσιν παρεισάγοντι. Οὕτω δ' ἂν πρὸ πάντων (24) ἑαυτὸν καταβάλοι. Εἰ γὰρ διαφέρει ποίημά τε καὶ γέννημα, διάφοροι ἔσονται τοῦ Μονογενοῦς αἱ οὐσίαι, τῇ διαφορᾷ τῶν ὀνομάτων ἑπόμεναι. Εἰ δὲ τοῦτο παραφρονούντων εἰπεῖν, οὐδὲ ἐκεῖνο καθεστηκότων. Ὁ δὲ καὶ προσποιεῖται μὲν μυρίας ἔχειν τὰς ἀποδείξεις τοῦ παρὰ τῶν ἁγίων *ποίημα* τὸν Υἱὸν προσειρῆσθαι· ὡς δὲ ἐφ' ἕτερά D τινα προηγούμενα σπεύδων, ὑπερτίθεται δῆθεν ἐν τῷ παρόντι τὴν μνήμην. Ἔστι δὲ καὶ τοῦτο τεχνικὸν τὸ κακούργημα, ἐν οἷς ἀπορεῖ λόγων, τὴν σιωπὴν προτιμᾷν (25). Εἰ γὰρ σκιὰν μαρτυρίας εἶχε τῆς τὸν

[28] Job XXXIII, 6. [29] Psal. LXXXI, 6.

(19) Reg. tertius ἐφ' ἑαυτοῦ. Hunc locum in suis notis illustrat vir eruditissimus Ducæus.

(20) Antiqui tres libri οὐσία ἢ ὑπόστασις. Alii tres mss. cum editis οὐσία ὡς ἡ ὑπόστασις, *si essentia tanquam substantia intelligatur*, hoc est, si essentia sumatur simpliciter pro natura humana, qua Petrus simpliciter erat animal rationale. Ex quo colligere licet, hunc locum verti debere, quasi scripsisset Basilius : οὐσία νοουμένη ὡς ἡ ὑπόστασις. Mox editi et unus ms. ἀφορίζει τοῦ Πέτρου. At mss. quinque ἀφορίζει τὸν Πέτρου, *nobis exhibet personam Petri : vel*, ut loquuntur philosophi, *individuum Petri*.

(21) Editi ἀναχθέντα. At mss. plerique omnes ἐναχθέντα.

(22) Editi οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸ ὁμοούσιον πάντων ἀνθρώπων ἀποσημαίνοντος τοῦ λόγου· ὥστε ψευδής. Veteres quatuor libri ut in contextu, omissa voce ὥστε

(23) Editi ὧν αἱ προσηγορίαι. At mss. ὧν προσηγορίαι.

(24) Πρὸ πάντων, *ante omnia*. Hoc est, suam prius, quam aliorum opinionem evertit.

(25) Veteres aliquot libri προτιμᾷ.

Digitized by Google

Μονογενῆ λεγούσης ποίημα, οὐκ ἂν ἐκεκώφωτο (26) ἡμῶν ἤδη τὰ ὦτα περιθρυλλούμενα. Εἶτά φησι, διὰ τοὺς σωματικὴν τὴν γέννησιν ὑπολαμβάνοντας τοῦ Κυρίου, καὶ ταῖς ὁμωνυμίαις προσπαίοντας, ἀναγκαῖον αὐτῷ καὶ περὶ τούτων εἶναι διὰ βραχέων εἰπεῖν. Καίτοι τί ἐκώλυε, ταῖς ἐκ τῶν Γραφῶν μαρτυρίαις τὸν λόγον ἑαυτοῦ πιστωσάμενον, οὕτως ἐπὶ τὴν διόρθωσιν τῶν ἀσθενεστέρων ἐλθεῖν, καὶ τὴν ἐκ τῆς ὁμωνυμίας βλάβην παραμυθήσασθαι, εἴ τις ἄρα γέγονέ ποτέ τισιν ἢ γενήσεται; Τίς γὰρ οὕτω παντελῶς σάρκινος (27) τὴν διάνοιαν, καὶ θείων λόγων ἄπειρος, ὥστε, ἀκούων θείας γεννήσεως, πρὸς τὰς σωματικὰς καταφέρεσθαι φαντασίας, ἐν αἷς συμπλοκὴ μὲν ἄῤῥενος πρὸς τὸ θῆλυ, κύησις δὲ ἐν μήτρᾳ, καὶ διάπλασις, καὶ μόρφωσις, καὶ τοῖς καθήκουσι χρόνοις πρόοδος εἰς τὸ ἔξω (28); Τίς οὕτω κτηνώδης, ὥστε, ἀκούων Θεὸν Λόγον ἐκ Θεοῦ προελθόντα, ἀκούων δὲ σοφίαν ἐκ Θεοῦ γεννηθεῖσαν, πρὸς τὰ σώματος πάθη τοῖς λογισμοῖς καταπίπτειν;

6. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων εὐπρόσωπον αὐτῷ σχῆμα τῶν λόγων ἐπινενόηται, ὡς τῆς πρὸς τοὺς ἀσυνέτους τῶν ἀδελφῶν εὐσπλαγχνίας ἕνεκεν τὸν κόπον τῆς (29) διδασκαλίας δοκεῖν καταδέχεσθαι. Καὶ τὰς μὲν (30) σωματικὰς ὑπονοίας, τὰς ἐπὶ τῇ προσηγορίᾳ ταύτῃ ἐγγινομένας, ἐπανορθοῦται δῆθεν· τὰς δὲ ἐκ τοῦ ποίημα τὸν Κύριον ὀνομάζεσθαι βλάβας οὐ παραιτεῖται. Καίτοι ὅ γε (31) σωματικὴν εἶναι τὴν γέννησιν φανταζόμενος, ὁ αὐτὸς ἂν καὶ ἐπὶ τοὺς ὑλικοὺς τῆς ποιήσεως τρόπους ὑπενεχθείη. Οὐ γὰρ δήπου μερισμὸν μέν τινα καὶ μετάστασιν καὶ ῥύσιν τῆς τοῦ γεννῶντος οὐσίας (32) ἐκ τῆς φωνῆς τοῦ γεννᾶν ὁ ἀσθενὴς ἐννοήσει· ὕλην δὲ ἔξωθεν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰσενεχθεῖσαν εἰς τὴν, ὡς ὑμεῖς φατε, τοῦ ποιήματος ὑπόστασιν, ὑπολαμβάνειν οὐκ ἐναχθήσεται. Τίνος οὖν ἕνεκεν τὰ ἀῤῥωστήματα τῶν λογισμῶν τῶν ἀδελφῶν ἐξ ἡμισείας ἴᾶται, καὶ τῶν σωματικὴν τὴν γέννησιν (33) ὑπολαμβανόντων ἐπιμελούμενος, τοὺς τῇ προσηγορίᾳ τοῦ ποιήματος περιπταίοντας παῤῥᾳ; Ὅτι τὸ μὲν *γεγεννῆσθαι* πολέμιον οἶδε τοῖς δόγμασιν ἑαυτοῦ, τοῦ γεννηθέντος οἰκείως ἔχειν ὀφείλοντος πάντως καὶ ἀπαραλλάκτως πρὸς τὸν γεννήσαντα· τὸ δὲ *πεποιῆσθαι* φίλον καὶ σύμμαχον ταῖς ἑαυτοῦ ὑποθέσεσι, διὰ τὸ ἀλλοτρίου (34)

A quo Unigenitus factura diceretur, nonne jam aures nostræ his clamoribus circumsonantes obsurduissent? Deinde ait necesse sibi esse propter eos qui corpoream Domini generationem intelligunt, et quibus voces ambiguæ sunt offensioni, de his etiam breviter dicere. Sed quid vetabat, firmata Scripturæ testimoniis oratione sua, ita demum ad debiliorum emendationem accedere, atque ortam ex ambiguis vocibus perniciem emollire, si qua tamen unquam ulli accidit aut accidet? Quis enim sic omnino mente carnalis est, et ita divinarum Scripturarum rudis, ut, divina generatione audita, ad corporeas imagines deferatur, in quibus congressus sit viri et mulieris, conceptio in utero, conformatio, configuratio, ac debitis temporibus progressus in lucem? B Quis adeo belluinus, ut, dum audit Deum Verbum ex Deo prodiisse, atque ex Deo genitam esse sapientiam, ad corporeos affectus cogitatione delabatur?

6. Sed hæc quoque speciosa verborum forma **242** una cum aliis ei excogitata est, ut, ob quamdam erga imperitos fratres commiserationem, laboriosam hanc docendi provinciam suscepisse videatur. Et corporeas quidem suspiciones quæ ex hac appellatione oboriuntur, corrigit scilicet: sed detrimenta ea, quæ ob factoræ nomen Domino impositum nascuntur, nequaquam evitat. Et vero generationem corpoream esse qui animo fingit, idem utique ad materiales etiam factionis modos deduci poterit. Nec enim partitionem quampiam et transitum aut fluxum, qui ex generantis substantia fiat, C is, qui imbecillis est, ex generandi voce intelliget; materiam vero quæ extrinsecus ex nihilo ad factoræ, ut vos dicitis, constituendam substantiam advecta sit, non adducetur ut animo concipiat. Cur igitur cogitationum ægritudini, qua fratres laborant, media ex parte medetur, et eorum qui corpoream generationem intelligunt, suscepta cura, eos quibus factoræ appellatio offensioni est, negligit? Quoniam hoc quidem, *genitum esse*, suis ipsius dogmatibus contrarium novit, cum genitus cum genitore conjuncte omnino ac citra diversitatem habere se debeat; illud vero, *factum esse*, causæ suæ amicum

(26) Codices tres ποίημα, κἂν ἐκεκώφωτο, sine nota interrogationis, *etiam aures nostræ obsurduissent*.

(27) Legitur in margine Regii quarti σαρκικός.

(28) Editi εἰς τὰ ἔξω. At mss. quatuor εἰς τὸ ἔξω.

(29) Codex unus τὸν σκοπὸν τῆς, *propositum consiliumque docendi*.

(30) Illud, *καὶ τὰς μὲν*, etc., dictum est per ironiam, hac sententia: Quasi vero Eunomius timet, ne, generationis audito nomine, corporei aliquid excogitemus; nec tamen veretur Filium *facturam* nominare. Scilicet Filio convenit magis nomen factoræ, quam generationis.

(31) Sic mss. plerique omnes. Editi Καίτοιγε ὁ. Mox editi οὕτος ἂν καί. At duo mss. ὁ αὐτὸς ἂν καί.

(32) Hoc dicit Basilius: Si quis, generationis auD dito nomine, ob ingenii imbecillitatem sibi animo fingat aut partitionem, aut transitum, aut aliquem ex generantis substantia fluxum, is, ubi nomen factoræ audierit, multo magis excogitabit materiam aliquam ex nihilo sumptam, ex qua constabit factura. Vos igitur, qui de Filio loquentes voce factoræ utimini, nec tamen generationis nomine uti vultis, minori malo medemini eorum, qui corpoream generationem comminisci possunt: sed vobis studio non est, majus malum curare eorum, qui sibi persuadere possunt, substantiam Filii ex nihilo sumptam esse.

(33) Reg. tertius τὴν γένεσιν. Alii sex mss. τὴν γέννησιν. Idem codex ὑπολαμβανόντων προνοούμενος.

(34) Illa, διὰ τὸ ἀλλοτρίου, etc., dicta sunt hoc sensu: Ideo Eunomius libenter voce factoræ utitur, quod suæ opinioni faveat patrocinetur que. Nam omnis factura alienum quiddam est et peregrinum a faciente, nec intelligitur naturalem habere cum

Digitized by Google

ac subsidiarium agnovit, quod id alieni peregrinique, et nullam omnino cum factore conjunctionem habentis notionem exhibet. Deinde ad hæc addit, dicens :

Eun. Genituram itaque Filium dicimus, secundum Scripturarum doctrinam, non aliud quid substantiam intelligentes, et aliud quid quod præter ipsam significetur, sed ipsam esse hypostasin, quam nomen significat, cum substantiæ vere congruat hæc appellatio.

Bas. Et in his utique veritatem palam oppugnat, sibiipsi tamen consona loquitur. Quemadmodum enim in superioribus decernebat in Deo universorum substantiam ejus per ingenerationem significari : ita hic quoque substantiam Filii per genituram significari dicit : ut geniti ad ingenitum oppositione, Unigenitum secundum ipsam substantiam contrario modo ad Patrem se habere ostendat. Quapropter cum Filium genituram appellat, verba quæ a divino Spiritu usurpata non sunt, præscribit. Unde hæc accepit? ex qua doctrina? a quo propheta? a quo apostolo, qui hoc ei cognomen tribuerit? Ego equidem hanc vocem sic expressam in nullo Scripturæ loco invenio.

7. Atqui hic iste se has appellationes non aliunde quam a Spiritus doctrina sumpsisse gloriatur. Parum enim ei fuit hominibus negotium facessere, nisi in ipsum etiam Spiritum insolesceret. **243** Patrem quidem genuisse, ex multis locis didicimus : Filium vero genituram esse, necdum ad hunc usque diem audivimus. *Parvulus* enim, inquit, *natus est nobis : filius et datus est nobis;* atque vocatur nomen ejus, non genitura, sed *Magni consilii angelus*[30]. Atqui si genitura substantiam significaret, non aliud profecto nomen nos docuisset Spiritus, quam quod substantiam ejus palam declarare posset. Et rursum, Petrus qui ob veritatis agnitionem illis beatitatis testimoniis dignatus est, non dixit, Tu es genitura; sed : *Tu es Christus Filius Dei viri*[31]. Quin et Paulus, etiamsi omnia sua scripta Filii appellatione impleverit, nusquam tamen genituræ mentionem fecisse reperietur : quod nomen hic ille, tanquam si illud ex divino documento accepisset, confidentia multa profert. Nec enim hic ei permittendum est, ut, voce, *genuit*, quæ de Patre dicitur, transmutata ac transformata, appellet Dei Filium genituram. Non enim convenit ut is qui divino timore eruditus est, in id quod ex verborum consecutione apparuerit, facile transiliat : sed ut

[30] Isa. IX, 6. [31] Matth. XVI, 16.

καὶ ξένου, καὶ πάντη ἀνοικείου πρὸς τὸν ποιήσαντα τὴν ἔννοιαν παριστᾷν. Εἶτα τούτοις ἐπισυνάπτει λέγων·

ΕΥΝ. Γέννημα τοίνυν τὸν Υἱόν φαμεν, κατὰ τὴν τῶν Γραφῶν διδασκαλίαν· οὐχ ἕτερον μέν τι τὴν οὐσίαν νοοῦντες, ἕτερον δέ τι παρ' αὐτὴν τὸ σημαινόμενον, ἀλλ' αὐτὴν εἶναι τὴν ὑπόστασιν, ἣν σημαίνει τοὔνομα ἐπαλθευούσης τῇ οὐσίᾳ τῆς προσηγορίας.

ΒΑΣ. Καὶ ἐν τούτοις τοίνυν τῇ μὲν ἀληθείᾳ φανερῶς διαμάχεται, ἑαυτῷ δὲ ὅμως ἀκόλουθα λέγει. Ὡς γὰρ ἐν τοῖς ἄνω λόγοις τὸ ἀγέννητον ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων τῆς οὐσίας αὐτοῦ διωρίζετο εἶναι σημαντικὸν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὸ γέννημα τὴν οὐσίαν τοῦ Υἱοῦ σημαίνειν (35) λέγει· ἵν' ἐν τῇ τοῦ γεννητοῦ πρὸς τὸ ἀγέννητον ἀντιθέσει ἐναντίως ἔχοντα τῷ Πατρὶ τὸν Μονογενῆ κατὰ τὴν οὐσίαν αὐτὴν ἐπιδείξῃ. Διὰ ταῦτα νομοθετεῖ ῥήματα ἔξω τῆς χρήσεως ὄντα τοῦ θείου Πνεύματος, γέννημα τὸν Υἱὸν ὀνομάζων. Πόθεν λαβών; ἐκ ποίας διδασκαλίας; τίνος προφήτου; τίνος τῶν ἀποστόλων ταύτην αὐτῷ τὴν προσωνυμίαν ἐπιφημίσαντος; Ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδαμοῦ τῆς Γραφῆς κειμένην οὕτω τὴν φωνὴν ταύτην εὗρον.

7. Καίτοι οὐδαμόθεν οὗτος ἢ ἐκ τῆς τοῦ Πνεύματος διδασκαλίας εἰληφέναι τὰς προσηγορίας ταύτας ἀλαζονεύεται. Μικρὸν γὰρ αὐτῷ τοῖς ἀνθρώποις ἀγῶνα παρέχειν, εἰ μὴ καὶ αὐτοῦ τοῦ (36) Πνεύματος κατατολμήσειε. Γεγεννηκέναι μὲν γὰρ τὸν Πατέρα πολλαχοῦ δεδιδάγμεθα· γέννημα δὲ εἶναι τὸν Υἱὸν οὐδέπω καὶ τήμερον ἀκηκόαμεν· *Παιδίον γάρ*, φησὶν, *ἐγεννήθη ἡμῖν· υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν·* (37) καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ οὐχὶ γέννημα, ἀλλὰ *Μεγάλης βουλῆς ἄγγελος*. Καίτοι εἴπερ τὸ γέννημα οὐσίας ὑπῆρχε σημαντικὸν, οὐκ ἂν ἕτερον ὄνομα παρὰ τοῦ Πνεύματος ἐδιδάχθημεν, ἢ ὅπερ ἐμφανῶς τὴν οὐσίαν αὐτοῦ παριστᾷν ἔμελλε. Καὶ πάλιν ὁ Πέτρος, ὁ διὰ τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν τῶν μακαρισμῶν ἐκείνων ἀξιωθεὶς, οὐκ εἶπε, Σὺ εἶ τὸ γέννημα· ἀλλὰ, *Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος*. Καὶ ὁ Παῦλος, πᾶσαν αὐτοῦ τὴν γραφὴν τῆς τοῦ Υἱοῦ προσηγορίας καταπληρώσας, οὐδαμοῦ φανήσεται γεννήματος μνημονεύσας· ὅπερ (38) οὗτος ἐκ πολλῆς τῆς ποιθήσεως, ὡς ἐκ τοῦ θείου λαβὼν διδασκαλίου (39), προφέρει. Οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα συγχωρητέον αὐτῷ, τὴν, *ἐγέννησε*, φωνὴν ἐπὶ τοῦ Πατρὸς κειμένην μετασχηματίζοντι καὶ μεταπλάσσοντι, γέννημα προσαγορεύειν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Οὐ γὰρ ὅπερ (40) ἂν ἐκ τῆς τῶν ῥημάτων ἀκολουθίας ὑποφαίνηται εὐκόλως ἐπιτηδᾷν

faciente cognationem. Ex quo fit ut cuique promptum sit et facile colligere, Filium, si factura sit, Patri æqualem non esse : id quod in primis suadere conabatur Eunomius.

(35) Codex Colb. οὐσίαν τοῦ Θεοῦ σημαίνειν, *essentiam Dei.*

(36) Sic mss. nostri. Articulus in editis deerat.

(37) Editi cum Reg. primo ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, *cujus principatus super humerum ejus.* Sed hæ voces, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, desunt in antiquioribus codicibus, nec eas agnovit vetus interpres. Quare suspicor purumputum additamentum esse librariorum : eoque magis, quod voces peregrinæ in Reg. primo non raro inveniantur.

(38) Ὅπερ, *quod nomen*, genituræ scilicet.

(39) Editi διδασκαλείου, *ex divina schola*, non male. At mss. plerique omnes διδασκαλίου, *ex divina doctrina.*

(40) Codex unus Οὐδὲ γὰρ ὅπερ.

Digitized by Google

τούτῳ τόν γε τῷ θείῳ φόβῳ πεπαιδευμένον προσήκει, ἀλλ' ἀγαπᾷν, τοῖς ἐν τῇ Γραφῇ κειμένοις ὀνόμασιν ἐπιμένοντα, διὰ τούτων θεοπρεπῶς τὴν δοξολογίαν ἀποπληροῦν. Εἰ γὰρ οἱ ἐξ ἀρχῆς τὴν Ἑβραίων διάλεκτον εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν μεταβαλόντες τινῶν ὀνομάτων τῆς ἑρμηνείας οὐ κατετόλμησαν, ἀλλ' αὐτὴν τὴν Ἑβραϊκὴν φωνὴν (41) μετεκόμισαν· ὡς τὸ Σαβαὼθ, καὶ τὸ Ἀδωναΐ, καὶ τὸ Ἐλωΐ, καὶ εἴ τι τοιοῦτον, οὐκ ἐπὶ τῶν θείων ὀνομάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἄλλων πλειόνων τὴν εὐλάβειαν ταύτην ἐπιδεικνύμενοι· πόσον τινὰ προσῆκεν ἡμᾶς περὶ τῶν τοῦ Κυρίου ὀνομάτων τὸν φόβον ἔχειν; Καίτοι πότε (42) ἂν ἐκεῖνο [ἐκεῖνα] παρ' ἑαυτῶν τινα πλάσαι τῶν ὀνομάτων ἠνέσχοντο, οἵγε μηδὲ τῆς ἑρμηνείας τινῶν καταθαῤῥήσαντες, ὡς ἂν μὴ τὸ ἐναργὲς τῆς ἐμφάσεως τῷ ἀκαταλλήλῳ τῶν σημαινομένων ἐκλύσειαν;

A contentus sit usitatis in Scriptura nominibus, in iisque permaneat, et per ipsa, ut Deum decet, glorificationem persolvat. Nam si hi qui initio Hebraicam linguam in Græcam converterunt, nomina quædam interpretari ausi non sunt, sed ipsam Hebraicam vocem retinuere, ut Sabaoth, Adonai, Eloi, et si quid ejusmodi est, non in divinis solum nominibus, sed in aliis etiam pluribus hanc reverentiam ostendentes; quantum decet nos habere timorem circa nomina Domini? Quando autem sustinuissent illi a seipsis nonnulla nomina confingere, qui ne interpretari quidem ausi sunt aliqua, ne expressionis perspicuitatem inepto significatu debili- B tarent?

8. Ἀλλ' εἰ ἐγέννησε, φησὶν, ὁ Θεὸς, πῶς οὐ χρὴ τὸν γεννηθέντα προσαγορεύειν γέννημα; Ὅτι φοβερὸν ἡμῖν ἡμετέροις αὐτὸν ὀνόμασι προσφωνεῖν, ᾧ ἐχαρίσατο ὁ Θεὸς ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. *Υἱός μου εἶ σὺ*, φησὶν, *ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε*. Καίτοι ἀκολουθότερον ἦν κατὰ τὸν τούτων λόγον, διὰ τὸ γεγεννῆσθαι, γέννημα προσαγορευθῆναι, καὶ οὐχ Υἱόν· ἀλλ' οὐκ εἴρηται. Διόπερ χρὴ τὸν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντα τὸ Χριστοῦ (43) δικαστήριον, καὶ εἰδότα ὅσος ὁ κίνδυνος ἀφελεῖν τι ἢ προσθεῖναι τοῖς παραδεδομένοις ὑπὸ τοῦ Πνεύματος, μὴ παρ' ἑαυτοῦ φιλοτιμεῖσθαι καινοτομεῖν, ἀλλὰ τοῖς προκατηγγελμένοις παρὰ τῶν ἁγίων ἐφησυχάζειν. Ὃ τοίνυν οὔτε ἡ κοινὴ συνήθεια, οὔτε ἡ τῶν Γραφῶν χρῆσις παραδέδεκται, τούτου κατατολμᾷν πῶς οὐχὶ τῆς ἐσχάτης C ἀπονοίας ἐστί; Τίς γὰρ πατὴρ ἢ μήτηρ εὐμενῶς καὶ ἡμέρως πρὸς τὸν ἐξ αὐτοῦ διακείμενος, ἀφεὶς τὸ προσαγορεύειν αὐτὸν (44) υἱὸν ἢ τέκνον, γέννημα ἐν προσείποι; *Τέκνον* γὰρ, φησὶν, *ὕπαγε εἰς τὸν ἀμπελῶνα*· καὶ ἀλλαχοῦ· *Ὁ Θεὸς ὄψεται ἑαυτῷ πρόβατον εἰς σφαγὴν, τέκνον*· καὶ πάλιν ὁ Ἰσαάκ· *Τίς εἶ, τέκνον;* καὶ, *Υἱέ, μὴ* (45) *ὀλιγώρει παιδείας Κυρίου*· καὶ, *Υἱὸς σοφὸς εὐφραίνει πατέρα*· καὶ εἴ τι τοιοῦτον. Οὐδαμοῦ δὲ γέννημα τὸν ἐξ αὐτοῦ ἕκαστος προσειπὼν ἐπιδείκνυται. Καὶ ἡ αἰτία σαφής· ὅτι ὁ μὲν υἱὸς καὶ τὸ τέκνον ἐμψύχων εἰσὶν ὀνόματα, τὸ γέννημα δὲ οὐ πάντως. Γέννημα μὲν γὰρ δύναται λέγεσθαι καὶ τὸ πρὸ τοῦ ἐξεικονισθῆναι ἐν ταῖς μβλώσεσιν ἐκβαλλόμενον· οὐ μὴν καὶ τῆς τοῦ τέκνου ροσηγορίας ἄξιον τὸ τοιοῦτον. Καὶ γεννήματα μὲν καρποὶ τῆς γῆς, τέκνα δὲ ταῦτα οὐκέτι. *Οὐ* γὰρ *ἦ πίω*, φησὶν, *ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου ταύτης*. Σπανίως δὲ ἐπὶ ἐμψύχων τὴν προσηγορίαν ταύτην παραληφθεῖσαν εὕρομεν (46). Καὶ ὅπου γε D

8. Sed si, inquit, Deus genuit, quomodo par non est genitum genituram appellare? Quia horrendum est nobis eum, cui largitus est Deus nomen quod est super omne nomen [33], nominibus nostris appellare. *Filius meus es tu*, inquit, *ego hodie genui te* [34]. Atqui erat magis consentaneum secundum istorum rationem, propterea quod genitus est, genituram vocari, non Filium; at nequaquam dictum est. Proinde oportet eum qui Christi judicium ob oculos habet novitque quam periculosum sit quidpiam subtrahere aut addere iis quæ a Spiritu tradita sunt, non conari quidquam a seipso innovare, sed in iis quæ prius a sanctis nuntiata sunt, acquiescere. Quod igitur nec communis consuetudo, nec Scripturarum usus admisit; id audere, nonne summæ dementiæ est? Quis enim pater aut mater, si benevole ac blande erga eum qui ex se est, afficiatur, omisso filii aut nati nomine, genituram ipsum vocaverit? *Nate*, enim, inquit, *vade in vineam* [35]. Et alibi: *Deus videbit ovem ad victimam, nate* [36]. Et rursus Isaac: *Quis es, nate* [36]? Et: 244 *Fili, noli negligere disciplinam Domini* [37]. Et: *Filius sapiens lætificat patrem* [38]. Et si quid aliud ejus generis. Nemo autem eum qui ex ipso est, genituram appellasse usquam perhibetur. Et aperte hoc est causæ, quod filius quidem ac natus, animatorum sunt nomina, genitura autem non continuo. Nam id etiam quod antequam conformatum sit, in abortibus ejicitur, genitura nominari potest, nec tamen hoc nati appellatione dignum est. Quinetiam terræ fructus vocantur genituræ, nati non item. *Non* enim *bibam*, inquit, *de genimine vitis hujus* [39]. Raro vero in animatis hanc appellationem adhibitam invenimus. Et certe ubi usurpata

[33] Philipp. II, 9. [34] Psal. II, 7. [35] Matth. XXI, 28. [36] Gen. XXII, 8. [36] Gen. XXVII, 18. [37] Prov. III, [38] Prov. X, 1. [39] Matth. XXVI, 29.

(41) Editi cum aliquot mss. Ἑβραϊκὴν ἐκφώνησιν. dex Colb. et Reg. tertius Ἑβραϊκὴν φωνήν.
(42) Editi τότε. Antiqui libri πότε.
(43) Editi τὸ τοῦ Χριστοῦ. At mss. τὸ Χριστοῦ.
(44) Vocem αὐτόν ex tribus codicibus Regiis adlimus.
(45) Editi Υἱέ μου. Vox μου in quatuor mss. de-, nec apud LXX quoque legitur, Prov. III, 11. Sed tamen ea exprimitur et in Vulgata, *Disciplinam Domini, fili mi, ne abjicias*, et apud Paulum, Hebr. XII, 5, *Fili mi, noli negligere disciplinam Domini.*
(46) Codex Colb. et Reg. tertius ἐπὶ ἐμψύχου τὴν προσηγορίαν ταύτην μεταληφθεῖσαν εὕρομεν· quibus in codicibus ubi εἴρηται scriptum invenitur εὕρηται.

Digitized by Google

est, eam acceptam de animali vituperato et ad pravitatis imaginem assumpto videre est. *Serpentes* enim, inquit, *genimina viperarum* [46]. Eam ob causam, opinor, et communis consuetudo hanc appellationem neglexit, et divina Scriptura eam videtur vitare, et maxime in unigenito Filio Dei. Sed et nati appellationem, velut multum humani moris habentem, non admisit. Ostendit autem id Apostolus, dum Dominum sursum ac deorsum Filium vocat, ac aliis variis nominibus illum celebrat, primogenitum et imaginem et splendorem appellando; at genituræ appellationem evitat. Quod si hic aut alius quispiam eorum qui doctrinæ præsunt, hanc vocem admittit, indicet : atque concedemus eis, ut omnia hæc expungant. Sed nequaquam poterit, nisi Marcionem impium imitatus, alia de divinis eloquiis tollat, alia falso interserat. Hoc itaque modo genituræ vocem et a communi consuetudine, et a Scripturarum usu alienam esse demonstratum est.

Videamus autem jam utrum fieri possit, ut hoc nomen de ipsa Filii substantia usurpetur. Ipse enim ait :

Eun. Fieri nequaquam posse, ut aliud quid substantiam intelligamus, et aliud quid quod præter ipsam significetur, sed ipsam esse hypostasin, quam nomen significat, cum vere substantiam denotet hæc appellatio.

Bas. Sunt vere digna judicibus, quos confinxisti, ista tua dogmata. Quemadmodum enim in somniorum foro, aut ebriorum concione, ubi nemo audiat aut intelligat quæ dicuntur, leges multa cum licentia sancis, ratus satis esse pro omni demonstratione dixisse te. Quis enim nescit nomina ea quæ absolute et per se proferuntur, subjectas sibi res significare : ea vero quæ respectu aliorum dicuntur, habitum solum quem ad ea quæ dicuntur habent, indicare? Exempli causa, homo, equus, bos, unamquamque rem quæ nominatur indicant. Filius vero, aut servus, aut amicus, solam quam cum conjuncto nomine habent affinitatem significant. Itaque genituram **245** qui audit, non ad quamdam substantiam excogitandam mente fertur : sed cum alio junctam eam esse intelligit. Genitura enim, alicujus genitura dicitur. Quod autem substantiæ cujuspiam notionem non parit, sed solam ad aliud

[46] Matth. XXIII, 33.

εἴρηται, ἐπὶ ζώου κατηγορουμένου καὶ εἰς εἰκόνα πονηρίας παραληφθέντος ἔστιν ἰδεῖν. Ὄφεις γάρ, φησί, γεννήματα ἐχιδνῶν. Διὰ τοῦτο, οἶμαι, ἥ τε κοινὴ συνήθεια τὴν προσηγορίαν ταύτην ἠτίμασε, καὶ ἡ θεία Γραφὴ παραιτουμένη φαίνεται, καὶ μάλιστα ἐπὶ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Ἀλλὰ καὶ τὴν τέκνου (47) προσηγορίαν, ὡς πολὺ τὸ ἀνθρώπινον ἔχουσαν, οὐ προσήκατο. Δηλοῖ δὲ ὁ Ἀπόστολος, Υἱὸν μὲν ἄνω καὶ κάτω τὸν Κύριον ἀποκαλῶν, καὶ ἄλλαις ποικίλαις προσηγορίαις αὐτὸν ἀνυμνῶν, πρωτότοκον, καὶ εἰκόνα, καὶ ἀπαύγασμα· τὴν δὲ τοῦ γεννήματος προσηγορίαν ἀποφυγών. Εἰ δέ φησιν οὗτος, δειξάτω (48), ἢ ἄλλος τις τῶν προϊσταμένων τοῦ λόγου, καὶ πάντα αὐτοῖς δώσομεν ἀπαλεῖψαι. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοι· εἰ μὴ ἄρα μιμούμενος τὸν ἀσεβῆ Μαρκίωνα, τὰ μὲν ἐξαίροι τῶν θείων λογίων (49), τὰ δὲ παρεγγράφοι. Οὕτω μὲν οὖν ἀλλοτρία τῆς τε κοινῆς συνηθείας καὶ τῆς τῶν Γραφῶν χρήσεως ἡ φωνὴ τοῦ γεννήματος ἀπελήλεγκται.

9. Ἴδωμεν δὲ λοιπὸν εἰ δυνατὸν τὸ ὄνομα τοῦτο κατ' αὐτῆς τετάχθαι τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ. Φησὶ γὰρ αὐτός·

ΕΥΝ. Ἀδύνατον εἶναι ἕτερον μέν τι τὴν οὐσίαν νοεῖν, ἕτερον δέ τι παρ' αὐτὴν τὸ σημαινόμενον, ἀλλ' αὐτὴν (50) εἶναι τὴν ὑπόστασιν, ἣν σημαίνει τοὔνομα, ἐπαληθευούσης τῇ οὐσίᾳ τῆς προσηγορίας.

ΒΑΣ. Ἀξιά γε ὡς ἀληθῶς τῶν δικαστῶν, οὓς ἀνέπλασας, ταυτί σου τὰ δόγματα. Ὡς γὰρ ἐν ὀνείρων ἀγορᾷ (51), ἢ ἐκκλησίᾳ μεθυόντων, καὶ οὐδενὸς οὔτε ἀκούοντος οὔτε συνιέντος τῶν λεγομένων, ἐπὶ πολλῆς τῆς ἀδείας νομοθετεῖς, ἀντὶ πάσης ἀποδείξεως ἐξαρκεῖν ἡγούμενος τὸ αὐτὸς εἰρηκέναι. Ἐπεὶ τίς οὐκ οἶδεν, ὅτι τῶν ὀνομάτων τὰ μὲν ἀπολελυμένως καὶ καθ' ἑαυτὰ προφερόμενα τῶν ὑποκειμένων αὐτοῖς πραγμάτων ἐστὶ σημαντικά, τὰ δὲ πρὸς ἕτερα (52) λεγόμενα τὴν σχέσιν μόνην ἐμφαίνει τὴν πρὸς ἃ λέγεται; Οἷον, ἄνθρωπος μὲν, καὶ ἵππος, καὶ βοῦς, αὐτὸ ἕκαστον τῶν ὀνομαζομένων παρίστησιν· υἱὸς δὲ, ἢ δοῦλος, ἢ φίλος, μόνης τῆς πρὸς τὸ συνεζευγμένον ὄνομα συναφείας ἐστὶ δηλωτικά. Ὁ τοίνυν ἀκούσας γεννήματος οὐκ ἐπί τινα οὐσίαν τῇ διανοίᾳ φέρεται, ἀλλ' ὅτι ἑτέρῳ ἐστὶ συναπτόμενον ἐννοεῖ. Τὸ γὰρ γέννημά τινος λέγεται γέννημα. Ὁ μέντοι οὐχ ὑποστάσεώς τινος ἔννοιαν ἐμποιεῖ (53),

(47) Editi τὴν τοῦ τέκνου. Deest τοῦ in antiquioribus codicibus.

(48) Editi, Εἰ δὲ, φησὶν, οὗτος δειξάτω, ἢ ἄλλος, etc., quæ verba cum male interpuncta fuissent, pejus etiam expressa sunt. Ita enim in veteri editione legimus : *quod si eam usurpat, hic aut alius quispiam eorum, qui hujus orationem defendunt, ostendat.* Quæ autem ejus loci genuina sententia sit, mox patebit ex interpunctione veterum librorum, quæ hæc est : Εἰ δέ φησιν οὗτος, δειξάτω, virgula non nisi post vocem οὗτος apposita. Ex quo manifestum est hæc ita accipienda esse : Quod si Paulus, aut alius quispiam scriptor sacer vocem genituræ usurpat, verba ipsa sive Pauli, sive alterius proferat Eunomius; tuncque æquo animo patiemur, quidquid hactenus diximus, id omne expungi et deleri. Recte et vere judicaverat vir doctissimus Combefisius, scriptores sacros verbis illis, ἄλλος τις τῶν προϊσταμένων τοῦ λόγου, hoc loco designari. — Præferenda videtur vetus interpretatio. MARAN.

(49) Antiqui duo libri θείων Γραφῶν. Ubi notandum et illud, in multis mss. pro ἐξαίροι legi ἐξαιροίη.

(50) *Ἀλλ' αὐτήν, imo ipsam.* Hoc est, imo ait necesse esse, ut intelligamus ipsam esse substantiam, quæ nomine significatur.

(51) Codex Colb. cum editione Ven. ἐν ὀνείρων λόγοις. Editio Paris. et alii mss. ἐν ὀνείρων ἀγορᾷ.

(52) Codices duo πρὸς ἕτερον.

(53) Reg. tertius οὐχὶ ὑποστάσεως... ὡς οὐχὶ τῆς

ἀλλὰ μόνην τὴν πρὸς ἕτερον σχέσιν ἀποσημαίνει, τοῦτο οὐσίαν εἶναι νομοθετεῖν πῶς οὐ τῆς ἀνωτάτω παραπληξίας ἐστί; Καίτοιγε μικρὸν ἔμπροσθεν (54) ἐδείκνυτο παρ' ἡμῶν, ὅτι καὶ τὰ ἀπολελυμένα τῶν ὀνομάτων, κἂν τὰ μάλιστα δοκῇ ὑποκείμενόν τι δηλοῦν, οὐκ αὐτὴν παρίστησι τὴν οὐσίαν, ἰδιώματα δέ τινα περὶ αὐτὴν ἀφορίζει.

A habitudinem notat, id substantiam esse sancire, an non summæ amentiæ est? Atqui paulo superius a nobis demonstratum est, absoluta etiam nomina, etiamsi maxime subjectum quiddam significare videantur, non tamen substantiam ipsam exhibere, sed proprietates quasdam circa ipsam designare.

10. Ἀλλ' ὁ σοφώτατος, καὶ ταῖς ματαιοτεχνίαις ἅπαντα τὸν βίον ἐσχολακὼς, οὐκ ἐρυθριᾷ αὐτὴν τὴν οὐσίαν (55) τοῦ Μονογενοῦς σημαίνειν λέγων τὸ γέννημα. Τοῦτο δὲ ὅσην τὴν ἀτοπίαν ἔχει, σκοπεῖτε. Εἰ γὰρ ἡ οὐσία γέννημα, καὶ ἀνάπαλιν, εἴ τι γέννημα, τοῦτο οὐσία· ὁμοούσια τὰ γεννήματα πάντα (56) ἀλλήλοις ἔσται. Ἐκ δὴ τούτου τί συμβήσεται κατὰ τὸν τούτου λόγον; Ὁ δημιουργὸς τῶν ὅλων πᾶσι τοῖς γεννήσεως μετειληφόσι τὴν αὐτὴν ἔχων οὐσίαν ἀναφανήσεται. Οὐ γὰρ δὴ ἐπὶ μὲν τοῦ Υἱοῦ οὐσίαν φήσει σημαίνειν τὸ γέννημα, ἐπὶ δὲ τῶν λοιπῶν τῶν μετεχόντων γενέσεως οὐκέτι τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ἀποσώζειν (57). Ἐπεὶ λεγέτω τινὰ αἰτίαν σαφῆ καὶ ἀναντίῤῥητον τοῦ τὴν αὐτὴν προσηγορίαν μὴ ἐπὶ πάντων ὁμοίως τὸ ἴσον δύνασθαι. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοι. Ὅν γὰρ ἂν ἐπινοήσῃ (58) γεννήματος λόγον, οὗτος πᾶσιν ὁμοίως τοῖς γεννητοῖς ἐφαρμόσει. Μέγιστον δὲ τεκμήριον τῆς ἀληθείας τοῦ λόγου ἡ αὐτοῦ ἑκάστου τῶν ἀκουόντων διάνοια. Ἐρωτάτω γὰρ ἕκαστος ἑαυτὸν, ἐπειδὰν ἀκούσῃ (59), Ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος γέννημα, τίνα ἔννοιαν ἐντυποῦται. Ἆρα ὅτι ὁ γεννηθεὶς οὐσία τοῦ γεγεννηκότος ἐστίν; Ἢ τοῦτο μὲν καταγέλαστον, ἐκεῖνο δὲ ἀληθὲς, ὅτι παρ' αὐτοῦ γεννητῶς εἰς τὸ *εἶναι* παρήχθη. Τοῦτο τοίνυν ὁμοίως ἐπί τε τοῦ (60) Μονογενοῦς καὶ ἐφ' οὑτινοσοῦν τῶν γεννηθέντων ἁρμόσει λέγεσθαι. Καὶ μηδεὶς (ἐπειδὴ κοινὸν τὸ τῆς σχέσεως) καθαίρεσιν εἶναι τῆς ἀξίας τοῦ Μονογενοῦς νομιζέτω. Οὐ γὰρ ἐν τῷ πρός τί πως ἔχειν ἡ διαφορὰ τῷ Υἱῷ πρὸς τὰ ἄλλα, ἀλλ' ἐν τῇ ἰδιότητι τῆς οὐσίας ἡ ὑπεροχὴ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὰ θνητὰ διαφαίνεται. Σκοπεῖτε μέντοι ποῦ τῆς ἀτοπίας ὁ τούτων λόγος ἐκφέρει. Εἰ τὸ γέννημα ἑτέρου λέγεται γέννημα, ὡς ἥ τε κοινὴ συνήθεια βεβαιοῖ, καὶ οὐδεὶς ἀντερεῖ, ταυτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ (61) οὐσίαν σημαίνει κατὰ τὸν τούτων λόγον· ἐκείνου ἔσται οὐσία, οὗ καὶ γέννημα λέγεται. Ἔσται τοίνυν ἐκ τῆς ἀκολουθίας ταύτης οὐκέτι τοῦ Μονογενοῦς τὴν οὐσίαν ἡ τοῦ γεννήματος προσηγορία σημαίνουσα, ὅπερ οὗτοι βιάζονται, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων. Εἰ γὰρ οὐχ οἷόν τε ἕτερον μέν τι τὴν οὐσίαν νοεῖν, ἕτερον δέ τι παρ'

10. Sed sapientissimus ille, qui in vanis artibus vitam totam consumpsit, dicere non erubescit, genitura substantiam ipsam Unigeniti significari. Quod quam absurdum sit, quæso, animadvertite. Etenim si substantia genitura sit, et vice versa, si quod genitura est, hoc substantia sit, genituræ omnes erunt inter se consubstantiales. Hinc jam secundum hujus rationem quid eveniet? Comperietur B universorum opifex eamdem cum omnibus generationem participantibus substantiam habere. Nec enim dicturus est genituram in Filio substantiam significare, in reliquis vero generationis participibus non eamdem amplius notionem retinere. Alioqui proferat claram quamdam causam cui non possit contradici, cur appellatio eadem eamdem similiter in omnibus vim non habeat. At certe non poterit. Quamcunque enim genituræ rationem excogitaverit, ea omnibus similiter genitis congruet. Verum autem esse quod dicimus, id quod cuique audientium in mentem venit, maximum signum est. Interroget enim unusquisque seipsum, ubi audierit: Hic hujus genitura est, quid animo concipiat. Num cogitat genitum genitoris substantiam C esse? Certe, ut hoc ridiculum est, ita illud verum, quod ab eo per generationis modum ad *esse* productus sit. Hoc itaque par fuerit similiter et de Unigenito et de quocunque genito dicere. Et nemo, quoniam communis habitus est, Unigeniti dignitatem destrui existimet. Non enim Filius in eo differt ab aliis, quod sese ad aliquid certo quodam modo habeat: sed Dei præstantia qua res mortales superat, in substantiæ proprietate ostenditur. At considerate ad quam ineptiam doctrina horum deducat. Si genitura, alterius genitura dicatur, sicut et communis consuetudo confirmat, nec quisquam contradicet, hæc ipsa autem genitura in Filio quoque secundum horum doctrinam substantiam significet, substan- D tia erit illius, cujus genitura dicitur. **246** Ex hac itaque consecutione conficietur, ut genituræ appellatio non amplius Unigeniti substantiam significet, id

(54) Editi et Reg. sextus Καίτοι μικρὸν ἔμπροσθεν. Alii quinque mss. ut in contextu.

(55) Editio utraque Paris. et Ven. cum Reg. quinto et cum Colb. τὴν οὐσίαν. Regii secundus et tertius τὴν ὑπόστασιν. In Reg. quarto in contextu legitur τὴν ὑπόστασιν · in margine vero τὴν οὐσίαν. Mihi autem verisimile fit, scripsisse Basilium τὴν ὑπόστασιν, *hypostasim Unigeniti* : vocem vero οὐσίαν primum in margine ascriptam fuisse ab aliquo, qui monere vellet, vocem ὑπόστασιν non hic stricte sumi pro hypostasi, seu pro persona, sed usurpari latiore sensu, videlicet pro ipsa substantia. Utut hæc sunt, nihil in contextu immutandum censuimus.

(56) Reg. quartus ὁμοούσια τὰ γεννητὰ πάντα, *omnia quæcunque generata sunt, erunt inter se consubstantialia*. Ibidem mss. quatuor, Ἐκ δέ. Editi cum uno mss. Ἐκ δή.

(57) Codex unus ἀναποσώσειν.

(58) Reg. tertius ἂν ἐπινοήσῃς.

(59) Editi ἐπὰν ἀκούσῃ. At mss. ἐπειδὰν ἀκούσῃ.

(60) Codices aliquot ἐπί τε τοῦ. Editi ἐπὶ τοῦ.

(61) Voces illæ, ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ, non solum erasæ sunt in Reg. tertio, sed omnino desunt in aliis tribus codicibus itidem Regiis : tamen eas retinuimus, quod in aliis totidem mss. et in impressis libris legantur.

Digitized by Google

quod hi totis viribus affirmant, sed Dei universorum. Etenim si fieri non potest, ut aliud quid substantiam intelligamus, et aliud genituram præter ipsam, idem est substantiam dicere et genituram : at Filius genitura Dei est, Dei ergo erit substantia, si genitura substantiam significat. Atque hoc pacto genitura, ex sententia ejus, ingeniti substantia esse comperietur. Sed si ridiculum est quod sequitur, qui antecedentia posuit, is dedecus sibi sumat. Oratio enim, cum semel a vero deflexit, ad multas ac periculosas ineptias quadam erroris consecutione delabi quodam modo videtur.

A αὐτὴν τὸ γέννημα, καὶ ἴσον δύναται (62), οὐσίαν τε εἰπεῖν καὶ γέννημα· τοῦ Θεοῦ δέ ἐστι γέννημα ὁ Υἱός, τοῦ Θεοῦ ἔσται οὐσία, εἴπερ τὸ γέννημα τὴν οὐσίαν δηλοῖ. Καὶ οὕτω τὸ γέννημα οὐσία τοῦ ἀγεννήτου κατὰ τὸν τούτου λόγον ἀναφανήσεται. Εἰ δὲ γελοῖον τὸ συναγόμενον, ὁ θεὶς τὰ λήμματα τῆς αἰσχύντης κληρονομείτω. Ἔοικε γάρ πως ὁ λόγος, ἐπειδὰν ἅπαξ τῆς ἀληθείας παρενεχθῇ, εἰς πολλὰς καὶ ἐπικινδύνους ἀτοπίας ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν πλάνην ἀκολουθίας ἐκφέρεσθαι.

11. Sed hæc sunt quasi præludia quædam blasphemiæ atque apparatus; caput autem mali infert in sequentibus, ubi dicit :

11. Ταῦτα μὲν οὖν ὥσπερ προαγῶνές τινες καὶ κατασκευαὶ τῆς βλασφημίας εἰσί· τὸ δὲ κεφάλαιον τοῦ κακοῦ ἐν τοῖς ἑξῆς ἐπιφέρει λέγων·

Eun. Substantiam Filii genitam quidem esse cum non esset ante propriam constitutionem, genitam tamen esse ante omnia voluntate Patris.

B ΕΥΝ. Τὴν οὐσίαν τοῦ Υἱοῦ γεγεννῆσθαι μὲν οὐκ οὖσαν πρὸ τῆς ἰδίας συστάσεως, εἶναι δὲ γεννηθεῖσαν πρὸ πάντων γνώμῃ τοῦ Πατρός.

Bas. Iisdem adhuc insistit artificiis. De substantia Filii nobis verba facit, quasi dicat Filium esse aliud quid præter ipsam, atque hoc modo aures ad blasphemiam audiendam demulcendo præparat, cum non aperte dicat genitum esse ex nihilo Filium; sed ejus substantiam cum non esset, genitam esse. Dic, ante quas res non erat? Videtis ejus cavillationem? Substantiam cum semetipsa comparat, ut tolerabilia dicere omnibus videatur. Nimirum non dicit eam ante sæcula non fuisse, neque simpliciter non fuisse, sed ante suam ipsius constitutionem non fuisse. Sed, die mihi, aisne tu Patris substantiam sua ipsius constitutione esse antiquiorem? Etenim si temporibus non subjicit Filii substantiam, neque *prius* hac ratione intelligit, inanis et vana est ejus oratio, quapropter ne responsione quidem digna est. Et quidem id ipsum non minus de Deo etiam universorum dici poterit, si quis in eum hanc inanitatem voluerit transferre. Nam et dicere Deum ante suam constitutionem non fuisse, et dicere eum ante seipsum fuisse, ejusdem dementiæ est. Quod si temporaliter vocem *prius* de Filii

ΒΑΣ. Ἔτι τῶν αὐτῶν ἔχεται τεχνασμάτων. Περὶ τῆς οὐσίας ἡμῖν τοῦ Υἱοῦ διαλέγεται, ὡς δή τι ἕτερον λέγων παρ' αὐτὴν τὸν Υἱὸν (63), καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ προημεροῖ τῇ βλασφημίᾳ τὴν ἀκοήν· οὐκ ἐκ τοῦ προφανοῦς λέγων ἐκ μὴ ὄντων γεγεννῆσθαι τὸν Υἱόν, ἀλλὰ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ γεγεννῆσθαι (64) οὐκ οὖσαν. Πρὸ τίνος οὐκ οὖσαν; εἰπέ. Θεωρεῖτε αὐτοῦ τὸ σόφισμα; Αὐτὴν ἑαυτῇ συγκρίνει, ἵνα πᾶσι δῇ ἀνεκτὰ δόξῃ λέγειν, οὐχὶ πρὸ τῶν αἰώνων λέγων αὐτὴν μὴ εἶναι, οὐδὲ ἁπλῶς μὴ εἶναι, ἀλλὰ πρὸ τῆς ἰδίας συστάσεως. Τὴν δὲ τοῦ Πατρὸς οὐσίαν, εἰπέ μοι, πρεσβυτέραν εἶναι σὺ φῂς τῆς ἰδίας συστάσεως; Εἰ μὲν γὰρ οὐχ ὑποβάλλει χρόνοις τοῦ Υἱοῦ τὴν οὐσίαν, οὐδὲ τὸ *πρότερον* κατὰ τοῦτον τὸν λόγον ἐπινοεῖ (65), μάταιος μὲν αὐτῷ καὶ ἀργὸς ὁ λόγος, διόπερ οὐδὲ ἀποκρίσεως ἄξιος. Οὐχ ἧττον μέντοι καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ὑπάρξει τοῖς βουλομένοις μετακομίζειν τὴν ματαιότητα. Τό τε γὰρ οὐκ εἶναι λέγειν τὸν Θεὸν πρὸ τῆς ἰδίας συστάσεως, καὶ τὸ εἶναι λέγειν πρὸ ἑαυτοῦ (66), τῆς αὐτῆς ἐστιν ὀφροσύνης. Εἰ δὲ χρονικῶς ἐπὶ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ τὸ *πρότερον* δέγεται, καὶ ἐκ μὴ ὄντων φήσει τὴν οὐσίαν αὐτοῦ

(62) Editi γέννημα, ἴσον δύναται. Reg. secundus γέννημα, καὶ ἴσον δύναται· ubi, ut alibi sæpe, particula καί vacat. Reg. quartus γέννημα, ἴσον δὲ δύναται. Colb. secunda manu ἀλλὰ ἴσον δύναται. Mox editi et Reg. quintus εἰ τοῦ δὲ Θεοῦ· sed particula εἰ defit in reliquis codicibus, ob idque eam expunximus.

(63) Editi et Colb. cum Regiis tertio et quinto παρ' αὐτὸν τὸν Υἱόν, ad verbum, *tanquam aliquid aliud dicens præter ipsum Filium*. At Regii primus, secundus, quartus et sextus παρ' αὐτὴν τὸν Υἱόν, *quasi dicat Filium esse aliud a substantia* : quam scripturam veram esse et germanam arbitror. Eunomius enim videbatur de substantia Filii loqui, tanquam de re aliqua, quæ ab ipso Filio distincta esset. Sperabat enim fore ut hæresis sua hoc artificio facilius in aures audientium reciperetur. Etenim si aperte dixisset, Filium ita genitum esse, ut ex nihilo factus esset, omnium exasperasset animos; nec ei res bene successisset. Quare satis habebat dicere, substantiam genitam esse, cum non esset. Sed ex hoc impio principio necessario sequebatur Filium quoque genitum fuisse, cum non esset, nec eum a creaturis differre, cum et ipsæ conditæ sint, cum non essent.

(64) Reg. tertius γεγενῆσθαι τὸν Υἱόν, ἀλλὰ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ λέγων γεγενῆσθαι. Notandum, statim post vocem σόφισμα notam interrogationis in aliquibus mss. reperiri : quæ nota ab editis aberat.

(65) Eunomius, ut ex dictis patet, affirmabat substantiam Filii genitam fuisse, cum non esset ante suam constitutionem. Basilius autem præpositionem *ante* hoc loco impugnat; aitque, aut Eunomium vana atque inania effutire, aut ex ejus verbis effici, Patrem Filio priorem esse tempore, vel ævo.

(66) Legitur et in editis et in mss. καὶ τὸ εἶναι λέγειν· sed Combefisius putat ita emendandum, καὶ τὸ οὐκ εἶναι λέγειν, *et dicere ante seipsum non esse*. Certe si semel cuique pro arbitratu liceat aut addere verbis Patrum, aut de iis detrahere, aut quovis modo eorum scripta immutare, nihil non malorum inde timendum est. Statim editi αὐτῆς ἔστατ. Antiqui tres libri ἐστίν.

Digitized by Google

γεγεννῆσθαι (67), μᾶλλον δὲ αὐτὸν τὸν Υἱόν· οὐδὲν γὰρ διαφέρει πρός γε αὐτὴν τὴν διάνοιαν οὕτως ἢ οὕτω λέγειν· πρῶτον μὲν χρόνον [χρόνων] δεύτερον τίθεται, εἰ δὲ βούλει, καὶ αἰώνων, τὸν ποιητὴν τῶν αἰώνων (68)· ἔπειτα μέντοι ἀκολουθῶν ταῖς ἑαυτοῦ (69) βλασφημίαις, καὶ τὸν Πατέρα φήσει, οὐκ ὄντα Πατέρα τὸ ἐξ ἀρχῆς, εἶτα ὕστερον γεγονέναι.

12. Καίτοι εἰ μὲν καλὸν καὶ πρέπον τῇ μακαριότητι τοῦ Θεοῦ τὸ εἶναι Πατέρα, πῶς οὐκ ἐξ ἀρχῆς (70) τὸ πρέπον αὐτῷ παρῆν; Ἡ γὰρ ἀγνοίᾳ τοῦ βελτίονος, ἢ ἀδυναμίᾳ πάντως λογιοῦνται τὴν ἔλλειψιν· ἀγνοίᾳ μὲν, εἴπερ ὕστερον ἐξεῦρε τὸ βέλτιον, ἀδυναμίᾳ δέ, εἴπερ εἰδὼς καὶ συνιεὶς ἀπετύγχανε τοῦ καλλίστου. Εἰ δὲ (ὃ μὴ θέμις εἰπεῖν) οὐ καλὸν αὐτῷ τὸ εἶναι Πατέρα, τίνος ἕνεκεν ἐκ μεταβολῆς τὸ χεῖρον προείλετο; Ἀλλὰ τρέποιτο μὲν εἰς τοὺς (71) αἰτίους ἡ βλασφημία· ὁ δὲ Θεὸς τῶν ὅλων ἐξ ἀπείρου ἐστὶ Πατήρ, οὐκ ἀρξάμενός ποτε τοῦ εἶναι Πατήρ. Οὔτε γὰρ τῇ τῆς δυνάμεως ἐνδείᾳ πρὸς τὴν ἐκπλήρωσιν τοῦ θελήματος ἐκωλύετο, οὔτε αἰώνων τινῶν περίοδος ἀνέμενεν, ἵνα, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν λοιπῶν ζώων, μετὰ τὴν τῆς ἡλικίας συμπλήρωσιν τῆς εἰς τὸ γεννᾷν αὐτῷ δυνάμεως προσελθούσης (72), τὸ σπουδαζόμενον περιγένηται (μαινομένων γὰρ ταῦτα καὶ ἐννοῆσαι καὶ φθέγξασθαι), ἀλλὰ τῇ ἑαυτοῦ ἀϊδιότητι συμπαρεκτεινομένην ἔχει τὴν (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) πατρότητα. Οὐκοῦν καὶ ὁ Υἱὸς, πρὸ αἰῶνος (73) ὤν, καὶ ἀεὶ ὤν, οὐκ ἦρξατο τοῦ εἶναί ποτε, ἀλλ' ἀφ' οὗ Πατὴρ, καὶ Υἱὸς, καὶ εὐθὺς τῇ τοῦ Πατρὸς ἐννοίᾳ ἡ τοῦ Υἱοῦ συνεισέρχεται. Ὁ γὰρ Πατὴρ Υἱοῦ Πατὴρ δηλονότι. Ἀρχὴ μὲν οὖν Πατρὸς οὐδεμία, ἀρχὴ δὲ τοῦ Υἱοῦ ὁ Πατήρ· μέσον δὲ τούτων οὐδέν. Πῶς οὖν οὐκ ἦν τὸ ἐξ ἀρχῆς (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, *πρὸ τῆς ἰδίας συστάσεως*, ἐν σοφίσμασι λεγόμενον παρὰ τούτων) ὁ μηδὲν ἔχων προεπινοούμενον ἑαυτοῦ, εἰ μὴ τὸν ἐξ οὗ ἔχει τὸ εἶναι, οὐ διαστήματι ὑπερέχοντα, ἀλλὰ τῇ αἰτίᾳ προτεταγμένον (74); Εἰ τοίνυν ἀΐδιος ἡ τοῦ Υἱοῦ κοινωνία πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα ἀναπέφανται, τῆς διανοίας ἡμῶν ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ δι' οὐδενὸς κενοῦ πρὸς τὸν Πατέρα χωρούσης, ἀλλ' ἀδιαστάτως τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ συναπτούσης, ὁ μηδενὶ μέσῳ διοριζόμενος; τίνα ἔτι παρείσδυσιν καταλείπει τῇ πονηρᾷ βλασφημίᾳ τῶν λεγόντων, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος αὐτὸν εἰς τὸ εἶναι παρῆχθαι;

13. Ἔπειτα μέντοι καὶ τῆς ἀνοίας αὐτοὺς θαυμά-

A substantia accipit, dicetque genitam fuisse ex nihilo substantiam ejus, imo Filium ipsum; nihil enim refert, quod ad sententiam attinet, sic vel sic dicere: primum quidem temporibus, atque, si ita vis, sæculis conditorem sæculorum constituit posteriorem: deinde vero blasphemiis suis insistens dicturus est etiam Patrem, cum Pater non esset ab initio, tum demum factum fuisse.

247 12. Atqui si honestum ac decorum est Dei beatitudini Patrem esse; qui fit ut id quod decebat, ei ab initio non adesset? Aut enim melioris ignorationi, aut omnino impotentiæ hunc defectum imputabunt: ignorationi quidem, si deinceps quod melius est excogitavit; impotentiæ vero, si sciens atque intelligens, quod optimum erat assequi non
B potuit. Quod si (quod fas non est dicere) non est ei bonum Patrem esse, cujus rei gratia commutatus pejus elegit? Sed recidat in suos auctores blasphemia. Nam Deus universorum Pater est ex infinito, nec unquam Pater esse cœpit. Neque enim potentiæ defectu, ne expleret voluntatem, detinebatur: neque ullorum sæculorum circuitus exspectavit, ut sicut in hominibus ac reliquis animalibus, ei generandi facultate post completam ætatem accedente, quod volebat assequeretur. Insanientium enim est hæc et cogitare, et loqui. Sed, ut ita dicam, extentam habet cum sua æternitate paternitatem. Quamobrem et Filius cum ante sæcula sit, et semper sit, nunquam esse incœpit: sed ex quo Pater est, et Filius est, et statim una cum Patris
C notione, Filii quoque notio subrepit. Nam Pater, Filii utique est Pater. Patris igitur origo nulla: origo vero Filii, Pater; inter hos nihil est medii. Quomodo igitur a principio non erat (nam illud, *ante suam constitutionem*, quod ab his per cavillationem profertur, hoc sibi vult,) is, qui nihil habet quod ante se intelligatur, nisi illum, a quo *esse* habet, non intervallo præcedentem, sed causæ dignitate præpositum? Proinde si Filii cum Patre et Deo conjunctio ostensa est æterna, cum nostra cogitatio a Filio ad Patrem per nullum medium deveniat, imo absque intervallo Patri Filium conjungat; is qui nullo medio sejungitur, quem jam aditum pravæ blasphemiæ relinquit eorum, qui eum dicunt ex non exsistente ad *esse* productum esse?

13. Ad hæc ipsorum quoque dementiam mirari

(67) Editi et mss. non pauci γεγενῆσθαι, *factum esse*: nec aliter legitur in eo codice, in quo opus Eunomii inveniri diximus. Codex Colb. γεγεννῆσθαι, *genitam esse*. Mihi quidem dubium non est, quin illud, μᾶλλον δέ, etc., sic accipiendum sit: Imo vero, si vera fateri Eunomius vult, palam dicturus est Filium ipsum ex nihilo genitum fuisse. Aliter tamen hunc locum intellexerat vetus interpres, qui ita vertisset: *Imo primum ipsum Filium (nihil enim refert quantum ad rem, hoc vel illo dicere modo) posteriorem quam tempora ponet.* Ibidem editi Υἱὸν, καὶ οὐδέν. Voculam καί expunximus, codicum duorum fidem secuti. Mox editi ἢ οὐτωσί. At mss. ἢ οὕτως.

(68) Editi τῶν αἰώνων δεύτερον εἶναι. Sed ultimæ duæ voces desunt in mss., nec dubito quin debeant abesse, cum sententiam efficiant contortam atque intricatam.

(69) Editi αὐτοῦ. At mss. ἑαυτοῦ. Statim editi ἀλλ' ὕστερον. Libri veteres εἶτα ὕστερον.

(70) Reg. quartus πῶς οὖν μὴ ἐξ ἀρχῆς.

(71) Editi πρὸς τούς. Antiqui sex libri εἰς τούς.

(72) Editi et sex mss. προελθούσης. At Reg. tertius προσελθούσης, recte.

(73) Editi et mss. multi Υἱὸς πρὸ αἰῶνος. At Reg. tertius secunda manu Υἱὸς προαιώνιος ὤν.

(74) *Ἀλλὰ τῇ αἰτίᾳ προτεταγμένον, causæ nomine præpositum.* Lege primum num. 8, 25, ubi illa Joannis XIV, 28, *Pater major me est*, ut docte ita copiose a Basilio explicantur.

Digitized by Google

operæ pretium est, quod dum ex non exstantibus esse dicunt Filium, nequaquam intelligunt quod eum non Patre solum, sed ea etiam re per quam Unigenitum a Patre separant, posteriorem statuant. Nam necesse est, si quid sit inter Patrem et Filium, id Filii exsistentia antiquius esse. Quid igitur hoc esse poterit? Quidnam aliud nisi aut ævum aut tempus? Qui enim Patris vitam vita Unigeniti intelligit anteriorem, qua re alia quam sæculorum aut temporum quorumdam spatio admetiens, excessum invenisse se dixerit? quod si hoc verum est, falsa Scriptura est, quæ dicit facta esse per ipsum sæcula [41]; quæque docet facta esse per ipsum omnia [42], cum certe in omnium numero sæcula etiam comprehendantur. Si vero dicturi sunt se non negare Filium ante sæcula **248** genitum esse, sciant, quod verbis concedunt, id revera ab ipsis tolli. Interrogabimus enim eos, qui ex non exstantibus substantiam producunt Unigeniti : Quando non erat, ut dicitis, quid erat illud intervallum? quam ei appellationem excogitabitis? Nam communis consuetudo spatium omne aut temporibus aut sæculis subjicit. Nam quod in sensibilibus est tempus, hoc sæculi est natura in rebus mundo superioribus. Isti vero, si quid tertium pro sua sapientia comminiscuntur, dicant. Sed dum tacebunt, haud ignorent se Unigeniti substantiam sæculis posteriorem constituere. Etenim si quod spatium fuit Filio antiquius, quod videlicet se æque ac Patris vita extenderit, utique alterum ex his erat. Sed nec est, nec erit cogitatio Filii exstantia antiquior. Nam omni re, quæ ordine antiquitatis excogitari potest, anterior invenietur illa Dei Verbi quod apud Deum a principio erat, exsistentia. Etsi enim se ipsa decipiens mens innumeris imaginationibus, seque rerum non subsistentium commentis occupans, ea quæ non sunt excogitaverit; nullam omnino inveniet artem, qua seipsam possit ultra Unigeniti principium extendere, aut vitam ejus qui per se vita est, suo ipsius motu inferiorem relinquere, aut sua cogitatione originem Dei Verbi transcendere, aut sæcula Deo sæculorum destituta sibi fingere.

σαι ἄξιον, οὐ συνιέντας, ὅτι, ἐκ μὴ ὄντων λέγοντες τὸν Υἱὸν, οὐ τοῦ Πατρὸς μόνον νεώτερον ἀποφαίνουσιν, ἀλλὰ καὶ τοῦ, ᾧ τὸν Μονογενῆ (75) ἀπὸ τοῦ Πατρὸς διορίζουσιν. Ἀνάγκη γὰρ, εἴπερ τι εἴη μεταξὺ (76) Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, πρεσβύτερον εἶναι τοῦτο τῆς ὑπάρξεως τοῦ Υἱοῦ. Τί οὖν ἂν εἴη τοῦτο; Τί ἄλλο γε ἢ αἰὼν πάντως ἢ χρόνος; Ὁ γάρ τοι περισσοτέραν τὴν τοῦ Πατρὸς ζωὴν τῆς τοῦ Μονογενοῦς ἐννοῶν (77), τίνι γε ἄλλῳ παραμετρῶν, εὑρηκέναι ἂν εἴποι τὸ περισσὸν, ἢ οὐχὶ (78) αἰώνων ἢ χρόνων τινῶν διαστήματι; Εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, ψευδὴς ἡ λέγουσα Γραφὴ τοὺς αἰῶνας δι' αὐτοῦ γεγενῆσθαι, καὶ ἡ διδάσκουσα, ὅτι πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο· τοῖς πᾶσι, δηλονότι, ἐμπεριειλημμένων καὶ τῶν αἰώνων. Εἰ δὲ φήσουσι μὴ ἀπαρνεῖσθαι πρὸ τῶν αἰώνων τὸν Υἱὸν γεγεννῆσθαι, μὴ λανθανέτωσαν, ὃ τῷ λόγῳ συγχωροῦσι, κατὰ ἀλήθειαν ἀφαιρούμενοι. Ἐρωτήσωμεν γὰρ αὐτοὺς τοὺς ἐκ μὴ ὄντων (79) παράγοντας τοῦ Μονογενοῦς τὴν οὐσίαν· Ὅτε οὐκ ἦν, ὥς φατε, τί ἦν ἐκεῖνο τὸ διάστημα; τίνα αὐτῷ προσηγορίαν ἐπινοήσετε; Ἡ μὲν γὰρ κοινὴ συνήθεια ἢ χρόνοις ἢ αἰῶσιν ἅπαν διάστημα ὑποβάλλει· ἐπειδὴ ὅπερ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ὁ χρόνος, τοῦτο ἐν τοῖς ὑπερκοσμίοις ἡ τοῦ αἰῶνος φύσις ἐστίν. Οὗτοι δὲ, εἴ τι τρίτον ἐκ τῆς ἑαυτῶν σοφίας ἐπινοοῦσι, λεγέτωσαν. Ἕως δ' ἂν σιωπῶσι, μὴ λανθανέτωσαν δευτέραν αἰώνων τὴν τοῦ Μονογενοῦς οὐσίαν τιθέμενοι. Εἰ γὰρ ἦν (80) τι διάστημα πρεσβύτερον τοῦ Υἱοῦ, συμπαρεκτεινόμενον τῇ ζωῇ τοῦ Πατρὸς, ἓν τι τούτων ἦν δηλονότι. Ἀλλ' οὔτ' ἔστιν, οὔτε μὴ γένηται ἔννοια πρεσβυτέρα τῆς τοῦ Μονογενοῦς ὑποστάσεως. Παντὸς γὰρ τοῦ δυναμένου εἰς ἀρχαιότητος λόγον ἐπινοεῖσθαι ἀνωτέρα ἡ ὕπαρξις τοῦ Θεοῦ Λόγου τοῦ ἐν ἀρχῇ ὄντος πρὸς τὸν Θεὸν εὑρεθήσεται. Κἂν, μυρίαις φαντασίαις ἑαυτὸν ἐξαπατήσας ὁ νοῦς, καὶ τοῖς τῶν ἀνυπάρκτων ἀναπλασμοῖς ἐπιβάλλων, τὰ μὴ ὄντα περινοῇ (81), οὐδεμίαν τῶν πασῶν μηχανὴν ἐξευρήσει, δι' ἧς δυνήσεται τῆς ἀρχῆς τοῦ Μονογενοῦς ἑαυτὸν ὑπερθεῖναι· καὶ κατωτέραν τοῦ ἰδίου κινήματος τὴν ζωὴν καταλιπεῖν τῆς αὐτοζωῆς· καὶ τῷ ἰδίῳ λόγῳ τοῦ Θεοῦ Λόγου τὴν ἀρχὴν ὑπερβῆναι· καὶ αἰῶνας ἐποπτεῦσαι (82) ἐρήμους τοῦ Θεοῦ τῶν αἰώνων.

[41] Hebr. I, 2. [42] Joan. I, 3.

(75) Editio utraque Ven. et Paris. ἀλλὰ καὶ τούτῳ τὸν Μονογενῆ, corrupte. Regii secundus et quartus ἀλλὰ καὶ τοῦ, ᾧ τὸν Μονογενῆ, emendate. Igitur horum verborum sententia hæc est : Mirari subit Eunomianos, qui non intelligunt sequi ex suis verbis, Filium non Patre solum posteriorem esse, sed eum etiam posteriorem esse ea ipsa re, per quam ipsum a Patre separant. Illud, τοῦ, optime interpretatus est librarius in margine Regii secundi, cum ita scripsit, ἢ αἰῶνος ἢ χρόνου. Hoc est, Eunomiani efficiunt quoque Filium posteriorem ipso ævo, aut ipso tempore, quorum intervallo eum a Patre sejungunt.

(76) Codex unus τι ἢ μεταξύ.

(77) Editi ἐπινοῶν. At mss. multi ἐννοῶν.

(78) Sic libri veteres. Editi περισσὸν καὶ οὐχί.

(79) Editiones Ven. et Paris. Stephanæaque cum Reg. quinto ἐκ μὴ ὄντων. Codex Colb. et Reg. tertius ἐκ μὴ ὄντος. Alii quatuor mss. ἐκ τοῦ μὴ ὄντος.

(80) Editi Εἴπερ γὰρ ἦν. At mss. Εἰ γὰρ ἦν. Statim mss. nonnulli οὐδέ ἐστιν, οὐδὲ μή. Interpres : *Sed nec est, nec erit antiquior sensus Unigeniti subsistentia.* Sed, nisi valde fallor, vox ὑπόστασις tum hoc, tum similibus locis, non stricte sumitur, pro persona videlicet. Arbitror igitur vocem ὑπόστασις hic sumi debere latius, pro substantia, aut pro natura, sic ut hoc loco ὑπόστασις idem valeat quod σύστασις, aut ὕπαρξις, *constitutio, subsistentia, natura*, etc. Notandum etiam vocem *subsistentia* ita familiarem fuisse interpreti, ut quoties vox σύστασις occurrit, occurrit autem sæpius, eam semper reddat Latine *subsistentiam* : quod nemo, opinor, homo probaverit, cum iis in locis non obscure significet aliquid, quod Patri æque ac Filio, conveniat : quod de subsistentia dici non posse constat.

(81) Reg. quartus μὴ ὄντα ἐπινοῇ.

(82) Editi et aliquot mss. ὑποπτεῦσαι. Alii tres mss. ἐποπτεῦσαι, rectius.

Digitized by Google

14. Ἀφαιρούμενος δὲ τὴν ὀφειλομένην τῷ Μονογενεῖ δόξαν, σκοπεῖτε ποίοις αὐτὸν ἀποσεμνύνει λόγοις. A

ΕΥΝ. Ἔστι δὲ, φησὶν, ἡ οὐσία τοῦ Υἱοῦ γεννηθεῖσα πρὸ πάντων, γνώμῃ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός.

ΒΑΣ. Τοῦτο μέγα προστίθησι τῷ Υἱῷ, τὸ πρεσβύτερον εἶναι τῆς κτίσεως, καὶ τῶν ποιημάτων αὐτὸν τῶν ἑαυτοῦ προϋπάρχειν, ἀρκοῦν εἰς δόξαν τῷ Δημιουργῷ τῶν ὅλων τιθέμενος τὸ κτισμάτων (83) αὐτὸν τῶν ἑαυτοῦ προτετάχθαι. Τῆς γὰρ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα κοινωνίας τὸ εἰς αὐτὸν ἧκον ἀλλοτριώσας (84), ἐν τῇ τῶν κτισμάτων προτιμήσει τὴν δόξαν αὐτῷ μαρτυρεῖ. Εἶτα πρὸς τὸ ἀναίσχυντον τὴν βλασφημίαν ἐκφέρων ταῖς ἀφύκτοις ἡμᾶς, ὡς οἴεται, τῶν λογισμῶν ἀνάγκαις περιστοιχίζεται.

ΕΥΝ. Ἤτοι γὰρ ὄντα, φησὶν, ἐγέννησεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν, ἢ οὐκ ὄντα. Ἀλλ' εἰ μὲν οὐκ ὄντα, μηδείς μοι. φησὶ, τόλμαν ἐπεγκαλείτω (85)· εἰ δὲ ὄντα, οὐκ ἀτοπίας μόνον καὶ βλασφημίας, ἀλλὰ καὶ πάσης (86) εὐηθείας ὑπερβολὴν ὁ λόγος ἔχει· τῷ γὰρ ὄντι οὐ δεῖ γεννήσεως (87). B

ΒΑΣ. Τὸ μὲν οὖν πολυθρύλλητον σόφισμα, τὸ πάλαι μὲν ἐξευρεθὲν παρ' ἑτέρων, τελείως δὲ νῦν ἐν ταῖς ἀπηρυθριασμέναις καὶ ἀναισχύντοις γλώσσαις ὑπὸ τούτων ἐξεργασθὲν, τοῦτό ἐστιν. Ἡμεῖς δὲ πρῶτον ἐκεῖνο τοὺς ἀκροατὰς ὑπομνήσομεν (88), ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ διὰ τὴν τῶν πολλῶν ἄγνοιαν ἀνθρωπικῶς ἐξακουόντων τῆς γεννήσεως τοῦ Υἱοῦ εἰς ἀνάγκην ἐληλυθὼς τῶν λόγων τούτων· οὗτος ὁ ἀπὸ τῶν σωματικῶν ἐννοιῶν ἐπὶ τὴν πνευματικὴν θεωρίαν τὰς ἀπαιδεύτους ψυχὰς ἐπανάγων· ὅς, ἐπειδὴ τὰ γεννώμενα ζῶα οὐκ ὄντα πρότερον, εἶτα γεννᾶται, καὶ ὁ σήμερον γεννηθεὶς χθὲς οὐχ ὑπῆρχε, ταύτην καὶ (89) ἐπὶ τὴν τοῦ Μονογενοῦς ὑποστάσεως τὴν ἔννοιαν μεταφέρει. Καὶ ἐπειδὴ γεγέννηται, φησὶν, οὐχ ὑπῆρχε πρὸ τῆς γεννήσεως. Οὕτω μεγαλοφυῶς τὴν γέννησιν ἡμῖν τοῦ Μονογενοῦς θεολογεῖ, καὶ διὰ τοιούτων λόγων τὰ ἀῤῥωστήματα τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν ἐπανορθοῦται, ἄξιος ὤν, εἴπερ τις, ἀκοῦσαι τῆς παροιμίας, ὅτι *Ἰατρὲ, θεράπευσον σεαυτόν*. Τίνα μέντοι καὶ παραμυθίαν τῆς ἀτόπου ταύτης νόσου τῶν λογισμῶν αὐτῷ προσενέγκωμεν ἢ τὰ παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διὰ τοῦ μακαρίου Ἰωάννου λαληθέντα ἡμῖν, ὅτι *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος;* Διὰ τούτων τῶν δύο ῥήσεων ἀπέκλεισεν ὁ εὐαγγελιστὴς, μιᾶς ἀν- C D

14. Cæterum ubi debitam Unigenito gloriam abstulit, animadvertite quibus eum verbis exornet.

Eun. Est autem, inquit, substantia Filii genita ante omnia, voluntate Dei et Patris.

Bas. Filio hoc tribuit magni, quod antiquior sit creaturis, et ante ea quæ ipse fecit; ratus satis esse ad gloriam Conditoris universorum, si sit ante suas ipsius creaturas collocatus. Nam posteaquam eum, quantum in se fuit, a conjunctione quam cum Deo et Patre habet, alienavit; ei in eo defert gloriam, quod ipsum creaturis præferat. Deinde ad summam impudentiam efferens blasphemiam, inevitabili, ut putat, syllogismorum vi nos circumvallat.

Eun. Aut enim existentem, inquit, genuit Deus Filium, aut non existentem. Atqui si non existentem, nemo, inquit, incuset me temeritatis. Sin existentem, non absurditatem solum, et blasphemiam, sed stolliditatem etiam omnem hic sermo excedit : etenim qui est, generatione non indiget.

Bas. Hæc est quidem illa vulgatissima cavillatio, ab aliis olim adinventa : nunc vero impudentibus et inverecundis istorum linguis absolute atque perfecte expleta. Verum nos illud primum auditores admonebimus, hunc illum esse, **249** qui, quod non pauci ex ignorantia generationem Filii humano more acciperent, coactus in hos sermones incidit : hunc illum esse, qui a corporeis notionibus ad spiritualem contemplationem imperitas animas revocat : qui, quod animalia, cum prius non sint, deinde generantur, et quod qui hodie genitus est, heri non erat, hanc notionem in Unigeniti substantiam transfert. Et quoniam genitus est, inquit, ante generationem non erat. Adeo magnifice ceu theologus Unigeniti nobis generationem exponit, atque ejusmodi verbis fratrum nostrorum infirmitatibus medetur : dignus, si quis alius, qui audiat proverbium, *Medice, cura teipsum* [82]. Atqui quam ei medelam in hoc absurdo animi morbo afferemus, nisi verba quæ Spiritus sanctus per beatum Joannem nobis locutus est : *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* [83]? His duabus dictionibus hunc animi morbum exclusit evangelista, cum alteram transcendere, alteram assequi non possimus. Neque enim fieri potest, ut quidquam

[82] Luc. IV, 23. [83] Joan. I, 1.

(83) Editi et mss. nonnulli τιθέμενος τῶν κτισμάτων. Regii secundus et quartus τιθέμενος τὸ κτισμάτων, recte.

(84) Monet vir eruditissimus Ducæus, anathematismum in concilio Ariminensi ab Arianis prolatum sic efferri apud Hieronymum *adversus Luciferianos : Si quis dixerit creaturam Filium Dei, ut sunt cæteræ creaturæ, anathema sit.* Filium creaturam non negabant, sed similem cæteris creaturis.

(85) Editi et duo mss. ἐγκαλείτω. Colb. ἐπικαλείτω. Reg. primus, cui suffragantur alii duo m.s. secunda manu, ἐπεγκαλείτω.

(86) Editi ἀλλὰ πάσης. At mss. ἀλλὰ καὶ πάσης.

(87) Pro γεννήσεως in Reg. tertio legitur γενέσεως · quæ varia scribendi ratio ita frequens est in libris tum excusis tum manu exaratis, ut eos inter se consentire, cum alterutra vox occurrit, vix unquam videas. Hic locus aliter editus invenitur apud virum doctissimum Joannem Albertum Fabricium : sed ita tamen, ut eadem sententia efficiatur. Illic igitur sic legimus : Τῷ γὰρ ὄντι τί δεῖ γενέσεως, *Quid enim opus est ortu, ei qui est?*

(88) Codices aliquot ὑπομνήσωμεν.

(89) Sic Reg. quartus. Vocula καὶ deest in editis et in aliis mss.

Digitized by Google

principio antiquius queat excogitari ; non enim foret principium, si quid ultra se haberet : neque fieri potest, ut quispiam illud, *Erat*, cogitatione transgressus ad intervallum in quo non erat transvehere se possit. Nam cogitare quod non erat, est dictionem, *Erat*, destruere. Nam si principium ex eorum numero esset quæ referuntur ad aliud, ut principium sapientiæ, et principium viæ bonæ, et *In principio fecit Deus :* forte possemus ejus qui ex tali principio constaret generationem cogitando prætergredi. Sed cum is principii significatus, utpote absolutus, nec ullam ad aliud habitudinem habens, naturam supremam significet, nonne deridendus est qui quidquam ultra illud comminiscitur, aut id suis cogitationibus prætervolare conatur? Quinetiam verbum, *Erat*, æque extenditur ac illud principium dilationis ac moræ cujuscunque nescium. Non enim verbum, *Erat*, exsistentiam temporalem indicat, ut illud : *Homo erat in regione Ausitide* [45] ; et : *Homo erat ex Armathim* [46] ; et : *Terra autem erat invisibilis* [47]. Sed ipse nobis evangelista in alio sermone ejus verbi, *Erat*, significatum ostendit, his verbis : *Qui est, et qui erat, et qui est omnipotens* [48]. Quale enim est illud, *est*, tale est etiam illud, *erat*, sempiternum pariter atque temporis expers. Jam vero non exsistentem dicere, eum, qui in principio est, neque **250** ejus est qui principii notionem servat, neque ejus qui una cum principio substantiam Unigeniti conjungit. Non enim excogitari potest antiquius quidquam principio, a quo et *esse* Dei Verbi est inseparabile. Quare quantumcunque voles curiosis mentis disquisitionibus retrogradi, tamen illud, *erat*, transgredi, et ultra hoc cogitationibus ferri non poteris.

A ὑπερβάτου (90) καὶ ἑτέρας ἀνεκβάτου. Οὔτε γὰρ ἀρχῆς ἐστί τι ἐπινοῆσαι πρεσβύτερον· οὐ γὰρ ἔτι ἂν εἴη ἀρχή, εἴπερ ἔχοι τι ἑαυτῆς ἐξώτερον (91)· οὔτε τὸ Ἦν διαβάντας τῷ λογισμῷ, εἰς τὸ ὅτε (92) οὐκ ἦν δυνατὸν ὑπερκύψαι. Ἀθέτησις γάρ ἐστι τοῦ Ἦν, ἡ τοῦ ὅτι οὐκ ἦν ἐπίνοια. Εἰ μὲν γὰρ ἡ ἀρχὴ τῶν πρὸς ἕτερον λεγομένων ἦν, ὡς τὸ *ἀρχὴ σοφίας*, καὶ ἀρχὴ ὁδοῦ ἀγαθῆς, καὶ, *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς*, ἦν ἂν τυχὸν, τοῦ ἐκ τοιαύτης ἀρχῆς ὑφεστῶτες, δι' ἐνθυμήσεως ὑπερβῆναι τὴν γέννησιν· ἐπειδὴ δὲ τὸ σημαινόμενον τοῦτο τῆς ἀρχῆς ἀπολελυμένον καὶ ἄσχετον τὴν ἀνωτάτω φύσιν δηλοῖ, πῶς οὐ καταγέλαστος ὁ τὰ ἐξωτέρω ταύτης ἐπινοῶν, ἢ ἐπιχειρῶν αὐτὴν τοῖς λογισμοῖς ὑπερβάλλειν ; Συμπαρεκτείνεται δὲ καὶ τὸ Ἦν τῷ B ἀνυπερθέτῳ τῆς ἀρχῆς ταύτης (93). Οὐ γὰρ τὴν ἀπὸ χρόνου ὕπαρξιν τὸ Ἦν ὑποφαίνει, ὡς τὸ, *Ἄνθρωπος ἦν ἐν χώρᾳ τῇ Αὐσίτιδι* (94)· καὶ, Ἦν *ἄνθρωπος ἐξ Ἀρμαθαΐμ*· καὶ τὸ, *Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος*· ἀλλ' αὐτὸς ἡμῖν ὁ εὐαγγελιστὴς ἐν ἑτέρῳ λόγῳ τοῦ τοιούτου Ἦν τὸ σημαινόμενον ἔδειξεν, εἰπών· *Ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ* (95) *ὁ παντοκράτωρ*. Οἷον γὰρ τὸ *ὤν*, τοιοῦτον καὶ τὸ *ἦν*, ἀΐδιον ὁμοίως καὶ ἄχρονον. Οὐκ ὄντα δὲ λέγειν τὸν ἐν ἀρχῇ ὄντα, οὔτε διασώζοντός ἐστι τὴν ἔννοιαν τῆς ἀρχῆς, οὔτε συνάπτοντος αὐτῇ τὴν ὕπαρξιν τοῦ Μονογενοῦς. Ἀνεπινόητον μὲν γὰρ τῆς ἀρχῆς τὸ πρεσβύτερον, ἀχώριστον δὲ ταύτης τοῦ Θεοῦ λόγου τὸ εἶναι. Ὥστε ἐφ' ὅσον ἂν βουληθῇς ταῖς τοῦ νοῦ πολυπραγμοσύναις ἀναδραμεῖν, ὑπερβῆναι τὸ *ἦν*, καὶ ἔξω τούτου γενέσθαι τοῖς C λογισμοῖς οὐ δυνήσῃ.

15. Interrogetur autem vicissim et a nobis, utrum in principio esset apud Deum Deus Verbum, an postea accessit. Nam si erat, *Coerce linguam tuam a malo* [49], ab ea videlicet blasphemia, qua dicis, *non erat :* sin autem, quod ne fas quidem

15. Ἀντερωτάσθω τοίνυν καὶ παρ' ἡμῶν· πότερον ἐν ἀρχῇ ἦν πρὸς τὸν Θεὸν ὁ Θεὸς Λόγος, ἢ ὕστερον προσεγένετο; Εἰ μὲν γὰρ ἦν, *Παῦσον τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ*, τῆς τοῦ, ὅτι *οὐκ ἦν*, βλασφημίας· εἰ δὲ (96), ὅπερ οὐδὲ θέμις εἰπεῖν, τοῖς

[45] Job I, 1. [46] I Reg. I, 1. [47] Gen. I, 2. [48] Apoc. I, 8. [49] Psal. XXXIII, 14.

(90) Sic editio utraque Ven. et Paris. cum antiquis quatuor libris : at totum illud, Διὰ τούτων τῶν δύο ῥήσεων ἀπέκλεισεν ὁ εὐαγγελιστὴς, μιᾶς ἀνυπερβάτου καὶ ἑτέρας ἀνεκβάτου, deest in Regiis secundo, tertio et quinto. Sed hæc verba necessaria esse, si nihil aliud, ipsa certe orationis series probat. Ut enim illa, Οὔτε γὰρ ἀρχῆς ἐστί τι ἐπινοῆσαι πρεσβύτερον, ad dictionem ἀνυπερβάτου, ita hæc, οὔτε τὸ Ἦν διαβάντας τῷ λογισμῷ, ad dictionem ἀνεκβάτου referri debere obscurum non est. Interpres, cum videret casum verbi ἀποκλείειν deesse, existimavit vocem αὐτοὺς (Εὐνομιανούς) supplendam esse ; ob idque hunc locum ita vertendum esse, *his duabus dictionibus conclusit eos evangelista*, Eunomianos videlicet. Mihi tamen verisimilius fit, supplendam esse vocem νόσον, quæ aliquanto ante legitur, *exclusit hunc animi morbum*. Hanc conjecturam non nihil adjuvat, quod ἀποκλείειν proprie non sit *concludere*, sed *excludere*. Mox mss. aliquot simpliciter νοῆσαι πρεσβύτερον. Hoc ipso in loco editi Οὔτε γὰρ ἂν ἔτι εἴη ἀρχή. Libri veteres uni in contextu.

(91) Editi et aliquot mss. ἐξώτερον. Codex Colb. cum uno Reg. ἐξωτέρω. Utro quis modo legerit, peccaturum non puto.

(92) Vox ὅτε in duobus mss. non invenitur.

(93) Reg. secundus, quem suo more secuti sunt typographi Parisienses, τῷ ἀνυπερβάτῳ τῆς ἀρχῆς, *cum hoc principio insuperabili*. Alii sex mss. τῷ ἀνυπερθέτῳ τῆς, *cum hoc principio, quod moræ expers est atque dilationis*. Certe cum lectio posterior multorum codicum auctoritate innitatur, nec male conveniat huic loco, eam alteri præferre non dubitavi. — Verte : *Principium quod transcendi et superari non potest*. MARAN.

(94) *Τῇ Αὐσίτιδι, in regione Ausitide*. Vulgata, *in terra Hus*. Hic locus in eruditissimis notis Ducæi illustratur.

(95) Vocula *καὶ* addenda est ex multis codicibus. Haud longe codices aliquot συνάπτοντες ταύτῃ τὴν.

(96) Post illud, εἰ δέ, suppleri oportet οὐκ ἦν, *si vero non erat*. Id autem cur omissum sit, Basilius ipse ait hanc esse causam, quod talia proferre nefas sit. Simili reticentia usum Basilium videre est in superioribus.

Digitized by Google

σοῖς οἰκειότερον πρὸς σὲ χρήσομαι ῥήμασιν, ὅτι οὐ βλασφημίας μόνον, ἀλλὰ καὶ παρανοίας ὑπερβολὴν ὁ λόγος ἔχει, ἀνθρώπους ἀπαιτεῖν τῶν λόγων τοῦ Πνεύματος τὰς εὐθύνας, καὶ μαθητὴν μὲν εἶναι τῶν Εὐαγγελίων ὁμολογεῖν, αὐτῶν δὲ τούτων κατεξανίστασθαι. Σκόπει γὰρ τὰς θείας φωνὰς, ὡς ἀκριβῶς καὶ σαφῶς τῇ πρὸ αἰώνων γενέσει (97) τοῦ Υἱοῦ μαρτυροῦσιν. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ μὲν Ματθαῖος τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως ἐξηγητὴς γέγονεν, ὡς αὐτός φησι· *Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαβὶδ* (98)· ὁ δὲ Μάρκος ἀρχὴν τοῦ Εὐαγγελίου τὸ Ἰωάννου πεποίηκε κήρυγμα, εἰπών· *Ἀρχὴ τοῦ Εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καθὼς γέγραπται ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ* (99)· *Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ*· ὁ δὲ Λουκᾶς καὶ αὐτὸς διὰ τῶν σωματικῶν ἀρχῶν τῇ θεολογίᾳ προσέβη· ἀναγκαίως ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, τελευταῖος ἐλθὼν εἰς τὸ γράφειν, παντὸς αἰσθητοῦ, καὶ χρόνου τοῖς τοιούτοις παρεπομένου, τὴν διάνοιαν ὑπεράρας, μᾶλλον δὲ ὑψωθεὶς (1) τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος, αὐτῷ προσέβη τῷ πάντων ἐπέκεινα, μονονουχὶ διαμαρτυρόμενος καὶ αὐτὸς, ὅτι, εἰ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν. Λαβόμενος γὰρ αὐτῆς τῆς ἀρχῆς, καὶ πάσας τὰς σωματικάς τε καὶ χρονικὰς ἐννοίας κατωτέρας τῆς ἑαυτοῦ θεολογίας ἀπολιπὼν, ὑπερεφώνησε τὰ προλαβόντα κηρύγματα τῇ μεγαλοφυΐᾳ τῆς γνώσεως. Οὐκ ἀπὸ Μαρίας, φησὶν, ἡ ἀρχὴ, οὐδὲ ἀπὸ τῶνδε τῶν χρόνων. Ἀλλὰ τί; *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος*· τὴν ἐξ ἀϊδίου ὕπαρξιν, τὴν ἀπαθῆ γέννησιν, τὸ συμφυὲς τῷ Πατρὶ, τὸ μεγαλεῖον τῆς φύσεως, πάντα ἐν τοῖς ὀλίγοις ῥήμασι συλλαβὼν, καὶ τῇ προσθήκῃ τοῦ *Ἦν* ἀναγαγὼν (2) εἰς τὴν ἀρχὴν, ὥσπερ ἀποφράττων τὰ στόματα τῶν, ὅτι *οὐκ ἦν*, βλασφημούντων, καὶ πόρρωθεν τὰς τῶν τοιούτων σοφισμάτων παρεισδύσεις ὑποτεμνόμενος (3). Εἶτα διὰ τῆς θεολογίας οἷον ὑπογραφήν τινα ἐναργῆ τῆς φύσεως τοῦ Μονογενοῦς ἐντυπώσας, ὡς ἤδη γνωρίζουσιν ὑποδείκνυσι τῇ φωνῇ λέγων· *Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν*· πάλιν ἐνταῦθα τῇ προσθήκῃ τοῦ *Ἦν*, τῇ ἀϊδιότητι τοῦ Πατρὸς τοῦ Μονογενοῦς συνάπτων τὴν γέννησιν· καὶ πάλιν· *Ζωὴ ἦν, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν*. Ἀλλ' ὅμως οὕτω πανταχόθεν τοῦ λόγου ταῖς τοῦ ἀϊδίου (4) προσθήκαις ἠσφαλισμένου, πάσας παρωσάμενος τὰς μαρτυρίας τοῦ Πνεύματος, καὶ οὐδὲ ἀκούειν δοκῶν οὕτως ἡμῖν πυκνῶς ἐμβοῶντος τὸ *Ἦν*

est dicere, tuis adversum te verbis aptius utar, quod non blasphemiæ solum, sed stoliditatis etiam modum superat hic sermo, homines videlicet verborum Spiritus rationem exposcere, et profiteri se Evangelii discipulum, et tamen in ipsum Evangelium insurgere. Adverte enim quam diligenter, quam aperte divinæ voces generationem Filii, quæ fuit ante sæcula, testimonio suo comprobent. Nam quoniam Matthæus quidem generationis secundum carnem factus est interpres, ut ipse ait : *Liber generationis Jesu Christi filii David* [50]; Marcus autem Joannis prædicationem initium Evangelii fecit, dicens : *Initium Evangelii Jesu Christi, sicut scriptum est in Isaia propheta : Vox clamantis in deserto* [51]; Lucas vero et ipse per corporalia initia ad theologiam accessit, necessario evangelista Joannes, cum ultimus ad scribendum venisset, mentem super omne sensibile, ac tempus quod sensibilia sequitur, attollens, imo virtute Spiritus erectus, accessit ad eum ipsum, qui est ultra omnia, tantum non attestans et ipse, quod etsi Christum secundum carnem cognovimus, nondum tamen eum nunc cognoscimus [52]. Nam occupato ipso principio, omnibusque corporeis et temporalibus notionibus infra suam theologiam relictis, eas quæ præcesserant prædicationes magnificentia cognitionis superavit. Non a Maria, inquit, principium, neque ab his temporibus. Sed quid? *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* [53]. Substantiam æternam, generationem affectionis expertem, eam quam cum Patre habet conjunctionem, naturæ majestatem, omnia paucis verbis complexus, voce *Erat* addita, deduxit ad principium, quasi ora occludens eorum, qui blasphemantes dicunt, quod non erat, et longe ante exscindens ejusmodi cavillationum aditum. Deinde sermone theologico velut claram quamdam naturæ Unigeniti descriptionem exprimens, quasi jam cognoscentibus eam commonstrat hac voce, dicens : *Hoc erat in principio apud Deum* [54]. Rursus, voce *Erat* hic adjecta, æternitati Patris generationem Unigeniti connectit. Et rursus : *Vita erat, et vita erat lux hominum, et erat lux vera* [55]. Sed etsi doctrina adeo undique additamentis æternitatis communita est, tamen omnibus Spiritus testimoniis rejectis, et quasi ne audire quidem videretur Joannem adeo frequenter vocem *Erat* inclamantem : Non exsi-

[50] Matth. I, 1. [51] Marc. I, 1; Isa. XL, 3. [52] II Cor V, 16. [53] Joan. I, 1. [54] ibid. 2. [55] ibid. 4, 9.

(97) Codex Colb. γεννήσει τοῦ. Reg. tertius γενέσει.

(98) Codex unus Υἱοῦ Δαβὶδ, Υἱοῦ Ἀβραάμ.

(99) Variare inter se libros initio Evangelii Marci, vel de Testamento Oxoniensi cognosci potest. Græca vulgata ita habent, ὡς γέγραπται ἐν τοῖς προφήταις, *sicut scriptum est in prophetis*. Codices non pauci ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ, *sicut scriptum est in Isaia propheta ;* et ita quoque legimus in Vulgata Latina.

(1) Reg. quartus μᾶλλον δὲ ὑπερυψωθείς.

(2) Codex idem ἀνάγων.

(3) Pro ὑποτεμνόμενος legitur in Reg. tertio ἀποτεμνόμενος. Ibidem duo mss. οἷον ὑπογραφήν. Alius οἱονεὶ ὑπογραφήν. Editi θεολογίας, ὑπογραφήν. Illud, διὰ τῆς θεολογίας, puto sic accipi debere : Per sermonem quem de divinitate Verbi habuit.

(4) Editi λόγου τοῦ ἀϊδίου. Libri veteres ταῖς τοῦ ἀϊδίου. Hic locus non ita intelligendus est, quasi vox *æternitas* reperiatur expresse initio Evangelii Joannis : sed Basilius reperiri vult apud Joannem alias voces, quæ idem omnino valent, quod ipsa vox *æternitas*.

Digitized by Google

stens, inquit, genitus est. Ergo postea in accessionis **251** modum genitus est. Quod si hoc non erat in principio, ut vos dicitis; quam pugnam clariorem adversus Evangeliorum voces quibus credidimus, possit quis ostendere?

16. Et quidem cui rerum æquo æstimatori illud non probabitur, quod ut oculus ex locis illuminatis egressus, necessario ob privationem luminis ab actione cessat; ita quoque et mens si imaginationibus extra id quod est compellatur, veritate instar cujusdam lucis deficiente, confusa, ac stoliditate laborans, intelligere desinit? Proinde neque oculus extra lucem visu poterit uti, neque anima extra Unigeniti notionem abrepta, intelligendi usum habere. Nam a veritate excidere, quædam est in animo privatio visus atque cæcitas. Quare vana est mens, excæcataque, et plane intelligentia omni destituta, quæ se Unigenito antiquiora apprehendisse arbitratur, haud aliter, atque si quis oculo qui in tenebras aciem defigit, acumen visus inesse testetur. *In lumine* enim *tuo*, inquit, *videbimus lumen* [66]. Qui autem intellexisse se dicit, quando nondum erat lumen; similis iis est, qui in phrenetica mentis emotione, ea quæ non adsunt, videre sibi videntur. Nam quæ ultra Filium sunt, non intelliguntur: siquidem quod oculo est lumen sensibile, hoc animo est Deus Verbum. *Erat* enim, inquit, *lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* [67]. Quapropter anima, quæ illuminata non est, nihil potest intelligere. Quomodo igitur ultra luminis generationem quidquam comprehendi possit? Oportebat autem, puto, eos quibus vel tantulum curæ esset veritas, postea quam, corporeis similitudinibus omissis, notiones Dei per materiales imaginationes coinquinare desissent, tum demum traditam nobis a sancto Spiritu theologiam sequi, atque pro iis quæstionibus quæ ab ænigmatibus nihil absunt, et quas in utramque partem accipere periculosum est, dignam Deo generationem intelligere, impassibilem, insecabilem, indivisibilem, sine tempore, instar resplendentis a luce radii, ad divinam generationem ductos; intel-

Οὐκ ὤν, φησίν, ἐγεννήθη. Οὐκοῦν (5) ὕστερον προσγεγέννηται. Εἰ δὲ τοῦτο ἐν ἀρχῇ οὐκ ἦν, ὥς φατε, τίνα περιφανεστέραν μάχην ἐπιδείξειέ τις (6) πρὸς τὰς φωνὰς τῶν Εὐαγγελίων αἷς πεπιστεύκαμεν;

16. Καὶ μὴν ἐκεῖνό γε τίνι οὐκ ἂν τῶν εὐγνωμόνων συνδόξειεν, ὅτι ὥσπερ ὀφθαλμὸς, τῶν περιλαμπομένων τόπων ἐκπεσὼν (7), ἀναγκαίως δι' ἐρημίαν τοῦ φωτὸς τῆς ἐνεργείας ἵσταται, οὕτω δὲ καὶ ὁ νοῦς, ἐπὶ τὸ ἔξω τοῦ ὄντος ταῖς φαντασίαις εἰσβιαζόμενος, οἷόν τινος φωτὸς τῆς ἀληθείας ἐπιλειπούσης (8), συγχυθεὶς καὶ ἀνοηταίνων τῆς νοήσεως ἀπολήγει; Οὔτ' ἂν οὖν ὀφθαλμὸς ἔξω τοῦ φωτὸς τῷ ὁρᾷν χρῆσθαι δύναιτο, οὔτε ψυχὴ, τῆς τοῦ Μονογενοῦς ἐννοίας παρενεχθεῖσα, τῇ νοήσει κεχρῆσθαι. Ἡ γὰρ τῆς ἀληθείας ἀπόπτωσις ἀορασία ἐστὶ διανοίας καὶ τύφλωσις. Ὥστε μάταιός ἐστι νοῦς καὶ τετύφλωται (9), τῷ ὄντι μηδὲν ἐπιστάμενος, ὁ τὰ τοῦ Μονογενοῦς πρεσβύτερα κατειληφέναι φρονῶν· ὥσπερ ἂν εἴ καὶ ὀφθαλμῷ τις ὀξυωπίαν προσμαρτυροίη (10), τοῖς ἐσκοτισμένοις ἐνατενίζοντι. *Ἐν τῷ φωτί σου* γὰρ, φησὶν, *ὀψόμεθα φῶς*. Ὁ δὲ ἐν καταλήψει τοῦ ὅτε οὔπω ἦν τὸ φῶς γεγονέναι φάσκων παραπλήσιον πέπονθε (11) τοῖς ἐν ἐκστάσει φρενιτικῇ ὁρᾷν φανταζομένοις τὰ μὴ παρόντα. Τὰ γὰρ ὑπὲρ τὸν Υἱὸν οὐ νοεῖται. Ἐπειδὴ ὅ τι περ ὀφθαλμῷ τὸ αἰσθητόν ἐστι φῶς, τοῦτο ψυχῇ ὁ Θεός ἐστι Λόγος. *Ἦν γὰρ*, φησὶ, *τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον*. Ὥστε ἀφώτιστος ψυχὴ ἀδύνατός ἐστι πρὸς νόησιν. Πῶς ἂν οὖν τὰ ὑπεράνω τῆς γενέσεως τοῦ φωτὸς καταληφθείη; Χρῆν δὲ, οἶμαι, τοὺς καὶ μικρὸν γοῦν τῆς ἀληθείας πεφροντικότας, ἀφεμένους τῶν σωματικῶν ὁμοιώσεων, καὶ τοῦ ταῖς ὑλικαῖς φαντασίαις τὰς περὶ Θεοῦ ἐννοίας καταῤῥυπαίνειν, τοῖς παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος παραδοθείσαις ἡμῖν θεολογίαις ἀκολουθεῖν, καὶ ἀντὶ τῶν ἐρωτημάτων τούτων, ἃ τῶν γρίφων (12) οὐδὲν ἀπολείπεται, τὴν ἐφ' ἑκάτερα ὑπόληψιν ἐπικίνδυνον ἐχόντων, νοεῖν μὲν ἀξίαν τοῦ Θεοῦ γέννησιν ἀπαθῆ, ἀμέριστον, ἀδιαίρετον (13), ἄχρονον, κατὰ τὴν ἀπολάμπουσαν τοῦ φωτὸς αὐγὴν τῇ θείᾳ γεννήσει προσαγομένους· νοεῖν δὲ εἰκόνα τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, οὐ κατὰ τὰς τεχνητὰς

[66] Psal. xxxv, 10. [67] Joan. i, 9.

(5) Editi et duo mss. Οὐκ ὤν. Interpres, *non existens postea natus est.* At codex Colb. cum Regiis secundo, tertio et quarto Οὐκοῦν : *Proinde generatus est in modum accessionis*, seu, *per accessionem*, recte. Ibidem duo mss. προσγεγένηται.

(6) Codices duo cum editis ἐπιδείξειέ τις. Reg. secundus ἐπιδείξειεν ἄν τις. Alii duo mss. ἐπιδείξαιτ' ἄν τις.

(7) Editi et Reg. quintus ἐκπεσών. Alii sex mss. ὑπερπεσών. Mox Reg. tertius secunda manu οὕτω δή. Ibidem editi τοῦ ὄντως. At mss. τοῦ ὄντος, *extra rem quæ est* : vel simpliciter, *extra rem* : *extra verum* : *extra æquum*. Rursus hoc ipso in loco duo mss. ἐκβιαζόμενος.

(8) Editi et unus ms. ἐπιλιπούσης. Veteres quatuor libri ἐπιλειπούσης. Aliquanto post editi Οὔτε οὖν. Codices aliquot Οὔτ' ἂν οὖν. Subinde mss. duo νοήσει κεχρήσεται. Alii quidam mss. cum editis κεχρῆσθαι.

(9) Antiqui duo libri καὶ τετύφωται, *et inflata nihil omnino intelligit*. Illud, τῷ ὄντι, in editis locum occupabat non suum, uti ex mss. cognovimus.

(10) Editi προσμαρτύρῃ. Libri veteres προσμαρτυροίη.

(11) Codex Colb. et Reg. tertius παραπλήσιος γέγονε. Statim mss. duo ἐπειδὴ ὅτι ὅπερ. Subinde editi τοῦτο ψυχῆς. Antiqui libri ψυχῇ, recte.

(12) In editionibus veteribus legebatur τῶν γραφῶν : sed vir eruditissimus Ducæus recte judicavit legendum esse ex Reg. secundo τῶν γρίφων : nec aliter in reliquis nostris mss. legitur quam in Reg. secundo.

(13) Vox ἀδιαίρετον in aliquibus mss. deest. Quod sequitur, κατὰ τὴν, etc., sic accipiendum esse arbitror : Adeo ut ad divinam generationem deducerentur, eam sibi animo fingentes instar radii a luce resplendentis.

Digitized by Google

ταύτας ὕστερον ἀπεργασθεῖσαν πρὸς τὸ ἀρχέτυπον, ἀλλὰ συνυπάρχουσαν καὶ παρυφεστηκυῖαν τῷ πρωτοτύπῳ ὑποστήσαντι, τῷ εἶναι τὸ ἀρχέτυπον, οὖσαν (14), οὐκ ἐκτυπωθεῖσαν διὰ μιμήσεως, ὥσπερ (15) ἐν σφραγῖδί τινι τῆς ὅλης φύσεως τοῦ Πατρὸς ἐναποσημανθείσης τῷ Υἱῷ. Εἰ δὲ βούλει, ὁποία τῶν τεχνῶν ἡ ὑπόστασις (16) ἐκ τῶν διδασκόντων ὅλη τοῖς μαθητευομένοις ἐγγινομένη· οὔτε λείποντός τινος τοῖς διδάσκουσι, καὶ τῆς τελειώσεως τοῖς ἐκμανθάνουσι προσγινομένης. Ἢ τοῦτο μὲν οὐκ ἀκριβὲς πρὸς ὁμοίωσιν διὰ τὴν τοῦ χρόνου παράτασιν. Οἰκειότερον δὲ εἰπεῖν, ὅτι ὁποία τῶν νοημάτων ἡ φύσις τοῖς τοῦ νοῦ κινήμασιν ἀχρόνως συνυφισταμένη.

A ligere itidem imaginem invisibilis Dei, non secundum has artificiosas **252** imagines exinde ad exemplar elaboratam, sed exsistentem atque subsistentem cum archetypo quod eam produxit, quæ ex hoc est quod est archetypum : quæ per imitationem expressa non est, tota Patris natura in Filio velut in aliquo sigillo impressa. Quod si mavis, qualis est artium substantia ex docentibus in discipulos transiens tota, adeo ut neque desit quidquam docentibus, et perfectio ediscentibus accedat. Cæteroquin hoc similitudinem perfectam non exhibet, ob temporis moram. Sed illud convenientius potest dici : qualis est cogitationum natura una cum mentis motibus citra ullam temporis dilationem consistens.

17. Καὶ μηδείς μοι συκοφαντείτω τὸν λόγον, εἴ τι τῶν ὑποδειγμάτων μὴ πάντη συμβαίνοι τοῖς προκειμένοις. Οὐδὲ γὰρ δυνατὸν τὰ μικρὰ καὶ φαῦλα τοῖς θείοις καὶ ἀϊδίοις μετὰ ἀκριβείας ἁρμόζειν, ἀλλ' ὅσον ἐλέγξαι τὴν εἰρωνείαν τῶν οὐ δυναμένων δὴ γέννησιν ἀπαθῆ τῇ διανοίᾳ λαβεῖν. Εἰκὼν δὲ εἴρηται καὶ ἔστιν ὁ Υἱὸς γεννητή, καὶ ἀπαύγασμά ἐστι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, καὶ σοφία, καὶ δύναμις, καὶ δικαιοσύνη Θεοῦ, οὐχ ὡς ἕξις, οὐδὲ ὡς ἐπιτηδειότης, ἀλλ' οὐσία ζῶσα καὶ ἐνεργής, καὶ ἀπαύγασμά ἐστι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Διόπερ καὶ ὅλον ἐν ἑαυτῷ δείκνυσι τὸν Πατέρα, ἐξ ὅλης αὐτοῦ τῆς δόξης ἀπαυγασθείς. Τὴν τοίνυν δόξαν τοῦ Θεοῦ μὴ ἔχειν ἀπαύγασμα λέγειν, ἢ τὴν σοφίαν τοῦ Θεοῦ μὴ συνεῖναί ποτε τῷ Θεῷ, πάσης τῆς ἀτοπίας; Ἀλλ' εἰ ἦν, φησίν, οὐ γεγέννηται. Ἀποκρινώμεθα τοίνυν ὅτι, Ἐπειδὴ γεγέννηται, ἦν· οὐκ ἀγέννητον ἔχων τὸ εἶναι, ὢν δὲ ἀεὶ καὶ συνὼν τῷ Πατρὶ, ἐξ οὗ καὶ (17) τὴν αἰτίαν τῆς ὑπάρξεως ἔχει. Πότε οὖν εἰς τὸ εἶναι παρὰ τοῦ Πατρὸς παρήχθη; Ἀφ' οὗ ἐστιν ὁ Πατήρ; Ἀλλ' ἐξ ἀϊδίου, φησίν, ὁ Πατήρ· ἐξ ἀϊδίου τοίνυν καὶ ὁ Υἱὸς, γεννητῶς τῇ ἀγεννησίᾳ τοῦ Πατρὸς συναπτόμενος. Ὅτι δὲ οὗτος οὐχ ἡμέτερος ὁ λόγος, αὐτὰς τὰς ἁγίου Πνεύματος φωνὰς αὐτοῖς παρεξόμεθα. Ἐκ μὲν

B 17. Nec quisquam mihi hunc sermonem calumniose objiciat, si quid in exemplis non omnino proposito conveniat. Neque enim fieri potest, ut parva ac vilia divinis atque æternis perfecte accommodentur : sed quantum satis est, ut dissimulatio confutetur eorum, qui generationem impassibilem non queunt mente concipere. Imago autem dictus est Filius, et est imago genita, et splendor est gloriæ Dei, et sapientia, et potentia, et justitia Dei, non ut habitus, neque ut aptitudo, sed substantia viva et operans, ac splendor gloriæ Dei. Quapropter et totum in seipso Patrem ostendit, ex tota ejus majestate resplendens. Quam absurdum est ergo dicere, gloriam Dei non habere splendorem, aut sapientiam Dei aliquando una cum Deo non fuisse? Sed si erat, C inquit, genitus non est. Respondeamus ergo, quod quoniam genitus est, erat, cum ingenitum *esse* non habeat, sed exsistat semper, et coexsistat Patri a quo etiam exsistendi habet causam. Quando igitur ad *esse* a Patre productus est? Ex quo Pater est? Sed ab æterno, inquit, Pater : ab æterno igitur et Filius, per generationem ingenitæ Patris naturæ conjunctus. Quod autem non nostra sit hæc oratio, ipsas sancti Spiritus voces eis ob oculos ponemus. Et

(14) Hunc locum difficilem esse vel ex eo intelligitur, quod non parum negotii librariis exhibuisse videatur : quippe alii aliter eum emendare conati sunt. Fortasse alienum non fuerit, etsi longum, varias omnes lectiones in medium proferre, ut, quod optimum est, ab eruditis hominibus seligi possit. Editi igitur ita habent : ἀλλὰ συνυπάρχουσαν καὶ παρυφεστηκυῖαν τῷ πρωτοτύπῳ ὑποστήσαντι, τοῦ εἶναι τὸ ἀρχέτυπον, οὖσαν. Reg. primus παρυφεστηκυῖαν τῷ ὑπὸ τῷ πρωτοτύπῳ ὑποστήσαντι τῷ εἶναι, reliqua ut in vulgatis. Hic notari potest, voces τῷ ὑπό manifeste redundare. Reg. secundus τῷ πρωτοτύπῳ ὑποστήσαντι τὸ εἶναι, reliqua ut in editis. Reg. tertius prima manu ὑποστήσαντι τῷ εἶναι, cætera ut in excusis. Hic ille ipse codex secunda manu παρυφεστηκυῖαν τῷ ὑποστήσαντι τῷ εἶναι πρὸς τὸ ἀρχέτυπον οὖσαν. Et hic adnotabo hunc locum a Combefisio aliud cogitanti non accurate exscriptum fuisse. Regii quartus et quintus ὑποστήσαντι τῷ εἶναι : in reliquis vero cum vulgatis consentiunt. Reg. sextus prima manu τῷ ὑποστήσαντι τὸ εἶναι, reliqua ut in editis : idem ms. manu recentiore τῷ πρωτοτύπῳ ὑποστήσαντι τὸ εἶναι. Denique Colb. prima manu ὑποστήσαντι τὸ εἶναι, reliqua ut in impressis libris. Idem codex secunda manu συνυφεστηκυῖαν... τῷ εἶναι. Ex quibus colligere licet, has omnes lectiones revocari posse vel ad hanc, τῷ εἶναι, vel ad illam, τὸ εἶναι. Si leges, τῷ εἶναι, verborum constructio hæc erit, οὖσαν τῷ D εἶναι τὸ ἀρχέτυπον. Ad verbum, *quæ imago est per hoc, quod ipsum archetypum est*, seu, *quæ imago est hoc ipso, quod archetypum est* : si vero legas, τὸ εἶναι, videntur hæc verba construi sic posse : οὖσαν ὑποστήσαντι τὸ εἶναι ἀρχέτυπον. Ad verbum, *quæ imago est auctori hoc, nempe eum esse archetypum.* Id est, *auctor imaginis ab ipsa imagine habet, quod est archetypum.* Et vero archetypum proprie nullum est, nisi imago sit, quæ ex ipso exprimatur. Hoc an illo modo legendum sit, nescio quidem : puto tamen potius legi debere, τῷ εἶναι. Alii meliora.— *Τῷ εἶναι ἀρχέτυπον, οὖσαν.* Verte, *Imago, quæ hoc ipso quod est archetypum, exsistit.* MARAN.

(15) Editi μιμήσεως, ἀλλ' ὥσπερ. Aliquot codices μιμήσεως, καὶ ὥσπερ. Alii quidam mss. μιμήσεως, ὥσπερ.

(16) Τεχνῶν ἡ ὑπόστασις, *natura artium atque industria.*

(17) Reg. quartus Πατρὶ, παρ' οὗ καί.

Digitized by Google

ex Evangelio quidem sumamus illud : *In principio erat Verbum*[58] ; hoc vero ex Psalmo velut e persona Patris dictum : *Ab utero ante luciferum genui te*[59] ; atque utrisque inter se compositis dicamus : Et erat, et genitus est. Verum vox *Genui* causam a qua principium habet *essendi*, significat : vox autem, *Erat*, indicat ejus exsistentiam tempore carentem ac sempiternam. Sed vero pro sua fraude decertans Eunomius, orationem ad absurdum adducere se putat.

Eun. Si enim, inquit, ante suam generationem Filius erat, ingenitus erat.

Bas. At illud, *ante generationem*, o vir vane, aut nullo modo subsistit, mentisque nulli subjecto inhærentis commentum est. Sed quid attinet stultis contradicere ? hoc enim perinde est atque cum eo contendere, cui rationis usum phrenesis ademerit. Aut si ad quidpiam eorum quæ sunt tendit, ad sæculorum quoque notionem deducetur. Verum si sæcula omnia infra generationem Unigeniti intelliguntur, cum illius ipsius sint creaturæ, vanus est qui quid substantia Filii antiquius quærit. Nihil enim alienius quærit, quam si de Patre etiam percontaretur, utrum ante suam constitutionem fuerit, an non. Etenim ut illic hic quæstio stulta est, **253** quærere videlicet in eo qui principio caret ac ingenitus est superius quiddam : ita hic quoque de eo qui ab æterno est cum Patre, nihilque habet medii inter se et genitorem, temporales facere de priore quæstiones ; æqualis plane dementiæ est. Nam perinde erit, ac si quis interroget quid futurum sit post obitum ejus qui immortalis est, quæratque quid exstiterit ante generationem sempiterni. Hi autem, quia principii in Patre privatio æternitas nominatur, privationem principii decernunt idem esse atque æternitatem, et quoniam Filius non est ingenitus, ne æternum quidem esse profitentur. Sed tamen hæc differunt plurimum significatione. Nam ingenitum dicitur, quod neque principium sui ipsius, neque causam ut sit habet : æternum vero, quod tempore omni et ævo secundum *esse* antiquius est. Unde et Filius ut est non ingenitus, ita æternus est. Jam vero sæcula etiam æterni appellatione nonnulli dignantur, quasi ex eo quod semper sint, hoc nominis adepta sint. Nos autem et creaturis æternitatis testimonium præbere, et creaturarum Dominum hac confessione privare, ejusdem esse amentiæ arbitramur.

18. At orationem ad impudentiam deducens Eunomius, quid dicit ?

Eun. Nos autem in iis quæ et olim a sanctis, et nunc a nobis demonstrata sunt, permanentes, cum

οὖν τοῦ Εὐαγγελίου λάβωμεν τὸ, *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος* · ἐκ δὲ τοῦ ψαλμοῦ ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Πατρὸς εἰρημένον τὸ, *Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου* (18) *γεγέννηκά σε* · καὶ συνθέντες ἀμφότερα, εἴπωμεν, ὅτι καὶ ἦν καὶ γεγέννηται. Ἀλλὰ τὸ μὲν, *Γεγέννηκα*, τὴν αἰτίαν ἀφ' ἧς ἔχει τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι σημαίνει· τὸ δὲ, *Ἦν*, τὴν ἄχρονον αὐτοῦ καὶ προαιώνιον ὕπαρξιν. Ὁ δὲ, ἐπαγωνιζόμενος τῇ ἑαυτοῦ ἀπάτῃ, εἰς ἄτοπον τὸν λόγον ἀπάγειν οἴεται.

ΕΥΝ. Εἰ γὰρ, φησὶ, πρὸ τῆς γεννήσεως (19) ἦν τῆς ἑαυτοῦ ὁ Υἱὸς, ἀγέννητος ἦν.

ΒΑΣ. Ἀλλὰ τὸ *πρὸ τῆς γεννήσεως* τοῦτο, ὦ μάταιε, ἤτοι ἀνύπαρκτόν ἐστι παντελῶς, καὶ διανοίας ἀναπλασμὸς οὐδενὶ ἐρειδομένης ὑποκειμένῳ · καὶ τί δεῖ ἀντιλέγειν τοῖς ἀνοήτοις ; παραπλήσιον γὰρ τοῦτο, ὥσπερ ἂν εἰ καὶ τῷ τὸν λογισμὸν ἐκ φρενίτιδος παρενεχθέντι διεμαχόμεθα · ἢ εἰ πρός τι τῶν ὄντων φέρεται, καὶ πρὸς τὴν τῶν αἰώνων ἔννοιαν ἐνεχθήσεται. Ἀλλ' εἴπερ αἰῶνές πάντες κάτω που τῆς γενέσεως (20) τοῦ Μονογενοῦς νοοῦνται, αὐτοῦ ἐκείνου ὄντες ποιήματα, μάταιος ὁ ἐπιζητῶν τῆς ὑποστάσεως τοῦ Υἱοῦ τὰ πρεσβύτερα. Οὐδὲν γὰρ ἀλλοιότερον ἐρωτᾷ, ἢ εἰ καὶ περὶ τοῦ Πατρὸς ἐπυνθάνετο, πότερον ὑπῆρχε πρὸ τῆς ἰδίας συστάσεως. ἢ οὐχί. Ὡς γὰρ ἐκεῖ ἀνόητον τὸ ἐρώτημα, ἐπὶ τοῦ ἀνάρχου καὶ ἀγεννήτου ζητεῖν τὸ ἀνώτερον · οὕτω καὶ ἐνταῦθα, ἐπὶ τοῦ ἐξ ἀϊδίου τῷ Πατρὶ συνόντος, καὶ οὐδὲν ἔχοντος μέσον ἑαυτοῦ τε καὶ τοῦ γεννήσαντος, χρονικὰς ποιεῖσθαι τοῦ προτέρου τὰς ἐρωτήσεις, τῆς ἴσης ὄντως ἀνοίας. Παραπλήσιον γὰρ ἐρωτᾷν (21), τί ἔσται μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ ἀθανάτου, καὶ ἐπιζητεῖν τί ὑπῆρχε πρὸ τῆς γεννήσεως τοῦ ἀϊδίου. Οἱ δὲ, ἐπειδὴ τὸ ἄναρχον τοῦ Πατρὸς ἀΐδιον ὀνομάζεται, ταυτὸν τὸ ἀνάρχῳ τὸ ἀΐδιον ἀποφαίνουσι, καὶ ἐπειδὴ μὴ ἀγέννητος ὁ Υἱὸς, οὐδὲ αἰδιον εἶναι ὁμολογοῦσι. Πλεῖστον δὲ διαφέρει κατὰ τὴν ἔννοιαν. Ἀγέννητον μὲν γὰρ λέγεται τὸ μηδεμίαν ἀρχὴν ἑαυτοῦ, μηδὲ αἰτίαν ἔχον τοῦ εἶναι· ἀΐδιον δὲ τὸ χρόνου παντὸς καὶ αἰῶνος κατὰ τὸ εἶναι πρεσβύτερον. Ὅθεν καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ οὐκ ἀγέννητος, καὶ ἀΐδιος. Ἤδη δὲ καὶ τοὺς αἰῶνας ἀξιοῦσί τινες τῆς τοῦ ἀϊδίου (22) προσηγορίας, ὡς ἐκ τοῦ ἀεὶ εἶναι τῆς κλήσεως ταύτης τετυχηκότας. Ἡμεῖς δὲ τῆς αὐτῆς λογιζόμεθα παραφρονίας καὶ τῇ κτίσει προσμαρτυρεῖν τὸ ἀΐδιον, καὶ τὸν Δεσπότην τῆς κτίσεως τῆς ὁμολογίας ταύτης ἀποστερεῖν.

18. Ὁ δὲ, πρὸς τὸ ἀναίσχυντον ἐκφέρων τὸν λόγον, τί φησιν ;

ΕΥΝ. Ἡμεῖς δὲ, τοῖς τε ὑπὸ τῶν ἁγίων καὶ πάλαι (23) καὶ νῦν ἐφ' ἡμῶν ἀποδεικνυμένοις ἐμμένον-

[58] Joan. I, 1. [59] Psal. CIX, 3.

(18) Antiqui duo libri ἑωσφόρου ἐγὼ σήμερον.
(19) Codices aliquot γενέσεως.
(20) Cod. 503 omittit *τῆς γενέσεως*.
(21) Reg. quartus τὸ ἐρωτᾷν.
(22) Editi τινες τῆς ἀϊδίου. At mss. τῆς τοῦ ἀϊδίου.

(23) Editi τῶν ἁγίων Πατέρων πάλαι. Reg. secundus τῶν ἁγίων Πατέρων καὶ πάλαι. Alii tres mss. ut in contextu. Vocem Πατέρων non sine causa deletam esse hinc conjici potest, quod non reperiatur neque in opere Eunomii quod penes nos est, neque apud Fabricium.

Digitized by Google

τες, μήτε τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ προσιεμένης γέννησιν, μήτε μὴν ἑτέρας τινὸς ὑποκειμένης εἰς Υἱοῦ γέννησιν, μὴ ὄντα φαμὲν τὸν Υἱὸν γεγεννῆσθαι (24).

A neque Dei substantia generationem admittat, neque ulla alia ad Filii generationem subjaceat, non exsistentem Filium genitum esse dicimus.

ΒΑΣ. Τίς οὕτως ἐπ' εὐσεβείᾳ φιλότιμος; τίς ἐπὶ τῷ φιλόχριστος εἶναι τοσοῦτον ἐκαλλωπίσατο, ὅσον οὗτοι τοῖς τῆς ὕβρεως καὶ ἀτιμίας (25) ῥήμασι, καὶ καθαιρετικοῖς τῆς δόξης τοῦ Μονογενοῦς ἐπαγάλλονται; Οὐ παύσῃ μὴ ὄντα προσαγορεύων, ὦ ἄθεε, τὸν ὄντως ὄντα, τὴν πηγὴν τῆς ζωῆς, τὸν πᾶσι τοῖς οὖσι τοῦ εἶναι παρεκτικόν; Ὃς οἰκείαν ἑαυτῷ καὶ πρέπουσαν τῇ ἑαυτοῦ ἀϊδιότητι ἐν τῷ πρὸς τὸν ἴδιον θεράποντα Μωϋσέα χρηματισμῷ προσηγορίαν ἐξεῦρεν, ὄντα ἑαυτὸν ὀνομάσας; Ἐγὼ γάρ εἰμι, φησὶν, ὁ ὤν. Καὶ τούτοις οὐδεὶς ἀντερεῖ μὴ οὐχὶ ἐκ προσώπου τοῦ Κυρίου (26) εἰρῆσθαι· οὐκουν ὅστις γε μὴ τὸ Ἰουδαϊκὸν κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει Μωϋσέως κατὰ τῆς ἑαυτοῦ καρδίας ἐπικείμενον ἔχει. Γέγραπται γάρ, ὅτι ὤφθη τῷ Μωϋσεῖ ἄγγελος Κυρίου ἐπὶ τοῦ βάτου ἐν πυρὶ φλογός (27). Ἄγγελον τοίνυν προτάξασα τῆς διηγήσεως ἡ Γραφὴ, Θεοῦ ἐπάγει τὴν φωνήν. Εἶπε γὰρ, φησὶ, τῷ Μωϋσεῖ· Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς τοῦ πατρός σου Ἀβραάμ· καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν· Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. Τίς οὖν ὁ αὐτὸς καὶ ἄγγελος (28) καὶ Θεός; Ἆρα οὐχὶ περὶ οὗ μεμαθήκαμεν, ὅτι καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος; Ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι πλειόνων δεῖν πρὸς τὴν ἀπόδειξιν, ἀλλὰ τοῖς μὲν φιλοχρίστοις ἐξαρκεῖν καὶ τὴν ὑπόμνησιν, τοῖς δὲ ἀνιάτως ἔχουσι μηδὲν ὄφελος ἐκ τοῦ πλήθους τῶν λεγομένων ἔσεσθαι (29). Εἰ γὰρ καὶ ὕστερον ἐγένετο τῆς μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος, ἀλλ' οὐδὲ πρότερον ἀπηξίου τὴν τοῦ ἀγγέλου προσηγορίαν. Οὐ γὰρ (30) ἐνταῦθα μόνον εὑρήσομεν τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ ἄγγελον καὶ Θεὸν ὑπὸ τῆς Γραφῆς ὀνομασθέντα· ἀλλὰ καὶ Ἰακὼβ, τὴν ὀπτασίαν ταῖς γυναιξὶ διηγούμενος, φησί· Καὶ εἶπέ μοι ὁ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ· καὶ μετ' ὀλίγα παρὰ τοῦ αὐτοῦ (31)· Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς ὁ ὀφθείς σοι ἐν τῷ τόπῳ οὗ ἤλειψάς μοι ἐκεῖ στήλην. Καίτοι ἐκεῖ ἐπὶ τῆς στήλης τῷ Ἰακὼβ εἴρηται· Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ τοῦ πατρός σου, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαάκ (32). Ὁ τοίνυν ἐνταῦθα ἄγγελος εἰρημένος, οὗτος ἐκεῖ λέγει πεφανερῶσθαι

Bas. Quis adeo fuit gloriæ cupidus pietatis nomine? quis in Christo amando tantum gloriatus est, quantum hi de contumeliæ ac ignominiæ verbis, iisque majestatem Unigeniti subvertentibus, sese jactant? Num cessabis non exsistentem appellare, o impie, eum, qui vere exsistit, qui fons vitæ est, qui omnibus quæ sunt auctor est ut sint? qui in dato ad suum servum Moysem responso, appellationem sibi propriam atque æternitati suæ convenientem invenit, eum qui est, seipsum nominans? *Ego enim*, inquit, *sum qui sum* [66]. Atque hæc nemo negaverit in persona Domini dicta fuisse, nemo utique, nisi, dum Moysem legit, Judaicum velamen cordi suo impositum habeat [67]. Scriptum est enim, quod visus est Moysi angelus Domini in rubo in igne flammæ. Sed, postquam angelum in narratione præposuit Scriptura, Dei vocem subjungit. *Dixit enim*, inquit, *Moysi: Ego sum Deus patris tui Abraham* [68]; Et paulo post rursus: *Ego sum qui sum* [69]. Quis igitur idem et angelus et Deus? Nonne ille, de quo didicimus, quod vocatur nomen ipsius magni consilii Angelus [70]? Ego quidem non **254** puto opus esse pluribus ad demonstrationem, sed admonitionem Christi amantibus sufficere: iis vero, qui curari non possunt, nullum emolumentum arbitror ex multitudine eorum quæ dicerentur, accessurum. Nam, etsi postea factus est magni consilii Angelus, tamen ne prius quidem dedignabatur angeli appellationem. Non enim hic solum inveniemus Dominum nostrum, et angelum et Deum a Scriptura nominatum: sed Jacob etiam, cum visionem mulieribus narraret, ait: *Et dixit mihi angelus Dei* [71]. Et post pauca ab eodem audimus: *Ego sum Deus qui apparui tibi in loco, ubi unxisti mihi illic columnam* [72]. Atqui illic præsente columna ad Jacob dictum est: *Ego Dominus Deus Abraham patris tui, et Deus Isaac* [73]. Qui itaque hic angelus dictus est, is illic dicit manifestatum se Jacob fuisse. Quare compertum est omni-

[66] Exod. III, 14. [67] II Cor. III, 15. [68] Exod. III, 6. [69] ibid. 14. [70] Isa. IX, 6. [71] Gen. XXXI, 11. [72] ibid. 13. [73] Gen. XXVIII, 13.

(24) Antiqui duo libri γεγενῆσθαι, et ita quoque In ipso Eunomii opere legitur.

(25) Reg. quartus ὕβρεως καὶ ἀσεβείας. Aliquanto post Reg. tertius Μονογενοῦς ἐπαγάλλοιντο.

(26) Editi et duo mss. ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, *e persona Dei*. Alii quinque mss. ἐκ προσώπου τοῦ Κυρίου, *e persona Domini*, id est, Verbi, et ita legerat interpres. Utut hæc sunt, nemo est, opinor, qui hæc Scripturæ loca a Basilio de Filio accipi non videat. Ibidem editi τῆς αὐτοῦ. Veteres quinque libri ἑαυτοῦ.

(27) Editi et nostri mss. ἐν πυρὶ φλογός, *in igne flammæ*, et ita editum invenimus apud LXX, et ita quoque legere Justinus martyr *adversus Tryphonem*, et Cyrillus, ut videre est in notis Nobilii. Vulgata Latina Exodo III, 2, *in flamma ignis*, et ita legerunt multi ex antiquis, ut is, quem modo dixi, vir eruditissimus monet. In Actis apostolorum VII, 30, legitur ἐν φλογὶ πυρός, *in flamma ignis*. Sed in Vulgata Latina, *in igne flammæ*: cui lectioni multos codices favere, ex Testamento Oxoniensi perspici potest. Reg. tertius ἐπὶ τῆς βάτου.

(28) Regii duo libri καὶ ἄγγελος. Vocula *καί* abest a vulgatis.

(29) Antiqui duo libri λεγομένων γίνεσθαι.

(30) Editi Οὔτε γάρ. At mss. Οὐ γάρ.

(31) Illud, *καὶ μετ' ὀλίγα παρὰ τοῦ αὐτοῦ*, sic verterat interpres, *et post pauca de eodem*: quam interpretationem non probans Combefisius, sic interpretari maluit, *ipsomet loquente et a se*. Vix, ut mihi quidem videtur, dubitari potest, quin hoc loco verbum ἀκούομεν supplendum sit; ob idque ita vertimus: *Et post pauca ab eodem audimus*. Quod mox sequitur, οὗ ἤλειψάς μοι, etc., ita Latine reddidit idem Combefisius: *Ubi unxisti mihi titulum*.

(32) Antiqui duo libri καὶ Ἰσαάκ.

Digitized by Google

bus et exploratum, ubicunque idem et angelus et Deus appellatus est, Unigenitum significari, cum se hominibus per singulas generationes manifestet, suisque sanctis Patris nuntiet voluntatem. Itaque qui et coram Moyse se ipse eum qui est nominavit, non alius præter Deum Verbum, qui erat in principio apud Deum, intelligi poterit.

19. Sed iniquitatem in excelsum qui loquuntur [68], veriti non sunt non exsistentem nominare Filium. Et *insipiens* quidem *in corde suo dixit : Non est Deus* [69] : hi vero non cogitavere solum, sed locuti sunt etiam in pravitate, imo futuris temporibus scripto tradere non caverunt, Deum ausi non exsistentem vocare. Et quoniam ne ipsos quidem dæmones vident hoc negare [70], nempe Deum esse : hi ad superius tempus mente reversi, illic impiam suam cupiditatem explent, non fuisse aliquando Filium blasphemo ore affirmantes, quasi sua ipsius natura non sit, sed dono sit a Deo *esse* productus. Deinde quam Paulus de idolis emisit vocem, dum ait : *Servivistis iis qui natura non sunt dii* [71] ; et Jeremias : *Et juraverunt per eos qui dii non sunt* [72] ; et sapientissima Esther : *Ne tradas, Domine, sceptrum iis qui non sunt* [73] ; hanc isti si Deo vero dicant, quomodo possint amplius Christianorum sibi appellationem jure vindicare ? Nam alibi etiam idem ille Apostolus, qui in Spiritu Dei loquebatur, non exsistentes appellat gentes, quod essent Dei cognitione privatæ, cum ait : *Quæ non sunt elegit Deus* [74]. Nam, quoniam Deus est, qui est, et veritas, et vita, quicunque Deo qui est, conjuncti per fidem non sunt, sed per suum circa simulacra errorem addicti sunt mendacio non exsistenti, jure, opinor, propter veritatis privationem, et a vita alienationem, non exsistentes appellati sunt. Sed et Ephesiis cum scriberet, eos per excellentiam nominavit exsistentes, tanquam qui ei, qui est, vere essent per agnitionem conjuncti : quippe ait : *Sanctis qui sunt, et* **255** *fidelibus in Christo Jesu* [75]. Sic enim et qui ante nos fuere tradiderunt, et nos in antiquis exemplaribus invenimus. Hic autem ne ea quidem, cujus

[68] Psal. LXXII, 8. [69] Psal. XIII, 1. [70] Jac. II, 19. [71] Galat. IV, 8. [72] Jerem. V, 7. [73] Esther XIV, 11. [74] 1 Cor. I, 28. [75] Ephes. I, 1.

τῷ Ἰακώβ. Παντὶ οὖν δῆλον, ὅτι ἔνθα καὶ ἄγγελος καὶ Θεὸς ὁ αὐτὸς προσηγόρευται, ὁ Μονογενὴς ἐστι δηλούμενος, ἐμφανίζων ἑαυτὸν κατὰ γενεὰν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς τοῖς ἁγίοις ἑαυτοῦ διαγγέλλων. Ὥστε καὶ ἐπὶ (33) τοῦ Μωϋσέως ὄντα ἑαυτὸν ὀνομάσας, οὐκ ἄλλος τις παρὰ τὸν Θεὸν Λόγον, τὸν ἐν ἀρχῇ ὄντα πρὸς τὸν Θεὸν, νοηθείη.

19. Ἀλλ' οἱ τὴν ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος λαλοῦντες μὴ ὄντα προσειπεῖν τὸν Υἱὸν οὐκ ἀπώκνησαν. Καὶ *Ὁ μὲν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ εἶπεν, Οὐκ ἔστι Θεός·* οἱ δὲ οὐ διενοήθησαν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐλάλησαν ἐν πονηρίᾳ, καὶ γραφῇ παραδοῦναι εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον οὐ παρῃτήσαντο, μὴ ὄντα τολμήσαντες τὸν Θεὸν ὀνομάσαι. Καὶ ἐπειδή γε ὁρῶσιν οὐδὲ τοὺς δαίμονας αὐτοὺς ἀπαρνουμένους τὸ εἶναι Θεὸν, οὗτοι, εἰς τὸν κατόπιν (34) χρόνον ἐπανελθόντες τῷ λόγῳ, ἐκεῖ τὴν ἀσεβῆ ἑαυτῶν ἐπιθυμίαν ἀποπληροῦσι, μὴ εἶναί ποτε τὸν Υἱὸν βλασφημοῦντες (35), ὡς τῇ μὲν ἑαυτοῦ φύσει μὴ ὄντα, χάριτι δὲ εἰς τὸ εἶναι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ παραχθέντα. Εἶτα ἦν ὁ Παῦλος περὶ τῶν εἰδώλων ἀφῆκε φωνὴν, εἰπών· *Ἐδουλεύσατε τοῖς φύσει μὴ οὖσι θεοῖς·* καὶ ὁ Ἱερεμίας· *Καὶ ὤμνυσαν ἐν τοῖς μὴ οὖσι θεοῖς·* καὶ ἡ σοφωτάτη Ἐσθήρ· *Μὴ παραδῷς* (36), *Κύριε, τὸ σκῆπτρόν σου τοῖς μὴ οὖσι·* ταύτην οὗτοι περὶ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ εἰπόντες, πῶς ἂν δικαίως ἔτι τῆς Χριστιανῶν προσηγορίας μεταποιοῖντο ; Καὶ γάρ που καὶ ἑτέρωθι ὁ αὐτὸς οὗτος Ἀπόστολος, ὁ ἐν Πνεύματι Θεοῦ λαλῶν, μὴ ὄντα ὀνομάζει τὰ ἔθνη διὰ τὸ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ ἐστερῆσθαι, εἰπὼν, ὅτι *Τὰ μὴ ὄντα ἐξελέξατο ὁ Θεός.* Ἐπεὶ γὰρ ὢν καὶ ἀλήθεια καὶ ζωὴ ὁ Θεὸς, οἱ τῷ Θεῷ τῷ ὄντι μὴ ἡνωμένοι κατὰ τὴν πίστιν, τῇ ἐξ ἀνυπαρξίᾳ τοῦ ψεύδους οἰκειωθέντες διὰ τῆς περὶ τὰ εἰδωλα πλάνης, εἰκότως, οἶμαι, διὰ τὴν στέρησιν τῆς ἀληθείας, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ζωῆς ἀλλοτρίωσιν, μὴ ὄντες προσηγορεύθησαν. Ἀλλὰ καὶ τοῖς Ἐφεσίοις ἐπιστέλλων ὡς γνησίως ἡνωμένοις τῷ ὄντι δι' ἐπιγνώσεως, ὄντας αὐτοὺς ἰδιαζόντως ὠνόμασεν, εἰπών· (37) *Τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσι, καὶ πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.* Οὕτω γὰρ καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν πα-

(33) Editi Ὥστε καὶ ἐπί. At duo mss. Ὥστε καὶ ὁ ἐπί. Aliquanto post editi, ὅτι οὐκ ἔστι. Vox ὅτι deest in antiquioribus codicibus.

(34) Illud, *εἰς τὸν κατόπιν*, referendum est ad id tempus, quo primum genitus fuerat Filius a Patre.

(35) Editi et recentes quidam mss. τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ βλασφημοῦντες. Codices antiquiores τὸν Υἱὸν βλασφ.

(36) Illa, *μὴ παραδῷς*, etc., non reperiuntur quidem in editione Romana : sed leguntur in Vulgata, Latina lib. Esther XIV, 11.

(37) Vir eruditissimus Ducæus hic vehementer in Bezam invehitur. *Miror equidem*, inquit, *audaciam vel potius impudentiam Bezæ, qui meram et inanem argutiam esse dicit, quæ a sanctissimo Patre hoc loco proferuntur*, etc. Par erat quidem Bezam reverentius de gravissimo Patre atque doctissimo loqui : sed si satis habuisset illius sententiam non probare, nihil esset, opinor, quod tantopere objurgari debuisset. Et vero Hieronymus ipse Basilium petere videtur, atque sententiam ejus confutare. Ejus verba sunt hæc initio Commentarii sui *in Epist. ad Ephesios : Quidam, curiosius quam necesse est, putant ex eo quod Moysi dictum sit :* Hæc dices filiis Israel : Qui est, misit me, *etiam eos qui Ephesi sunt sancti et fideles, essentiæ vocabulo nuncupatos. Ut quomodo a sancto sancti, a justo justi, a sapientia sapientes : ita ab eo qui est, hi qui sunt appellentur, et juxta eumdem Apostolum elegisse Deum ea quæ non erant, ut destrueret ea quæ erant.* Basilium qui legerit, eum ab Hieronymo impeti facile sibi persuadebit. Sed id facit modeste, prudenter, circumspecte : quam redarguendi rationem imitari debuerat Beza. Fatebimur nos, videri Basilium rem non satis attendisse. Arbitramur itaque, Usserium secuti, Pauli ad Ephesios Epistolam *circularem* fuisse, atque ex æquo ad omnes Asiæ urbes pertinuisse. Hinc contigit ut simpliciter inscripta sit, τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσι, ut cum mitteretur ad aliam urbem, alio nomine inscriberetur. Iloc in causa fuit, ut videtur, cur Marcio epistolam eam quæ ad Ephesios missa fuerat, nomine Epistolæ ad Laodicenos citet. Lege Tertullianum *in Marcionem* lib. v, cap. 11, et rur-

Digitized by Google

ραδεδώκασι, καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς παλαιοῖς τῶν ἀντιγράφων εὑρήκαμεν. Ὁ δὲ οὐδὲ ἧς (38) οἱ δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ προσηγορίας μετέχουσιν, οὐδὲ ταύτης ἀξιῶσαι τὸν Θεὸν ἡμῶν ἠνέσχετο, ἀλλὰ τὸν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγόντα τὴν κτίσιν, μὴ ὄντα προσεῖπε. Πλέον δ' ἄν τις αὐτοῦ τὴν καταφρόνησιν καταμάθοι, ἐξ ὧν προσποιεῖται δῆθεν ἀποσεμνύνειν τὸν Κύριον (39).

A servi Christi participes sunt appellatione Deum nostrum voluit cohonestare : sed eum, qui ex nihilo ad *esse* creaturas produxit, non exsistentem appellavit. Sed quivis inde magis didicerit ejus contemptum, unde decorare se Dominum simulat.

ΕΥΝ. Οὐ κοινοποιοῦμεν, φησὶ, τοῦ Μονογενοῦς τὴν οὐσίαν πρὸς τὰ ἐκ μὴ ὄντων γενόμενα, ἐπείπερ οὐκ οὐσία τὸ μὴ ὄν· ἀλλὰ τοσαύτην αὐτῷ νέμομεν τὴν ὑπεροχὴν, ὅσην ἔχειν ἀναγκαῖον τῶν ἰδίων ποιημάτων τὸν ποιητήν.

Eun. Substantiam Unigeniti, inquit, non facimus communem iis quæ ex nihilo facta sunt. Etenim substantia non est quod non est : sed tantam ei præstantiam tribuimus, quantam necesse est creatorem præ suis ipsius creaturis habere.

ΒΑΣ. Διὰ τῶν κατασκευῶν εἰς τοῦτο τὸν λόγον προαγαγὼν, τῷ ῥήματι δῆθεν φιλανθρωπεύεται, καί φησι, μὴ κοινοποιεῖν πρὸς τὰ ἐκ μὴ ὄντων τὴν οὐσίαν τοῦ Μονογενοῦς. Καίτοι εἰ ὁ Θεὸς τῶν ὅλων, διὰ τὸ ἀγέννητος εἶναι, ἀναγκαίαν ἔχει τὴν πρὸς τὰ γεννητὰ παραλλαγὴν, τὰ δὲ γεννητὰ σύμπαντα κοινὴν ἔχει τὴν ἐκ μὴ ὄντων (40) ὑπόστασιν, πῶς οὐχὶ ἀναγκαίως ταῦτα κατὰ τὴν φύσιν συνάπτεται ; Ὡς γὰρ ἐκεῖ τὸ ἀπρόσιτον (41) διίστησι τὰς φύσεις, οὕτως ἐνταῦθα τὸ ὁμότιμον εἰς ταυτὸν ἀλλήλοις συνάγει. Ἐκ μὴ ὄντων δὲ λέγοντες τὸν Υἱὸν καὶ τὰ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα, καὶ κοινοποιοῦντες αὐτῶν κατὰ τοῦτο τὴν φύσιν, οὗ φασιν ὁμοίαν αὐτῷ πρὸς τὰ ἐκ μὴ ὄντων διδόναι τὴν οὐσίαν. Καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτο, ὡς αὐτὸς Κύριος ὤν, ὅσον βούλεται παρέχειν (42) τῷ Μονογενεῖ τῆς ἀξίας, οὕτω ποιεῖται τοὺς λόγους· Τοσαύτην γὰρ αὐτῷ νέμομεν, φησὶ, τὴν ὑπεροχὴν, ὅσον ὑπερέχειν ἀναγκαῖον τῶν ἰδίων ποιημάτων τὸν ποιητήν. Οὐκ εἶπε, Κατειλήφαμεν ἢ δοξάζομεν (43), ὡς ἐπὶ Θεοῦ προσῆκον ἦν· ἀλλὰ, Νέμομεν, ὡς αὐτὸς τοῦ μέτρου τῆς διανομῆς κατάρχων. Πόσην δὲ καὶ δίδωσι τὴν ὑπεροχήν; Ὅσον ὑπερέχειν (44), φησὶν, ἀναγκαῖον τῶν ἰδίων ποιημάτων τὸν ποιητήν. Οὕπω τοῦτο τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν διαφορᾶς τὴν μαρτυρίαν ἔχει. Ἄνθρωποι γὰρ τέχνῃ μὲν ὑπερέχουσι τῶν οἰκείων ἔργων, ὁμοούσιοι δὲ ὅμως αὐτοῖς καθεστήκασιν· ὡς ὁ κεραμεὺς τῷ πηλῷ, καὶ ὁ ναυπηγὸς τοῖς ξύλοις. Σώματα γὰρ ὁμοίως ἀμφότερα, καὶ αἰσθητὰ ὁμοίως, καὶ γήϊνα.

Bas. Posteaquam argumentis suis hunc orationem deduxit, humanior factus, verbo scilicet, ait se Unigeniti substantiam iis quæ ex nihilo sunt, non facere communem. Atqui si Deus universorum, quod ingenitus est, a genitis necessario differt, genita autem omnia communem habent ex nihilo exsistentiam, nonne hæc inter se natura necessario conjunguntur? Quemadmodum enim illic inaccessum quiddam sejungit naturas : ita hic conditionis æqualitate inter se in unum et idem colliguntur. Etsi enim Filium et ea quæ ab ipso facta sunt, dicant se ex nihilo, eorumque naturam secundum hoc faciant communem, negant tamen se ei substantiam factis ex nihilo rebus similem tribuere. Nam rursus, tanquam si ipse Dominus sit, ut quantum vult impertiat dignitatis Unigenito, sic loquitur : Tantam, inquit, tribuimus ei excellentiam, quanta necesse est creatorem proprias creaturas superare. Non dixit : Concipimus, aut opinamur, sicut par erat de Deo dicere : sed, Tribuimus, quasi mensura distributionis penes ipsum sit. Quantam vero concedit præstantiam? Quanta, inquit, necesse est creatorem proprias creaturas antecellere. Nondum hoc diversitatem substantiæ declarat. Homines enim arte quidem superant sua ipsorum opera, et tamen eamdem cum eis habent substantiam, ut figulus cum luto, ut navis fabricator cum lignis. Utraque enim sunt similiter corpora, sensibilia pariter et terrena.

20. Τοσοῦτον δὲ τῷ Υἱῷ πρὸς τὴν κτίσιν τὸ διάφορον συγχωρῶν, ἤδη καὶ περὶ αὐτὴν τὴν ἔννοιαν τοῦ Μονογενοῦς κακουργεῖ.

20. Postquam autem Filio concessit diversitatem tantam a creaturis, jam et in ipsam Unigeniti notionem maligne agit.

ΕΥΝ. Διὰ τοῦτο γὰρ, φησὶ, Μονογενὴς, ἐπειδὴ, μόνος παρὰ μόνου τῇ τοῦ (45) ἀγεννήτου δυνάμει γεννηθεὶς καὶ κτισθεὶς, τελειότατος γέγονεν ὑπουργός.

Eun. Nam idcirco, inquit, Unigenitus est, quoniam solus a solo potentia ingeniti genitus et creatus, perfectissimus factus est minister.

sus cap. 17. Nec mirum si Pauli epistola nomen Epistolæ ad Ephesios retinuerit, cum Ephesus, quæ totius Asiæ metropolis est, suum ei nomen potius quam urbs alia dare debuerit.

(38) Editi Ὁ δὲ, ἧς. Antiqui sex libri Ὁ δὲ οὐδὲ ἧς.

(39) Codex unus ἀποσεμνύνειν τὸν Υἱόν.

(40) Editi et unus ms. ἐκ μὴ ὄντος. Alii quinque mss ἐκ μὴ ὄντων.

(41) Illa, Ὡς γάρ, etc., puto accipi sic debere : Quemadmodum Pater et creaturæ ideo natura inter se differunt, quod Patris natura communis esse non possit creaturis : ita, ex sententia Eunomianorum, Filius et creaturæ ideo natura inter se convenient, quod ejusdem conditionis participes sint. Mox editi et tres mss. recentes ἀλλήλοις συνάπτει. Alii quatuor mss. antiquiores ἀλλήλοις συνάγει.

(42) Reg quartus παρέχει. Alii mss. cum editis παρέχειν, recte. Constructio enim verborum hæc esse debet : ὧν Κύριος παρέχειν, seu, τοῦ παρέχειν ὅσον βούλεται τῷ Μονογενεῖ, *quasi sit Dominus tribuendi Unigenito tantum dignitatis, quantum vult.*

(43) Verte : *Non dixit, concipimus aut glorificamus.* MARAN.

(44) Editi ὅσην ὑπερέχειν. Antiqui quatuor libri ὅσον.

(45) Regii secundus et tertius ἐπειδὴ μόνος τῇ τοῦ : quam lectionem secutus fuisse videtur Tra-

Digitized by Google

Bas. Ignoro quid eorum quæ dixit, oporteat molestius ferre, utrum versutiam, quam circa 256 nomen Unigeniti maligne excogitavit, tam præter hominum consuetudinem, quam præter piam Scripturarum traditionem sensum illius accipiens (Unigenitus enim non qui a solo factus, sed qui solus genitus est, in communi usu appellatur); an creaturæ blasphemiam, quam data opera voci *genitus* conjunxit : ut ostendat geniti appellationem ratione nihilo præstantiore Domino tribui, quam creaturis: sed sicut illud : *Filios genui et exaltavi* [76] : illud itidem : *Filius primogenitus meus Israel* [77]; ita etiam Dominum Filium nominatum esse, non quod habeat nomen super omne nomen [78], sed quod pariter ac reliqua appellationem consecutus sit. At vero hi ad Salomonis dictionem confugiunt, atque illinc tanquam ex aliqua arce fidem impetunt. Nam quoniam ex persona Sapientiæ dictum est : *Dominus creavit me* [79], licere sibi arbitrati sunt, Dominum creaturam dicere. Ego vero cum multa de hac voce dicere habeam, primum, quod semel in tota Scriptura usurpata est : deinde quod in libro adhibita est, cujus sensus non parum reconditur, quique per proverbia parabolasque et sermones obscuros ac ænigmata ut plurimum procedit, adeo ut nihil certi, nihil possit perspicui ex eo excerpi; dicere hæc omitto, ut ne longioribus digressionibus protraham sermonem, præsertim cum inquisitio eorum quæ male ab ipsis intellecta sunt, in locum proprium nobis dilata sit, in quo hæc quoque pars, Deo largiente, examinabitur. Ac quidem dictionis propositæ quemdam sensum (quod favente Deo dictum sit) multo magis idoneum, et qui nihil afferat periculi, puto ex inquisitione emersurum. Interim tamen neque illud silentio prætereamus, interpretes aliosqui convenientius Hebraicarum vocum sententiam

ΒΑΣ. Οὐκ οἶδα πρὸς ὅ τι χρὴ πλέον τῶν εἰρημένων ἀγανακτῆσαι· πότερον διὰ τὴν πανουργίαν, ἣν περὶ τὸ ὄνομα τοῦ Μονογενοῦς ἐκακούργησε, παρά τε τὴν τῶν ἀνθρώπων συνήθειαν, καὶ παρὰ τὴν εὐσεβῆ τῶν Γραφῶν παράδοσιν ἐκλαμβάνων αὐτοῦ τὴν διάνοιαν (Μονογενὴς γὰρ οὐχ ὁ παρὰ μόνου γενόμενος, ἀλλ' ὁ μόνος γεννηθείς, ἐν τῇ κοινῇ χρήσει προσαγορεύεται)· ἢ περὶ τῆς (46) τοῦ κτίσματος βλασφημίας, ἣν ἐξεπίτηδες συνῆψε τῷ *γεννηθείς*· ἵνα δείξῃ, ὅτι οὐδὲν διαφερόντως παρὰ τὰ κτίσματα τῆς τοῦ γεγεννῆσθαι προσηγορίας μέτεστι τῷ Κυρίῳ· ἀλλ' ὥσπερ τὸ, *Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα*, καὶ τὸ, *Υἱὸς πρωτότοκός μου Ἰσραήλ*· οὕτω καὶ τὸν Κύριον Υἱὸν ὠνομάσθαι, οὐχὶ ἔχοντα τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἀλλ' ἐξ ἴσου τοῖς ἄλλοις τῆς προσηγορίας ἀξιωθέντα. Οἱ δὲ πρὸς τὴν τοῦ Σολομῶντος καταφεύγουσι λέξιν· κἀκεῖθεν, ὥσπερ ἐξ ὁρμητηρίου τινὸς, τῆς πίστεως κατατρέχουσι. Διὰ γὰρ τὸ ἐκ προσώπου τῆς Σοφίας εἰρῆσθαι τὸ, *Κύριος ἔκτισέ με* (47), ἐξεῖναι αὐτοῖς κτίσμα λέγειν τὸν Κύριον ὑπειλήφασιν. Ἐγὼ δὲ πολλὰ ἔχων εἰπεῖν περὶ τῆς φωνῆς ταύτης· πρῶτον μὲν, ὅτι ἅπαξ ἐν πάσαις ταῖς Γραφαῖς εἴρηται· ἔπειθ', ὅτι (48) ἐν βίβλῳ πολὺ τὸ κεκρυμμένον τῆς διανοίας ἐχούσῃ, καὶ διὰ παροιμιῶν τε καὶ παραβολῶν καὶ σκοτεινῶν λόγων καὶ αἰνιγμάτων ὡς τὰ πολλὰ προηγμένῃ, ὥστε μηδὲν ἀναμφισβήτητον μηδὲ τηλαυγὲς ἀπ' αὐτῆς εἶναι λαβεῖν· παρίημι λέγειν, ἵνα μὴ μακροτέροις ἐπεισοδίοις τὸν λόγον ἀπομηκύναιμι· ἄλλως τε καὶ ἐν ἰδίῳ τόπῳ (49) τῆς περὶ τῶν κακῶς αὐτοῖς νοηθέντων ἐξετάσεως ἡμῖν ὑπερτεθείσης, ἐν ᾧ καὶ τοῦτο τὸ μέρος, Θεοῦ διδόντος, διευθυνθήσεται. Καὶ οἶμαί γε, ὅ τι σὺν Θεῷ δὲ εἰρήσθω, πολλῷ ἀκολουθοτέραν ἔννοιαν τῆς προκειμένης λέξεως, καὶ μηδένα κίνδυνον φέρουσαν ἀναφανήσεσθαι τῇ ἐξετάσει. Τέως γε μὴν μηδὲ ἐκεῖνο ἀπαρασήμαντον καταλίπωμεν· ὅτι (50) ἄλλοι τῶν ἑρμηνέων, οἱ καιοιώτεροι τῆς σημ-

[76] Isa. I, 2. [77] Exod. IV, 22. [78] Philipp. II, 9. [79] Prov. VIII, 22.

pexuntius, cum sic verterit : *Nam idcirco Unigenitus est, quoniam solus ingeniti virtute genitus et creatus.* Sed hanc interpretationem iis, quæ sequuntur, Basilii verbis accommodari non posse, vel cæco apparet. Editio Paris. ἐπειδὴ παρὰ μόνου ἔφη τοῦ, etc. Editio Ven. et Regii primus, quartus, quintus et sextus ἐπειδὴ μόνος παρὰ μόνου τῇ τοῦ : quam scripturam veram esse et genuinam, vel sola orationis series aperte ostendit. Illud, παρὰ μόνου, inepte omissum est tum in Colbertino codice, tum in eo libro, ad cujus fidem opus Eunomii nuper edidit vir eruditissimus Jo. Albertus Fabricius. Basilium enim unice in voce μόνου insistere constat.

(46) Ἡ περὶ πῆς, *an creaturæ blasphemiam.* Hoc est, An id quod blasphemo ore affirmavit, Filium scilicet creaturam esse. Respicit Basilius ad vocem κτισθείς, qua Eunomius utebatur.

(47) Monuit jampridem vir doctissimus Nobilius, Ambrosium, in de fide, cap. 4, scripsisse, *Dominus creavit me.* Plura qui cupit, ejus utilissimas notas legat.

(48) Sic veteres quatuor libri. Vox ὅτι in editis desideratur.

(49) Editi ἀπομηκύναιμι· ἀλλ' ὥστε καὶ ἐν ἰδίῳ. At mss. uti in contextu, recte.

(50) Interpretes illos, quos non nominat Basilius, Aquilam Symmachum et Theodotionem esse, ex *Hexaplis* cognoscimus, quorum interpretationem hic ascribere non pigebit. Aquilas igitur : Κύριος ἐκτήσατό με κεφάλαιον τῶν ὁδῶν αὐτοῦ ἀρχῆθεν κατεργασμάτων αὐτοῦ, *Dominus possedit me capitulum viarum suarum a principio operum suorum.* Symmachus : Κύριος ἐκτήσατό με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ πρὸ τῆς ἐργασίας αὐτοῦ, *Dominus possedit me principium viarum suarum ante operationem suam.* Theodotio : Κύριος ἐκτήσατό με ἀρχὴν ὁδοῦ αὐτοῦ πρὸ τῆς ἐργασίας αὐτοῦ ἀπὸ τότε, *Dominus possedit me principium viæ suæ ante operationem suam ex tunc.* Notum est LXX interpretes pro ἐκτήσατό με, *possedit me*, scripsisse ἔκτισέ με, *creavit me* : quam lectionem tanquam impio suo dogmati stabiliendo accommodatissimam sequebantur Eunomiani. Neque vero frustra dixerat Basilius, interpretes eos, qui vocum Hebraicarum sensum melius verinsque consecuti fuerant, vertisse non ἔκτισέ με, *creavit me* : sed ἐκτήσατό με, *possedit me.* Ita enim Hebraica in *Hexaplis* ad verbum vertuntur, *Dominus possedit. me principium viæ suæ ante opera sua ex tunc.* Paulo aliter in Vulgata legitur, nempe hoc modo : *Dominus possedit me initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio.* Sententiam fratris charissimi Basilii confirmaturus Gregorius, hunc eumdem locum tractavit lib. III *adversus Eunomium.*

Digitized by Google

μασίας τῶν Ἑβραϊκῶν καθικόμενοι, Ἐκτήσατό με, ἀντὶ τοῦ, Ἔκτισεν, ἐκδεδώκασιν. Ὅπερ μέγιστον αὐτοῖς ἐμπόδιον ἔσται πρὸς τὴν βλασφημίαν τοῦ κτίσματος. Ὁ γὰρ εἰπών, Ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ, οὐχὶ κτίσας τὸν Κάϊν, ἀλλὰ γεννήσας, ταύτῃ φαίνεται χρησάμενος τῇ φωνῇ.

21. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐπανίωμεν.

ΕΥΝ. Διὰ τοῦτο, φησὶ, Μονογενὴς, ἐπειδὴ, παρὰ μόνου γεννηθεὶς καὶ κτισθεὶς, τελειότατος γέγονεν ὑπουργός.

ΒΑΣ. Εἰ τοίνυν μὴ παρὰ τὸ μόνος γεγεννῆσθαι, ἀλλὰ διὰ τὸ παρὰ μόνου Μονογενὴς εἴρηται, ταυτὸν δέ (51) ἐστι κατὰ σὲ τὸ ἐκτίσθαι τῷ γεγεννῆσθαι· τί οὐχὶ καὶ μονόκτιστον σὺτὸν ὀνομάζεις, ὦ πάντα σὺ ῥᾳδίως καὶ διανοούμενος καὶ ἐκφέρων; Μονογενὴς δὲ, ὡς ἔοικεν, ἀνθρώπων οὐδείς, κατά γε τὸν ἡμέτερον λόγον διὰ τὸ ἐκ συνδυασμοῦ πᾶσιν ὑπάρχειν τὴν γέννησιν. Οὐδὲ ἡ Σάρα μήτηρ μονογενοῦς ἦν παιδὸς, διότι οὐχὶ μόνη αὐτὸν, ἀλλὰ μετὰ τοῦ Ἀβραὰμ ἐτεκνώσατο. Καὶ ἐάν γε κρατῇ τὰ ὑμέτερα, ἀνάγκη ὅλον τὸν βίον μεταμαθεῖν (52), μὴ μονώσεως ἀδελφῶν, ἀλλ' ἐρημίας τῶν συντικτόντων δηλωτικὸν εἶναι τοὔνομα. Ἤδη δὲ καὶ ἡ κτίσις παρὰ τὴν αἰτίαν τοῦ Θεοῦ Λόγον πρὸς τὴν ἀξίαν ἠλάττωται, παρὰ τοσοῦτον τοῦ καὶ αὐτὴ μονογενὴς εἶναι διαμαρτοῦσα, παρ' ὅσον ὁ Υἱὸς τῆς δημιουργίας τῷ Πατρὶ συνεφήψατο· καίτοιγε οὐδὲ τοῦτο παρ' αὐτῶν (53) συγχωρεῖται. Ὑπουργὸν γὰρ τελειότατον αὐτὸν ὀνομάζουσι. Πῶς οὖν οὐχὶ παρὰ μόνου καὶ ἡ κτίσις γέγονε καθ' ὑμᾶς, οἷόν τι ὄργανον ἄψυχον τὸν Θεὸν Λόγον τῷ Πατρὶ προστιθέντας, εἰ μὴ καὶ τὸν ναυπηγὸν ἀφαιρήσεταί τις μόνον πεποιηκέναι τὴν ναῦν, ὅτι δὴ ὀργάνοις πρὸς τὴν κατασκευὴν συνεχρήσατο; Ὥστε μονογενὴς καὶ ἡ κτίσις, καὶ τὰ μέρη ταύτης (54)· οὐ μόνον αἱ ἀόρατοι δυνάμεις, ἀλλὰ καὶ τὰ αἰσθητὰ σώματα, καὶ τούτων τὰ εὐτελέστατα, σκνῖπες, καὶ ἀκρίδες, καὶ βάτραχοι. Αὐτὸς γὰρ εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν (55). Τίνος γὰρ ἂν καὶ ὑπουργίας δέοιτο ὁ θελήματι μόνῳ (56) δημιουργῶν, ὁμοῦ τῇ βουλήσει συνυφισταμένης τῆς κτίσεως; Ἀλλὰ τί; πῶς (57) καὶ καθ' ἡμᾶς διὰ τοῦ Υἱοῦ τὰ πάντα; Ὅτι τὸ θεῖον βούλημα, οἷον πηγῆς τινος τῆς πρώτης αἰτίας ἀφορμηθὲν, διὰ τῆς

A assecuti sunt, *Possedit me* pro *Creavit*, edidisse: quod eis erit maximo impedimento ad creaturæ blasphemiam. Qui enim dixit: *Possedi hominem per Deum* [80], constat eum hac voce usum esse, non quod creasset Cain, sed quod genuisset.

21. Sed unde incepimus redeamus.

Eun. Idcirco, inquit, Unigenitus, quoniam a solo genitus et creatus, perfectissimus factus est minister.

Bas. Si ergo non quoniam solus genitus est, sed quoniam a solo, Unigenitus dictus est, si rursus idem est secundum te genitum esse et creatum esse; cur non etiam unicreatum eum appellas tu, qui omnia facile et excogitas et profers? Nemo autem B homo, ut video, ex vestra sententia est unigenitus, cum generatio ex duorum coitu insit omnibus. Nec Sara unigeniti filii **257** mater erat, cum non sola eum, sed cum Abraham genuerit. Et certe, si opinio vestra obtinet, necesse est omne hominum genus sententia mutata discere, non eam solitudinem quæ fratribus caret, sed eam quæ congenitores non habet, hoc isto nomine significari. Jam vero et creatura Deo Verbo dignitate inferior est causæ nomine, cum ob id solum et ipsa unigenita non sit; quod Filius una cum Patre creationem attigit, quanquam ne hoc quidem ab ipsis conceditur. Nam perfectissimum ministrum eum nominant. Quomodo igitur non a sola creatura etiam facta est secundum vos, qui velut inanimatum quoddam instrumentum C Deum Verbum Patri adjungitis? Nisi quis navis quoque fabricatorem negabit solum navem fabricasse, quod instrumentis ad eam construendam usus est. Quare unigenita est et creatura, imo et illius partes, non invisibiles virtutes solum, sed corpora etiam sensibilia, et horum humillima, culices, locustæ, ranæ. *Ipse enim dixit, et facta sunt* [81]. Quo enim ministerio indigere possit, qui nutu solo creat, una cum voluntate creatura subsistente? Sed quid? quomodo etiam secundum nos omnia sunt per Filium? Quoniam divina voluntas a prima causa tanquam a quodam fonte profecta, per suam imaginem

[80] Gen. IV, 1. [81] Psal. CXLVIII, 5.

(51) Editi τ' αὐτὸ δέ. Libri veteres ταυτόν.

(52) Horum verborum, *ἀνάγκη ὅλον τόν*, etc., interpretationem veterem non probans Combefisius, ejus loco hanc substituit: *Necesse est mundum omnem, relicto eo, quod humanis rationibus sedebat, novum addiscere, unigeniti nomen non id significare, quod nullos quis fratres habeat, sed quod uno et altero parente prognatus non est.* Hoc est, homines omnes, si semel Eunomio fides habeatur, mutata sententia discant oportet, unigeniti nomine non hoc significari, quod unus aliquis sit solus sine fratre, sed quod non sint genitores, qui simul ad eum gignendum concurrerint.

(53) Editio Paris. οὐδὲ τοῦτο τὸ συνεφάψασθαι παρ' αὐτῶν. Illud, τὸ συνεφάψασθαι, addidisse se ex codice Henriciano, monet Ducæus. Sed, dum hunc codicem legerem, animadverti in eo non pauca reperiri, quæ qui dixerit additamenta esse librario- D rum, non errabit. Reliqui sex mss. simpliciter τοῦτο παρ' αὐτῶν.

(54) Ejus loci sententia hæc est: Ut mundus in universum erit unigenitus, ita singulæ ejus partes erunt quoque unigenitæ.

(55) Veteres quinque libri et editi καὶ ἐγεννήθησαν. Unde interpres, *et genita sunt*. Regii tertius et quartus καὶ ἐγενήθησαν, *et facta sunt*, nec aliter legitur apud LXX. In editione Parisiensi et in duobus mss. post vocem ἐγεννήθησαν additum invenitur illud, αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν, *ipse mandavit, et creata sunt*: tamen cum hæc verba in reliquis quinque codicibus desint, et aliquin Basilius brevis esse maxime studeat, non valde admodum dubitavi, quin expungi et deleri deberent.

(56) Codices aliquot θελήματι μόνον.

(57) Editi Ἀλλά τοι πῶς. At mss. Ἀλλά τι πῶς.

Digitized by Google

Deum Verbum ad operationem progreditur. Eunomius vero unigenitum Filium ministrum appellavit, hoc ei magnum attribuens, quod ad eorum quæ præcipiuntur ministerium idoneus est. Si enim non in eo quod Deus perfectus sit, majestatem possidet, sed in eo quod sedulus sit minister, jam a ministratoriis spiritibus, qui inculpate ministerii opus perficiunt, qua in re differet? His de causis voci *genitus* vocem *creatus* conjunxit, ut etiam hinc nullam inter Filium et creaturam diversitatem esse ostendat.

22. Jam vero operæ pretium fuerit illius quoque admonitionem audire.

Eun. Non oportet, inquit, cum Patris ac Filii appellationem audimus, ejus generationem humanam intelligere: nec hominum generatione adductos, Deum communionis nominibus aut passionibus subjicere.

Bas. Monet Filium Patri secundum substantiam similem intelligi non oportere. Hoc enim sibi vult illa participationis negatio, quasi substantia Patris cum substantia Filii non queat communionem ullam habere. Propterea præclaræ illæ, quarum nos turbam prætermisimus, nominum distinctiones, quod videlicet non quorumcunque eædem sunt enuntiationes, ea continuo re quoque significata eadem sint: ut propter eos qui in terra patres nominantur, neget Deum Filii Patrem esse. Ego vero, cum multa sint quæ **258** christianismum a gentili errore ac Judaica ignorantia dirimant, nullum arbitror in nostræ salutis Evangelio inesse potius ac majus dogma, quam in Patrem et Filium fidem. Nam vel ii qui quocunque errore scissi sunt, Deum creatorem ac opificem esse confitentur. Qui vero falso appellatum Patrem, et Filium nuda appellatione prædicat, nihilque differre arbitratur, vel Patrem vel creatorem profiteri, et aut Filium aut facturam dicere, ubi a nobis collocabitur? aut qua in secta numerabitur? Judæorumne an gentium? Nec enim Christianis se adjunget, qui pietatis robur et velut religionis nostræ characterem inficiatur. Non enim in opificem credidimus, et in facturam: sed in Patrem et Filium per baptismi gratiam obsignati sumus. Quamobrem qui has rejicere voces audet, omnem simul Evangeliorum vim facit irritam, cum nec Patrem generantem, nec Filium genitum prædicet. Sed hæc dico, inquit, ut passionis intelligentiam e

οἰκείας εἰκόνος τοῦ Θεοῦ Λόγου πρόεισιν εἰς ἐνέργειαν. Ὁ δὲ τὸν μονογενῆ Υἱὸν ὑπουργὸν προστγόρευσε, τοῦτο αὐτῷ (58) προστιθεὶς μέγα, ὅτι εὔθετος πρὸς τὴν διακονίαν τῶν ἐπιτασσομένων ἐστίν. Εἰ γὰρ οὐκ ἐν τῷ Θεὸς εἶναι τέλειος τὴν δόξαν κέκτηται, ἀλλ' ἐν τῷ ὑπουργὸς ἀκριβὴς, τί διοίσει τῶν λειτουργικῶν πνευμάτων, ἀμέμπτως τὸ ἔργον τῆς διακονίας ἐπιτελούντων; Διὰ ταῦτα τῷ *γεννηθεὶς* τὸ *κτισθεὶς* συνῆψεν, ἵνα κἀντεῦθεν μηδεμίαν οὖσαν Υἱοῦ καὶ κτίσματος διαφορὰν ἐπιδείξῃ.

22. Ἄξιον δὲ ἀκοῦσαι καὶ τῆς παραινέσεως.

ΕΥΝ. Οὐ χρὴ, φησὶ, τῇ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ (59) προσέχοντας προσηγορίᾳ ἀνθρωπικὴν αὐτοῦ τὴν γέννησιν ἐννοεῖν, κἀκ τῶν ἐν ἀνθρώποις γενέσεων ἀναγομένους, τοῖς τῆς μετουσίας (60) ὀνόμασι καὶ πάθεσιν ὑπάγειν τὸν Θεόν.

ΒΑΣ. Ἡ μὲν παραίνεσις, μὴ δεῖν τὴν κατ' οὐσίαν Υἱοῦ καὶ Πατρὸς ὁμοιότητα ἐννοεῖν. Τοῦτο γὰρ αὐτῷ βούλεται ἡ τῆς μετουσίας ἀπαγόρευσις, ὡς ἀκοινωνήτου τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας πρὸς τὴν τοῦ Μονογενοῦς ὑπαρχούσης. Διὰ ταῦτα (61) αἱ σεμναὶ ἐκεῖναι τῶν ὀνομάτων διαστολαὶ, ὧν τὸν ὄχλον ἡμεῖς ὑπερέβημεν· ὡς οὐχὶ ὅσων αἱ ἐκφωνήσεις αἱ αὐταὶ, ταῦτα καὶ τῷ σημαινομένῳ ἤδη ταυτὰ, ἵνα τὸ Πατέρα εἶναι τοῦ Υἱοῦ τὸν Θεὸν διὰ τοὺς ἐπὶ γῆς πατέρας ὀνομαζομένους ἀφέληται. Ἐγὼ δὲ, πολλῶν ὄντων, ἃ τὸν Χριστιανισμὸν ἀπὸ τῆς Ἑλληνικῆς πλάνης καὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀγνωσίας διίστησιν, οὐδὲν ἡγοῦμαι κυριώτερον δόγμα τῆς εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν πίστεως τῷ Εὐαγγελίῳ τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἐνυπάρχειν (62). Ἐπεὶ τό γε κτίστην εἶναι καὶ δημιουργὸν τὸν Θεὸν καὶ οἱ καθ' ὁποιανδήποτε πλάνην ἀπεσχισμένοι συντίθενται. Ὁ δὲ Πατέρα ψευδώνυμον, καὶ Υἱὸν μέχρι προσηγορίας ψιλῆς (63) καταγγέλλων, καὶ οὐδὲν ἡγούμενος διαφέρειν, ἢ Πατέρα ὁμολογεῖν ἢ κτίστην, καὶ ἤτοι Υἱὸν λέγειν ἢ ποίημα, ποῦ τετάξεται παρ' ἡμῶν; ἢ τῆς ποίας εἶναι μερίδος ἀριθμηθήσεται (64); τῆς Ἰουδαίων, ἢ τῆς Ἑλλήνων; Οὐ γὰρ δὴ Χριστιανοῖς ἑαυτὸν εἰσποιήσει, ὁ τὴν δύναμιν τῆς εὐσεβείας, καὶ τὸν οἱονεὶ χαρακτῆρα τῆς λατρείας ἡμῶν ἀρνούμενος (65). Οὐ γὰρ εἰς δημιουργὸν καὶ ποίημα ἐπιστεύσαμεν· ἀλλ' εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν διὰ τῆς ἐν τῷ βαπτίσματι χάριτος ἐσφραγίσθημεν. Ὥστε ὁ ταύτας τολμῶν ἀθετεῖν τὰς φωνὰς πᾶσαν ὁμοῦ παραγράφει (66) τῶν Εὐαγγελίων τὴν δύναμιν, Πατέρα μὴ

(58) Editi τοῦτο δὲ αὐτῷ. Vocula δέ abest a nostris codicibus.

(59) Libri veteres, καὶ Υἱοῦ. Editi, καὶ τοῦ Υἱοῦ. Ibidem in editis legitur ἀνθρωπίνην: sed in nostris codicibus scriptum invenimus, ἀνθρωπικήν.

(60) Basilius docet aliquanto infra, Eunomium vocem μετουσία non ita accipere, ut significet communionem quamlibet, sed communionem essentiæ.

(61) Codex unus cum editis διὰ τοῦτο. Reliqui sex mss. διὰ ταῦτα.

(62) Editi ἐνυπάρχειν. Editio Ven. et septem nostri mss. ὑπάρχειν.

(63) Reg. quartus in contextu, ψιλῆς φωνῆς: in ora libri, προσηγορίας ψιλῆς.

(64) Codex unus et editi συναριθμηθήσεται. Alii sex mss. ἀριθμηθήσεται. Vox εἶναι deest in quatuor codicibus.

(65) Antiqui sex libri cum editione Ven. ἡμῶν ἀρνούμενος. Editio Paris. et Reg. secundus μὴ ἀρνούμενος.

(66) Codices non pauci διαγράφει, sensu non dissimili.

Digitized by Google

γεννήσαντα, καὶ Υἱὸν μὴ γεννηθέντα κηρύσσων. Ἀλλὰ ταῦτα λέγω (67), φησὶ, τὴν τοῦ πάθους ἔννοιαν τὴν ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς φωνῆς ἐγγινομένην ἐκκλίνων. Ἐχρῆν δὲ δήπου τόν γε εὐσεβεῖν ἐγνωκότα, τὸ ἀπεμφαῖνον τῆς ἐν τοῖς ῥήμασι τούτοις διανοίας, εἴ τι ἄρα καὶ ἐνυπῆρχε, παραιτησάμενον, μὴ πᾶσαν ἀθρόως τὴν φωνὴν ἀθετεῖν, μηδὲ τῇ προφάσει τοῦ ἀπρεποῦς καὶ τὸ ὅσον ἀπ' αὐτῆς χρήσιμον συνεκβάλλειν· ἀλλ' ἀπὸ μὲν τῶν ταπεινῶν καὶ σαρκικῶν νοημάτων ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ δόγμασι καθαρεύειν, γέννησιν δὲ τῇ ἀγιωσύνῃ καὶ τῇ ἀποθείᾳ τοῦ Θεοῦ πρέπουσαν ἐννοεῖν· τὸν μὲν τρόπον, καθ' ὃν ἐγέννησεν ὁ Θεὸς, ὡς ἄῤῥητον καὶ ἀπερινόητον ἀφιέντα, πρὸς δὲ τὴν κατ' οὐσίαν ὁμοιότητα ἐκ τῆς τοῦ γεννᾷν προσηγορίας ὁδηγούμενον. Καίτοιγε φανερὸν σκοπουμένῳ, ὅτι οὐ σωματικῶν παθῶν κυρίως καὶ πρώτως ἔννοιαν ἐμποιεῖν ταυτὶ πέφυκε τὰ ὀνόματα, ὁ πατὴρ, λέγω, καὶ ὁ υἱός· ἀλλὰ καθ' ἑαυτὰ μὲν λεγόμενα, τὴν πρὸς ἄλληλα σχέσιν ἐνδείκνυται (68) μόνην. Πατὴρ μὲν γάρ ἐστιν ὁ ἑτέρῳ τοῦ εἶναι κατὰ τὴν ὁμοίαν ἑαυτῷ φύσιν τὴν ἀρχὴν παρασχών· υἱὸς δὲ ὁ ἐξ ἑτέρου γεννητῶς τοῦ εἶναι τὴν ἀρχὴν ἐσχηκώς.

Patris voce enascentem fugiam. Verum oportebat eum qui pie agere statuisset, absonum horum verborum sensum, si qui tamen inerat, adversari, non totam simul vocem reprobare; neque indecori obtentu, quidquid ab ea accedit utilitatis, id simul rejicere: sed ut ab humilibus carnalibusque cogitationibus in divinis dogmatis purum esse, ita generationem sanctitati atque *apathiæ* Dei convenientem intelligere: adeo ut modum quidem quo Deus genuit, tanquam qui ineffabilis ac incomprehensibilis sit, prætermitteret, ad substantiæ veræ similitudinem per generandi appellationem deduceretur. Quanquam perspicuum est reputanti, hæc nomina, pater et filius, corporalium affectionum cogitationem proprie ac primario parere non solere: sed cum per se sola dicuntur, solum habitum mutuum indicare. Pater enim est, qui alteri exsistendi principium secundum similem sibipsi naturam contulit: filius vero, qui ex alio per generationem principium ut sit habuit.

23. Ὅταν μὲν οὖν ἀκούσωμεν, ὅτι ἄνθρωπος (69) πατὴρ, τότε καὶ τὴν τοῦ πάθους ἔννοιαν προσλαμβάνομεν· ὅταν δὲ, ὅτι ὁ Θεὸς Πατὴρ, ἐπὶ τὴν ἀπαθῆ αἰτίαν τοῖς λογισμοῖς ἀνατρέχομεν. Ὁ δὲ, ἐπὶ τῆς ἐμπαθοῦς φύσεως τῇ προσηγορίᾳ ταύτῃ συνεθισθείς, τὸ ὑπὲρ τὴν κατάληψιν τῶν ἑαυτοῦ λογισμῶν ὡς ἀδύνατον ἀπαρνεῖται. Οὐ γὰρ, τῷ πάθει τῶν φθαρτῶν προσέχοντα, τῇ ἀπαθείᾳ τοῦ Θεοῦ ἀπιστεῖν προσῆκεν, οὐδὲ, τῇ ῥευστῇ φύσει καὶ μυρίαις ὑποκειμένῃ μεταβολαῖς, τὴν ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον οὐσίαν παρατιθέντα (70). Μηδ' ὅτι τὰ θνητὰ ζῶα διὰ πάθους γεννᾷ, καὶ τὸν Θεὸν ἐχρῆν οὕτως οἴεσθαι· ἀλλ' ἐντεῦθεν μᾶλλον ὁδηγεῖσθαι πρὸς τὴν ἀλήθειαν· ὅτι, ἐπειδὴ τὰ φθαρτὰ οὕτως, ὁ ἄφθαρτος ἐναντίως. Καὶ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνό γε ἂν εἴποι, ὡς κυρίως καὶ πρώτως ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων τεταγμένων τῶν ὀνομάτων τούτων, καταχρηστικῶς ἡμεῖς ἐπιλέγομεν (71) τῷ Θεῷ. Ὁ γάρ τοι Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, πρὸς τὴν πάντων ἀρχὴν καὶ τὴν ἀληθῆ τῶν ὄντων αἰτίαν ἐπανάγων ἡμᾶς, *Ὑμεῖς δὲ μὴ καλέσητε*, φησὶ, *πατέρα ὑμῶν ἐπὶ τῆς γῆς· εἷς γάρ ἐστι Πατὴρ* (72) *ὑμῶν ὁ οὐράνιος*. Πῶς οὖν ὡς σαρκικῶν παθῶν προηγουμένως ἐνδεικτικὰς ταύτας ἡμᾶς ἀξιοῖ τὰς φωνὰς ἀποπέμπεσθαι, ἃς ὁ Κύριος (73), ὡς τῇ ἀπαθείᾳ τοῦ Θεοῦ πρεπούσας, ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων πρὸς αὐτὸν (74) μετατίθησιν; Εἰ δὲ καὶ

23. Itaque, cum audimus, hominem patrem esse, tunc incidit nobis affectus cogitatio: at vero cum Deum Patrem, tum ad impassibilem causam mente attollimur. Eunomius autem hanc appellationem de subjecta affectionibus natura accipere assuetus, quod rationis ejus captum superat, id ut impossibile pernegat. Non enim par erat eum, corruptibilium affectionem attendentem, atque substantiam immutabilem ac inalterabilem naturæ fluxæ et innumeris mutationibus obnoxiæ comparantem, Deum non credere affectionibus immunem. Nec quoniam mortalia animalia per affectum generant, ita quoque de Deo sentire oportebat: sed hinc magis deduci ad veritatem, quod quoniam corruptibilia hoc modo, is qui incorruptibilis est, modo contrario generat. Neque vero illud dixerit, nomina hæc quæ **259** proprie ac primario de hominibus usurpata sunt, de Deo a nobis dici per abusum. Etenim Dominus noster Jesus Christus, ad omnium principium et veram rerum causam nos reducens: *Vos autem nolite vocare*, inquit, *patrem vestrum in terra; unus enim est Pater vester cœlestis*[88]. Quomodo igitur voces has, tanquam si præcipue carnales affectus significarent, repudiendas censet: quas Dominus noster velut Dei *apathiam* decentes ab hominibus ad ipsum trans-

[88] Matth. XXIII, 9.

(67) Unus aut alter ms. cum editis λέγων..... ἐκκλίνω. Alii quinque mss. λέγω..... ἐκκλίνων.

(68) Editi ἐνδείκνυται. Veteres quinque libri ἐνδείκνυται.

(69) Editi Paris. ἀκούσωμεν, ὅτι ἄνθρωπος. Editio Ven. et sex mss. ἀκούσωμεν ἄνθρωπος. Sed vocem ὅτι inepte omissam esse ex eo intelligitur, quod statim legamus ὅταν δὲ, ὅτι ὁ Θεὸς Πατήρ.

(70) Veteres quatuor libri cum editis παρατιθέντα. Alii duo mss. παρατιθέναι. Ibidem editi μηδὲ ὅτι..... γεννᾷν. Libri antiqui μηδ' ὅτι..... γεννᾷ.

(71) Editi et mss. non pauci ἐπιλέγομεν. Reg. tertius ἐπιλέγωμεν.

(72) Editi ὁ Πατήρ. Articulus in mss. nostris non invenitur.

(73) Editi Κύριος ἡμῶν. Vox ultima in mss. deest.

(74) Editi et duo mss. πρὸς ἑαυτόν. Unde interpres: *ad se ipsum transfert*: quod quin vitiosum sit, dubitari nullo modo potest. Non enim Dominus se ipse vocat Patrem: sed id nomen transfert ad Deum universorum, seu ad suum ipsius Patrem. Codex Colb. et alii tres πρὸς αὐτόν, recte.

Digitized by Google

fert? Quod si et creaturarum nominatur Pater, id huic nostræ sententiæ nequaquam repugnat. Qui enim genuit glebas roris secundum verba Job [83], non eodem modo glebas et Filium genuit. Aut si hoc dicere audebunt, sic ut roris etiam substantiam filium pari ordine nominent, ab omni nos adversum ipsos oratione liberabunt, cum blasphemiam ad manifestissimam impudentiam provexerint. Neque enim cum Pater omnium nostrum dicitur Deus, eodem modo et noster et Unigeniti Pater est : si vero quod primogenitus totius creaturæ [84], et primogenitus in multis fratribus [85], Dominus appellatus est, id eos ad impietatem erudit; discant ex Evangelio, quod Dominus eos qui sibi ex virtutis operibus conjuncti sunt, etiam matrem et fratres suos appellat : *Quæ enim est*, inquit, *mater mea, et qui fratres mei, nisi qui faciunt voluntatem Patris mei qui in cœlis est* [86]? Quare Pater noster Deus, neque abusu, neque translatione, sed proprie et primario et vere nominatur : quippe qui nos per corporeos parentes ex nihilo ad *esse* produxerit, nobisque sua in nos providentia conjungatur. Quod si nostrum, qui per gratiam adoptione digni effecti sumus, vere vocatum esse Patrem Deum dicimus, quæ ratio prohibebit ne ipse ejus, qui natura Filius est, et ex substantia ipsius provenit, Pater jure ac merito vocetur?

Eun. Non oportet, inquit, propter Patris et Filii appellationem generationem Domini ceu humanam intelligere.

Bas. Id ego quoque dico. Sed eam divinam et affectuum expertem quid vetat pios istos credere? Sed, opinor, non ut citra affectum, se ut nullo modo genuisse Deum ostendat, his verbis utitur. Quomodo igitur tu, o optime, in superioribus substantiam Unigeniti decernebas esse genituram? Nam si genitus non est, unde ipse ex tua sententia genitura esse poterat? Sed propter contrarietatem quæ genito cum ingenito intercedit, substan-

τῶν κτισμάτων Πατὴρ ὀνομάζεται, οὕπω τῷ λόγῳ τῷ ἡμετέρῳ μάχεται. Ὁ γὰρ τετοκὼς βώλους δρόσου, κατὰ τὸν τοῦ Ἰὼβ λόγον, οὐχ ὁμοίως τάς τε βώλους (75) καὶ τὸν Υἱὸν ἐτεκνώσατο. Ἢ εἰ τοῦτο λέγειν τολμήσουσιν, ὥστε ἐν ἴσῃ τάξει καὶ τὴν οὐσίαν τῆς δρόσου υἱὸν ὀνομάζειν, παντὸς ἡμᾶς τοῦ πρὸς αὐτοὺς ἀπαλλάξουσι λόγου, εἰς περιφανεστάτην ἀναισχυντίαν τὴν βλασφημίαν προαγαγόντες (76). Οὐδὲ γὰρ ὅταν Πατὴρ πάντων ἡμῶν λέγηται ὁ Θεὸς, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἡμῶν τε καὶ τοῦ Μονογενοῦς ἐστι Πατήρ. Εἰ δὲ ὅτι πρωτότοκος πάσης κτίσεως, καὶ πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, ὁ Κύριος προσηγόρευται (77), τοῦτο αὐτοὺς παιδοτριβεῖ πρὸς ἀσέβειαν· διδασκέσθωσαν ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου, ὅτι καὶ μητέρα (78) ἑαυτοῦ καὶ ἀδελφοὺς ὁ Κύριος τοὺς ἐκ τῶν ἔργων τῆς ἀρετῆς οἰκειωθέντας προσαγορεύει. *Τίς γάρ ἐστι*, φησὶ, *ἡ μήτηρ μου, καὶ τίνες οἱ ἀδελφοί μου, ἀλλ' ἢ οἱ* (79) *ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς*; Ὥστε Πατὴρ ἡμῶν ὁ Θεὸς οὐ καταχρηστικῶς οὐδ' ἐκ μεταφορᾶς, ἀλλὰ κυρίως, καὶ πρώτως, καὶ ἀληθινῶς ὀνομάζεται· διὰ τῶν σωματικῶν γονέων εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παραγαγών, καὶ ταῖς κηδεμονίαις προσοικειούμενος. Εἰ δὲ ἡμῶν τῶν χάριτι τῆς υἱοθεσίας ἠξιωμένων ἀληθῶς κεκλῆσθαι Πατέρα τὸν Θεὸν (80) λέγομεν, τίς ἀφαιρήσεται λόγος τοῦ κατὰ φύσιν Υἱοῦ, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ προελθόντος, μὴ οὐχὶ πρεπόντως αὐτὸν Πατέρα προσαγορεύεσθαι;

EYN. Οὐ χρὴ, φησὶ, διὰ τὴν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ προσηγορίαν ἀνθρωπικὴν (81) τὴν τοῦ Κυρίου γέννησιν ἐννοεῖν.

ΒΑΣ. Φημὶ κἀγώ. Θείαν μέντοι καὶ ἀπαθῆ τί κωλύει πιστεύειν τοὺς εὐσεβεῖς (82); Ἀλλ', οἶμαι, οὐχ ἵνα ἀπαθῶς γεγεννηκότα τὸν Θεὸν ἐπιδείξῃ, χρῆται τοῖς λόγοις τούτοις, ἀλλ' ἵνα μηδὲ γεννήσαντα ὅλως. Πῶς οὖν ἐν τοῖς ἄνω λόγοις, ὦ βέλτιστε, γέννημα εἶναι τὴν οὐσίαν τοῦ Μονογενοῦς ἀπεφαίνου; Εἰ γὰρ μὴ γεγέννηται, πόθεν αὐτῷ τὸ γέννημα (83) εἶναι κατὰ τὸν σὸν λόγον πρόσῃν; Ἀλλὰ διὰ μὲν τὴν τοῦ γεννητοῦ πρὸς τὸ ἀγέννητον ἐναντίωσιν γέννημα οὖσαν

[83] Job xxxviii, 28. [84] Coloss. i, 15. [85] Rom. viii, 29. [86] Matth. xii, 48, 50.

(75) Hoc loco, ut sæpe alias, variant veteres tum calamo notati, tum typis descripti libri. In Reg. tertio et in editione Parisiensi quemadmodum et apud LXX legitur βώλους, *globas roris*. Alii quinque mss. βόλους, *guttas*, seu *stillas roris*. Certe si quando excusandi sunt librarii, hic dignos eos excusatione censeo, cum o pro ω scribere vel diligentioribus facillimum sit. Lege Ducæum. Ibidem Reg. tertius καὶ τὸν Υἱὸν ὑπεστήσατο : sed in ora libri recentiori manu scriptum invenitur ἐτεκνήσατο [sic].

(76) Antiqui duo libri ἀπαγαγόντες. Ibidem editi Οὐδὲ γὰρ ὅτε. At mss. ὅταν.

(77) Editi προσαγορεύεται. Libri veteres προσηγόρευται.

(78) Editi et Reg. secundus καὶ μητέρας, *matres*. Alii tres mss. μητέρα, *matrem*.

(79) Editi μου, ἀλλ' οἱ. Codex Colb. cum uno Reg. μου, ἀλλ' ἢ οἱ. Nec ita multo post editi παράγων. Veteres quatuor libri παραγαγών.

(80) Editi et Reg. quintus Εἰ δὲ ἡμῶν τῶν χάριτι τῆς υἱοθεσίας ἠξιωμένων ἀληθῶς κέκληται Πατὴρ ὁ Θεός. Reliqui sex mss. ut in contextu, nisi quod voces, τὸν Θεόν solum in Regiis primo et sexto reperiantur. Sed, nisi exprimas, subaudiantur necesse est.

(81) Editi τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ προσηγορίαν ἀνθρωπίνην. Veteres quinque libri ita, ut edidimus.

(82) Regii duo cum editione Paris. et cum Colb. τοὺς εὐσεβεῖς, bene. Alii tres mss. τοὺς ἀσεβεῖς, male, ut mihi quidem videtur. Mihi enim nescio quomodo magis placet lectio prior, arbitrorque scriptum esse ἀσεβεῖς ab aliquo, qui recte quidem judicasset Eunomianos, de quibus hic agitur, vere dici non posse *pios* : sed qui non satis attenderit eos per ironiam *pios* vocari potuisse.

(83) Editio Paris. αὐτῷ γέννημα. Editio Ven. et mss. nonnulli αὐτῷ τὸ γέννημα. Alii tres mss. τὸ γέννημά τι.

Digitized by Google

δεικνύναι (84) τὴν οὐσίαν ἐφιλονείκει· νυνὶ δὲ, πάλιν τὴν τῆς οὐσίας οἰκείωσιν διὰ τῆς φωνῆς ταύτης σημαινομένην ὁρῶν, τὸ γεγεννῆσθαι τοῦ γεννήματος ἀφαιρεῖται (85). Καὶ μὴν εἰ τοῦτο ὡς πάθους δηλωτικὸν παραιτεῖται, τί κωλύει καὶ τὸ δημιουργὸν αὐτὸν εἶναι διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας μὴ παραδέχεσθαι; Διότι πάσαις ταῖς σωματικαῖς ἐνεργείαις ἢ πλείων τις πάντως ἢ ἐλάττων κόπος συνέζευκται, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς τοῦ ποιοῦντος δυνάμεως καὶ τῆς πρὸς τὰ μεγέθη τῶν ἐνεργουμένων διαφορᾶς. Τὴν γε μὴν θείαν καὶ μακαρίαν φύσιν καμάτῳ λέγειν συνέχεσθαι οὐχ ἧττον ἀσεβὲς, ἢ τοῖς αἰσχίστοις αὐτὴν πάθεσιν ὑποβάλλειν. Εἰ δὲ ἀπαθῶς κτίζει, ἀπαθῆ εἶναι δέξασθε καὶ τὴν γέννησιν.

24. Ὡς μὲν οὖν κυρίως καὶ προσηκόντως Πατὴρ λέγεται ὁ Θεὸς, καὶ ὡς οὐχὶ πάθους, ἀλλ' οἰκειώσεώς ἐστιν ὄνομα, ἢ τῆς κατὰ χάριν, ὡς ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, ἢ τῆς κατὰ φύσιν, ὡς ἐπὶ τοῦ Μονογενοῦς, ἱκανῶς εἴρηται· δῶμεν δὲ εἶναι τροπικὴν, καὶ ἐκ μεταφορᾶς λέγεσθαι (86), ὥσπερ καὶ ἄλλας μυρίας καὶ τὴν φωνὴν ταύτην. Ὡς τοίνυν, ὀργιζόμενον, καὶ ὑπνοῦντα, καὶ πετόμενον ἀκούοντες τὸν Θεὸν, καὶ ἄλλων τοιούτων ἀπρεπεῖς κατὰ τὸν πρόχειρον νοῦν τὰς ἐμφάσεις παρεχομένων, οὔτε τὰς φωνὰς τοῦ Πνεύματος διαγράφομεν, οὔτε σωματικῶς τῶν λεγομένων ἀκούομεν· τί δήποτε οὐχὶ καὶ, τῆς φωνῆς ταύτης οὕτω συνεχῶς παραληφθείσης ὑπὸ τοῦ Πνεύματος (87), τὰς θεοπρεπεῖς αὐτῆς ἐννοίας διερευνώμεθα; ἢ μόνην ταύτην τῆς Γραφῆς ἀπαλείψομεν (88), ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης χρήσεως συκοφαντοῦντες αὐτήν; Οὐτωσὶ δὲ σκοπῶμεν. Δύο σημαινομένων ἐκ τῆς τοῦ γεννᾶν προσηγορίας κατὰ τὴν ὧδε συνήθειαν, πάθους τε τοῦ γεννῶντος καὶ τῆς πρὸς τὸ γεννώμενον οἰκειώσεως, ὅταν παρὰ τοῦ Πατρὸς τῷ Μονογενεῖ λέγηται τὸ, *Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε*, καὶ τὸ, *Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε*· πότερον τούτων παρίστασθαι φῶμεν διὰ τοῦ ῥήματος; τὸ ἐμπαθὲς τῶν γεννώντων, ἢ τὴν τῆς φύσεως οἰκειότητα; Ἐγὼ μὲν γὰρ τοῦτό φημι· καὶ οὐδὲ τούτους ἡγοῦμαί ποτε μὴ οὐχὶ εἰς λαμπρὰν μελαγχολίαν παρενεχθέντας ἐναντιώσεσθαι (89). Ὥστε εἰ μὲν οἰκεία τῷ Θεῷ ἡ φωνὴ, τί ἀτιμάζεις ὡς ἀλλοτρίαν; εἰ δὲ ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων μετακεκόμισται, τὸ ὑγιὲς αὐτῆς ἐκλεξάμενος, φύγε τὸ χεῖρον τῶν δηλουμένων. Ἔξεστι γὰρ δήπου ἐν πολυσήμῳ τῇ λέξει, πρὸς τὴν ὀρθὴν ἔννοιαν ὁδηγηθέντα διὰ τοῦ ῥήματος, τὸ ταπεινὸν καὶ αἰσχρὸν τῆς ἐμφάσεως ὑπερβῆναι. Καὶ μή μοι λέγε· Τίς δὲ

tiam genituram esse ostendere conabatur. Nunc autem rursus substantiæ **260** conjunctionem hæc voce significari cum videat, genituram genitam esse negat. Atqui si hoc tanquam quod affectum significet, repudiat, quid prohibet eisdem de causis etiam creatorem ipsum esse negare? Nam pro ratione virium ejus qui facit, et pro discrimine magnitudinis eorum quæ fiunt, necessario aut major aut minor labor corporeis omnibus operationibus conjungitur. Divinam autem ac beatam naturam dicere labore premi, non minus impium est, quam eam affectibus turpissimis subjicere. Sin autem citra affectum creat, generationem quoque affectu vacare fateamini.

24. Quod igitur proprie ac merito Deus dicitur Pater, et quod non affectus, sed conjunctionis nomen est, aut ejus quæ fit per gratiam, ut in hominibus, aut ejus quæ secundum naturam est, ut in Unigenito, satis dictum est. Sed demus et hanc vocem tropicam esse, eamque, sicut et alias sexcentas, per translationem dici. Quemadmodum igitur, cum Deum audimus irasci, dormire, volare, et alia id genus, quæ sensu obvio intelligentiam indecoram præ se ferunt, non tamen voces Spiritus expungimus, nec modo corporeo hæc dicta accipimus; quam tandem ob causam, cum hæc vox adeo frequenter a Spiritu usurpata sit, non etiam convenientem Deo intelligentiam investigamus? num hanc solam ex Scriptura delebimus, eam ex humano usu calumniantes? At rem sic consideremus. Cum duo significentur generandi voce ex humano more, generantis scilicet affectus, et conjunctio cum genito; quando a Patre ad Unigenitum dicitur: *Ex utero ante luciferum genui te* [87]; et: *Filius meus es tu, ego hodie genui te* [88]; utram harum significationum hoc verbo indicari dicemus? generantisne affectum, an naturæ conjunctionem? Ego hoc censeo; et ne hos quidem, nisi in manifestum atræ bilis morbum incidissent, contradicturos unquam fuisse arbitror. Quare, si convenit Deo hæc vox, cur sicut alienam spernis? Sin autem ex hominibus translata est, sano significatu delecto, fuge deteriorem. Nam profecto in dictione quæ multa significat, cum ad rectam notionem per ipsam vocem deductus fueris, licet humilem turpemque intelligentiam præterire. Nec mihi dicas: Quæ vero est generatio, et qualis, et quomodo fieri potuit? Non

[87] Psal. cix, 3. [88] Psal. ii, 7.

(84) Editi εἶναι δεικνύναι. Veteres quinque libri οὖσαν δεικνύναι. Mox mss. nonnulli φιλονεικεῖ.

(85) Illud, ἀφαιρεῖται, ad verbum interpretans Trapezuntius, sic vertit: *genitum esse a genimine removet.* Hoc est, *negat fieri potuisse, ut genitura genita fuerit.* Eo spectat tota Basilii ratiocinatio, ut probet pugnantia loqui Eunomium. Et vero profiteri Filium genituram esse, et tamen negare Filium genitum fuisse, quid est, quæso, nisi pugnantia loqui, et secum non consentire?

(86) Codex unus et editi ἐκ μεταφορᾶς εἰρῆσθαι. Reliqui sex mss. λέγεσθαι. Mox legitur in vulgatis εἰ τοίνυν: sed pro εἰ τοίνυν scriptum in nostris septem codicibus invenimus Ὡς τοίνυν.

(87) Codices aliquot παρὰ τοῦ Πνεύματος. Vox αὐτῆς, quæ statim sequitur, in quinque mss. deest.

(88) Hæc diverse in diversis distinguuntur. Nam in vulgatis et in uno codice virgula posita est solum post vocem χρήσεως: at in Regiis secundo et quarto virgula statim post verbum ἀπαλείψομεν collocatur. Primam distinguendi rationem secutus est interpres vetus: nos posteriorem.

(89) Veteres aliquot libri ἐναντιώσασθαι.

Digitized by Google

enim quoniam omnino ineffabilis modus est atque incomprehensibilis, continuo etiam firmam ac stabilem in Patrem et Filium fidem abjiciemus. Nam, si intelligentia nostra voluerimus metiri omnia, et quod mente capi non potest, id arbitrari omnino non esse, peribit fidei, peribit spei merces. Quomodo autem fuerimus amplius digni beatitudinibus, quæ in fide rerum non apparentium repositæ sunt, si **261** iis solis quæ rationi evidentia sunt, fidem habemus? Unde vanæ factæ sunt gentes, et tenebris obductum est insciens cor eorum [89]? Nonne, quoniam dum ea sequuntur, quæ rationi verisimilia videntur, prædicationi Spiritus fidem non adhibent? Quos autem Isaias ut perditos deplorat? *Væ sapientibus in seipsis, et coram seipsis scientibus* [90]. Nonne hos? Multis igitur ex iis quæ intermedia sunt, prætermissis, tum iis quibus aperte affirmavit Filium genitum non fuisse, tum iis quæ artificiose excogitavit, hoc ut obtineat, Unigenitum scilicet creaturam ac facturam esse, ad præcipua impietatis capita me convertam, si prius de iis quæ omissa sunt, hoc solum notavero quod quam in antecessum reipsa concinnavit blasphemiam, hanc verbo obtegere, sermonisque impudentiam delinire, cum vellet, non communem facere se dixit creaturis Unigenitum, suorum ipsemet dogmatum oblitus, quæ in superioribus clara ac aperta voce exponebat. A quibus rursus in impudentem ac manifestissimam repugnantiam incidit. Sic autem scribit :

Eun. Nemo autem cum Filium facturam esse audit, moleste ferat, quasi nominum communitate communis fiat substantia.

Bas. Quomodo igitur, o sapientissime, si substantiæ diversitas diversitatem nominum necessario sequitur (recordamur enim te hæc in superioribus pertractasse), non nunc substantiæ communitas communitatem nominum sequetur? Neque enim semel, neque obiter his verbis usus fuisse comperitur. Deinde et nunc, quasi illum eorum quæ dixit pœnituisset, quod nominum communicatio non communes etiam faciat substantias, rursus paulo post, adversarios suos objurgans, illa inducit.

[89] Rom. I, 21. [90] Isa. V, 21.

ἡ γέννησις; καὶ ποταπή; καὶ πῶς ἂν γένοιτο αὕτη; Οὐ γὰρ, ἐπειδὴ ὁ τρόπος ἄρρητος καὶ ἀπερινόητος παντελῶς, ἤδη καὶ τὸ πάγιον τῆς εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν πίστεως ἐκβαλοῦμεν. Εἰ γὰρ μέλλοιμεν πάντα τῇ καταλήψει μετρεῖν, καὶ τὸ τοῖς λογισμοῖς ἀπερίληπτον μηδὲ εἶναι τὸ παράπαν ὑπολαμβάνειν, οἰχήσεται μὲν (90) ὁ τῆς πίστεως, οἰχήσεται δὲ ὁ τῆς ἐλπίδος μισθός. Πῶς δ' ἂν εἴημεν ἔτι τῶν μακαρισμῶν ἄξιοι, τῶν ἐπὶ τῇ πίστει τῶν ἀοράτων ἀποκειμένων, εἰ μόνοις τοῖς κατὰ λογισμὸν ἐναργέσι πειθόμενοι; Πόθεν ἐματαιώθη τὰ ἔθνη, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία; Οὐκ ἐπειδὴ τοῖς ἐκ τῶν λογισμῶν (91) φαινομένοις ἀκολουθοῦντες, τῷ κηρύγματι τοῦ Πνεύματος ἀπειθοῦσι; Τίνας δὲ ὁ Ἡσαΐας ὡς ἀπολωλότας ὀδύρεται; *Οὐαὶ οἱ σοφοὶ ἐν ἑαυτοῖς* (92), *καὶ ἐνώπιον αὐτῶν ἐπιστήμονες*. Οὐ τοὺς τοιούτους; Πολλὰ τοίνυν ὑπερβὰς τῶν ἐν μέσῳ, ὅσα τε περὶ τοῦ μὴ γεγεννῆσθαι τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ προφανοῦς διετείνατο, καὶ ὅσα περὶ τοῦ παραδεχθῆναι αὐτῷ (93) τὸ κτίσμα εἶναι καὶ ποίημα τὸν Μονογενῆ ἐτεχνάσατο, ἐπὶ τὰ καιριώτατα τῆς ἀσεβείας τρέψομαι, τοσοῦτον μόνον τοῖς παρεθεῖσιν (94) ἐπισημηνάμενος, ὅτι ἣν προλαβὼν τῷ ἔργῳ κατεσκεύασε βλασφημίαν, ταύτην βουληθεὶς ἐπισκιάσαι τῷ ῥήματι, καὶ τὸ ἀναιδὲς τοῦ λόγου καταπραῦναι, ἔφη κοινοποιεῖν τὸν Μονογενῆ πρὸς τὴν κτίσιν, ἐπιλαθόμενος αὐτὸς (95) τῶν ἑαυτοῦ δογμάτων, ἃ ἐν τοῖς κατόπιν λόγοις γυμνῇ καὶ ἀπερακαλύπτῳ τῇ φωνῇ ἐξετίθετο. Ὑφ' ὧν (96) πρὸς ἀναίσχυντον πάλιν καὶ περιφανεστάτην ἐναντιολογίαν ἐξέπεσε. Γράφει δὲ οὕτως·

ΕΥΝ. Μηδεὶς δὲ, τὸν Υἱὸν ἀκούων ποίημα, δυσχεραινέτω, ὡς κοινοποιουμένης τῆς οὐσίας ὑπὸ τῆς τῶν ὀνομάτων κοινωνίας.

ΒΑΣ. Πῶς οὖν, ὦ σοφώτατε, εἰ τῇ διαφορᾷ τῶν ὀνομάτων τὸ παρηλλαγμένον τῆς οὐσίας ἐξ ἀνάγκης ἕπεται (μεμνήμεθα γὰρ δήπου ἐν τοῖς ἄνω λόγοις (97) ταῦτα διεξιόντος), οὐχὶ νῦν τῇ κοινωνίᾳ τῶν ὀνομάτων τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας ἀκολουθήσει; Οὐδὲ γὰρ ἅπαξ, οὐδὲ ἐκ παρέργου τοῦτον τὸν λόγον παραφθεγξάμενος φαίνεται. Ἔπειτα καὶ νῦν εὐθὺς, ὥσπερ μεταμεληθεὶς ἐφ' οἷς εἴρηκεν, ὅτι ἡ τῶν ὀνομάτων κοινωνία οὐ κοινοποιήσει καὶ τὰς οὐσίας, πάλιν ἐπάγει μετὰ μικρὸν, τῶν ἀντιδιατιθεμένων αὐτῷ καθαπτόμενος

(90) Codices duo μὲν ἡμῖν.

(91) Codex Colb. τῷ λογισμῷ, haud male. Editi et mss. non pauci ἐκ τῶν λογισμῶν.

(92) Editi et Reg. quintus ἐν ἑαυτοῖς, *in se ipsis*, et ita quoque editum invenitur apud LXX. Alii sex mss. παρ' ἑαυτοῖς, *apud se ipsos*.

(93) Editi παραδεχθῆναι αὐτό. Antiqui libri omnes αὐτῷ. Nec omittendum, legi paulo ante in aliquibus mss. διετείνετο.

(94) Editi et duo mss. μόνον τοις παρατεθεῖσιν : quam lectionem secutus Cornarius, ita vertit : *Ubi hoc solum appositis addidero, ac indicavero.* Alii quinque mss. μόνον τοῖς παρεθεῖσιν, et ita legit Trapezuntius, cum ita interpretatus sit : *Ubi id solum e prætermissis collegero.* — Legendum videtur παρατεθεῖσιν. Illud enim ἐπισημηνάμενος aliquid addi ostendit, ac proinde non iis addi quæ prætermittebantur, sed iis quæ jam dicta fuerant. Maran.

(95) Codices non pauci ἐπιλαθόμενος αὐτός. Vox αὐτός in excusis desiderabatur.

(96) Antiqui septem libri ὑφ' ὧν. Editi ἀφ' ὧν.

(97) Post vocem λόγοις additum invenitur in editione Parisiensi et in Reg. secundo ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ παρόντος λόγου. Sed idem sentio quod vir doctissimus Ducæus, hoc videlicet inter glossemata recenseri merito posse. Nam præterquam quod hæc verba in reliquis sex mss. desunt, arbitror cæcutire qui non videt addita ea esse eo consilio ut moneremur, ipsum hujus libri initium his verbis, ἐν τοῖς ἄνω λόγοις, indicari.

Digitized by Google

ΕΥΝ. Ὅτι ἐχρῆν, εἴπερ αὐτοῖς ἦν τῆς ἀληθείας φροντὶς, παρηλλαγμένων τῶν ὀνομάτων, παρηλλαγμένας ὁμολογεῖν καὶ τὰς οὐσίας. A

ΒΑΣ. Πῶς ἄν τις εὐκολώτερον χρήσαιτο λόγοις; ὃς γε, δι' ὀλίγου πρὸς τὰ ἐναντία περιτρεπόμενος, νῦν μέν φησι τὴν διαφορὰν τῶν ὀνομάτων ἀναγκαίως τῶν οὐσιῶν τὴν παραλλαγὴν ὑποφαίνειν· νῦν δὲ πάλιν τὴν κοινωνίαν μὴ κοινοποιεῖν τὰς οὐσίας; Ἀλλ', οἶμαι, προσόμοιόν τι ποιοῦμεν τοῖς τὸν ἀνδροφόνον ἐκ λοιδορίας, ἢ πληγῆς, ἢ τινος τῶν τοιούτων ἁμαρτημάτων κρίνουσιν.

25. Ἐπὶ οὖν τὸ κεφάλαιον τῶν κακῶν αὐτοῦ μεταβῶμεν. Θεασάμενος οὗτος, ὅτι κοινὴ ἡ πρόληψις πᾶσιν ὁμοίως Χριστιανοῖς ἐνυπάρχει (τοῖς γε ὡς ἀληθῶς τῆς προσηγορίας ταύτης ἀξίοις) περὶ τοῦ φῶς εἶναι τὸν Υἱὸν γεννητὸν, ἐκ τοῦ ἀγεννήτου B φωτὸς ἀπολάμψαντα (98), καὶ αὐτοζωὴν, καὶ αὐτοάγαθον ἐκ τῆς ζωοποιοῦ πηγῆς τῆς πατρικῆς ἀγαθότητος προελθόντα· εἶτα ἐνθυμηθεὶς, ὅτι, εἰ μὴ ταύτας ἡμῶν τὰς ἐννοίας διασαλεύσειεν, οὐδὲν αὐτῷ πλέον τῶν σοφισμάτων γενήσεται (99), ὡς τοῦ γε φῶς ὁμολογοῦντος τὸν Πατέρα, φῶς δὲ καὶ τὸν Υἱὸν, τῆς τοῦ φωτὸς ἐννοίας μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ὑπαρχούσης, αὐτομάτως εἰς τὴν ὁμολογίαν τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν οἰκειότητος ὑπαχθησομένου (1)· φωτὶ γὰρ πρὸς φῶς, κατ' αὐτὸν τὸν τοῦ φωτὸς λόγον, οὐδεμία, οὔτε κατὰ τὴν προφορὰν, οὔτε κατ' αὐτὴν τὴν ἔννοιαν (2), ἐστὶ παραλλαγή· ἵνα οὖν τοῦτο ἡμῶν ἀφέληται, τοῖς τῶν τεχνασμάτων δικτύοις τὸν τῆς πίστεως λόγον περιστοιχίζεται, ἀσύμβλητα ταῦτα C καὶ ἀκοινώνητα παντελῶς ἀλλήλοις εἶναι διδάσκων, καὶ τὴν τοῦ ἀγεννήτου πρὸς τὸ γεννητὸν ἀντίθεσιν, ταύτην καὶ τῷ φωτὶ πρὸς τὸ φῶς εἶναι λέγων, ἢ τοῦτο φεύγοντας ἡμᾶς (3) σύνθετον εἶναι τὸν Θεὸν ὁμολογεῖν ἀναγκάζων. Μᾶλλον δὲ αὐτῆς αὐτοῦ τῆς λέξεως ἀκούσωμεν.

ΕΥΝ. Πότερον ἄλλο τι σημαίνει, φησὶ, τὸ φῶς ἐπ' ἀγεννήτου (4) παρὰ τὸ γεννητὸν, ἢ ταυτὸν ἑκάτερον; Εἰ μὲν γὰρ (5) ἕτερόν τι καὶ ἕτερον, εὔδηλον, ὅτι καὶ σύνθετον τὸ ἐξ ἑτέρου καὶ ἑτέρου συγκείμενον· τὸ δὲ σύνθετον οὐκ ἀγέννητον· εἰ δὲ ταυτὸν, ὅσον παρήλλακται τὸ γεννητὸν πρὸς τὸ ἀγέννητον, τοσοῦτον ἀνάγκη παρηλλάχθαι τὸ φῶς πρὸς τὸ φῶς, καὶ τὴν ζωὴν πρὸς τὴν ζωὴν, καὶ τὴν δύναμιν πρὸς τὴν δύναμιν.

ΒΑΣ. Ὁρᾶτε καὶ συνίετε τὸ τῆς ἀσεβείας φρικτόν. Ὅσον, φησὶ, τὸ ἀγέννητον τοῦ γεννητοῦ διενήκ D

Eun. Oportebat, inquit, si qua eis esset veritatis cura, cum nomina diversa sint, diversas etiam substantias confiteri.

Bas. Quomodo quis facilius verbis uti possit? qui scilicet brevi ad contraria conversus, nunc quidem dicat, nominum diversitatem necessario substantiarum diversitatem ostendere: nunc vero e contrario, eorum communicationem non communes substantias facere? Sed, opinor, perinde facimus atque hi, qui homicidam convicii, aut vulneris, aut hujusmodi peccati accusant.

25. Ad caput igitur malorum ejus transeamus. Hic ille cum vidisset anticipatam opinionem omnibus pariter Christianis, qui vere hac appellatione digni sunt, communem esse, Filium videlicet lucem genitam esse, ex ingenita luce resplendentem, et esse ipsam per se vitam, ipsumque per se bonum, ex vivificante fonte paternæ bonitatis provenientem: deinde cum intellexisset, has nostras notiones nisi concussisset, fore, ut **262** nihil omnino sibi supersit præter sophismata (qui enim Patrem confitetur lucem esse, et Filium quoque esse lucem, cum lucis sit una et eadem notio, naturaliter eo deducetur, ut conjunctionem secundum substantiam confiteatur: nam lucem inter et lucem, secundum ipsam lucis rationem, nulla neque in prolatione, neque in ipsa significatione diversitas est): ut igitur hoc nobis adimat, artificiorum retibus fidei doctrinam circumvallat, hæc inter se neque ullam comparationem, neque ullam communionem docens habere: et quæ est genitum inter et ingenitum oppositio, hanc dicens etiam esse lucem inter et lucem, aut si hoc aversamur, compositum esse Deum confiteri cogens. Sed potius ipsam ejus dictionem audiamus.

Eun. Utrum aliud quid significat, inquit, lux in ingenito præter genitum, an idem utrumque? Nam, si aliud atque aliud, palam est etiam compositum id esse, quod ex alio atque alio constat. Quod autem compositum est, ingenitum non est. Si vero idem, quantum diversum est genitum ab ingenito, tantum necesse est lucem a luce diversam esse, et vitam a vita, et potentiam a potentia.

Bas. Videte et intelligite horrendam impietatem. Quantum, inquit, ingenitum a genito differt, tan-

(98) Antiqui duo libri ἀπολάμψαν. Alii mss. et editi ἀπολάμψαντα. Statim Reg. secundus perinde atque editi πηγῆς τῆς, *ex fonte paternæ bonitatis*. Reliqui mss. πηγῆς καὶ τῆς, *ex vivificante fonte, exque paterna bonitate progredientem*.

(99) *Οὐδὲν αὐτῷ πλέον τῶν σοφισμάτων*. Verte, *Nihil illi proderunt sophismata*. Maran.

(1) Editi et Reg. quintus σοφισμάτων ἔσται. Ὁ γὰρ φῶς ὁμολογῶν τὸν Πατέρα..... οἰκειότητος ὑπαχθήσεται. At quinque mss. ut in contextu, nisi quod Reg. tertius pro γε habeat τε, et in Reg. quarto pro οἰκειότητος legatur ταυτότητος. Parum refert utro modo legas, cum utroque modo eadem sententia efficiatur.

(2) Editi κατὰ τὴν ἔννοιαν. Antiqui tres libri κατ' αὐτὴν τὴν ἔννοιαν. Mox Reg. secundus τοῦτο ἡμᾶς. Alii duo mss. τούτου ἡμᾶς. Editi et Reg. quintus ut in contextu.

(3) Illud, ἡμᾶς, ex quatuor mss. addidimus.

(4) Nullus erit sensus nisi legamus, παρὰ τὸ ἀγέννητον, non vero γεννητόν· ita enim paulo post, τὸ δὲ σύνθετον οὐκ ἀγέννητον. Sic igitur reddenda Eunomii verba: *Utrum lux in ingenito aliud quid significat ac ingenitum, an idem utrumque?* Maran.

(5) Codices tres μὲν γάρ. Vocula γάρ in excusis desideratur.

Digitized by Google

tum differet lux a luce, et vita a vita, et potentia a potentia. Interrogemus igitur ipsum, Quanto intervallo ingenitum a genito sejunctum est? utrum parvo aliquo, et tali, ut queant tandem aliquando in idem inter se convenire? an hoc omnino impossibile, et magis, quam eumdem mortuum esse simul et vivere, quam sanum simul esse et ægrotare, quam vigilare simul et dormire? Talia namque sunt quæcunque sibi invicem summa oppositione adversantur, adeo ut præsente altero alterum abesse necesse sit: quæ ita comparata sunt, ut omnino nec simul esse, nec inter se conciliari possint.

26. Itaque cum ad hunc modum genito ingenitum opponatur, qui Patrem lucem nominat, lucem itidem Filium, quique hanc lucem ab illa luce tantum distare dicit, quantum genitum ab ingenito distat, ille quanquam humaniorem se verbo simulat, lucem scilicet Filium quoque nominans, nonne saltem vi verborum sententiam in contrarium aperte abducit? Considerate enim quid opponatur ingenito, aliudne ingenitum, an genitum? Genitum utique. Quid vero opponitur luci? luxne alia, an tenebræ? Tenebræ profecto. Itaque, si quantum differt genitum ab ingenito, tantum necesse est lucem a luce differre, cui ex omnibus impietas comperta non est, quod in appellatione lucis interserens quod luci oppositum est, Unigeniti substantiam naturæ lucis contrariam esse submonet? Aut ostendat nobis lucem quæ luci opponatur, quæque eum oppositionis modum habeat, qui genito cum ingenito intercedit. Quod si hæc nec est, nec ipse unquam excogitare poterit; ne **263** ignoretur ars, qua blasphemiam alte adornat. Nam, quoniam putat ingenitum genito ex adverso opponi, eamdem luci cum luce oppositionem adaptat: ut Patris substantiam ostendat substantiæ Unigeniti per omnia contrariam esse atque adversam. Propterea nova hæc est dogmatum sanctio, qua dicit: Quantum diversum est genitum ab ingenito, tantum necesse est lucem a luce diversam esse. At ingenitum cum genito habet quamdam, positione verborum, non natura rerum, oppositionem, quod tamen hi affirmant: lucis autem cum luce nec secundum prolationem nec secundum intelligentiam contrarietas ulla excogitari potest. Sed videtur fucatis cavillationibus se ipsum decipere. Putat enim, quæ ex contrariis sequuntur, eamdem inter se pugnam habere, quam habent et principalia contraria, et cum contrarium inest alteri contrariorum, ex altero etiam contrarium necessario secuturum. Ut,

νοχε, τοσοῦτον διοίσει τὸ φῶς πρὸς τὸ φῶς, καὶ ἡ ζωὴ πρὸς τὴν ζωήν, καὶ ἡ δύναμις πρὸς τὴν δύναμιν. Ἐρωτήσωμεν τοίνυν αὐτόν· Τὸ δὲ ἀγέννητον τοῦ γεννητοῦ πόσῳ μέτρῳ διώρισται; ἆρα μικρῷ τινι, καὶ τοσούτῳ (6), ὥστε δύνασθαί ποτε καὶ εἰς ταυτὸν ἀλλήλοις συμβῆναι; ἢ τοῦτο παντελῶς ἀμήχανον, καὶ πλέον ἀδυνατώτερον τοῦ τὸν αὐτὸν ζῆν ἐν τῷ αὐτῷ καὶ τεθνάναι, καὶ ὑγιαίνειν κατὰ ταυτὸν καὶ νοσεῖν, καὶ ἐγρηγορέναι ὁμοῦ καὶ καθεύδειν; Τοιαῦτα γὰρ ὅσα κατὰ τὴν ἄκραν ἀντίθεσιν ἀλλήλοις ἀντικαθέστηκεν, ὥστε παρόντος τοῦ ἑτέρου ἀναγκαίως ἀπεῖναι θάτερον, ἃ καὶ ἀσυνύπαρκτα παντελῶς καὶ ἀσύμβατα (7) εἶναι πέφυκε.

26. Κατὰ δὴ οὖν τοῦτον τὸν τρόπον πρὸς τὸ γεννητὸν τῷ ἀγεννήτῳ τῆς ἀντιθέσεως οὔσης, ὁ τὸν Πατέρα φῶς ὀνομάζων, φῶς δὲ καὶ τὸν Υἱόν, τοσοῦτον δὲ τοῦτο τὸ φῶς ἐκείνου τοῦ φωτὸς διωρίσθαι λέγων, ὅσον τὸ γεννητὸν ἀπὸ τοῦ ἀγεννήτου διώρισται, οὐχὶ δῆλός ἐστι, κἂν τῷ ῥήματι προσποιῆται φιλανθρωπεύεσθαι, φῶς ὀνομάζων δῆθεν καὶ τὸν Υἱόν, ἀλλὰ τῇ γε δυνάμει (8) τῶν λεγομένων πρὸς τὸ ἐναντίον ἀπάγων τὴν ἔννοιαν; Σκοπεῖτε γὰρ τί ἀντίκειται τῷ ἀγεννήτῳ, ἄλλο ἀγέννητον, ἢ τὸ γεννητόν; Τὸ γεννητὸν δηλονότι. Τί δὲ ἀντίκειται τῷ φωτί; φῶς ἕτερον, ἢ τὸ σκότος; Τὸ σκότος πάντως. Εἰ τοίνυν ὅσον παρήλλακται τὸ γεννητὸν πρὸς τὸ ἀγέννητον, τοσοῦτον ἀνάγκη παρηλλάχθαι τὸ φῶς πρὸς τὸ φῶς, τίνι τῶν ἁπάντων ἄδηλος ἡ ἀσέβεια, ὅτι, ἐν προσηγορίᾳ φωτὸς τὸ ἀντικείμενον τῷ φωτὶ παρεισάγων, ἐναντίαν εἶναι τῇ τοῦ φωτὸς φύσει τὴν οὐσίαν τοῦ Μονογενοῦς ὑποβάλλει; Ἤ δεικνύτω ἡμῖν φῶς ἀντικείμενον τῷ φωτὶ, κἀκεῖνο τὸ μέτρον τῆς ἀντιθέσεως ἔχον, ὃ τῷ γεννητῷ πρὸς τὸ ἀγέννητόν ἐστιν. Εἰ δὲ τοῦτο οὔτε ἐστὶν (9), οὔτ' ἂν αὐτὸς ἐπινοήσειε, μὴ ἀγνοείσθω ἡ τέχνη μεθ' ἧς βαθέως κατασκευάζει τὸ βλάσφημον. Ἐπειδὴ γὰρ οἴεται τῷ ἀγεννήτῳ τὸ γεννητὸν κατ' ἐναντίωσιν ἀντικεῖσθαι, τὴν αὐτὴν τῷ φωτὶ πρὸς τὸ φῶς ἀντίθεσιν ἐφαρμόζει, ἵνα διὰ πάντων τὴν τοῦ Πατρὸς οὐσίαν ἀντίπαλον καὶ πολεμίαν τῇ τοῦ Μονογενοῦς ἐπιδείξῃ. Διὰ ταῦτα ἡ καινὴ (10) αὕτη τῶν δογμάτων νομοθεσία· Ὅσον παρήλλακται τὸ γεννητὸν τοῦ ἀγεννήτου, τοσοῦτον ἀνάγκη παρηλλάχθαι τὸ φῶς πρὸς τὸ φῶς. Καίτοι τῷ μὲν ἀγεννήτῳ πρὸς τὸ γεννητόν ἐστί τις, κατὰ τὴν θέσιν τῶν ῥημάτων, εἰ καὶ μὴ κατὰ τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων, ἀντίθεσις, ὅπερ οὗτοι κατασκευάζουσι· φωτὶ δὲ πρὸς τὸ φῶς οὔτε κατὰ τὴν προφορὰν οὔτε κατὰ τὴν ἔννοιαν ἐπινοῆσαί τινα δυνατὸν ἐναντίωσιν. Ἀλλὰ γὰρ ἔοικε σοφίσμασιν ἀπατηλοῖς ἑαυτὸν παρακρούεσθαι (11). Οἴεται γάρ, ὅτι τὰ τοῖς ἐναντίοις ἑπόμενα

(6) Vox τοσοῦτος usitate quidem dicitur pro *tanto*, seu pro *tam magno*: sed hic sumi debet pro *tam brevi*, seu pro *tam exiguo*.

(7) Editi καὶ ἀσύμβαντα. Libri veteres ἀσύμβατα.

(8) Editi ἀλλὰ τῇ δυνάμει. Reg. secundus ἀλλ' αὐτῇ γε τῇ δυν. Alius ms. ἀλλὰ τῇ γε δυν.

(9) *Εἰ δὲ τοῦτο οὔτε ἐστίν*, hoc est, εἰ δὲ φῶς, etc., *quod si non est lux mundi hujus*.

(10) Antiqui duo libri ἡ κενή, male. Alius codex ἡ κοινή, pejus. Alii duo et editi καινή, bene.

(11) Nihil mirum si hic locus, qui philosophicis subtilitatibus intricatus sit, difficilis intellectu atque obscurus esse videatur. Basilius impugnat Eunomii sententiam, ex qua aperte efficiebatur contraria principalia, et ea quæ non sunt principalia, æque sibi invicem adversari: quod falsum esse Pater gravissimus ostendit, hoc exemplo: *Nec enim*, inquit, *quoniam ex vigiliis vita sequitur, necessario ex somno sequitur mors*. Hoc est, si quis vigilat, hinc

Digitized by Google

τὴν αὐτὴν ἔχει πρὸς ἄλληλα μάχην, ἥνπερ ἂν ἔχει καὶ τὰ ἡγούμενα· καὶ ὅταν τῷ ἑτέρῳ τῶν ἐναντίων τὸ ἐναντίον ὑπάρχῃ, καὶ τῷ ἑτέρῳ πάντως τὸ ἐναντίον ἀκολουθήσει. Οἷον, εἰ τῇ ὁράσει τὸ φῶς ἕπεται, τῇ τυφλότητι τὸ σκότος· εἰ τῷ ζῆν τὸ αἰσθάνεσθαι, τῷ τεθνηκέναι τὸ ἀναισθητεῖν (12). Τοῦτο δὲ ὡς ἀσθενὲς καὶ διαπῖπτον τὸ παρατήρημα, παντὶ γνώριμον τῷ καὶ μικρὸν ἐπιστήσαντι. Οὐ γὰρ ἐπειδὴ τῷ ἐγρηγορέναι τὸ ζῆν ἕπεται, τῷ καθεύδειν ἀκολουθεῖ πάντως τὸ τεθνάναι. Ἀλλ' οὔτε ἐναντίως ἔχει τὸ γεννητὸν πρὸς τὸ ἀγέννητον. Εἰ γὰρ ἐναντία καὶ φθαρτικὰ ἀλλήλων, ὅπερ εἰς κεφαλὴν τοῖς βλασφημοῦσι τρέποιτο, ἀλλ' οὔτε τῇ φύσει πολέμια, οὔτε μὴν τὰ ἑπόμενα τούτοις τὴν αὐτὴν ἀναγκαίως ἕξει διάστασιν, ἣν ἐδείκνυτο ἔχειν καὶ τὰ ἡγούμενα.

A si ex visu lux sequitur, ex cæcitate tenebræ : si ex vita sensus, ex morte privatio sensuum. Hæc autem observatio quam debilis sit, quamque evanida, cuilibet vel paululum attendenti perspicuum est. Nec enim quoniam ex vigiliis vita sequitur, necessario ex somno mors sequitur. Sed nec contrario modo se habet genitum cum ingenito. Etenim si contraria sunt, jam mutuo se destruent (quod in caput blasphemantium vertatur), imo neque natura adversa sunt, neque quæ consequuntur, eamdem necessario habebunt distantiam, quam et principalia demonstrabantur habere.

27. Ἢ τοίνυν ἀπάλειψόν σου τὸ ῥήματα, ἢ μὴ ἀρνοῦ τὴν ἀσέβειαν. Σὴ γάρ ἐστιν ἡ βλασφημία τοῦ εἰπόντος· Ὅσον παρήλλακται τοῦ γεννητοῦ τὸ ἀγέννητον, τοσοῦτον ἀνάγκη παρηλλάχθαι τὸ φῶς πρὸς τὸ φῶς. Οὐκοῦν ὡς οὐδέποτε μεθέξει τῆς ἀγεννησίας (13) ὁ γεννητὸς, οὕτως οὐδέποτε αὐτῷ τοῦ φωτὸς μεταδώσεις (14). Καὶ ἔσται, κατὰ σὲ, ἡ οὐσία τοῦ Μονογενοῦς ἴσον ἀπέχουσα τοῦ γε ἀγέννητος εἶναι, καὶ τοῦ φῶς νοεῖσθαι καὶ ὀνομάζεσθαι. Ἀλλὰ Ἰωάννης μὲν τῇ μεγαλοφωνίᾳ τοῦ Πνεύματος ἐμβοᾷ σοι λέγων· Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν· σοὶ δὲ οὐκ ἔστιν ὦτα τοῦ ἀκούειν, οὐδὲ καρδία τοῦ συνιέναι· ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀντίπαλον φύσιν, καὶ ἀσυνύπαρκτον τῷ φωτὶ τὴν οὐσίαν τοῦ Μονογενοῦς, τοῖς σοφίσμασιν ἀπελαύνεις. Οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνο ἰσχυρὸν (15) ἐρεῖς, ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ Μονογενοῦς τὴν προσηγορίαν τοῦ φωτὸς οὐκ ἀφεῖλου. Οὐ γὰρ ἐν ψόφῳ ἀέρος, ἀλλ' ἐν τῇ δυνάμει τῶν σημαινομένων τὸ εὐσεβές. Ὁ δὲ οὐκ ἐπὶ τούτων ἔστη (16), ἀλλὰ καὶ τὴν ζωὴν καὶ τὴν δύναμιν τῷ αὐτῷ μέτρῳ τῆς εἰς ἐναντίον (17) ἀποστάσεως συνεπάγει, εἰπών· Ὅσον παρήλλακται τὸ γεννητὸν πρὸς τὸ ἀγέννητον, τοσοῦτον ἀνάγκη παρηλλάχθαι τὸ φῶς πρὸς τὸ φῶς. καὶ τὴν ζωὴν πρὸς τὴν ζωὴν, καὶ τὴν δύναμιν πρὸς τὴν δύναμιν. Οὐκοῦν οὔτε ζωὴ, κατὰ σὲ, οὔτε δύναμις ὁ Μονογενής. Ἀλλὰ παραγράφῃ μὲν αὐτὸν τὸν Κύριον λέγοντα· *Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή*· παραγράφῃ δὲ Παῦλον τὸν εἰπόντα· *Χριστὸς Θεοῦ δύναμις*. Ἃ γὰρ ἐν τοῖς κατόπιν ἐδείκνυτο, ταῦτα καὶ τοῖς νῦν ἐφαρμόσει. Οὔτε γὰρ ζωὴν οὔτε δύναμιν τῇ ζωῇ καὶ τῇ δυνάμει ἀντικεῖσθαι φαίη τις ἄν· ἀλλὰ θάνατον καὶ ἀδυναμίαν τὴν τελεωτάτην (18) ἀντίθεσιν ἐκπληροῦν. Ἅπερ οὗτος, ἐν παν-

B 27. Aut igitur tua ipsius verba expunge, aut noli impietatem negare. Est enim blasphemia tua, qui dixisti : Quantum differt genitum ab ingenito, tantum necesse est lucem a luce differre. Quare quemadmodum qui genitus est, nunquam ingenerationis erit particeps : sic eum lucis participem nunquam facies. Atque Unigeniti substantia ex tua sententia æque aberit ab eo ut ingenita sit, atque abest ab eo ut lux esse intelligatur, et nominetur. At Joannes magna Spiritus voce inclamat tibi, dicens : *Erat lux vera* [91]. Tibi tamen aures non sunt ad audiendum, neque cor ad intelligendum. Imo tuis cavillationibus Unigeniti substantiam ad contrariam naturam, et quæ cum luce esse non possit, C detrudis. Nec enim profecto validum illud dices, quod ab Unigenito appellationem lucis non abstuleris. Non enim in sono aeris, sed in vi rerum significatarum pietas est. Hic vero non in his quievit, sed simul et vitam et potentiam inter se eadem distantiæ mensura contrarias inducit, cum ait : Quantum differt genitum ab ingenito, tantum necesse est lucem a luce differre, et vitam a vita, et potentiam a potentia. **264** Ergo Unigenitus secundum te nec vita est, nec potentia. At spernis Dominum ipsum, qui dicit : *Ego sum vita* [92] ; spernis itidem Paulum, qui dixit : *Christus Dei potentia* [93]. Nam quæcunque in superioribus demonstrata sunt, ea his quoque nunc accommodabuntur. Nam neque vitam, neque potentiam vitæ ac potentiæ opponi D quisquam dixerit : sed mortem et impotentiam oppositionem integerrimam explere. Quibus hic iste, per verborum versutiam dolum occultans, alte

[91] Joan. I, 9. [92] Joan. XIV, 6. [93] I Cor. I, 24.

quidem optime colligitur eum vivere : sed si quispiam dormit, hinc concludi non potest eum mortuum esse. Cujus rei hæc est causa, quod, ut Basilii verbis utar, mors et somnus non sint contraria ἡγούμενα, hoc est, *principalia*. Cæterum, si quid in his subest obscuritatis, non statim ejus vitii accusatum volo Basilium : sed potius Eunomium, cui obscura proponenti non potuit Basilius respondere, quin et ipse obscurus esse videretur.

(12) Antiqui duo libri τῷ τεθνηκέναι τὸ ἀναίσθητον.

(13) *Τῆς ἀγεννησίας, ingenerationis*, hoc est, *proprietatis ejus, qua quid ingenitum est*. Sunt qui voce *innascibilitatis* uti malint : sed, ut dicam quod sentio, id vocabulum vim vocis Græcæ non satis exprimere videtur.

(14) Editi et codices quidam recentiores μεταδώσει. At antiquiores et melioris notæ μεταδώσεις.

(15) Editi ὡς ἰσχυρόν. Vocula ὡς in vetustioribus mss. deest. Mox Reg. quintus et editi οὐκ ἀφεῖλου. Alii quinque mss. οὐκ ἀφεῖλω.

(16) Editi ἔστη μόνον. Vox μόνον in nostris mss. non legitur.

(17) Illud, εἰς ἐναντίον, in tribus mss. deest.

(18) Editi τελειοτάτην. Libri veteres τελεωτάτην.

Digitized by Google

ac tecte horrendam impietatem concinnat, atque eloquentiæ artibus Unigeniti naturam ad contrarium paternæ naturæ avocans, solam nominum commendationem relinquit. Quid igitur nos? quomodo et ingenitum Patrem et genitum Filium confitentes, secundum ipsum *esse* contrarietatem effugerimus? quid dicturi sumus? Quod ut boni Patris bonus Filius, ita ex ingenita luce lux æterna effulsit, exque vera vita vivificans fons prodiit, et ex ipsa per se potentia Dei potentia emersit: tenebræ vero, mors et imbecillitas una cum hujus mundi principe tenebrarumque principibus, et spiritualibus pravitatis ministris et omni potestate divinæ naturæ inimica collocatæ sunt: quanquam ne quidem secundum ipsam substantiam sortiti sunt contrarietatem ad bonum ullam (sic enim reprehensio ad Creatorem rediret), sed sua ipsorum voluntate per boni privationem in vitium inciderunt. Tamen lingua quæ Deum oppugnat, naturam Unigeniti ad hunc ordinem deducere conata est. Nec enim illud dicere potest, quod cum Patris substantiam lucem esse censeat tum gloria tum splendore præstantem, ipsam quoque Unigeniti substantiam existimet lucem esse, sed quodammodo obscuriorem, et veluti infuscatam. Nam ne hæc quidem animi pii sunt, quippe quia imaginis similitudo per obscuritatem tollitur. Sed tamen optandum esset, ut eum de his possemus accusare. Non enim esset nobis opus magno certamine ad illius emendationem.

ἢν ἄξιον ταῦτα αὐτὸν ἔχειν αἰτιᾶσθαι. Οὐ πολλοῦ γὰρ

28. Nunc vero genitum inter et ingenitum secundum plus et minus diversitas non est, ut inter lucem minorem et majorem: sed quanta est eorum quæ nullo pacto simul esse possunt, distantia. Fieri enim non potest, ut id cui alterum inest, transeat unquam ad oppositum per transmutationem, adeo ut aut ex ingenito genitum fiat, aut vice versa, a genito ad ingenitum transmutetur. Qui itaque semel statuit necesse esse, tantum lucem a luce differre, quantum differt genitum ab ingenito, ei ne ista quidem ratio ad fugam relicta est. Nam lux quæ pura est, cum quodam modo sit genere atque eadem lux tenuior obscuriorque, intentione sola ab ea **265** differt: ingenitum vero non est geniti intensio, neque geni-

A ουργίᾳ δόλον τὸν λόγων ἀποκρυψάμενος (19), βαθέως καὶ περικεκαλυμμένως τὸ φρικτὸν τῆς ἀσεβείας κατασκευάζει, καὶ τοῖς τῶν λόγων τεχνάσμασι πρὸς τὸ ἐναντίον τῷ Πατρὶ τὴν φύσιν τοῦ Μονογενοῦς ἀποστήσας, μόνην καταλείπει τὴν εὐφημίαν τῶν ὀνομάτων. Τί οὖν ἡμεῖς; πῶς, καὶ ἀγέννητον τὸν Πατέρα καὶ γεννητὸν τὸν Υἱὸν ὁμολογοῦντες, τὴν κατ' αὐτὸ τὸ εἶναι διαφύγοιμεν (20) ἐναντίωσιν; τί λέγοντες; Ὅτι ἀγαθοῦ μὲν Πατρὸς ἀγαθὸς ὁ Υἱός· φωτὸς δὲ τοῦ ἀγεννήτου φῶς ἐξέλαμψε τὸ ἀΐδιον, καὶ ἐκ τῆς ὄντως ζωῆς ἡ ζωοποιὸς προῆλθε πηγή, καὶ ἐκ τῆς αὐτοδυνάμεως ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις (21) ἐξεφάνη· σκότος δὲ, καὶ θάνατος, καὶ ἀσθένεια τῷ ἄρχοντι τοῦ κόσμου τούτου, καὶ τοῖς κοσμοκράτορσι τοῦ σκότους, καὶ τοῖς πνευματικοῖς τῆς πονηρίας, καὶ πάσῃ τῇ B ἐχθρᾷ τῆς θείας φύσεως δυνάμει συντέτακται, οὐδὲ τούτοις κατ' αὐτὴν τὴν οὐσίαν πρὸς τὸ ἀγαθὸν λαχοῦσι τὴν ἐναντίωσιν (οὕτω γὰρ ἂν ἡ μέμψις ἐπὶ τὸν Δημιουργὸν ἐπανίοι), ἀλλ' ἐκ τῆς οἰκείας προαιρέσεως ἐν τῇ τοῦ καλοῦ στερήσει πρὸς τὴν κακίαν ἀπορρυεῖσιν. Ἀλλ' ὅμως εἰς ταύτην τὴν τάξιν ἡ θεομάχος γλῶσσα τὴν φύσιν τοῦ Μονογενοῦς περιαγαγεῖν ἐπεχείρησεν. Οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνο (22) εἰπεῖν ἔχει, ὅτι, τὴν τοῦ Πατρὸς οὐσίαν φῶς εἶναι τιθέμενος, ὑπερβάλλον δόξῃ τε καὶ λαμπρότητι, τὴν τοῦ Μονογενοῦς φῶς καὶ αὐτὴν, ἀμαυρότερον δέ πως καὶ ὀλονὲ τεθολωμένον ὑπέλαβεν (23). Εὐσεβοῦς μὲν γὰρ διανοίας οὐδὲ ταῦτα, τῷ τῆς εἰκόνος (24) ἐν τῇ ἀμαυ- C ρότητι παραιρεῖσθαι τὴν ὁμοιότητα. Πλὴν ἀλλ' εὐχῆς ἂν ἔδει τοῦ ἀγῶνος ἡμῖν εἰς διόρθωσιν.

28. Νυνὶ δὲ τῷ ἀγεννήτῳ πρὸς τὸ γεννητὸν οὐχὶ κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ἡ διαφορὰ, ὡς τῷ ἐλάττονι φωτὶ πρὸς τὸ πλεῖον, ἀλλ' ὅση ἡ τῶν πάντη ἀλλήλοις ἀσυνυπάρκτων διάστασις. Ἀμήχανον γὰρ ᾧ θάτερον συνυπάρχει (25), ἐκ μεταβολῆς ὃν ποτε πρὸς τὸ ἀντικείμενον μεταβῆναι, ὥστε ἢ ἐξ ἀγεννήτου γεννητὸν γενέσθαι, ἢ ἀνάπαλιν, ἀπὸ τοῦ γεννητοῦ μεταβαλεῖν πρὸς τὸ ἀγέννητον. Τῷ τοίνυν ἅπαξ ἀποφηναμένῳ, ὅτι ὅσον παρήλλακται τὸ γεννητὸν πρὸς τὸ ἀγέννητον, τοσοῦτον ἀνάγκη παρηλλάχθαι τὸ φῶς πρὸς τὸ φῶς, οὐδ' οὗτος ὁ λόγος (26) πρὸς ἀποφυγὴν ἀπολείπεται. Φῶς μὲν γὰρ τὸ ἀκραιφνὲς τοῦ οἷον ἐξιτήλου καὶ ἀμαυροτέρου φωτὸς, τῷ γένει ταυτὸν ὑπάρχον, τῇ ἐπιτάσει διενήνοχε μόνῃ· τὸ δὲ ἀγέν- D

(19) Reg. quintus et editi ἐν πανουργίᾳ τὸν δόλον λόγων ἀποκρυψάμενος, *in versutia dolum verborum contegens*. Codex Colb. cum alio Regio ἐν πανουργίᾳ δόλων τὸν λόγον ἀποκρ., *per versutiam dolorum celans doctrinam*. Alius Reg. ἐν πανουργίᾳ δολῶν τὸν λόγον, illo, ἀποκρυψάμενος, omisso, *adulterans doctrinam per versutiam*. Alii tres mss. ἐν πανουργίᾳ λόγων τὸν δόλον ἀποκρυψάμενος, *per verborum versutiam dolum occultans*: quod verius judico. Statim Reg. tertius et Colb. τὸ κρυπτὸν τῆς ἀσεβείας.

(20) Veteres aliquot libri διαφεύγομεν.

(21) Codex Colb. cum Regiis secundo et tertio ἡ τοῦ Υἱοῦ δύναμις, *Filii potentia*. Alii mss. et editi ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις, *Dei potentia*.

(22) Editi Οὐ γὰρ δήπου ἐκεῖνο. At mss. quinque Οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνο.

(23) Codex unus Regius et editi καὶ ὥσπερ τεθολωμένα οἴεται. Alii sex mss. ita ut edendum curavimus.

(24) Editi τῷ τῆς εἰκόνος. Illud, τῷ, in nostris mss. deest quidem, sed in duobus legitur οὐδὲ ταῦτα τὰ τῆς· quod puto vitium esse librariorum, qui pro τῷ scripserunt τά.

(25) Id margine Regii quarti scriptum invenitur γὰρ τὸν θατέρῳ συγκληρωθέντα. Codex Combef. ὃ θατέρῳ.

(26) Notare libet, quod jam notavit vir doctissimus Combefisius, in margine Regii tertii reperiri id scholii, τὸ εἶναι τὸν Υἱὸν φῶς ἀμυδρόν, *eo angustiæ redacti sunt, ut ne dicere quidem possint filium lucem esse obscuram et tenuem.*

Digitized by Google

νητον οὐχὶ ἐπίτασίς ἐστι του γεννητοῦ· οὐδὲ μὴν τὸ (27) γεννητὸν ὕφεσίς τίς ἐστι τοῦ ἀγεννήτου· ἀλλ' οἱονεὶ κατὰ διάμετρον τούτων ἐστὶν ἡ ἀπόστασις. Τοῖς μὲν οὖν οὐσίαν τιθεμένοις τὸ γεννητὸν καὶ ἀγέννητον ταῦτα καὶ ἔτι πλείω τούτων ἀκολουθήσει τὰ ἄτοπα. Ἔσται γὰρ ἐκ τοῦ ἐναντίου τὸ ἐναντίον γεγεννημένον· καὶ ἀντὶ τῆς φυσικῆς οἰκειώσεως ἀναγκαία τις αὐτοῖς καὶ κατ' αὐτὴν τὴν (28) οὐσίαν ἡ στάσις ἀναφανήσεται. Τοῦτο δὲ πλείω τῆς ἀσεβείας τὴν ἀμαθίαν ἔχει, τὴν οὐσίαν λέγειν καὶ ὡτινιοῦν τῶν ἁπάντων ἐναντίαν εἶναι τῇ οὐσίᾳ (29), πάλαι διωμολογημένου καὶ παρὰ τοῖς ἔξω σοφοῖς (οὓς, ὅταν μὴ εὕρωσιν οὗτοι συναγωνιζομένους ταῖς βλασφημίαις αὐτῶν, ὡς οὐδενὸς ἀξίους παραλογίζονται), ἀμήχανον ὑπάρχειν ἐν οὐσίᾳ τὴν ἐναντίωσιν. Εἰ δ' ὅπερ ἐστὶν ἀληθὲς, γνωριστικάς τινας ἰδιότητας ἐπιθεωρουμένας τῇ οὐσίᾳ δέχοιτό τις εἶναι τὸ γεννητὸν καὶ τὸ ἀγέννητον, πρὸς τὴν τρανὴν καὶ ἀσύγχυτον Πατρὸς καὶ Υἱοῦ χειραγωγούσας ἔννοιαν, τόν τε τῆς ἀσεβείας διαφεύξεται κίνδυνον, καὶ τὸ ἐν τοῖς λογισμοῖς ἀκόλουθον διασώσει. Αἱ γάρ τοι ἰδιότητες, οἱονεὶ χαρακτῆρές (30) τινες καὶ μορφαὶ ἐπιθεωρούμεναι τῇ οὐσίᾳ, διαιροῦσι μὲν τὸ κοινὸν τοῖς ἰδιάζουσι χαρακτῆρσι· τὸ δὲ ὁμοφυὲς τῆς οὐσίας οὐ διακόπτουσιν. Οἷον, κοινὴ μὲν (31) ἡ θεότης, ἰδιώματα δέ τινα πατρότης καὶ υἱότης· ἐκ δὲ τῆς ἑκατέρου συμπλοκῆς, τοῦ τε κοινοῦ καὶ τοῦ ἰδίου, ἡ κατάληψις ἡμῖν τῆς ἀληθείας ἐγγίνεται· ὥστε, ἀγέννητον μὲν φῶς ἀκούσαντας, τὸν Πατέρα νοεῖν, γεννητὸν δὲ φῶς, τὴν τοῦ Υἱοῦ λαμβάνειν ἔννοιαν· καθὸ μὲν φῶς καὶ φῶς, οὐδεμιᾶς ἐν αὐτοῖς ἐναντιότητος ὑπαρχούσης, καθὸ δὲ γεννητὸν καὶ ἀγέννητον, ἐπιθεωρουμένης τῆς ἀντιθέσεως. Αὕτη γὰρ τῶν ἰδιωμάτων ἡ φύσις, ἐν τῇ τῆς οὐσίας ταυτότητι δεικνύναι τὴν ἑτερότητα (32)· καὶ αὐτὰ μὲν πρὸς ἄλληλα ἀντιδιαιρούμενα πολλάκις τὰ ἰδιώματα, πρὸς τὸ ἐναντίον διίστασθαι, τήν γε μὲν ἑνότητα τῆς οὐσίας μὴ διασπᾶν· ὡς τὸ πτηνὸν καὶ τὸ πεζὸν, καὶ τὸ ἔνυδρον καὶ τὸ χερσαῖον, καὶ τὸ λογικὸν καὶ τὸ ἄλογον. Μιᾶς γὰρ οὐσίας τοῖς πᾶσιν ὑποκειμένης, τὰ ἰδιώματα ταῦτα οὐχ ἀλλοτριοῖ τὴν οὐσίαν, οὐδὲ οἱονεὶ συστασιάζειν ἑαυτοῖς ἀναπείθει· τῇ ἐνεργείᾳ (33) δὲ τῶν γνωρισμάτων, ὥσπερ τι φῶς ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐντιθέντα, πρὸς τὴν ἐφικτὴν ταῖς διανοίαις σύνεσιν ὁδηγεῖ. Ἀλλ' οὗτος, τὴν τῶν ἰδιωμάτων ἀντίθεσιν πρὸς τὴν οὐσίαν μετακομίσας, ἐντεῦθεν τὴν ἀφορμὴν τῆς ἀσεβείας ἐφέλκεται, ὥσπερ παῖδας ἡμᾶς μορμολυττόμενος τοῖς σοφίσμα-

tum ingeniti est remissio quædam, sed velut ex diametro horum distantia est. Eos igitur, qui genitum et ingenitum substantiam dicunt, hæc et adhuc his plures ineptiæ sequentur. Nam contrarium ex contrario genitum erit, atque pro naturali conjunctione, necessaria quædam seditio etiam secundum ipsam substantiam ipsis inerit. Hoc autem majorem inscitiam quam impietatem præ se fert, si quis dicat substantiam per substantiam cuivis omnium rerum esse contrariam, cum jam olim res confessa sit vel apud externos sapientes (quos cum non invenerint hi pro suis blasphemiis decertantes, ut nullius pretii homines despiciunt), fieri non posse, ut in substantia sit contrarietas. Quod si quispiam, id quod verum est, genitum et ingenitum vult esse indices quasdam proprietates, quæ in substantia considerentur, quæque ad claram ac inconfusam Patris et Filii notionem quasi manu ducant, is et impietatis periculum effugiet, et ratiocinationis consecutionem tuebitur. Nam proprietates, quæ veluti quidam characteres ac formæ in substantia considerantur, id quod commune est distinguunt quidem propriis characteribus : at substantiæ communitatem non dirimunt. Exempli causa, deitas communis est, proprietates vero sunt paternitas et filiatio. Ex utriusque autem complexu, tum communis, tum proprii, innascitur nobis comprehensio veritatis. Proinde cum ingenitam lucem audimus, Patrem intelligimus : cum vero genitam lucem, Filii accipimus notionem. Nam quatenus quidem lux et lux sunt, nulla est in eis contrarietas : quatenus vero genitum et ingenitum, apparet oppositio. Hæc est enim proprietatum natura, ut in substantiæ identitate aliud quiddam ostendant, utque ipsæ quidem proprietates tum, cum sæpe inter se ex adverso dividuntur, ad contrarium discedant, nec tamen substantiæ unitatem divellant : quod genus sunt volatile et pedestre, aquatile et terrestre, rationale et irrationale. Cum enim substantia una omnibus subjecta sit, hæ proprietates substantiam non faciunt diversam, neque quasi ad mutua dissidia inducunt : sed indiciorum vi velut lucem quamdam nostris animis ingerentes, ad intelligentiam quam mens assequi possit deducunt. Hic autem proprietatum oppositione ad substantiam translata, hinc impietatis ansam carpit, nos cavillationum quasi larvis perterrens tanquam pueros ; quod si aliud quid fuerit lux præter ingenitum, ne-

(27) Editi οὐδὲ ἀνάπαλιν τό. Veteres quinque libri οὐδὲ μὴν τό.

(28) Codex Colb. et editi κατὰ ταυτην τήν. Alii duo mss. Regii κατ' αὐτὴν τήν. Aliquanto post editi τοῦτο δὲ καὶ πλείω. Vocula καί in quinque mss. deest.

(29) Illud, *τῇ οὐσίᾳ*, legitur quidem in duobus mss. perinde atque in vulgatis : sed in aliis codicibus aut deest omnino, aut additum est secunda manu.

(30) Antiqui tres libri οἱονεὶ χαρακτῆρες. Vox οἱονεί in editis desiderabatur.

(31) Reg. tertius κοινὸν μέν, *est aliquid commune.*

(32) Trapezuntius vocem *ἑτερότητα* ita reddidit, *distinctionem.* Cornarius, *diversitatem :* quod absonum esse, vel ex auribus disci potest. Penuria linguæ Latinæ facit, ut ea vox exprimi vix possit.

(33) Reg. secundus τῇ ἐναργείᾳ, *evidentia indiciorum.* Alii quinque mss. et editi τῇ ἐνεργείᾳ, *vi atque efficacia indiciorum.* Lectio utraque invenitur in Reg. tertio, sic ut legatur prima manu τῇ ἐνεργείᾳ, secunda vero τῇ ἐναργείᾳ. Hoc ipso in loco editi οἷόν τι. At mss. plerique omnes ὥσπερ τι.

Digitized by Google

cessario Deus compositus esse nobis demonstrabitur.

29. Ego vero quid dico? Nimirum nisi aliud quid præter ingenitum fuerit lux, eam de Filio prædicari non posse, sicut nec ipsum ingenitum. Illinc etiam quivis didicerit eorum quæ his vocibus significantur diversitatem. Dicitur Deus lucem habitare[94], ac lucem indui[95]. Verum nusquam dicit Scriptura, ipsum in sua generatione inhabitare, aut eam forinsecus sibi circumdatam **266** habere (cæteroquin hæc risu digna sunt) : genitum autem et ingenitum indices quædam proprietates sunt. Etenim si nihil esset quo substantia designaretur, nullo utique modo ad nostram intelligentiam perveniret. Nam cum una sit deitas, fieri non potest ut propriam Patris aut Filii notionem assequamur, nisi mentis cogitata proprietatum accessione distinguantur. Cæterum dicenti ei, fore, ut Deus compositus demonstretur nisi pro eodem lux atque ingenitum accipiantur, illud dicere possumus, quod si ingenitum tanquam substantiæ partem acciperemus, haberet locum ea ratio, qua dicitur compositum esse quod ex diversis constat. Si vero Dei substantiam lucem esse statuimus, aut vitam, aut bonum, adeo ut Deus totus, quidquid est, vita sit, et totus lux, et totus bonum, si itidem vita ingenitum sibi adjunctum habet; qui fieri potest ut incompositus non sit qui secundum substantiam simplex est? Nec enim ii modi, quibus ejus proprietates indicantur, simplicitatis lædent rationem; alioquin hoc pacto omnia quæ de Deo dicuntur, compositum esse Deum nobis monstrabunt. Atque, ut videtur, si volumus simplicis ac insecabilis notionem servare, aut nihil de Deo dicemus præter ingenitum, eumque recusabimus nominare invisibilem, incorruptibilem, inalterabilem, creatorem, judicem, et omnia quæ nunc ad glorificationem assumimus : aut si admittimus hæc nomina, quid jam facturi sumus? utrum ad substantiam omnia referemus? Proinde non eum modo compositum, sed e dissimilibus etiam partibus compositum demonstrabimus, cum aliud atque aliud a quolibet istorum

[94] I Tim. vi, 16. [95] Psal. cm, 2.

σιν· ὅτι, εἴπερ ἕτερόν τε εἴη τὸ φῶς παρὰ τὸ ἀγέννητον, ἀναγκαίως ἡμῖν σύνθετος ὁ Θεὸς ἀποδειχθήσεται (34).

29. Ἐγὼ δὲ τί φημί; Ὅτι, εἰ μὴ ἕτερόν τι εἴη τοῦ ἀγεννήτου τὸ φῶς, οὐκέτι τῷ Υἱῷ δυνατὸν ἐπιλέγεσθαι, ὥσπερ οὐδὲ αὐτὸ τὸ ἀγέννητον. Μάθοι δ' ἄν τις κἀκεῖθεν τῶν σημαινομένων ὑπὸ τῶν φωνῶν τὸ διάφορον. Φῶς οἰκεῖν εἴρηται ὁ Θεός, καὶ ἀναβάλλεσθαι φῶς, οὐδήπου ἐνοικεῖν αὐτὸν τῇ ἑαυτοῦ ἀγεννησίᾳ, οὐδὲ ἔξωθεν ἑαυτῷ περικειμένην ἔχειν, τοῦ λόγου λέγοντος (ἢ ταῦτα μὲν καταγέλαστα)· τὸ δὲ γεννητὸν καὶ ἀγέννητον γνωριστικαί τινές εἰσιν ἰδιότητες. Εἰ γὰρ μηδὲν εἴη (35) τὸ τὴν οὐσίαν χαρακτηρίζον, οὐδενὶ ἂν τρόπῳ πρὸς τὴν σύνεσιν ἡμῶν διικνοῖτο. Μιᾶς γὰρ οὔσης θεότητος, ἀμήχανον ἰδιάζουσαν (36) ἔννοιαν Πατρὸς λαβεῖν ἢ Υἱοῦ, μὴ τῇ τῶν ἰδιωμάτων προσθήκῃ τῆς διανοίας διαρθρουμένης (37). Ἀλλὰ μὴν πρός γε τὸ σύνθετον ἀναφανήσεσθαι τὸν Θεὸν, εἰ μὴ ταυτὸν ληφθείη τῷ ἀγεννήτῳ τὸ φῶς, ἐκεῖνο εἰπεῖν ἔχομεν, ὅτι, εἰ μὲν ὡς μέρος τῆς οὐσίας τὸ ἀγέννητον ἐλαμβάνομεν, εἶχεν ἂν αὐτοῦ χώραν ὁ λόγος, σύνθετον εἶναι λέγων τὸ ἐκ διαφόρων συγκείμενον· εἰ δὲ οὐσίαν μὲν Θεοῦ τὸ φῶς τιθέμεθα, ἢ τὴν ζωὴν, ἢ τὸ ἀγαθὸν, ὅλον, ὅπερ ἐστὶ, ζωὴν ὄντα (38), καὶ ὅλον φῶς, καὶ ὅλον ἀγαθὸν, παρεπόμενον δὲ ἔχει ἡ ζωὴ τὸ ἀγέννητον· πῶς οὐκ ἀσύνθετος ὁ κατὰ τὴν οὐσίαν ἁπλοῦς; Οὐ γὰρ δὴ οἱ δεικτικοὶ τῆς ἰδιότητος αὐτοῦ τρόποι τὸν τῆς ἁπλότητος (39) λόγον παραλυπήσουσιν· ἢ οὕτω γε πάντα, ὅσα περὶ Θεοῦ λέγεται, σύνθετον τὸν Θεὸν ἡμῖν ἀναδείξει. Καὶ, ὡς ἔοικεν, εἰ μέλλοιμεν τὴν τοῦ ἁπλοῦ καὶ ἀμεροῦς ἔννοιαν διασώζειν (40), ἢ οὐδὲν ἐροῦμεν περὶ Θεοῦ πλὴν τὸ ἀγέννητον, καὶ παραιτησόμεθα αὐτὸν ὀνομάζειν ἀόρατον, ἄφθαρτον, ἀναλλοίωτον, δημιουργὸν, κριτὴν, καὶ πάντα ὅσα νῦν εἰς δοξολογίαν παραλαμβάνομεν· ἢ δεχόμενοι τὰ ὀνόματα ταῦτα, τί καὶ ποιήσομεν; πότερον εἰς τὴν οὐσίαν ἅπαντα φέροντες καταβήσομεν; Οὐκοῦν οὐχὶ μόνον σύνθετον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀνομοιομερῶν αὐτὸν συγκείμενον ἀποδείξομεν, διὰ τὸ ἄλλο καὶ ἄλλο ὑφ' ἑκάστου τούτων τῶν ὀνομάτων (41) σημαίνεσθαι· ἀλλ' ἔξω τῆς οὐσίας ἐκληψόμεθα; Ὅνπερ τοίνυν ἂν ἐπ' ἐκείνων ἑκάστου λόγον ἐπινοή-

(34) Reg. quartus ἀναγκαίως σύνθετος ὁ Θεὸς ἡμῶν ἀποδειχθήσεται.

(35) Reg. tertius μηδὲν ᾖ.

(36) Editi ἔννοιαν ἰδιάζουσαν. At mss. ἰδιάζουσαν ἔννοιαν.

(37) Illud, μὴ.... τῆς διανοίας διαρθρουμένης, sic vertit interpres, *nisi cogitatio nostra informetur* : sed rem qui considerarit vel leviter, facile intelliget ita potius vertendum esse, *nisi id quod mente concepimus, distinguatur.*

(38) Editi et mss. tres ἀγαθὸν ὅλον, ὅπερ ἐστὶ ζωὴν ὄντα, virgula apposita post ὅλον. Regii primus et sextus ἀγαθὸν ὅλον ὥσπερ ἐστὶ ζωὴν ὄντα, sine ulla interpunctione. Codex Colb. et antiquissimus et optimæ notæ ἀγαθὸν, ὅλον ζωὴν ὄντα, virgula statim posita post vocem ἀγαθόν. Fecit, nisi valde fallor, ejus loci obscuritas difficultasque, ut tam varie interpungeretur. Illud, ὄντα, me adducit ut credam vocem Θεόν supplendam esse, hoc fere modo : εἰ τιθέμεθα Θεὸν ὅλον, ὅπερ ἐστὶ, ζωὴν ὄντα, *rursus si putamus Deum totum, quidquid est, vitam esse, si putamus Deum totum, quantus est, vitam esse.* Ex quibus colligere licet, primum, duas has voces ὅλον et ὄντα ad vocem Θεόν, quæ subauditur, referri debere : deinde, interpunctionem eam quæ in Colbertino libro notatur, retinendam esse. Neque vero me pigebit interpretationem veterem ascribere ex qua fortasse hic locus facilius intelligi poterit. Ita igitur verterat Trapezuntius : *Si vero substantiam Dei lucem, vel vitam, vel bonum, totum quod est, vitam totum lucem, totum bonum opinatur: vitam vero sequitur : quomodo*, etc.

(39) Codex unus Regius ἁπλότητος αὐτοῦ.

(40) Reg. tertius ἔννοιαν ἀποσώζειν.

(41) Editi ἑκάστου τῶν ὀνομάτων. Antiqui tres libri ἑκάστου τούτων τῶν ὀνομάτων. Statim editi ἐκληψόμεθα. Θὐκοῦν ὅπερ ἂν ἐπ' ἐκείνων. Veteres quinque libri ita ut edidimus.

Digitized by Google

σωσι, τοῦτον καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ ἀγεννήτου προσηγορίας καταδειξάσθωσαν.

30. Ἐμπλήσας δὲ τὸν (42) λόγον φλυαρίας κενῆς, καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν πώποτε περὶ τὴν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν ἐσχολακότων κατεπαρθείς, ὡς αὐτὸς ὁδόν τινα καινὴν καὶ πρόσφατον τετμηκὼς πρὸς τὸν Θεὸν φέρουσαν, ἣν οὐδεὶς τῶν προτέρων ἐξεῦρε, τελευταῖον ἐπάγει, ὡς παρ' αὐτῆς δεδιδαγμένος τοῦ Θεοῦ τῆς οὐσίας, τὴν κατὰ τοῦ Υἱοῦ βλασφημίαν.

ΕΥΝ. Ὅτι ἡ μὲν ἀνωτέρω βασιλείας (43) καὶ πάντη γενέσεως ἀνεπίδεκτος, τούτοις παιδεύουσα τὴν μετ' εὐνοίας προσιοῦσαν διάνοιαν, ἀπωθεῖν ὡς πορρωτάτω παρακελεύεται νόμῳ φύσεως τὴν πρὸς ἕτερον σύγκρισιν (44).

ΒΑΣ. Ἆρα οὐχὶ σαφῶς ἐνδείκνυται, ὅτι αὐτὸς ἠξιώθη τῆς τῶν ἀπορρήτων ἀποκαλύψεως, μετ' εὐνοίας τὴν διάνοιαν προσαγαγὼν τῷ Θεῷ; Καὶ διὰ τοῦτο ἀπωθεῖται ὡς πορρωτάτω τὸν Μονογενῆ τῆς τοῦ Πατρὸς κοινωνίας, μηδὲ εἰς σύγκρισιν αὐτὸν ἀξιῶν (45) παραδέχεσθαι· ἀλλὰ καὶ νόμῳ φύσεως τὴν τοῦ Μονογενοῦς οὐσίαν ἀπὸ τῆς τοῦ Πατρὸς διωρίσθαι φησί. Τί τοῦτο λέγων; Ὅτι ὁ Θεὸς τῶν ὅλων οὐδὲ βουλόμενος ἐδύνατο πρὸς τὴν τῆς οὐσίας οἰκειότητα τὸν Μονογενῆ παραδέξασθαι, νόμῳ φύσεως τῆς συναφείας τῆς πρὸς αὐτὸν ἐξειργόμενος, οὐκ ὢν, ὡς ἔοικεν, αὐτὸς ἑαυτοῦ κύριος, ἀλλὰ τοῖς τῆς ἀνάγκης ὅροις ὑπεζευγμένος (46). Τοιαῦτα γάρ ἐστι τὰ τῷ τῆς φύσεως νόμῳ κατειλημμένα, ἀπροαιρέτως εἰς τὸ τῇ φύσει δοκοῦν ὑπαγόμενα. Ὡς γὰρ τῷ πυρὶ φύσει τὸ θερμαίνειν, οὐ προαιρέσει, καὶ ἀναγκαίως ἀνεπίδεκτόν ἐστι τῆς ψυχρότητος, τῷ τῆς φύσεως νόμῳ τὴν πρὸς αὐτὸ (47) κοινωνίαν ἀφῃρημένον· οὕτω βούλεται καὶ τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα νόμῳ φύσεως ἀλλοτριωμένην ἔχειν πρὸς τὸν Υἱὸν τὴν οὐσίαν. Καί-

A nominum significetur : an hæc extra substantiam intelligemus ? Quamcunque igitur in unoquoque illorum excogitaverint rationem, eam quoque de ingeniti appellatione accipiant.

30. Postquam autem orationem inanibus nugis complevit, simulque adversus omnes, quotquot unquam Dei cognitionem assequi studuerunt, sese extulit, quasi ipse novam quamdam ac recentem viam ad Deum ducentem stravisset, quam nemo e majoribus invenerit, tum demum, tanquam ab ipsa Dei substantia edoctus, hanc in Filium inducit blasphemiam :

EUN. Substantia quidem quæ regno superior est, quæque nullam generationem admittit, his erudiens mentem benevole accedentem, eam comparationem B quæ cum alio fit, lege naturæ quam longissime repellere jubet.

267 BAS. Annon palam ostendit, dignum se habitum fuisse arcanorum revelatione, simul ut benevole Deo mentem adjunxit ? Ob idque Unigenitum a Patris communione repellit quam longissime, cum ne dignum quidem eum existimet, qui ad comparationem admittatur ; sed lege etiam naturæ, substantiam Unigeniti a substantia Patris separatam esse dicat. Quid sibi vult dum hoc dicit ? Quod Deus universorum, ne si voluisset quidem, potuisset Unigenitum ad substantiæ necessitudinem admittere, eum sibi lege naturæ prohibitus admittere, cum, ut ei videtur, sui ipsius non esset dominus, sed necessitatis terminis subjectus. Hujusmodi enim sunt, quæ naturæ lege comC prehensa, citra voluntatem ad id quod naturæ visum fuerit, perducuntur. Quemadmodum enim ignis natura non voluntate calefacit, et necessario frigiditatem respuit, lege naturæ societate ejus privatus : sic vult Deum et Patrem lege naturæ habere alienam a Filio substantiam. Jam vero naturæ leges non mutuam inter Patrem et Filium distantiam, sed

(42) Editi Ἐμπλήσας καὶ τόν. At mss. quinque Ἐμπλήσας δὲ τόν.

(43) Editi Paris. Ὅτι ἡ μὲν ἀνωτέρω βασιλεία. Unde interpres : *cœleste regnum*. Editio Ven. et Colb. cum aliis quinque Regiis Ὅτι ἡ μὲν ἀνωτέρω βασιλείας, et ita quoque legitur in ipso opere Eunomii. Qui locus ut intelligatur, vox οὐσία supplenda est, hoc modo : Ἡ μὲν οὐσία ἀνωτέρω βασιλείας, *Substantia quæ regno superior est*, hoc est, *substantia quæ transcendit id tempus, quo Deus cœpit dominium in creaturas habere ;* uno verbo, *substantia æterna*. Quam scripturam veram esse et emendatam facile fatebitur, qui paulo attentius legerit illa quæ præeunt, Basilii verba, ὡς παρ' αὐτῆς δεδιδαγμένος τοῦ Θεοῦ τῆς οὐσίας, *quasi ab ipsa Dei substantia edoctus*. Hoc ipso in loco editi γενήσεως. Antiqui libri γενέσεως : quod utrumque dici posse puto, cum affirmaret Eunomius Deum universorum talem esse natura, ut nec gigni nec gignere posset.

(44) Reg. quintus et editi τὴν προτέραν σύγκρισιν. Interpres *comparationem priorem :* quam et scripturam et interpretationem nemo, opinor, homo probabit. Etenim, si semel reciperetur ejusmodi scriptura, aut interpretatio, palam inde sequeretur Deum universorum saltem posteriorem aliquam comparationem admisisse : quod ex æquo pernegabat Eunomius. Alii sex libri veteres emendate τὴν πρὸς ἕτερον σύγκρισιν, *comparationem cum alio ;* et ita quoque edidit homo doctrina præstantissimus Jo. Albertus Fabricius.

(45) Et hic quoque Reg. quintus et editi corrupte μηδὲ σύγκρισιν αὐτῶν ἀξιῶν. Unde Cornarius : *neque comparationem ipsorum admittere volens*. Sed in reliquis sex mss. emendate legitur μηδὲ εἰς σύγκρισιν αὐτὸν ἀξιῶν, *ne ad comparationem quidem eum admittere dignatus*.

(46) Editi et Reg. quintus ὑποζευγνύμενος. Alii sex mss. ὑπεζευγμένος.

(47) Codex Colb. et Reg. secundus, perinde atque editi τὴν πρὸς αὐτό, et ita quoque habuit Reg. tertius prima manu. Alii tres mss. Regii πρὸς αὐτὴν, ψυχρότητα videlicet. Quod optimum esse fateor, si res ex grammaticorum regulis æstimetur, cum de frigiditate sermonem haberi constet. Mihi tamen dubium non est, quin Basilius scripserit αὐτό, ut vitaret ambiguitatem, ne videlicet duæ hæ voces αὐτὴν κοινωνίαν a præpositione πρός regi viderentur, *cum ipsa societate*. Ita tamen hunc locum interpretari convenit, ut suppleatur πρᾶγμα τῆς ψυχρότητος. Non habet societatem cum *re frigiditatis*, hoc est, cum frigiditate. Sic Phædrus, cum cibum simpliciter significare vellet, eleganter scripsit, *res cibi*.

Digitized by Google

necessariam et infractam communitatem efficiunt. Etenim si diceret Deum universorum voluntate effecisse, ut nulla secum esset communio; ne sic quidem bonitatis divinæ ratio permitteret, ut fide dignus haberetur is qui ait Patrem ea quæ sibi adsunt, ei, qui ex ipso est, non communicare: sed tamen inesset in dictis consecutio. At dicere lege naturæ esse alienationem, ne ejus quidem est, qui rerum sensibilium naturam considerarit, per quam non aliena, neque contraria, sed potius conjuncta et cognata a singulis gigni solent.

A τοιγε οἱ τῆς φύσεως νόμοι οὐχὶ διάστασιν ἀπ' ἀλλήλων Υἱῷ πρὸς Πατέρα, ἀλλ' ἀναγκαίαν καὶ ἀῤῥήκτον τὴν κοινωνίαν ποιοῦσιν (48). Εἰ μὲν γὰρ βουλήσει ἔλεγε τὸ πρὸς ἑαυτὸν ἀκοινώνητον κατεσκευακέναι τὸν Θεὸν τῶν ὅλων, οὐδ' οὕτω μὲν ἂν ὁ τῆς ἀγαθότητος τοῦ Θεοῦ συνεχώρει λόγος πιθανὸν εἶναι τὸν λέγοντα ἀκοινώνητον εἶναι τὸν Πατέρα τῶν αὐτῷ παρόντων πρὸς τὸν ἐξ αὐτοῦ· εἶχε δ' ἂν ὅμως ἀκολουθίαν τὰ εἰρημένα. Νόμῳ δὲ φύσεως λέγειν ὑπάρχειν τὴν ἀλλοτρίωσιν, οὐδὲ τὴν ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ἐστι φύσιν ἐπεσκεμμένου· καθ' ἣν οὐχὶ τὰ ἀλλότρια, οὐδὲ τὰ ἐναντία, τὰ οἰκεῖα δὲ μᾶλλον καὶ τὰ προσήκοντα ἀπογεννᾶσθαι πέφυκεν ὑφ' ἑκάστου.

31. Rursus igitur hic quoque eorum quæ a se dicta sunt repugnantiam mutuam non intellexit. Nam in præcedentibus cum moleste ferret eos qui Unigenitum dicunt Patri similem secundum substantiam, sic scripsit:

31. Πάλιν οὖν καὶ ἐνταῦθα οὐ συνεῖδε τὴν πρὸς ἑαυτὰ τῶν εἰρημένων ἐναντιότητα. Ἐν γὰρ τοῖς κατ B ὀπιν ἀγαναχτῶν, πρὸς τοὺς ὅμοιον κατ' οὐσίαν τὸν Μονογενῆ τῷ Πατρὶ λέγοντας, ἔγραψεν οὕτως·

Eun. Videntur autem mihi omnino hi qui substantiam nulli dominio subditam, et omni causa superiorem, et ab omnibus legibus liberam cum substantia quæ genita est ac paternis legibus servit, comparare ausi sunt, aut nullo modo rerum naturam considerasse, aut non pura mente de his judicium fecisse.

ΕΥΝ. Τὴν ἀρχὴν δὲ (49) δοκοῦσί μοι οἱ τὴν ἀδέσποτον, καὶ πάσης μὲν αἰτίας κρείττονα, πάντων δὲ νόμων ἐλευθέραν οὐσίαν τῇ γεννητῇ καὶ νόμοις πατρικοῖς δουλευούσῃ συγκρίνειν τολμήσαντες, ἢ μηδὲ ὅλως τὴν τῶν ὅλων φύσιν ἐπεσκέφθαι, ἢ μὴ καθαρᾷ τῇ διανοίᾳ τὰς περὶ τούτων ποιεῖσθαι κρίσεις.

Bas. Quomodo igitur nulli dominio subdita, et ab omnibus legibus libera substantia, nunc visa est non ex libero arbitrio id habere, ut nulli comparetur, sed naturæ lege præpediri, atque genitum a communione sui involuntarie repellere, sic ut ob hoc ipsi quoque Unigenito inaccessa sit? Itaque C verborum illius repugnantia huc usque progreditur; at quanta est impietas? Dominio quidem nulli mancipatam substantiam **268** Patris eamdemque liberam dicit (si tamen dominio nulli subjecta est substantia ea, quæ legi naturæ subjicitur): servilem vero e contrario pronuntiat Unigeniti substantiam, hinc etiam naturæ tollens æqualitatem. Nam cum duæ res sint, creatura et deitas; cumque creatura quidem in servitute ac obedientia ordinata sit, deitas vero in principatu atque dominatione: qui dignitatem tollit dominii, et Filium ad servitutis humilitatem dejicit, nonne manifesto deprehenditur eum per id quoque ad eumdem ordinem redigere, atque creaturam omnem? Nec enim profecto hoc illi gloriosum, si conservis præstat. Sed nisi eum D regem ac Dominum confiteamur, adeo ut non naturæ submissione, sed voluntatis bonitate obedientiam amplectatur: hoc grave, hoc horrendum, hoc perniciem affert negantibus. Addit autem:

ΒΑΣ. Πῶς οὖν ἡ ἀδέσποτος καὶ πάντων νόμων ἐλευθέρα ἀνεφάνη νῦν οὐχ ἑκούσιον ἔχουσα τὸ ἀσύγκριτον, ἀλλὰ νόμῳ φύσεως προειλημμένη, καὶ ἀπροαιρέτως τῆς πρὸς ἑαυτὴν κοινωνίας τὸ γεννητὸν ἀπελαύνουσα, ὥστε διὰ τοῦτο καὶ αὐτῷ τυγχάνειν τῷ Μονογενεῖ ἀπροσπέλαστος; Τοσοῦτον μὲν οὖν ἐν τοῖς λεγομένοις ὑπ' αὐτοῦ τὸ ἀσύμφωνον· τὸ δὲ ἀσεβὲς ὅσον; Ἀδέσποτον μὲν καὶ ἐλευθέραν τὴν τοῦ Πατρὸς οὐσίαν προσαγορεύει (εἴπερ οὖν ἀδέσποτος ἡ τῷ νόμῳ τῆς φύσεως ὑποκύπτουσα)· δουλικὴν δὲ εἶναι ἐξ ἀντιθέτου τὴν τοῦ Μονογενοῦς ἀποφαίνεται, καὶ ἐντεῦθεν τὸ ὁμότιμον τῆς φύσεως ἀφαιρούμενος. Δύο γὰρ ὄντων πραγμάτων, κτίσεώς τε καὶ θεότητος· καὶ τῆς μὲν κτίσεως ἐν δουλείᾳ καὶ ὑπακοῇ τεταγμένης, ἀρχικῆς δὲ οὔσης καὶ δεσποτικῆς τῆς θεότητος· ὁ ἀφαιρούμενος τῆς δεσποτείας τὸ ἀξίωμα, καὶ εἰς τὸ τῆς δουλείας ταπεινὸν καταβάλλων, οὐχὶ δῆλός ἐστι καὶ διὰ τοῦτο συστοιχοῦντα αὐτὸν τῇ πάσῃ κτίσει δεικνύς; Οὐ γὰρ δὴ τοῦτο σεμνὸν αὐτῷ, εἰ τῶν ὁμοδούλων προέξει. Ἀλλ' εἰ μὴ βασιλεὺς καὶ Δεσπότης ὁμολογοῖτο, οὐ τῇ τῆς φύσεως ἐλαττώσει, τῇ ἀγαθότητι δὲ τῆς προαιρέσεως καταδεχόμενος τὸ ὑπήκοον· τοῦτο χαλεπὸν καὶ φρικτὸν, καὶ ὄλεθρον φέρον τοῖς ἀρνουμένοις. Ὁ δὲ προστίθησιν·

Eun. Leges naturæ sequens ipsa Dei substantia, neque cum alio admittit comparationem: sed nobis largitur, ut ejus operationem intelligamus digni-

ΕΥΝ. Ὅτι τοῖς νόμοις τῆς φύσεως ἑπομένη ἡ τοῦ Θεοῦ οὐσία, οὔτε τὴν πρὸς ἕτερον σύγκρισιν ἐπιδέχεται, καὶ παρέχει ἡμῖν ἀκόλουθον καὶ προσ-

(48) Editi et mss. aliquot non ita antiqui κοινωνίαν τῆς φύσεως ὑποβάλλουσιν, *communionem naturæ suggerunt*. Codex Colb. et duo Regii ἀῤῥήκτον κοινωνίαν ποιοῦσιν, *communionem infractam efficiunt*. Alius ms. Reg. ἀῤῥήτον κοινωνίαν ποιοῦσιν, *societatem arcanam reddunt*. Lectio, quæ posita est secundo loco, mihi et aptior videtur et verior.

(49) Codices nonnulli ἀρχὴν δέ, omisso articulo; et ita in codice Colbertino legitur, in quo jam monuimus librum Eunomii inveniri. Illud, τὴν ἀρχήν, adverbialiter positum esse nemo non videt. Alii mss. et editi τὴν ἀρχὴν δέ • quod quoque adverbialiter dici notum est.

Digitized by Google

ἠκουσαν τῷ ἰδίῳ ἀξιώματι νοεῖν αὐτοῖς τὴν ἐνέργειαν.

ΒΑΣ. Τοῦτο εἴρηται μὲν ἐκείνῳ (50) εἰς ἀπόδειξιν τῆς ἀλλοτριώσεως τοῦ Μονογενοῦς πρὸς τὸν Πατέρα· συνίστησι δὲ τὸν ἡμέτερον λόγον. Εἰ γὰρ ἀκόλουθον καὶ προσήκουσαν τῷ ἰδίῳ ἀξιώματι παρέχει νοεῖν καὶ τὴν ἐνέργειαν ἡ τοῦ Θεοῦ οὐσία, ἀξίωμα μέν ἐστιν ἡ ἀγεννησία, ὡς Εὐνομίῳ δοκεῖ· τὸ δὲ αὐτὸ (51) καὶ οὐσία κατὰ τὸν τούτων λόγον, ἐνέργεια δὲ τοῦ Θεοῦ ὁ Μονογενής, ἡ ἐνεργείας εἰκών. Καὶ τοῦτο κατὰ τὸν τούτων λόγον· ὥστε τούτοις ἀντιλέγειν παρέλκον ἂν εἴη, οὐδὲν ἔχουσιν (52). Ἢ πολλοῦ ἂν τιμησαίμην ἀρνεῖσθαι αὐτοὺς βλασφημίαν ταύτην· πλὴν, ἐπειδήπερ εἰρήκασιν, ἐξ αὐτῶν τῶν τούτοις εἰρημένων συλλογισώμεθα, ὅτι εἰς ἀξίωμα μὲν τοῦ Θεοῦ ἡ ἀγεννησία (53), τὸ δὲ αὐτὸ καὶ οὐσία, ἀκόλουθος δὲ καὶ προσήκουσα τῷ ἀξιώματι τοῦ Θεοῦ ἡ ἐνέργεια, αὕτη δέ ἐστιν ὁ Χριστὸς κατὰ τὴν τούτων ὑπόληψιν, οἰκεῖος ἄρα καὶ προσήκων τῇ οὐσίᾳ ἔσται τοῦ Θεοῦ. Καὶ τούτων οὐδέν ἐστιν ἡμέτερον. Αὐτὰ γὰρ τὰ τούτων συνθέντες ῥήματα, ἐπ' αὐτῶν τὴν δεῖξιν ποιούμεθα. Τῇ οὐσίᾳ, φησὶ, τοῦ Θεοῦ ἀκολουθεῖ τὸ ἀξίωμα· τῷ ἀξιώματι ἀναλογοῦσά ἐστιν ἡ ἐνέργεια· τῆς ἐνεργείας εἰκὼν ὁ Μονογενής· καὶ ἀνάπαλιν, εἰ τῆς μὲν (54) ἐνεργείας ὁ Μονογενὴς εἰκὼν, ἡ δὲ ἐνέργεια τοῦ ἀξιώματος, τὸ δὲ ἀξίωμα τῆς οὐσίας, ὁ Μονογενὴς ἔσται τῆς οὐσίας εἰκών. Οὕτω καὶ αὐτοὶ πολλάκις οἱ ἐργάται τοῦ ψεύδους, ὑπὸ τῆς ἐνεργείας ἀγχόμενοι, μαρτυροῦσι τῇ ἀληθείᾳ καὶ μὴ βουλόμενοι. Ἐπεὶ καὶ οἱ δαίμονες οὐχὶ εὐαγγελιστῶν ἐποίουν ἔργον, ἀλλ' ἀντιβλέπειν μὴ δυνάμενοι τῷ τῆς ἀληθείας φωτὶ, ἐβόων· *Οἴδαμέν σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ.*

32. Ἴδωμεν δὲ καὶ τὰ ἀκόλουθα.

ΕΥΝ. Εἴτε γὰρ, φησὶν, ἐκ τῶν δημιουργημάτων σκοπούμενός τις, ἐκ τούτων ἐπὶ τὰς οὐσίας ἀνάγοιτο

A tati propriæ consentaneam esse, atque convenientem.

Bas. Hoc quidem ab eo dictum est, ut Unigenitum a Patre alienum ostendat; at nostrum sermonem confirmat. Etenim si Dei substantia hoc dat, ut operationem intelligamus consentaneam convenientemque suæ dignitati, dignitas quædam est *ingenitum*, ut Eunomio videtur, rursus id ipsum et substantia est ex horum sententia, Unigenitus autem operatio est Dei, aut operationis imago; idque ex horum doctrina: quare his contradicere superfluum fuerit, cum nihil habeant quod nobis adversetur. Cæteroquin eos facerem plurimi, si hanc blasphemiam abnegarent: quoniam tamen dixerunt, ex ipsis eorum dictis colligamus, quod, si B quædam Dei dignitas est *ingenitum*, id autem ipsum substantia quoque est, consentanea vero est et conveniens Dei dignitati operatio ejus, hæc autem est Christus ex horum sententia, conjunctus igitur ac conveniens erit substantiæ Dei. Atque horum nihil nostrum est. Ipsa enim istorum verba componentes, ex iisdem demonstrationem conteximus. Substantiam, inquit, sequitur Dei dignitas: habet proportionem operatio cum dignitate: operationis imago est Unigenitus: et vice versa, si Unigenitus imago est operationis: operatio vero, dignitatis: dignitas autem, substantiæ, Unigenitus substantiæ erit imago. Sic sæpe et ipsi mendacii architecti, rerum perspicuitate coacti, vel inviti veritatem testimonio suo comprobant. **269** Nam et dæmones non evangelistarum faciebant opus: sed tamen cum veritatis lucem C intueri non possent, clamabant: *Novimus te quis sis, nimirum ille sanctus Dei* [96].

32. Sed videamus et sequentia.

Eun. Si quis enim, inquit, rem ex creaturis considerans, ope harum ad substantias perducatur,

[96] Marc. I, 24.

(50) Editi εἰς ἀπόδειξιν ἐκείνῳ. At mss. ἐκείνῳ εἰς ἀπόδειξιν.

(51) Editi τὸ δὲ αὐτὸ τοῦτο. Vox τοῦτο in codicibus antiquioribus deest. Ibidem Reg. quartus κατὰ τὸν τούτου λόγον.

(52) Hic locus visus est homini doctissimo Ducæo mutilus et mendosus. Sed præstat ejus verba ascribere, quæ hæc sunt: *Locus est in Græco mutilus, nec ad eum sanandum satis adjuvat Reg. ms. in quo lego,* ὥς γε τούτοις ἀντιλέγεις οὐκ ἔχουσιν, etc. Fateor quidem hunc locum mutilum esse in Regiis tribus mss. perinde atque in libro Ducæi: sed dico eum mihi integrum et emendatum videri in aliis duobus mss. Regiis et in utraque editione Ven. et Paris. et in codice Colbertino: in quibus omnibus legitur ita, ut in contextu videre licet. Puto igitur Basilium ἐλλειπτικῶς, ut sæpe alias, locutum esse, sic ut post οὐδέν vox ἐναντίον, aut alia quævis similis subaudiatur, quod ita interpretabimur: *Cum nihil habeant quod nobis adversetur:* aut si mavis, *cum nihil habeant quod nobis opponere possint.* Nec parum hanc conjecturam adjuvat, quod Basilius paulo ante ita scripserit: *Hoc* (Eunomii testimonium) *sermonem nostrum confirmat.* Et aliquanto infra: *Sic sæpe et ipsi mendacii architecti, rerum perspicuitate adacti, vel inviti veritatem testimonio suo comprobant.* Quod idem est ac si diceret: Tantum abest, ut Eunomiani quicquam nunc proferant quod nobis adversetur, ut etiam sententiam nostram confirment, eamque ob rerum perspicuitatem testimonio suo stabilire cogantur. Quod sequitur, ἢ πολλοῦ ἄν, etc., *cæteroquin eos facerem plurimi, si hanc blasphemiam abnegarent,* non ita accipi debet, quasi in his blasphemia aliqua contineatur, cum potius sermonem suum inde confirmari dicat Basilius: sed D hoc modo: Si Eunomiani malam suam voluntatem, qua ita loquentes Unigenitum a Patre alienum ostendere volunt, tandem aliquando abjicerent mutarentque, valde admodum de hoc eos laudarem. Id autem ita esse facile, opinor, fatebitur, qui ea, quæ partim jam protulimus, Basilii verba legerit. *Hoc quidem,* inquit, *ab eo dictum est, ut Unigenitum a Patre alienum ostendat: at nostrum sermonem confirmat.* — Καὶ τοῦτο κατὰ τὸν τούτων λόγον. Totus hic locus sic videtur reddendus: *Atque id ex eorum doctrina consequitur, ita ut eis superfluum sit contradicere, cum id non possint. Ac magno quidem mercarer ut hanc suam impietatem abnegent; sed quia eam protulerunt,* etc. Maran.

(53) Editi μὲν Θεοῦ ἀγεννησία. Codex Colb. et Reg. tertius ut in contextu. Mox iidem codices ἡ ἐνέργεια. Articulus in editis desiderabatur.

(54) Voculam μέν addidi ex duobus Regiis codicibus.

Digitized by Google

propterea quod ingeniti creaturam Filium inveniat, Unigeniti vero, Paracletum, item propterea quod ex Unigeniti præstantia, operationis confirmet diversitatem, ejus etiam diversitatis quæ secundum substantiam est, argumentum certissimum accipit.

Bas. Primum igitur quomodo substantiæ ex creaturis æstimari possint, ego quidem non video. Enim vero potentiam, sapientiamque et artem, non substantiam ipsam indicant creaturæ. Imo ne ipsam quidem opificis potentiam totam necessario declarant; cum nonnunquam fieri possit, ut artifex non omnes vires suas in agendo exserat, sed sæpe remissiorem conatum in operibus artis adhibeat. Quod si totam etiam potentiam transmoverit in opus, ita demum futurum est, ut ejus vires operibus metiamur, non autem fiet ut substantiam, quæ tandem ea sit, intelligamus. Quod si, quoniam divina natura simplex est atque incomposita, substantiam existimet una cum potestate concurrere, et, propter innatam Deo bonitatem, dicat totam Patris potentiam ad generationem Filii commotam, atque iterum totam Unigeniti ad substantiam Spiritus sancti, adeo ut ex Spiritu quidem potentia Unigeniti conspiciatur, simulque etiam substantia: rursus vero ex Unigenito, Patris intelligatur et potentia et substantia, advertite quid hinc colligatur. Nam e quibus conatus est substantiæ dissimilitudinem ostendere, ex iis comperitur similitudinem astruere. Etenim si potestas nihil cum substantia habet commune, quomodo ex opificiis quæ effectus sunt potestatis, ad comprehensionem ipsius deductus est? contra, si idem est substantia et potestas: quod potestatem designat, id profecto substantiam etiam designabit. Proinde opificia non ad substantiæ dissimilitudinem, ut tu dicis, sed ad perfectam similitudinem ducunt. Rursus certe et hic conatus nostram magis quam ipsius sententiam stabilit. Aut enim non habet unde ea quæ dixit demonstret: aut, si e rebus humanis exempla mutuatur, inveniet non ex artificis operibus intelligi a nobis ejus essentiam, sed ex genito genitoris naturam cognosci. Nec enim fieri potest, ut ejus qui domum construxit essentia comprehendatur ex domo: at difficile non est ex genitura genitoris naturam intelligere. Quare si Unigenitus creatura est, Patris nobis essentiam non exhibet: si vero Patrem nobis notum per seipsum facit, non creatura est, sed Filius verus, Deique imago, et substantiæ character. Atque hæc quidem sunt hujusmodi.

τέρα, οὐχὶ δημιούργημα, ἀλλὰ Υἱὸς ἀληθὴς, καὶ Καὶ ταῦτα μὲν τοιαῦτα.

τοῦ μὲν ἀγεννήτου τὸν Υἱὸν εὑρίσκων ποίημα, τοῦ δὲ Μονογενοῦς τὸν Παράκλητον, κἀκ τῆς τοῦ Μονογενοῦς ὑπεροχῆς (55) τὴν τῆς ἐνεργείας διαφορὰν πιστούμενος, ἀναμφισβήτητον λαμβάνει καὶ τῆς κατ' οὐσίαν παραλλαγῆς τὴν ἀπόδειξιν.

ΒΑΣ. Πρῶτον μὲν οὖν πῶς δυνατὸν ἐκ τῶν δημιουργημάτων τὰς οὐσίας ἀναλογίζεσθαι, ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ. Δυνάμεως γὰρ, καὶ σοφίας, καὶ τέχνης, οὐχὶ δὲ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἐνδεικτικά ἐστι ποιήματα. Καὶ οὐδὲ αὐτὴν πᾶσαν τοῦ δημιουργοῦ τὴν δύναμιν ἀναγκαίως παρίστησιν, ἐκδεχομένου ποτὲ τὸν τεχνίτην μὴ πᾶσαν ἑαυτοῦ τὴν ἰσχὺν ἐναποθέσθαι ταῖς ἐνεργείαις, ἀλλ' ὑφειμένοις πολλάκις ἐπὶ τῶν ἔργων τῆς τέχνης τοῖς τόνοις (56) χρήσασθαι. Εἰ δὲ καὶ ὅλην τὴν δύναμιν ἐπὶ τὸ ἔργον ἀνακινήσειε, καὶ οὕτως ἂν ὑπάρχοι τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ διὰ τῶν ἔργων ἀναμετρεῖσθαι, οὐχὶ δὲ τὴν οὐσίαν, ἥτις ποτέ ἐστι, καταλαμβάνεσθαι. Εἰ δὲ διὰ τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀσύνθετον τῆς θείας φύσεως τῇ μὲν δυνάμει σύνδρομον τίθεται τὴν οὐσίαν, καὶ διὰ τὴν προσοῦσαν ἀγαθότητα τῷ Θεῷ ὅλην μὲν κεκινῆσθαι λέγοι (57) τὴν τοῦ Πατρὸς δύναμιν εἰς τὴν γέννησιν τοῦ Υἱοῦ, ὅλην δὲ πάλιν τὴν τοῦ Μονογενοῦς εἰς τὴν ὑπόστασιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὥστε ἐκ μὲν τοῦ Πνεύματος τὴν τοῦ Μονογενοῦς δύναμιν θεωρεῖσθαι, ὁμοῦ δὲ καὶ τὴν οὐσίαν, ἐκ δὲ τοῦ Μονογενοῦς πάλιν τὴν τοῦ Πατρὸς δύναμίν τε καὶ οὐσίαν καταλαμβάνεσθαι· σκοπεῖτε τὸ συναγόμενον. Ἐξ ὧν γὰρ ἐπεχείρησε τὸ ἀνόμοιον συστῆσαι τῆς οὐσίας, ἐκ τούτων ἐφάνη κατασκευάζων τὴν ὁμοιότητα. Εἰ μὲν γὰρ οὐδὲν ἔχει κοινὸν ἡ δύναμις πρὸς τὴν οὐσίαν, πῶς ἐκ τῶν δημιουργημάτων, ἅπερ δυνάμεώς ἐστιν ἀποτελέσματα, πρὸς τὴν κατάληψιν αὐτῆς ὡδηγήθη; εἰ δὲ ταυτὸν οὐσία τέ ἐστι καὶ δύναμις, τὸ τὴν δύναμιν χαρακτηρίζον χαρακτηρίσει πάντως καὶ τὴν οὐσίαν. Ὥστε τὰ δημιουργήματα, ὡς σὺ φῂς, οὐ πρὸς τὸ ἀνόμοιον τῆς οὐσίας, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀκρίβειαν τῆς ὁμοιότητος φέρει. Πάλιν μέντοι καὶ τοῦτο τὸ ἐγχείρημα τὸν ἡμέτερον μᾶλλον ἢ τὸν αὐτοῦ λόγον συνίστησιν. Ἢ γὰρ οὐδαμόθεν ἔχει παρασχέσθαι τῶν εἰρημένων τὰς ἀποδείξεις, ἢ εἴπερ ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων τὰς εἰκόνας λαμβάνοι, εὑρήσει οὐκ ἐκ τῶν ἔργων τοῦ τεχνίτου ἐν περινοίᾳ τῆς οὐσίας αὐτοῦ γινομένους ἡμᾶς, ἀλλ' ἐκ τοῦ γεννηθέντος τὴν τοῦ γεγεννηκότος φύσιν ἐπιγινώσκοντας. Οὐ γὰρ ἐκ τῆς οἰκίας τὴν οὐσίαν τοῦ οἰκοδόμου καταλαβεῖν δυνατόν· ἐκ μέντοι τοῦ γεννήματος νοῆσαι ῥᾴδιον τοῦ γεγεννηκότος τὴν φύσιν. Ὥστε εἰ μὲν δημιούργημα ὁ Μονογενὴς, οὐ παρίστησιν ἡμῖν τοῦ Πατρὸς τὴν οὐσίαν· εἰ δὲ γνωρίζει ἡμῖν δι' ἑαυτοῦ τὸν Πατέ εἰκὼν τοῦ Θεοῦ, καὶ (58) ὑποστάσεως χαρακτήρ.

(55) E regione vocis ὑπεροχῆς, in margine Regii tertii legitur hoc scholium, ἣν ὑπερέχεται ὑπὸ τοῦ Πατρός, *ex præstantia qua superatur a Patre*. Sed ait Combefisius, hunc locum sibi videri potius accipiendum de ea præstantia, qua Unigenitus ex Eunomianorum sententia Spiritum superabat.

(56) Irrepsit mendum in editionem Parisiensem negligentia operarum: in qua pro τόνοις legitur πόνοις.

(57) Codices aliquot λέγει.

(58) Codex Colb. et alii tres Regii ἀλλὰ Υἱὸς καὶ εἰκὼν ἀληθὴς καί: quos libros secutus interpres sic vertit: *Sed Filius et imago erat vera*. Editio utraque Paris. et Ven. cum Reg. sexto ut *in contextu*. Reg. quartus in margine ita ut edidimus: in contextu vero ἀλλ' Υἱὸς, καὶ εἰκὼν ἀληθὴς τοῦ Θεοῦ, *sed Filius, et vera Dei imago*.

Digitized by Google

33. Ἡ δὲ παρενθήκη (59) τῆς βλασφημίας ὅση; Καταφρονήσας τῆς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἀπειλῆς, ἣν ὁ Κύριος τοῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημήσασι φοβερωτάτην ἐπανετείνατο, δημιούργημα λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· μικροῦ μηδὲ ζῶον αὐτὸ εἶναι διδοὺς, τοῖς ἀψύχοις, ὡς τὰ πολλὰ, τῆς προσηγορίας ταύτης ἐφαρμοζούσης. Οὐ γὰρ δὴ, ὅτι προέλαβε (60) τῇ βλασφημίᾳ ταύτῃ τὸν Κύριον, καθυφεῖναί τι ἡμᾶς τῆς ἀγανακτήσεως ἄξιον. Οὐ γὰρ παραμυθία τοῦτο τῆς ἀσεβείας, ἀλλὰ προσθήκη τῆς κατακρίσεως. Ἐπεὶ καὶ (61) ὁ Κύριος τὴν μὲν εἰς αὐτὸν βλασφημίαν δι' ἀγαθότητα συνεχώρησε· τὴν δὲ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀναπόδραστον εἶναι τοῖς τολμήσασιν ἀπεφήνατο. Πρῶτος τοίνυν τῶν ἀφ' οὗ τὸ κήρυγμα τῆς εὐσεβείας περιαγγέλλεται ἐπιφυέντων τῇ ἀληθείᾳ, ταύτην ἐτόλμησε τὴν φωνὴν ἀφεῖναι περὶ τοῦ Πνεύματος. Οὔκουν τινὸς μέχρι τήμερον ἀκηκόαμεν δημιούργημα τὸ ἅγιον Πνεῦμα (62) προσειπόντος, ἢ ἐν τοῖς καταλειφθεῖσιν ὑπ' αὐτῶν λόγοις τὴν προσηγορίαν ταύτην εὑρήκαμεν. Εἶτά φησιν·

270 33. Jam vero quanta est blasphemiæ accessio ? Minas eas quas in Evangelio Dominus in Spiritum sanctum blasphemantibus perquam formidandas intentavit [97], aspernatus, creaturam esse ait Spiritum sanctum ; sic ut parum absit, ut ne animal quidem eum esse concedat, cum hæc appellatio ut plurimum inanimatis accommodetur. Nec enim profecto, quod hanc istam blasphemiam prius in Dominum evomuit, propterea aliquid nos de indignatione remittere par fuerit. Hoc enim mitigatio non est impietatis, sed condemnationis accessio. Nam et Dominus prolatam in se blasphemiam ob suam bonitatem remisit : at eam quæ in Spiritum sanctum jacitur, audentibus inevitabiliter imputandam pronuntiavit. Primus ergo illorum qui veritatem adorti sunt, ex quo pietatis prædicatio divulgata est, hanc de Spiritu vocem emittere ausus est. Etenim qui Spiritum sanctum creaturam appellarit, audivimus neminem ad hodiernum usque diem, neque in iis quos reliquere libris hanc appellationem invenimus. Itaque dicit :

ΕΥΝ. Εἰ ἐκ τῶν δημιουργημάτων ἀνάγοιτό τις πρὸς τὴν τῆς οὐσίας κατάληψιν, εὑρήσει τοῦ μὲν ἀγεννήτου τὸν Υἱὸν ποίημα, τοῦ δὲ Μονογενοῦς τὸν Παράκλητον.

Eun. Si quis subvehatur e creaturis ad substantiæ comprehensionem, ingeniti quidem creaturam Filium inveniet, Unigeniti vero, Paracletum.

ΒΑΣ. Ἄλλος οὗτος τρόπος τῆς ἀσεβείας (63)· διπλᾶ βλασφημεῖν ἐν ἑνὶ ῥήματι, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐξουδένωσιν ὡς ὁμολογουμένην λαβόντα, ἐντεῦθεν ὁρμῆσαι πρὸς τὴν ἀπόδειξιν τῆς τοῦ Μονογενοῦς ἐλαττώσεως. Καὶ, ὡς ἔοικεν, *Οἱ μὲν οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ*· τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὴν τῆς δόξης ἐλάττωσιν τοῦ Μονογενοῦς ἀναγγέλλει. Καὶ ὁ μὲν Κύριος περὶ τοῦ Παρακλήτου λέγων, *Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει*, φησίν· ἡ δὲ κατήγορος γλῶττα ἐμπόδιον εἶναι τῷ Υἱῷ τῆς πρὸς τὸν Πατέρα συγκρίσεως ἀποφαίνεται. Ἐπειδὴ γὰρ τοῦ Πνεύματος, φησὶ, ποιητὴς ὁ Υἱὸς (Ἵλεως δὲ ἡμῖν, Κύριε, ἐπὶ τοῖς (64) λαλουμένοις εἴης), τοῦτο δὲ τοιοῦτόν ἐστιν, ὡς μηδεμίαν σεμνότητα τῷ δημιουργήσαντι προστιθέναι, διὰ τοῦτο οὐδὲ συγκρίνεσθαι τῷ Πατρὶ ἄξιος, ἐκ τῆς ὧν ἐποίησεν εὐτελείας τὸ ὁμότιμον τῆς ἀξίας ἀφῃρημένος

Bas. Alius hic est impietatis modus. Nimirum dupliciter blasphemat verbo unico, sanctique Spiritus contemptu, quasi res confessa sit, posito, hinc ad demonstrandam Unigeniti imminutionem concitatur. Atque, ut par est, *Cœli* quidem *enarrant gloriam Dei* [98] : Spiritus vero sanctus imminutionem gloriæ Unigeniti nuntiat. Et Dominus de Paracleto loquens : *Ille*, inquit, *me glorificabit* [99] ; at maledica illa lingua Filium per eum impediri pronuntiat, ne cum Patre comparetur. Quoniam enim, inquit, Spiritus conditor est Filius (sis autem nobis, Domine, de iis quæ loquimur, propitius) : hic autem talis est, ut decus nullum tribuat conditori, idcirco neque dignus est qui cum Patre comparetur, cum ob eorum quæ fecit vilitatem, dignitatis æqualitate privatus sit.

34. Ἆρα ἀκηκόατέ ποτε βλασφημίας χαλεπωτέρας; ἆρά τις οὕτω περιφανῶς εἰς τὸ ἄφυκτον κρῖμα τῆς εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημίας κατέπεσε; Μονονουχὶ

34. Num unquam audistis blasphemiam graviorem ? num quis adeo perspicue in inevitabilè judicium ob blasphema in Spiritum sanctum verba

[97] Matth. XII, 31. [98] Psal. XVIII, 2. [99] Joan. XVI, 14.

(59) Illud, παρενθήκη, debet accipi de eo convicio, quo Spiritum sanctum consectatus est Eunomius : quod tam grave fuit et tam horrendum, ut contumeliam ipsam qua Eunomius Filium affecerat, longe superarit. Hoc ipso in loco mss. nonnulli καταφρονήσας γάρ. Subinde mss. aliquot βλασφημοῦσι.

(60) Editio Ven. et nostri septem mss. προσέλαβε. In quo mirari subit Trapezuntium uno litterulæ additamento ita delusum esse, ut totum ejus loci sententiam corruperit, interpretans hoc modo : *Dominum quoque ad hanc blasphemiam conjunxit.* Non enim Eunomius, ut verbis utar interpretis, Dominum ad hanc blasphemiam conjunxit : sed Spiritum sanctum. Recte igitur et emendate, ut monet Ducæus, in editionibus Basiliensi et Steph. pro προσέλαβε legitur προέλαβε : *Non enim quoniam hoc convicio Dominum prius insecutus est, minus indignari debemus.* Rectam illam et emendatam scripturam secuti sunt typographi Parisienses : quos nos imitamur.

(61) Editi Ἐπεὶ καί. Antiqui duo libri Ἐπειδὴ καί. Mox Reg. quartus τὴν μὲν εἰς ἑαυτόν.

(62) Editi μέχρι σήμερον ἀκηκόαμεν δημιούργημα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Paulo aliter in mss. nostris, uti ex contextu perspici potest.

(63) Antiqui duo libri τρόπος τῆς βλασφημίας, *modus blasphemiæ.*

(64) Codices duo ἐπὶ τοῖς. Illud, ἐπί, in excusis deerat.

Digitized by Google

collapsus est? Unius Montani fuerat adeo in Spiritum sanctum insanire, eumque tum nominibus humilibus dedecorare, tum ipsius naturam ita deprimere, ut ea dicat ignominiam conditori affricari. Imo vero et ille, ne sui ipsius dejiceret fastum, utique de Spiritu aliquid humiliter dicere cavisset. Sed de hoc quidem per otium dicemus. Illud vero cui non patet, quod nulla Filii operatio a Patre divisa sit, nec quidquam **271** sit in rerum natura, quod ad Filium pertineat, et a Patre alienum sit? *Omnia enim*, inquit, *mea tua sunt, et tua mea* [1]. Quomodo igitur Spiritus causam Unigenito soli attribuit, et ad ejus accusandam naturam hujus creationem usurpat? Quod si duo principia inter se adversa inducens, hæc dicit, una cum Manichæo et Marcione conteretur; sin autem statuit ab uno pendere omnia, quod a Filio factum esse dicitur, id ad primam causam refertur. Quare, etsi omnia per Deum Verbum ad *esse* producta fuisse credimus, tamen universorum Deum omnium causam esse non negamus. Qui autem fieri potest, ut non aperte periculosum sit, Spiritum a Deo dirimere? cum partim quidem Apostolus conjuncte nobis tradat; et modo Christi, modo Dei Spiritum dicat, ubi scribit: *Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus* [2]; et rursus: *Vos autem non spiritum mundi accepistis, sed Spiritum qui ex Deo est* [3]: partim vero Dominus Spiritum veritatis nominet [4]; quippe ipse est veritas, proceditque a Patre. At hic ad destructionem gloriæ Domini nostri Jesu Christi, ut Spiritum aufert a Patre, ita eum unice Unigenito ad gloriæ eversionem attribuit, ipsum contumelia, ut sibi videtur, afficiens. Nam in retributionis die nullam ob prava dogmata ultionem exspectat.

A τανοῦ ἦν μόνου τοσοῦτον μανῆναι κατὰ τοῦ Πνεύματος, καὶ ὀνόμασί τε αὐτὸ ταπεινοῖς καθυβρίσαι, καὶ τὴν φύσιν αὐτοῦ τοσοῦτον ἐξευτελίσαι, ὥστε ἀδοξίαν εἰπεῖν τῷ πεποιηκότι προστρίβεσθαι. Μᾶλλον δὲ κἀκεῖνος ἔφυγεν ἂν ταπεινῶς (65) εἰπεῖν τι περὶ τοῦ Πνεύματος, ὡς ἂν μὴ τὸν τῦφον ἑαυτοῦ καταβάλοι. Καὶ περὶ μὲν τούτου κατὰ σχολὴν ἐροῦμεν (66). Ἐκεῖνο δὲ τίνι τῶν πάντων ἄδηλον, ὅτι οὐδεμία ἐνέργεια τοῦ Υἱοῦ ἀποτετμημένη ἐστὶ τοῦ Πατρὸς, οὐδέ ἐστί τι ἐν τοῖς οὖσι τῷ Υἱῷ ὑπάρχον, ὃ τοῦ Πατρὸς ἠλλοτρίωται; *Πάντα γὰρ*, φησὶ, *τὰ ἐμὰ σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά*. Πῶς οὖν τοῦ Πνεύματος τὴν αἰτίαν τῷ Μονογενεῖ μόνῳ προστίθησι, καὶ κατηγόρημα τῆς φύσεως (67) αὐτοῦ τὴν τούτου λαμβάνει δημιουργίαν; Εἰ μὲν οὖν, δύο ἀρχὰς ἀντιπαρεξάγων ἀλλήλαις, ταῦτά φησι, μετὰ Μανιχαίου καὶ Μαρκίωνος συντριβήσεται· εἰ δὲ μιᾶς ἐξάπτει τὰ ὄντα, τὸ παρὰ τοῦ Υἱοῦ γεγενῆσθαι λεγόμενον πρὸς τὴν πρώτην αἰτίαν τὴν ἀναφορὰν ἔχει. Ὥστε κἂν πάντα εἰς τὸ εἶναι παρῆχθαι διὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου πιστεύωμεν, ἀλλὰ τὸ πάντων αἴτιον εἶναι τὸν Θεὸν τῶν ὅλων οὐκ ἀφαιρούμεθα. Πῶς δὲ οὐ (68) φανερὸν ἔχει τὸν κίνδυνον διαιρεῖν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα; τοῦτο μὲν τοῦ Ἀποστόλου συνημμένως ἡμῖν παραδιδόντος, καὶ νῦν μὲν Χριστοῦ λέγοντος, νῦν δὲ τοῦ Θεοῦ, ἐν οἷς γράφει· *Εἰ δέ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ*· καὶ πάλιν· *Ὑμεῖς δὲ οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβετε* (69), *ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ*· τοῦτο δὲ τοῦ Κυρίου τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας λέγοντος (70)· ἐπειδὴ αὐτὸς (71) ἡ ἀλήθεια, καὶ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται. Ἀλλ' οὗτος, εἰς καθαίρεσιν τῆς δόξης τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀφαιρεῖ μὲν αὐτὸ τοῦ Πατρὸς, τῷ δὲ Μονογενεῖ διαφερόντως ἐπὶ καθαιρέσει τῆς δόξης προστίθησιν, ἐφυβρίζων, ὡς οἴεται (72), οὐδεμίαν ἐκδίκησιν ἐπὶ τοῖς πονηροῖς δόγμασιν (73) ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀνταποδόσεως ἀναμένων.

[1] Joan. XVII, 10. [2] Rom. VIII, 9. [3] I Cor. II, 12. [4] Joan. XV, 26.

(65) Editi ἂν ταπεινῶς. At mss. tres ἂν τὸ ταπεινῶς. Ibidem editi μὴ τῦφον ἑαυτοῦ καταβάλλοι. At mss. antiquiores ut in contextu.

(66) Verbum *ἐροῦμεν* reperiri quidem in editis et in aliquibus mss. non difficor: mihi tamen dubium non est, quin melius absit, tum quod per se facile a quolibet suppleri potest, tum quod in vetustioribus mss. non invenitur. Ex his autem verbis, nisi valde fallor, colligi merito potest, librum tertium non nisi aliquanto post duos priores a Basilio conscriptum fuisse.

(67) Illud, *καὶ κατηγόρημα τῆς φύσεως*, etc., *et ad ejus accusandam naturam*, etc., mihi videtur accipi posse hoc modo: Eunomius, cum ait ab Unigenito creatum Spiritum, verbis quidem videri potest naturam Unigeniti extollere: sed re tamen eam deprimit. Ita enim dicit creatum ab Unigenito Spiritum, ut simul affirmet Unigenitum a Patre creatum esse: in quo valde admodum deprimi Filii naturam atque dejici nemo non videt. Ejus rei et aliam causam inventurum puto, qui librum Eunomii diligenter legerit.

(68) Reg. quartus Πῶς οὖν οὐ.

(69) Editi et mss. non pauci ut in contextu. At Reg. quartus Ἡμεῖς δὲ... ἐλάβομεν, *Nos autem non spiritum mundi accepimus;* et ita apud Paulum legitur Epistola I ad Corinth. II, 12, quod ex eo evenisse videtur, quod librarius putaverit ita apud Basilium scribi oportere, uti apud Paulum legebatur.

(70) *Τοῦ Κυρίου... λέγοντος*. Verte: *Cum Dominus dicat Spiritum veritatis* (*ipse enim est veritas*), *et « A Patre procedit. »* MARAN.

(71) Editi et mss. omnes αὐτός, ubi tamen ex grammaticæ regulis scribi oportuisset αὐτό, Πνεῦμα videlicet: sed scripsisse Basilium αὐτός puto, quod vir sanctissimus respiceret ad locum Joannis XV, 26, ubi vox Παράκλητος adhibetur.

(72) Colb. secunda manu ἐφυβρίζων ὡς οἷόν τε, *quantum in se est.*

(73) Editio Paris. et mss. nonnulli πονηροῖς ῥήμασι καὶ νοήμασι, *ob prava verba et cogitata* At editio Ven. et codices antiquiores Colb. et Reg. tertius simpliciter ut in contextu.

Digitized by Google

ΚΑΤ' ΕΥΝΟΜΙΟΥ

ΛΟΓΟΣ Γ'.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ (74).

CONTRA EUNOMIUM LIBER TERTIUS

DE SPIRITU SANCTO.

1. ΒΑΣ. Μόλις ποτὲ (75) κορεσθεὶς τῶν εἰς τὸν Μονογενῆ βλασφημιῶν, ἐπὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον μετελήλυθεν, ἀκόλουθα τῇ ὅλῃ αὐτοῦ (76) προαιρέσει καὶ περὶ τούτου διαλεγόμενος· γράφει δὲ οὕτως·

ΕΥΝ. Ἀρκούντων δὲ ἡμῖν τοσούτων περὶ τοῦ Μονογενοῦς, ἀκόλουθον ἂν εἴη καὶ περὶ τοῦ Παρακλήτου λοιπὸν εἰπεῖν· οὐ ταῖς ἀνεξετάστοις τῶν πολλῶν ἀκολουθοῦντας δόξαις, τὴν δὲ τῶν ἁγίων ἐν ἅπασι φυλάσσοντας διδασκαλίαν, παρ' ὧν τρίτον αὐτὸ ἀξιώματι καὶ τάξει μαθόντες, τρίτον εἶναι καὶ τῇ φύσει πεπιστεύκαμεν.

ΒΑΣ. Ὅτι μὲν γὰρ οὐκ οἴεται δεῖν τῇ ἁπλῇ καὶ ἀνεπιτηδεύτῳ πίστει τῶν πολλῶν ἐμμένειν, ἀλλὰ τεχνικοῖς τισι καὶ σεσοφισμένοις λόγοις πάλιν πρὸς τὸ δοκοῦν ἑαυτῷ παρακρούεσθαι τὴν ἀλήθειαν, ἱκανῶς ἐξ ὧν εἶπεν ἐδήλωσεν. Ἀτιμάζων γὰρ τὴν τῶν πολλῶν δόξαν, ἣ δοξάζουσι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, προσποιεῖται τὴν τῶν ἁγίων φυλάσσειν διδασκαλίαν, καὶ τοὺς ταύτην αὐτῷ παραδεδωκότας ἀποσιωπᾷ, καὶ νῦν, ἅπερ κἀν τοῖς περὶ τοῦ Μονογενοῦς λόγοις ποιῶν ἀπεδείχθη. Εἶτά φησι παρὰ μὲν τῶν ἁγίων μεμαθηκέναι τὸ τρίτον εἶναι τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι, παρ' ἑαυτοῦ δὲ πεπιστευκέναι τὸ καὶ (77) τρίτον εἶναι τῇ φύσει. Τίνες δὲ οἱ ἅγιοι, καὶ ἐν ποίοις λόγοις τὴν διδασκαλίαν πεποίηνται, εἰπεῖν οὐκ ἔχει (78). Ἆρα γέγονεν οὕτω τολμηρὸς ἄνθρωπος, τὰς περὶ τῶν θείων δογμάτων καινοτομίας εἰσηγούμενος; Τίς γὰρ ἀνάγκη, εἰ τῷ ἀξιώματι καὶ τῇ τάξει τρίτον ὑπάρ-

1. Bas. Vix tandem blasphemiis in Unigenitum exsatiatus, ad Spiritum sanctum ita transiit, ut de eo etiam consentaneum toti suo proposito sermonem instituat. Scribit autem sic :

Eun. Cum autem hæc nobis de Unigenito sufficiant, consequens fuerit ut jam de Paracleto quoque dicamus, non vulgi opiniones temerarias secuti, sed sanctorum in omnibus doctrinam servantes : a quibus cum didicerimus eum dignitate et ordine tertium, tertium quoque natura esse credimus.

Bas. Quod quidem non putet oportere in simplici ac nuda multorum fide permanere, sed artificiosis quibusdam ac captiosis rationibus veritatem rursus ad id, quod sibi videtur, detrudere, satis ex iis quæ protulit verbis ostendit. **272** Nam multorum opinione contempta, qua Spiritum sanctum glorificant, simulat tenere se sanctorum doctrinam : at eos qui eam ipsi tradiderunt, tacet, etiam nunc faciens ea ipsa, quæ ab eo dum de Unigenito sermonem haberet, facta esse demonstratum est. Deinde dicit a sanctis quidem se didicisse tertium esse ordine et dignitate Spiritum ; a se ipso vero credere, natura quoque tertium esse. Qui vero sint sancti illi, et in quibus scriptis hanc doctrinam ediderint dicere non potest. Fuitne unquam homo sic audax, qui divinorum dogmatum innovationes induceret? Cur enim necesse est, si dignitate ac

(74) Titulus, ut fit, alius est in aliis codicibus. Regii quartus et sextus τοῦ αὐτοῦ πρὸς Εὐνόμιον, περὶ Πνεύματος, *ejusdem adversus Eunomium, de Spiritu.* Reg. secundus τοῦ αὐτοῦ μεγάλου Βασιλείου πρὸς Εὐνόμιον, περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, *ejusdem magni Basilii adversus Eunomium, de sancto Spiritu.* Reg. tertius et Colb. simpliciter περὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, *de Spiritu sancto.* Dubius et incertus visus est hic liber quibusdam. Ita enim scriptum invenitur in ora codicum Regiorum quarti et sexti : Τινές φασι τοῦτον τὸν λόγον μὴ εἶναι τοῦ ἁγίου Βασιλείου, διὰ τὸ φέρεσθαι ῥητά τινα ἐν αὐτῷ, τραχύτερα εἶναι δοκοῦντα, οἷς ἐν οὐδενὶ φαίνεται τῶν ἰδίων συγγραμμάτων χρησάμενος. *Dicunt nonnulli hunc librum sancti Basilii non esse, quod in eo reperiantur verba quædam, quæ videntur duriora, quibus non comperitur in alio ullo operum suorum usus fuisse.* Ea de re in Præfatione.

(75) Editi Μόλις δέ. Vocula δέ in mss. antiquioribus deest. Statim Reg. quintus et editi μονογενῆ Υἱόν. Sed in aliis mss. vox Υἱόν non legitur.

(76) Reg. quartus ὅλῃ ἑαυτοῦ. Aliquanto infra mss. tres ἀκολουθοῦντες... φυλάσσοντες.

(77) Editi καὶ τό. Antiqui duo libri τὸ καί.

(78) Has tres voces, *εἰπεῖν οὐκ ἔχει*, ex quatuor codicibus Regiis addidimus.

Digitized by Google

ordine tertius est Spiritus, natura quoque eum esse tertium? Dignitate quidem secundum esse a Filio, tradit fortasse pietatis sermo; at natura tertia uti, neque ex sanctis Scripturis edocti sumus, neque ex prius dictis ulla consecutione colligi potest. Quemadmodum enim Filius ordine quidem a Patre secundus est, quoniam ab illo est: dignitate vero, quoniam origo ejus est et causa, ea re quod ipsius est pater, et quoniam per ipsum accessus aditusque est ad Deum et Patrem, non autem natura secundus, quoniam deitas in utroque una est: ita profecto et Spiritus sanctus, etsi tum ordine tum dignitate secundus a Filio est (ut tandem hoc etiam concedamus), tamen non jure sequi ut sit alienæ naturæ, hinc patet. Nimirum angeli omnes ut appellationem unam, ita etiam eamdem omnino inter se naturam habent: sed tamen ex iis alii quidem præfecti sunt gentibus, alii vero unicuique fidelium adjuncti comites sunt. Quanto autem gens tota uni viro præstat, tanto certe necesse est angeli alicui genti præsidentis dignitatem dignitate alterius cui viri privati tutela concreditur majorem esse. Quod autem unicuique fidelium adsit angelus velut pædagogus quidam et pastor vitam dirigens, nemo contradicet, qui meminerit verborum Domini, qui ait: *Ne contemnatis unum ex his pusillis, eo quod angeli eorum semper vident faciem Patris mei qui*

A χει τὸ Πνεῦμα, τρίτον εἶναι αὐτὸ καὶ τῇ φύσει; Ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ Υἱοῦ παραδίδωσιν ἴσως ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος (79)· φύσει δὲ τρίτῃ χρῆσθαι, οὔτε παρὰ τῶν ἁγίων Γραφῶν δεδιδάγμεθα, οὔτε ἐκ τῶν προειρημένων (80) κατὰ τὸ ἀκόλουθον δυνατὸν συλλογίσασθαι. Ὡς γὰρ ὁ Υἱὸς τάξει μὲν, δεύτερος τοῦ Πατρὸς, ὅτι ἀπ' ἐκείνου· καὶ ἀξιώματι, ὅτι ἀρχὴ καὶ αἰτία, τῷ εἶναι αὐτοῦ πατέρα (81), καὶ ὅτι δι' αὐτοῦ ἡ πρόσοδος (82) καὶ προσαγωγὴ τρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα· φύσει δὲ οὐκέτι δεύτερος, διότι ἡ θεότης ἐν ἑκατέρῳ μία· οὕτω δηλονότι καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ καὶ ὑποβέβηκε τὸν Υἱὸν τῇ τε τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι (ἵνα καὶ ὅλως συγχωρήσωμεν (83)), κρύκέτ' ἂν εἰκότως, ὡς ἀλλοτρίας ὑπάρχον φύσεως, ἀκολουθεῖν (84), ἐκεῖθεν δῆλον. Ἄγγε-

B λοι πάντες ὥσπερ προσηγορίας μιᾶς, οὕτω καὶ φύσεως πάντως τῆς αὐτῆς ἀλλήλοις τυγχάνουσιν· ἀλλ' ὅμως οἱ μὲν αὐτῶν ἐθνῶν προεστήκασιν, οἱ δὲ ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν πιστῶν εἰσι παρεπόμενοι. Ὅσῳ μέντοι προτιμότερον ἔθνος ὅλον ἑνὸς ἀνδρὸς, τοσούτῳ δήπου μεῖζον ὑπάρχειν ἀνάγκη ἀξίωμα τοῦ ἐθνάρχου ἀγγέλου παρὰ τὸ τοῦ ἑνὸς ἑκάστου τὴν προστασίαν πεπιστευμένου (85). Τὸ δὲ συνεῖναι ἑκάστῳ τῶν πιστῶν ἄγγελον, οἷον παιδαγωγόν τινα καὶ νομέα τὴν ζωὴν διευθύνοντα, οὐδεὶς ἀντερεῖ, μεμνημένος τῶν τοῦ Κυρίου λόγων, εἰπόντος· *Μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν ἐλαχίστων τούτων, ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν διὰ*

(79) Locum nullum esse arbitror, aut ipsius Basilii aut aliorum sanctorum Patrum, de quo acrius in concilio Florent. disputatum sit, quam de illo, ἀξιώματι μὲν γάρ, etc. Latini, ut patet ex sess. 20, proferebant codicem vetustissimum in quo sic legebatur: Ἀξιώματι μὲν γὰρ δεύτερον τοῦ Υἱοῦ, παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον, καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως τῆς αἰτίας ἐκείνης ἐξημμένον, etc. *Dignitate namque secundum esse a Filio, cum habeat esse ab ipso, atque ab ipso accipiat, et annuntiet nobis, et omnino ab illa causa dependeat* (sermo pietatis tradit). Græci vero hæc verba, παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, et sequentia usque ad vocem ἐξημμένον, in suo libro vetustissimo quoque et optimo deesse affirmabant; hodieque in editis et in nostris septem mss. desunt. Sequitur in Græco, non procul ab initio sessionis 20, παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος, *tradit pietatis sermo*: sed hic Græci voculam ἴσως omissam esse, aut potius sublatam conquerebantur. Consentit cum libro Latinorum noster Regius secundus, in quo vox ἴσως deest: consentiunt vero cum libro Græcorum tum editi tum reliqui sex mss. in quibus omnibus hæc vox ἴσως invenitur. Monere libet, illa, Ἀξιώματι μὲν γάρ, etc., paulo aliter legi sessione 21, pag. 344, sed ita tamen, ut eadem plane sententia efficiatur.

(80) Nostri libri antiquiores ἐκ τῶν εἰρημένων. Ibidem mss. nonnulli συλλογίζεσθαι,

(81) Editio Paris. αἰτία τοῦ εἶναι ὁ Πατήρ. Reg. secundus αἰτία τὸ εἶναι αὐτοῦ πατέρα. Reg. tertius αἰτία τοῦ εἶναι πατέρα αὐτοῦ. Reg. quartus αἰτία τῷ εἶναι αὐτοῦ πατέρα. Alii tres mss. Regii et editio Ven. αἰτία τοῦ εἶναι αὐτοῦ πατέρα. Quid autem in hac lectionum varietate sentiam, aperiam paucis. Igitur non valde admodum dubito, quin typographi Parisienses, inesse vitii aliquid in voce πατέρα de suo suspicati, πατὴρ ediderint: ego tamen, cum vox πατέρα et in editione Ven. et in omnibus libris veteribus inveniatur, eam retinendam esse arbi-

C tror. Combefisius ait quidem legisse se in uno codice πατὴρ· sed ego qui Regios codices legi et ipse, in ullo nihil tale reperi. Ex his autem omnibus quas exscripsi lectionibus mihi nulla tam placet quam quæ in Reg. quarto conspicitur, non solum quod ex ea effici videatur idonea sententia, sed quod lectione Regii secundi confirmetur. Monui enim legi eo in libro, αἰτία τὸ εἶναι αὐτοῦ πατέρα· ubi videre facile est, librarium aliud cogitantem τό scripsisse pro τῷ· quæ ipsa est scriptura Regii quarti, *quoniam principium* ejus *est et causa per hoc, quod ipsius pater est*. Hoc nostrum judicium adjuvat, quod eodem plane modo Basilius locutus sit lib. II, num. 16, cum ita scripsit, τῷ εἶναι τὸ ἀρχέτυπον, *ea re quia archetypum est*. Et infra ita quoque scribit num. 6: τῷ ἕνα εἶναι τὸν Μονογενῆ, *eo quod unus sit Unigenitus*.

(82) Editi ἡ πρόοδος. At Regii tres mss. ἡ πρόσοδος. Nec ita multo post Reg. secundus εἰ καὶ ὑποβεβηκὸς τόν.

D (83) Et de illis quoque, *ἵνα καὶ ὅλως συγχωρήσωμεν*, magno partium studio controversum est in concilio Florentino, pag. 340. Sic autem scriptum invenimus in Colb. et in Regiis secundo et tertio, ἵνα καὶ ὅλως συγχωρήσωμεν: in aliis vero quatuor mss. Regiis hoc modo, ἵνα ὅλως καὶ συγχωρήσωμεν, vel ἵν' ὅλως, etc., et ita quoque legitur in editionibus Ven. et Paris.

(84) Editi et duo mss. φύσεως καὶ τὸ ἀκόλουθον. Reg. secundus φύσεως ἀκολουθοίη, non ἀκολουθεῖν, ut sibi falso visus est legere vir cæteroqui doctissimus Combefisius. Reg. sextus ἀκολουθείη. Reg. tertius φύσεως ἀκολουθεῖν, bene. Aliquanto post vox ἀλλήλοις in multis mss. deest.

(85) Editi et aliquot mss. ἀγγέλου, παρὰ τὸ τοῦ ἑνὸς ἑκάστου τὴν προστασίαν πεπιστευμένου. Reg. tertius et Colb. ἀγγέλου, τῶν ἑνὸς ἑκάστου τὴν προστασίαν πεπιστευμένων. Reg. secundus ἀγγέλου, παρὰ τὸν ἑνὸς ἑκάστου τὴν προστασίαν πεπιστευμένον.

Digitized by Google

παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Καὶ ὁ Ψαλμῳδός φησι· *Παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτόν*· καὶ, *Ὁ ἄγγελος ὁ ῥυσάμενός* (86) *με ἐκ νεότητός μου*· καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ὅτι δὲ πάλιν εἰσί τινες ἄγγελοι καὶ ὅλων ἐθνῶν προεστῶτες, Μωσῆς ἡμᾶς διδάσκει διὰ τῆς ᾠδῆς λέγων· *Ὅτε διεμέριζεν ὁ Ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδάμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων αὐτοῦ.* Καὶ ὁ σοφὸς Δανιὴλ ἐν τῇ τοῦ ἀγγέλου ὀπτασίᾳ ἤκουσεν αὐτοῦ λέγοντος ὅτι, *Ἄρχων βασιλείας Περσῶν εἰστήκει ἐξεναντίας μου· καὶ ἰδοὺ Μιχαὴλ εἷς τῶν ἀρχόντων τῶν πρώτων ἦλθε βοηθῆσαί μοι, καὶ αὐτὸν κατέλιπον ἐκεῖ μετὰ τοῦ ἄρχοντος βασιλέως Περσῶν.* Καὶ μετ' ὀλίγα φησὶν ὁ αὐτός· *Καὶ ὁ ἄρχων* (87) *τῶν Ἑλλήνων ἤρχετο.* Ἀλλὰ καὶ ἀρχιστράτηγός τις (88) τῆς δυνάμεως Κυρίου λέγεται, ὁ Ἰησοῦ τῷ τοῦ Ναυῆ ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου φανερωθείς. Καὶ πάλιν τινὲς λέγονται λεγεῶνες τῶν ἀγγέλων, τοῦ Κυρίου εἰπόντος τοῖς μαθηταῖς· *Ἢ δοκεῖτε* (89) *ὅτι οὐ δύναμαι παρακαλέσαι τὸν Πατέρα μου, καὶ παραστήσει μοι ὧδε πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων;* Ὁ τοίνυν ἀρχιστράτηγος τῶν ἐν ταῖς λεγεῶσι κατατεταγμένων ἀγγέλων ἄρχων ἐστὶ δηλονότι.

A *in cœlis est*[8]. Et Psalmista dicit : *Castra metabitur angelus Domini in circuitu timentium* **273** *ipsum*[6] : et : *Angelus qui liberavit me a juventute mea*[7]; et quæcunque ejusdem generis sunt. Quod autem rursus sint angeli quidam qui gentibus integris præpositi sunt, docet nos per canticum Moses, dum ait : *Quando dividebat Altissimus gentes, quando dispersit filios Adam, constituit terminos gentium juxta numerum angelorum suorum*[8]. Et sapiens Daniel in visione angeli audivit ipsum dicentem : *Princeps regni Persarum stetit ex adverso mihi : et ecce Michael unus de principibus primis venit, mihi auxiliaturus : et ipsum reliqui illic cum principe rege Persarum*[9]. Et paulo post ille ipse ait : *Et princeps Græcorum veniebat*[10]. Sed et copiarum Domini imB perator ac dux dicitur, is, qui Jesu Nave ad Jordanem manifestatus est[11]. Et rursus legiones quædam angelorum dicuntur, Domino discipulis dicente : *An putatis quod non possum rogare Patrem meum, et exhibebit mihi hic plus quam duodecim legiones angelorum*[12]? Qui igitur dux est exercitus eorum angelorum qui in legionibus recensentur, ille profecto princeps est.

2. Πρὸς τί οὖν ὁ λόγος ἡμῖν φέρει; Ὅτι οὐ πάντως, εἴ τι τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι δεύτερόν ἐστι καὶ τρίτον, τοῦτο καὶ τὴν φύσιν ἑτέραν ἔχει. Ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν ἀγγέλων ὁ μέν τις αὐτῶν ἄρχων, ὁ δὲ ὑπήκοος, ἄγγελοι δὲ ὅμως τῇ φύσει πάντες· καὶ κατὰ μὲν τὸ ἀξίωμα ἡ διαφορὰ, κατὰ δὲ τὴν φύσιν ἡ κοινωνία (καὶ γὰρ *Ἀστὴρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ*· φύσις δὲ πάντων ἀστέρων μία· καὶ πολλαὶ μοναὶ παρὰ τῷ Πατρὶ, τουτέστιν, ἀξιωμάτων διαφοραί· φύσις δὲ ὁμοία τῶν δοξαζομένων)· οὕτω δηλονότι καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ καὶ ἀξιώματι καὶ τάξει (90) ὑποβέβηκεν, ὡς λέγουσι (παρειλήφαμεν γὰρ αὐτὸ, φησὶ, τρίτον ἀπὸ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἀριθμούμενον· αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἐν τῇ παραδόσει τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος παραδεδωκότος τὴν τάξιν ἐν οἷς εἶπε· *Πορευθέντες, βαπτίζετε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος*)· ἀλλ' εἰς φύ-

2. Quorsum igitur hæc oratio? Quod non continuo, si quid ordine ac dignitate secundum est, aut tertium, id et naturam alteram habet. Quemadmodum enim inter angelos princeps alius est, alius subditus, et tamen natura angeli sunt omnes : et in C dignitate quidem diversitas est, in natura vero communitas (siquidem *Stella a stella differt in gloria*[13], natura vero stellarum omnium una est; atque multæ mansiones sunt apud Patrem[14], hoc est, dignitatum diversitates, glorificatorum vero natura una) : sic profecto et Spiritus sanctus, etsi dignitate inferior est atque ordine, ut aiunt (accepimus enim ipsum, inquit, tertium a Patre et Filio numeratum; cum Dominus ipse in traditione salutaris baptismatis tradiderit ordinem, his verbis : *Euntes baptizate in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*[15]); at in quamdam naturam tertiam a Filio et Patre eje-

[8] Matth. XVIII, 10. [6] Psal. XXXIII, 8. [7] Gen. XLVIII, 16. [8] Deut. XXXII, 8. [9] Dan. X, 13. [10] ibid. 20. [11] Josue V, 14. [12] Matth. XXVI, 53. [13] I Cor. XV, 41. [14] Joan. XIV, 2. [15] Matth. XXVIII, 19.

(86) Codices non pauci ὁ ῥυόμενός.

(87) Editi καὶ ἄρχων. At mss. multi καὶ ὁ ἄρχων. Mox mss. duo ἄρχοντος Περσῶν.

(88) Sic Reg. secundus et sextus. Vocula τις inepte bis legebatur in vulgatis.

(89) Editio Paris. ἢ δοκεῖς. Editio Ven. et septem nostri mss. ἢ δοκεῖτε.

(90) Antiqui quatuor libri ἀξιώματι ὑποβέβηκε καὶ τάξει, alio ordine. Quod sequitur, ὡς λέγουσι, de eo quoque inter se dissidebant Græci et Latini, ut videre est in concilio Florentino, pag. 341. Legas velim sessiones 19, 20, 21, 22, 23, aut certe paginas 340 et 341, ex quibus quid differrent utrique libri Græcorum et Latinorum disci potest. Hæ voces, ὡς λέγουσι, ut ad propositum me referam, reperiebantur in libro Græcorum; hodieque leguntur in Regiis tertio, quarto et quinto et in Colb. perinde atque in editionibus Veneta et Parisiensi : D aberant vero a libro Latinorum, quemadmodum nunc absunt a Reg. secundo. Eædem voces, ὡς λέγουσι, *ut aiunt*, inveniuntur quidem in Reg. sexto : sed solum secunda manu. Vocula ὡς in Reg. primo deest : sed verbum λέγουσι eo in codice legitur. Suspicari fortasse possit quispiam Combefisium lectionem libri Græcorum secutum esse. Postquam enim illa, Παρειλήφαμεν γάρ, etc., sic interpretatus est, *accepimus enim eum tertium*, hæc ad ejus loci sensum declarandum subjungit : *Dato hoc Basilius Eunomio, negat illatum, non esse ejusdem ac Pater naturæ.* Non enim si quid damus, sequitur ut id etiam concedamus, aut confiteamur. Basilius ergo hoc dare potuisset Eunomianis, tertium esse Spiritum, et tamen id non concedere, nec confiteri. Utut hæc sunt, non aliter Græci quam Combefisius hunc locum intellexere.

Digitized by Google

ctum eum fuisse nusquam didicimus. Nam cum res duæ dicantur, deitas et creatura, dominium et servitus, potentia sanctificans, et quæ sanctificatur, potentia possidens suapte natura virtutem, et quæ eam ex arbitrio comparat; qua in parte Spiritum locabimus? Inter eos qui sanctificantur? at ipse est sanctificatio. An inter eos qui præclaris ac egregiis facinoribus virtutem adepti sunt? at bonus natura est. An inter eos qui ministrant? at alii sunt spiritus ministratorii, qui ad ministerium mittuntur [16]. Non ergo principalem natura Spiritum, fas est nobis conservum dicere, neque una cum creaturis numerare eum, qui in divina et beata Trinitate pariter **274** numeratur. Principatus enim et potestates, ac reliquæ ejusmodi creaturæ, quæ ex attentione ac studio sanctificationem habent, dici natura sanctæ jure non possunt. Ita enim bonum appetunt, ut pro ratione amoris in Deum sui, sanctitatis mensuram accipiant. Et sicuti ferrum in medio igne positum, ferrum quidem esse non desinit, sed ob vehementissimam cum igne conjunctionem ignitum factum, omnemque ignis naturam in se ipsum recipiens, tum colore, tum efficacia in ignem transit: sic et sanctæ potestates ex communicatione quam habent cum eo qui natura sanctus est, ejusmodi sanctimoniam habent quæ jam pervaserit per totam earum substantiam, in eaque coaluerit. Ipsæ autem in eo a sancto Spiritu differunt, quod hujus natura sanctitas est: illis vero ex participatione inest sanctimonia. Quibus autem inest bonum instauratitium et aliunde collatum, ea sunt mutabilis naturæ. Non enim excidisset Lucifer, qui mane oritur [17], nec esset in terra contritus, si deterioris conditionis recipiendæ non fuisset capax natura. Quomodo igitur pium est inter creaturas Spiritum collocare, qui intervallo tanto a creaturis separatus est? Creatura enim ita comparata est, ut si progressum aliquem fecerit, placueritque Deo, pro mercede sanctificationem accipiat, quandoquidem libero utitur arbitrio, potestque in utramque partem inclinari, ad boni ac mali electionem; Spiritus autem sanctus fons est sanctificationis. Et quemadmodum natura sanctus est Pater, natura itidem sanctus est Filius: ita quoque Spiritus ille veritatis natura sanctus est; ob idque donatus est etiam sancti appellatione, eaque peculiari ac propria.

3. Itaque, si sanctitas ei natura est, sicuti Patri et Filio, quomodo tertiæ ac alienæ naturæ est? Ob

A σιν τινὰ τρίτην ἀπὸ Υἱοῦ καὶ Πατρὸς ἐκβαλλόμενον, οὐδαμοῦ μεμαθήκαμεν. Δύο γὰρ λεγομένων πραγμάτων, θεότητός τε καὶ (91) κτίσεως, καὶ δεσποτείας καὶ δουλείας, καὶ ἁγιαστικῆς δυνάμεως, καὶ τῆς ἁγιαζομένης, τῆς τε ἐκ φύσεως ἐχούσης τὴν ἀρετὴν καὶ τῆς ἐκ προαιρέσεως κατορθούσης, ἐν ποίᾳ μερίδι τὸ Πνεῦμα τάξομεν; Ἐν τοῖς ἁγιαζομένοις; ἀλλ' αὐτό ἐστιν ἁγιασμός. Ἀλλ' ἐν τοῖς ἐξ ἀνδραγαθημάτων τὴν ἀρετὴν κτωμένοις; ἀλλὰ φύσει ἐστὶν ἀγαθόν. Ἀλλ' ἐν τοῖς λειτουργικοῖς; ἀλλ' ἕτερά εἰσι λειτουργικὰ πνεύματα πρὸς διακονίαν ἀποστελλόμενα. Οὐ τοίνυν ὁμόδουλον ἡμῖν λέγειν αὐτὸ θεμιτὸν, τὸ ἡγεμονικὸν τῇ φύσει, οὔτε τῇ κτίσει συναριθμεῖν, τὸ τῇ θείᾳ καὶ μακαρίᾳ Τριάδι συναριθμούμενον (92). Ἀρχαὶ μὲν γὰρ, καὶ ἐξουσίαι, καὶ πᾶσα ἡ τοιαύτη κτίσις, ἐκ προσοχῆς καὶ ἐπιμελείας τὸν ἁγιασμὸν ἔχουσαι, οὐκ ἂν εἰκότως φύσει ἅγιαι εἶναι λέγοιντο. Ἐπορεγόμεναι γὰρ τοῦ καλοῦ, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἀγάπης, καὶ τοῦ μέτρου τῆς ἁγιωσύνης μεταλαμβάνουσι. Καὶ ὥσπερ ὁ σίδηρος, ἐν μέπῳ τῷ πυρὶ κείμενος, τὸ μὲν σίδηρος εἶναι οὐκ ἀποβέβληκε, τῇ δὲ σφοδροτάτῃ πρὸς τὸ πῦρ ὁμιλίᾳ ἐκπυρακτωθεὶς, καὶ πᾶσαν εἰς ἑαυτὸν τὴν τοῦ πυρὸς φύσιν ὑποδεξάμενος, καὶ χρώματι καὶ ἐνεργίᾳ πρὸς τὸ πῦρ μεταβέβηκεν· οὕτω καὶ αἱ ἅγιαι δυνάμεις ἐκ τῆς πρὸς τὸ φύσει ἅγιον κοινωνίας δι' ὅλης τῆς ἑαυτῶν ὑποστάσεως κεχωρηκότα ἤδη καὶ συμπεφυσιωμένον τὸν ἁγιασμὸν ἔχουσι. Διαφορὰ δὲ αὐταῖς πρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον αὕτη, ὅτι τῷ μὲν φύσις ἡ ἁγιωσύνη, ταῖς δὲ ἐκ μετουσίας ὑπάρχει τὸ ἁγιάζεσθαι. Οἷς δὲ ἐπισκευαστὸν καὶ ἐτέρωθεν ἐπιδεδομένον ὑπάρχει τὸ ἀγαθὸν, τῆς μεταπτωτῆς εἰσι φύσεως. Οὐ γὰρ ἂν ἐξέπεσεν ὁ Ἑωσφόρος ὁ πρωΐ (93) ἀνατέλλων, οὔτε συνετρίβη ἐπὶ τῆς γῆς, εἰ φύσει ὑπῆρχε τοῦ χείρονος ἀνεπίδεκτος. Πῶς οὖν εὐσεβὲς τῇ κτίσει αὐτὸ συντάττειν, τοσούτῳ μέτρῳ διωρισμένον τῆς κτίσεως; Ἡ μὲν γὰρ κτίσις πέφυκεν ἄθλον προκοπῆς καὶ τῆς πρὸς Θεὸν εὐαρεστήτεως τὸν ἁγιασμὸν ἔχουσα, φύσει δὲ (94) χρωμένη αὐτεξουσίῳ, καὶ μεταῤῥέπειν ἐφ' ἑκάτερα δυναμένη, πρὸς ἐκλογὴν τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ χείρονος· τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον πηγὴ ἁγιασμοῦ. Καὶ ὥσπερ φύσει ἅγιος ὁ Πατὴρ, καὶ φύσει ἅγιος ὁ Υἱὸς, οὕτω φύσει ἅγιον καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ τῆς ἀληθείας· διὸ καὶ ἐξαιρέτου καὶ ἰδιαζούσης τῆς τοῦ ἁγίου προσηγορίας ἠξίωται.

3. Εἰ οὖν φύσις αὐτῷ ὁ ἁγιασμός ἐστιν, ὥσπερ Πατρὶ καὶ Υἱῷ, πῶς τρίτης (95) ἐστὶ καὶ ἀλλοτρίας

[16] Hebr. I, 14. [17] Isa. XIV, 12.

(91) Antiqui tres libri θεότητός τε καί. Vocula τε deest in vulgatis.

(92) Codices duo ἐναριθμούμενον.

(93) Regii secundus et quartus ὁ πρωΐ.

(94) Editi φύσει τε. Antiqui tres libri φύσει δέ. Ibidem Reg. tertius καὶ μετᾶραι τὴν ἐφ' ἑκάτερα, corrupte.

(95) Editiones Ven. et Basil. cum Regiis quarto et quinto πῶς τρίτον, *quomodo tertius est*. Reg. tertius habet quoque πῶς τρίτου, sed secunda manu, licet antiqua. Codex vero Colb. et alii tres mss. Regii cum editione Paris. πῶς τρίτης, *quomodo tertiæ*, etc. Persuasissimum est mihi, eos quos Græci et Latini in concilio Florentino proferebant libros, uno inter se consensu habuisse, πῶς τρίτης, *quomodo tertiæ*. Etenim si in his libris scriptum fuisset πῶς τρίτον, *quomodo tertius est*, dubium non est quin Marcus Ephesinus suam inde opinionem confirmasset.

Digitized by Google

φύσεως ; Διὰ τοῦτο γὰρ, οἶμαι, καὶ παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ A τὰ Σεραφὶμ τρίτον ἐκβοῶντα τὸ *ἅγιος* ἀναγέγραπται, ὅτι ἐν τρισὶ ταῖς ὑποστάσεσιν ὁ κατὰ φύσιν ἁγιασμὸς θεωρεῖται. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον αὐτῷ κοινὸν πρὸς Πατέρα καὶ Υἱὸν τὸ τῆς ἁγιωσύνης ὄνομα, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ τοῦ πνεύματος προσηγορία. *Πνεῦμα* γὰρ *ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν.* Καὶ ὁ προφήτης φησί· *Πνεῦμα πρὸ προσώπου* (96) *ἡμῶν Χριστὸς Κύριος, οὗ εἴπαμεν· Ἐν τῇ σκιᾷ τῶν πτερύγων αὐτοῦ ζησόμεθα.* Καὶ ὁ Ἀπόστολος τὴν τοῦ πνεύματος προσηγορίαν ἐπὶ τὸν Κύριον ἀναφέρει λέγων· *Ὁ δὲ Κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν.* Ἐκ δὲ τούτων παντὶ δῆλον, ὅτι οὐχὶ ἀλλοτρίωσιν (97) τῆς φύσεως, ἀλλ' οἰκείωσιν πρὸς τὸν Πατέρα καὶ Υἱὸν ἡ κοινωνία τῶν ὀνομάτων παρίστησι. Καὶ ἀγαθὸς ὁ Θεὸς εἴρηται, B καὶ ἔστιν· ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἐπισκευαστὴν ἔχον τὴν ἀγαθότητα, ἀλλ' ἐκ φύσεως αὐτῷ συνυπάρχουσαν. Ἡ πάντων ἂν εἴη ἀλογώτατον τὸ φύσει ἅγιον μὴ φύσει λέγειν τὴν ἀγαθότητα ἔχειν, ἀλλ' ἐπιγεννηματικὴν (98) καὶ ἔξωθεν προσγεγενημένην αὐτῷ. Ἐν ᾧ δὲ εἶπεν ὁ Κύριος ὅτι, *Ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον δώσει ὑμῖν*, καὶ αὐτὸς εἶναι Παράκλητος ἡμῶν ἐνδείκνυται. Ὥστε καὶ ἡ τοῦ παρακλήτου προσηγορία οὐ μικρὸν πρὸς ἀπόδειξιν (99) τῆς δόξης τοῦ ἁγίου Πνεύματος συντελεῖ.

4. Καὶ τὰ μὲν ὀνόματα τοιαῦτα τοῦ μεγαλείου τῆς φύσεως ἐνδεικτικά· αἱ δὲ ἐνέργειαι τοῦ ἁγίου Πνεύματος (1) οἷαι ; *Τῷ λόγῳ τοῦ Κυρίου*, φησὶν, *οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν.* Ὡς τοίνυν ὁ Θεὸς Λόγος δημιουργός ἐστι τῶν οὐρανῶν, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ στερεὸν καὶ πάγιον τῆς ἀρετῆς (2) παρέχεται ταῖς οὐρανίαις δυνάμεσι. Καὶ πάλιν ὁ Ἰώβ· *Πνεῦμα Κυρίου τὸ ποιῆσάν με*· οὐκ ἐπὶ τῆς δημιουργίας, ὡς οἶμαι, ἀλλ' ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν ἀνθρωπείαν ἀρετὴν τελειώσεως λέγων. Ὁ δὲ Ἡσαΐας ἐκ προσώπου Κυρίου διαλεγόμενος, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον αὐτοῦ δηλονότι, *Κύριος ἀπέσταλκέ με*, φησὶ, *καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ.* Καὶ πάλιν ὁ ψαλμὸς, δι' ὅλων κεχωρηκέναι δύναμιν τοῦ Πνεύματος παριστὰς, *Ποῦ πορευθῶ*, φησὶ, *καὶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω;* Αἱ δὲ εἰς ἡμᾶς ἀπ' αὐτοῦ φθάνουσαι εὐεργεσίαι ὁποῖαί τινές εἰσι καὶ ἡλίκαι ; Ὥσπερ αὐτὸς ὁ Κύριος D

A id enim, opinor, et apud Isaiam etiam scriptum est Seraphim ter *sanctus* exclamare [18], quod naturalis sanctitas tribus in hypostasibus perspicitur. Nec vero hoc sanctitatis nomen ei solum commune est cum Patre et Filio, sed ipsa est etiam spiritus appellatio. *Deus* enim *est spiritus; et eos qui ipsum adorant, in spiritu et veritate adorare oportet* [19]. Et propheta ait : *Spiritus ante faciem nostram Christus Dominus, ubi diximus : In umbra alarum ipsius vivemus* [20]. Quin et Apostolus appellationem spiritus in Dominum transfert, cum dicit : *Dominus autem spiritus est* [21]. Ex his autem cuilibet compertum est ac perspectum, non naturæ alienationem, sed conjunctionem cum Patre et Filio per nominum communicationem commonstrari. Et Deus dictus est B bonus, et est : bonus autem est et Spiritus sanctus, bonitatem habens non adventitiam, sed natura sibi innatam. Alioqui fuerit omnium absurdissimum, si quis dicat eum **275** qui natura sanctus est, bonitatem natura non habere, sed quamdam deinceps supervenientem, eique forinsecus accedentem. Quin etiam cum Dominus dixit : *Ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis* [22], et ipse Paracletus noster esse ostenditur. Quare paracleti quoque appellatio non parum ad demonstrandam Spiritus sancti majestatem confert.

4. Et nomina quidem quæ majestatem naturæ indicant, sunt ejusmodi : operationes vero Spiritus sancti quales? *Verbo Domini*, inquit, *cœli firmati* C *sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum* [23]. Ut igitur Deus Verbum creator est cœlorum, ita et Spiritus sanctus stabilem ac firmam virtutem potestatibus cœlestibus impertit. Et rursus Job : *Spiritus Domini, qui fecit me* [24] : non de creatione, ut arbitror, sed de humanæ virtutis perfectione disserens. Quin etiam loquens Isaias ex Domini persona, videlicet secundum ejus humanitatem : *Dominus*, inquit, *misit me, et Spiritus ejus* [25]. Et rursum Spiritus virtutem universa pervasisse declarans psalmus : *Quo ibo*, inquit, *a Spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam* [26]? Beneficentiæ autem quæ ab eo ad nos deveniunt, quales sunt et quantæ? Sicut Dominus ipse iis qui ipsum suscepere, istuc dedit ut liceret filios Dei fieri [27], sic et Spiritus sanctus D Spiritus est adoptionis [28]. Et quemadmodum Domi-

[18] Isa. VI, 3. [19] Joan. IV, 24. [20] Thren. IV, 20. [21] II Cor. III, 17. [22] Joan. XIV, 16. [23] Psa.. XXXII, 6. [24] Job XXXIII, 4. [25] Isa. XLVIII, 16. [26] Psal. CXXXVIII, 7. [27] Joan. I, 12. [28] Rom. VIII, 15.

(96) Regii secundus, tertius et quintus, et Colb. cum editione Ven. πρὸ προσώπου, et ita legit interpres, olimque legerat Ambrosius sermone 15, ut notat Combefisius. Vocula πρό in aliis quibusdam mss. et in editione Paris. deest. Ibidem editio Paris. ὁ Κύριος. At in mss. articulus non legitur. Sic apud LXX editus est hic locus : Πνεῦμα προσώπου ἡμῶν Χριστὸς Κύριος, οὗ εἴπαμεν· Ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ζησόμεθα. *Spiritus faciei nostræ Christus Dominus, de quo diximus : In umbra ejus vivemus.* Hunc locum in suis notis illustrat vir eruditissimus Ducæus.

(97) Editi οὐκ ἀλλοτρίωσιν. At mss. οὐχί.

(98) Codices nonnulli ἐπιγενηματικήν, per unicum v. Ibidem editi et Colb. προσγεγεννημένην. Alii tres mss. προσγεγενημένην.

(99) Editi εἰς ἀπόδειξιν. At mss. antiquiores πρὸς ἀπόδειξιν.

(1) Editi ἐνέργειαι τοῦ Πνεύματος. Veteres libri ut in contextu. Hoc ipso in loco mss. nonnulli τοῦ Κυρίου. Deerat articulus in impressis libris.

(2) Illud, *τῆς ἀρετῆς*, additum est ex tribus Regiis codicibus.

Digitized by Google

aus noster magister verus est, juxta id quod dictum est : *Vos autem nolite vocare magistrum vestrum in terra; unus enim magister vester est Christus* [29] ; sic et Spiritum sanctum omnes, quotquot in nomine Domini crediderint, docere testatus est Dominus ipse, cum dixit : *Paracletus autem Spiritus sanctus quem Pater mittet, ille vos docebit omnia* [30]. Et sicut Pater operationes in eos qui operationibus suscipiendis digni sunt, dicitur dividere, itemque dividere Filius administrationes in dignitatibus ministerii : sic dividere etiam dona in eos qui donis excipiendis digni sunt, perhibetur Spiritus sanctus. *Divisiones enim donorum sunt, sed idem Spiritus : et divisiones ministeriorum sunt, sed idem Dominus : et divisiones operationum sunt, sed idem est Deus, efficiens omnia in omnibus* [31]. Vides quomodo hic quoque Spiritus sancti operatio operationi Patris ac Filii conjuncta sit? Deinde ex eo etiam quod sequitur, divinitas naturæ sancti Spiritus amplius declaratur. Quid enim ait? *Sed omnia hæc efficit unus et idem Spiritus, dividens privatim unicuique, sicuti vult* [32]. Nihil aliud ei ascribit, nisi auctoritati ac dominio adjunctam potestatem. Quapropter in Novo Testamento prophetæ clamarunt : *Hæc dicit* **276** *Spiritus sanctus* [33]. Unde autem scrutatio profunditatum Dei adest Spiritui? *Quemadmodum*, inquit, *nemo hominum novit ea quæ hominis sunt, nisi spiritus hominis qui est in eo : sic et ea quæ sunt Dei, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei* [34]. Ut enim nullus alienus aut peregrinus internas animæ cogitationes potest inspicere : sic profecto si arcani aliquid cum Deo commune habet Spiritus, cum ab eo neque alienus sit, neque peregrinus, profunda judiciorum Dei perscrutari potest. Præterea et vita nobis a Deo per Christum in sancto Spiritu suppeditatur. Vivificat enim Deus, ut ait Paulus : *Præcipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia* [35]. Vitam autem largitur Christus : *Oves enim meæ*, inquit, *vocem meam audiunt, et ego vitam æternam do illis* [36]. Vivificamur itidem per Spiritum, quemadmodum ait Paulus : *Qui excitavit*

A ἔδωκεν ἐξουσίαν τοῖς δεξαμένοις αὐτὸν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα ἅγιον Πνεῦμα υἱοθεσίας ἐστί. Καὶ ὥσπερ διδάσκαλός ἐστιν (3) ἀληθινὸς ὁ Κύριος ἡμῶν κατὰ τὸ εἰρημένον · *Ὑμεῖς δὲ μὴ καλέσητε διδάσκαλον ὑμῶν ἐπὶ τῆς γῆς · εἷς γὰρ καθηγητὴς ὑμῶν ἐστιν ὁ Χριστός* · οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διδάσκειν πάντας τοὺς (4) εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου πεπιστευκότας, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου μεμαρτύρηται, εἰπόντος · *Ὁ δὲ Παράκλητος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὃ πέμψει ὁ Πατὴρ* (5), *ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει πάντα.* Καὶ ὥσπερ διαιρεῖν τὰ ἐνεργήματα εἰς τοὺς ἀξίους τῆς ὑποδοχῆς τῶν ἐνεργημάτων ὁ Πατὴρ λέγεται, καὶ διαιρεῖν τὰς διακονίας ὁ Υἱὸς ἐν τοῖς τῆς διακονίας ἀξιώμασιν · οὕτω διαιρεῖν καὶ τὰ χαρίσματα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰς

(20) Editi ὀρθοτέρως ἀναχρούσειεν ὁ, etc., *rectius hæc repulerit, qui sententias divinas considerat.* Codex Colb. et Regii duo ὀρθοτέρως ἂν ἀκούσειεν ὁ, quod melius videtur et verius.

(21) Alii Codices, ut fit, ἀγένητος, alii ἀγέννητος, et ita in vulgatis legitur.

(22) Editi δάκτυλος. At mss. δακτύλιος.

(23) Codex Colb. τὸ τοιοῦτον γεγένηται. Editi τὸ τοιοῦτο γένηται.

(24) Sic mss. nostri. Vocula καὶ ab editis aberat.

(25) Editi τὸ πῶς. At mss. sex τοῦ πῶς. Reg. quintus τοῦτο πῶς. Statim editi et quinque mss. Τὸ δὲ τοῦ πῶς. Alii duo, Τὸ δὲ πῶς εἶναί τι.

(26) Antiqui tres libri et editi πολὺ μᾶλλον ἀλλήλων τυγχάνει· quam falsam scripturam ob oculos habens interpres, sic vertit, *multo magis mutuo se contingunt:* quo quid possit dici alienius, non video. Codex Colb. et alii duo Regii πολὺ μᾶλλον ἄδηλον τυγχάνει, *multo magis latet, multo minus compertum est*, optime.

(27) Editi ὅπου τά. Antiqui duo libri ὅπου γε τά. Haud longe Reg. secundus ὀφθαλμὸς οὐκ οἶδεν, non recte.

(28) Editi τῶν εὐσεβῶν. At mss. tres εὐσεβῶς.

Digitized by Google

2. Quin etiam verba multa dicuntur, at unum est Dei Verbum æternum, quod et Deus in Evangelio prædicatur, per quod facta sunt omnia [9]. Et filii Dei dicuntur multi in Scriptura secundum illud : *Filios genui et exaltavi* [1]; et rursus : *Filius meus primogenitus Israel* [2]. Attamen adoptione atque charactere quodam a vero Deo adoptati, filii adoptivi non sunt veri. Nam a natura et veritate res proficiscuntur. Quod si is qui natura essentialiter ex ipso genitus est, filius non est secundum istorum reprobationem, qui dissimilem substantiam dicunt, ubi qui adoptione filii sunt invenientur? Sed ea quæ humano more dicuntur, imperitissimi illi impie deitati ascribunt; dumque Scripturas quæ multis variisque modis exponuntur, sensu unico accipiunt, labuntur, quod duci se recte non sinant. *Rectæ namque sunt viæ Domini, et justi in eis ambulabunt : impii vero in viis planis offendunt* [3]. Et quod mirum est, ex quibus utilitatem capiunt qui fide sani sunt, ea iis nocent, qui, ut dixit Apostolus [4], circa quæstiones inutilesque disputationum pugnas infirmantur. Malam autem ac curiosam de Deo quæstionem morbum animæ esse nemini non perspectum est, et maxime si id fiat animo incredulo. Etenim si Deo ipsi sanctissimo, cum ea quæ ad se spectant, narrat, non credunt; quomodo ipsius prophetas aut apostolos auscultabunt, cum in divinis Scripturis de ipso, deque hominibus in eo spem posituris loquuntur? *Nam qui ad Deum accedit, hunc credere oportet Deum esse* [5]. Credere, inquit, non incredula curiositate indagare quod est, ne dicam quod non est. Quod enim est, erat, et est, et erit semper; atque largitur omnibus ut sint, tanquam qui natura sit Deus. Cur igitur incredulus es, o homo? Non credis quod proprium habeat Filium Deus, et quæris quomodo genuerit Deus? Quod si insuper de Deo interroges *quomodo*, plane ubi quoque tanquam in loco, et quando tanquam in tempore simul interrogaveris. Sed si absurdum est de Deo aliquid tale inquirere, absurdius utique fuerit non 314 credere. Necdum forte te in incredulitate versari pudet. Quæris enim non ut fidem, sed ut infidelitatem invenias. Hoc verum est secundum id quod scriptum est : *In malignam animam non introïbit sapientia* [6]. *Credidit autem Abraham Deo, et reputatum est ei ad justitiam, ac Dei amicus appellatus est* [7]. Amicus Dei beatus Abraham et dictus est, et est. Amicus

2. Ἀλλὰ μὴν οὖν καὶ λόγοι πολλοὶ προσαγορεύονται, εἷς δὲ ὁ τοῦ Θεοῦ ἄϊδιος, ὁ καὶ Θεὸς ἐν Εὐαγγελίῳ κηρυσσόμενος, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. Καὶ υἱοὶ Θεοῦ λέγονται πολλοὶ ἐν τῇ Γραφῇ, κατὰ τὸ, *Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα* · καὶ πάλιν · *Υἱὸς πρωτότοκός μου Ἰσραήλ*. Θέσει μέντοι καὶ χαρακτῆρί τινι υἱοθετούμενοι ἀπὸ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ, υἱοὶ θετοὶ (29) καὶ μὴ ἀληθινοί. Ἀπὸ γὰρ φύσεως καὶ ἀληθείας ὁρμᾶται τὰ πράγματα. Εἰ δὲ ὁ φύσει οὐσιωδῶς ἐξ αὐτοῦ γεννηθεὶς οὐκ ἔστι κατὰ τὴν τῶν ἀνομοιουσιαστῶν ἀθέτησιν, ποῦ οἱ θέσει εὑρεθήσονται; Ἀλλὰ τὰ ἀνθρωπολογούμενα οἱ ἀμαθέστατοι τῇ θεότητι ἀσεβῶς προσάπτουσι, καὶ τὰς πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως ῥηθείσας Γραφὰς μονομερῶς ἐκλαμβάνοντες πίπτουσιν, ὁδηγεῖσθαι καλῶς οὐκ ἀνεχόμενοι. *Εὐθεῖαι γὰρ αἱ ὁδοὶ τοῦ Κυρίου, καὶ δίκαιοι πορεύσονται ἐν αὐταῖς · οἱ δὲ ἀσεβεῖς ἐν ταῖς εὐθείαις προσκόπτουσι*. Καὶ τὸ θαῦμα, ἀφ' ὧν ὠφελοῦνται οἱ τῇ πίστει ὑγιαίνοντες, ἀπὸ τούτων βλάπτονται οἱ νοσοῦντες περὶ ζητήσεις καὶ λογομαχίας ἀργὰς, ὡς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος. Ὅτι δὲ ψυχῆς νόσημά ἐστι τὸ κακῶς καὶ περιέργως ζητεῖν περὶ Θεοῦ, καὶ μάλιστα μετὰ ἀπιστίας, πᾶσι φανερόν (30). Εἰ γὰρ αὐτῷ τῷ παναγίῳ Θεῷ τὰ περὶ αὐτοῦ ἀπιστοῦσι · πῶς τῶν προφητῶν αὐτοῦ (31) ἢ ἀποστόλων ἀκούσωσι, λεγόντων ἐν θείαις Γραφαῖς τὰ περὶ αὐτοῦ καὶ τῶν εἰς αὐτὸν μελλόντων ἐλπίζειν; *Πιστεῦσαι γὰρ δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ Θεῷ, ὅτι ἔστι*. Πιστεῦσαι · μὴ γὰρ ἀπίστως περιεργάζεσθαι ὅ τί ἐστιν · μὴ γὰρ ὅ τι οὐκ ἔστιν. Ὃ γάρ ἐστιν, ἦν, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται ἀεί · καὶ τοῖς πᾶσι τὸ εἶναι δωρεῖται, ὡς φύσει ὢν Θεός. Τί οὖν ἀπιστεῖς, ὦ ἄνθρωπε; Ἀπιστεῖς, ὅτι ἴδιον ἔχει Υἱὸν ὁ Θεὸς, καὶ ζητεῖς πῶς ἐγέννησε Θεός; Εἰ δὲ τὸ πῶς ἐπὶ Θεοῦ (32) ἐπερωτᾷς, πάντως καὶ τὸ ποῦ, ὡς ἐν τόπῳ, καὶ πότε, ὡς ἐν χρόνῳ συνεπερωτήσειας. Εἰ δὲ ἄτοπον ἐπὶ Θεοῦ τὸ τοιοῦτον ἐπερωτᾷν, ἀτοπώτερον ἂν εἴη τὸ μὴ πιστεύειν. Τάχα οὕπω ἐρυθριᾷς ἐν ἀπιστίᾳ ὑπάρχων. Ζητεῖς γὰρ ἵνα εὕρῃς οὐ πίστιν, ἀλλ' ἀπιστίαν. Τοῦτο ἀληθὲς κατὰ τὸ γεγραμμένον · *Εἰς κακότεχνον* (33) *ψυχὴν οὐκ εἰσελεύσεται σοφία. Ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, καὶ φίλος Θεοῦ ἐκλήθη*. Φίλος Θεοῦ ὁ μακάριος Ἀβραὰμ καὶ εἴρηται, καὶ ἔστι. Φίλος διὰ πίστιν, φίλος δι' ὑπακοήν Θεοῦ · σὺ δὲ ἐχθρὸς διὰ ἀπιστίαν καὶ παρακοὴν Θεοῦ. Ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, ἐπίστευσέν ὡς αὐτὸς, καὶ οὐκ ἠπίστησεν ὡς ὑμεῖς. Διὰ τοῦτο αὐτὸς

[9] Joan. I, 3. [1] Isa. I, 2. [2] Exod. IV, 22. [3] Ose. XIV, 10. [4] 1 Tim. VI, 4. [5] Hebr. XI, 6. [6] Sap. I, 4. [7] Jac. II, 23.

(29) In editis et in aliquibus mss. corrupte legitur, Θεοῦ οἱ θετοί · at in Colb. et in aliis duobus Regiis emendate scriptum invenimus Θεοῦ, υἱοὶ θετοί.

(30) Editi et duo mss. ὅτι ψυχῆς ... περὶ Θεοῦ, καὶ μάλιστα μὲν τὰ μετὰ ἀπιστίας πᾶσι φανερά. Hinc Cornarius : *Animi morbus est, male et curiose quærere de Deo, et maxime quidem ea quæ cum incredulitate omnibus sunt manifesta.* Trapezuntius, cum verba Græca male sonare videret, usque eo sibi indulsit, ut πίστεως pro ἀπιστίας legerit. Ejus hæc est interpretatio : *Sicut Apostolus dixit, morbum esse animæ, male et curiose de Deo quærere, ea maxime quæ cum fide cunctis perspicua sunt.* Codex Colb. et Regii quartus et quintus Ὅτι δὲ ψυχῆς ... περὶ Θεοῦ, καὶ μάλιστα μετὰ ἀπιστίας, πᾶσι φανερόν · quæ scriptura quin vera sit et germana, nemo dubitabit qui hunc locum paulo attentius consideraverit.

(31) Editi, προφητῶν καὶ ἀποστόλων αὐτοῦ. Antiqui duo libri προφητῶν αὐτοῦ ἢ ἀποστόλων. Ibidem aliquot mss. ἀκούσουσι.

(32) Codex Colb. περὶ Θεοῦ.

(33) Editi, Εἰς κακότεχνον γάρ. Voculam γάρ delevimus librorum veterum auctoritate innixi.

Digitized by Google

φίλος, ὑμεῖς δὲ ἐχθροί. *Οἱ ἐχθροὶ Κυρίου ἐψεύσαντο* A *αὐτῷ*, κατὰ τὸ γεγραμμένον· ὅτι τὸν φύσει Υἱὸν Θεοῦ θέσει καὶ χάριτι υἱοποιηθέντα λέγουσι, καὶ τὸν κτίστην κτίσμα, καὶ τὸν ποιητὴν ποίημα, καὶ τὸν ἀεὶ ὄντα ἐν Πατρὶ ποτε μὴ ὄντα, καὶ τὸν ἐξ ὄντος Θεοῦ Υἱὸν (34) λέγοντες ἐκ μὴ ὄντων γεγονέναι. Οὐ μόνον δὲ κατὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Υἱοῦ ψεύδονται θεομαχοῦντες καὶ χριστομαχοῦντες, ἀλλὰ καὶ πνευματομαχοῦντες οὐ παύονται, τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ κυριολογεῖν μὴ βουλόμενοι, σκληρῷ τραχήλῳ καὶ ἀπεριτμήτῳ καρδίᾳ ταῖς θείαις Γραφαῖς ἐναντιούμενοι. Τί δὲ ἐναντιοῦσαι τῇ καλῇ ταύτῃ πίστει καὶ σωζούσῃ ὁμολογίᾳ· Θεὸς, Λόγος, Πνεῦμα· Πατὴρ, Υἱὸς, καὶ Πνεῦμα; Οὐ ξένος ὁ Υἱὸς, οὐδὲ ἀλλότριον τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καὶ Υἱοῦ, οὐ τόποις μεμερισμένα, οὐκ αἰῶσι παραλαμβανόμενα, οὐ διαστήμασι μετρούμενα. B Οὐκ ἐνέλιπεν Υἱός ποτε Πατρὶ, οὐδὲ Υἱῷ Πνεῦμα· ἀλλ' ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος ἡ αὐτὴ Τριὰς ἀεί. Οὐ Πατὴρ ὁ Υἱὸς, ἀλλὰ Πατὴρ Υἱοῦ γεννήτωρ, ὡς νοῦς λόγου πατὴρ, ὡς δύναμις δυνατοῦ, ὡς σοφὸς σοφίαν γεγεννηκώς, ὡς ὑπόστασις (35) ἴδιον χαρακτῆρα. Ὁ δὲ Υἱὸς ἀεὶ Υἱὸς, ὡς μορφὴ Θεοῦ ὑπάρχων ἀεὶ, ὡς εἰκὼν Θεοῦ φυσικὴ ὁ Υἱός.

propter fidem : amicus, quod obedivit Deo; tu vero inimicus, quod incredulus ac inobsequens es Deo. Credidit autem Abraham Deo, credidit ut ipse, nec incredulus fuit ut vos. Propterea ipse amicus, vos vero ideo inimici. *Inimici Domini mentiti sunt ei* [8], ut scriptum est, quod eum qui natura Filius Dei est, adoptione atque gratia filium factum fuisse dicunt, et creatorem creaturam, et factorem facturam, et eum qui semper est in Patre, aliquando non fuisse, et Filium qui est ex Deo qui est, factum ex nihilo fuisse affirmantes. Non solum autem adversus Deum ac Filium mentiuntur, Deo repugnantes et Christo, sed etiam adversus Spiritum pugnare non intermittunt : quippe Dei Spiritum Dominum vocare nolunt, cervice dura et incircumciso corde [9] Scripturis divinis adversantes. Cur autem adversaris bonæ huic fidei, et salvanti confessioni : Deus, Verbum, Spiritus : Pater, Filius, et Spiritus? Non alienus est Filius, neque alienus Spiritus a Deo et Filio : non locis divisi, non sæculis circumscripti, non intervallis dimensi. Non defuit unquam Filius Patri, nec Filio Spiritus : sed immutabilis et inalterabilis est eadem Trinitas semper. Non Pater est Filius, sed Pater Filii genitor : ut mens verbi pater, ut potentia potentis, ut sapiens qui sapientiam genuit, ut hypostasis proprium characterа. Filius autem semper est Filius, ut forma Dei semper exsistens, ut naturalis Dei imago Filius.

3. Ἀλλὰ καὶ τὸ Πνεῦμα εἰκὼν τοῦ Υἱοῦ εἴρηται (36), καὶ δάκτυλος Θεοῦ, καὶ Θεοῦ πνεῦμα, καὶ ῥῆμα καὶ πνεῦμα στόματος, καὶ ἀγαθὸν πνεῦμα, καὶ εὐθὲς, καὶ ἡγεμονικὸν, καὶ πνεῦμα δυνάμεως, καὶ Κύριος καὶ Θεὸς εἴρηται τὸ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα, ὡς καὶ ὁ Λόγος. Εἰ γὰρ μετὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου στερεοῖ τὰς δυνάμεις τῶν οὐρανῶν τὸ Πνεῦμα, πῶς ἀλλότριον; Ὅπερ οἱ λαβόντες ναὸς Θεοῦ εἰσιν, ὃ δὴ καὶ πνεῦμα στόματος Θεοῦ προσαγορεύεται, καὶ τῆς δημιουργίας αἴτιον μετὰ τοῦ Λόγου δείκνυται, τὸ ἐνεργοῦν τὰ πάντα ὡς Θεὸς, καθὼς βούλεται, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος, τὸ τῆς υἱοθεσίας Πνεῦμα, τὸ τῆς ἐλευθερίας αἴτιον, τὸ ὅπου θέλει πνέον θειότητα, ὃ δὴ καὶ πνεῦμα τῆς ἀληθείας ὁ τῶν ὅλων Κύριος σαφῶς ὀνομάζει· τὸ ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐπ' αὐτὸν ἐξ οὐρανοῦ καταβὰν, τὸ ἁγιάζον τὴν Κυριακὴν σάρκα μετὰ τῆς δυνάμεως, τὸ τὴν οἰκουμένην πληροῦν, τὸ παντὶ παρὸν ὡς Θεὸς, καὶ μετὰ Θεοῦ ἀχωρίστως ὂν ἀεί· τὸ γινῶσκον τὰ τοῦ Θεοῦ πάντα, D ὡς τὸ πνεῦμα τὸ ἐν ἡμῖν τὰ ἡμῶν, τὸ ἀνθρώπινον λέγω πνεῦμα τὸ ἐν ἡμῖν. Οὕτω γάρ (37) φησι· *Καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς ἔγνω* (38) *εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα Θεοῦ*. Καὶ πάλιν φησὶν ὁ Σωτήρ· *Οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τίς ἐστιν ὁ Υἱὸς εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, οὐδὲ τὸν Πατέρα τις ἐπιγινώσκει εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, καὶ ᾧ ἂν βούληται*

3. Sed et Spiritus imago dictus est Filii, et digitus Dei, et Dei spiritus, et verbum et spiritus oris, et spiritus bonus, et rectus, et principalis, et spiritus potentiæ, et Dominus et Deus dictus est Dei spiritus, sicut et Verbum. Nam si una cum Deo et Verbo virtutes cœlorum firmat Spiritus, quomodo alienus? Quem qui acceperunt, templum sunt Dei [10]; qui et spiritus oris Dei appellatur [11], et causa ostenditur esse creationis cum Verbo, qui operatur omnia sicut Deus, prout vult, uti ait Apostolus [12]; adoptionis spiritus, libertatis causa; qui ubi vult spirat [13] divinitatem : quem et spiritum veritatis Dominus universorum palam nominat [14] : qui e cœlo in ipsum in columbæ specie descendit, qui sanctificat Dominicam carnem cum potestate, qui orbem terrarum replet : qui omnibus adest ut Deus, et cum Deo semper est inseparabiliter; qui cognoscit quæ Dei sunt omnia, perinde ut spiritus qui in nobis est nostra : spiritum humanum qui in nobis est, dico. Sic enim ait.: *Et quæ Dei sunt nemo novit, nisi Spiritus Dei* [15]. Et rursus Salvator dicit : *Nemo scit quis sit Filius, nisi Pater, nec Patrem quisquam cognoscit, nisi Filius; et cui voluerit Filius revelare* [16]. Hoc illi

[8] Psal. LXXX, 16. [9] Act. VII, 51. [10] I Cor. III, 16. [11] Psal. XXXII, 6. [12] I Cor. XII, 11. [13] Joan. III, 8. [14] Joan. XIV, 17. [15] I Cor. II, 11. [16] Luc. X, 22; Matth. XI, 27.

(34) Reg. quartus ὄντος Θεοῦ ὄντα Υἱόν. Mox editi θεομαχοῦντες. ἀλλά. Veteres quinque libri θεομαχοῦντες καὶ χριστομαχοῦντες, et ita legit interpres.

(35) Editi ὡς ὑπόστασιν. Libri antiqui ὡς ὑπόστασις. Mox editi χαρακτῆρα. Ὁ δὲ Υἱὸς ἀεὶ Υἱός. At nostri septem mss. χαρακτῆρα, ὡς μορφὴ, mutile.

(36) Editi et mss. non pauci εἰκὼν τοῦ Υἱοῦ εἴρηται, *imago Filii*. Codex Colb. et Reg. quintus εἰκὼν τοῦ Θεοῦ εἴρηται, *imago Dei*.

(37) Editi Οὕτω γάρ. Illud γάρ, in mss. deest.

(38) Reg. quartus οὐδεὶς ἔγνωκεν. Aliquanto post hoc ipso in libro legitur τοῦτο ἐκείνῳ ὅμοιον.

Digitized by Google

simile : et illud idem valet quod hoc. *Nobis enim*, inquit, *revelavit Deus per Spiritum suum* [17]. Vide igitur quemadmodum aliquando quidem Pater Filium, aliquando vero Filius Patrem revelet, aliquando **315** autem Spiritus Filium et Patrem similiter. Quare tota deitas tibi manifesta est ; nunc quidem in Patre, nunc vero in Filio et Spiritu fit appellatio. Et tibi quæstionem propheticam solvit aperte Apostolus, nec sinit ut una persona existimetur deitas, propter eas voces quæ id significare putantur. Nam et ipse, etiamsi Filii personam ubique clare prædicet tanquam creatricem, tamen ad Patris personam creationem omnem reduxit. An non ipse est qui dicit : *Unus Deus, Pater, ex quo omnia, et nos in illum ; et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum* [18] ? Et cum similiter hic unum et unum liquido dixerit, atque per Filium fieri omnia testatus sit, unum esse ad Romanos dixit, et per ipsum omnia fieri addidit, non solum ex ipso. Quare indicata in dualitate dualitas, aut etiam trinitas in trinitate, perinde in eodem Apostolo atque in prophetis aperte testificabitur, eos non dualitatem, imo nec Trinitatem tollere, cum unitatem prædicant : sed eos, deitatis cognita unitate, tres in una persona prædicare.

4. Et ab initio quidem in mundi creatione Deum ad Filium et Spiritum locutum fuisse constat, quandoquidem illum Moses induxit quasi magis hominum more colloquentem ac dicentem : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* [19]. Ad quem enim dicit, Faciamus, nisi ad Verbum et unigenitum Filium, *per quem omnia facta sunt* [20], secundum evangelistam, et ad Spiritum, de quo scriptum est, *Spiritus divinus, qui fecit me* [21] ? Quod si non expresse dicit de quibus aut cuibuscum loqueretur, tamen eum non de se solo loqui compertum sit, cum dicit : *Ecce Adam factus est ut unus e nobis* [22]. Et rursum : *Venite, descendentes confundamus eorum linguas* [23], ut etiam simul numerari eos intel-

[17] I Cor. II, 10. [18] I Cor. VIII, 6. [19] Gen. I, 26. [20] Joan. I, 3. [21] Job XXXIII, 4. [22] Gen. III, 22, [23] Gen. XI, 7.

(39) Editi Ὥστε ἡ σύμπασα θεότης δῆλός σοι· ποτὲ μέν... προσηγορίᾳ· ubi notes velim iota subscriptum. Veteres quatuor libri Ὥστε ἡ σύμπασα θεότης δηλώσει... ποτὲ μέν, etc. Alii tres mss. Ὥστε ἡ σύμπασα θεότης ποτὲ μέν, etc. Combefisius legendum putat δηλώσει, *manifestabit*. Sed non animadvertit vir doctissimus, fore, ut verbum δηλώσει casu suo careat. Antiquam igitur receptamque lectionem, quæ omnibus suis numeris absoluta est, retinere malui. Attamen, ut verum fatear, locavi de meo virgulam post vocem σοί, prætereaque vocem προσηγορίᾳ sine iota subscripto edendam curavi. Atque veterem scripturam sic castigatam recipi posse puto. Ex libris manu exaratis, quod in ipsis iota subscriptum notari non solet, lucis nihil mutuari potui.

(40) Veteres aliquot libri Ἰησοῦς Χριστός. Vox Χριστός in editis desiderabatur.

(41) Editi καὶ τὸν δι' οὗ πάντα γίνεται μεμαρτυρηκώς. Veteres quatuor libri καὶ τὸ δι' οὗ πάντα γίνεσθαι μεμαο. Codex Colb. et alii duo Regii καὶ τὸ δι' Υἱοῦ πάντα γίνεσθαι μεμαρτυρηκώς, bene.

(42) Illud, ὅτι μή, etc.. sic verterat interpres vetus, *quod non dualitatem, imo nec Trinitatem tolluni, dum unitatem prædicant*. Sed hæc interpretatio non placuit Combefisio, qui potius sic vertendum putavit : *Palam testimonio erit, num tollere eos dualitatem, quin potius Trinitatem, unitatem prædicare*. At pace viri doctissimi dixerim interpretem veterem verborum Græcorum sententiam non male expressisse. Nemo enim non videt vim verborum in ellipsi positam esse totam, eaque, ut intelligantur, construi hoc modo debere : μᾶλλον δὲ μαρτυρήσει, ὅτι μὴ Τριάδα ἀναιροῦσιν κηρύσσοντες τὴν μονάδα, *atque adeo ne Trinitatem quidem tollere tum, cum unitatem prædicant*.

(43) Editi et aliquot mss. τύπῳ παρέσπειρεν, non recte : at emendate legitur in Regiis primo et quarto τύπῳ παρέστησεν.

(44) In majori parte librorum antiquorum pro λέγει scriptum invenimus δεδήλωκε.

A ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψαι. Τοῦτο ἐκείνου ὅμοιον, κἀκεῖνο τούτου ἰσοδύναμον. Ἡμῖν γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ. Ὅρα τοίγαροῦν πῶς ποτὲ μὲν Πατὴρ Υἱὸν ἀποκαλύπτει, ποτὲ δὲ Υἱὸς Πατέρα, ποτὲ δὲ τὸ Πνεῦμα Υἱὸν καὶ Πατέρα ὡσαύτως. Ὥστε ἡ σύμπασα θεότης δῆλός σοι (39), ποτὲ μὲν ἐν Πατρὶ, ποτὲ δὲ ἐν Υἱῷ καὶ Πνεύματι προσηγορία γίνεται. Καὶ σοὶ λύει τὸ προφητικὸν ζήτημα σαφῶς ὁ Ἀπόστολος, καὶ οὐκ ἐᾷ πρόσωπον ἓν ὑπολαβεῖν τὴν θεότητα διὰ τὰς τοῦτο δηλοῦν νομιζομένας φωνάς. Ἐπεὶ καὶ αὐτὸς, καίτοι τὸ τοῦ Υἱοῦ πρόσωπον σαφῶς πανταχοῦ κηρύττων ὡς δημιουργικὸν, ὅμως εἰς τὸ τοῦ Πατρὸς πρόσωπον ἀνήγαγε τὴν πᾶσαν δημιουργίαν. Ἡ γὰρ οὐκ αὐτός ἐστιν ὁ λέγων· *Εἷς Θεὸς, ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς* (40), *δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ ;* Καὶ ὁμοίως ἐνταῦθα τὸν ἕνα καὶ τὸν ἕνα σαφῶς εἰρηκὼς, καὶ τὸ δι' Υἱοῦ πάντα γίνεσθαι μεμαρτυρηκὼς (41), ἕνα πρὸς Ῥωμαίους εἴρηκε, καὶ τὸ δι' αὐτοῦ γίνεσθαι πάντα προστέθεικεν, οὐ μόνον τὸ ἐξ αὐτοῦ. Ὥστε ἡ δυὰς ἐν δυάδι δεδηλωμένη, ἢ καὶ τριὰς ἐν τριάδι, ὡσαύτως ἐν τῷ αὐτῷ Ἀποστόλῳ σαφῶς μαρτυρήσει καὶ τοῖς προφήταις, ὅτι μὴ (42) τὴν δυάδα ἀναιροῦσι· μᾶλλον δὲ Τριάδα τὴν μονάδα κηρύσσοντες, ἀλλ' ἑνότητα θεότητος εἰδότες, ἐν ἑνὶ προσώπῳ τὰ τρία κηρύσσουσι.

B

C

4. Καὶ ἀπ' ἀρχῆς μὲν κατὰ τὴν κοσμοποιίαν πρὸς τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα διαλεγόμενος δῆλός ἐστιν ὁ Θεὸς, ὡς ἀνθρωπικωτέρῳ τύπῳ παρέστησεν (43) ὁ Μωσῆς διαλεγόμενον αὐτὸν καὶ φάσκοντα· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν.* Τίνι γὰρ λέγει τὸ, Ποιήσωμεν, ἢ τῷ Λόγῳ καὶ μονογενεῖ Υἱῷ, *δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο*, κατὰ τὸν εὐαγγελιστὴν, καὶ τῷ Πνεύματι, περὶ οὗ γέγραπται, *Πνεῦμα θεῖον τὸ ποιῆσάν με ;* Εἰ δὲ καὶ μὴ ῥητῶς λέγει (44) περὶ τίνων, ἢ πρὸς τίνας διαλέγεται, ὅμως ὅτι μὴ περὶ ἑαυτοῦ μόνου λέγει δῆλόν ἐστιν, ὅτε φησίν· *Ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν· καὶ πάλιν· Δεῦτε, καταβάντες συγχέωμεν αὐτῶν τὰς γλώττας*, ἵνα καὶ συναριθμουμένους νοήσῃς. Οὔτε

D

γὰρ εἰς ἰσοτιμίαν ἀγγέλους (45) συντάξαι τολμήσει τις τῷ δημιουργῷ καὶ Δεσπότῃ, οὔτε Θεῷ (46) πάλιν ἓν πρόσωπον οἷόν τε νοεῖν, τῷ λέγεσθαι· *Ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν*· καὶ, *Δεῦτε, καταβάντες συγχέωμεν*. Ἐναργὲς δὲ καὶ τὸ περὶ τῆς καταστροφῆς Σοδόμων λεγόμενον· τό τε (47), *Ἔβρεξε Κύριος θεῖον καὶ πῦρ παρὰ Κύριου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ*· καὶ τὸ ἐν τοῖς προφήταις παραπλησίως τούτοις εἰρημένον ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ· *Κατέστρεψα αὐτους*, φησὶν, *ὡς κατέστρεψεν ὁ Θεὸς Σόδομα καὶ Γόμορρα*. Καὶ ἑτέρως φιλανθρωπευόμενος λέγει ὁ Θεός· *Σώσω αὐτοὺς ἐν Κυρίῳ τῷ Θεῷ αὐτῶν*· ὅπερ οὐκ ἀπέοικε τῆς ἀποστολικῆς λέξεως τῆς λεγούσης· *Δώῃ αὐτῷ ὁ Κύριος* (48) *εὑρεῖν ἔλεος παρὰ Κυρίου ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ*. Τί δὲ ὁ Ζοροβάβελ καὶ ἡ τοῦ Ζοροβάβελ σοφία; Ἆρά σοι μετρίως καὶ οὐ σαφῶς (49) παριστάναι δοκεῖ τὴν ὑπόστασιν καὶ ζωὴν τῆς ἀληθείας, ὅτε φησί· *Πᾶσα ἡ γῆ τὴν ἀλήθειαν καλεῖ, καὶ ὁ οὐρανὸς αὐτὴν εὐλογεῖ, καὶ πάντα τὰ ἔργα σείεται καὶ τρέμει;* Τίς δὲ ἡ ἀλήθεια, ἢ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος καὶ Υἱὸς, δι' οὗ τὰ πάντα; *Ἐγὼ γάρ εἰμι*, φησὶν, *ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή*. Ἀλήθεια δὲ οὐκ ἔστιν, εἰ μὴ ἡ ἐκ (50) τοῦ ἀληθινοῦ φυσικῶς καὶ ἀϊδίως ἐξ αὐτοῦ γεννηθεῖσα. Διὸ ἐπιφέρει λέγων· *Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς τῆς ἀληθείας*, ὃς ἐστι Πατὴρ τῆς ἀληθείας Χριστοῦ. Χριστὸς ἡ ἀλήθεια, ὃν πᾶσα πνοὴ σέβεται καὶ τρέμει. Ὥστε ὅτι μὲν ζῶν ὁ Λόγος, καὶ πρόσωπον τέλειον, καὶ τὸ Πνεῦμα ὡσαύτως, ἱκανὰ καὶ (51) τὰ νῦν εἰρημένα διδάξαι· τύποι δὲ ἀνθρώπινοι παρὰ Θεῷ πολλοὶ καὶ ἄλλοι, καὶ οὐ διὰ τοῦτο τὸν Θεὸν ἄνθρωπον ὑπολαμβάνομεν, οἷον εἰ πρόσωπον ἀκούοιμεν, ὀφθαλμούς τε καὶ ὦτα καὶ χεῖρας καὶ πόδας. Οὐδὲ τὸ καθέζεσθαι ἐν οὐρανῷ καθάπερ ἐν θρόνῳ (52), καὶ τὴν γῆν ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ πατουμένην σωματικῶς θέλει λέγειν περὶ Θεοῦ, ἀλλ' ὡς ὑποκειμένην τῇ θείᾳ ἐξουσίᾳ. Οὕτω δὲ πάλιν, ἐὰν ἀκούσῃς γαστέρα ἐπὶ Θεοῦ, μὴ πτυρῇς ὡς σωματικόν τι ἐνθυμούμενος· ἀλλὰ πνευματικόν τι ἐννοούμενος, λέξεις τι κρεῖττον, αὐτό τὸ (53) γεννητικὸν τοῦ Θεοῦ ἐμφανῶς σοι ἐξ αὐτοῦ ἀποκαλυπτόμενον. Οὕτω πάλιν, χεῖρας ἀκούων Θεοῦ, τὸ ποιητικὸν αὐτοῦ γνώριζε σαφῶς· οὖς δὲ, τὸ ἀκουστικὸν αὐτοῦ· ὀφθαλμοὺς δὲ, τὸ διορατικόν (54)· πτέρυγας, τὸ σκεπαστικόν. Καὶ

A ligas. Neque enim angelos audebit quisquam in æquali honore cum creatore et Domino collocare : neque rursus fieri potest ut in Deo una persona intelligatur, cum dicatur : *Ut unus e nobis*, et, *Venite, descendentes confundamus*. Quinetiam clarum est quod de Sodomorum eversione dicitur, illud videlicet : *Pluit Dominus sulphur et ignem a Domino de cœlo* [24], et hoc, quod in prophetis similiter his e persona Dei dictum est : *Everti eos*, inquit, *sicut Deus evertit Sodomam et Gomorrham* [25]. Et alibi clementius dicit Deus : *Salvabo eos in Domino Deo suo* [26]; id quod ab apostolica dictione haud dissentit, qua dicitur : **316** *Det ei Dominus, ut inveniat misericordiam in die illo* [27]. Quid vero Zorobabel, et sapientia ipsius ? Num subobscure et non clare tibi
B videtur hypostasim ac vitam veritatis indicare, cum ait : *Omnis terra veritatem invocat, et cœlum ipsam benedicit, et omnia opera conculiuntur et tremunt* [28] ? Quænam vero est veritas, nisi Dei Verbum et Filius, per quem omnia ? *Ego enim*, inquit, *sum via, et veritas, et vita* [29-30]. Veritas autem non est nisi ex vero, naturaliter et sempiterne ex ipso genita. Propterea infert, dicens : *Benedictus Deus veritatis* [31], qui est Pater veritatis Christi. Veritas Christus, quem omnis halitus colit ac tremit. Quare quod vivens sit Verbum, et persona perfecta, similiterque Spiritus, ea quæ modo dicta sunt, abunde docere possunt. Sunt autem humanæ formæ apud Deum multæ, et aliæ ; nec propterea Deum hominem esse
C existimamus, exempli causa si faciem audimus, oculosque et aures, et manus, et pedes. Neque de Deo dicere vult, quod in cœlo velut in sede sedeat, neque quod terra ceu pedum ipsius scabellum modo corporeo calcetur [32], sed quod divinæ potestati subjecta sit. Sic rursus, si uterum de Deo audieris, ne conturberis tanquam corporeum quid cogitans : sed spirituale quiddam intelligens, aliquid melius dicturus es, nimirum ipsam vim Dei generativam tibi ex ipso palam revelatam esse. Sic iterum cum manus audis Dei, eam quam habet vim faciendi aperte cognosce : aurem vero, eam qua præditus est audiendi facultatem : oculos, vim videndi : alas, protegendi potestatem. Atque alia omnia singulatim

[24] Gen. XIX, 24. [25] Amos IV, 11. [26] Ose. I, 7. [27] II Tim. I, 18. [28] III Esdr. IV, 36. [29-30] Joan. XIV, 6. [31] III Esdr. IV, 40. [32] Isa. LXVI, 1.

(45) Editi et mss. nonnulli, Οὔτε γὰρ ἰσοτιμίαν ἀγγέλους, male. Reg. secundus, Οὔτε γὰρ ἰσοτιμίαν ἀγγέλοις, non melius. Codex Colb. Οὔτε γὰρ εἰς ἰσοτιμίαν ἀγγέλους, bene.

(46) Codex unus οὔτε Θεοῦ. Alii mss. et editi οὔτε Θεῷ. Malim ἐν Θεῷ, vel Θεόν. Statim editi et mss. nonnulli τῷ λέγεσθαι. Antiqui tres libri ἐν τῷ λέγεσθαι.

(47) Illud, τότε, ita scriptum oportuerat, ut virgula poneretur post primam syllabam. Etenim illud, τό τε ad illud καὶ τό referri debere constat : quod cum interpres non attenderet, incaute vertit : *Tunc placuit*.

(48) Editi et duo mss. δώσει Κύριος, *dabit Dominus*. Codex Colb. et alii duo Regii δώῃ, *det illi Dominus*; nec aliter in textu sacro legitur.

(49) Vetus liber Colb. μετρίως καὶ ἀσαφῶς, *num ambigue et obscure*.

D

(50) Editi εἰ μὴ ἐκ. Antiqui tres libri εἰ μὴ ἡ ἐκ.

(51) Editi et duo mss. non valde antiqui ἱκανὰ καί. At Regii secundus, tertius et sextus cum Colb. ἱκανεῖ καί. Suspicor autem ita auctorem scripsisse, cum ita legatur in mss. antiquioribus : sed vocem ἱκανεῖ, quoniam insolens erat et insolita, idcirco a librariis mutatam esse.

(52) Editi καθαπερεὶ θρόνῳ. Antiqui duo libri καθάπερ ἐν θρόνῳ. Statim mss. tres ποδῶν αὐτοῦ. Vox αὐτοῦ in editis desideratur. Reg. quartus θέλεις, male.

(53) Editi et sex mss. κρεῖττον αὐτοῦ, τό· quod quin mendosum sit, non dubito. Codex Colb. κρεῖττον, αὐτὸ τό, *ipsam gignendi facultatem*, optime.

(54) Reg. quartus τὸ ὁρατικόν. Ibidem idem codex πτέρυγας δέ.

Digitized by Google

servant pariter propriam ac rectissimam de Deo intelligentiam, maxime apud eos qui recte credunt. Nomina igitur in usu sunt hominibus ad cognitionem ac distinctionem substantiarum, aut etiam rerum, ac eorum quæ circa substantias excogitantur. Itaque venter in Deo ne te rei novitate stupefaciat, cum nec manus nec alia quæ superius relata sunt, te perterreant. Proinde neque generatio in Deo attonitum te reddat, neque eorum qui audiunt quemquam.

A τὰ ἄλλα πάντα ὡσαύτως, ἕκαστον ἰδίαν σώζει ἔννοιαν ὀρθοτάτην περὶ Θεοῦ, μάλιστα τοῖς ὀρθῶς πιστεύουσι. Τὰ οὖν ὀνόματα χρῆσίς ἐστιν ἀνθρώποις πρὸς γνῶσιν καὶ διάκρισιν (55) οὐσιῶν, ἢ καὶ πραγμάτων καὶ τῶν περὶ τὰς οὐσίας ἐπινοηθέντων. Μὴ οὖν σε ξενιζέτω γαστὴρ ἐπὶ Θεοῦ· ἐπεὶ μηδὲ χεὶρ, ἢ τὰ ἄλλα τὰ προειρημένα. Οὐκοῦν οὐδὲ γέννησις ἐπὶ Θεοῦ ξενίσειέ σε, ἢ τινα τῶν ἀκουόντων.

5. Quod si quis timet ne sit in Deo generante affectio, potest et creantis timere motum, et laborem, et materiæ assumptionem, et usum instrumentorum. Hæc enim adsunt operantibus hominibus. Si vero isthæc Deo non adsunt, neque adest affectio in generando. Fieri enim non potest, ut B natura affectionis expers in affectionem incidat. Cur igitur timet quis timorem, ubi timor non est? Deus neque cum ex se natura generat, affectioni obnoxius est; absit! neque laborat, cum aut aliquid, aut rerum universitatem e nihilo creat: absit, neque dicatur! Quod si unum refugis, etiam totum; si totum **317** similiter, etiam unum; si unum humano more, etiam totum; sin autem totum non humano more, ne unum quidem. Etenim si Deus ea quæ e nihilo creantur, facit voluntate, totum sine labore efficit; idque apud nos non est incredibile. Credibilius autem videbitur omnibus, Deum ex se ipso natura divina modoque Deum decente genuisse genuinum filium, honore æqualem, æqualem gloria, throni ejusdem consortem, consiliarium, cooperatorem, consubstantialem Patri et Deo, non diversæ substantiæ, neque alienum ab ejus sola deitate. Sin minus, ne adorandus quidem est. Neque enim, ut scriptum est [33], deum alienum adorabis: neque recentem quemquam deum suspicere jubemur. Ne dicas igitur additum esse numen, neque silentium de Filio fuisse apud antiquos, nobis vero revelatum esse, si modo confiteare Verbum rerum opificem Filium. Nam Verbum noverant patres, Dei Verbum adorabant, et cum Verbo Spiritum. Neque separes eum ab eo qui dicit: *Ego Deus solus, et non est præter me* [34]; ut ne convicium in Filium, quasi Deus non esset, cogaris dicere: neque disjungas ipsum ab eo qui dicit: *Ego extendi cœlum solus* [35], D ut ne etiam Filium creatorem dicere desinas. Etenim cœlum qui extendit, a solius Dei gloria separatus non est. Quare in Filio Patrem agnosce: in Patre Filium glorifica. Cave dividas quæ dividi non possunt, cave scindas quæ non scinduntur. Nam etiamsi velis, non scinduntur. Quanquam secantur hæ-

5. Εἰ δὲ πάθος ἐν Θεῷ γεννῶντι φοβεῖταί τις, ἔστι καὶ κτίζοντος φοβηθῆναι κίνησιν, καὶ κάματον, καὶ πρόσληψιν ὕλης, καὶ χρείαν ὀργάνων. Ταῦτα γὰρ ἐπ' ἀνθρώπων δημιουργούντων. Εἰ δὲ ταῦτα οὐ πρόσεστι Θεῷ, οὐδὲ πάθος ἐν τῷ γεννᾷν. Ἀδύνατον γὰρ τὴν ἀπαθῆ φύσιν πάθει περιπεσεῖν. Τί οὖν φοβεῖταί τις φόβον, οὗ οὐκ ἔστι φόβος; Θεὸς οὐδὲ γεννῶν ἐξ αὐτοῦ φύσει πάσχει· μὴ γένοιτο· οὔτε κτίζων ἐκ τοῦ μὴ ὄντος τι, ἢ τὸ πᾶν (56), κάμνει· μὴ γένοιτο, μηδὲ ῥηθείη. Εἰ δὲ τὸ ἓν φεύγεις, καὶ τὸ πᾶν (57)· εἰ τὸ πᾶν ὁμοίως, καὶ τὸ ἕν· εἰ τὸ ἓν ἀνθρωπίνως, καὶ τὸ πᾶν· εἰ δὲ τὸ πᾶν οὐκ ἀνθρωπίνως, οὐδὲ τὸ ἕν. Εἰ γὰρ τὰ ἐξ (58) οὐκ ὄντων ποιεῖ βουλήσει Θεὸς, τὸ πᾶν ἀκαμάτως· καὶ οὐκ ἄπιστον τοῦτο παρ' ἡμῖν. Πιστότερον δ' ἂν πᾶσι (59), τὸ ἐξ αὐτοῦ φύσει θείᾳ καὶ θεοπρεπῶς γεγεννηκέναι ἀπαθῶς τὸν Θεὸν Υἱὸν γνήσιον, ὁμότιμον, ὁμόδοξον, σύνθρονον, σύμβουλον καὶ συνεργὸν, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ καὶ Θεῷ, καὶ οὐχ ἑτεροούσιον, οὐδὲ ἀλλότριαν τῆς ἐκείνου μόνης θεότητος. Εἰ δὲ μή γε, οὐδὲ προσκυνητός. Οὐδὲ γὰρ προσκυνήσεις θεῷ ἀλλοτρίῳ, γέγραπται· οὐδὲ πρόσφατόν τινα παραδέξασθαι θεὸν παρακελευόμεθα. Μὴ τοίνυν λέγε προσθήκην σεβάσματος, μηδ' ὅτι σεσιώπητο τοῖς παλαιοῖς ὁ Υἱὸς, ἡμῖν δὲ ἀποκεκάλυπται, εἴπερ Λόγον δημιουργὸν ὁμολογεῖς τὸν Υἱόν. Λόγον γὰρ ᾔδεισαν οἱ πατέρες, Λόγον Θεοῦ προσεκύνουν, καὶ σὺν Λόγῳ τὸ Πνεῦμα. Μηδὲ χωρίσῃς αὐτὸν ἀπὸ τοῦ λέγοντος, *Ἐγὼ Θεὸς μόνος, καὶ οὐκ ἔστι πλὴν ἐμοῦ*· ἵνα μὴ βλασφημεῖν ἀναγκασθῇς τὸν Υἱὸν ὡς οὐκ ὄντα Θεόν· μηδὲ χωρίσῃς αὐτὸν ἀπὸ τοῦ λέγοντος· *Ἐγὼ ἐξέτεινα τὸν οὐρανὸν μόνος*, ἵνα μὴ καὶ τοῦ δημιουργὸν λέγειν τὸν Υἱὸν ἀποστῇς (60)· ὅτι τῆς τοῦ μόνου Θεοῦ δόξης ὁ τὸν οὐρανὸν ἐκτείνας οὐ κεχώρισται. Οὐκοῦν ἐν Υἱῷ γνῶθι Πατέρα, ἐν Πατρὶ δόξασον Υἱόν. Μὴ μερίσῃς τὰ ἀμέριστα, μὴ σχίζε τὰ ἄσχιστα. Κἂν γὰρ θέλῃς, οὐ σχίζεται. Κἂν διαῤῥαγῶσιν οἱ αἱρετικοὶ, οὐ διαῤῥήγνυται ἡ Τριὰς (61)· ἀλλ' ἔστιν ὃ ἐστι, κἂν ἑτέροις μὴ δοκῇ. Σπεῖρα γάρ ἐστιν ἡ ἁγία Τριὰς, καὶ σεβάσμιός ἐστιν ἐν μιᾷ καὶ ἀϊδίῳ δόξῃ, τὴν αὐτὴν καὶ μίαν μόνην θεότητα πανταχοῦ περι-

[33] Exod. xx, 3, 5. [34] Deut. xxxii, 39. [35] Job ix, 8.

(55) Reg. quartus γνῶσιν καὶ διαίρεσιν. Nec ita multo post Colb. χεὶρ, μηδὲ τ' ἄλλα.

(56) Editi ἢ καὶ πάντα. Antiqui tres libri ἢ τὸ πᾶν.

(57) Editi φεύγεις, μηδὲ τὸ ἕν, *neque unum*. Codex Colb. φεύγεις, καὶ τὸ πᾶν· quod melius nobis visum est et sanius.

(58) Editi Εἰ γὰρ ἐξ. At mss. Εἰ γὰρ τὰ ἐξ.

(59) Veteres aliquot libri, Πιστότερον ἂν εἴη πᾶσι.

(60) Reg. quartus τὸν Υἱὸν ἀπιστῇς· quod quin corruptum sit, non dubito.

(61) Editi Κἂν γὰρ θέλεις, οὐ σχίζεται· κἂν διαῤῥήγνυνται οἱ αἱρετικοὶ, οὐ διαῤῥήγνυται ἡ Τριάς· καὶ σεβάσμιος, etc., mutile. Codex Colb. et alii duo Regii ut in contextu.

Digitized by Google

φέρουσα, ἄῤῥηκτος, ασχιστος, ἀδιαίρετος, πάντα πληροῦσα, πάντα περιέχουσα, ἐν πᾶσιν οὖσα, δημιουργοῦσα, κυβερνῶσα, ἁγιάζουσα καὶ ζωοποιοῦσα. Αὕτη ἡ θεία καὶ θαυμασιωτάτη πλοκὴ οὐ διαῤῥήγνυται, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὅτι *Τὸ τρίπλοκον σπαρτίον οὐ διαῤῥαγήσεται* (62). Τούτῳ τῷ νοήματι καὶ ὁ μακάριος Παῦλος γράφων που πρὸς τοὺς ὀρθῶς πιστεύοντας ἔλεγεν· *Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος μετὰ πάντων ὑμῶν.* Ὅταν γὰρ τὰ πάντα ἐνεργῆται (63) ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν Πνεύματι, ἀχώριστον ὁρῶ (64) τὴν ἐνέργειαν τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Καὶ διὰ τοῦτο ναοὶ Θεοῦ καὶ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἁγίου εἰσὶ πάντες οἱ ἅγιοι, ἐν οἷς οἰκεῖ ἡ μία θεότης, καὶ μία κυριότης, καὶ ἁγιότης μία Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, διὰ τὸν ἕνα τοῦ βαπτίσματος ἁγιασμόν.

retici, non secatur Trinitas: sed est quod est, etiamsi aliis non videatur. Spira enim est sancta Trinitas, atque colenda est in una et æterna gloria, eamdem et unam solam deitatem ubique circumferens, infracta, insecabilis, individua, adimplens omnia, omnia continens, in omnibus exsistens, creans, gubernans, sanctificans, et vivificans. Divinus ille et maxime admirandus nexus non rumpitur, juxta id quod scriptum est: *Funiculus triplex non disrumpetur*[36]. Quin et beatus Paulus cum in hanc sententiam ad eos qui recte credebant, scriberet, dicit: *Gratia Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communicatio sancti Spiritus cum omnibus vobis*[37]. Cum enim fiant omnia a Deo per Jesum Christum in Spiritu, inseparabilem video Patris et Filii et sancti Spiritus operationem. Et propterea templa Dei et Filii et sancti Spiritus sunt omnes sancti, in quibus inhabitat una deitas, et una dominatio, et una sanctitas Patris et Filii et Spiritus sancti, propter unam baptismatis sanctificationem.

Πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι πολλάκις γέγραπται περὶ Υἱοῦ καὶ Πατρὸς, περὶ δὲ τοῦ Πνεύματος ἐν τῷ βαπτίσματι μόνον.

1. Ἐὰν δὲ λέγῃ ὁ Πατὴρ, *Ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα*, τί εἴπωμεν περὶ τοῦ Υἱοῦ; Οὐ γέγραπται γὰρ ἐνταῦθα. Ἐὰν δὲ λέγῃ ὁ προφήτης· *Ἐκεῖ συνήντησαν ἔλαφοι, καὶ εἶδον τὰ πρόσωπα ἀλλήλων· ἀριθμῷ παρῆλθον, καὶ μία αὐτῶν οὐχ ὑπελείφθη, διότι Κύριος ἐνετείλατο αὐταῖς, καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ συνήγαγεν αὐτάς* (65)· ποῦ ὁ Υἱός; Ἐὰν δὲ λέγῃ· *Πνεῦμα παρ' ἐμοῦ ἐξελεύσεται, καὶ πνοὴν πᾶσαν ἐγὼ ἐποίησα*· ποῦ ὁ Υἱός; Ἐὰν δὲ λέγῃ ὁ Δαβίδ· *Καὶ τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ*· ποῦ ὁ Υἱός; Ἐὰν λέγῃ ὁ αὐτός· *Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ Θεὸς, καὶ Πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου*· ποῦ ὁ Υἱός; Ἐὰν δὲ λέγῃ ὁ αὐτὸς πάλιν· *Καὶ τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἀγαθὸν ὁδηγήσει με ἐν γῇ εὐθείᾳ*· ποῦ ὁ Υἱός; Ἐὰν δὲ λέγῃ ὁ αὐτός· *Καὶ Πνεύματι ἡγεμονικῷ στήριξόν με*· ποῦ ὁ Υἱός; Ἐὰν δὲ λέγῃ ὁ Ἰώβ· *Πνεῦμα θεῖον τὸ ποιῆσάν με*· ποῦ ὁ Υἱός; Ἐὰν δὲ λέγῃ ὁ αὐτὸς Ἰώβ· *Πνεῦμά ἐστιν ἐν βροτοῖς, πνοὴ δὲ παντοκράτορός ἐστιν ἡ διδάσκουσά με*· ποῦ ὁ Υἱός; Ἐὰν δὲ λέγῃ ὁ Δαβίδ· *Ἐξαποστελεῖς τὸ Πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς*· ποῦ ὁ Υἱός; Ἐὰν δὲ λέγῃ· *Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω;* ποῦ ὁ Υἱός; Ἐὰν δέ λέγῃ· *Οὐαὶ τέκνα ἀποστάται, τάδε λέγει Κύριος· Ἐποιήσατε βουλὴν οὐ δι' ἐμοῦ, καὶ συνθήκας οὐ διὰ τοῦ Πνεύματός μου*· ποῦ ὁ Υἱός; Ἐὰν δὲ λέγῃ· *Καὶ ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς*

Adversus eos qui dicunt scriptum esse de Filio et Patre sæpe, de Spiritu vero in baptismate duntaxat.

1. Quod si Pater dixit: *In ultimis diebus effundam de Spiritu meo super omnem carnem*[38], quid de Filio sumus dicturi? Hic enim de eo scriptum non est. Si vero propheta dicit: *Ibi convenerunt cervæ, et viderunt facies altera alterius: transierunt numero, et una earum relicta non est, quoniam Dominus præcepit ipsis, et Spiritus ejus congregavit eas*[39]; ubi Filius? Si itidem **318** dicit: *Spiritus exibit a me, et flatum omnem ego feci*[40]; ubi Filius? Si vero David dicit: *Et Spiritum tuum sanctum ne auferas a me*[41]; ubi Filius? Item si ille ipse dicit: *Cor mundum crea in me, Deus, et Spiritum rectum innova in visceribus meis*[42]; ubi Filius? Rursus si idem dicat: *Et Spiritus tuus bonus deducet me in terra recta*[43]; ubi Filius? Si idem dicit: *Et Spiritu principali confirma me*[44]; ubi Filius? Quod si Job dicit: *Spiritus divinus qui me fecit*[45], ubi Filius? Si rursus idem Job dicit: *Spiritus est in hominibus, flatus autem Omnipotentis est qui me docet*[46]; ubi Filius? Quod si David dicit: *Emittes Spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ*[47]; ubi Filius? Item si dicit: *Quo ibo a Spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam*[48]? ubi Filius? Quod si dicit: *Væ filii desertores, hæc dicit Dominus: Fecistis consilium non per me, et pactiones non per Spiritum meum*[49]; ubi Filius? Rursus si dicit: *Et egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ascendet, et requiescet super eum Spiritus sapientiæ et intellectus, Spiritus consilii et fortitudinis, Spiritus cognitionis et pietatis, et replebit ipsum Spiritus timoris Dei*[50]: quomodo separabo Spiritum? Si iti-

[36] Eccle. IV, 12. [37] II Cor. XIII, 13. [38] Joel II, 28. [39] Isa. XXXIV, 15, 16. [40] Isa. LVII, 16. [41] Psal. L, 13. [42] ibid. 12. [43] Psal. CXLII, 10. [44] Psal. L, 14. [45] Job XXXIII, 4. [46] Job XXXII, 8. [47] Psal. CIII, 30. [48] Psal. CXXXVIII, 7. [49] Isa. XXX, 1. [50] Isa. XI, 1-3.

(62) Codices nonnulli οὐκ ἀποῤῥαγήσεται.

(63) Editi ἐνεργεῖται. At multi mss. ἐνεργῆται.

(64) Reg. quartus ἀχώριστον ἐρῶ, *inseparabilem dicam.*

(65) Editi et nostri mss. συνήγαγεν αὐτάς, *congregavit eas.* Legitur vero apud LXX συνήγαγεν αὐτά, *congregavit ea.*

Digitized by Google

dem dicit : *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me ; misit me ut pauperibus evangelizarem : ut prædicarem captivis remissionem, et cæcis visum* [51] : quomodo separabo Spiritum? Et quæcunque licet cum studio ac labore invenire tum e Veteri Scriptura, tum e Novo Testamento, de Spiritu et Filio et Patre. *Ave, gratia plena, Dominus tecum : ecce enim concipies in utero, et paries filium* [52]. Et cum Maria diceret : *Quomodo cognoscam istud, quandoquidem virum non cognosco?* dicit ei angelus : *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi* [53]. Et rursus idem angelus ad Joseph dicit : *Ne timeas accipere Mariam conjugem tuam ; nam quod in ea conceptum est, a Spiritu sancto est* [54]. Et rursus prophetæ verba exponens evangelista ait : *Ut adimpleretur quod scriptum est : Ecce Filius meus electus, dilectus meus, in quo bene complacitum est animæ meæ, ponam Spiritum meum super ipsum* [55]. Atque in Evangelio scriptum est : *Spiritus ubi vult, spirat, et vocem ejus audis : sed nescis unde veniat, aut quo vadat. Sic est omnis qui natus est e Spiritu* [56]. Et similiter in Evangelio : *Si vero ego in Spiritu Dei ejicio dæmonia, igitur pervenit in vos regnum Dei* [57]. Et rursus scriptum est : *Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus : at Spiritus blasphemia non habet remissionem* [58]. Et in baptismo descendit Spiritus sanctus, et mansit super eum [59] ; angeli vero descendentes ministrabant ei [60]. Quo cognoscas angelos quidem descendentes ministrare, servitutem ut ostendant : Spiritum vero super ipsum mansisse, ut, mansione audita, naturæ ejus libertatem intelligas. Scriptum autem est : *Et Pater in me manens, ipse facit opera* [61]. Et rursus scriptum est : *Jesus autem plenus Spiritu sancto reversus est a* **319** *Jordane, et actus est per Spiritum in desertum, diebus quadraginta tentatus a diabolo* [62]. Et iterum : *Accipite Spiritum sanctum. Quorumcunque remiseritis peccata, remittuntur ; quorumcunque retinueritis, retenta sunt* [63]. Et rursus : *Veritatem vobis dico, expedit vobis ut ego vadam ; etenim si ego non abiero, Paracletus non veniet ad vos, Spiritus veritatis, qui a Patre procedit* [64].

A ῥίζης ἀναβήσεται, καὶ ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν Πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, Πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, Πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας, καὶ ἐμπλήσει αὐτὸν Πνεῦμα φόβου Θεοῦ· πῶς χωρίσω τὸ Πνεῦμα; Ἐὰν δὲ λέγῃ· Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμέ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν· πῶς χωρίσω τὸ Πνεῦμα; Καὶ ὅσα φιλοπόνως δυνατὸν ἀπὸ τῆς Γραφῆς τῆς τε Παλαιᾶς (66) εὑρεῖν καὶ ἀπὸ τῆς Καινῆς τε Διαθήκης περὶ τοῦ Πνεύματος καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πατρός. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· ἰδοὺ γὰρ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱόν. Καὶ τῆς Μαρίας λεγούσης· Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; λέγει αὐτῇ ὁ ἄγγελος·

B Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἄγγελος λέγων τῷ Ἰωσὴφ· Μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου. Καὶ πάλιν ὁ εὐαγγελιστὴς ἑρμηνεύων τὰ ἐν τῷ προφήτῃ λέγει· Ἵνα πληρωθῇ τὸ γεγραμμένον· Ἰδοὺ ὁ Παῖς μου ὁ ἐκλεκτός, ὁ ἀγαπητός μου, εἰς ὃν ηὐδόκησεν ἡ ψυχή μου, θήσω τὸ Πνεῦμά μου ἐπ' αὐτόν. Καὶ ἐν Εὐαγγελίῳ γέγραπται· Τὸ Πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ, καὶ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις, ἀλλ' οὐκ οἶδας πόθεν ἔρχεται, καὶ ποῦ ὑπάγει. Οὕτως ἐστὶ πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Πνεύματος· καὶ ὁμοίως ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· Εἰ δὲ ἐγὼ

C ἐν Πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. Καὶ πάλιν γέγραπται· Πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις, ἡ δὲ τοῦ Πνεύματος βλασφημία (67) οὐκ ἔχει ἄφεσιν. Καὶ ἐν τῷ βαπτίσματι κατῆλθε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἔμεινεν ἐπ' αὐτόν· οἱ δὲ ἄγγελοι κατελθόντες διηκόνουν αὐτῷ. Ἵνα γνῷς, ὅτι οἱ ἄγγελοι κατελθόντες διακονοῦσιν, ἵνα τὴν δουλείαν δείξωσι· τὸ δὲ Πνεῦμα ἔμεινεν ἐπ' αὐτὸν, ἵνα τὴν μονὴν ἀκούσας, ἐλευθερίαν νοήσῃς τῆς φύσεως αὐτοῦ (68). Γέγραπται δέ· Καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοὶ μένων, ποιεῖ τὰ ἔργα αὐτός. Καὶ πάλιν γέγραπται· Ἰησοῦς δὲ πλήρης Πνεύματος ἁγίου ὑπέστρεψεν ἀπὸ Ἰορδάνου, καὶ ἤγετο ἐν τῷ Πνεύματι εἰς τὴν ἔρημον, ἡμέρας τεσσαράκοντα (69) πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ διαβόλου· καὶ πάλιν· Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. Ἂν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφέωνται (70)· ἂν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται. Καὶ πάλιν· Τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λέγω, συμφέρει ὑμῖν ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω· ἐὰν γὰρ ἐγὼ μὴ ἀπέλθω, ὁ Παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται.

[51] Isa. LXI, 1. [52] Luc. I, 28, 31. [53] ibid. 34, 35. [54] Matth. I, 20. [55] Matth. XII, 17 ; Isa. XLII, 1. [56] Joan. III, 8. [57] Matth. XII, 28. [58] ibid. 31. [59] Matth. III, 16. [60] Matth. IV, 11. [61] Joan. XIV, 10. [62] Luc. IV, 1, 2. [63] Joan. XX, 22, 23. [64] Joan. XVI, 7.

(66) Editi τῆς Παλαιᾶς... καὶ Υἱοῦ καὶ Πατρός. Antiqui tres libri ut legere est in contextu. Illud, κεχαριτωμένη, ita Latine reddidit auctor Vulgatæ, *gratia plena* : alii, *gratiosa* : alii, *quæ gratia donata es* : alii, *gratis dilecta*. Subinde editi καὶ τῆς Μαρίας. Vocula καί deest in nostris codicibus. Quod autem ait scriptor, verba illa, Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; Mariæ esse, in eo eum falli constat. Etenim, quæ erat scriptoris diligentia, verba hæc non sunt Mariæ, sed Zachariæ, Luc. I, 18.

(67) Codex Colb. ἡ δὲ εἰς τὸ Πνεῦμα βλασφημία, D *blasphemia in Spiritum, convicium in Spiritum.*

(68) Codex Colb. et Reg. tertius ἐλευθερίαν νοήσῃς τὸ τῆς φύσεως αὐτοῦ.

(69) Punctum reperitur in aliquot codicibus post vocem τεσσαράκοντα, ut moneremur, Dominum per quadraginta dies non fuisse tentatum : sed eum quadraginta dies in deserto commoratum, tum demum a diabolo tentatum fuisse.

(70) Editi ἀφέωνται. Καὶ πάλιν. Codex Colb. et Reg. quintus ut in contextu. Statim editi Ἐὰν γὰρ μὴ ἐγὼ. Reg. quartus Ἐὰν γὰρ ἐγὼ μή, recte.

Digitized by Google

2. Ἐὰν δὲ λέγωσιν· *Οὐ λαλεῖ ἀφ' ἑαυτοῦ τὸ Πνεῦμα, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ λαλήσει*· λέγομεν αὐτοῖς· Οὐδὲ ὁ Υἱὸς ἀφ' ἑαυτοῦ λαλεῖ· *Ἀλλ' ὁ πέμψας με*, φησὶ, *Πατὴρ, ἐκεῖνός μοι εἶπε τί εἴπω καὶ τί λαλήσω*· πάντα γὰρ ὅσα λαλεῖ τὸ Πνεῦμα καὶ ὁ Υἱὸς, τοῦ Θεοῦ εἰσι λόγια. Καὶ διὰ τοῦτο *Πᾶσα Γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμός ἐστιν*, ἀπὸ τοῦ Πνεύματος λαληθεῖσα. Καὶ γὰρ ἀληθῶς τοῦτο δείκνυσι μὴ εἶναι τὸ Πνεῦμα κτίσμα, ἐπειδὴ πᾶσα ἡ λογικὴ κτίσις ποτὲ ἀφ' ἑαυτῆς (71) λαλεῖ, ποτὲ τὰ τοῦ Θεοῦ, ὡς ὅταν λέγῃ Παῦλος· *Περὶ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω, γνώμην δὲ δίδωμι ὡς ἠλεημένος ὑπὸ Κυρίου. Τοῖς δὲ* (72) *γεγαμηκόσι παραγγέλλω οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ὁ Κύριος*· καὶ ὁ προφήτης· *Ὦ Κύριε, πλὴν κρίματα λαλήσω πρὸς σέ· τί ὅτι ἀσεβεῖς* (73) *εὐοδοῦνται;* καὶ πάλιν· *Οἴ μοι, μῆτερ, ὡς τίνα μ' ἔτεκες;* Ποτὲ δὲ λέγει· *Τάδε λέγει Κύριος*. Καὶ ποτὲ Μωσῆς· *Ἰσχνόφωνος καὶ βραδύγλωσσός εἰμι ἐγώ*. Ποτὲ δὲ ὁ αὐτός· *Τάδε λέγει Κύριος· Ἐξαπόστειλον τὸν λαόν μου, ἵνα μοι λατρεύσῃ*. Τὸ δὲ Πνεῦμα οὐχ οὕτως. Οὐ γὰρ ποτὲ τὰ ἑαυτοῦ λέγει, ποτὲ δὲ τὰ τοῦ Θεοῦ· τοῦτο γὰρ ἦν κτίσματος. Ἀλλὰ πάντα τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ εἰσι λόγια· ὁμοίως καὶ τὰ τοῦ (74) Υἱοῦ. Διὰ τοῦτο οὐδὲ ὁ Υἱὸς λαλεῖ ἀφ' ἑαυτοῦ. *Ὁ γὰρ πέμψας με*, φησὶ, *Πατὴρ, ἐκεῖνός μοι εἶπε τί εἴπω καὶ τί λαλήσω*· οὐ μανθάνων, τοῦτο γὰρ ἦν ἀτελοῦς καὶ ἀμαθοῦς· ἀλλ' ὅτι ὅσα ὁ Πατὴρ, διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐν Πνεύματι λαλεῖ. Καὶ πάλιν γέγραπται· *Οὐδεὶς οἶδε τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ· οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς ἔγνω εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ*· καὶ πάλιν· *Τὸ γὰρ Πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ* (75), *καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ*. Ἐὰν δὲ λέγωσιν, ὅτι τὸ ἐρευνῶν οὐκ οἶδε, καὶ διὰ τοῦτο ἐρευνᾷ· ἐροῦμεν, ὅτι καὶ ὁ Θεὸς ἐρευνᾷ τὰς καρδίας τῶν ἀνθρώπων. Καὶ διὰ τῶν προφητῶν (76) λέγει· *Ἐρευνήσω τὴν Ἱερουσαλὴμ μετὰ τοῦ λύχνου*. Καὶ πάλιν γέγραπται· *Οὐκ οἴδατε, ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστιν, οὗ ἔχετε ἀπὸ τοῦ Θεοῦ;* καὶ πάλιν· *Οὐκ οἴδατε, ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐν ὑμῖν οἰκεῖ;* καὶ πάλιν· *Ὑμεῖς δὲ* (77) *οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν Πνεύματι, εἴπερ Πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν*. Καὶ πάλιν γέγραπται· *Καὶ ταῦτά τινες ἦτε, ἀλλ' ἀπελούσασθε, ἡγιάσθητε, ἀλλ' ἐδικαιώθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου* (78) *Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν τῷ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ*

2. Quod si dicant: *Non loquitur a seipso Spiritus, sed quæcunque audierit loquetur* [65]; ipsis dicimus: Neque Filius a seipso loquitur: *Sed qui me misit Pater*, inquit, *ille mihi dixit quid dicam et quid loquar* [66]: omnia enim quæcunque Spiritus et Filius loquuntur, Dei sunt oracula. Et eam ob causam *Omnis Scriptura divinitus inspirata, etiam utilis est* [67], quippe quam locutus sit Spiritus. Hoc namque vere ostendit Spiritum non esse creaturam, quoniam rationalis omnis creatura modo a seipsa loquitur, modo ea quæ Dei sunt, ut cum dicit Paulus: *De virginibus autem præceptum Domini non habeo; consilium tamen do tanquam misericordiam consecutus a Domino* [68]. *At iis qui matrimonio juncti sunt præcipio non ego, sed Dominus* [69]. Et propheta: *O Domine, nihilominus judicia loquar ad te; quid est quod impii prospere agunt* [70]? Et rursus: *Heu me, mater! qualem me peperisti* [71]! Nonnunquam autem ait: *Hæc dicit Dominus* [72]. Et aliquando Moyses: *Gracili voce et tarda lingua ego sum* [73]. Aliquando vero is ipse: *Hæc dicit Dominus: Emitte populum meum, ut mihi serviat* [74]. Spiritus autem non sic. Non enim modo sua, modo quæ Dei sunt loquitur; id namque pertinet ad creaturam. Verum omnia Spiritus verba, Dei oracula sunt: similiter et Filii dicta. Quapropter ne Filius quidem a seipso loquitur. *Qui enim misit me Pater*, inquit, *ille mihi dixit quid dicam et quid loquar* [75], non quod disceret: hoc enim imperfecti erat et nescientis: sed quod quæcunque Pater loquitur, per Filium in Spiritu loquatur. Et rursus scriptum est: *Nemo novit quæ hominis sunt, nisi spiritus hominis, qui in ipso est: sic etiam quæ Dei sunt, nemo novit nisi Spiritus Dei* [76]. Et iterum: *Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei* [77]. Quod si dicant eum qui scrutatur nequaquam nosse, ob idque scrutari; dicemus Deum quoque scrutari hominum corda [78]. Et per prophetas dicit: *Scrutabor Jerusalem cum lucerna* [79]. Et iterum scriptum est: *Nescitis quod corpora vestra templum sunt habitantis in vobis Spiritus sancti, quem habetis a Deo* [80]? Et rursum: *Nescitis quod templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis* [81]? Et rursus: *Vos autem non estis in carne, sed in Spiritu, siquidem Spiritus Dei habitat in vobis* [82]? Et rursus scriptum est: *Et hæc eratis quidam,* **320** *sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini Jesu Christi*,

[65] Joan. XVI, 13. [66] Joan. XII, 49. [67] II Tim. III, 16. [68] I Cor. VII, 25. [69] ibid. 10. [70] Jerem. XII, 1. [71] Jerem. XV, 10. [72] Jerem. XXX, 2. [73] Exod. IV, 10. [74] Exod. V, 1. [75] Joan. XII, 49. [76] I Cor. II, 11. [77] ibid. 10. [78] Psal. VII, 10; Jerem. XVII, 10. [79] Soph. I, 12. [80] I Cor. VI, 19. [81] I Cor. III, 16. [82] Rom. VIII, 9.

(71) Editi ἀφ' ἑαυτοῦ. Codex Colb. et alii duo Regii ἀφ' ἑαυτῆς, bene.

(72) Legitur in impressis libris ἠλεημένος· τοῖς δέ: at in tribus mss. ita, ut edidimus.

(73) Codex Colb. τί ἔτι ἀσεβεῖς, *cur adhuc secunda fortuna utentur impii?*

(74) Editi καὶ τοῦ. At nostri septem mss. καὶ τὰ τοῦ, *similiter quoque verba Filii oracula sunt Dei.* Mox editi οὔτε ὁ. Antiqui tres libri οὐδὲ ὁ.

(75) Antiqui tres libri πάντα ἐρευνᾷ. Vox πάντα desiderabatur in vulgatis.

